Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationarium

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 5 Plúteo 5

92.6

Este Libro es de Dn Fran.co de Zuñ.

alcanza habra

apra

Universidad de Deusto
Biblioteca

C-2-8
5

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM,

A GVLIELMO DVRANDO, MIMATENSI
Episcopo, I. V. D. clariss. concinnatum.

Atque nunc recens Vtilissimis Adnotationibus illustratum:

ADIECTVM FVIT PRÆTEREA ALIVD
Diuinorum Officiorum Rationalis.

AB IOANNE BELETHO THEOLOGO PARISIENSI,
Ab hinc ferè quadringentis annis conscriptum, ac nunc
demum in lucem editum.

Cum duplici, vno prioris, altero posterioris Rationales indice locupletissimo.

Hac postrema editione à mendis repurgatum.



4.1.15

VENETIIS,

Marcus Antonius Zalterius excudebat. M D XCIX.

Aguirre.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NICOLAVS DOARD CAMPANVS,

DOCTRINA, ET MORIBVS CLARISSIMO VIRO.

BIBLIOTECA SOCIETATIS JESU

D. NICOLAO DOARD, FRATRI LECTISSIMO, Marciliacensis Ecclesiæ apud Sequanos præfecto vigilantissimo S.

NAE summus ille Orator, summus Senator, summus denique Imperator M. Cato, scitè ac grauiter adseuerabat, non minus negotij quam ocij rationem reddendam, lectissime frater, ratus magnus ille vir, omnes cogitationes & commentationes animi, omnes conatus & labores mortalium, nusquàm aliò esse referendos, quàm ad communem omnium vtilitatem, atque posteritatis ornamentum. Lepidum certè, & dignum homine Stoico responsum: cuius fides ac industria & domi & foris, in Senatu, in acie, in toga, in vniuerso denique orbe terrarum, priuatim ac publicè exploratæ, probataq; fuit. Cum enim natura ipsa canem ad venatum, equum ad cursum, auem ad volatum instituerit, hominē autem ipsum, tanquam diuinum animal, in lucem ediderit ad laborem, gloriam, & imperium compositum, ingenuiq; ac liberaliter instituti est animi, in omnibus vitæ partibus munus id ipsum tueri, & colere, quod incumbit; dissoluti autem, peruersi, & immanis, cōtraria rapere, voluptates sectari, & hanc naturæ dignitatem negligere. In quos, veluti inutiles, inanes, & procos Penelopes rectè conuenit illud Horatianum. Nos numerus sumus, nati consumere fruges. Quod multò ante eleganter expresserat Homerus. Ετωσιον ἄχθος ἀρούρης. Quam quidem ego ignauiæ, & socordiæ fœdissimam notam a me longissime arcendam semper existimaui, cum ipsa naturæ leges præditus, tum Catonis nostri exemplo, atque Alexandri magni Apophthegmate institutus. Interogatus enim ille, quid esset in rerum natura præclarissimum & maximè regiū, respōdit. τὸ μὲν τὸν βασιλικὸν τὸ δὲ τρυφὰν δυλσχερέσταν. Etenim, vt est celebre apud Græcos prouerbium. Θεοὶ τ' ἀγαθὰ τοῖς πονεῖς πωλοῦνται. Itaq; lectissime frater, cum post sex plus minus annos, funesta temporum iniuria, Campania bello flagrante è medio studiorum meorum cursu reuocatus, Lugdunum diuertissem, penè hospes mearum partium esse putaui de ingenij mei cultu vehementius laborare, ne eius acies torpore & situ obducta, langueret, vel extingueretur. Ad quod meum institutum non tam quæsita, quàm nata visa est mihi occasio in Typographica militia cuius saxum grauissimum voluere (vt Sisyphus ille apud inferos) & laboris est multi, & diligentiæ industriæq; non vulgaris. Quod quidem munus cum post tot annos sedulo pro ingenij mei facultate obijssem, indicani non alienum esse a mea in te obseruancia, vt aliquid stylo, licet rudi & ineleganti, exigerem, quod tibi fore gratissimum meritoq; deuouendum videretur cum vt me ab illa grauissima inscitiæ vel ignauiæ iniuria vendicarem tum verò, vt immortalem tuæ virtutis, & multorum atque adeò summorum in me tuorum officiorum memoriam posteritati relinquerem. Cum itaque inter hæc quotidiana mentis curricula, ἰλιὰς Scriptorum in omni disciplinarū genere sese offerret, ecce incidit in manus Gulielmi Durādi hominis sanè laudatissimi vtriusque Iuris Doctoris & Professoris. Τὸ Πρόχειρον, seu (vt ille appellat) Rationale Diuinorum officiorum. In quo quidem nihil ἐκ παρέργου καὶ τῆς γνώμης positum esse diuina prope diuini authoris lectio, pijs lectoribus ijsdemq; Christianis omnibus satis ostendit. Itaque idipsum opus castigandum & expoliandum eo lubentius suscepi, quod te iam puero primarum

rum artium facultate, scientia & eloquentia præditum, musicq; dicatum, iam impensius sacrarum literarum lectioni incumbentem, eaq; studia & diurna & nocturna versantem manu viderem. Sicq; mihi consentaneum visum est, vt scriptoris pia & Christiana admodum lectio suo lectori ex omni parte responderet, vel omnino quadraret. Quod autem ad Gulielmum Durandum attinet, principio quam argute, quàm eleganter & expedite totam iuris ciuilis molem in vnum corpus collegerit, collectam in speculo expressa facie, & quod aiunt) ad viuum effinxerit, nentiquam eis est obscurum, qui in publicis forensibusq; iudicijs quotidie versantur. A cuius facultatis studio ille paulum seriatus, mutata fortuna, alteram longè celebrrimam ac pijssimam iuris partem quæ Θεολογία dicitur, animum conuertit. Quam ita acuratè, & perspicuè tractauit, vt ad eam, quam attingit rei diuinæ [illegible] xv, nihil possit à quo quam iure desiderari, vel certe debeat. Nos vero tanti authoris nomine, simulq; rei dignitate adducti diligenti & fideli opera præstitimus, primum vt loci communes, seu rerum insignium capita suo ordine progrederentur. Proximè vt dictio Græca, quæ multos supra annos corrupta & neglecta iacuerat, inscitia aut certè negligentia hoc recognitionis munus factitantium, iam tandem aliquando suæ pristinæ sedi & integritati redderetur. Præterea, ne quid ad integram tãti operis laudem deesset, capita quæq; summarijs, argumentis illustrauimus, quorum index cum fidelis, tum copiosus est præfixus. Locos insuper vel suboscuros vel ancipites, adnotationibus aperuimus, ad authoris mentem, & orationem, quàm fieri potuit, pro pijssime accendentes. Neque enim hic Atticos sales, aut fluentes numeros expectabis, sed planam, simplicem, & penè legibus artis solutam orationem. Ita enim vel illa tempora erant dura, vel idipsum ferabat Theologica facultati, ratio, propriam & singularem (vt quæque artes) dicendi methodum sortita. Cæterum in eo castigando, ornando, & ditando ita sumus versati, vt nouum potius, quàm interpolatum opus videatur. Reliquum est, lectissime frater, te & æquum Lectorem rogatos velle, vt hosce nostros conatus, liberales illos quidem & alacreis, in lucem editos, cum in communem omnium studiosorum gratiam, tum in testimonium mea erga te obseruantiæ & amicitiæ æquis animis excipiat, maiora in posterum Dijs iuuantibus accepturi. Bene vale, Lugduni, è Typographia, diebus Februarijs: M D L X V.

OPERIS TOTIVS SECTIO.

Accesserunt huic Libri partiales octo; quorum primus, Ecclesiam, eiusque loca, ac sacramenta, ornamentaque.

Secundus, eiusdem Ecclesiæ ministros, officiaque diuina.

Tertius, Pontificum, cæterorumque Ecclesiæ Ministrorum, Sacrificiorumque ornamenta condecentia.

Quartus, Missam, eiusque sacra mysteria.

Quintus, Diuina cùm nocturna, tùm diurna officia.

Sextus, Dominicas, earumque officia, & quatuor Temporum ieiunia, cæterasque Festiuitates.

Septimus, Sanctorum dies festos, solennesque.

Octauus, Computum seu Calendarium, eiusque Appendices suis quique locis, atque Capitulis luculentissimè complectuntur.

ELENCHVS LIBRORVM ET CAPITVM.

Capiti libri primi.

DE Ecclesia, & eius partibus. cap. 1. fol. 3.
De altaris. cap. 2. 7
De picturis, & cortinis, & ornamentis Ecclesiæ. c. 3. 9
De campanis. cap. 4. 10
De cœmeterijs; & alijs locis sacris, & religiosis. cap. 5. 15
De Ecclesiæ dedicatione. cap. 6. 16
De altaris consecratione. cap. 7. 22
De consecrationibus & vnctionib. c. 8. 25
De Ecclesiasticis sacramentis. cap. 9. 28

Secundi libri capita.

De ministris & ordinibus Ecclesiasticis, & de eorum officijs. cap. 1. 30
De cantore. cap. 2. 35
De psalmista. cap. 3. ibid.
De ostiario. cap. 4. 36
De lectore cap. 5. ibid.
De exorcista. cap. 6. ibid.
De acolytho. cap. 7. 17
De subdiacono. cap. 8. ibid.
De diacono. cap. 9. ibid.
De sacerdote. cap. 10. 39
De episcopo. cap. 11. ibid.

Tertij libri capita.

De indumentis, seu ornamentis ecclesiæ, Sacerdotum, atque Pontificum, & aliorum ministrorum. cap. 1. 42
De amictu. cap. 2. 44
De alba. cap. 3. ibid.
De zona seu cingulo. cap. 4. ibid.
De stola cap. 5. 45
De manipulo. cap. 6. 46
De casula seu planeta. cap. 7. ibid.
De caligis & sandalijs. cap. 8. 47
De succinctorio & orali. cap. 9. 48
De tunica. cap. 10. ibid.
De dalmatica. cap. 11. ibid.
De chirotheca. cap. 12. 42
De mitra. cap. 13. 50
De anulo. cap. 14. 51
De baculo pastorali. cap. 15. ibid.
De sudario. cap. 16. 52
De pallio. cap. 17. ibid.
De quatuor coloribus, quibus Ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis. c. 18. 54
De indumentis legalibus, seu veteris testamenti. cap. 19. 55

Quarti libri capita.

De Missa; & singulis, quæ in missa aguntur. cap. 1. 58
De quinque spalmis, quos Pontifex celebraturus dicit. cap. 2. 62
De capitis compositione, & manuum lotione. cap. 3. ibid.
De aquæ benedictæ consecratione, & aspersione. cap. 4. 63
De officio seu introitu missæ. c. 5. 64
De accessu sacerdotis ac pontificis ad altare, & de processione. c. 6. 65
De confessione facienda in missa. c. 7. 68
De incenso benedicendo, & in turibulum mittendo. cap. 8. ibid.
De osculo altaris, & libri. c. 9. 69
De turificatione. cap. 10. 70
Qualiter episcopus vel sacerdos, & ministri ad altare stare debent. c. 11. ibid.
De Κύριε ἐλέησον, cap. 12. 71
De Gloria in excelsis. c. 13. ibid.
De salutatione ad populum. c. 14. ibid.
De oratione, seu collecta. c. 15. 74
De epistola. c. 16. 77
De reuerentia post lectam Epistolam facienda. cap. 17. 78
De confessione sacerdotis, uel episcopi, & ministrorum. c. 18. fol. eo.
De gradualis. cap. 19. ibid.
De Alleluia. cap. 20. 79

De

De tractu.c.21. 80
De prosa, seu sequentia.c.22. 81
De mutatione sacerdotis.c.23. 82
De euangelio.c.24. ibid.
De symbolo.c.25. 87
De prædicatione c.26. 90
Secūda pars Missæ in offertorio c. 27. ibid.
De manuum ablutione c.28. 91
De palijs,& corporalibus c.29. ibi.
De oblatione sacerdotis, & de officio ministrorū circa illā, & de patena,& de oblationib. populi, & clericorum c. 30. 92
De secunda turificatione c.31. ibid.
De inclinatione sacerdotis, & osculatione, ac oratione.c.32. 96
De præfatione c.33. 97
De Sanctus c.34. 99
De secreta vel canone Missæ.c.35. 100
De expositione canonis, qui incipit, Te igitur c.35. 101
De secunda parte canonis,scilicet, Memēto domine c.37. 203
De tertia parte canonis c.38. ibid.
De quarta parte canonis c.39. 104
De quinta parte canonis c.40. 106
De sexta parte canonis c.41. 107
De septima parte canonis c.42. 113
De octaua parte canonis c.43. 117
De nona parte canonis c.44. 119
De decima parte canonis c.45. 120
De vndecima parte canonis c.46. ibid.
De oratione dominica, Pater noster &c. c.47 123
De expositione dominicæ orationis capitulo 48. 124
Tertia pars Missæ de silentio post dominicam orationem c.49. 127
De resumptione patenæ c.50. ibi.
De fractione hostiæ c.51. ibid.
De Agnus Dei.c.52. 131
De pacis osculo c.53. 132
Quarta pars missæ, & primo de communione sacerdotis c.54. 133
De persuasione c.55. 134
De post communione c.56. 135
De oratione nouissima, & de, Ite, missa est c.57. ibid.
Quare sacerdos humerū Pontificis osculatur c.58. 136
De benedictione nouissima c.59. ibid.

Quinti libri capita.

De diuinis officijs, tam nocturnis, quàm diurnis in genere.c.1. 137
Quid sit officium, & de eius institutione & partibus c.2. 139
De nocturnis c.3. 148
De matutinis laudibus c.4. 152
De prima.c.5. 156
De tertia c.6. 159
De sexta c.7. 160
De nona c.8. ibid.
De vesperis c.9. 161
De completorio c.10. 162

Sexti libri capita.

De officijs dñicarū,specialiter, & quarundam feriarum, & festiuitatum Domini, & ieiuniorum quatuor tēporū. c.1. 164
De tempore aduentus c.2. 167
De prima dñica aduentus Dñi c.3. 171
De secunda dñica aduentus dñi c.4. 172
De tertia dominica aduentus dñi c. 5. ibi.
De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum c 6. 173
De alijs ieiunijs c.7. 174
De officio quartæ feriæ c.8. 176
De sexta feria c.9. ibid.
De sabbato c.10. 177
De dñica quarta aduentus Dñi c.11. ibid.
De vigilia natiuitatis Domini c 12. 179
De officio natiuitatis Domini. c.13. ibid.
De dominica infra octauam natalis domini c.14. 182
De festo circuncisionis c.15. 183
De festo epiphaniæ c.16. 184
De octaua Epiphaniæ c.17. 186
De prima dñica post Epiphaniā.c.18. ibid.
De dñica secūda post Epiphaniā c.19. 187
De dñica tertia post Epiphaniā c.20. 188
De dñica quarta post Epiphan.c. 21. 189
De dñica quinta post Epiphan.c. 22. ibid.
De dñica sexta post Epiphaniā c. 23. ibid.
De dominica Septuagesimæ c.24. 190
De officio Septuagesimæ c.25. 192
De sexagesima c.26. 193
De quinquagesima c.27. ibid.
De fer.4. in capite ieiunorum c.28. 196
De quinta feria c.29. 198
De sexta feria c.30. ibid.
De sabbato c.31. ibid.
De prima dñica quadragesimæ c.32. ibid.
De secunda feria c.33. 199
De tertia feria c.34. 200
De quarta feria,c.35. ibid.
De quinta feria c.36. ibid.
De sexta feria c.37. ibid.
De sabbato c.38. 201
De secūda dñica quadragesimæ.c.39. ibi.
De secunda feria c.40. 202
De tertia feria.c.41. ibid.
De quarta feria c.42. ibid.
De quinta feria c.43. ibid.
De sexta feria c.44. 203
De sabbato c.45. ibid.
De dñica tertia quadragesimæ c.46. ibid.
De secunda feria c.47. 204
De tertia feria c.48. ibid.
De quarta feria c.49. ibid.
De quinta feria c.50. 205
De sexta feria c.51. ibid.
De sabbato c.52. ibid.
De dñica quarta quadragesimæ c.53. 206
De secunda feria c.54. 207
De tertia feria c.55. 208
De quarta feria c.56. ibid.
De quinta feria c.57. 210
De sexta feria c.58. ibid.
De sabbato,c.59. ibid.
De dñica quinta in passione dñi.c.60. 211.
De secunda feria c.61. 212
De tertia feria c.62. ibid.
De quarta feria c.63. 213
De quinta feria c.64 ibid.
De sexta feria c.75. ibid.
De sabbato c.66. ibid.
De dñica sexta ī ramis palmarū.c.67. 214
De secunda feria.c.78. 215
De tertia feria c.69. 116
De quarta saria c.70. ibid.
De quinta feria c.71. 217
De eadem 5.feria.c.72. ibi.
De diuino officio c.93. 220
De eadem 5.feria c.74. 221
De officio missæ ipsius quintæ feriæ capitulo 75. 224
De denudatione altarium c.76. 226
De die parasceues c.77. 227
De sabbato Paschæ c.78. 231
Per quem,quomodo,& quare agni de cera fiant.c.79. 232
De benedictione cerei c.80. ibid.
De lectionibus & tractibus c.81. 233
De benedictione baptismi, seu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris cathecuminorum c.82. 236
De baptismo, vbi etiam agitur de vestibus, quas neophyti quarto die deponunt,& de patrinis c.85. 138
De confirmatione c.84. 241
De Missa c.85. ibid.
De sancto die Paschæ c.86. 244
De die sancto Paschæ c.87. 246
De diuino officio Paschæ c.88. 247
De septem diebus post Paschæ c.89. 249
De secunda feria post Paschæ.c.90. 254
De tertia feria post Pacha.c.91. ibid.
De quarta feria post Paschæ c.82. ibid.
De quinta feria post Paschæ c.93. 255
De sexta feria post Paschæ c.94. ibid.
De sabbato in albis c.95. ibid.
Alia expositio dictorum septem dierum ca.96. 256
De prima dominica post Paschæ c.97. ibi.
De secnda Dñica post Paschæ c.98. 257
De dominica tertia post Paschæ c.99. ibid.
De dñica quarta post Paschæ c.99. ibid.
De dominica rogationum c.101. ibid.
De rogationibus c.102. ibid.
De vigilia Ascensionis c.103. 260
De festo Ascensionis domini c.104. 261
De dominica post Ascensionē c.105. ibid.
De vigilia Pentecostes c.106. 262
De die sancto Pentecostes c.107. 263
De secunda feria c.108. 265
De tertia feria c.109. ibid.
De quarta feria c.110. 266
De quinta feria c.111. ibid.
De sexta feria c.112. ibid.
De sabbato c.113. 267
De die dñica sāctæ Trinitatis.c.114. ibid.
De prima dñica post Pent.c.115. 269
De secūda dñica post Pentec.c.116. ibid.
De dñica tertia post Pentec.c.117. ibid.
De dñica quarta post Pentec.c.118. ibid.
De quinta dñica post Pentc.c. 119. ibid.
De sexta dñica post Pentec.c.120. 281
De septima dñica post Pent.c.121. ibid.
De octaua dñica post Pent.c.122. ibid.
De dominica nona post Pent.c.113. 272
De decima dñica pdst Pent.c.124. ibid.
De vndecima dominica post Pentecost. cap.125. ibid.
De 12.dominica post Pentec.c.226. 273
De 13.dominica post Pentec.c.127. ibid.
De 14.dominica post Pent.c.128. 274
De 15.dominica post Pent.c.129. ibid.
De 16.dominica post Pent.c.120. ibid.
De 17.domiuica post Pent.c.131. 275
De quarta feria quatuor temporum Septembris

ptembris cap.132. ibid.
De sexta feria quatuor temporum Septẽbris cap.133. ibid.
De sabbato quatuor temporum Septembris cap.134. ibid.
De dñica 18.post Pentec.cap.135. 276
De dñica 19.post Pentec.cap.136. ibid.
De dñica 20.post.Pentec.cap.137. ibid.
De dñica 21.post Pentec.cap.138. 277
De dñica 22.post Pentec.cap.239. 278
De dñica 23 post Pentec.cap. 140. ibid.
De dñica 24.post Pentec. cap.141. ibid.
De dñica 25.post Pentec.c.142. 279
De dñica 26.post Pentec.cap. 143. ibid.

Septimi libri capita.

De Sanctorum festiuitatibus c.1. 280
De sãcti Fabiano & Sebastiano c. 2. 285
De sancta Agnete.c.3. 276
De conuersione sancti Pauli.c.4. ibid.
De sancto Iuliano c.5. ibid.
De beata Agatha.c.6. ibid.
De purificatione sanctæ Mariæ.c.7. ibid.
De cathedra sancti Petri.c.8. 288
De Annũciatione virginis Marię.c.9. 289
De sanctis Apostolis Philippo & Iacobo cap.10. ibid.
De inuentione sanctæ Crucis c.11. ibid.
De reuelatione sãcti Michaelis c.12. 290
De SS.Geruasio & Prothasio.c.13. 291
De sancto Ioanne Baptista c.14. ibid.
De sanctis Petro & Paulo.c.15. 292
De septem fratribus c.16. ibi.
De sancto Iacobo.c.17. ibid.
De septem dormientibus.c.18. 293
De festo sancti Petri ad uincula.c.19. ibi.
De Machabæis.c.20. ibid.
De Inuentione sancti Stephani c.21. ibi.
De Transfiguratione Domini c.22. 294
De sancto Laurentio.c.23. ibid.
De assumptione Virginis gloriosæ Mariæ.c.24. ibid.
De sancto Bartholomæo Apostolo, capitulo 25. 295
De decollatione sancti Ioannis Baptistæ cap.26. ibid.
De sanctis Felice & Audacto.c.27. 296
De natiuitate beatæ Mariæ.c.28. ibid.
De exaltatione sãctæ Crucis c.29. ibid.
De festo sancti Matthæi Apostoli & Euãgelistæ.c.30. 279
De sancto Mauritio & socijs c.31. ibid.
De festo sancti Lucæ euãgelistæ c.32. ibi.
De festo Apostolorum Simonis & Iudæ cap.33. ibid.
De festo omnium Sanctorum.c.34. ibid.
De officio mortuorum.c.35. 298
De quatuor Coronatis martiribus. capitulo 36. 302
De beato Martino Episcopo & Confessore.cap 37. ibid.
De beato Andrea Apostolo.c.38. ibid.
De beato Nicolao.c.39. ibid.
De venerabili Beda presbytero c.40. 303.
De sancto Thoma Apostolo.c.41. ibid.
De sanctis Stephano & Ioanne euangelista,& Innocentib.cap.42. ibid.
De Apostolis.c.43. 304
De euangelistis.c.44. 305
De Martyribus.c.45. 306
De confessoribus.c.46. 307
De Virginibus.c.47. ibid.
De festo & officio dedicatione Ecclesiæ cap.48. 308

Octaui libri capita.

De Computo & Calendario,& pertinentibus ad illa.c.1. 309
De anno solari.c. 4. ibid.
Quid sit annus solaris.c.3. ibid.
De Mense c.4. 311
De Septimana.c.5. 313
De Die c.6. 315
De Anno lunari.c.7. ibid.
De regularibus lunaribus.c.8. ibid.
De epacta.c.9. 316
De emboliſmo.c.10. ibid.
De aureo numero.c.11. 317
De termino Paschali.c.12. 318
De cyclo.cap.13. 319
Conclusio operis. ibid.

FINIS TABVLAE
Librorum & Capitum.

RATIONALE; SEV ENCHIRIDION DIVINORVM OFFICIORVM,

GVLIELMO DVRANDO, PRAESVLE. MIMATENSI AVTHORE

SVMMA.

1 *Officia ecclesiastica,nacta diligẽtẽ auscultatorem, magnam gignunt suauitatẽ.*
2 *Figuræ in diuinis sunt virtutum signæ.*
3 *Prælati & sacerdotes scientia & virtutibus debent eminere.*
4 *Artem suam quisque diligenter curat & colit.*
5 *Sacerdotibus imperitis nõ est detrahẽdũ.*
6 *Officia diuina an hodie figuræ careant.*
7 *Lex antiqua quædã habet mystica, quædam moralia.*
8 *Lex an recipiat mutationem disting.*
9 *Scripturæ sacræ quadruplici sensu expenduntur,& nu.13.*
10 *Allegoria quid.*
11 *Tropologia quid.*
12 *Anagoge quid.*
14 *Institutionũ Ecclesiasticarũ uarius usus, vt varius ortus.nu.15.& 17.*
16 *Durandus communem Ecclesiæ formam instituit,non singularem.*
18 *Rationale unde, & quo, hoc nomen sortitum.*
19 *Rationale hoc in octo partes diuiditur.*

PROOEMIVM.

QVACVNQVE IN Ecclesiasticis officijs, rebus aut ornamentis consistunt, diuinis plena sunt signis,atq; mysterijs, ac singula sunt cęlesti dulcedine redundantia,si tamen diligentẽ habeãt inspectorẽ, qui norit mel de petra sugere,oleumq; de durissimo saxo. Quis tñ nouit ordinem cęli,& rõnes ip sius ponet in terra? Scrutator quippe maiestatis opprimetur à gloria. Siquidem puteus altus est, & in quo aquam hauriam, non habeo, nisi porrigat ille, qui dat omnibus affluenter, & non improperat,ut inter medium montium transeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus Saluatoris. Licet igitur non omnium quæ à maioribus tradita sunt, ratio reddi possit. ff. de legi. l. non omnium 23. quæstio. 4. Nabuchodonosor. in princip. quia tamen quod in his ratione caret, extirpandum est. 68. distin. coepiscopi. 12. distin. omnia.Idcirco ergo Gulielmus Durandi sanctæ Mimaten. Ecclesiæ sola Dei prouidentia dictus episcopus, pulsans pulsabo ad ostium. si fortè clauis Dauid aperire dignetur, ut me introducat rex in cellam vinariam, in qua mihi supernum demonstretur exemplar, quod Moysi fuit in monte monstratum,quatenus de singulis, quæ in ecclesiasticis officijs, rebus aut ornamentis consistunt. quid significent & figurent, ualeam reuelare clarè, & aperte disserere, & rationes ponere, qui linguas infantium facit disertas cuius spiritus, vbi vult spirat, diuidens singulis, prout vult, extra de renũciatio.cap.nisi.ad laudem, & gloriam Trinitatis. ¶ Sanè hic sacramenta pro signis accipimus,seu figuris, quæ siquidem figuræ non sunt virtutes, sed virtutum

Deu.12. Iob. 38. Prou.35 Ioan. 4. Iacobi 1. Ps. 103. Es. 12. Apo.3. Canti.2 Exo.25. Sap. 10. Ioan. 3.

tutum signâ, quibus tãquam scripturis utentes docentur. Signorum autem alia sunt naturalia alia positiua. de quò. & quid sit sacramentum, dicetur in quarta parte sub septima particula canonis, super verbo, mysterium fidei.

3 ¶ † Sacerdotes igitur & prælati ecclesiæ, quibus datum est nosse mysteria: prout in Luc. c. 8. habetur, & sacramentorum paritores, & dispensatores existunt. 43. distin. dispensatio. sacramenta intelligere, & virtutibus, quæ per illa significantur, fulgere debent, ut ex eorum luce cæteri similiter illuminentur, alioquin cæci sunt, *Mat. 15* & duces cæcorum, extra de renuntiationibus, cap. nisi, iuxta illud propheticum, Obscurentur oculi eorum, ne videant. 37. distin. §. itaque. Sed (proh dolor) ipsi hodie, *Ps. 68.* ut plurimum de his quæ vsu quotidiano in ecclesiasticis contrectant rebus, & proferunt officijs, quid significent, & quare instituta sint, modicum apprehendunt, adeo ut impletum esse ad literã illud propheticum videatur, & erit sicut populus, *Esa 24.* sic sacerdos. Esaiæ 24. ferentes siquidem *Leui. 21.* panes propositionis ad mensam domini, *Psal. 94* atque mysteria, qui neque intelligunt, neque vident, tantum inde nimirum iusto Dei iudicio habituri, quantum & iumenta panes ad usum portantia aliorum. De qua ignorantia rationem reddituri sunt in die uindictæ & iræ, quandoquidem cedri paradisi tremebunt, quid ergo faciet uir- *Ps. 94.* ga deserti? eis enim per prophetam dicitur, ipsi uerò non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in 4 requiem meam. ¶ Siquidem † liberalium atque quarumlibet artium professores nudè, fortè, & incolorate in illis plerunque contenta satagunt causis, & rationibus uestire, fulcire atque colorare. Pictores quoque ac quilibet mechanici, seu opifices in quibuslibet operum suorũ uarietatibus studeant, ueri similes rationes & causas reddere, & in promptu habere. Sed & secundum ipsas mundanas leges, turpe est patricio, & causas tractanti ignorare ius, in quo uersatur. ff. de orig. iur. lib. 2. §. post 5 has. ¶ Verum † licet sacerdotibus scientia si ualde necessaria ad doctrinam, extra de hæret. cum ex iniuncto. 38. distinct. sedulò. non est tamen simplicibus sacerdotibas etiam à scolasticis detrahendum, 28. distin. quamuis. iuxtà illud Exod. 22. Dijs non detrahes. Vnde secundum August. non irridebunt, si fortè aduerterint aliquos antistites, & ministros ecclesiæ, uel barbarismis, & solœcismis Deum inuocare, vel eadem verba quæ pronuntiant, non intelligere, perturbateque distinguere: ideo, quia talia corrigenda non sunt: sed quia sunt piè à scientibus toleranda. ¶ Quæ autem sacerdotes scire debent, in secunda parte sub tractatu de Sacerdote dicetur. ¶ † Porrò non uidetur, 6 quòd ea quæ in ecclesiasticis fiunt rebus, atque officijs figuraliter fiant. Tum quia figuræ recesserunt, & est tempus hodie ueritatis. Tum quia non debemus iudaizare extra de sac. unctio. in fine. Sed licet re vera figuræ, quarum hodie ueritas apparuit recesserint, tamen adhuc multiplex ueritas latet, quam non videmus, propter quod vtitur ecclesia figuris. Verbi gratia, per uestimenta candida intelligimus aliquo modo decorem animarum nostrarum, scilicet gloriam immortalitatis nostræ, quam uidere non possumus manifestè, 30. quæstio. 5. fœminæ, & in Missa a prefatione in altari, Christi passio representatur, ut tenacius, & fidelius memoriæ teneatur. de consecratio. distinctio. 2. liquido.

¶ † Notandum autem est, quòd eorum quæ in lege continentur, alia sunt mora- 7 lia, alia mistica. 6. distin. his. §. ita. ¶ Moralia sunt, quæ mores informant, & sic intelligenda sunt, prout ipsa uerba sonant, ut diliges Deum, honora patrem, non occides & huiusmodi. Mistica sunt figuralia, quæ aliud significant præter id, quod litera sonat. ¶ Horum alia autem sunt sacramentalia, alia cæremonialia. ¶ Sacramentalia sunt, de quibus ratio reddi potest. Quare ad literam sic præcepta fuerunt, ut de circuncisione, & de obseruantia sabbati, & huiusmodi. ¶ Cæremonia- *Deut. 22* lia autem sunt, de quibus ratio reddi non *ibid.* potest, quare præcepta fuerunt, ut non arabis in Boue & Asino, non seres uestem lino lanaque contextam. Non seres agrum diuerso semine, & huiusmodi.

¶ † Siquidem quantum ad mor alia lex nõ 8 recipit mutationem sed quãtũ ad sacramẽ talia

talia & cæremonialia mutata est, quoad superficiem literæ, misticus tamen eorum intellectus mutatus non est, vnde nõ dicitur lex mutata, quamuis trãslato in nos sacer- *Heb. 7.* dotio sit trãslata. extra de const. translato.

9 ¶ † Sciendum quoque est, q̃ in diuinis scripturis est sensus historicus, allegoricus, tropologicus, & anagogicus. Vnde secundum Boetium. Omnis diuina authoritas, aut ex historiali, aut allegorico', aut ex vtroque posita est intellectu. Et ẽm Hier. debemus diuinam scripturam trifariam scrutari. Primò iuxta literã. Secundò iuxta allegoriam idest spiritualem intelligentiam.. Tertiò secundum futurorum beatitudinem. ¶ Historia est significatio vocum ad res, videlicet quando res quælibet, quomodo secundum literam gesta sit, plano sermone refertur, vt quomodo populus Israeliticus ex Aegypto saluatus, tabernaculum Domino fecis- *Exo. 36.* se narratur. Et dicitur historia ab ἵστωμι, quod est gesticulari inde historici, idest gesticulatores vocantur, quasi histriones.

10 * ¶ † Allegoria est, quando aliud sonat in spiritu, ut quãdo per vnũ factum aliud intelligitur, quòd si illud sit uisibile, est simpliciter ἀλληγορία. si inuisibile & cœleste tunc dicitur ἀναγωγή. Est etiam allegoria quando per alienum semonem, alienus status designatur, vt cũ Christi præsentia, vel ecclesiæ sacramenta uerbis, vel mysticis re- *Esa. 11.* bus designantur. Verbi gratia, ut ibi, Egredietur uirga de radice Iesse, quod apertè sonat, Nascet uirgo Maria de stirpe Dauid, qui fuit filius Iesse. Mysticis verò rebus, ut populus ab ægyptiaca seruitute p agni sanguinem liberatus, significat ecclesiã passione Christi à dæmoniaca seruitute ereptã. Et dicitur allegoria ab ἄλλο, Græce quod est alienum, & γόρος, quod est sensus quasi 11 alienus sensus. ¶ † τροπολογία, est conuersio ad mores, seu moralis locutio ad correctionem, & morum institutionem mysticè, *Eccl. 6.* vel apertè respiciens. Mysticè, vt ibi, Omni tempore vestimenta tua sint candida, & olium de capite tuo nõ deficiat, idest, opera tua sint munda, & charitas de mẽte tua *1. Re. 27* nunquam decidat. & ibi, Oportet vt Dauid interficiat in nobis Goliam, idest humilitas superbiã. Apertè, ut ibi, Frãge esu- *Es. 58.* rienti panem tuum, & ibi, Non diligamus *Ioan. 4.* lingua, uel uerbo, sed opere & veritate. Dicitur autẽ τροπολογία, à τροπος, quod est conuersio, & λογος, quod est sermo. quasi conuersus sermo. ¶ † Αναγωγη, dicitur ab 12 ἄνω, quod est sursum & ἄγω, quod est duco, quasi sursum ductio. Vnde sensus anagogicus dicitur, qui à uisibilibus ad inuisibilia ducit, ut lux prima die facta, signifi- *Gen. 1.* cat rem inuisibilem idest angelicam naturam in principio factam. Anagoge ergo est sensus locutionem ad superiora, siue ecclesiam ducens, scilicet ad Trinitatem, & ad ordines angelorum, & de præmio futuro, & de futura uita, quæ in cœlis est, apertis, uel mysticis sermonibus disputãs. Apertis, vt ibi, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Mysticis, ut ibi, Beati qui *Matt. 5.* lauant stolas suas &c. ut illis sit potestas in *Apo. 22.* ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatẽ, quod patenter sonat, Beati qui mũdãt cogitationes suas, ut illis sit potestas videndi Deũ, qui est uia, ueritas, & uita, & per doctrinam, idest, exemplo patrum intrent in regnum cœlorũ. Similiter Hierusalẽ intelligitur historicè, ciuitas illa terrestris, quã peregrini petunt, allegòricè, ecclesia militans, tropologicè, quælibet fidelis anima, anagogicè, cœlestis Hierusalẽ siue patria. De his ét alia exẽpla uideri possunt in le- *Ioan. 12* ctionibus quæ dicuntur in sabbato sancto, prout ibi in sexta parte dicetur. In hoc aũt opere plerunque circa idem diuersi sensus adhibentur, & de uno sensu ad alium transitur, quemadmodum lector sedulus liquidò poterit intueri. ¶ † Sicut enim nemo prohi- 13 betur diuersis exceptiõnibus, vel defensoribus. vti. ff. de excep. nemo, extra de reseri. c. auditis. 24. q. 2. §. 1. Sic etiam nec diuersis in laudem Dei expositionibus, salua fide. ¶ † Considerari aut oportet, quod in diui- 14 no cultu multiplicis ritus varietas reperitur. Vnaquæque ferè nanque ecclesia proprias habet obseruantias, & in suo sensu abundat. 76. dist. vtinam. nec censetur reprehensibile, vel absurdum, Deum & sanctos eius varijs concentibus seu modulationibus, atque diuersis obseruantijs venerari, cum & ipsa ecclesia triumphans secũdum Prophetam circundata sit uarietate. Psal. 44. & in ipsorum ecclesiasticorum sacramentorum administratione de iure cõsuetudinis uarietas toleretur. † Vnde secũ 15 dum Aug. 11. dist, ecclesiasticarũ. Ecclesiasticarum

ficarum institutionum in diuino officio quasdam scripturis accepimus, quasdã ueró apostolica traditione sine scripturis cõfirmatas per successores, quasdam etiã, quarum tamen institutio ignoratur, consuetudine roboratas, approbat vsus, quibus par-
16 tus, seu obseruantia debetur. ¶ Nõ† igitur Lectoris moueatur animus, si fortassis in hoc opusculo legerit quæ in sua nõ nouerit ecclesia obseruari, aut non inuenerit, quicquid ibi seruatur. Non enim uniuscuiusque loci specialia, sed communes, atque usitatiores ritus hic prosequimur, qui cõmunem non particularem doctrinam tradere laboramus, nec sit nobis possibile quorumlibet locorum specialia perscrutari.

¶ Decreuimus itaque, pro animæ nostrę salute atque legentium utilitate', secreta diuinorum officiorum mysteria hic claro stylo, prout erit possibile, exarare, atque dirigere, & quæ uiris ecclesiasticis pro quotidiani vsus intelligẽtia necessaria uisa sunt, enucleare, & medulitus explicare, quemadmodum & pro illis, qui circa iudicia uersantur secularia, olim in speculo iudiciali fideliter egisse dignoscimur, in statu dissi-
17 mili constituti ¶† Veruntamen sedulo pensandum est, quod circa ipsa diuina officia plures sunt vsuales obseruantiæ, quæ nec ad moralem, nec ad mysticum ex institutione referantur intellectum, sed nõnullæ propter necessitatem, quędam propter cõgruitatem, quædam propter ueteris & nouæ legis differentiam, quædã propter earum conuenientiam, & quædã propter ma-
Exo. 30. iorem ipsorum officiorum celebritatem, & reuerentiam inoleuisse cognoscuntur, 12. distin. c. omnia. Vnde sicut ait beatus Augustꝰ. talia diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix, aut nunquam omnino inueniri possint causæ, quas in eis constituendis homines sunt secuti. ¶ Sanè liber † iste Rationalis, uocabulo describitur. Nam quemadmodum in rationali iudicij, quod legalis Pontifex ferebat in pectore, scriptũ erat, manifestatio & ueritas, sic & hic rationes uarietatum in diuinis officijs, & earum uarietates describuntur, & manifestantur, quas in scrinio pectoris sui ecclesiarũ prælati, & sacerdotes debent fideliter conseruare. 39. distin. § ecce. Et sicut in illo erat lapis, in cuius splendore filij Israel Deum sibi fore propitium agnoscebant, sic deuotus lector ex huius lectionis splẽdore in diuinorum officiorum mysterijs eruditus agnoscit Deum nobis fore propitium, nisi forte eius indignationem culpæ offendiculo improuide incurramus. illud quoque quatuor coloribus auroque cõtextũ erat, & hic (vt præmissum est) rationes uarietatem in ecclesiasticis rebus atque officijs quatuor sensibus, videlicet historico, allegorico, tropologico, & anagogico fide media colorantur. ¶ † Distinguitur autem in 19
octo partes, quas seriatim fauente domino prosequemur. In quarũ prima agetur de ecclesia & ecclesiasticis locis, & ornamentis, & de consecrationibus, & de sacramentis. In secunda, de ecclesiæ ministris & eorum officijs. In tertia, de sacerdotalibus, & alijs indumentis. In quarta, de Missa, & de singulis, quæ in ea aguntur. In quinta, de alijs diuinis officijs in genere. In sexta specialiter de singulis Dominicis, & ferijs & festiuitatibus ad dominum pertinẽtibus. In septima, de festiuitatibus sanctorum, & de festo, & officio dedicationis ecclesiæ, ac mortuorum. In octaua, de computo & Calend.

*Histriones.] Presè ieiunè, ac etiam pene ineptè Author verbum, historia, accipit, & deducit, ἱστορεῖν, enim, ut Budæo placet, est τοῦ διέρχεσθαι καὶ κατὰ μανθάνειν τόπους, καὶ τοῖς ἄλλοις παραδιδόναι δηλούμενον, intercedere, & prædiscere locos, eorumque expositionem alijs conferre, tradere, & communicare. Item, inspicere, & cognoscere, oculis subijcere, uiscere, tum etiam memoriæ prodere. unde τὰ ἱστορούμενα Plutarcho, pro rebus memoriæ proditis. Inde ἱστορία, narratio, cognitio, & disciplina. ἱστοριογραφὸς, siue λογοποιὸς, enarrator, expositor. Quintillianus enim historicum ex- 14
positiuum dixit. Cæterum quàm præposterè reddat verbum, ἀλληγορία, tuum, fuerit iudicium. Nec vero nos instituimus omnibus immorari nodis, eos potius studiosorũ arbitrio soluendos relinquentes, & verentes ne Author nostris coloribus nimium anxiè ornatus, sui quę omnino dissimilis, moueat risum, tanquam illa cornicula alienis induta plumis. N. Doard.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

In hac ergo Prima huius Operis parte, de quibusdam generalibus tractare determinauimus, videlicet De Ecclesia & eius partibus De altari. De picturis & imaginibus, & ornamentis Ecclesię, de campanis. De Cœmeterio, & alijs sacris locis. De Ecclesię dedicatione. De altaris consec. De consecrationibus & vnctionibus. De sacramentis Ecclesiasticis.

SVMMA.

1 *Ecclesia est duplex:*
2 *Ecclesia quid. Et quàm varie appelletur, per discursum, nu. 4.*
3 *Synagoga quid.*
5 *Ecclesia nostra unde formam acceperit.*
6 *Tabernaculum, quibus constet et unde dictum. Et ad quid in ecclesiam versum.*
7 *Ecclesiæ fundamentum qualiter, et à quibus iaciendum.*
8 *Ecclesiæ caput cur oriẽtẽ spectare debeat.*
9 *Ecclesiæ spiritualis ædificatio qualis.*
10 *Cæmentum ex quibus componatur. Et quid eorum vnumquodque denotet.*
11 *Aedificãtibus spiritualẽ Ecclesiã pugnãdũ est aduersus hostes. Et qbus armis.*
12 *Tabernaculũ veteris testamenti ex quibus fuerit constructum.*
13 *Sethin quid.*
14 *Ecclesiæ forma humani corporis portionibus respondet.*
15 *Ecclesia spiritualis, quibus, & quot partibus, constet.*
16 *Ecclesiæ spiritualis quæ sint fundamenta.*
17 *Ecclesiæ parietes laterales quid notent.*
18 *Chorus clericorum quid, & unde dicatur*
19 *Exedria quid.*
20 *Atrium Ecclesiæ quid denotet.*
21 *Turres ecclesiæ quid signent.*
22 *Gallus in summitate ecclesiæ fixus quid notet.*
23 *Ecclesiæ fumitas eminens & rotundæ quid signet.*
24 *Fenestræ Ecclesiæ quid significãt. Quid cancelli. nu. 25. Quid ostium. nu. 26.*
27 *Columnæ Ecclesiæ, quid notent. Quid pauimentum. nu. 28. Quid trabes nume. 29. Quid ligna laquearia nu. 31. Quid reclinatoria. 32.*
32 *Stallus in choro ad sedendum quid portendat. Quid pulpitum. nu. 33.*
34 *Analogium quid, & unde ductum.*
35 *Horologium in Ecclesia quid notet. Quid sacrarium. nu. 38. Quid Coclea. nu. 37. Quid piscina. nu. 39. Quid tegula. 36.*

Universidad de Navarra Biblioteca

40 *Lumen in ecclesia Christum denotat.*
41 *Crux in medio ecclesiæ quid denotet. Et cur in sublime feratur.*
42 *Claustrum quid, unde dictum, & eius variæ partes, varium sortita officium, & nu.43.*
44 *Sedes episcopales in singulis ecclesiis quid notent.*
45 *Ecclesiam cur adeamus vnà.*
46 *Mulieres cur à viris distinguantur in ecclesiæ conuentu.*
47 *Mulieres ad quid caput gerant uelatum in ecclesia.*
48 *Sermo in ecclesia qualis esse debeat.*
49 *Ecclesiæ immunitas pro reis, ad eam confugientibus.*
50 *Corpus Christi sumptum à reis, illos non defendit.*
51 *Ecclesiæ quot de causis loco mutentur.*

De Ecclesia & eius partibus.

CAPVT PRIMVM.

1 DRIVS est, ut de Ecclesia, & eius partibus videamus. ¶† Notandū est ergo, q. ecclesiarum alia est corporalis, in qua videlicet diuina officia celebrant. Alia spiritualis, quæ est fidelium collectio. de consecratio. distio. prima, cap. ecclesia. Ecclesia, *Psal.67.* sue populus per ministros conuocatur, & in unum congregatur ab eo, qui unanimes habitare facit in domo. Sicut enim corporalis ex congregatis lapidibus cōstruitur, sic & spiritualis ex diuersis hominibus cō
2 gregatur. ¶† Ἐκκλησια, ergo Græcè, dicitur conuocatio Latine, quia omnes ad se uocat. quod nomen magis propriè conuenit Ecclesiæ spirituali, quam corporali, quoniam homines, lapides conuocantur, sæpe tamen nomen signati attribuitur signanti, Ecclesia autem materialis spiritualem designat, ut dicetur, ubi de eius consecratione agetur. ¶ Rursus ἐκκλησια, Græcè, dicitur catholica, ideſt vniuersalis, 11. distinctio. catholica, quia per totum mundum est constituta, seu diffusa, quia vniuersi in Deum credentes, in vna debent esse congregatione, uel quia in ea est generalis doctrina ad institutionem omnium fidelium. ¶† Συναγωγὴ, quo-
3 que Græce, congregatio dicitur, quod proprium nomen Iudæorum populus tenuit, ipsorum enim proprie συναγωγὴ, dici solet, quamuis etiam ecclesia dicta sit. Apostoli tamen nunquam synagogam dixerunt, sed semper ecclesiam, forte discernendi causa. ¶† Dicitur etiam præsens ec-
4 clesia, Syon, eo quòd ab hac peregrinatione longè posita promissionem rerum cęlestium speculatur, & ideò Syon, ideſt speculatio nomē accepit. Pro futura uerò patria & pace Hierusalem vocatur, nam Hierusalem pacis visio interpretatur.
¶ Dicitur etiam ecclesia domus Dei, sic dicta à δύο γματε, quod Græcè dicitur rectum, quasi dans manere vnanimes in se. ¶ Dicitur etiam quandoque Κυρία, ideſt, Dominicalis. Quādoque Βασιλικὴ quod verbum Græcè sonat, Latine regia seu regalis regi, scilicet Basilio. carnaliū enim regum palatia sic dicta sunt, nostra autem domus orationis, domus regia dicitur, quia in ea regi regnū seruitur. ¶ Quando- *Psal.68.*
que templum dicitur, quasi tectū amplū, in quo regi Deo sacrificia offeruntur, 26. q. 9. sed illud. Et quandoque Dei tabernaculum. de consecra dist. 4. c. nec quenquā. quia in præsenti uita peregrina est, & in itinere ad patriam pergēs, vt iam dicetur, vel dicitur tabernaculum, quasi taberna Dei prout sub ecclesiæ dedicatione dicetur. Quare etiam dictum est tabernaculum, vel arca testimonij sub altari dicetur. Quādoque verò martyrium, quando in honorem alicuius martyris fit. Quandoque capella, prout in secunda parte, sub tractatu de Sacerdote dicetur. Quandoque cœnobium. Quandoque sacrificium. Quandoque sacellum. Quandoque domus orationis. Quandoque monasterium. Et quandoque oratorium. ¶ Generaliter tamen quilibet locus ad orandum statutus oratorium dici potest. Rursus ecclesia, quandoq; dicitur Corpus Christi. 26. q. 2. sed & illud. Quandoq; et virgo

virgo vocatur iuxta illud, Aemulor enim
1. Cor. 10 vos &c. Quandoque sponsa, quam Christus desponsauit sibi in fide. De qua in Euāgelio: Qui habet sponsam, sponsus est. 7. quæstio. 10. sicut. Quandoque mater, quia quotidie in baptismo spirituales filios Deo parit 12. quæst. 2. qui abstulerit. Quandoque filia, iuxta illud prophetæ: Pro patri-
Psa. 44. bus tuis nati sunt tibi filij. 68. dist. c. quo-
er. 31 rum. Item quandoque vocatur uidua, quia propter processuras nigrescit, & vt Rachel non consolatur. Quandoque meretrix figuratur, propter ecclesiam de gentibus congregatam, & quia nulli claudit gremium redeunti ad se. Quandoque vocatur ciuitas, propter communionem sanctorum ciuium, murata propter munitionem scripturarum, quibus hæretici arcentur, habens lapides, & ligna diuersi generis, quia diuersa sunt merita singulorum, prout iam dicetur. Quicquid autem synagoga per legem accepit, hoc nunc ecclesia à Christo, cuius sponsa est, per gratiam recepit, & in melius commutauit. Sanè non est noua oratorij, siue ecclesiæ institutio. Præcepit namque Dominus Mosi in monte Synai, ut faceret tabernaculum de cortinis mirificè fabricatis, di-
Exo. 25. uisum enim erat inter posito uelo in duas partes, cuius pars prior sancta, ubi populus sacrificabat: interior verò sancta sanctorum, vbi sacerdos & Leuitæ ministrabant, dicebatur. vt dicetur in procœmio
5 quartæ partis. ¶† Quod postquàm vetustate consumptum est, iussit dominus fieri templum, quod Salomon ædificauit operæ mirifico, duas habens partes, ut in tabernaculo. 3. Reg. 8. Ab vtroque verò, scilicet à tabernaculo, & à templo nostra materialis ecclesia formam sumpsit. In cuius parte anteriori populus audit, & orat. In sanctuario vero clerus orat, prædicat,
6 iubilat, & ministrat. Tabernaculum † autem, quia in itinere factum quandoque gerit typum mundi, qui transit, & concupiscentia eius. Vnde constat ex quatuor cortinarum coloribus, sicut & mundus
1. Io. 2. compactus est ex quatuor elemētis. Deus igitur in tabernaculo: Deus est in hoc mundo, velut in templo Christi sanguine rubricato, expresse verò tabernaculum typum geris ecclesiæ militantis, quæ *Heb. 13.*
non habet hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirit: ideoque dicitur tabernaculum: tabernacula enim militantium sunt Deus enim in tabernaculo. Deus est in fidelibus suo nomine congregatis. Pars prima tabernaculi, in qua populus sacrificabat, uita est actiua, in qua populus in proximi dilectione laborabat, pars altera, in qua Leuitæ ministrabant, uita est contemplatiua, in qua dilectioni & contemplationi Dei, religiosorum uirorum syncera conuersatio uacat, tabernaculum uertitur in templum, quia de militia curritur ad triumphum. ¶† Est autem ec- 7
clesia sic ædificanda. Parato namque fun *Matt. 7.*
damenti loco, iuxta illud, Bene funda- *Psa. 138*
ta est domus domini super firmam Petram debet episcopus, uel sacerdos de eius licentia ibi aquam aspergere benedictam, ad abigendas inde dæmonum phantasias, & primarium lapidem, cui impressa sit Crux, in fundamento ponere, de consecratio. distinctio. prima. cap. nemo.
¶† Debet quoque sic fundari, ut caput 8
rectè inspiciat uersus Orientem, de quo dicetur in procœmio quintæ partis, uidelicet, versus ortum solis æquinoctialem, ad denotandum, quòd Ecclesia, quæ in terris militat, temperare se debet æquanimiter in prosperis, & in aduersis, & non versus solsticialem, vt faciunt quidam. Cæterum si muri Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, ædificari per Iudæos iubetur, secundùm Prophetam, quantò magis, & nos muros ecclesiæ nostræ ædificare debemus? Siquidem Ecclesia materialis, in qua populus ad laudandum Deum conuenit, sanctam significat † ecclesiam, quæ in cœ- 9
lis uiuis ex lapidibus construitur. 21. quæstio. sexta, sed hoc diximus. Hæc est domus Domini, firmiter ædificata, cuius fundamētum est angularis lapis Christus, super quo fundamento positum est fundamentum Apostolorum & Prophe- *Eph. 2.*
tarum, sicut scriptum est. Fundamenta *p. 176.*
eius in montibus sanctis. Superædificati parietes Iudæi sunt & Gentiles de quatuor mundi partibus ad Christum venientes, & qui in ipsum crediderunt, seu cre-

 dunt,

Universidad de Sevilla Biblioteca

sunt, & credere. Fideles autem ad uitam prædestinati sunt lapides instructura huius muri, qui semper vsque in finem huius mundi ædificabitur. Lapis vero super lapidem ponitur, quando magistri Ecclesię minores in proprium studium assumunt, ad docendum, & ad corrigendum, & stabiliendum. In sancta verò Ecclesia habet lapides super se ad ferendum pro ædificio, quicunque laborem fraternum portat. Grossiores uerò lapides & politi, seu quadrati, qui ponuntur foris extrinsecus, in quorum medio minores lapides iacent, sunt viri perfectiores, qui suis meritis, & orationibus continent infirmiores in sancta Ecclesia.

10 ¶† Cæmentum autem, sine quo muri stabilitas esse non potest, fit ex calce, sabulo, & aqua. Calx, charitas feruens est, quæ sibi coniungit sabulum ideſt, terrenum opus, quia uera charitas solicitudinem maximam habet mistam pro uiduis, senibus, pupillis, & debilibus, 88. distinct. de solatio, & ideo studeat operari manibus, vt habeant, unde eis bene faciant.

Ephe.4. Vt autem calx & terra ad ædificium muri, ne corruat, aquæ committione conglutinantur. (Si quidem aqua spiritus est.) Sicut enim sine cæmento lapides muri non simul iunguntur ad muri stabilitatem, sic nec homines ad muri ædificium cœlestis Hierusalem possunt simul sine charitate iungi, quam Spiritussanctus operatur. Omnes muri lapides politi sunt, & quadrati, ideſt, sancti, mundi, qui uidelicet per manus summi artificis disponuntur in Ecclesia permansuri, quorum quidem feruntur & non ferunt, ut simpliciores in Ecclesia, alij feruntur, & ferunt ut medij, alij tantùm ferunt & non feruntur, nisi à solo Christo, qui est singulare fundamentum, ut perfecti. Omnes quidem una charitas more cæmenti coniungit, dum viui lapides pacis compage colligantur. Christus noster murus fuit in conuersatione, & antemurale in passione.

11 ¶† Sanè Iudæis muros Hierusalem ædificantibus aperant inimici volentes illorum opus impedire, ita quòd (sicut in Esdra legitur.) Neemiæ 4. adeo ab hostibus infestabatur, quod vna manu ponebant lapides in muro, & alia manu contra hostes pugnabant. Et nobis muros Ecclesiæ ædificantibus adsunt in circuitu inimici, scilicet uitia, siue peruersi homines opera nostra impedire uolentes. Vnde muros, ideſt, virtutes ædificando hostes impugnemus, & iuxta morem iudaici populi teneamus arma nostra, ideſt scutum fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis, & gladium uerbi Dei in manibus nostris, ut nos contra illos defendamus, & illius sacerdos sit nobiscum uice Christi, qui doceat nos per electionem, & muniat per orationem.

Neem. 6.

Ephe.4.

12 ¶† Porrò ex quibus tabernaculum in ueteri testamento fieret, ostendit dominus, dicens in Exod ad Mosen, Sume primitias, ideſt, pretiosa quæque a populo Israel, sed ab eo tantum, qui ultra obtulerit aurum & argentum & æs, & iacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, ideſt, fœcum iacinthi purpurei & coccinei coloris, & bissini, quod est genus lini ęgyptiaci molle & candidum pilosque caprarum & pelles arietum rubricatas, quas Parthicas dicimus, quia Parthi sic colorari eas excogitauerunt, & pelles iacinthineas & ligna sethim. ¶Est † autem sethim, nomen montis & arboris, quæ similis est albæ spinæ in foliis, & est leuissimum lignum & imputribile, & in cremabile, oleumque ad luminaria, & aromata, unguenta, & tymiama boni odoris, & lapides Onichinos, ita quòd sardonices, & gemmæ sanctuarium faciunt mihi, ut habitem in medio horum, ne sit eis labor recurrere ad montem hunc.

Exo.35.

13

Hæc plene magister in historijs prosequitur super Exod. ¶ Dispositio † autem Ecclesiæ materialis modum humani corporis tenet. Cancellus namque siue locus ubi altare est, caput representat, & Crux ex utraque parte brachia & manus, reliqua pars ab occidente, quicquid corpori superesse uidetur. Sacrificium altaris, uotum significat cordis. Sed & secundùm Richardum de sancto Victore, dispositio Ecclesiæ triplicem statum in ecclesia saluandorum significat, ordinem uirginum; chorum continentium, corpus coniugatorum.

14

Strictius

Strictius est enim sanctuarium, quàm chorus, & chorus quàm corpus, quia pauciores sunt virgines, quàm continentes, & isti quàm coniugati. Sanctior quoque est locus sanctuarij, quàm chorus, & chorus, quàm corpus, quia dignior est ordo virginum, quàm continentium, & illorum, quã coniugatorum.

15 ¶† Ad hæc ecclesia ex quatuor parietibus consistit, ideſt, ex doctrina quatuor euangelistarum longa lataque surgit in altum, ideſt, in alta virtutum, longitudo cuius longanimitas est, quæ patienter aduersa tolerat, donec ad patriam perueniat, latitudo charitas est, quæ dilatione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum, altitudo verò spes est futuræ retributionis, quæ prospera & aduersa contemnit, donec videat bona Domini in terra viuentium.

16 ¶† Rursus in templo Dei seu gratiæ est fundamentum, fides, quæ est de re non visa. Tectum charitas, quæ operit multitudinem peccatorum 1. Pet. 4. Ostium, obedientia, de qua Dominus inquit Marc. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Pauimentum, humilitas, de qua Psal. 118. adhæsit pauimento anima mea. Quatuor

17 †laterales parietes, sunt quatuor principales virtutes, iustitia, fortitudo, prudentia, & temperãtia. Hęc sunt in Apocalypsi

Apoc.21 quatuor latera ciuitatis æqualia. Fenestræ sunt, hospitalitas cum hilaritate, & miseri-

Ioan.14. cordia cum largitate. ¶De hac domo Dominus ait, Veniemus ad eum, & mansionẽ apud eum faciemus.

¶Quadam tamẽ ecclesiæ in modum Crucis formantur, ad notandum nos mundo crucifigi, seu crucifixum sequi debere,

Mat.16 iuxta illud, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Nonnullæ etiam in modum circuli rotundæ formantur, quæ significant ecclesiam vallatam esse per cir-

Psal.18 culum orbis, vnde illud. Et in fines orbis terræ verba eorum, seu quòd de circulo orbis, peruenimus ad circulum coronæ ęternitatis. ¶† Sanè chorus clericorum est consensio cantantium, vel multitudo in sacris collecta. Dictus est autem chorus à chorea, vel corona. Olium enim in modum coronæ circum aras stabant, & ita psalmos concorditer concinebant, sed Flauianus & Theodorus alternatim psallere constituerunt, edocti ab Ignatio, qui super hoc fuit diuinitus edoctus.

¶ Duo ergo chorus psallentium designat angelos, & spiritus iustorum, quasi reciproca voluntate laudantium, & in se ad bonam operationem inuicem exhortantium. ¶Alij chorum dixerunt à concordia, quæ in charitate consistit, quia qui charitatem non habet, conuenienter cantare non potest. Quid autem chorus iste significet, & quare in illo maiores sedent & posteriores, dicetur in quarta parte sub introitu, & sub titulo de accessu Pontificis ad altare. Et nota, quia cum vnus cantat, dicitur Græce μονῳδία, Latinæ tycinium. Cum vero duo cantant, bicinium appellatur, cum multi, chorus. ¶ Exedra 19

†est absida, siue volta quædam separata modicum à templo, vel palatio sic dicta 13. quæstio. 2. præcipiendum. quia extraheret muro: Græcè autem ἐξέδρα vocatur, & significat fideles laicos Christo & Ecclesiæ inhærentes. ¶ Criptæ, siue specus subteranęæ, quæ in quibusdam fiunt ecclesijs, sunt eremitæ, cultores siquidem secretioris vitæ. ¶† Atrium Eccle- 20

siæ significat Christum, per quem in cœlestem Hierusalem patet ingressus, quod & porticus dicitur, sic dicta à porta, uel quod sit aperta 17. quæstio. 4. si quis cum. & cap. si quis in atrio. ¶ Turres †ecclesiæ 21

prædicatores sunt, & prælati ecclesiæ, qui sunt munimen & defensio eius. Vnde sponsus ad sponsam in canticis amoris sic loquitur: Collum tuum, sicut turris Dauid ædificata cum propugnaculis. Cant. 4. ¶ Pinnaculum turris, vitam vel mentem prælati, quæ ad alta tendit, repræsentat.

¶Gallus† supra Ecclesiam positus prædi- 22

catores designat. Gallus enim profundæ noctis peruigil, horas, suo cantu diuidit, dormientes excitat, diem appropinquantem præcinit, sed prius seipsum alarum verbere ad cantandum excitat. Hæc singula mysterio non carent. Nox enim est hoc seculum, dormientes sunt filij huius noctis in peccatis iacentes. Gallus prædicatores, qui distinctè prædicant, & dormien-

Reg. 14. nientes excitant, ut abijciant opera tenebrarum clamantes: Veh dormientibus. Exurge qui dormis, lucem uenturã prænuntiant, dum diem iudicij & futuram gloriam prædicant, & prudenter antequam alijs uirtutes prædicent, se à somno peccati excitantes, corpus suum castigant 3. quæstio. 7 §. idem testatur Apo-
1. Cor. 9. stolus, unde castigo corpus meum &cæt. Hi etiam, sicut & Gallus contra uentum se uertunt, quando increpando, & arguendo contra rebelles fortiter resistunt, ne lupo uenientes fugisse arguantur. extra de renun. nisi cum pridem.

¶ Virga ferrea, in qua Gallus sedet, rectum repræsentat prædicantis sermonem,
1. Pet. 4. ut non loquatur ex spiritu hominis, sed Dei, iuxta illud, Si quis loquitur quasi sermones Dei &cæt. Quod uero uirga ipsa est supra Crucem, seu summitatem ecclesiæ posita innuit sermonem scripturarum consumatum esse, & confirmatum. Vnde Dominus in passione ait; Consumatum est, & titulus eius super
Ioan. 19 eum indelebiliter scriptus est.

23 ¶† Conus, idest summitas templi eminẽs, & rotunda, supra quam crux ponitur propter sui rotunditatem, significat quàm perfecte, & inuiolatè catholica fides prædicanda sit, & tenenda, quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absq;
24 dubio in æternum peribit. ¶† Fenestræ ecclesiæ uitreæ sunt scripturæ diuinæ, quæ uentum & pluuiam repellunt, idest nociua prohibent, dum claritatem ueri solis, idest Dei, in ecclesia, idest, in corda fidelium transmittunt, inhabitantes illuminant. Hæ intus latiores sunt, quia mysticus sensus amplior est, & præcedit literalem, de consecratio. dist. 4. cap. nullus autem. Item per fenestras quinque sensus corporis significantur, qui extra stricti esse debent, ne uanitates hauriant, & intus patere ad dona spiritualia liberius
25 capienda. ¶ Per† cancellos uerò, qui sunt ante fenestras, prophetas, uel alios doctores obscuros intelligimus ecclesiæ militantis, in quibus ob duo charitatis præcepta quandoque duæ columnæ duplicantur, secundum quod Apostoli bini
26 ad prædicandum mittuntur. ¶† Ostium ecclesiæ est Christus, unde in Euangelio, Ego sum ostium, dicit dominus. *Luc. 13.* *Ioan. 10.* Apostoli etiam portę sunt dictum est autem ostium ab obsistendo his, qui foris sunt, uel: ab ostendendo aditum. Valuæ uerò dicitur à uoluendo, porta à portando, quia per eam portantur quæcunque offeruntur. ¶† Columnæ uerò ecclesiæ 27
episcopi, & doctores sunt, qui templum Dei per Doctrinam, sicut & euangelistæ thronum Dei spiritualiter sustinent. Hi namque pro sonoritate diuini eloquij argenteæ columnæ dicuntur, iuxta illud in canticis canticorum, Columnas fecit argenteas, Vnde & Moses in ingressu ta- *Canti. 3*
bernaculi posuit quinque columnas, & ante oraculum, idest sancta sanctorum 4. quod exponetur in sexta parte, sub titulo de tempore Aduentus. Licet autem columnæ plures sint, tamen septem esse dicuntur, iuxta illud, Sapientia ædificauit *Prou. 9.*
sibi domum. & excidit columnas septem, quoniam episcopi esse debent septiformi gratia Spiritussancti repleti, & Iacob. & Ioan. (ut ait Apostolus) uidebantur co- *Gal. 2.*
lumnæ. Bases columnarum sunt Apostoli ei episcopi uniuersalis ecclesię machinam supportantes. Capita columnarum sunt mentes episcoporum & doctorum. Sicut enim capitè membra sic mente uerba nostra diriguntur & opere, capitella quoque sunt uerba sacræ scripturæ, quorum meditationi subdimur, & obseruantiæ.

¶† Pauimentum ecclesiæ est fidei nostræ 28
fundamentum. In ecclesia uero spiri- *Mat. 5.*
tuali pauimentum sunt pauperes Christi, scilicet pauperes spiritu, qui se in omnibus humiliant, quare propter humilitatem pauimento assimilantur. Rursus pauimentum, quod pedibus calcatur, uulgus est, cuius laboribus ecclesia sustentatur. Trabes †quæ domum coniungunt, 29
sunt principes seculi, uel prædicatores qui ecclesiæ muniunt unitatem, hi uerbo, illi facto. ¶† Reclinatoria in ecclesia signant 30
contemplatiuos, in quibus Deus sine offensa quiescit, qui per summam dignitatem, & æternæ uitæ claritatem contemplantur, auro comparantur. Vnde in can- *Cant. 3.*
ticis dicitur, Reclinatorium fecit aureum.

¶ Tigna † in ecclesia sunt prædicatores, 31
qui eam spiritualiter sublenant. ¶ Laquearia etiam siue celaturæ sunt prædicatores, quia eam ornant uel roborant, de quibus quia per uitia non putrescunt, sponsa gloriatur in eisdem canticis, dicens, Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia,
Cant. 1. cypressina. Deus enim ecclesiam sibi construit uiuis ex lapidibus, & lignis imputribilibus, iuxta illud, Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis libani, idest, Christus de sanctis castitate candidatis. De hoc aliter sub tit. de picturis, dicetur. Cancellus
Cant. 3. idest, caput ecclesiæ, humilior rel quo corpore ecclesiæ, mysticæ, significat, quanta humilitas debeat esse in clero, seu prælato, iuxta illud, Quanto maior es, humiliate in omnibus. Cancelli uerò, quibus altare à choro diuiditur separationem cœlestium significant à terrenis. de cancello seu peribulo chorum circumeunte dicetur sub
32 titu. de picturis. ¶† Stallus ad sedendum in choro, designat, quòd aliquando corpus recreandum est, quia quod caret alterna requie durabile non est.

33 ¶ Pulpitum † in ecclesia est uita perfectorum, & dicitur quasi publicum, siue in loco publico constitutum. Nempe legitur,
2. Par. 6 Salomon fecit basim æneam, ponens eam in medio basilicæ, stetitque super eam & extendens manum suam loquebatur po-
2. Esd. 8. pulo Dei. Esdras quoque fecit gradum ligneum ad loquendum, in quo stans super uniuersum populum eminebat.

34 ¶ Analogium † etiam dicitur, quia in eo uerbum Dei legitur & enunciatur, λόγος enim Græcè, uerbum, uel ratio dicitur. Quod dicitur etiam Ambo, ab ambiendo, quia intrantem ambit, & cingit. De quo in quarta parte sub titu. de euangelio di-
35 cetur. ¶† Horologium, per quod horæ leguntur, idest colliguntur, significat diligentiam quam sacerdotes in dicendis canonicis horis debito tenore habere de-
Ps. 118. bent, iuxta illud, Septies in die laudem di-
36 xi tibi. ¶† Tegulæ tecti qui imbrem à domo pellunt, sunt milites, qui ecclesiam à paganis, & ab hostibus protegunt.

37 ¶† Cocleæ quarum exemplar à templo Salomonis sumitur, sunt uiæ muris interuolutæ, latenter, per quas latenter arcanam cognitionem singulorum acci-

pimus, quas soli, qui ad cælestia gradiuntur, agnoscunt. ¶ De gradibus, per quos ad altare ascenditur, in sequenti tit. dicetur.

¶† Sacrarium, siue locus, in quo sacra repo- 38
nuntur, siue in quæ sacerdos sacras uestes induit, uterum sacratissimæ Mariæ significat, quo Christus se sacra ueste carnis induit. Sacerdos à loco, in quo uestes induit, ad publicum procedit, quia Christus ex utero uirginis procedens in mundum uenit. ¶ Locus episcopi in ecclesia altior est, sicut in secunda parte sub tract. de episcopo dicetur. ¶† Prope altare etiã, 39
quod Christum significat. collocatur piscina, seu lauacrum, idest Christi misericordia, in qua manus lauantur, ad notandum, quòd in baptismo & pœnitentia, quæ per illam significãtur, à peccatorum sordibus diluimur, quod à ueteri testamẽto tractum est. Legitur enim Exod. & Moses fe- *Exo. 30.*
cit labium æneum, cum basi sua, in taber- *& 40.*
naculum, in quo Aaron, sacerdos, & filij laurarentur, accessuri ad altare, ut in eo offerrent tymiama. ¶† Lumen, quod in ecclesia 40
accenditur, Christũ significat, iuxta illud, Ego sum lux mundi, & illud erat lux uera &c. Vel luminaria ecclesiæ significant Apostolos, & cæteros doctores quorũ doctrina fulget ecclesia, ut sol, & luna, de quibus Dominus ait. Vos estis lux mundi, idest bonorum operũ exempla. Vnde ipse admonens eos ait, Luceat lux uestra coram hominibus. Illuminatur autem ecclesia ex præceptis Domini, unde ibidem legitur. Præ- *Exo. 4.*
cipe filijs Aaron, ut offerant oleum de arboribus oliuarum purissimum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. De quo in secunda parte de acolyto dicetur. Fedit quoque Moses lucernas septem, quæ sunt septem dona Spiritussancti, quæ in nocte huius seculi tenebras nostræ cecitatis illustrant, quæ super candelabra ponuntur, quia requieuit supra Christum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus timoris Do- *Esa. 11.*
mini, quibus, prædicauit captiuis intel- *Esa. 61.*
ligentiam. Pluralitas in ecclesia lucernarum, pluralitatem designat in fidelibus gratiarum. ¶ Crux † triumpha- 41
lis in plerisque locis in medio ecclesiæ, ponitur.

ponitur ad notandum, quod de medio cordis redemptorem nostrum diligimus, qui iuxta Salomonem corpus suũ media charitate constrauit propter filias Hierusalem, & ut omnes signum uictoriæ uidentes dicant, Aue salus totius seculi, arbor salutifera, & ne vnquam à nobis dilectio Dei oblitioni tradatur, qui ut seruum redimeret, tradidit unicum filium, ut crucifixum imitemur. Crux autem in altum
Cant. 3. dirigitur, per quod Christi uictoria designatur. De hoc dicetur, ubi de Ecclesiæ consecratione agetur. ¶ Quare Ecclesia intus & non extra ornetur, sub tractatu de picturis, dicetur.

42 ¶† Claustrum, sicut ait Richardus episcopus Cremonen. in mitrali ab excubijs, & custodijs Leuitarum circa tabernaculum, uel ab atrio sacerdotum, uel à porticu Salomonis ad templum sumpsit exordium. Præcepit enim Dominus Mosi, ne Leuitas cum plebeia multitudine numeraret; sed constitueret eos super tabernaculum testimonij ad portandum & custodiendum. Propter quod Domini præceptum, dum diuina peraguntur mysteria, clerici debent in Ecclesia stare è laicis segregati. Vnde statuit concilium Magunti. extra, de vi. & honc. capit. 1. quod pars illa quæ cancellis diuiditur ab altari psallentibus tantum pateat clericis. Porrò sicut templum triumphantem designat Ecclesiam, sic claustrum cœlestem significat paradisum, vbi erit cor unum, & idem in Dei dilectione & voluntate, ubi omnia communiter possidebuntur, quia quæ quis minus habebit in se, in alio se gaudebit habere, quia Deus erit omnia in omnibus. Ideo-
2. Corin. 15. que regulares vnanimiter in claustro degentes, ad seruitium Dei surgunt, & secularia relinquentes, in omnibus vitam

43 communem ducunt. ¶† Diuersitas autem officinarum & officinorum in claustro, diuersitas est mansionum cum diuersitate præmiorum in regno; quoniam in domo patris mei mansiones multæ sunt, dicit Dominus de pœnit. distin. 4. capit. domo. Moraliter uero claustrum, est animæ contemplatio, vbi se recipit, à turba cogitationem carnalium separatur, & sola cœlestia meditatur. 47. distinct. cap. omnes. In hoc claustro sunt quatuor latera, scilicet, contemptus sui, contemptus mundi, amor proximi, & amor Dei. Vnumquodque autem latus suum habet ordinem columnarum. Contemptus sui, habet mentis humiliationem, carnis afflictionẽ, humilem sermonem, & similia. Basis omnium columnarum, est patientia. In hoc claustro diuersitas officinarum est diuersitas uirtutum.

¶ Capitulum est cordis secretum. De hoc aliter tamen dicetur in quinta parte sub titu. de prima. Refectorium, dilectio sanctæ meditationis. Cellarium, sacra scriptura. Dormitorium, munda conscientia. Oratorium, uita immaculata. Ortus arborum & herbarum, congeries uirtutum. Puteus aquarum uiuentium, irrigatio donorum quæ hic sitim mitigant, & in futuro penitus extinguens.

¶† Sedes autem episcopales, quæ iuxta 44
beati Petri dispositionem sunt in singulis ciuitatibus antiquitus consecratæ, prout dicetur in proœmio secundę partis: non in memoriam confessorum, sed ad honorem Apostolorum ac martyrum, ac præcipuè beatæ Mariæ Virginis, ueterum deuotio dedicauit. † Cæterum 45
ideo in Ecclesiam conuenimus: ut ibi delictorum ueniam postulemus, & diuinis laudibus insistamus: ut dicetur in proœmio quintæ partis: & ut ibi bona siue mala iudicia audiamus, & Dei cognitionem discamus, & accipiamus: & vt dominicum corpus ibi manducemus:

¶† In conuento ecclesię mulieres, & uiri 46
seorsum habitant, quod secundũ Bedam à ueteri consuetudine deriuatum accepimus, & inde fuit quod Ioseph & Mariá puerum dereliquerunt: quoniam alter illum, quem secum non cernebat, cum altero esse putabat. Causa autem diuisionis est, quia caro uiri & mulieris si proprius accesserint, ad libidinem accenduntur. Vnde cum ibi peccata deflere debeamus, necesse est tunc eorum fomenta, & delectationes carnales uitari. Masculi autem in australi, fœminę autem in boreali, siue in aquilonari parte manent, ut ostendantur firmiores sanctos debere

stare contra maiores huius seculi tentationes, infirmiores uerò contra minores, seu minus fortiores, firmioremque sexum in apertiori loco consistere debere, quoniam
1. Cor. secundum Apostolum, Fidelis est Deus,
Apoc. 10 qui non patietur uos tẽtari supra id, quod
Eph. 5. potestis sustinere. Ad hoc etiam pertinet,
1. Cor. 5. quia Ioannes uidit Angelum fortem, qui posuit suum pedem dextrũ super mare, nam & fortiora membra maioribus periculis opponuntur, secundum alios uerò uiri in parte anteriori, mulieres in posteriori parte manent, quia uir caput est mu-

47 lieris, ideoque dux eius. ¶† Mulier quoque uelato capite esse debet in ecclesia 33. q. 5. mulier, quia non est imago Dei. & qa per illã pręuaricatio inchoata est, ideoque in ecclesia propter reuerentiã sacerdotis (qui est Christi uicarius) coram eo tanquam corã Iudicę propter reatus originẽ habeat caput uelatum, non liberum, nec propter eandem reuerentiam habeat potestatem loquendi in ecclesia coram eo. Olim aũt uiri, & mulieres comam sibi nutrientes adsistebat in ecclesia, nudo capite crinibus gloriantes, quod inhonestũ erat.

48 ¶† Qualis locutio in ecclesia habenda sit,
Eph. 5. Apostolus ostendit dicens: Loquentes uobismetipsis in Psalmis, & Hymnis, & Canticis spiritualibus, unde ibi a uerbis superfluis abstinendum est. extra de celeb. miss. cap. dolentes. iuxta illud Chrysostomi: In aulam regiam ingressurus habitu & incessu te cõponas, Angeli enim Domini adsunt, quia domus Dei plena est uirtutibus incorporeis. Et Dominus ad Mosen & An
Iosue. 5. gelus ad Iosue. Solue calciamentum de pedibus tuis, locus. n. in quo stas sanctus est.

49 ¶† Vltimò notãdum est, quòd ecclesia cõsecrata reos sanguinis ad se confugientes, qui in illa, uel contra illam non deliquerũt, defendit, ne uitam perdant, aut mem-
3. Reg. 2. bra 13 quæstio. 5. reos. extra de immu. eccle. ca. inter. Tamen legitur. quòd Ioab in tabernaculum fugit, & cornu altaris apprehendit. Idem etiam priuilegium habet nõ consecrata, in qua diuina officia celebrantur. extra de immuni. eccle. ca. ecclesia. Cor

50 pus † autẽ Christi a talibus sumptum. eos non defendit, nec confugiente ad illud, tum quia hoc priuilegium ecclesię concessum est, quare non est ad alia protrahendum, tum quia illud est cibus animæ, non corporis, de consecra. distin. 2. non iste. unde animam liberat, & non corpus.

¶† Ecclesiæ tribus de causis de loco ad lo- 51
cum mutantur, de consecra. dist. 1. tribus, & cap. seq. Primò, propter necessitatẽ persecutorum. Secundò, propter difficultatẽ locorum, puta propter aeris intemperiẽ. Tertiò, cum malorum societate grauantur, & tunc cum Concilio Papæ uel episcopi. ¶ Quare ecclesiam ingrediens, signo Crucis se munit, dicetur in proœmio quintæ partis.

SVMMA.

1 *Altare qui primum extruxerit, & unde fluxerit hodiernus usus.*
2 *Altare, & ara quid differant.*
3 *Altare multiplex multiplicem efficit significationem. & nu. 4.*
5 *Arca testamenti quibus sit ornata. & nume. 16.*
6 *Costantinus Imperator constituit in Basilica arcam testamenti, allatam Hierosolymis à Tito Imperatore.*
7 *Homo vt sit templum Dei, qua secum habere debeat.*
8 *Mensa quid notet.*
9 *Candelabrum exterius illuminans quid.*
10 *Arca unde dicatur. Et quid notet. Et quibus constet.*
11 *Altare quid. Et quid notet. Fusè per discursum. nu. 13. & 15.*
12 *Charitas maxima virtutum.*
14 *Linteamina alba operiunt altare.*
17 *Scala ad altare.*

De Altari. Cap. 2.

ALTARE in † Ecclesia propter tria fit, prout sub eius dedicatione dicetur. 1
Gen. 8. ¶ Sciendũ autem est, q. Noe primus, deinde Isaac, Abraam, &
Ibid. 12. Iacob altaria ædificasse leguntur, quę non
Ibid. 33. aliud, q̃ lapides erecti intelliguntur, super quos sacrificia mactabãt, q̃ supposito igne crem abant. Moses ẽt fecit altare de lignis Sethin, & inde altare Tymiamatis, q. uesti

Universidad de Bibliotecas

Exo. 25. 27. et 29. uit auro purissimo, prout legit in Exodo vbi etiam ponitur forma ipsius altaris. Sa
3. Reg. 8. lomon quoque, sicut legitur Regum prope fin. altare aureum fabricauit. Ab his quidem antiquis patribus altaria modernorum sumpserunt exordium, quæ in cornua quatuor eriguntur, quorum quædam
2 vnius sunt lapidis, quædã ex pluribus cõponuntur. †Nempe altaria & aræ aliquoties indifferenter inueniuntur, interest tamen. Nam altare, quasi alta res, vel alta ara dicitur, in quo sacerdotes incensum adolebãt, ara quasi area, idest plana uel ab ardore dicitur, quia in ea sacrificia arde-
3 bat. ¶†Et nota, quòd multiplex in scripturis legitur altare, videlicet superius, & inferius, interius & exterius, quorum etiã quodlibet est duplex. ¶ Altare superius, est Deus trinitas, de quo legitur: Non ascendentis ad altare meũ per gradus. Exo. 20.
Exo. 20. Est & altare superius ecclesia triumphans, de quo dicitur: Tunc imponent super altare tuum vitulos, Psal. 50. ¶ Altare autem inferius est ecclesia militans, de quo legitur: Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus.

¶ Est etiam altare inferius, mensa templi,
Ps. 117. de qua dicitur: Constituite diem solennẽ in condensis vsque ad cornu altaris, & in
3. Reg. 8. 3. Regum dicitur, quòd Salomon fecit altare aureum. Altare uerò interius, est cor mũdum, prout infra dicetur. ¶ Est etiã altare interius fides incarnationis, de qua
Exo. 20. iubetur in Exod. Altare de terra facietis mihi. altare autẽ exterius est ara Crucis. Hoc est altare holocausti, super quo cremabatur sacrificium uespertinum. Vnde in canone missæ dicitur, Iube hæc in sublime altare tuum ferri &cet. ¶ Altare etiam exterius sunt ecclesiastica sacramẽta, de quibus dictum est, Altaria tua domi
Psal. 83. ne virtutũ &c. ¶ Rursus altare etiam, mortificatio nostra, seu cor nostrũ, in quo carnales motus feruore Spiritussancti con-
4 sumuntur. ¶†Secundò, altare etiam significat ecclesiam spiritualem, quatuor eius cornua significant quatuor mundi plagas, p quas ecclesia dilatatur. ¶ Tertiò, significat Christum, sine quo munus nullum ac
Mat. 26. ceptabile patri offertur. Vnde ecclesia solet orationes ad patrẽ dirigere per Christum. Quartò significat corpus Domini, prout in 6 parte sub tit. de paraseeue dicetur. ¶ Quintò, significat mensam, in qua cum discipulis conuiuatus est Christus.

Sane legitur in Exo. quòd in arca testa- Exo. 40. 5
menti siue† testimonij reposita est testificatio, idest tabulæ, in quibus scriptũ erat testimonium, licet etiã quædam reposita ibi testimonia dici possũt, & hoc in testificatione, quòd legem naturalem in cordibus scriptam, suscitauerat in scriptis. Reposita est etiã ibi urna aurea plena manna in testificationem, quòd panẽ dedisset filijs Israel de cælo, & uirga Aaron in testimonium, quia omnis potestas à Domino Deo est. & Deuteronomius, in testimoniũ pacti, quo dixerant, omnia quæ dixerit no- Heb. 9.
bis Dominus, faciemus. Et ob hoc dicta Exo. 37.
est arca testimonij, uel testamenti, ob hoc etiã dictũ est tabernaculũ testimonij. Super arcam verò factum est propitiatoriũ, de quo dicet in proœmio quartæ partis. In cuius rei imitationem in quibusdã ecclesijs super altare collocatur arca, seu tabernaculum, in quo corpus Domini, & reliquiæ ponuntur. Præcepit etiam Domi- Exo. 5.
nus fieri candelabrum ductile ex auro purissimo. Legitur in 3. Regum, & in arca 3. Reg. 8.
federis aliud nõ est, nisi duæ tabulæ lapi- 22
deæ, quas posuerat in ea Moses in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus cũ filijs Israel, cũ egrederentur de terra Aegypti. ¶ Et nota † quòd tempore Siluestri Papæ 6
Constantinus Imperator construxit basilicam Lateranen. in qua posuit arcam testamenti, quam Titus Imperator asporta uerat de Hierusalem, candelabrum aureũ, cum septem infusorijs lucernis. In qua arca sunt hæc, Anuli & vectes aurei tabulæ testimonij & virga Aarõ, manna, panes ordeacei, vrna aurea, vestis inconsutilis, & arundo, & vestimentum sancti Ioannis Baptistæ, & forcipes, cum quibus tonsus fuit sanctus Ioannes Euangelista. ¶ Sane homo† si habet altare, mensam, candelabrũ, 7
& arcam, templum Dei est Oportet siquidẽ eũ altare habere, ubi rectè offerat, & rectè diuidat. Altare est cor nostrum, in quo debemes offerre, unde Exod. 20. præcepit dñs in altare offerri holocausta, quia de corde debẽt procedere opera igne charitatis accensa. Holocausta dicuntur ab- ὅλον, quod est totum, & καύσις, quod est incen-

incendium, siue incensio. Vnde holocausta quasi ex toto incensa. In isto igitur altari debemus rectè offerre, & rectè diuidere. Rectè offerrimus, quando bonum quòd cogitamus ad perfectionem perducimus. Sed non rectè diuidimus, si non discretè illud faciamus, quia sæpe putat homo facere bonum, & facit malum, & sæpe ex una parte facit, bonum, & ex alia parte facit malum, & ita ipse ædificat, & ipse destruit. Sed tũc rectè diuidimus, quando bonum, quod facimus, non nobis, sed soli Deo attribuimus. Mensam quoque oportet hominẽ habere, ut inde panes verbi Dei sumat. Per
8 † mensam sacram scripturã intelligimus,
Psal. 22. de qua Psalmista: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me, idest, dedisti mihi scripturam contra tentationem dæmoniacam. Oportet ut hanc habeamus, idest, in mente reponamus, ut panes uerbi Dei inde sumamus. Pro defectu huius panis dicit Hier. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Oportet etiam eum habere candelabrum, vt bonis operibus luceat. Cãde-
9 labrum † exterius illuminans est opus bonum, quod alios per bonum exemplum accendit, de quo dicitur. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed su-
Tre. 4. pra candelabrum. Lucerna, iuxta uerbum Domini, est bona intentio, quia Christus dicit, Lucerna est oculus tuus, oculus verò est intentio. Non debemus ergo ponere lucernam sub modio, sed supra candelabrũ,
Luc. 11. quoniam si habemus bonam intẽtionem, non debemus abscondere, sed bonũ opus alijs in lumen, & exemplum manifestare.
10 ¶†Oportet eum etiam habere arcam, quæ dicitur ab arcendo. Arca ergo potest dici disciplina, vel regularis uita, per quam crimina a nobis arcentur. In arca autem sunt uirga, tabula, & manna, cum in regulari uita debet esse uirga correctionis, ut caro castigetur, & tabula dilectionis, ut Deus
Psa. 33. diligatur. In tabulis enim scripta sunt mãdata, quæ pertinent ad dilectionem Dei. Debet etiam ibi esse manna diuinæ prælibationis, ut quam suauis est Deus, gustemus, & videamus, quia bona est negotiatio eius iuxta illud Prouer. de muliere for-
Prou. 31 ti. Gustauit, & vidit, quia bona est. Vt ego Dei templum simus, habeamus in nobis altare per oblationem, ne appareamus in conspectu Dei vacui, iuxta illud Ecclesiast. Non apparebis in conspectu Dei tui ua- Eccl. 23.
cuus. de consecrat. distinct. 1. omnes. Mensam per refectionũ, ne deficiamus in uia, Mar. 8.
quasi ieiuni, iuxta illud euangelij. Si dimisero eos ieiunos, deficient in uia. Candelabrum, per bonam operationem, ne simus otiosi, iuxta illud Ecclesiastici. Multam Eccl. 31.
malitiam docuit otiositas extra de renunciatio. cap. nisi. § uerum. Arcam, ne simus quasi filij Belial, idest, absque iugo indisciplinati, disciplina enim necessaria est, iuxta illud Psal. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus &cæt. Psal. 2.
De his etiam & alijs altaris ornamentis in sequen. titu. dicetur.

¶†Hoc altare ille ædificat, qui cor suum 11
uera humilitate, & alijs uirtutibus exornat. vnde Gregorius. Qui virtutes sine humilitate congregat, quasi qui puluerem in uentum portat. Per altare enim cor nostrum intelligitur, vt dicetur, ubi de altaris dedicatione agetur, quod est in medio corporis, sicut altare in medio ecclesiæ, de quo altari iubetur à Domino Leuit. Ignis Leu. 6.
in altari meo semper ardebit, Ignis † est 12
charitas, altare est cor mundum, ignis semper ardebit in altari, quia charitas semper feruebit in corde nostro. Vnde Salomon in canticis canticorum. Aquæ multæ non Cant. 8.
possunt extinguere charitatem, quia enim Ps. 117.
semper ardet, extingui non potest. Vos ergo secundum Prophetam agite diem lætitiæ in frequentationibus, seu in condensis, usque ad cornu altaris, quia reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. De hac Apost. excellentiorem uiam no- 1. Cor. 12
bis demonstrat, excellentiorem uiam di- Ps. 75.
xit charitatem, quia ipsa est super omnes uirtutes, & quicunque ipsam habet, omnes uirtutes habet, hoc est verbum abbreuiatum, quod facit Dominus super terram, quod adeo breue est, vt dicatur, Habe charitatem, & fac quicquid uis. Ex his nanque duobus mandatis tota lex pendet Mat. 22
& prophetę. Vel† per altare uniuscuiusque 13
animam intelligimus, quæ ædificatur domino ex lapidibus uiuis, scilicet ex uirtutibus uarijs & diuersis.

¶†Porrò linteamina alba, quibus ope- 14
ritur altare, carnem, siue humanitatem Saluatoris

Universidad de Navarra Biblioteca

Saluatoris designant, quæ multo labore candidantur, sicut Christi caro ex terra. ideſt, ex Maria orta, per multas tribulationes ad resurrectionem, & candorem, & lætitiam immortalis peruenit de qua exterius sunt ecclesiastica sacramenta, de quibus dictum est, Altaria tua Domine virtutum &c. Gradus quibus ad altare ascenditur sunt illi de quibus Propheta in 15. Psalmis continuè demonstrat quas beatus vir ascensiones in corde suo disposuit. Hanc† scalam vidit Iacob, sumitas cuius cœlos tangebat 88. distin. ca. 1. Per hos gradus competenter virtutum gradus intelliguntur, quibus ad altare, ideſt, Christum ascenditur, iuxta illud Psalm. Et ambulabunt de virtute in virtutem. de pœnit. distin. 2. cum sanctam. in principio, & Iob per singulos gradus meos pronuntiabo illum. legitur in Exod. Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitudo tua. nondum enim fortè antiqui femoralibus vtebantur. In concilio Toletano 26. quæstio. 6. quicunque. cauetur, quòd clericus causa doloris in alterius perniciem altare, vel imaginem exuens vestibus, vel ecclesiæ luminaria extinguens, deponatur. Sed si ecclesia sua iure suo indebitè spoliatur, hoc causa mœroris facere licet, vel secundum quosdam, quemadmodum & in die passionis Domini in signum tristitiæ altaria denudantur, quod tamen hodie concilium reprobat Lugdunen. extrà de offic. ord. cap. si canonici. Denique altaria, quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes hominum construuntur, reprobantur omnino. de cõsecra. dist. 1. placet.

Ps. 83.

14 *Gen. 28.*

Ps. 83.

Iob. 33.

SVMMA.

1 *Picturarum & cortinarum vsus in ecclesia earumque varia significatio.*
2 *Græci quomodo vtantur imaginibus & picturis dimidiatis. Et quo id faciant consilio.*
3 *Ezechias rex quo consilio serpentem æneũ confregerit.*
4 *Idolorum immodicus vsus reprobatur moderatus probatur.*
5 *Picturarum & imaginum in ecclesia varia est sedes.*
6 *Christus qua, & quotuplici forma pingendus, & nu. 12.*
7 *Christus variè pictus, varium quid notat.*
8 *Angeli variè effinguntur pro varia eis à Deo collata dignitate & munere.*
9 *Euangelistæ qua forma pingantur, & qua se de locentur.*
10 *Apostoli variè pro suo cuiusque munere pinguntur, & nu. 16.*
11 *Patriarchæ qualiter effingantur.*
13 *Ioannes Baptista qua forma pingatur. Et qua martyres, nu. 14.*
15 *Confessores qua forma pingantur, qua doctores, qua denique virgines. Vbi & virtutis subditur ratio.*
17 *Picturæ sanctorum ad aliquid in ecclesijs variè institutæ. Et vnde sit petitum. illud ipsum exemplum.*
18 *Antiquorum instituta & sanctiones sunt tutissimi vitæ duces.*
19 *Christus quotuplici corona depingatur.*
20 *Corona sanctorum, qua specie, & formâ effingatur.*
21 *Paradisus ad quid pingatur in ecclesia, ad quid infernus.*
22 *Picturarum varietas varietatem virtutum notat.*
23 *Ecclesiæ ornatus in quibus consistat. Et in quibus altaris nu. 24.*
25 *Hostiarum tabernaculum quid notet.*
26 *Phylacterium, quid.*
27 *Candelabra in vtroque altaris cornu quid notent. Quid emunctoria siue forcipes, numero 28. & 29. Quid scutra nu. 30.*
31 *Crux altari superponitur.*
32 *Altaris frons quo pacto ornanda. Et quid idipsum notet.*
33 *Codex altari imponitur, & id quare.*
34 *Quadragesima tempore ornamenta ecclesiæ velantur & conteguntur non sine magna significatione.*
35 *Velum ecclesiæ est triplex. Et quando tollatur numero 36. & quando eleuetur num. 38.*
37 *Dominica sex quadragesimæ quid denotent.*
39 *Cortinarum varius color varium quid significat.*
40 *Ornamenta uaria adhibentur in festo Natiuitatis dominicæ.*
41 *Altare*

41 *Altare quibus ornamentis tegatur in Pascha te.*
42 *Thesauri ecclesiæ quo consilio edantur in festis celebrioribus.*
43 *Oua quid notent in ecclesia.*
44 *Sacrificium antiquitus quibus uasis, & cuius generis fiebat.*
45 *Calicis nomen unde tractum. Calix aureus quid notet, qd argẽteus, quid stannes.*
46 *Ecclesia cur hodie utatur & vasis, & ornamentis pretiosis.*
47 *Concilij Aurelianen. decretum circa nuptiarum ornatum.*
48 *Vestimenta ecclesiæ distinata ne trahantur in priuatos vsus.*
49 *Ornamenta altaris a Diaconis lauanda.*

De picturis, & cortinis, & ornamentis ecclesiæ. Cap. 3.

Picturæ, †& ornamenta in ecclesia sunt laicorũ lectiones, & scripturæ, vnde Gregorius, de consecr. di. 3. c. platũ. Aliud est picturã adorare, aliud per picturæ historiã, quid sit adorandũ, addiscere, nã quod legẽtibus scriptura, hoc idiotis cernẽtibus præstat pictura, quia in ipsa ignorãtes vident, quid sequi debeant, in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Sanè Chaldei ignem adorant, & cogunt alios idem facere, alia idola cõburentes. Pagani verò imagines, seu icones, & idola adorãt qđ Saraceni nõ faciũt, quia imagines nec habere, nec videre volunt, moti ex verbo illo. Non facies tibi omnem similitudinem eorum, quæ in cœlo, vel in terra vel in aquis, vel sub terra
Exo. 20. sunt. Exo. 20. & alijs authoritatibus, quæ statim sequuntur, nos valde super hoc increpantes, sed nos illas non adoramus, nec Deos appellamus, nec spem salutis in eis ponimus, quia hoc esset idolatriæ, sed ad memoriam & recordationem rerum olim gestarum eas veneramur.

Vnde versus.

Effigiem Christi, qui transis, pronus honora.
Non tamen effigiem, sed quod designat, adora.
Esse Deum, ratione caret, cui contulit esse.
Materiale lapis, effigiale manus.
Nec Deus est, nec homo, præsens quam cernis imago.
Sed Deus est, & homo, quem sacra figurat imago:

Et alibi.

Nam Deus est, quod imago docet sed non Deus ipsa,
Hanc videas; sed mente colas, quod no scis in ipsa.

¶Græci† etiam vtuntur imaginibus pingẽtes illas, vt dicitur, solum ab vmbilico supra, & non inferius, vt omnis stultæ cogitationis occasio tollatur, nullam etiam faciunt sculptilem imaginem, eo quod legitur Exo. 20. cap. Non facies sculptile, neque imagines. Item Leui. 26. Non facies idolum, neque sculptile. Item Deut. 4. *Can. 26.* cap. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. Item non facietis *Cap. 4.* *Deut. 4.* vobis Deos aureos & argentos. Item propheta: Simulacra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum. Simi- *Ps. 134.* les illis fient, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Confundãtur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriãtur in simulacris suis. Itẽ Moses ait populo Israel: ne fortè errore deceptus adores ea, quæ crea 3 uit dominus Deus tuus. † Hinc etiam est, *Num. 21* quòd serpentem æneum, quem Moses ere 4. *Re. 18* xerat, Ezechias Rex confregit: quia populus ille contrà legis præceptum turis adolebat incẽsum. Ex† his autem & similibus authoritatibus reprobatur nimius imagi- 4 num vsus. Ait enim Apostolus primæ Corinth. Scimus enim quia idolum nihil est *1. Cor. 8.* in mundo, & nullus Deus nisi vnus. Possent nãque simplices, & infirmi per nimiũ & indiscretum vsum facilè ad idolatriam trahi. Vnde Sapientia: Idolis nationum *Sap. 14.*

non erit respectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Moderatè verò uti picturis ad representandum mala vitanda, & bona imitanda, reprehensibile non est. Vnde Dominus ad Ezechielem: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt. Et ingressus, vidit omnem similitudinem reptilium, & animalium, & abominationem, & vniuersa Idola domus Israel depicta in pariete. Nempe Greg. hoc exponés in pastorali, lib. 2. cap. 20. dicit. Dum exteriorum rerum intrinsecus species atrahuntur, quasi in corde depingitur, quicquid fictis imaginibus deliberando cogitatur. Rursus ad eundem Ezechielem dicitur. Sume tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Ei autē quod dictum est quòd imagines sunt laicorum literæ, obuiat illud Euangelij, Habent, inquit, Moysen & prophetas, audiant eos. De hoc etiam dicetur in 2. parte sub 3. particula Canonis, super verbo, seruitutis. Concilium Agathen. de consec. distin. 3. cap. placuit inhibet picturas in ecclesijs fieri, & quod colitur & adoratur in parietibus depingi, sed Greg. de consecr. distin. 3. cap. perlatum. dicit, quòd picturas non licet frangere ea occasione, quod adorari non debent. Pictura nāque plus videtur mouere animum, quam scriptura. Per picturam quidem res gesta ante oculos ponitur. de consec. distin. 2. cap. semel. sed per scripturā res gesta quasi per auditum, qui minus mouet animā ad memoriam reuocatur. Hinc etiam est, quòd in ecclesia non tantam reuerentiam exhibemus libris, quantam imaginibus & picturis. ¶ † Picturam siue imaginum aliæ sunt supra ecclesiam, vt Gallus, vel Aquila, aliæ extra ecclesiā, scilicet foris in fronte ecclesiæ, vt Bos, & Leo, aliæ intra, vi conæstatuæ, & diuersa sculpturarum, & picturarum genera, quæ vel in vestibus, vel in parietibus, vel in vitrealibus depingūtur, de quorū aliquibus sub tractatu de ecclesia dictum est, quòd a tabernaculo Moisis, & tempore Salomonis sumptum est. Scripsit enim Moses, scripsit & pinxit Salomon, & parietes cælaturis, & picturis ornauit. ¶ † Sciendum autem est, q. 6
Saluatoris imago tribus modis conuenientius in ecclesia depingitur, videlicet, aut residens in throno, aut pendens in crucis patibulo, aut residens in matris gremio, quia verò Io. Baptista Christum digito demonstrauit dicens. Ecce agnus Dei ideo quidam depingebant. Christum sub specie agni. Quia tamen umbra trāsiuit & Christus verus est homo, dicit Adrianus Papa de consecr. distin. 3. cap. sextam. quod ipsum in forma humana depingere debemus. Non enim agnus Dei in cruce principaliter depingi debet, sed homine depicto, non obest agnum in parte inferiori, vel posteriori depingi, cum ipse sit verus agnus, qui tollit peccata mundi. His quidem & alijs diuersis modis Saluatoris imago depingitur, propter diuersas significationes. † Nam picta in præsepio, 7.
rememorat natiuitatem. Depicta in matris gremio puerilem ætatem. Depicta vel sculpta in cruce passionem, & quandoque in ipsa cruce Sol & Luna quasi eclypsim patientia depinguntur. Depicta verò in scalarum ascensu, Ascensionem. Picta vt residens in throno, seu in solio excelso, præsentem indicat maiestatem & potestatem, quasi dicat. Data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, iuxta illud. Vidi do
minum sedentem super solim excelsum &c. ideſt, Dei filium super Angelos regnā tē, iuxta illud, qui sedes super Cherubin. ¶ Quādoque verò depingitur, sicut viderunt cum Moses, & Aaron: Nadab & Abiu, scilicet supra montem, & sub pedibus eius quasi opus saphiricum, & quasi cœlum serenū. Et quoniā sicut ait Lucas, tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate, ideo ei quandoque circumcirca pingun tur Angeli, qui ei semper seruiunt & adsistunt, & depinguntur cum sex alis, secundum Esa. Seraphin stabant iuxta illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, & duabus velabant faciem eius, duabus pedes, & duabus volabant. ¶ † Depinguntur etiam Angeli tanquā in ætate iuuenili fiorentes. nūquā enim senescunt. ¶ Quandoque etiam circumpingitur archangelus Michael draconem suppeditans, iuxta illud Io. in Apoc. 8

Exo. 8.
Ezec. 4.
Luc. 16.
Mat. vlt
Esa. 6.
Exo. 24.
Luc. 21.
Esa. 6.
Apoc. 12.

Factum est prælium in cœlo, Michael cum dracone pugnabant, quæ pugna est dissidium Angelorum, confirmatio bonorum & ruina malorum, aut in præsenti ecclesia persecutio fidelium. Quādoque etiam circumpinguntur 24. seniores, secundum visionem ipsius Io. in vestibus albis, & coronis aureis, per quos significantur veteris & nouæ legis doctores, qui sunt 12. propter fidem Trinitatis, quam annunciant per quatuor mundi climata, aut 24. propter opera, & obseruantiam euangelistarum. Si lampades adduntur, dona Spiritus sancti representantur. Si mare vitreum, baptismus innuitur. ¶ † Quandoq; etiam circumpinguntur quatuor animalia, secundum visionē Ezechielis, & eiusdem Ioan. 9
Facies hominis & facies leonis a dextris, & facies bouis a sinistris, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Hi sunt quatuor euangelistæ. Vnde pinguntur cum libris in pedibus, quia quæ verbis, & scriptura docuerunt, mente, & opere compleuerunt. Matthæus figuram sortitur humanam. Marcus figuram tenet leonis, hi ponūtur a dextris, quia Christi Natiuitas, & resurrectio fuerunt omnium lætitia generalis. Vnde in Psal. Et ad matutinum lætitia. Lucas vero vitulus est, eo quòd a Zacharia sacerdote inchoauit, & Christi passionem & hostiam specialius petractauit. Vitulus enim est animal sacerdotum sacrificijs aptum. Comparatur etiam vitulo propter duo cornua, quasi duo continens testamenta, & propter quatuor pedum vngulas, quasi quatuor euangelistarum sententias, Per hunc quoque figuratur Christus, qui fuit pro nobis vitulus imolatus, ideoq; ponitur a sinistris, quia mors Christi fuit Apostolis tristis. De hoc & qualiter beatus Marcus depingi debet, in 7. parte sub tit. de euangelistis dicetur. Ioannes autem figuratur aquila, quoniam ad excelsa peruolat, cum ait. In principio erat uerbū
Hoc quoq; significat Christū, cuius iuuentus ut aquila renouatur, quia resurgens a mortuis floret, & in cœlum ingreditur, hic tamen non iuxta, sed super sed dipingitur, quoniam ascensionē designat, & uerbum apud Deum pronunciauit. Sed cū quodlibet ipsorum animalium haberet quatuor facis, & quatuor alas, qualiter possent depingi, dicetur in 7. parte sub tit. de Euangelistis, ubi etiam latius de hoc agatur. ¶ Quandoque † etiam circumpinguntur 10
uel potius subpinguntur Apostoli qui fuerūt testes eius verbo, & opere usque ad ul- 11
timum terræ. Et pinguntur crinit, quasi Nazarei, ideſt sancti. Lex enim fuit Nazareorum, ut a tempore suæ separationis a cōmuni uita hominum nouacula non transiret super caput eorum. Pinguntur etiam quandoque sub forma duodecimo ouium, quia tanquā bidentes occisi sunt propter Dominum, sed & duodecim tribus Israel, quandoque sub forma duodecim ouium pinguntur. Quandoque tamen plures, uel pauciores oues circa sedem maiestatis pinguntur, sed tunc aliud figurant, iuxta illud Matt. 20. in fine, Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tūc sedebit super sedē maiestatis suæ, statuens oues a dextris, & hædos a sinistris. Qualiter Bartholomæus, & Andræas Apostoli depingi debent in 7. parte sub eorum festis dicetur. † ¶ Et aduer- 12
te, quia patriarchæ & prophetæ pingūtur cum rotulis in manibus, quidā uero Apostoli cum libris, & quidam cum rotulis, Nempe quia ante Christi aduentum fides figuratiuè ostendebatur, & quoad multa in se implicita erat. Ad quod ostēdendum patriarchæ, & prophetæ pinguntur cū rotulis, per quas quasi quædam imperfecta cognitio designātur, quia uerò Apostoli a Christo perfectè edocti sunt, ideo libris, per quos designatur congruè perfecta cognitio, uti possunt. Sed quia quidā in illorum, quod didicerūt ad doctrinā aliorum scriptis redigerunt. Ideo illi cōgruè tāquā doctores cum libris in manibus depingūtur, sicut Paulus, Euangelistæ, Petrus, Iacobus, & Iudas. Alij uero q nihil stabile seu ab ecclesia approbatum scripserunt, non cum libris, sed cum rotulis in signum suæ prædicationis pinguntur. Vnde Apostolus ad Ephesios, & extra de hære. cum ex iniuncto. Dominus quosdam dedit Apostolos, quosdā Prophetas, alios Euangelistas, alios pastores, & doctores in opus ministerii. ¶ † Sed & diuina maiestas depingi- 13
tur quandoque cum libro clauso in manibus, quia nemo inuentus est dignus aperi-

Ioan. 1.
Ps. 102.
Apoc. 4.
Num. 6.
Cap. 25.
Eph. 4.
Apoc. 4.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Iud.14. re illum,nisi Leo de tribu Iuda. & quandoque cum libro aperto,vt in illo quisque legat,quòd ipse est lux mundi,& via,veritas,ac vita,& liber vitę.Quare autē. Paulus,ad dextram,& Petrus ad sinistram Salua-
13 toris depingūtur,dicetur in 7.parte sub titulo de Euangelistis.†Ioan.vero Baptista quandoque depingitur vt eremita.Marty-
14 res cum†faculeis,vt Laurentius in craticula.Stephanus cum lapidibus, & quandoq; cum palmis,quæ victoriā signant,iuxta il-
Psal.90 lud.Iustus vt palma florebit,vt sicut palma viret,sic eorum memoria seruetur. Hinc est,quòd qui de Hierosolomis veniunt palmam in manibus ferunt, in signum q; illi regi militarunt,qui Hierosolymis cum palmis honorificè receptus est,& postmodum ibidem cum diabolo pugnans victor extitit,& cœli palatium cum angelis triūphans introiuit. vnde vers. Iusti vt palma florebūt,& sicut stellæ fulgebūt.¶ Cōfessores†pinguntur cum suis insignijs, vt epi-
15 scopi mitrati,abbates capuciati,& quandoque cum lilijs,quæ castitatem designant, doctores cum libris in manibus, virgines (secundum euāgelium) cum lampadibus.
16 †Paulus cum libro,& ense,cū libro, quia doctor siue propter conuersionem suam, cum ense, quia miles.vnde versus,Mucro furor Pauli,liber est conuersio Sauli.¶ Ge-
17 neraliter† autem sanctorum patrum imagines quandoque in parietibus ecclesiæ, quandoque in posteriori altaris tabula, quandoq; in vestibus sacris & alij varijs in locis pinguntur, vt illorum actus,& sanctitatem iugiter non indiscreta, vel inutilia
Cap.18. meditemur.Vnde in Exo.diuina voce præcipitur,vt in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur,quatenus sacerdotale cor nequaquam fluxæ cogitationes possideant, sed ratio sola constringat,in quo etiam rationali vigilante secundum Greg. duodecim patriarcharū nomi-
18 na describi iubentur.¶ Nempe† adscriptos patres,sēper in pectore ferre, est antiquorum vitam sine intermissione cogitare.
Tunc autem sacerdos irreprehensibiliter graditur,cum exempla patrum præcedentium indesinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine cessatione considerat, & illicitas cogitationes deprimit, ne extra rationis limitem operis pedem teneat.

¶ † Considerandum quoque est, q; Iesus 19
semper coronatus depingitur.quasi dicat. Egredimini filiæ Hierusalem,& videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Fuit enim Christus coronatus tripliciter.Primò a matre,corona misericordiæ in die conceptionis, quæ corona duplex est propter naturalia & gratuita,ideoq; & diadema vocatur,quod est duplex corona. Secundò a nouerca corona miseriæ,in die passionis. Tertiò,a patre corona gloriæ,in die resurrectionis vnde, Gloria, & honore coronasti eum domine. Demum coronabitur a familia corona potentiæ,in die vltimæ reuelationis. Veniet enim cum senatoribus terræ, iudicans orbem terrę in æquitate.Sic & omnes sancti pinguntur coronati,quasi dicat.Filiæ Hierusalem venite,& videte martyres cum coronis aureis,quibus coronauit eos Dominus & in libro sapientiæ: Iusti accipient re Sap.5.
gnum decoris,& diadema speciei de manu Domini. † Corona autem huiusmodi de- 20
pingitur in forma scuti rotundi,quia sancti Dei protectione diuina fruuntur.Vnde cantāt gratulabundi,Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Veruntā Christi corona per Crucis figuram a sanctorum coronis distinguitur,quia per Crucis vexillum sibi carnis glorificationē, & nobis meruit a captiuitate liberationem, & vitæ fruitionem.Cum vero aliquis præiatus aut sanctus viuens pingitur, non in formam scuti rotundi,sed quadrati, corona ipsa depingitur, ut quatuor cardinalibus uirtutib⁹ uigere mōstretur,prout in legenda beati Greg.habetur.Rursus† quan- 21
doque in ecclesijs paradisus depingitur,ut ascipientes ad delectationem præmiorum alliciat,& quandoque infernus,ut eos formidine pœnarum a uitijs deterreat,quandoque flores, & arbores cum fructibus ad repræsentandum fructus bonorum operum ex uirtutum radicibus prodeūtium.
¶† Picturarum autem uarietas, uirtutum 22
uarietatem designat. Alii enim datur per 1.Co.12
spiritum sermo sapientiæ,alii scientiæ &c. uirtutes uerò in mulieris specie deipingūtur,quia mulcent & nutriunt. Rursus,per celaturas quæ & laquearia nominantur,

quę

quę sunt ad decorem domus,simpliciores Christi famuli intelliguntur, qui ecclesiā non doctrina, sed solis virtutibus ornant. Cæterum scupturæ prominentes de parietibus,egredientes esse videntur, quia cum uirtutes fidelibus in tantam cōsuetudinem deueniunt, vt eis naturaliter insitæ uideantur, multifarijs earum operationibus exercentur. Synagoga verò qualiter depingitur, dicetur in quarta parte sub titu. de reuerentia. Qualiter pallium Romanorum Pontificum pingatur,in tertia parte sub titu.de pallio,dicetur. Annus verò & duodecim signa & menses qualiter depingantur,dicetur in princip.octauæ partis,ubi & de mense agitur. Sed & diuersæ hystoriæ tam noui,quàm veteris testamenti pro uoluntate pictorum depinguntur, nam pictoribus atque poetis quę libet audiendi semper fuit æqua potestas.
23 Porrò†ornamenta ecclesię in tribus consistunt,idest in ornatu ecclesiæ, chori, & altaris.Ornatus ecclesiæ consistit in cortinis,& auleis,& paleis sericis, & purpureis, & similibus. Ornatus chori in dorsalibus, tapetis substratorijs, & bancalibus. Dorsalia sunt panni in choro pendentes à dorso clericorum. Substratoriā, quæ pedibus substernuntur.Tapeta etiam sunt panni,qui pedibus substernūtur, quasi stratio pedum, & præcipue pedibus episcoporum, qui mundana pedibus calcare debent. Bancalia sunt panni,qui super sedes vel bancas in choro ponuntur. Altaris
24 †verò ornatus consistit in capsis, in palleis,in phylacterijs,in candelabris,in crucibus in aufrisio, in vexillis,in codicibus,in
25 velaminibus,& in cortinis. Et†not. quòd capsa, in qua hostiæ consecratæ seruantur, significat corpus virginis gloriosæ, de qua dicitur in Psalm. Surge Domine in requiem &c. quæ quandoque est de ligna,quandoque de ebore candido, quādo que de argento,quandoq; de auro,& quādoque de crystallo, & secundū varias suas proprietates varias ipsius corporis Christi exprimit dignitates.Rursus capsa ipsa continēs hostias consecratas, siue non cōsecratas memoriam designat humanam, debet namque homo iugiter recordari acceptorum beneficiorum Dei tam temporalium, quæ per hostias non consecratas, Exo. 16
quàm spiritualium,quę per cōsecras designātur. Quod figuratū est in arca in qua Deus iussit manna reponi,quod licet temporale esset, præfigurabat tamen istud nostrum sacrificium spirituale,præcipiens vt esset in memoriale sempiternum in futuras generationes,sicut legitur in Exo.Ca- Cant.16
psæ autē positę sup altare quod est Chri Es.45.
stus,sunt Apostoli,& martyres,pallæ & vestes sunt cōfessores,& virgines, vel omnes sancti,de quibus ait Dominus ad prophetam. His sicut vestimento vestieris, & de hoc dictū est in titu.præceden. Aliud autē est phylatterium, aliud phylatteria. † 26
Phylatterium est chartula,in qua decem præcepta legis describunt,huiusmodi chartulam solebant Pharisæi ante se in signū Mat.23
religionis portare.unde in Euāgelio.Dilatant phylatteria sua &c. & sic sumitur 26. quæstio.5. nō oportet & dicitur phylatteriū ἀ φυλάττειν,quod est custodire, & ἧ ῥαξ,quod est lesi. Phylatteria vero est uasculum de argento, vel auro,uel chystallo,uel ebore & huiusmodi,in quo sanctorum cineres, uel reliquiæ reconduntur. Cum enim Elindius fideles cinericios vocaret,pro eo quod cineres ipsos seruabāt; contra eius decisionem statutum fuit in ecclesia,ut honorificè, & in pretiosis vasculis seruarentur,quod nomen est comprehensum ἀ φυλάττειν quod est seruare, & τέρον,quod est extremitas, qa ibi aliquid de extremitate corporis sanctorum, puta Deus vel digitus, uel aliquid tale seruat. Super altare etiam in quibusdam ecclesijs collocatur tabernaculum,de quo subtit.de altari dictum est. † In cornibus al- 27
taris duo sunt candelabra, constituta, ad significandum gaudium duorum populorum de Christi Natiuitate lætantiū, quę candelabra mediante Cruce faculas ferūt accensas,angelus enim inquit pastoribus, Annnuntio vobis gaudium magnū, quod Luc.22.
erit omni populo,quia natus est uobis hodie saluator mūdi. Hic est verus Isaac,qui risus interpretatur.Lumen enim candela- Gen.18.
bri fides est populi.nam ad Iudaicū populū inquit propheta, Surge,illuminare Hierusalem,quia uenit lumen tuum,& gloria domini super te orta est. Ad populū vero Es.49.

Eph. 5. gentilem dicit Apostolus. Eratis aliquãdo
Nu. 24. tenebræ, nunc autem lux in domino. Nã
Mat. 2. & in ortu Christi noua stella Magis appa-
ruit, secũdum vaticinium Balaã. Orietur,
inquit, stella ex Iacob, & cõsurget uirga ex
Israel. De hoc etiam dictum est in tit. de
28 altari. ¶† Emũctoria siue forcipes ad emũ-
gendum lychnũ, sunt verba diuina quibus
literas legis amputamus, & lucentem spiri
tum reuelamus, iuxta illud. Vetustissima
Luc. 16. ueterum comedetis, & nouis superuenien
tibus uetera abijcietis. Vasa, in qbus emun
cti lychni extinguuntur, sunt corda fide-
lium, qnæ obseruantiam legalem ad lite-
29 ram admittunt. † Rursus forcipes, quorũ
gemino dente componitur ignis sunt præ
dicatores, qui nos cõsonis utriusque testa
menti paginis instruunt, & moribus com-
30 ponentes ad charitatem accendunt. ¶† Scu
ta uerò, idest uasa æqualis amplitudinis in
fundo, & in ore ad calefaciendum facta,
sunt illi doctores, qui thesaurum cordis
nõ celant, sed ex eo proferunt noua, &
Mat. 5. tera. Lucernam quoque non ponunt sub
modio, sed super candelabrum, ut hi, qui
sunt in domo domini lumen & caloré ac-
31 cipiant super se. ¶ Crux † quoque super al-
tare ponenda est, & eã inde tollit baiulus
Crucis, in quo recolitur, quia Crucem de
Christi humeris sublata tulit Simõ cyre-
næus. Inter duo cãdelabra Crux in altari
Eph. 2. media collocatur, quoniam inter duos po
1. Pet. 2. pulos Christus in ecclesia mediator exi-
Es. 28. stit. Ipse enim est lapis angularis, qui fecit
utraque vnum, ad quẽ pastores à Iudæa,
& Magi ab Oriente venerunt. De hoc ali
ter dicet in prœmio 4. partis. sub titu. de
32 ac. sac. ad alta. ¶ Rursus † altare aurifrisio or
nat, iuxta illud Exod. 25. & 28. cap. Con-
strues mihi altare, faciesque illi coronã p
gyrũ, seu circuitum alta. quatuor digitis.
Nempe altare quandoque significat cor
hominis, in quo sacrificium veræ fidei per
contritionẽ offerri debet, tunc aurifrisiũ,
conceptũ bonæ operationis significat, quo
frontẽ nostram ornare debemus, ut cæ-
teris luceamus. Quandoque altare signi-
ficat Christum, & tunc per aurifrisium cõ
gruè ornamentum charitatis designatur.
Sicut enim aurum præeminet omnibus
metallis, sic & charitas cæteris virtutibus.
96. distinctio. duo. unde Apostolus ad Co
rinth. primo. Maior horum est charitas. *1. Cor. 9*
fidem enim nostram sic aurifrisio chari-
tatis debemus ornare, ut parati simus pro
Christo animas ponere. Vexilla etiam su-
per altare erigũtur, ut triumphus Christi
iugiter in ecclesia memoretur, per quem
& nos de inimico triumhare speramus.
¶† Codex etiam euangelicus super illud
adaptatur, eo quòd euangelium ab ipso, 33
scilicet Christo sit editum, & ipse phibeat
testimoniũ, qui quare exterius ornetur,
dicetur in 3. parte sub tit. de lega. indu.
¶ Deniq; uasa, & vtẽsilia in domo domini
a Mose, & Salo. originem habuerunt, quæ
in veteri testamento plura & diuersa fue-
runt, prout in Exo. regitur diuersa haben
tia significata, de qbus hic breuitatis cau-
sa non agimus. ¶† Sanè omnia q̃ ad orna- 34
tum pertinent tempore quadragesimæ, re
moueri uel contegi debent, quod fit se-
cundum aliquos in dominica de passione,
quia ex tunc diuinitas fuit absconsa & ve
lata in Christo, dimisit enim se capi & fla
gellari, ut homo, tanquam non habens in
se uirtutem diuinitatis, unde in euangelio *Ioan. 8.*
huius diei dicitur, Iesus autem abscondit
se, & exiuit de templo, tunc ergo coope-
riuntur Cruces, idest virtus suæ diuinita-
tis. Alij hoc faciunt à prima dominica
quadragesimæ, quia ex tunc ecclesia inci-
pit de eius passione agere. unde eo tempo
re Crux per ecclesiam non nisi cooperta
portari debet, & secundum morẽ quorun-
dam locorũ duo tantũ uelamina, seu cor-
tinæ, tũc retinentur, quorum vnum poni-
tur per circuitum chori, aliud suspenditur
inter altare, & chorum, ne appareant, quæ
sunt intra sancta sanctorum, quòd sanctua
riũ & Crux tunc velantur, significat literã
legis, idest eius carnalem obseruantiam,
siue quòd in ueteri testamẽto ante Chri
sti passionem intelligentia sacrarum scri-
pturarum velata, operta, & obscura erat.
Et qui tempore illo fuerũt, uelamẽ, idest, *Luc. 8.*
obscuram scientiã ante oculos habuerũt,
significat etiã rumpheam illam, quę fuit
ante ianuã paradisi, & quoniam huiusmo
di carnalis obseruãtia, & obscuritas, & rũ-
phea in Christi passione sublata sunt, ideo
cortinæ, uel uelamina huiusmodi in para-

sceue

sceue remouentur. Sed & quia in veteri te-
stamento fuerunt animalia ruminantia, &
ungulas scindentia, vt boues acantes, ideſt,
scripturarum mysteria discernentes, & spi-
ritualiter intelligentes, ideo in quadragesi-
ma post velum ingrediũtur sacerdotes pau
ci, quibus datum est nosse mysteriũ regni
15 Dei. ¶ † Circa hoc autem notandum est,
quòd triplex genus ueli suspenditur in ec-
clesia, videlicet. Quod sacra operit, quod sa
crarium à clero diuidit, & quod clerum à
populo secernit. ¶ Primum est nota nostrę
legis. ¶ Secundum nota nostræ dignitatis.
quia indigni sumus, imò impotentes cęle-
stia intueri. ¶ Tertium est coercitio no-
stræ voluptatis carnalis. ¶ Primum, videli-
cet cortinæ quæ ab utroque altaris latere
extenduntur sacerdote secretum intrante,
prout in 4. parte sub titu. de secreta, dicetur,
significatum est in hoc, quòd sicut le-
gitur Exod. 34. Moses posuit uelamen su-
per faciem suam, quia filij Israel claritа-
tem vultus eius sustinere non poterant, &
sicut dicit Apostolus, hoc velamen ad-
huc hodie est super corda Iudæorum.
2. Cor. 3. ¶ Secundum, videlicet cortina quæ in qua-
dragesima in officio Missæ ante altare ex-
tenditur, significatum est in hoc, quòd ve-
lum infra tabernaculum erat suspensum,
quod diuidebat sancta sanctorum à san-
ctis, ut dicetur in procemio quartæ par-
tis, per quod arca populo velabatur, &
erat miro opere contextum, & pulchrа va-
rietate distinctum, quod in passione Domi
ni scissum est, & illius exemplo hodie corti
næ uaria pulchritudine texuntur. De præ-
misso velo, & quales debent esse cortinæ,
habetur Exod. 26. & 36. ca. ¶ Tertium inde
tunc habuit originem, quia in primitiua
ecclesia peribolus, ideſt paries, qui circuit
Mat. 27 chorum, non eleuabatur, nisi vsque ad ap-
podiationem, quod adhoc in quibusdam
ecclesijs obseruatur, quod ideo fiebat, vt
populus videns clerum psallentem inde bo
num sumeret exemplum. Veruntamẽ hoc
tempore quasi communiter suspenditur,
siue interponitur uelum, aut murus inter
clerum & populum, ne mutuo se conspi-
cere possint, quasi ipso facto dicatur, Auer
36 te † oculos tuos, ne uideant vanitatem &c.
In parasceue verò omne tollitur verum,
quia in passione Domini velum templi
scissum est, & per eam reuelata est nobis
regis spiritualis intelligentia, quæ antea
latebat, vt præmissum est, & aperta est Re-
gni cęlestis ianua, & est data nobis for- *Ps. 118.*
titudo, ut uinci, nisi velimus, à carnali *Mat. 27*
concupiscentia nequeamus. Veruntamen
velum, quod diuidit sanctuarium à cle-
ro, retrahitur, vel eleuatur in vespera cu-
iuslibet Sabbati quadragesimæ, quando
officium diei Dominicæ inchoatur, vt cle-
rus possit in sanctuarium intueri, quia do-
minicam recolit resurrectionem. † Hoc 37
etiã ideo fit in sex diebus dominicis, quia
nulla fuit ætas, in qua non fuerit gaudium
æternum. Gaudium quidem figuratum,
quod cœlo uelatur, quod per velum illud
significatur, inde est, quod diebus domi-
nicis non ieiunamus, & hoc propter glo-
riam domjnicæ resurrectionis. Nam pri-
ma dominica significat gaudium, quod ha-
buerunt primi parentes in paradiso ante
peccatũ. Secunda dominica figurat gaudiũ,
quod pauci habuerunt in arca Noe, alijs
omnibus diluuio submersis. Tertia, quod
habuerunt filij Israel, alijs sub Ioseph fa-
me afflictis. Quarta, quod habuerunt sub
Salomone in parte viuentes. Quinta quod
habuerunt redeuntes de captiuitate Baby
lonis. Sexta, quod discipuli habuerunt à re
surrectione vsque ad ascensionem, quando
cum eis præsentialiter fuit sponsus. In festi
uitatibus † etiam nouem lectionum qua 38
dragesimæ uelum ipsum eleuatur, vel re-
trahitur. Sed hoc non habetur de primа-
ria institutione ecclesiæ, quia tũc nullum
festũ celebrabatur in quadragesima solen-
niter. Sed si aliquod festum occurrebat,
quacunque die occurreret, in sabbato, &
in dominica, de eo commemoratio fiebat,
prout in canone Martini Papæ habetur
23. quæst. 3. non oportet. & c. non licet, &
in Bucardo lib. 13. & hoc totum propter
temporis illius tristitiam. Postea vsus in
contrarium obtinuit, vt uidelicet festũ. 9.
lectionum in suo die solenniter celebre-
tur, & nihilominus ieiunetur. ¶ † Rursus 39
cortinæ in festiuitatibus extenduntur in
ecclesijs propter ornatum, vt per visibiles
ornatus ad inuisibiles moueamur, quę sũt
quandoque varijs coloribus coloratæ, vt

præmissum est, vt ex diuersitate colorum ipsorum notetur, quòd homo, qui est Dei templum, ornatus esse debet varietate, seu diuersitate virtutum. Cortina alba signat vitæ munditiã, rubea charitatem, uiridis contemplationem, nigra carnis mortificationem, liuida tribulationem. Adhuc super cortinas candidas suspenduntur quandoque panni uarij coloris ad notandum, quòd cor nostrum purgatum esse debet à vitijs, & in eo debent esse cortinæ virtutum, & uarietates bonorum operum.

40 ¶† Porrò in festo Natiuitatis Domini quę dam ecclesiæ nullos suspendunt pannos,
Phil. 2. quædam uiles, & quædam bonos. Quæ nullos suspendunt, nostrum figurant rubo rem. Etsi enim maximum sit nobis gaudium de nato Saluatore, non tamen esse debemus sine rubore pro eo, quòd tantũ fuit nostrum peccatũ, quòd Dei filius seipsum propter nos exinaniuit formam serui accipiens, & propterea etiam in ipsius obitu non cum lætitia solennizamus, sed acerrimum ieiunium facimus, cum tamen in aliorum sanctorum obitu læti solennizemus, & aliquantulum lautius in cibo, & potu nobis indulgeamus, put in 6. parte sub pataſceue dicetur. Rubor quippe nobis est, quòd Dominus mortuus est propter peccata nostra, sancti uero nõ propter peccata nostra, sed propter Christũ passi sunt. Qui uilés suspẽdunt, figurant, quod Dominus seruilem induit formam, & quòd uilibus pannis eo die inuolutus fuit. Qui bonos, gaudium de Rege nato habitum attendunt, quales esse debeamus in receptione
41 tanti hospitis ostendunt. ¶† In quibusdam ecclesijs altare in paschate pretiosis ornatur pallijs, & super ponũtur uelamina triũ colorum rubeum, subalbum, & nigrũ quæ tria tempora designant. Prima lectione, & responsorio finitis remouetur uelamen nigrum, quod tempus ante legem significat. Secunda lectione, & responsorio finitis, remouetur subalbum, quod tẽpus sub lege designat. Tertia finita, remouetur rubeum, quod tempus gratiæ significat; in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, & ad æternam gloriam nobis aditus patet. De pannis uerò & uestimentis altaris in tractatu de altari, dictum est.

¶† In præcipuis festiuitatibus thesauri ec- 42
clesiæ in publicum educũtur propter tria. Primò, propter considerationem cautelæ, ut uidelicet appareat, quòd cantus fuerit in seruando, qui illum seruare tenetur. Secundò, propter solennitatis ueneration-nem. Tertiò, propter oblationis memoriam, uidelicet in memoriam illorum, qui prius ea ecclesiæ obtulerunt, quòd autem ecclesia intus, & non extra festiuè ornatur, mysterialiter inuit, quòd omnis gloria eius ab intus est. extra de sac.unc. licet. n. exterius despicabilis sit in anima tamen q̃ sedes Dei est, radiat, iuxta illud. Nigra sum, sed formosa &c. & Dominus per prophetã, Etenim hæreditas in præcla. est mi *Cant. 1.*
hi Propheta etiã considerans hoc ait, Do- *Luc. 22.*
mine dilexi decorem domus tuæ, quam spiritualiter fides, spes, & charitas exornant. Ecclesia quoque materialis, & etiam spiritualis mundari debet, de quo in 7. parte sub tit. de Pascha, & de 5. feria cœnæ dicetur. In nonnullis ecclesijs duo oua structionum, & huiusmodi, quæ admirationem inducunt, & quæ raro uidentur, consueuerunt suspendi, ut per hoc populus ad ecclesiam trahatur, & magis afficiatur. † Rursus aiunt quidam, quod structio 43
tanquam auis obliuiosa, derelinquit in subulo oua sua, demum quædam stella uisa recordatur, & redit ad illa aspectu suo fouens, ea oua ergo in ecclesijs suspenduntur ad notandum, quòd si homo propter peccatum à Deo derelictus sit, tandem diuino lumine illustratus, recordatus delictorum suorum pœnituerit, & ad ipsum redierit, per aspectum lumine illius fouetur per quem etiam modo dicitur in Luc. quod respexit Dominus Petrum, postquã negauit Christum 50. distinctio. fidelior. suspenduntur etiam ut in illis unusquisque contempletur, quòd homo facile Deum obliuiscitur, nisi per stellam, ideſt, spiritussancti gratiam influẽtem illustratus ad eum redire per bona opera recordetur.
† Sanè in primitiua ecclesia sacrificium fie 44
bat in uasis ligneis, & uestibus cõmunibus tunc enim erãt lignei calices, & aurei sacerdotes, nũc uerò econtra est. Sed Seuerinus Papa instituit, quòd in uitreis fieret; quia uerò illa fragilia erant, ideo Vrbanus Papa, &

pa, & etiam concilium Remen. de consec. dist. 1. vt calix, & de celebr. miss. cap. fin. statuit, quòd in argenteis, vel aureis vasis sacrificetur, vel propter paupertatem in stanneis, quæ non æruginantur, non tamen in ligneis, vel ex auricalco. Non ergo debet esse de vitro propter periculum effusionis, nõ de ligno, quia cum sit porosum & spongiosum corpus sanguinem absorberet, non de ere vel auricalco, quóniam ob vini virtutem æruginem vel vomitum prouocaret.

45 ¶† Et nota, quòd calicis nomen à veteri & no. testamento originem traxit. Hier. 12. Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. & Dauid, Calix in domo Domini vini meri plenus misto. & alibi, Calicem salutaris accipiã, & nomen Domini inuocabo. Item in Euangelio, Potestis bibere calicem illum, quem ego bibiturus sum. Item accipiens calicem gratias egit. Calix autem aureus significat thesauros sapiẽtiæ i Christo absconditos, argenteus, munditiã culpæ, stãneus innuit similitudinem culpæ & pœnæ. Stannum enim est medium inter argentum, & plumbum, & caro Christi licet non fuerit plumbum, ideſt peccatrix, fuit tamen carni similis peccatrici, & licet non fuerit argentum, ideſt, passibilis propter suã culpam, fuit tamen passibilis propter nostram culpam, quia languores nostros ipse tulit, & do. no. ipse por. De calice & patena dicetur sub tit. de consecr. &
46 vnctionibus. † Nempe si quis tenui religione tentus dicat, quòd Dominus præcepit Mosi, vt cuncta vasa tabernaculi in omnes vsus, & cæremonias ex ære faceret, ut legitur Exo. 27. & 28. ca. Quodque huiusmodi pretiosa vasa & ornamenta poterant venũdari, & dari pauperibus similis est Iudæ, & mulieri vnguentariæ contrarius, hoc enim agimus, non quòd Deo minus vilia ornamenta delectent, quàm aurea, sed quia cum homines id quod diligunt Deo libenter offerent, per diuinam latriam suam, vincunt auaritiam. Præterea hæc diuinæ pietatis officia moralia sunt, & futuræ gloriæ significatiua. Vnde etiam in veteri lege ex auro & iacintho purpura cocco distincto & byſſo retorta, & alijs pretiosis superhumerale fieri præcipitur, vt quãta sacerdos virtutum diuersitate claresce-
re debeat, demonstretur, & altare & propitiatorium ac candelabrum, & alia vasa, & ornamenta altaris ex auro fieri, & argento. Exod. 25. & 30. & 38. capit. tabernaculum quoque ex diuersis pretiosis fieri præceptum est, prout dictũ est sub titu. de ecclesia. Legalis enim Pontifex alijs diuersis pretiosis vtebatur ornamentis, prout dicetur in tertia parte sub titu. de legalibus indumentis. De hoc etiam sub titu. de ecclesiæ dedicatione, prope principium di-
cetur. † Porrò prohibitum est in Concilio 47
Aurelia ead. distin. ad nuptiarum. ne diuina mysteria præstentur ad nuptiarum ornatum, ne improborum tactu, vel pompa secularis luxuriæ polluãtur, quo nimirum ostenditur, quòd ex veste cuiuscunq; personæ fieri non debet casula, vel aliquis alius sacris mysterijs deputandus ornatus.
† Stephanus quoque Papa statuit ead. di- 48
stin. vestimenta. ne vestimentis ecclesiæ in alijs vsibus quis fruatur, quodque nisi à sacratis hominibus tangantur, ne vltio, quæ Balthasar regem Babyloniæ percussit, su-
per hoc transgredientes veniat † Clemens 49
etiam Papa statuit ea. distin. nemo. ne mortui sepeliantur, vel inuoluantur, seu operiantur, uel etiam feretrum cum palla, ideſt, pannis altaris, aut cum mappa, qua calix inuoluitur, seu cum qua sacerdos manus post consecrationem tergit. ¶ Quando
† uerò pallæ, ideſt, corporalia, & uela, ideſt 50
ornamenta altaris seu cortinæ super altare pendentes sordidatæ fuerint diaconi cum ministris humilibus illa lauent intra sacrarium, & non extra. Pro velis autem lauandis, quæ ad cultum altaris pertinent, noua peluis habeatur. Pallæ uerò, ideſt corporalia in alia pelui lauentur. Vela quo que ianuarum, ideſt, cortinę, quæ extendũtur in ecclesijs in festis, & quadragesima in alia pelui lauentur. Hinc est, quòd statutũ est in Concilio Ilerd. de consecra. distin. 4. omnis. quod ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur uasa foris, in quibus nihil aliud lauetur. Sed secũdùm eũdem Clementem ea. distin. altaria, si altaris palla, ideſt, uestimenta altaris uel cathedræ, in qua sedet sacerdos sacris uestibus indutus, uel candelabrum, uel uelum, ideſt, pannus uel cortina super altare pendens fuerint vetustate consumpta, cremen
tur, & cineres, uel in baptisterio, uel in pa
scicte,

rietè, aut in fossis pauimentorum, ubi non sit transitus, iactentur. Et not. quòd ecclesiastica ornamenta benedicuntur, ut dicetur sub tit. de consecrationibus, & vnctionibus.

SVMMA.

1 *Campanę quid, & ubi inuentæ primùm.*
2 *Cāpana ad quid pulsetur, & benedicatur.*
3 *Tubarū usus olim fuit loco campanarū.*
4 *Campanæ prædicatores signant.*
5 *Metalli duritia quid notet.*
6 *Prælatus iners & expers scientiæ est quasi campana sine plectro.*
7 *Lignum, in quo pendent campanæ, quid notet.*
8 *Funis à campana pendens, quid significet.*
9 *Cāpanæ ad diuina officia quoties interdiu pulsentur. Et quoties noctu, nu. 10.*
11 *Tintinabulorum genera sex, quibus utitur ecclesia.*
12 *Campanis quot dieb. quadragesimæ sit otium.*
13 *Campanæ cur pulsentur quoquam moriēte. Et quare in supplicationibus. nu. 14.*
15 *Campanæ cur pulsentur concitata tempestate.*

De campanis. Cap. 4.

1 CAMPANAE sunt † vasę ænea, in Nola ciuitate Campaniæ primo inuenta, maiora itaq; uasa Campanæ a Campania regione: minora verò Noļę, a Nola ciuitate di-
2 cuntur. Pulsatur † autem & benedicitur campana, ut per illius tactum & sonitum fideles inuicem inuitentur ad præmium, & crescat in eis deuotio fidei fruges, mentes, & corpora credentium seruentur, procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infestaq; tonitrua, & ventorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aereæ potestates prosternantur, & ut hoc audientes confugiant ad sanctę matris Ecclesię gremium, ante sanctæ Crucis vexillum, cui flectitur omne genu &c. sicut hæc singula in benedictionibus campanæ habentur. Sciendum † autem est, quòd campanæ, 3
quarum sonoritate conuenit populus ad ecclesiam ad audiendum, & clerus ad annuntiandum mane misericordiam Domini, & virtutem eius per noctem, extra de homic. Ioan. 1. dist. ius militare. significant tubas argēteas, quibus in ueteri lege populus ad sacrificādum accersebatur, de qbus dicitur in 6. par. sub Pentecost. quē admodum enim vigiles in castris, tubis, sic & ecclesiarum ministri campanarum soni tu se excitant, ut contra insidiantem diabolum pernoctent. signa igitur nostra ænea sonoriora sunt tubis veteris legis, qa tūc notus erat Deus in Iudæa tantum: nūc verò in omni terra. Sunt etiam durabiliora significant enim prædicationem noui testamēti fore amplius duraturam tubis, & sacrificij veteris legis: quia usque ad mundi finem. Siquidem † campanæ prædicato- 4
res significāt, qui fideles ad similitudinem campanæ ad fidem uocare debent, quòd significatum est in eo quod dominus præcepit Moſi, vt faceret vestem summo Pontifici habentem 72. tintinabula, quæ sonarent, cum Pontifex in sancta sanctorū ingrederetur 43. dist. fit recto. Ipsum ergo vas os prædicatoris designat, iuxta illud Apostoli. Factus sum uelut æs sonans, siue cymbalum tinniens. Duritia † metalli 5
fortitudinem designat in mente prædicatoris: unde dominus. Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum: Plectrum seu ferrum quod interius ex utraque parte seriens sonum reddit, doctoris linguam, quę scientię ornatu, & quæ utrumque testamentum resonare facit, figurat. † Præ- 6
latus ergo absque scientia prædicationis erit quasi campana sine plectro: iuxta illud Greg. Sacerdos si prædicationis est in scius, quam clamoris vocem daturus est, preco mutus, est etiam quasi canis mutus, latrare non ualens. Ipsa uero percussio denotat, quod prædicator primum debet per correctionem in se vitia ferire, & postmodum ad aliena exprobanda accedere, ne contra doctrinam Apost. alijs præ-

dicās, ipse reprobus inuèniatur. 3. q. 7. quod testatur Psal. peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Sanè nāque actionis exemplo, plerumque accendit, quos eruditione sermonis moue re neq. 1. 3. q. 1. § quod vero. Vinculū vero quo plectrum vasi cōiungitur seu ligatur, est moderatio, qua lingua tēperat, qui ad tractum cordis, ideſt, authoritate scripturę linguam mouet prædicatoris. ¶ Lignum
7 † in quo campana pendet, lignum dominicæ crucis significat, quòd ideo quandoque à superioribus, continet, quia Crux ab antiquis patribus nuntiatur. Instrumento quibus ipsum lignum allagatum, seu affixum est, oracula sunt prophetarum, Ligatura vero ferrea, qua campana ligno coniungitur, charitatem denotat, per quam pdicator indissolubiliter cruci affixus gloriatur dicens, Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini no. Cauilla ligno affixa qua mediante campana pulsatur, rectam prædicatoris mētem significat, qua diuinis mādatis inhærens illa fideliū auribus per fre-
8 quentem pulsationem inculcat. † Funis autem ab illa pendens, qua campana pulsatur, est humilitas, seu vita prædicatoris, funis etiam ipse vitæ nostræ mensuram ostēdit. Ad hæc, cū funis initium habeat à ligno, in quo campana pēdet, per quod crux dominica intelligitur, rectè sacram scripturam à ligno sanctæ crucis descendentem, designat, sicut etiam funis ex tribus est funiculis, ita & scriptura ex trinitate consistit, scilicet ex historia, ex allegoria, & ex moralitate. funis ergo descendens à ligno in manu sacerdotis est scriptura à mysterio Crucis descendēs in ore prædicatoris. Rursus ideo funis, vsque ad manus quibus continetur, extenditur, quia scriptura vsq; ad opera transire debet. Funis quoque elevatio, & depressio in pulsando, denotat, quod sacra scriptura aliquando loquitur de altis, aliquando de inferioribus, seu quòd prædicator aliquando propter aliquos alta dicit. 8. qnæstio. 1. oportet. 44. dist. §. fi. quandoque propter alios condescendit, iuxta illud Apostoli, siue extendimus propter Deū, siue cōdescendimus propter vos. Ad hæc sacerdos deorsum funem trahit, dum ad actiuam vitam à contempla-
tione descendit, ipse verò sursum trahitur. dum scriptura docente in contemplatione erigitur, Deorsum etiam trahit, dum scripturam ad literam, quæ occidit, intelligit, sursum trahitur. dum spiritualiter eam exponit. Rursus secū dum Greg. deorsum trahitur, & sursum trahitur dum in ea se metitur, quantum videlicet in imis iaceat, & quantum ad bona facienda proficiat. Sed & quando ex tractu funis, campana resonat, populus ad expositionem sacræ scripturæ adunatur, prædicatur, auditur, & populus in vnitate fidei, & charitatis vnitur. Sacerdos itaque cum se recognoscit prædicationis debitorem, non se subtrahat à mouendis signis, quoniam & filij Aaron clangebant tubis. Funem ergo mouet, qui fratres aut populum ex officio cōuocat. Anulus in fune chordę per quem in plerisque locis chorda trahitur, est corona præmij, seu perseuerantia in finem, vel est ipsa diuina scriptura. Porrò Sauinianus Papa statuit, vt horæ diei per ecclesias pul-
sentur. ¶ Et † nota, quòd ad diuina officia 9
per duodecim diei horas campanæ communiter duodecies pulsentur, videlicet in prima hora semel, & in vltima similiter semel, quia ab vno Deo, omnia, & idē vnus erit, omnia in omnibus. In tertia pulsatur ter pro secunda, tertia, quarta horis, quæ sub illis cantantur. Similiter & 6. ter pro tribus, videlicet pro 5. 6. 7. horis. Similiter in 9. ter pro tribus. Ad vesperas verò, quæ est 9 hora, non solum semel, sed multipliciter, quia in tempore gratiæ multiplicata est prædicatio Apostolorum. Item in nocte ad matutinum sæpè, quia sæpe exclamandum est, Exurge, qui dormis, & exurge à mortuis.
¶ † Communiter tamen ter pulsatur in 10
nocturnis. Primò, cum squilla, quæ significat Paulum acute prædicantem. Secunda pulsatio significat Barnabam sibi associatum. Tertia innuit, quòd Iudæis repellentibus verbum Dei Apostoli, conuerterunt se ad Gentes, quas in fide Trinitatis quatuor Euangeliorum, imbuerunt disciplinis. Vnde & quidam quater pulsant. ¶ † Et no. sex esse genera tintina- 11
bulorum quibus in ecclesia pulsatur, scilicet squilla, cymbalum, nola, nolula, seu dupla cāpana, & signum squilla pulsatur

in

Universidad de Deusto Biblioteca

in triclinio, ideſt in refectorio. Cymbalum in clauſtro. Nola in choro. Nolula ſeu dupla cãpana, in horologio. Campana in campanili, Signum in turri. Quodlibet tamen horum poteſt generaliter tintinabulum nuncupari. Varijs ergo deſignantur vocabulis, quia prædicatores per illa deſignati
12 ad multa neceſſarij ſunt. † Sanè in tota Septuageſima, ſub qua Quadrageſima continetur, in diebus profeſtis non debet compulſari, nec depulſari, ſed ſimpulſari, ideſt ſimpliciter pulſari ad horas diei, vel matutinas. In eccleſijs tamen bene ordinatis, bis pulſatur ad primam, primò ad inuocandum, ſecũdo ad inchoandum, in tertia ter, ſecundùm numerum horarum quæ ſub illo pulsãtur, vt præmiſſum eſt, vna ad inuocandum, alia ad congregandum, tertia ad inchoandum. Simlliter fit in 6. & 9. & eædem campanæ, & eodem ordine pulſantur ad matutinas ſimpliciter. Ad miſſam verò & ad veſperas duabus duntaxat campanis pulſatur. In minoribus vero eccleſijs ſimpliciter tantum pulſandum eſt, iuxta præmiſſa. & hoc in ferijs. In dominicis verò, & in ſolennibus diebus, prout in ãlijs temporibus compulſatur. Quia enim prædicatores, qui per campanas figurantur, tẽpore gratiæ celebrius abundant, & oportunè, & importunè inſtant, idcirco in feſtis, quæ ad gratiam pertinent, cãpanæ tumultuoſius timiunt, & prolixius concrepant, vt dormientes, & ebrioſos excitent, ne dormiãt vltra modum. Quid autem ſignificet compulſatio, quando cantatur. Te Deum laudamus. in quinta parte ſub titu. de no-
13 cturnis dicetur. † Verum aliquo moriente campanæ debent pulſari, vt populus hoc audiens oret pro illo, pro muliere quidem bis pro eo, quod ipſa inuenit aſperitatem. Primò enim fecit hominẽ alienum à Deo quare ſecunda dies non habuit benedictionem. Pro viro verò ter pulſatur, quia primò inuẽta eſt in homine Trinitas. Primò enim formatus eſt Adam de terra, deinde mulier ex Adam, poſtea homo creatus eſt ab vtroque, & ita eſt ibi Trinitas. Si autem clericus ſit, tot vicibus ſimpulſatur, quot ordines habuit ipſe. Ad vltimum verò cõpulſari debet cum omnibus campanis, vt ita ſciat populus, pro quo ſit orandum. De
bet etiam compulſari, quando ducitur ad eccleſiam, & quando de eccleſia ad tumulum deportatur. † Cæterum campanæ in 14
proceſſionibus pulſantur, vt dæmones timentes fugiant, prout in quarta parte ſub titulo de acceſſio. Ponti. ad alta. dicetur, Timẽt enim auditis tubis eccleſiæ militãtis, ſcilicet campanis, ſicut aliquis tyrannus timet audiens in terra ſua tubas alicuius potentis regis inimici ſui. † Et hæc 15
etiam eſt cauſa, quare eccleſia videns concitari tempeſtatem, campanas pulſat, ſcilicet, vt dæmones tubas æterni regis, ideſt, campanas audientes, territi fugiant, & à tempeſtatis cõcitatione quieſcant, & vt ad campanæ pulſationem fideles admoneantur, & prouocentur pro inſtanti periculo orationi inſiſtere. Silent autem campanę triduo ante Paſcha, ut dicetur in ſexta parte ſub quinta feria cœnæ. Rurſus campanę tempore interdicti ſilent, quia ſæpe ob deſectum ſubditorum impeditur lingua prædicatorum, iuxta illud propheræ. Linguam tuam adhęrere faciam palato tuo, quia domus, ideſt, populus exaſperans, ideſt inobediens eſt. extra de renunt. capit. niſi. §. propter. Habet etiam eccleſia organa, de quibus in quarta parte ſub titulo, de Sanctis, dicetur.

S V M M A.

1 *Locorum venerabilium quænam ſint neceſſitati humanæ dedicata.*
2 *Loca ſacra quæ ſint, quæ ſancta, & quæ religioſa nu. 3.*
4 *Cœmeterium quid, & vnde dictum.*
5 *Polyandrum quid.*
6 *Sepulcrum quid.*
7 *Mauſoleum à Mauſolo dictum.*
8 *Dormitorium vnde dictum. Vnde tumulum vnde ergaſtulum.*
9 *Sarcophagus quid, quid Pyramis.*
10 *Buſtum quid.*
11 *Cœmeterium vnde duxerit initium.*
12 *Sepeliri non debent omnes intra eccleſiã. Et quinam.*
13 *Sepeliendi antiquitus mos. Et inde hodiernus.*
14 *Sepeliri qui debeant in cœmeterio.*
15 *Mulier moriens in partu an ſit in eccleſia ſepelienda. Quid de partu. nu. 16.*
17 *Vir & vxor an eodẽ ſepulchro ſint eõdẽdi*

De

De cœmeterio & alijs locis ſacris, & religioſis. Cap. 5.

NVNC de cœmeterio, & de aliis locis ſacris ac religioſis dicamus. Sanèvenerabiliũ loco
1 rũ alia ſunt humanæ neceſſitati deputata, alia orationi dedicata. † Loca humanæ neceſſitati deputata ſunt zenodochiũ, zenoſtorium, quod idẽ eſt, tuaſochoniũ, ierontochoniũ, orphanotropiũ, & belphotrophiũ. Sancti etenim patres, & religioſi principes huiuſmodi inſtituerũt loca, in quibus pauperes, peregrini ſenes, orphani, & infantes, eremitæ, infirmi, imbecilles, & ſaucii reciperentur, & foueretur. Et not. quòd γέρον, Græcè, dicitur ſenex Latinè. Locorum autem orationi dicatorum alia ſũt ſacra, alia
2 ſunt ſancta, alia religioſa. Sacra † ſunt quæ per manus Pontificum rite dedicata, & Deo ſanctificata ſunt, q̃ uariis nominibus appellantur, prout ſub tit. de eccleſia præmiſſum eſt. Sancta ſunt loca immunitatis ſiue priuilegia ſeruitoribus, & miniſtris eccleſiarum deputata, de quibus nidelicet ſub interminatione certæ pœnæ, uel a iure, uel per ſpeciale priuilegiũ interdicitur ne quis illa uiolare præſumat ſicut ſunt atria eccleſiarum. 37. quæſt. 4. ſi quis in atrio. & in quibuſdam locis clauſtra, intra quæ ſunt domus canonicorum, in quibus reis cuiuſcunque ſceleris cõfugientibus ſi ſe ibi receperint, ſecuritas præſtatur, & ſecũdum ſtatuta regalia. inſt. de rerũ diuiſio. § ſanctæ portæ, & theatra ciuitatum. Re-
3 ligioſa † ſunt, ubi cadauer hominis integrum, uel etiam caput tantum ſepelitur, quia nemo poteſt duas ſepulturas habere Corpus uerò, uel aliquod aliud membrum abſque capite ſepultum nõ facit locum religioſum. ff. de relig. & ſum. fu. cum in diuerſis. Sed & ſecundum legalia inſtituta cadauer Iudæi, uel gentilis, uel infantis nondum baptizati locum, in quo ſepultum eſt, facit religioſum, ſecundùm religionem tamen Chriſtianam, & canonicam doctrinam ſolum Chriſtani cadauer locum facit religioſum. Et no. quòd quicquid eſt ſacrum, eſt religioſum, & non econtrà. Cæterùm locus iſte, locus religioſus diuerſimodè appellatur, uidelicet cœmeterium, polyandrum, ſiue andropolis quod idem eſt. Item ſepulchrum Mauſoleum, quod etiam idem eſt dormitoriũ, tumulus, monumentum, ergaſtulum, ſarcophagus, pyramis, buſtum, urna, & ſpelunca. † Cœmeterium dicitur, a cimen. 4
quod eſt dulce, & ſterion, quod eſt ſtatio, ibi enim dulciter defunctorum oſſa quieſcunt, & Saluatoris aduentum expectant. Vel quia ibi ſunt cimices, ideſt, uermes ultra modum fœtentes. * Πολυανδρον, † dicitur, quaſi pollutum antrum, pro- 5
pter cadauera hominum ibi ſepultorum. Vel παλυανδρον, interpretatur multitudo uirorum, a πολὺ, quod eſt pluralitas, & ἀνδρος, quod eſt uiri, & ſecundum hoc propriè dicitur cœmeterium propter multitudinem hominum ibi ſepultorum. Similiter, & andropolis quod idem eſt. † Sepulchrum dicitur, quaſi ſine pulſu, 6
quia qui ibi ſepelitur, pulſu caret, vel eſt, locus, vbi oſſa conduntur. Mauſoleum, dictum † eſt a quodam, qui dictus eſt Mau- 7
ſolus, qui fuit dines & potens, & ab Artemeſia eius uxore nalde dilectus, adeo q̃ eo defuncto ipſa glorioſum conſtruxit ei ſepulchrum, quod uocauit Mauſolem, à nomine uiri ſui. Et inde igitur mos inoleuit, ut quælibet pretioſa ſepultura, Mauſoleum nuncuparetur. 96. diſtin. bene quidem. prope princip. ¶ † Dormito- 8
rium dicitur a dormiendo, quia ibi corpora ſanctorum, quieſcunt, qui in domino moriuntur. Tumulus dicitur, quaſi tumens tellus; quoniam homine in terra ſepulto terra aliquantulum eleuatur. Monumentum dicitur, quia monet mentem cuiuslibet inſpicientis, ut recordetur, quòd cinis eſt, & in cinerem reuertetur. Ergaſtulum dicitur ab ἔργον, quod eſt fructus. Vel ab ἐργαστία, quod eſt opificium, opera, labor, lucrum, & ſterion, quod eſt ſtatio, ibi enim requieſcunt corpora eorum, qui in domino moriuntur, unde Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo iam dicit illi ſpiri- 9
tus, &c. † Σαρκοφαγος, dicitur a σαρξ. σαρκὸς, quod eſt caro, & φαγειν, quod eſt comedere, quia ibi caro comeditur,

ideſt

ideſt conſumitur. Pyramis dicitur a πῦρ, quod eſt ignis, quia corpora igne cremata & incinerata ibi recõdebantur, vel quia ſicut ignis a lato incipit, & tendit in acutum, ſic & pyramis, & eſt genus altiſſimæ ſepulturæ, tale eſt Romæ, in quo fuerunt cineres Iulij Cæſaris collocati. Et corrupto vocabulo vulgariter vocatur acus ſancti Petri,* quæ tamen Iulia dici deberet. Similem pyramidem fieri fecit Cæſar iuxta Turonum prope ripam Ligeris, & teclusit ibi cineres cuiusdã militis amici sui
10 interfecti. Buſtum† verò è nomine cõtenti nomen traxit, continentis locus, videlicet in quo buſta, ſiue humana corpora ſepeliebantur. Vrna dicta eſt eo, quòd antiquitus moris fuit humana corpora Rogo cõburere, & cineres in terreis vrnis collocatos ſeruare. Spelunca quandoque dici-
11 tur duplex, vt iam dicetur. ¶† Cœmeteriũ initium habuiſſe dicitur ab Abraham, qui emit agrum ab Ebron, in quo erat duplex ſpelunca, vbi ipſe ſepultus eſt, & Sarra, & Iſaac, & Iacob, & Adam, & Eua, propterea enim emit, vt ſibi, & ſuis ſepultura eſſet. Duplex ſpelunca ideo ibi erat, quoniã duo ibi ſepeliebantur contigue, ſcilicet vir & vxor, vel in via viri, & in altera mulieres, vel vnicuiq; illic ſepeliẽdo duplex ſpelunca in modum cathedræ fiebat. vnde dicit Hier. quòd tres patriarchæ ſepulti ſunt in ciuitate Ebron in ſpelunca duplici, cum tribus vxoribus ſuis. Sepeliebantur autem quaſi ſedentes, & ſuperior pars ſpeluncæ, quæ truncum capiebat a natibus ſupra dicebatur vna ſpelunca, pars verò inferior, quæ capiebat pedes, crura, & fæmora, dice-
12 batur alia ſpelunca. ¶† Sane nõ debẽt paſſim omnes intra eccleſiam ſepeliri, videtur enim quòd locus ſepulturæ non proſit, extrà de ſepulturis ſacris. Luciſer nãque de cœlo fuit proſtratus, & Adam de paradiſo eiectus, & quæ loca his meliora ſunt; Itẽ Ioab in tabernaculo interfectus eſt, & Iob in ſterquilinio triumphauit. Item ob eſſe videtur, ſi quis indignus peccator in eccleſia ſepeliatur. 13. q. 2. cum grauia. Legitur enim in dialogo beati Gregorij libro quarto. c. 56. quòd cum quidã flagitioſus in eccleſia B. Fauſtini, Brixienſis ſepultus fuiſſet, eadẽ nocte beatus Fauſtinus apparuit cuſtodi eiuſdem eccleſiæ dicens, Dic epiſcopo, vt proijciat hinc carnes fœtentes, quas hic poſuit, alioquin ipſe die tricesima morietur. Cuſtos verò timuit hæc dicere epiſcopo. & epiſcopus die tricesimo ſubito mortuus eſt. Legitur etiam ibidem cap. 57. de quodam alio, qui ſepultus fuit in eccleſia, quòd cadauera eius poſtea inuẽtum fuit extra eccleſiam, & linteamina remanſerunt in loco ſuo. & Auguſtinus inquit 12. q. 2. & ca. ſequen. Quos peccata grauiora deprimunt, ſi in locis ſacris ſepelire ſe faciunt, reſtat, ut de ſua præſumptione iudicentur, quia eos ſacra loca non liberant, ſed culpa temeritatis accuſat. Nullum ergo corpus debet in eccleſia aut prope altare, vbi corpus domini & ſanguinis conficitur, ſepeliri, & niſi corpora ſanctorum patrum, qui dicuntur patroni, ideſt defenſores, qui meritis ſuis totam defendunt patriam, & epiſcopi, Abbates, & digni presbyteri, & laici ſummæ ſanctitatis 13 q. 2. præcipiendum. & cap. nullus. ſed cũcti debent circa eccleſiam ſepeliri, puta in atrio, aut in porticu, aut exedris, ſiue uoltis eccleſiæ exterius adhærentibus, aut in cœmeterio, ut in cap. præcipimus, & in eodem cap. non æſtimemus. Dicunt enim quidam, quòd locus trigínta pedũ circa eccleſiã debet ad hoc conſecrari, alij verò ſolum circuitionem, quã facit epiſcopus dedicans eccleſiam, ad hoc ſufficere dicunt. Auguſtinus dicit in libro de cura pro mortuis agenda. in fine, quòd ſepelire apud martyrum memorias, in hoc defuncto prodeſt, vt commendans eum etiam in martyrũ patrocinio affectus pro illo ſupplicationis augeatur. † Antiqui- 13
tus ſolebant homines in proprij domibus ſepeliri, ſed propter cadauerum fœtorem ſtatutum fuit, vt extra ciuitatem ſepelirentur, & quendam locum communẽ ſanctificatum ad hoc deputabant. Nobiles verò ſepeliebantur ſuper montes, & in medio montium, & in radicibus eorum, & in proprijs. ¶ Cæterum ſi quis in obſidione interficiantur, nec poſſit cœmeterium haberi, ſepeliatur in loco, vbi poteſt. Si verò negotiator, vel peregrinus moriatur in æquore, & fuerit terra vicina, ſepeliatur ibi, quò ſi portus remotus ſit, in aliqua inſula propinqua ſepeliatur. Si autem terram non videant, fiat ei do-

muncula

muncula de lignis, ſi haberi poſſunt, &
14 proijciatur in mare. † In cœmeterio autẽ Chriſtianorum nõ niſi Chriſtianus baptizatur ſepeliri debet. de hoc in ca. ex parte. de ſepul. nec tamen omnis. quoniam nullus ex maleficio interfectus, ſi maleficium ſit mortale peccatum, vt ſi ſit interfectus in adulterio, vel latrocinio, vel in ludis gẽtiliũ, extra de tornea. ca. & nullus. & laici ſummæ ſanctitatis 13. quæſt. 2. Et ideò ubi quis inuenit mortuus, ibi ſepeliatur propter dubium cauſæ mortis eius. Si verò quis ſubito moriatur in laudis cõſuetis, ut in ludo pilæ, ſepeliri poteſt in cœmeterio, quia nemini nocere intendebat. Sed quia mundialibus occupabatur, aiunt quidam, quòd ſepeliri debet ſine Pſalmis, & ſine cæteris mortuorum exequijs. Sed & ſi quis impetens alium in rixa, vel tumultu impẽ nitens moriatur, nec ſacerdotem petijt, nõ debet ſepeliri in cœmeterio, ut quidam dicunt, ſicut nec is qui manu propria mortem ſibi conſciuit 24. quæſt. 5 ſi non licet. & ca. cum homo de pœn. diſt. 3. Iudas ſecus ſi vim ad tutelam ſui, vel ſuorum repellebat, & alias in pœnitentia remanebat. Si verò non propter aliquam manifeſtam cauſam, ſed ſolo Dei iudicio quis ſubito moritur, poteſt in cœmeterio ſepeliri. Iuſtus enim in quacunq; hora moritur, ſaluatur, præſertim ſi dabat operã alicui rei licitæ, Defenſori iuſtitiæ, & pugnanti in prælio iuſto occiſis cœmeterium, & officium liberè conceduntur, interfecti tamen in eccleſia non portentur, nè pauimentum ſangui ne polluatur. Sed ſi aliquis rediens de lupanari, vel de aliquo loco, vbi fornicatus ſit, in via occidatur, vel aliquo caſu conſiſtens moriatur. non ſepeliatur in communi cœmeterio, & hoc ſi legitimè probari poteſt eum fornicatum fuiſſe, nec conſtat eum poſtea confeſſum, vel contritũ fuiſſe. de pœn. di. 5. ca. 1. alioquin ſepeliri debet.
15 Rurſus† mulier moriens in partu, non debet in eccleſia poni, vt quidam dicunt, ne pauimentum eccleſiæ ſanguine polluatur, ſed extra eccleſiam ei dicatur obſequium, & in cœmeterio ſepeliatur, quod non placet, alioquin pœna ſibi verteretur, in culpam 5. diſt. baptizari. Vnde licite in eccleſiam fertur, ita tamen quod eccleſia a maculis corporis ne polluatur, diligenter caueatur. ¶† Partus tamen de ventre ipſius 16
extractus mortuus, & non baptizatus extra cœmeterium ſepeliatur. Sunt tamen quidam, qui dicunt, quòd partus viſcerum eſſe cenſetur. de conſecr. diſtin. 4. ſi quicquid. Sanè † vir & uxor in eodẽ ſepulchro 17
ponendi ſunt 13. quæſt. 2 vnaquæq; extra de ſepul. de vxore, exẽplo Abrahæ & Sarræ, vbi ſpecialem elegerunt ſepulturam, vnde & Tobias præcepit filio, ut cum mater ipſius compleuiſſet dies ſuos, locaret eam in eodem ſepulchro cum eo. 13. q. 2. Ebron. Item quilibet in ſepulchro parentum tumulandus eſt, niſi ex deuotione alibi elegerit ſepeliri. eadem quæſt. ſoror. 13. quæſt. 2. cap. fi. Cæterum in Concilio Magun. de conſec. diſt. ult. cap. fi. ſtatutum eſt, quòd ſuſpenſi, qui pro ſuis peccatis pœnã extremam perſoluũt. ex quo confeſſi ſunt uel confiteri deſiderauerunt & communicauerunt, in cœmeterijs ſepeliri poſſunt, & oblationes, & Miſſæ fieri pro eis. diſtin. ult. cap. fin. Qualiter humanum corpus ſepelendum ſit dicetur in 7. parte, ſub titu. de offic. mortuorum.

ADNOTATIO.

*Fœtentes.] Verbi etymologiam unde duxerit Author non ſatis conſtat. Sed forte id criminis irrepſit Typographi aut inſcitia, aut certè negligentia. Κοιμητήριον enim ductum eſt à κοιμάω, quod latine ſonato ſopio, dormio, obdormio. Inde etiam κοίμησις, dormitio. & κοιμητήριον, dormitorium. Athenæus etiam ſcribit domũ in qua hoſpites dormiebant, hoc nomine appelatam. Non abſurdè igitur locum ſepulturæ deſtinatum, Cœmeterium appellamus, ibi enim mortui dormire dicuntur, Religioſum illum locum ueteres dicebãt. N. Doard.

ADNOTATIO.

*Petri.] Vide num potius arcula, in qua corpus cõditur. Græcis σαρκοφάγος, quaſi carnem uorans, Vnde Serapim dictum putat, Varro ex ſententia Aug. de ciuit. Dei lib. 18. ca. 5. qui cum Rex eſſet Argiuorum, Apis dictus eſt. Nauibus enim in

tranſue-

Universidad de Deusto Biblioteca

transiectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est omnium maximus Aegyptiorum Deus, non quidem in vita sed post mortem, quia non viuum, sed mortuum demum ipsum venerari cœperunt. Inde Serapis appellatur est, ab arca videlicet, in qua positus & sepultus. Est .n. σορὸς, μνήμα θηκη, monumentum, arca, loculus, conditorium, quasi soro sapis. Vel Soraphis. deinde vna litera, vt ferè fit, mutata, Serapis. Sarchopagus itaque dicitur quasi carnem consumens, alias ταφος appellatur. Quod idem prætexuit de pyramide, potius pyra legendum, ἀπὸ τοῦ πυρος hoc est igne. N. Doard.

SVMMA.

1 *Ecclesia dedicatio vnde initium duxerit.*
2 *Ecclesias & altaria solus Pontifex potest dedicare.*
3 *Ecclesia non debet dedicari, nisi dotata prius idq; ex iustè acquisitis. & quæ impediant eius dedicationem 4.*
5 *Ecclesia consecratur quinque de causis.*
6 *Ecclesia consecranda forma. & quid eorũ quodque signet. nu. 12. 13. 15. 17. 18. 19 20. 25. 26.*
7 *Anima templum Dei.*
8 *Ecclesiæ consecratio duo efficit.*
9 *Aqua lustralis, qua ecclesia consecratur. quæ & quanta sit vis. & quæ eius significatio.*
10 *Sal cur misceatur aquæ lustrali, & quid notet.*
11 *Aspersio trina aquæ lustralis, in ecclesiæ cõsecratione, quid notet & quorsũ fiat.*
14 *Episcopi trina percussio ad Ianuã ecclesiæ in eius consecratione quid notet, et n. 16*
21 *Alphabetum baculo pastorali scriptum in modũ Crucis, tria no. & nu. 22. 23. 24.*
27 *Cruces in ecclesia duodecim depictæ, quid signent. & nu. 29.*
28 *Vexilla sunt dationis, & potestatis signa.*
30 *Ecclesia dicitur cõsecrari in sanguine alicuius.*
31 *Ecclesia semel consecrata an debeat, uel possit iterum consecrari, & nu. 36.*
32 *Altare semel consecratum an iterũ sit cõsecrandum, & quo casu nu. 34.*
33 *Altari maiore cõsecrato an alia inferiora censeantur consecrata.*
35 *Calix consecratus si deauretur, an sit consecrandus iterum.*
37 *Homo, templũ spirituale, interdũ polluitur*
38 *Ecclesia, materiale templum si polluta, reconcilianda est, & quomodo.*
39 *Ecclesia reconcilianda est propter adulterium in ea commissum, aut alium congressum, alias etiam licitum.*
40 *Ecclesia reconcilianda est propter homicidiũ in ea paratum, ac etiam sanguinis effusionem violentam.*
41 *Ecclesia an sit reconcilianda propter furtum in ea admissum, aut rapinam, vel quid simile.*
42 *Ecclesia, quæ habet sepultũ infidelẽ, vel publice excõmunicatũ recõciliãda est.*
43 *Scandalum quid.*
44 *Reconciliatio fit etiam ad exemplum & terrorem inducendum.*
45 *Cœmeterium quibus casibus sit reconciliandum.*
46 *Cœmeterij, vel ecclesiæ parte una violata, an omne tẽ̃patur violatũ. et sic in quælibet parte reconciliationem desiderare.*

De Ecclesiæ dedicatione. Cap. 6.

QVia de ecclesia, & altari in superioribus mẽtio facta est, consequẽs est, vt aliqua de illorum dedicatione subijciamus, dicẽtes primò, vnde consecratio Ecclesiæ ortũ habuit. Secũdò, per quos. Tertiò, quare, quartò, qualiter ecclesia dedicetur, & quid significat tam ipsa dedicatio, quàm singula, quę in ea aguntur. De officio verò felicis de dicationis ecclesię in 7. parte dicẽ. ¶† Primò igitur dicendũ est, vnde dedicatio ecclesiæ initium habuit. Super quo, no. quòd Moses domino præcipiente fecit templũ, & sacrauit illud cum mẽsa & altari eius, & æneis vasis, & vtensilibus ad diuinũ cultũ explendũ, & nõ solum diuinis precibus ea sacrauit, verum etiam sancti olei vnctione domino iubent liniuit. de consecr. dist. 1. §. 1. Legitur enim dominum præcepisse ipsi Mosi, vt chrisma conficeret, quo vngeret tabernaculum in dedicatione, & arcam testamenti. Salomon quoque, filius Dauid, iubente domino perfecit templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum consecrauit, sicut in lib. Reg. habetur. 3. Reg. cap. 6. Nabuchodonosor etiã Rex uocauit omnes satrapas optimates, & tyrannos ad dedicationẽ statuæ aureæ quam fecerat. Iudæi ergo sicut legit in Bucardo in lib. 3. c. 1. Iudæi. loca in quibus dño sacrificabant, diuinis habebãt supplicationibus cõsecrata, nec in alijs, quam Deo dedicatis locis munera domino offerebãt. Stigit illi, qui umbræ legis deseruiebant, hoc faciebant, quanto magis nos quibus ueritas patefacta est, gratia & ueritas p Iesũ Christũ data est, rẽpla domino ędificare, & prout melius possumus ornare, atque ea diuinis precibus & sanctis unctionibus cũ altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad diuinũ cultũ implẽdũ lutẽsibus, deuotè & solenniter ex institutione Felicis* Papæ 3. sacrare debemus. Rursũ cũ in Syria in ciuitate Baruth, Iudęi quãdam imaginem crucifixi pedibus conculcarẽt, & latus eius perforarẽt, mox inde sanguis, & aqua exiuit. Iudæi autẽ hoc uiso, mirati sunt, & infirmi eorũ hoc sanguine deliniti ab omnibus infirmitatibus suis liberati sunt, propter quod omnes Christi de susceptа baptizati sunt, & Synagogas eorum in ecclesias cõsecrauerũt. Et inde mos inoleuit, ut ecclesiæ consecrentur, cũ prius tantum altaria consecrarentur, propter hoc etiam miraculũ ordinauit ecclesia fieri memoriam dominicę passionis 5. Calend. Decembris, & eadem rõne consecrata est ecclesia in honorem Saluatoris ubi quædam ampulla, cum illo sanguine reseruatur, & solenne festum tunc agitur. 2 †Secundo notãdum quòd solos Pontifex potest ecclesias, & altaria dedicare 25. q. 5 ministrare. de consecra. distin. 1. nemo extra de cõsecra. eccles. quòd in dubijs, quoniam gerit imaginem & figuram summi Pontificis Christi spiritualiter dedicantis, sine quo nihil possumus in ecclesia stabilire, unde ipse ait. Sine me nihil potestis facere, & Psal. Nisi dñs ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt, qui ædificant, &c. unde Concilium Carthag. 116. quæstio. 6. capitu. 3. phibet hoc facere sacerdotẽ, nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari extra eo. aqua. Sanè ecclesia † ut sacri edocent Canones, de consecrat. dist. 1. nemo, extra de consecra. eccl. vel alta. cum simil. dedicanda nõ est, nisi prius dotata sit, & ex licitè acquisitis. 1. quæstio. 1. non est putanda. Legitur enim, quòd dum quidã episcopus ecclesiã de vsuris, & rapinis cõstructam, cõsecrarer, uidit post altare diabolũ stantẽ in cathedra, in habitu pontificali, qui dixit episcopo, Cessa ecclesiã consecrare. Ad meam enim iurisdictionẽ pertinet, cũ sit ex vsuris, & rapinis facta episcopo uero & clero territis, & inde fugientibus, Diabolus continuo ipsam ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. † Rursus ecclesia, quæ pro quęstu cupiditatis constructa est, ead. dist. si quis basilicam, consecranda nõ est, & cui dos sufficiens assignata nõ est, extra eo. sicut & in qua paganus, uel infidelis sepultus est. ead. distin. ecclesia 1. & 2. donec inde fuerit eiectus, & ecclesia, abrasis prius parietib. uel tignis recõciliata. Idem etiam est de excommunicato. extra de sepul. sacris. Si uero mulier prægnãs illic sepulta sit ea non eiecta poterit consecrari licet partus baptizatus non sit. ff. de vent. inspi. §. 1. ff. de sta. homi. qui in vtero. de consecra. dist. 4. si ad matris, &c. sequen. Quanquam quidam aliter scripserint sapientes, potest etiam cõsecrari diebus Dominicis & priuatis. extra eod. cap. 2. & plures episcopi, & plura altaria possunt simul ab eodem in una ecclesia consecrari extra eodem cum suis.

¶Tertio dicendũ † est quare ecclesia dedicatur, & quidem propter 5. causas. Primo, ut diabolus, & eius potestas inde penit⁹ expellatur, uñ refert Greg. in dialogo lib. 3. cap. 21. quòd cum quædam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur, & reliquiæ sãcti Sebastiani, & beatę Agathę illuc delatæ fuissent, populus ibi cõgregatus porcum repentè inter pedes huc illuc discurrere senserunt, qui fores ecclesiæ repetens à nullo videri potuit, oẽsque in admiratione commouit. Quod idcirco dominus ostendit, ut cũctis patefierer, quòd de loco eodẽ immũdus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus in eiusdẽ Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Secunda uero nocte, granior sonus increpuit. Tertia quoque nocte, tantus strepitus insonuit, ac si

omnis illa ecclesia fundamẽtis fuisset euersa, statimque recessit, nec vlterius apud illã antiqui hostis inquietudo apparuit.

¶ Secundo, vt ad eam confugientes, saluentur prout legitur in Canon. Greg. 23. quæstio. 5. reus. Et ob hoc Ioab in tabernaculũ fugit, & altaris cornua apprehendit. ¶ Tertio, vt ibi orationes exaudiatur. Vnde in oratione ad missam dicitur, Cõcede, vt omnes, qui huc deprecaturi cõueniunt, ex qua cunque tribulatione, consolationis tuæ beneficia consequantur. Sic etiam orauit Salomõ in templi dedicatione, prout legitur 3. Reg. 8. capitu.

¶ Quarto, vt ibi Deo laudes soluantur, pro ut sub titu. de ecclesia dictum est.

¶ Quinto, vt ibi sacramẽta ecclesiastica ministrentur. Vnde ipsa ecclesia dicitur tabernaculum, quasi taberna Dei, in qua sacramenta diuina continentur, & ministrã-
6 tur. ¶† Quarto, dicẽdum est qualiter ecclesia consecratur. Et quidem omnibus de ecclesia electis, solo Diacono ibi remanente recluso, episcopus cum clero ante fores ecclesiæ aquam non sine sale benedicit. interim intrinsecus ardent duodecim luminaria ante duodecim cruces in ecclesiæ parietibus depictas. Postmodum vero clero, & populo insequente circumeundo ecclesiã exterius cum fasciculo hyssopi parietes cũ aqua benedicta aspergit, & qualibet vice ad ianuam ecclesiæ veniens percutit super liminare cum baculo pastoralis, dicẽs, Attollite portas principes vestras, &c. Diaconus deintus respondet, Quis est iste Rex gloriæ? Cui Pontifex, Dominus fortis &c. Tertia vero vice, reserato ostio, ingreditur Pontifex Ecclesiam, cum paucis ex ministris, clero, & populo foris manente, dicens, Pax huic domui, & dicit litanias. Deinde i pauimẽto ecclesiæ fiat crux de cinere, & sabulo, vbi literis Græcis & Latinis totum describitur alphabetum. Et iterum aliam a quam sanctificat cũ sale, & cinere, & vino, & altare consecrat. Deinde duodecim cruces in parietibus depictas chrismate inungit.

7 ¶† Sanè quæcunque hic visibiliter fiunt, Deus per inuisibilẽ virtutẽ in anima operatur, quæ veri Dei templum est, vbi fides facit fundamentum, spes erigit, charitas cõsumat, ipsa enim ecclesia catholica ex viuis multis lapidib. adunata, Dei tẽplum est, q̃a multa templa, vnum templum, quorũ vnus est verus Deus, & una fides. Domus igitur dedicanda est, anima sanctificanda.

8 ¶† Et est notandum, quod cõsecratio duo efficit. nam ipsam ecclesiã materialẽ Deo appropriat, & nostram scilicet tam ecclesiæ, quam fidelis animæ desponsationẽ insinuat. Domus namque non consecrata, est sicut puella viro alicui destinata, non tamẽ dotata, nec matrimoniali commercio in unione carnis vnita. Sed in consecratione dotatur, & transit in propriã Iesu Christi spõsam, quã sacrilegiũ est per adulterium vlterius violari. Desinit enim lupanar esse dæmonum, ut patet in consecratione illius templi, quod antea παντων vocabatur. * Primo itaque† dicendum est de aquæ benedictione, super quo dicit dominus. Nisi 9
quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto nõ intrabit, in regnum cœlorum. Aqua enim, quæ lauãdis corporibus idonea est, tantã diuinitus virtutem accipere meruit, quòd sicut corpora lauat a sordibus, ita & animas mundat a peccatis. Manifestum qui dem est quòd hæc aqua cuius aspersione ecclesia consecratur, baptismum significat, quia quodãmodo ipsa ecclesia baptizatur, ipsa uero ecclesia illam vtique ecclesiã designat quę in ea continetur, scilicet fidelium multitudinem. vnde etiã ecclesia uocatur, eo quod ecclesia contineat, continens uide licet pro contento. 10

¶† Quærendum est autẽ quare huic aquæ sal admisceatur, cum Saluator noster de baptismo loquẽs, nullam de sale fecerit mentionem. Non enim dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua salsa, uel sale mista, uel aliquid huiusmodi, sed dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sãcto. &c. Et idipsum de oleo, & chrismate queri potest. Sed notãdũ, q̃ sal in diuino eloquio sæpe pro sapiẽtia ponitur. iuxta illud. Sermo uester sit sale cõditus. Et dominus inquit discipulis suis. Habete sal in uobis, & pacem inter uos. Itẽque, uos estis sal terræ, quod *Matt. 5.*
si sal infatuatum fuerit, in quo cõdietur. 3. quæstio. 7. §. item in Euangelio, hinc etiã est, quòd secundum legem nulla hostia sine sale offerebatur, sed in omni sacrificio ponebatur. ex quibus omnibus conuincitur, quòd sal q̃ sapientia ponitur est enim sa-

sapientia, condimentum omnium virtutũ, sicut sal omnium ciborum. Hinc ergo est, quòd nullus baptizatur prius, quã sale cibetur, etiam infantes, ut quod actu habere non possunt, habeant saltem significatione sacramenti, nec sine sale benedicetur aqua.

¶ De alterius aquæ benedictione in sequẽ-
11 ti tractatu dicetur. † Trina autem interius, & exterius cũ hyssopo, & aqua benedicta aspersio trinam baptizandi immersionem significat. Et fit propter tria. Primò propter dæmonum expulsionem. Nam aqua benedicta proprie de sui virtute habet dæmones expellere. Vnde in exorcismo eius dicitur, vt fiat aqua exorcizata ad effugandam oẽm potestatẽ inimici, & ipsum inimicũ eradicare. &c. Secũdò, propter ipsius ecclesiæ purgationem, & expiationem, omnia namque terrena propter peccatum corrupta sunt, & fœdata. Hinc etiam, quòd in lege omnia penè mundabantur per aquã. Tertiò, propter remouendam omnẽ maledictionem, & introducendam venditionem. Terra enim ab initio cum fructu suo maledictionẽ accepit, eo quòd ex eius fructu deceptio facta fuit. Aqua uero nullæ maledictioni subiacuit. Hinc est quod dominus piscẽ comedit, sed carnem non legitur nominatim comedisse, nisi de agno paschali, & hoc propter legis præceptum, in exemplum, scilicet abstinendi aliquando à licitis, aliquando eadem comedendi. Rursus aspersio in circuitu facta, signat quòd
12 dominus curam suorum habens, mittit Angelum suum in circuitu timẽtũ se. † Tria vero responsoria, quæ interim decantantur, est hilaritas, trium ordinum fidem suscipientium, scilicet Noe, Daniel, & Iob. Et quoniam ad hanc inuocationem gratia fidei, spei, & charitatis infunditur. ideo ad pedem, & ad medium, ut ad partem parietis superiorem aspergitur: De interiori ẽt aspersione iam dicetur. De virtute hyssopi
13 in sequẽti tit. dicetur. † Triplex vero circuitus quem episcopus aspergẽdo facit. triplicem circuitũ, quem Christus fecit, propter ecclesiæ sanctificationem, designat. Primus fuit quo venit de cœlo in mundum. Secundus. quo de mũdo descendit in lymbum. Tertius, quo de lymbo rediens, & resurgens, ascendit in cœlum. Triplex quoque circuitus ostendit, quòd ecclesia illa ad honorem trinitatis dedicatur. Ostẽdit etiam triplicem statum saluandorum de ecclesia, qui sunt virgines, continentes & coniugati, quòd etiam dispositio ipsius ecclesiæ materialis ostendit, prout sub titu. de ecclesia dictum est. ¶† Porrò trina 14
ad superliminare ostij percussio, signat triplex ius, quod Christus habet in ecclesia sua propter quod sibi debet aperiri. Est enim sub sua creatione, redemptione, & glorificationis promissione. Nam Pontifex Christum, uirga eius potestatem figurat. Rursus per triplicem percussionem Ianuæ cũ virga pastorali, prædicatio Euãgelica intelligitur, Quid enim est virga pastoralis, nisi sermo diuinus, iuxta illud Esa. 11. Percutiet terram, virga, id est sermone oris sui &c. Virga igitur ianuas percutere, est aures audientium prędicationis uoce pulsare. Aures enim portæ sunt, per quas ad corda audientium sanctæ prædicationis verba introducimus. vnde Psalm. Qui exaltas me de portis, ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Syon. Quid enim sunt portæ filiæ Syon, nisi aures, & auditus fidelium? Tertio triplex cum virga percussio, & ianuarum apertio, significat, quòd per prædicationẽ pastorum, infideles venient ad fidei consensum. Per illam enim portæ iustitiæ aperiuntur, & illas ingressi, Fidem confitentur, unde Psal. Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas, confitebor Domino, hæc porta domini, iusti intrabunt per eam. Percutit igitur episcopus in superliminari, scilicet orationis, dicens, Supplico uos principes id est dæmones, seu potius homines, tollite, idest auferte portas, id est, ignorãtias vestras, scilicet à cordibus vestris. ¶† Interrogatio uero Diaconi inclusi 15
respondentis in personam populi. Quis est iste Rex gloriæ? est ignorantia populi nescientis, quis est iste, qui debet intrare.

¶† Aperitio ostij, euacuatio est peccati, re- 16
ctę ergo episcopus ter percutit, q̃a numerus iste notissimus, & sacratissimus est, & in omni dedicatione episcopus ter ianuas percutere debet, quia sine inuocatione Trinitatis, nullum sit in ecclesia sacramẽtum. Trina † vero proclamatio. Attollite por- 17

Universidad de Deusto Biblioteca

tas,&c. significat triplicem potestatē Christe, uidelicet,quam habet in cælo,& in mūdo,& in inferno. Vnde in hymno ascensionis dicitur,Vt trina rerum machina cœlestium,terrestrium, & infernorum condita, flectant genu, iam subdita.

18 ¶ Cōsequenter ostio † aperto intrat episcopus ad notandū,quod si debitē utatur officio suo, nil ei resistere potest, iuxta illud, Domine quis resistet potētatui tuo? Ingreditur autem cum duobus,vel tribus, ut in ore duorum, uel trium testium stet omne consecrationis uerbū. Vel quòd paucis præsentibus dominus se transfigurans pro ecclesia orauit, Et ingrediens dicit, Pax huic domui,& omnibus habitātibus in ea, quia Christus mundum ingrediēs, pacem inter Deum, & hominem fecit, Venit enim, ut nos Deo patri reconciliaret.

19 ¶ Post † hoc cum dicitur litania,prostratus orat pro sanctificatione domus. Nam, & Christus humiliatus ante passionem pro discipulis eis credituris omnibus, orabat dicens, Pater sanctifica eos in nomine tuo. Postquā vero surrexit, ora sine salutatione, quoniam non dicit. Dominus vobiscum,cum ecclesia nōdum sit quasi baptizata,& quia cathecumini tantum nō sunt digni,ut eis fiat applausus,cum nondum sint sanctificati,est tamen pro eis orandum.

20 ¶ Clerus † orans, & litaniam concinens, Apostolos repræsentat, qui pro ecclesiæ, & animarum sanctificatione ad Deum intercedebant. In pauimento ecclesiæ scribitur alphabetū hoc modo. Fit enim Crux de cinere,& sabulo,ex transuerso ecclesiæ, super quam Cracem puluēris scribitur alphabetum in modum Crucis,literis Græcis,& Latinis, non autem Hæbraicis, quia Iudæi recesserunt à fide, & scribitur cum baculo pastorali.

21 ¶ Sanè alphabetum † super Crucem scriptum tria repræsentat. Primò quidem, scriptura, ex Græcis, & Latinis literis in modum crucis facta, repræsentat coniunctionem,seu vnionem in fide vtriusque populi, Iudæi uidelicet,& Gentilis, per crucem Christi factam,iuxta illud Iacob.cancellatis manibus filijs benedixit. Ipsa vero Crux sine versus ex transuerso ecclesiæ directus, uidelicet, vnus à sinistro angulo Orientis,in dextrum. Occidentis, & alter à dextro Orientis, in sinistrum Occidentis,significat, quòd populus ille, qui prius erat dexter, factus est sinister, & qui erat in capite,factus est in cauda, & econuerso, & hoc propter Crucis virtutem. Christus enim ab Oriente transiēs, reliquit Iudæos in sinistra,quia infideles, & venit ad gentiles,quibus licet in Occidente fuissent. dat esse in dextera, & tandem à gentilibus, in dextra Orientis positis,visitauit Iudæos,in sinistro angulo Occidentis,quos cōstat deteriores esse, quā prius inuenerit gētiles. Ideo autem in obliquum & in modū crucis, & non indirectum hæ literæ scribātur, quia ad hanc sanctam intelligentiam, pertingere non ualet,qui crucis mysteriū non recipit,& Christi passione nō se credit esse seruandum, in maliuolam animam non introibit sapientia,& ubi Christus fundamētum non est,superædificari non potest,prima quæstione prima, cum Paulus.

¶ † Secundò,scriptura alphabeti,repræsentat paginam vtriusque testamēti,quòd per Crucem Christi adimpletum est. In passione namque eius velū templi scissum est, quia tunc scripturæ apertæ sunt; & reuelata sunt sancta sanctorum. Vnde ipse moriens dixit,Consummatum est. In his quidem paucis litteris omnis scientia continetur,& tunc ex transuerso ducitur,quia vnū testamentum in alio cōtinetur. Rota enim erat in Rota.

¶ Tertiò repręsentat † articulos fidei, Ecclesiæ enim pauimentum est nostræ fidei fundamentum. Elementa ibi scripta, sunt fidei articuli,quibus rudes,atque neophiti de vtroque populo in ecclesia eruditur qui se debent puluerem,& cinerem reputare. Iuxta illud quod dicit Abraham Genesis 18. Loquar ad dominū meum,cum sim puluis, & cinis. Scriptura ergo alphabeti in pauimento est simplex doctrina fidei in corde humano.

¶ Sambuca † seu baculus, quo alphabetum scribitur, monstrat Apostolorum doctrinam, uel doctorum mysterium, quo facta est conuersio gentilium,& perfidia Iudæorum. Consequenter ad altare accedens incipit, stans, Deus in adiutorium meum intende,quia tunc demum incipit, quod

incipit, quod est in hoc officio principale, & dicitur uersus. Gloria patri &c.

25 quia hæc benedictio † fit ad exhibendam gloriam Trinitati, non tamen dicitur alleluia,prout in seq. tit. dicetur, & conseerat altare, in qua quidem consecratione alia aquā benedicitur, prout in seq. tit. dicetur. ex qua postquam altare septies aspersum fuerit, aspergitur etiam ter interius tota ecclesia, sicut prius absque aliqua differentia maiorum lapidum,uel minorum,quoniam apud Deum non est acceptio personarum. extra de Iudæis. nouit §. 1. de sta. mo. ea. quæ. in princ. Ideo interius adnotandum, quòd exterior ablutio fine interiore nil prodest. extra de sac. vnct. cap. 1. Ideo ter, quoniam, ut præmissum est,aspersio illa significat aspersionem, & mundationem baptismi, quæ datur beneficio trinitatis, iuxta illud, Ite docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritussancti,quia enim ecclesia non potest in aqua immergi, sicut immergitur baptizandus,ideo ter aspergit aqua,quasi

26 loco trinę immersionis. † Rursus aspergit procedendo ab oriente in occidente, & per medium semel in formā Crucis,quia Christus totam Iudęam,& omnes gentes baptizare præcepit in nomine Trinitatis, cuibaptismo tribuit efficaciā in ministerio passionis,incipiens à Iudæis,de quibus ortus est,& residuum aquæ ad basim altaris funditur, prout in sequenti titu. dicetur. Quidam tamen aliam aquam non benedicunt, sed cum prius benedicta totum offi

Ps 67.et cium implent. Interim autem cantat cho
91.et 67 rus psalmum illum,Exurgat Deus,& dissipentur inimici eius &c. illum: Qui habitat in adiu &c. in quibus fit mentio de ecclesia,& eius consecratione,ut patet ibi, Qui habitare facit unius moris in Domo. Episcopus uerò dicit: Domus mea,domus orationis uocabitur,quia eius officium est facere,ut ecclesia domus Dei sit,non negotiationis 1.quæstio.3.ex multis. Sanè

27 † chrismate altari 12. Cruces in parietibus ecclesiæ depictæ chrismantur. Depinguntur autem ipsæ cruces. Primò propter dæmonum terrorem,ut scilicet dæmones,q inde expulsi sunt, uidentes signum Crucis,terreantur, & illuc ingredi nō præsumant. Secundò, propter triumphi ostensionē. Cruces namque sunt uexilla Christi,& signa triumphi sui. Merito ergo, ut ostendatur,quòd locus ille Christi dominio subiugatus est ibidem Cruces depinguntur. ¶ Nam † & apud imperialem ma- 28
gnificentiam obseruatur,ut aliqua ciuitate sibi tradita,imperiale uexillū in ea erigatur. Et in eiusmodi figuratione dicitur, Gen. 28. quod Iacob lapidem,quem supposuerat capitisuo. erexit in titulum,uide licet in titulum præconialem,memorialē, & triumphalem. Tertiò,ut earum † inspe- 29
ctores, Christi passionem qua suam ecclesiam consecrauit,& passionis fidem ad memoriam reducant, unde in canticis, Pone me ut signaculam super brachium, &c. Duodecim uerò luminaria ante Cruces ipsas posita significant 12. Apostolos,qui per fidem crucifixi totū mundum illumi nauerunt & quorū doctrina tenebras sustulit, unde dici Ber. tota prophetia uera est in fide crucifixi. & Apost. Nil me iu- 1.Cor. 2
dico scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Cruces igitur per quatuor ecclesiæ parietes illuminantur,& chrismate mūguntur,quoniā Apostoli crucis mysterium prædicantes, fide passionis Christi quatuor mundi climata illuminauerunt ad cognitionem inflammauerunt ad amorem unxerunt ad conscientiæ nitorem, quod per oleum, & ad bonæ famæ odorem,quod per balsamum designatur. Ad hæc post chrismationem altaris,ipsum altare, & ecclesia ornantur lampades accenduntur. Missa dicitur, in qua Pontifex alijs uestibus utitur,quàm fuerit in aspersione usus,prout in sequenti dicet † Postremò notandum est, quòd 30
ecclesia dicitur in sanguine alicuius consecrari,unde secundum Pelagium,& Nicol. Pap. in martyrio Apostolorum Petri & Pauli ecclesia Romana consecrata est 21. dist. quamuis 16. dist. in. sacro. Consecratur itaque ecclesia,ut præmissum est & altare prout in titu. sequen. & cæmeterū ac alia,prout sub titu. de consecra. dicitur. Et quanquam legatur in uete. testam. templum ter fuisse consecratum. Primo in Septembri,de consecra. dist. 1. cap. 1. Secūdo in Martio sub Dario. argumē. 1. quæstio. 1. Martio sub Dario. argumē. 1. quæstio. 1. prophetizauit. Tertio in Decembri sub

Universidad de Sevilla Biblioteca

Iuda Machabæo. de consecr. distin. 1. solenni
31 tates. † Ecclesia tamen semel consecrata nō
est iterum reconsecranda ead. dist. Eccle-
sijs, de sacra. nō ite. cap. 1. & 2. de apost. c. 1.
nisi fuerit execrata. quod contingit tripli-
citer. ¶ Primò, si fuerit combusta. ita q; pa-
rietes omnes (vel eorum maior pars) fue-
rint decrustati. vt d. cap. Eccles. ff. de con-
trahen. emp. l. demum. Leui. cap. 14. prope
finem. si. n. solummodo tectum, vel aliqua
eius pars, parietibus integris manentibus,
vel saltem in modica parte destructis com
busta fuerit, reconsecranda non est, extra
de consec. eccle. uel alta. ligneis. ¶ Secundò,
si tota ecclesia aut maior eius pars simul
funditus corruerit. & ex toto siue ex alijs
fuerit lapidibus reparata, ead. distin. de fa-
brica. Consecratio etenim ecclesiæ maxi-
me in exteriori unctione, & in lapidum cō
iunctione, & dispositione consistit, ut in d.
cap. ecclesijs. Si uerò non simul, sed succes-
siuè parietes oēs ruerint, & reparati fue-
rint, eadem censetur ecclesia. ideoque non
reconsecranda, sed dūtaxat cum aqua exor
cizata, & missæ solennitate est reconcilian
da, de consecra. distin. 1. de fabrica. & cap.
si motum. ff. de leg. 1. quod in rerum. quan-
quam eam reconsecrandam quidam scrip-
serint sapientes. ¶ Tertiò reconsecranda
est ecclesia si dubium sit, utrum aliquando
fuerit consecrata, eo quòd super hoc nulla
scriptura, uel pictura, aut sculptura, nullus-
que etiam unicus testis de uisu, uel etiam
de auditu, qui (ut quidam dicunt) sufficere-
ret, extra de conseera. distin. 1. ecclesiæ. &
cap. solennitat. 23. quæstio. 2. sane. 22. quæ-
stio. 5. hoc uidetur. de consecr. distin. 4. par
32 uulos. ¶ † Altare quoque semel consecratū
reconsecrandum non est, nisi illud execra-
ri contingat. de consecratio. distin. 1. si mo-
tum. extra eo. cap. 1. & cap. quod in dubijs.
¶ Quod sit primo, si mensa, idest, superior
tabula in qua sit principaliter consecratio
mota uel in sui forma mutata, uel enormi
ter, puta ultra medietatem fracta sit. Enor
mitas tamen huiusmodi iure ualet ad epi
scopi arbitrium referri. Idem quoque ma-
ximè est, si tota altaris structura mota, &
reparata fuerit. Ecclesia tamen propter al-
taris uel structurę motionem, uel fractio-
nem, reconsecranda non est, extra eodem
cap. 1. quia alia est altaris consecratio, &
alia ecclesię. Sic econuerso si ecclesia tota-
liter destructa, altare non lęditur, ecclesia
ipsa reparata solum, & non altare reconse
cratur, quamuis tunc decens sit illud aqua
exorcizata lauari. de consecra. distin. 1. si
motum consecrato † tamen maiori alta- 33
ri. nihilominus alia minora altaria eccle-
się consecranda sunt, extra eod. cap. cum
sis, quamuis quidam dixerint sufficere in
illius consecratione alia digito demostrari
argu. ff. de acquiren. possess. quod in eo. §. si
venditionem. C. de natu. libe. authen. item
si quis. Si uero altare † modicam exterius 34
patiatur læsionem, non ob hoc est reconse
crandum, extra eod. cap. 1. Secundo recon-
secrate altare, si altaris sigillum, idest par-
uus lapis, cum quo sepulchrum, siue fora-
men, in quo reliquię reconduntur, claudi-
tur, seu sigillatur, motum aut fractum sit,
extra eo. lignis. Et sit foramen ipsum quan
doque in summitate stipitis, & quādoque
aliud sigillum non apponitur, sed principa
lis mensa superposita loco sigilli habetur.
Quandoque uerò sit in parte posteriori, &
quandoq; in anteriori, in quo ēt foramine
in testimoniū cōsecrationis cautè includi
solent literæ consecrationis episcopi, cōti-
nentes nomē eius, & aliorū episcoporū in
cōsecratione præsentium, & in cuius sancti
honorem consecratur altare, & ēripsa ec-
clesia, quando simul consecratur utrunque
annum quoque & diem cōsecrationis. Ter
tio reconsecratur altare, si iunctura qua si-
gillū foramini, uel ēt qua mesa stipiti, ubi
aliud sigillū, q; mēsa ipsa non est mota ad-
hæret, uel aliquis ex lapidibus ipsius iūcta
ræ seu stipitis, mensam uel sigillū tangens,
motus uel fructus sit. In coniunctione et e
nim sigilli, & foraminis atque mensæ, & sti
pitis seu structuræ inferioris præcipuè cō-
secratio intelligitur. Quarto reconsecra-
tur altare, si ei uel coniunctioni mensæ, &
structuræ inferioris tantum fiat augumen
tum, quòd pristinam formā amittat, quo
niam forma dat esse rei, arg. x. q. 2. hoc ius,
32. q. 2. quod unde est. ff. de oper. no. nunc.
l. 1. §. si quis ædificium. Propter modicum
tamen additamentum non execratur, sed
tunc sacrū trahit ad se non sacrum. ext. eo.
quod in dubijs. limita, dū tamen coniūctio
mensæ & structuræ inferioris nō multum
immutetur. Quintò altare sicut & eccle-

sia propter dubium recōsecratur, ea. di. ec-
clesia. Sextò altare uiaticum, si lapis de li-
gno in quo insertus est, qui quodammodo
sigillum repræsentat, remoueatur, & in eo
dem uel in alio ligno iterum reponatur,
nōnulli reconsecrandū, alij uero solummo
do reconciliandum autumant. Quamuis
autem illud sæpe iussu episcopi de loco ad
locum transferatur, & per uiam portetur
(propter quod portabile, vel uiaticum ap-
pellatur, ea. dist. cōcedimus extra de pri.)
in his non tamen ob hæc recōsecratur, aut
35 reconciliatur. ¶ † Quid si calix cōsecratus,
deauratur, nunquid est reconsecrandus? Et
uidetur quod sic, quoniā nouus calix esse
uidetur. nouū enim opus uidetur facere,
qui pristinam operis faciem innouat. ff. de
oper. no. nun. l. 1. §. opus nouū & reficit, qui
rei iam factæ remedium facit. ff. de iti. act.
pri. l. 3. §. pē. ff. de usufru. l. usufructuarius.
extra de Iudæis. cap. consuluit. Siquidem
consecratio in superficie consistit. Et hinc
est quòd ecclesiam, muris decrustatis, recō
36 secrandam esse prædixi. † Cōtrarium tamē
uerū est, quia nec propter murorum de al
bationem, aut propter picturam, aut pro-
pter modicum additamentum, ecclesia re-
consecranda est, ut iam dixi. Cū enim pro-
pter hoc calicis forma non mutetur, idem
calix manet, quare reconsecrādus non est,
sicut & ecclesia reparata, quoniam eadem
manent, ideo, consecrandam non esse præ
missum est. Si verò forma prior immutare
tur, secus esset, quoniam forma dat esse rei,
ut dixi, honestum tamen est, quòd tā pro-
pter pollutarum manuum contactum,
quàm etiam propter prophanæ materiæ
appositionem calix aqua exorcizata, laue-
tur prius, quā ibi sacrosanctū corpus, & san
guis domini immoletur. de cōsecra. dist. 1.
si motum de præmissa consecratione, ali-
37 qua de reconciliatione dicamus. ¶ † Circa
quod notandum est templum spirituale,
quod est homo, quandoque polluitur 32.
quæstio. 4. in eod. & c. non solum. Vnde in
Leui. 20. Vir qui fluxum seminis patitur,
immundus erit. 44, distin. sit rector. prope
fi. & idem in muliere fluxū sanguinis me-
strui, uel alterius patiēte, ut ibidem in eo-
dem, & dist. 5. ad eius. Et ideo ibi pollutus
ecclesiā ingredi prohibebatur, donec aqua
lauaretur, & purificaretur. & Numeri 19.
cap. Qui cadauer mortui tetigerit. Immūdus est. Vnde aspergatur aqua, & sic mun-
dabitur, &c. & Propheta. Asperges me Do
mine hyssopo, & mun. ¶ † Materiale etiam 38
templum, quod est ecclesia testante Papa
Grego. & Leuit. c. 15. polluitur. Vnde pro-
pheta. Polluerunt templum sanctum tuū,
&c. Et hoc similiter hodie aqua lauatur, &
reconciliatur, extra eo. cap proposuisti. &
ead. consuluisti, & cap. vlt. & fin. Fit enim
reconciliatio cum missæ celebratione, &
aquæ cum vino, sale, & cinere solenniter
bened. ctæ aspersione. ea. distin. de fabrica,
& cap. proposuisti. Nempe per salem di-
scretio, per aquam populus, extra de cele.
mis. eum Marthæ. §. quæsiuisti. ad finē. vi-
num, diuinitas, per cinerem, passionis Chri
sti memoria, per vinum aquæ immistum,
vnio deitatis, & humanitatis significatur.
Hæc ergo simul ponuntur ad notandum,
quòd populus, discreta memoria passionis
Christi mundatus, Christo adunatur. Fit
etiam per episcopum tantum, si sit ecclesia
consecrata. Et quanquam ipse alteri coe-
piscopo possit simul totum, scilicet aquæ
benedictionem, & reconciliationem, vel so
lum, aquæ benedictionem, uel etiam tan-
tum reconciliationem aqua prius per ip-
sum benedicta committere, simplici tamē
sacerdoti neutrum committi valet, extra
eodem, c. aqua, & cap. consuluisti, nisi for-
tè hoc ex priuilegio sibi competat speciali.
Si vero ecclesia consecrata non sit, debet
statim secundum constitutionem Greg. 9.
extra eod. cap. fina. aqua exorcizata lauari,
quam lotionem quidam fieri posse astruūt
iussu tamen episcopi, per simplicem sacer-
dotem, cum fieri habeat cum aqua exorci-
zata, quæ fieri potest, per quēlibet sacer-
dotem. Nonnulli uero eximiæ authorita-
tis periti, scripserunt quòd tutius est hoc
duntaxat per episcopū fieri, nec per eum
sacerdoti posse committi, nam canones. de
consecratio. distin. prima, si motum. & cap.
de fabrica. a quam exorcizatam uocāt, a-
quam cum vino, & cinere soleniter bene-
dictam. quod quidem verum est de eccle-
sia, non consecrata tamen Deo dedicata.
extra de immu. eccles. ecclesia. Secus
enim est in simplici oratorio, quod nec sa-
cer, nec religiosus locus est, vt pote quòd
vnusquisque p velle ut placet ordinat, sal-

tem ad orandum, de consec. d. 1. vnicuique extra. de. sen. ca. fi. licet forte nō sine diçce sāti licentia ad celebrandum, & pro velle ad alium vsum deputat locum ipsum, in au then. col. 5. vt nullus fabri. ora. do. § 1. in au then. col. 9. de eccl. ti. § si vero. Est autē ecclesia reconcilianda in præmisso casu. ¶ Ité
39 † propter adulterium ibi cōmissum, & pro pter fornicationem. ea. d. si motum. & gene raliter cuiuscunque semine, extra de adul. c. significasti scilicet maris & fęminę: cleri ci, vel laici, hæretici, uel pagani, naturaliter siue innaturaliter, studiose, & peccandi libi dine ibi emisso fuerit polluta, etiam si vir ibi uxorem cognoscat, quoniam licet talis concubitus sit aliàs legitimus & concessus non tamē quolibet tēpore, siue loco, extra eo. c. fi. Quanquàm multi de hoc cōtrariū sentiant sapientes, secus autē esse dicimus, si quis forte ibi in somnis polluatur, nā tūc animus magis pertulisse, quàm fecisse dolendus est 21. d. quoniam. & non in cuiuscunque animalis semine ibi emisso, cū ratione careat, neque peccat. 6. d. testamētū.
40 ¶ † Reconciliatur etiam ecclesia propter homicidium. ff. si quad. pau. fec. dicatur. lib. 15. quæst. 1. §. ex eo. siue cum sanguinis effusione, siue sine. ibi, quocunque modo studiose cōmissum, & ēt citra homicidiū. propter quamlibet uiolentiam, & iniuriosam humani sanguinis effusionem. ea. di. si motum. siue ex vulnere, siue absque vulnere, ex naso vel ore, natura in uete. testa. Leuit. 14. & 15. cap. prohibitum fuit sanguinē in templum fundi, & semen emitti, & talia agentē, & patientem, illud ingredi. Si autem absque violentia, uel iniuria ex naso. uel ore, cicatrice, uel immunditie, aut etiā ex hemorroidibus, vel mēstruis, uel aliter naturaliter in ecclesia fluxerit, aut forte ludo, aut casu fortuito eliciat, ea. d. ecclesijs. extra. eo. ca. fi. Aut si quodcunque animal ibi occiditur, uel si quis subito p se ibi moritur, aut lapide, uel ligno cadēte, aut fulgure occiditur, pp hæc quidē & similia non reconciliatur. Nec ēt si alibi vulneratur ad ecclesiam confugiens illic sanguine multo effuso moritur, quoniam tunc nō fuit homicidiū in ecclesia perpetratum. 15. q. 1. §. itaque, Si verò econuerso in ecclesia vulneratus, extra moritur, vel etiā extra sanguis ex vulnere fluxerit, secus est, etiam si intra ecclesiā ex vulnere sanguis minimè fluxerit. quoniam rictus vulnerum attenduntur, ad legē Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad leg. Corn. de sic. l. vlti. extra de cleric. percu. ca. 2. Sed & si supra tectum ecclesię sanguis effunditur, aut semē humanū emittitur, quia per hoc extra ecclesiam cōmitti tur, non reconciliatur. † Cæterum si furtum, aut rapina in ecclesia cōmittitur, de consuetudine, quę in talibus attenditur, reconciliatur, extra de celeb. mis. pernitiosis. Idemque in qualibet uiolētia sine sanguinis effusione ibi commissa fieri debere qui dam affirmāt, cum illa fornicationi æquiparetur in iure 17. quæst. 4. sicut qui ecclesia, ut si ad eam confugiens inde per violentiam extrahatur. 17. quęstio. 4. re. extra de immu. eccl. inter. Vel ibi effractio cōmitta tur, uel ēt præter sanguinis effusionē rixa tumultuosè agatur, uel si q̄s fracto osse, vel liuore secuto, absque sanguine, ibi grauiter uerberetur, uel ad mortem, vel ad mutilationē ibi pręsentialiter cōdemnatus, inde extrahatur, ut ad locum executionis ducatur, extra de reli. do. capit. decet, & de immu. eccle. cum in ecclesia. & de ap. cap. qua fronte. Sed cum casus isti non sint in iure expressi, necesse non est ecclesiam per episcopum solenniter reconciliari. Honestum tamen fore putamus, per sacerdotem cum aqua exorcizata episcopi iussu lauari. Idēque dicendū uidetur, si ecclesia diu absque tecto & ianuis plena foret stamine. alijsq̄ spurcitijs, animalibus, & naturali hominū vsui, quasi diuersorij locus passim patuerit, nec esset forte malū eam in tali casu sollēniter per episcopū recōciliari. Si aūt aliquis extra ecclesiam occisus, mox intra ecclesiam infertur, occisor vel alius moriturum fore non credens, corpori adhuc calido plagam infligit, ex qua sanguis fluit, reconcilianda est, tum propter horrorem, & abominationē, tū propter uiolentiā, & peccandi uoluntatē, quāuis enim homo mortuus non sit homo, humanus tamen sanguis eius per uiolentiam est ibi effusus. Nā & ipsi cadaueri violentia, horror, & iniuria irrogantur. ff. de sepul. vio l. 2. §. nō prope, & § aduersarius. & l. sepulchri. ff. de religio. extra de Iudęis, si sit Iudęus. Secus aūt est si naturaliter mortuus in corporis obsequium & honorem in ecclesia demēbretur
41

tur, uel euiscereē ut forte pars ibi, & pars
42 alibi sepeliatur. † Reconciliatur etiam ecclesia, in qua infidelis, uel etiā publicē ex communicatus sepultus est, & tūc parietes sunt abradēdi. de consecr. d. 1. Ecclesiā. 1. & 2. Sanè in pręmissis casibus, in quibus ecclesia reconciliaī, requiritur, ut factum reconciliationem inducens publicū saltē per famam existat, extra de adul. significa
43 sti, & de accusa. §. inquisitionis. † Scandalū enim est horror, atque abominatio de turpitudine & peccato, atq; uiolentia in sacro loco, siue in ecclesia commissis, vbi de lictorū uenia postulatur, ubi esse debet tutela refugij, ubi immolaī salutaris hostia pro peccatis. Leuit. 14. cap. ubi etiam cōfugientes saluantur, & Deo laudes exoluuntur, reconciliationem inducunt, etiam proposito, & uoluntas mortaliter peccantis ad uiuendi. extra eo consuluisti. extra de senten. excommu. cum uoluntate 17. quæstio. § si ergo. Si uerò occultum sit, reconciliari necesse non est, quoniam ecclesia, cum sancta sit, coinquinari non potest, extra de coha. cler. & mul. ca. vestra. 15. q. 55 cap. fina. 24. quæst. 1. §. 1. imò ipsius loci sanctitas infamiam loci abolet, quamuis quidam in hoc contrarium sentiant, ut saltē occultè, ita ut delinquentes nō probētur,
44 sit reconcilianda. Fit enim † reconciliatio ad exemplum & terrorem, ut uidelicet, uidentes ecclesiam, quæ in nullo peccauit, ppter peccatū alterius lauari & purificari, existiment quantū propter suorum delictorum expiationem sit laborandū. ff. ad legem Iul. repe. l. 1. Cęmeteriū quoque,
45 in quo † paganus, uel infidelis, aut excōmunicatus sepultus est, reconciliādum est, extra eo. ca. consuluisti. de conse. dist. 1. & 2. extra de sepul. Pagani ossibus tamē sepultis si ab ossibus fidelium discerni potest inde prius abiectis. Reconciliatur etiā in præmissis casibus, in quibus ecclesia reconciliatur. Cœmeterium enim eisdem priuilegijs, quibus & ecclesia, gaudet, prout subtit. de sacr. vnc. dicetur, nā ex quo benedictū est sacer locus. ff. de re. diui. l. sacra. in fin. & reconciliaī p episcopū, sicut ecclesia per aspersionem aquę solenniter, cum uino & cinere benedicto. extra eo. cap. cōsu
46 luisti. † Illud autem notādum est, quòd in quacunque parte ecclesiæ uel cœmeterij violentia, uel pollutio committatur, utrū que & etiā quælibet ipsorum partes propter connexitatem uiolatę intelliguntur, extra de consti. cap. transmissa. Hoc hodie in parte correctum est per Dominum Bonifacium. de consecra. eccle. cap. 1. in 6. Et si enim consecrationes ecclesiæ, altaris, & cęmeterij sint diuersę, omnium tamē vna & eadē est immunitas. 17. quęstio. 4 sicut antiquitus. & capit. miror. quę non est ad alterū eorum tantum, vel ad alterius angulum restringenda, quod uerū est, si ecclesia, vel cęmeteriū sunt coniuncta. Si enim vnum a reliquo distet, bene potest unum sine reliquo uiolari. Si igitur altero eorū uiolato sine polluto, etiam aliud violatū, & pollutum est, pari ratione altero tantū eorum reconciliato, vtrumque intelligit reconciliatum, argu. extra eo. cap. consului sti extra eo. de immuni. eccles. in rub. quoniam nihil tam naturale est, quàm unumquodque eo genere dissolui, quo ligatum est, & par est ius ligandi, atque soluendi. ff. de regu. iur. nihil extra eod. cap. 1. & sic violato, uel polluto cęmeterio, sufficit ecclesiam reconciliari, Nonnulli tamen simpliciter asserunt per unius uiolationē, nequaquam alterum violari, & per consequens quodlibet eorum debere specialiter recōciliari. Quibus tamen pontificalis libri obuiat authoritas, in qua specialis forma reconciliationis cœmeterij habetur. Deniq; si ecclesia, uel cœmeteriū, aut aliud quodcunque per episcopum excommunicatū consecretur, seu benedicatur, talia reconciliatione non egent, quoniam sacramenta à talibus in forma ecclesiæ collata uera sūt, 9. quæstio. 1. ordinationes. 1. quęstio. 1. cap. multi, prope finem. extra de sacr. nō ite. ca. 1. & 2. & de coha. cle. & mul. c. uestra, ut dicetur in procemio 3. partis. Verū, cū (sicut pręmissum est) excōmunicatus uel excommunicati cœmeteriū, & ecclesiā ,p phanent, multo quidem magis exteriora sacramēta & benedictiones, quæ per manus, & os excommunicati trāseunt, & proficiscuntur, quantū ad eorum merita pertinentia, contaminari, & corā Deo fœtere videntur. 1. quæstio. 1 §. quod autē sacramēta. & cap. seq. & ca. odit Deus, & cap. illi offerunt, extra de scisma. cap. 1. ideo honestum est, q̄ recōcilientur prius, quā fideles

talibus

talibus sacramentis vtantur prout sacrorũ canonum lectio edocet euidenter. S. 1. d. si qui sunt. Ait enim dominus per prophetam. Maledicam benedictionibus vestris. de consec. dist. 1. altaria. 1. & 2.

ADNOTATIO.

* Felicis.] Hanc institutionem sanxit Felix Papa IIII. in epistola ad episcopos per diuersas prouincias constitutos, cap. 1. hisce uerbis. Solennitates verò, dedicationũ ecclesiarum, & sacerdotũ per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso domino exexplum dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus, sicut scriptum est Ioan. 10. facta sunt Encœnia in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Quod autẽ octo dierum encœnia sin celebranda, in lib. 3. Reg. 8. peracta dedicatione templi, reperies. N. Doard.

ADNOTATIO.

* Vocatur.] Πάνθεον templum Romę, primo à M. Agrippa extructum, & instauratum, cuius foramen fuit ex laminis argenteis, quas sustulit Cõstantinus nepos Heraclij, ueniens ad vrbem. Illud autem Ioui Vltori dicatum, eoq; nomine: Syracusana capita in eo posita. Quod postmodum Bonifacius Põtifex Maximus Quartus à Gregorio, dono accipiens a Phoca Cęsare in templum omnium Deorum conuertit, ut ne ibi etymo responderet, πᾶν & θεος. Ibi thermæ Agrippinę ab ipso Agrippa dictæ Prope thermas situm est πάνθεον, tẽplũ antiquissimum, & inter vrbis vetusta templa longe nobilissimum, nondũ etiã ferè integrum in ipsius templi propria Augusti, & Agrippæ simulachra fuere, Martis quoque & Veneris. In Veneris simulachri auricula Cleopatræ Vnio pretiosus erat. Mineruæ item simulachrum, Hydre opus. Hercules insuper, ad cuius simulachrum Pœni humanis victimis quotannis olim sacrificabãt. In templum hoc multis gradibus (sicut & in cætera) ascendebatur, à ueteribus enim templa in sublimi extruebantur, & unico tantum aditu. Portico huic tẽplo adiecit Agrippa, opus summa admiratione dignum, quæ a quibusdã προπύλαια appellatur ἀπὸ τὰ πρὸ καὶ τὰ πύλας, i. ornamentũ ac vestibulũ. Hodie illud ipsum dicatũ S. Marię Rotũdę. N. Doard.

SVMMA.

1 *Altare quibus de causis cõsecretur, & nu. 2. 3. Et vnde duxerit ortum.*
4 *Altaris cõsecratio qua forma fiat, & nu. 5. 21. 29. 35. 37.*
5 *Alleluia, cur omittitur inter consecrationem altaris aut ecclesiæ, consecratione vero facta, adhibetur.*
7 *Aqua benedictio quot requirat, & quid notet. nu. 9 10. 11.*
8 *Satellitem stygium quatuor fugant.*
12 *Baptisma ac consecratio ecclesiæ quibus misticis conficiantur, quæ omnia necessario adhibentur.*
13 *Fides est baptismatis condimentũ, qua si deficiat & salus deficiet.*
14 *Cruces quatuor quas facit Pontifex in altaris consecratione quid notent.*
15 *Circuitus septenarius Põtificis circa altare consecrãdũ quid denotet, et nu. 16. 19.*
17 *Christi septem viæ.*
18 *Aspersiones septem altaris quid notent.*
20 *Hyssopũ, qd notet, et eius natura et situs.*
22 *Virtutes quatuor, in libro Sapientiæ descriptæ.*
23 *Reliquiæ sanctorum aut Christi, an necessariæ ad ecclesiæ consecrationem, & quid notent.*
24 *Arca fœderis.*
25 *Reliquiæ sanctorũ, ubi et qũo condantur.*
26 *Dei notitia confirmatio, & perfectio est omnium bonorum.*
27 *Christus lapis angularis, & abscissus.*
28 *Altare debet esse lapideum.*
30 *Christus fuit unctus oleo inuisibili, & oleum quid significet.*
31 *Cruces quinque ex oleo quid notent.*
32 *Homo quorum debeat misereri.*
33 *Balsami odor & significatio.*
34 *Sensus corporis nostri quinque quibus equiparentur.*
36 *Crucem cum incenso facere quid.*
38 *Altaris ultima benedictio quid significet.*
39 *Vtensilium ecclesię benedictio, quid notet.*

De

De Altaris consecratione. Cap. 7.

1 NON †solum ecclesia, verumetiã altare cõsecratur. de cõsecrat. dist. 1. cap. altaria. 1. & 2. hoc propter tria. Primò, ad sacramentum Deo ibi offerendum. Gen. 8. ædificauit Noe altare domino, tollens de cunctis volucribus, & pecoribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentũ est corpus, & sanguis Christi, quod in memoriã passionis dominicæ immolatur, iuxta illud, Hoc facite in meam commemoratio-
2 nem. Secundò, ad †nomen Dei ibi inuocãdum. vnde Gen. 12. ædificauit Abraham altare Deo, qui apparuit ei, & inuocauit ibi nomen domini. Hæc autem inuocatio, quę
3 fit supra altare, propriè dicitur Missa. † Tertio ad cantandum, Eccl. 47. Dedit illic contra inimicos patientiam, & stare fecit contra altare cantores: & in sono eorum fecit
4 dulces modulos. Sanè hoc † modo, & ordine consecratio altaris fit, in primis nanque Pontifex incipit. Deus in adiutoriũ meum intende. postmodum benedicit aquam, deinde in quatuor cornibus altaris configurat quatuor cruces cum aqua benedicta. Consequenter circuit altare septies, & septies mensam altaris, cum aspersorio de hyssopo aqua benedicta aspergit. Ecclesia quoq; iterum aspergitur, & aquæ refiduũ ad basim altaris funditur, deinde in quatuor angulis sepulchri, in quo reliquiæ recondi debent, quatuor cum chrismate fiũt cruces, & ponuntur reliquiæ in capsella cũ tribus granis turis, & sic recondantur in sepulchro. Deinde supponitur eius tabula cum signo crucis facta in medio confirmata, postmodum lapis (qui mensa dicitur) super altare adaptatur, & adaptatus vngitur cum oleo, in quinque locis, & eodem modo inũgitur postea chrismate, sicut de oleo dictum est. Confirmatur etiã altare in fronte crucis chrismate, & adoletur incensum in quinque locis. Post hoc altare tegitur, & mundis pannis induitur, & demum super altare sacrificium celebratur. Nunc seriatim singula præmissa prosequamur. † Primò igitur notandum est, quòd altare chrismatis vnctione & benedictione interueniente consecratur, & lapideum totum solum. de consecr. distin. 1. altaria. 1. & 2. Vnde Pontifex stans incipit, Deus in adiutorium meum intende, quia ipse dominus ait, Sine me nihil potestis facere. Et †quia hæc dedicatio significat bap- 6
tizandos, qui percepta fide ad pugnã se præparant, & qui adhuc sunt inter suspiria & certamina huius mundi constituti, ideo non dicitur alleluia, qui enim baptizati nõ sunt, laudibus angelorum digni non sunt, vnde Tob. pe. & in plateis eius allelnia cantabitur. Post completam uero ecclesiæ, uel altaris consecrationem cantatur alleluia, quoniam excluſa dæmonũ phãtasia, Deus ibi laudabitur. Nam & Christus ad aram crucis accedens ad æternitatis gloriam manifestandam mortem soluit, sed alleluia dũ
taxat post resurrectionem cãtauit. ¶† Secũ 7
dò circa aquæ benedictionem notandũ est, q. huiusmodi aquæ exorcizatio fit ad effugãdum inde inimicum. In qua benedictio ne quatuor necessaria sunt, uidelicet aqua, uinum, sal, & cinis. Et hoc propter tria.
¶† Primò, quoniam quatuor sunt, quæ ini 8
micum expellunt. Primum est lacrimarũ effusio, quæ per aquam. Secundum est spiritualis exultatio, quæ per uinum. Tertiũ naturalis discretio, quæ per sal. Quartũ, q. funda humilitas, quæ per cinerẽ significatur. Aqua igitur est pœnitentia, uinũ mẽtis exultatio, sal sapientia, sicut in præcedenti tit. probatũ est, cinis pœnitentiæ humilitas. Vnde Niniuitis dicitur, qa rex ipse surrexit de solio suo, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Hinc & Dauid inquit, Quia cinerẽ tanquã panem maducabã &c. Hinc & Abraham, Loquar inquit ad dominũ meũ cum sim puluis & cinis? ¶ Secundò † modo 9
aqua est populus, seu humanitas, qa aquę multæ populi multi, uinum deitas, sal doctrina diuinæ legis, quæ est sal fœderis, cinis, qui consignat memoriã dominicæ passionis. Vinum aquæ mistũ, Christus Deus & homo. Per fidem enim dominicæ passionis, quæ per doctrinam diuinę legis habetur, Populus per aquam signatus per fidei unionem coniungitur capiti suo Deo, & homini. ¶† Tertio modo potest dici, q. hæc aqua benedicta Spiritum sanctum

signifi-

Universidad de Deusto Biblioteca

significat, sine cuius flatione nihil vnquam sanctificatur, & sine cuius gratia non fit remissio peccatorum. Quod Spiritus sanctus aqua vocetur, ipsa veritas ostendit dicens. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, quod euangelista exponens dixit, hoc autem dixit de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eũ.

12 ¶ Et † no ordine sacramẽti, exterius aqua, interius spiritu ecclesia cõsecratur. Hoc est enim qđ Dominus ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto &c. Ecce aqua. Ecce spiritus. In baptismatis enim sacramento, nec aqua sine spiritu, nec spiritus est sine aqua, quod quidẽ ipse spiritus sanctificabat, qui in prima mũdi creatione ferebatur super aquas. Hac ergo aqua, & ipsum altare, & totum interius templum, quando illud simul: & altare dedicantur,

12 aspergitur ¶† Licet igitur spiritus, & aqua ad baptismi, & consecrationis ecclesiæ perfectionem sufficerent tamen sancti patres, qui hoc constituerunt, voluerunt nobis satisfacere, non solum in his quæ ad virtutẽ, uerumetiam in his, quæ ad sanctificationẽ pertinent sacramenti, ideoque adposuerũt salem, vinum, oleum, cinerem & chrisma. Non enim chrisma, uel oleum habuit Philippus, quando eunuchũ baptizauit. Act. 8. c. Alterum ergo horum deesse non debet, & simul commisceri debent, quia populus Dei (qui est ecclesia) sine his simul iunctis neque sanctificatur, neque à peccatis soluitur. De hoc etiam tangetur sub titu. de consecra. De aqua quidem manifestum est, quia nisi quis renatus fuerit &c.

13 ¶† De sale etiam, quia sine fidei condimento, quod in sale significatur, nemo vnquam saluari poterit, quantumcunque aqua baptismatis aspergatur. De vino quoque, per quod spiritualis diuinæ legis intelligentia designat. Vnde Dominus in nuptijs aquã in uinum conuertit. Si quis verò aspersus non fuerit, idest, quicunque de eo non biberit, uel propinantibus non crediderit, ad uitæ æternæ beatitudinem non perueniet. Cineris etiam aspersio, per quam pœnitentiæ humilitas intelligitur, tã necessaria est, ut sine ea non fiat in adultis remissio peccatorum, per ipsam enim uenitur ad baptismum, & ipsa est singulare refugium peccatoribus post baptismum. Vnde & non immeritò baptismus vocatur, dicente domino in euangelio de Io. quia uenit in uniuersam regionem Galileæ prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorũ. Et nota quatuor genera esse aquæ benedictæ, de qua in quarta parte dicetur, sub titu. de aquæ benedictæ aspersione.

¶ His † omnibus permissis Pontifex qua- 14
tuor Cruces cum aqua ipsa in quatuor cornibus altaris, & vnam in medio facit. Quatuor cruces repræsentant quadruplicẽ charitatem, quam hi, qui ad altare accedunt, habere debent scilicet, ut diligant Deum, seipsos, amicos, & inimicos. De quibus quatuor cornibus charitatis dicitur Gen. 27. Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, Septentrionem & Meridiem, & ideo quatuor cruces in quatuor cornibus fiunt, ad designandum, quòd Christus per crucem quatuor mundi partes saluauit. Secundò, fiunt ad designandum, quod quatuor modis crucem Domini portare debemus, scilicet in corde per meditationem, in ore per confessionem, in corpore, per carnis mortificationem, in facie per assiduam impressionem. Crux in medio altaris, significat passionem, quam Christus in medio terræ subijt, per quam operatus est salutẽ in medio terræ, id est in Hierusalem.

¶† Deinde septies altare Pontifex circuit, 15
Primò ad significandum, quòd ipse debet pro oĩbus curam impendere, & se vigilanter habere, quæ per circuitum designatur. Vnde tunc cantatur. Inuenerunt me vigiles, qui circumibant ciuitatem. debet. n. solicitè uigilare super gregẽs sibi commissos, nam (ut ait Gilbertus) Ridiculosa res est, Speculator cæcus, Præcursor claudus, Prælatus negligens, Doctor inscius, & præco mutus. Secundò † septenus circui- 16
tus circa altare significat septem meditationes, quas circa septemplicem uirtutem humilitatis Christi habere debemus, & per ipsas circuire frequenter. Prima uirtus est, quòd de diuite factus est pauper. Secunda, quod in præsepio positus est. Tertia quod parentibus subditus. Quarta, quòd sub manu serui caput inclinauit. Quinta, quod discipulum furẽ, & proditorem sustinuit. Sexta, q ante iniquum iudicem manuetus stetit. Septima, quòd pro crucifigentibus clementer orauit. ¶† Tertio per se- 17

ptem

ptem circuitus, septem viæ Christi significantur. Prima fuit, de cœlo in vterum. ¶ Secunda, de vtero in præsepium. Tertia, dæ præsepio in mũdũ. Quarta, de mundo in patibulum. Quinta de patibulo in sepulchrum. Sexta, de sepulchro in lymbum. Septima, de lymbo in cœlum. Consequen-

18 ter episcopus aspergit altare. ¶† Quid autem altare in templo significet, Apostolus dicit, Tẽplum enim Dei sanctũ est, quod estis vos. Si ergo templum Dei sumus, altare habemus. Altare nostrum, est cor nostrum. hoc enim est cor in homine, quod altare in templo. In hoc altari fit sacrificiũ laudis, & iubilationis, iuxta illud Psalmistę, Sacrificium Deo spiritus, &c. In hoc altari fit commemoratio corporis, & sanguinis Christi. Hinc precesad cęlũ ascendũt, quia ad cor respexit Deus. 4. quæstio. 5. si quod. Hoc igitur altare, aqua aspergitur, quando corda hominum per Euangelicã prædicationem à peccatis mundantur. Nã prædicatio aqua est, iuxta illud, Omnes sitientes venite ad aquas. Hac igitur aqua, id est prædicatione Euangelica, & sancti Spiritus sanctificatione, & altare cordis, & totus homo mũdatur, & sanctificãtur, Cõsecratur etiam altare cordis, per conceptũ timoris, ut inuitetur ad bonã, & per affectum amoris, ut confirmetur in melius. nam initium sapientiæ, timor domini.

19 ¶† Septies autem altare aspergitur aqua, ad notandum, quod in baptismo septẽ dona Spiritus sancti tribuuntur. Per hoc etiã figuratur, quod habere debemus memoriam Dominicæ passionis.

¶ Septem namque aquæ asperſiones, sunt septẽ sanguinis Christi effusiones. Prima, fuit in circuncisione. Secunda, in oratione, quando sudor eius fuit, sicut guttæ sanguinis. Tertia, in corporis flagellatione. Quarta, in capitis coronatione. Quinta, in manuum perforatione. Sexta, in pedum Cruci affixione. Septima in lateris apertione. Quidã uero ter aspergunt, quia in sanctę Trinitatis nomine baptizatur, uel quia ecclesia a peccatis cogitationis, locutionis, & operis emundatur, unde & tunc, miserere

20 mei dicit. † Fiũt insuper huiusmodi asperſiones, & cum aspersorio de hyssopo facto, per quam herba, quia humilis est, Christi humilitas congrue designatur, quoniã prædictæ sanguinis effusiones factæ fuerũt cũ hyssopo humilitatis Christi, & inextingui bilis charitatis, quo aspersa ecclesia catholica mundat. Hęc etiam herba naturaliter crescit in petra, & humilitas naturę creuit in Christo petra. Nam iuxta Apostolum, Petra autem, erat Christus. Calidæ etiam naturæ est & Christi humilitas corda frigida ad exercenda opera charitatis accẽdit. Icẽ eius radices, saxa penetrant, & humilitas duritias obstinẽdi confringit. Valet ad pectus & contra tumorem, & hæc tumorem superbiæ sanat. Item illa nascitur, & radicatur in terra. Vnde super ea tota fidelium multitudo intelligi possit, præcipua tñ illi, per hyssopum figurantur, qui in Christi fide radicati, & fundati, ab eius amore euelli & separari nõ possunt. Per quos q d melius quam episcopos, & presbyteros intelligere possumus, q quãto maiorẽ in ecclesia obtinent dignitatem, tanto firmius Christi fidei inhærere debent? Per hos si quidem aspergitur aqua, per hos & ab his baptizantur Christi fideles, his datum est perficere baptismatis sacramenta. † Dum 21
vero altare aqua aspergitur, episcopus cantar, Domus mea, domus orationis est, &c. Et iterũ, narrabo nomẽ tuũ fratribꝰ meis. Et quia sine Deo nullum opus perficitur in consumatione, orat. ut exaudiantur ingrediẽtes ibi beneficia petituri. Cõsequẽter quando ecclesia simul & altare consecrantur, tota ecclesia aqua illa aspergitur, prout in præcedẽti titu. actũ fuit, quo facto Põtifex ad altare cũ Psal. accedit, & re sidyũ aquę infunditur ad basim altaris, sicut in ueteri testamẽto residuum sanguinis effundebatur intrepidem, quod idem est, quod basis, per quod significatur, quod residuum quod excedit vires humanas, in tanto sacramento, Deo commendatur, q est summus sacerdos, cuius est aliorum sacerdotum supplere defectum. Sepulchrũ vero siue foramen, in quo reliquię recondi debẽt, significat vrnam auream plenam manna, quę in arca testimonij posita erat, prout sub tit. de altari dictum est. Siquidé sepulchrũ huiusmodi, quòd à quibusdã cõfessio nũcupat est cor nostrũ. qđ quatuor crucibus de chrismatę factis cõsecratur, q a

quatuor

quatnor sunt virtutes † in libro sapientiæ 21
descriptæ, scilicet prudentia, fortitudo,
temperantia, & iustitia, quibus cor no-
strum quasi ungitur, dum ad suscipienda
secretorum cœlestium mysteria per do-
num sancti spiritus præparatur. Fit autē
sepulchum hoc quandoque ex superiori
parte altaris, & quandoque ex latere ante 23
riori. ¶† Sanè sine sanctorum reliquijs, aut
vbi ille haberi non possunt, sine corpore
Christi non fit consecratio altaris fixi, de
conseca. distin. 1. de fabri. &c. placuit, sed
viatici. vel portatilis sic, ea. distin. concedi
mus. Reliquiæ siquidem sunt exempla
vtriusque testā. authores passionis marty-
rum, & vita confessorum, quæ nobis sunt
ad imitationem relicta. Hæc in capsa re-
condimus, cum ad imitādum ea in corde
retinemus, quod si audimus, & intelligi-
mus, & opera non facimus, magis est ad
damnationem, quàm ad salutem, quia non
auditores legis, iusti sunt apud Deum, sed
factores tantū unde Apostolus dicit, Imi-
1. Cor. 4 tatores mei estote, sicut & ego Christi.
Solennis vero reliquiarum deportatio fit
ad imitationem eius, quod sicut legitur
24 in Exod. 25. † In arca testamenti erant
duo circuli aurei, totum lignum penetrā-
tes. 86 distin. §. ecce. & per eos vectes de
lignis Sethin deaurati immittebātur, qui
bus arca ferebatur. Et prius, quàm Pon
tifex intraret in ecclesiam circumit eā cū
reliquijs, ut sint illius ecclesiæ protectores.
Legitur quoque 3. Regū. 8. cap. quod in
templi dedicatione cōgregati sunt omnes
maiores natu Israel, cum principibus tri
buum, & duces familiarum ad Regem Sa
lomonem in Hierusalem, ut deferrent ar
cā fœderis domini, veneruntque cuncti se
nes de Israel. Sacerdotes autē intulerunt
arcam fœderis domini in locum suum, &
in oraculū templi in sancta sanctorum su
per ala Cherubin. Siquidem in Cherubin
extendebant alas super locū arcæ, & pte-
gebant illā uectes eius. Rex aūt Salomō,
& omnis multitudo Israel quę ad eū cōue
nerat, gradiebatur cū illo ante arcam, In
cuius quidem rei testimoniū prælati, ma-
gnates, & Apostoli prouincię, hodie con-
ueniunt ad dedicationem ecclesiarū, & se-
quuntur processionaliter consecrātem, &
reliquiæ per sacerdotes sub papilione seu
vmbraculo solenniter deportātur. Deinde
Pōtifex prius, quàm ecclesiam cum illis in
grediatur, sermonem facit ad populū. Nā,
& Salomon arca deportata conuertit fa-
ciē suā, & benedixit omni ecclesiæ Israel,
& pro orātibus in ecclesia oranit, Omnis.
n. ecclesia Israel stabat, & ait Salomon Be
nedictus dominus Deus Israel &c. prout
legit ibidem. ¶† Recludun tur aūt reliquię 25
sanctorū cū tribus granis turis in capsula,
quia exempla sanctorum cū fide Trinita-
tis, id est patris, & filij, & spiritus sancti, de
bemus in memoria retinere. Nā debemus
credere unum Deum, unam fidem, & unū
baptisma, qā iustus ex fide viuit, sine qua,
sicut dixit Apostolus, impossibile est place
re Deo. Supponitur & aptatur ipsi sepul-
chro quædā tabula signo Crucis ex chris
mate roborata. Siquidem per chrisma in-
telligitur Spiritus sancti donū, quo tabu-
la idest charitas superungitur, quia cor no
strum ad obseruanda secreta cælestia Spi-
ritus sancti gratia roboratur. Tabula ergo
hoc signo roborata, reliquijs supponitur,
quia per exempla sanctorū charitas accē-
ditur, quæ operit multitudinem peccato-
rum, sicut in tabula reliquias operit. unde
Apostolus. Charitas Dei diffusa est in cor
dibus nostris per Spiritū sanctum, qui da- Rom. 5.
tus est nobis. Hæc autem tabula, siue la-
pis continet siue dicitur sigillū sepulchri,
sicut ait Alexander Papa III. extra de cōse-
cra. Eccles. vel alta. cap. 1 Postea vero la
pis qui mensa altaris dicitur, super altare
adaptatur, per quem perfectionem, & so-
liditatē notitię Dei possumus intelligere,
quæ nō propter duritiam, sed propter soli
ditatem fidei lapidea esse debet. de cōsecr.
dist. 1. altaria, sicut dominus ait Petro. Tu
es Petrus, & super hanc Petram, scilicet
hanc fidei firmitatem, ædificabo ecclesiam
meam. 50 dist fidelior. † Sicut enim men- 26
sa confirmatio, & perfectio altaris, est, ita
notitia Dei confirmatio, & perfectio est
omnium bonorum. Vnde dicitur in sapiē
tia ad Deum. Noscere enim te confirma-
ta iustitia est, & noscere iustitiam tuam, &
virtutem tuam, radix est immortalitatis.
Et dominus p Hierem. In hoc glorietur,
qui gloriatur scire, & noscere me. † Vel 27

per

per ipsum lapideum, Christus intelligitur,
de quo dicit Apostolus. Ipso summo angu-
lari lapide Christo Iesu. per lapidem qui
dem, Christi humanitas designatur. De
quo in Daniele legitur, quòd lapis abscis-
sus est de monte sine manibus, quia Chri-
stus de beata Virgine (quæ propter emi-
nentiam virtutum mons dicitur) sine viri-
li semine mirabiliter est natus, & factus in
montem magnum, totum replet orbem
terrarum. de quo etiam per Psalmistam di
citur, Lapidem quem reprobauerunt ædi-
ficantes, hic factus est in caput anguli. quo-
niam Christus quem ædificantes, idest Iu-
dæi reprobauerunt, dicentes, Nolumus
hunc regnare super nos, hic factus est in ca
put anguli quia sicut ait Apostol. Exalta-
uit illum Deus, & dedit illi, &c. vel per la-
pidem charitas intelligitur, vt præmissum
est, qui debet esse magnus, & latus; quoniā
latum est mandatum charitatis, quod etiā
ad inimicos extenditur, iuxta præceptum
domini, Diligite, inquit inimicos vestros.
28 Non † ergo vnguntur altaria nisi lapidea,
quia Christus per altare significatus est la
pis excrescens in montem, ut dictum est.
Ipse est mons pinguis oleo lætitiæ præcon
fortibus vnctus. Veruntamen in Exod. le-
gitur dominum præcepisse fieri altaria de
lignis Sethin quæ sunt imputrescibilia, &
altare laterum, ligneum est. Salomon quo-
que fecit altare aureum, prout legitur 3.
Regum 8 cap. sed illa facta sunt in figura.
Et in comitatu prouinciæ in castro sanctæ
Marię de mari est altare terreum, quod ibi
fecerunt Maria Magdalena, & Martha, &
Maria Iacobi, & Maria Salome. Post hoc
aspergo altari, & cum aqua baptizato, re-
stat vt oleo, & chrismate lineatur. Episco-
pus enim super infundit oleum & chrisma
& cantat, Erexit Iacob lapidem in tit. fun-
dēs oleum desuper. Illa enim ecclesia fuit
titulus aliarum, quia de Syon exiuit lex,
29 & verbum domini de Hierusalem. † Fa-
ciens primo super illo quinque cruces ex
oleo infirmorum, secundum ordinem Ro
manum, secundum quasdam vero alias ec
clesias, de vtroque oleo, vnam in medio,
& quatuor in cornibus, postea modo toti-
dem, & chrismate. Sane per oleum Spiri-
tus sancti gratia intelligitur, de quo dicit
Esa. propheta. Computrescet iugum à fa-
cie olei, quia sicut episcopus oleum infun-
dit super altare, ita Christus qui est summus
Pontifex infundit gratiam super altare no
strum, quod est cor nostrum, quia ipse est
distributor omnium gratiarum per spiritū
sanctum, sicut dicit Apost. Alij datur ser-
mo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides
alij gratia sanitatum &c. Et sicut per oleū
episcopus purificat mensam altaris, ita &
Spiritus sanctus purificat cor nostrum ab
omnibus vitijs, & peccatis.
¶† Christus quoque oleo fuit vnctus, non 30
quidem visibili, sed inuisibili, id est gratia
spiritus sancti. Vade David. Vnxit te Deus
Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus
tuis, id est plus quàm omnes sanctos, qui
fuerunt participes gratiæ eius, idest Chri-
sti, vnde unctio expressius conuenit Chri-
sto quàm alijs, quia præ omnibus alijs vn-
xit eum Deus ad habēdum plenitudinem
bonorum, ideoq; interpretatur unctus. Vn
ctio quoque ex oleo, misericordiam signifi
cat, iuxta illud Euangelij, Vnge oleo ca-
put tuum, & faciem tuam lauа, quia sicut
oleum in liquoribus, ita misericordia in
bonis operibus superior est. quemcunque
enim liquorem oleo superinfundas, illud,
semper desuper natat. De misericordia scri
ptū est. Suauis dominus vniuersis & mise-
rationes eius super omnia opera eius, &
misericordia superexaltat iudicium. Hoc
igitur oleo liniatur altare cordis, nostri, ut
semper misericordię memores, aspersionis
aquæ, & regenerationis, & baptismi effectū
non amittamus. ¶† Quinque cruces de
oleo significant, quod memoriam quin- 31
que plagarum Christi, quas pro no-
bis in cruce sustinuit, semper habere de-
bemus. Ipse nanque quinque plagas susti-
nuit, scilicet in manibus, in pedibus, & in
latere. Designāt etiam quinque passiones
misericordiæ, quæ nobis sunt necessariæ.
¶† Necesse enim est, vt homo misereatur
Christo, passioni eius compatiendo. vnde 32
Iob in persona Christi. Miseremini mei,
miseremini mei &c. Oportet etiam, vt ho
mo misereatur proximo, cuius mala vi-
det, unde Ecclesiastic. Miseratio homi-
nis circa proximum suum, Et sibijpsi. Et
hoc tripliciter, scilicet pro cōmissis plan-
gendo illa. Vnde Hier. Nullus est, qui agat
pœnitentiam super peccato suo dicens,

Quid

Quid feci? Pro omissis. vnde Esa. Veh mihi, qui tacui, ideſt quia nō ſum locutus, qua ſi dicat, quia omiſi bonum quod facere potui, & pro bonis minus pure factis. vnde Lu. Cum bona omnia fecerimus, dicamus quòd ſerui inutiles ſumus, &c. quaſi dicat bona fecimus, non bene, non pure, & ideo inutiliter fecimus, ſicut faciens elemoſinā ad vanam gloriam, bonum facit, ſed nō bene, non pure. De hac triplici miſeratione dicitur Eccl. Miſerere animæ tuæ placens Deo, quia vera compaſſio mētis, debet eſſe cum exhibitione operis, ideo bis fiunt cruces. Primo de oleo, poſtmodū de chriſmate, vnde Pſal. Beatus qui miſeretur, & commodat, qui mente miſeretur, & commodat opere. Et quoniam non ſufficit habere compaſſionem in mente cū boni operis exhibitione, abſque odore bonæ famæ, iuxta illud Euangelij, Sic luceant opera veſtra, ut glorificetur Deus, & ideo fiunt cruces de chriſmate, quod conſtat ex balſamo
33 & oleo.

¶† Balſamum quidem, propter bonum odorem ſignificat bonam famam, oleum propter claritatem, nitorem conſcientiæ quā habere debemus, iuxta illud Apoſtoli, Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſciētiæ noſtræ: extra. de ſac. vnct. cap. 1. Tunc autē balſamum oleō rectè coniungitur, quando bonus odor miſericordiæ additur.

34 ¶† Rurſus per quinque cruces de oleo, & chriſmate quinque ſenſus corporis noſtri intelliguntur, qui duplicantur, & in denarium ſurgunt, quia quandoque in ſenſibus corporis bene vtendo, & noſmetipſos cuſtodimus, & alios exemplo, & doctrina noſtra in bono opere confirmamus. vnde ille bonus negotiator gloriabatur, dicens. Ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Dū autē fiunt ille præmiſſæ unctiones, cantatur, Vnxit te Deus Deus tuus, quod de Chriſto dictū eſt. ¶ Ter ergo altare inungitur. bis oleo, tertio chriſmate, quoniam eccleſia fide, ſpe charitate, quæ maior eſt cæteris, inſignitur, & dum chriſma infunditur, cātatur, Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Hic ager eſt eccleſia, quæ floribus vernat, virtutibus ſplendet, operibus fragrat, & ibi ſunt roſæ martyrum Lilia virginum, violæ confeſſorum, & viror inſipientium. Poſt vnctionem adoletur incenſum, quod deuotionē orationis ſignificat. Qui enim habet ſeptem dona Spiritus ſancti, aſſimilatus eſt Deo, deuotam poteſt illi offerre orationem, cuius habet ſimilitudinem.

¶† In quinque locis adoletur, videlicet in 35
quatuor angulis, & in medio, quia ſic quinque ſenſus corporis exercere debemus, vt fama boni operis noſtri vſq; ad proximus extendatur. De qua dicit Apoſt. Chriſti bonus odor ſumus in omni loco, extra de ſacra unctio. c. 1. Et in Euangelio, Sic luceat lux veſtra, &c. Ad hæc incenſi frequētatio, eſt continua Chriſti ſacerdotis, atque Pōtificis pro nobis apud Deū patrē interpellatio. ¶† Crucē cū incenſo facere eſt eius paſ 36
ſionē patri oliēdere, & ipſum pro nobis interpellare. Incenſum copioſe in medio, & in angulis cōburere, eſt orationes p Hierosolymam, & in vniuerſali eccleſia multiplicare. ¶† Cōſequēter altare, cū ligno crucis 37
cōfirmatur dicendo. Confirma hoc Deus, &c. quæ confirmatio ex chriſmate à Pōtifice, in fronte lapidis facta, ſignificat confirmationē, quæ quotidie fit à Spiritu Sancto per charitatē, in altare cordis, ut nulla tribulatio cor noſtrū à charitate Dei valeat ſeparare, vnde dicit Apoſt. Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti, tribulatio, an angu ſtia, &c. Et ſubiūgit, gloria patri, & laus trinitati cantetur. † Vltima altaris benedictio 38
ſignificat illam finalē benedictionē, quādo dicetur. Venite bñdicti patris mei, &c. Deinde altare linteo cādido extergitur, ad notandū, q; cor noſtrū caſtitate vitæ mūdare debemus. Deinde benedicūtur vaſa, veſtes, & linteamina diuino cultui deputanda. Nam & Moyſes per quadraginta dies edoctus eſt à domino facere linteamina, & ornamenta in templo neceſſaria. † Nempe 39
vtenſilia benedicere, eſt opera noſtra ad Deum referre. Poſt hoc altare albis, & mūdis pannis veſtitur. de quo ſub titu. de altari dictum eſt. Poſtremo ornatur eccleſia, & accenduntur luminaria. tūc enim opera iuſtorum ſplendeſcent, tunc fulgebūt iuſti, & tanquam ſcintillæ in Arundineto diſcurrent. Et inde ſuper altare hoc ordine conſecrato, Miſſa celebratur, & ſacrificiū altiſſimo offert. Iſtud videlicet, de quo Prophe ta ait, Sacrificiū Deo ſpiritus cotribulatus cor contritū &c. prout dicetur in proemiō

quartæ

quartæ partis. Non enim debet fieri cōſecratio ſine Miſſa, ſecundūm Gelaſium Papam. de conſec. diſt. 1. omnes. quia tunc reuelatur ſacramentum, quod etiam Angelis ab initio, fuit abſconditum. Et attende quoniam in aſperſione Baſilicæ Pontifex lineis duntaxat, & minoribus utitur indumentis, ſed in miſſa, veſtibus ornatur pontificalibus, & pretioſis recolens, q; legalis Pontifex in lineis ſanctuarium expiabat, & poſt lotus in pontificalibus holocauſtū arietum offerebat. Sed quia in eiſdem lineis hircum emittebat, poſt expiationem, ideo, etiam in conſecratione fontiū, & immerſione cathecuminorum, ubi peccata eorum transferuntur, quidam utuntur ſimplicibus, & lineis indumentis.

SVMMA.

1 *Chriſma confici præcepit Dominus.*
2 *Moſes quo chriſmate fuerit vnctus.*
3 *Vnctionis duæ ſpecies.*
4 *Infirmi, & cathecumini, quare oleo inungantur.*
5 *Vnctio exterior an ſit neceſſaria ad ſalutē & nu. 11.*
6 *Chriſtiani omnes ante baptiſmum bis oleo vnguntur. Et varia vnctio, uariū quid notat. & nu. 8.*
7 *Chriſtus vnde dictus. vnde itidem Chriſtiani.*
9 *Vnctio ad quid fiat in vertice. Et à quo inſtituta primum, nu. 10*
12 *Arnaldiſtarū falſa opinione de baptiſmo.*
13 *Pectus baptizati vngitur cū inuocatione Trinitatis.*
14 *Presbyteri manus ab epiſcopo inungūtur. & qua forma.*
15 *Epiſcoporū vnctio unde duxerit initium. Et qualiter vngantur.*
16 *Epiſcopus quod teſtimoniū habere debeat.*
17 *Epiſcopi caput cur balſamo vngatur. Cur itidem manus nu. 18. Cur pollex nu. 19*
20 *Reges & Prophetæ etiā in ueteri teſtamēto vngebātur aliter tamē quàm hodie.*
21 *Regum vnctio, & Principū quid differat ab vnctione Pontificum.*
22 *Epiſcopi die ſuæ conſecrationis equos albos equitant. Et quid idipſum.*
23 *Corpora bonorum dicuntur equi.*
24 *Calicis & patenæ conſecratio.*
25 *Vnctio extrema, an ſit ſacramentum, quidam diſſident. Et de eius forma. Et quæ ætas requiratur.*
26 *Cœmeterium, ad quid benedicatur.*
27 *Ornamēta Eccleſiaſtica, benedicēda ſint.*

De conſecrationibus & unctionibus. Cap. 8.

DEgitur † Dominū præ 1
cepiſſe Moſi, ut conficeret chriſma, quo vnguento ungeret tabernaculū in dedicatione, & arcā teſtamēti, menſamq; cum uāſis, & quo ſiēt ſacerdotes, & reges inungerēt. de conſe. diſt. 1. §. 1. Moſes tñ † oō legit fuiſſe vnctus, niſi un- 2
ctione ſpūali, ſicut & Chriſtus. Voluit itaq; Chriſtus nos vnctione materiali inūgi, ut ex illa conſequamur ſpiritualem, & ideo mater eccleſia diuerſas exhibet unctiones. De quibus hic aliqua perſtringamus dicētes. Primò, quid huiuſmodi ſignificent unctiones. Secundò, ex quibus fiant. Tertio, de unctione baptizandorum. Quartò, de unctione baptizatorum, quæ per epiſcopum fit in fronte. Quintò, de unctione ordinandorum. Sextò, de unctione conſecrādorum epiſcoporum & Principum. Septimò de unctione eccleſiæ, altaris, calicis, & aliorum miniſteriorum eccleſiaſticorum. Octauò, de extrema unctione. Nonò, de conſecratione, & benedictione cęmeterij, ueſtium, & aliorum ornamentorum eccleſiaſticorum. Decimò, de conſecratione & benedictione uirginum. ¶† Circa primum 3
igitur notandum eſt, quod duæ ſunt ſpecies unctionis. extra de ſac. unct. cap. 1. Exterior, quæ materialis, ſiue corporalis, & uiſibilis eſt. Et interior, quæ ſpiritualis & inuiſibilis eſt, exteriori uiſibiliter ungitur corpus. De prima Iacobus Apoſtolus ait, infirmatur quis ex uobis inducat presbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum unguentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum. *Cap. 5.* De ſecunda Ioannes Apoſtolus, ait, Et uos unctionem ideſt unctio, quam ab eo acce- *1. Cap. 2.*
piſtis, maneat in uobis, ut non neceſſe habeatis, ut aliquis doceat uos, ſed ſicut

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

vnctio eius docet vos de omnibus. Vnctio exterior signum est interioris. Interior verò non solum est signum, ideſt, ſignificatum, ſed etiam ſacramentum, quia ſi dignè ſumitur, vel agit, vel auget abſque dubio, quod deſignat, puta ſalutem. iuxta illud, Super illos manus imponent, & bene habebunt. Circa ſecũdum ſciẽdum q̃ exhibendo exteriorem, & viſibilem vnctionem, duplex oleum benedicitur, extra de ſac. vnct. c. 1. uidelicet oleum ſanctum, vel cathecuminorũ, quo cathecumeni vnguntur, & oleum infirmorum, de quo infirmi unguntur. De qua unctione loquitur dicta authoritas Iacobi. Infirmatur quis ex uobis, &c. ¶ Qualiter autem fiunt benedictiones utriuſq; olei, & chriſmatis in 6. parte ſub quinta feria cœnæ Domini dicetur.

4 ¶† Sed quæritur, quare infirmi & cathecumeni oleo inũguntur? Reſpondeo, ut ex viſibilibus inviſibilia facilius capiantur, ſicut enim oleum fugando infirmitatem, recreat artus feſſorum, & de ſui natura lumẽ præſtat, ſic credẽdum eſt, q̃ unctio olei conſecrati, quod eſt ſignum fidei, peccata fugando ſanitatem animæ confert, & lumen ei præſtat. Siquidem oleum viſibile in ſigno, oleum inviſibile in ſacramento, & oleum ſpirituale intus eſt. De oleo infirmorum authoritatem accepimus ab Apoſtolis. De oleo cathecuminorum ab Apo-

5 ſtolicis viris. ¶† Et licet Deus poſſit oleum ſpirituale ſine corporali tribuere, quia tamen Apoſtoli pro infirmis, Apoſtoli viri pro cathecuminis hac arte uſi ſunt, non ſine peccato omitti poteſt, quod eorum authoritas conſecrauit, prout ſub ti. de altari dictum eſt, ſicut & antiquitus iuſti ſine circuncisione placuere Deo, ſed poſtquam eis præceptum fuit, ut circumciderentur, hoc omittentes peccato ſubijciebantur. 35. diſtin. ab exordio. ¶ Tertiò dicendum eſt de unctione baptizandorum. Et quidem in nouo teſtamento, extrà de ſac. unct. non ſolum reges, & ſacerdotes unguntur, ſicut iã dicitur, uerumetiam, quia Chriſtus in ſanguine ſuo fecit nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, ideſt, regales ſacerdotes, iuxta quod Petrus Apoſtolus ait. Vos eſtis genus electũ, ideſt electi ex generibus homi-

6 num, regale, ſacerdotium, ideſt bene uos regẽtes. Omnes Chriſtiani bis † ante baptiſmum inunguntur, ſcilicet oleo benedicto primo in pectore, deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum, ſcilicet chriſmate ſacro. primò in uertice, deinde per epiſcopũ in fronte, & ſecundum Aug. 2. diſt. eccleſia ſticarum. primæ tres unctiones introductæ ſunt potius uſu, quàm per aliquã ſcripturam. In pectore quidem, in quo eſt locus cordis, baptizandus ungitur oleo. Primò, ut per ſpirituſſancti bonũ, abijciat errorem, & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam: quia iuſtus ex fide uiuit, & corde creditur ad iuſtitiam. Inter ſcapulas verò, ut per Spirituſſancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & exerceat bonã operationẽ, quia fides ſine operibus mortua eſt, ut per fidei ſacramentum ſit mũdi tia cogitationum. In pectore, ut per operis exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis, quatenus fides per dilectionem ſecũdum Apoſtolum operetur. Oleum igitur a corde ad ſcapulas transfertur, quando fides, quæ mente concipitur, opere perficitur, quia iuxta hoc fides eſt facere, quod dicit. In uertice uero baptizatus chriſmate à ſacerdote inũgitur, ut ſit paratus omni poſcenti de fide reddere rationem, quia per caput mẽs intelligitur, iuxta quod legitur: Oculi, ideſt, intellectus ſapientis in capite, ideſt, in mente eius, cuius, ſcilicet mẽtis ſuperior pars eſt ratio, & inferior ſenſualitas. Vnde bene per uerticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis De hoc etiã in 6. parte ſub Sabbato ſancto, ubi agitur de confirmatione, dicetur. Ideo autem ante baptiſmum ungitur uero baptizatus oleo benedicto, & poſt baptiſmum chriſmate ſacro, quia chriſma ſolum competit Chriſtiano. Chriſtus † enim 7
à chriſmate dicitur, uel potius à Chriſto dicitur chriſma, non ſecundũ nominis formam, ſed ſecundũ fidei rationem. A Chriſto Chriſtiani dicuntur tãquam uncti deriuẽtur ab uncto, ſcilicet à Chriſto, ut omnes concurrant in odorem unguẽti illius, ſcilicet Chriſti, cuius nomen oleũ eſt effuſum, ſed ſecundum uim nominis Chriſtiani à chriſmate dicuntur, ſecundùm Iſid. de hoc dicitur in proœmio ſecundæ partis.
¶ Rurſus ſecundùm Aug. de conſec. diſt. 4. prima unctio † ex oleo oſtẽdit nos ad audi- 8
tum plene fidei præparatos, & ad bonum

Chriſti

Chriſti odorem uocatos, & renuntiandũ diabolo eſſe commonitos. Secunda unctio in pectore & inter ſcapulas ſit, ſecundum Rabanũ ea. diſt. Deinde ut per fidem vndique muniamur, & ad bona opera perficienda per Dei gratiam roboremur. Nempe per pectus fidei virtus per ſcapulas uerò, in quibus onus portatur, hominis robur, & operatio recte intelligitur, iuxta illud 26. q. 6. alligant onera importabilia, & imponunt humeris hominum &c. Vngitur ergo in pectore, & inter ſcapulas, ut mente, & actu opera diaboli poſtponat, & ut ſit capax ad intelligẽdum uerbum Dei, & robuſtus ad portandum iugum ipſius &
9 onus legis. Vnctio † uero, quæ fit in uertice, ideſt in ſummitate capitis, ſuper cerebrum ſit ſecundum ipſum, ead. diſt. poſtquam. & diſt. 5. nouiſſime, ut cęleſtis regni particeps fiat inunctus, & quia baptizati anima, capiti, ideſt Chriſto deſponſatur, & propterea ſit cum chriſmate, oleo & balſamo confecto, ut ſciamus quòd Spirituſſanctus ei datur, qui inviſibiliter operatur, oleum nanque feſſa membra fouet, & lumẽ præſtat, ut præmiſſum eſt. Balſamus verò redolere facit. Siquidem feſſa ſunt animæ membra, quando pœnitet ſe cõtra Deum egiſſe, Spirituſſanctus uenit ad illã, illuminans eius intelligentiam, & demonſtrans ei peccata ſibi eſſe dimiſſa, uel dimittenda, & præſtans illi bona opera, quæ in
10 alijs bonum inſpirant odorem, q̃ per fragrantẽ balſamũ deſignatur. Itẽ, quia ſedes ſuperbiæ, quę ſemper iuxta ipſius nominis conſonãtiam ſuperiora appetit, in uertice eſſe uidet, ideo ritè fit ibi hæc unctio ſub forma crucis, & ſub nomine humilitatis. Hanc unctionẽ † Siluester Papa fieri inſtituit per presbyteros propter occaſionem mortis, unde credibile eſt, q̃ ante eius tẽpus utraque unctio, ſcilicet & uerticis, & frontis epiſcopo reſeruabatur. Cum enim gremiũ dilataretur eccleſiæ, nec omnibus epiſcopi ualerent per cõfirmationẽ occurrere ideo ne ſine chriſmatis unctione perirent, inſtituit, ut à ſacerdotibus in uertice ſupra cerebrum, ubi eſt ſedes ſapiẽtiæ, ungerentur, ad robur & augmentum gratiæ. Vnde ſi poſtea deceſſerint, dicit Richardus in mitrali, q̃ pro rata gratiæ augmentum conſequentur & gloriæ. Veruntamen

† & ſine unctione, credimus ſolo baptiſmo 11
ſaluari, & ſine manus impoſitione Spiritumſanctum dari, cui Deus dare voluerit, prout in Actibus Apoſtolorum legitur.
¶† Arualdiſtæ tamen perfidi hæretici aſſe- 12
runt, quòd nunquam per baptiſmũ aquæ, homines Spiritum ſanctum accipiunt, nec Samaritani baptizati illum receperũt, donec manus impoſitionem acceperunt. Sanè utraque unctio fit ſecundum Rabanũ, de conſe diſt. 4. poſtea in modum Crucis, ut ab eo tempore diabolus in Vaſe ſuo priſtinę cognoſcens ſignum ſuæ interemptionis, ideſt, ſanctæ Crucis, qua interemptus eſt, iam ſibi deinceps illud ſciat alienum, ideſt à ſe alienatum. ¶† Fit quoque ſecun- 13
dum eum ead. diſt. deinde unctio in pectore cum inuocatione Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reſideant, ſed in fide ſanctæ Trinitatis mens eius confortetur, & ſuſcipiat & habeat intelligentiam mandatorum Dei. quiſquis ergo fidelis bis inungitur prius oleo, poſtea ſimiliter bis chriſmate. Primò, in baptiſmo in uertice. Secundò, poſt baptiſmum in fronte ſcilicet in confirmatione, quia etiam Spirituſſanctus bis fuit Apoſtolis datus, ut dicetur in 6. parte, ſub Sabbato ſancto. Quarto loco dicendum eſſet, de unctione, quæ fit per epiſcopum in fronte baptizati, ſed de hoc dicetur in 6. parte ſub Sabbato ſancto. ¶† Quinto loco circa unctionem 14
ordinandorum notandum eſt, quòd manus presbyteri ab epiſcopo inunguntur, ut cognoſcat hoc ſacramento ſe per Spiritumſanctum ſuſcipere virtutem, & gratiam conſecrandi. Vnde epiſcopus eas inũgens dicit. Conſecrare & ſanctificare digneris Domine manus iſtas per iſtam unctionem, & noſtram benedictionem, ut quæcunque conſecrauerint, conſecrentur, & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini 16. q. 1. §. hoc inde. & extrà de ſac. unct. c. 1. Ideoque uiri deuoti oſculantur manus ſacerdotum, ſtatim poſt ordinationem eorum, credentes per hoc orationum illorum & bonorum participes fieri. Et unguntur oleo ſacro, quòd opera miſericordiæ pro uiribus ad omnes debeant exercere per manus enim opera, p oleũ miſericordia deſignatur. Vnde Samaritanus ille approprians vulnera-

Universidad de Bibliotecas

to vinum superinfundit, & oleum vulneribus eius. Vnguntur etiam oleo, ut humidæ sint ad offerendũ Deo hostiam ꝓ peccatis, & largè ad cætera officia pietatis, nõ aridè & curuè retinendum. 1. quæst. 1. sicut urgeri. Vtrunque enim uidelicet gratia cu rationis & charitas dilectionis per oleum designatur. Rursus ideo impositio manus cum oleo super caput ordinandi fit, quia per manus opus. Per digitos dona Spiritussancti, & per caput mens intelligitur. Manus ergo imponitur, quia donis Spiritussancti imbutus ad opera Christi mitti-
15 tur. ¶† Sextò, circa episcoporum & principum unctionem sciendum est, quòd episcoporum unctio à ueteri testamento sumpsit originem extra de sac. unct. c. 1. Nam Leui. 21. dicitur Pontifex, super cuius caput fusum est unctionis oleũ, & cuius manus sunt in sacerdotio cõsecratæ. Sanè episcopus ungitur chrismate, quod (sicut præmissum est) conficitur ex oleo & balsamo, & ungitur illo tã in corpore, quàm in corde, ut interius nitorem conscientiæ quantum ad Deũ, & per oleum exterius habeat odorẽ famę quo ad proximũ, quod per balsamũ designatur. De nitore cõscientiæ dicit Apost. Gloria nostra hæc est testimo-
2. Cor. 1. niũ conscientiæ nostræ. Nã omnis gloria filiæ regis ab intus, s. ꝓcedit. De odore bonæ famæ idẽ Apostol. ait, Christi bonus odor, i. exẽplũ, & imitatio sumus in omni loco, & alijs sumus odor uitę i uitã. 23. q. 3 ¶ Nabuchodonosor in princ. quasi dicerer,
2. Cor. 2 sumus exemplũ dilectionis, & bonę opinionis ducentis in uitam æternã, & alijs odor mortis in mortẽ, ideſt inuidiæ & malæ opi
16 nionis ducẽtis in mortẽ æternã. ¶† Debet enim episcopus in se bonũ habere testimoniũ, & ab his, quæ sunt intus, & ab his, quæ sunt foris, ut cortina, ideſt fidelis, cortinã, ideſt, infidelem trahat, scilicet ad fidem, & qui audit scilicet addiscẽdo, & credẽdo, dicat ueni, s. prædicando, & de hoc unguẽto caput & manus episcopi consecrantur, per caput enim mens intelligitur. iuxta illud Euangelij. Vnge, ideſt humilia caput tuũ, & faciẽ tuam, ideſt conscientiã laua, scilicet lachrymis. Per manus opera designan-
Ca. 5. tur, iuxta illud in Cãticis &c. Manus meę, id est bona opera distillauerunt myrrham, id est dederunt alijs bonum exemplum.

¶† Caput igitur ungitur balsamo charitatis, primò, ut episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota mente, & tota anima sua, & etiam Christi exemplo proximum suum, sicut, ideſt ad id, quod seipsum. Oleum enim in capite est charitas in mente, secundum Greg. Secundò caput ungitur propter authoritatem, & dignitatem, quoniam non solùm episcopus, sed etiam Rex consecratur. Tertio, ut ostendatur illius scilicet Christi (tanquam eius uicarius) repræsentare personam, de quo dicitur per propheram, Sicut unguentũ in capite &c. Caput enim uiri, est Christus, caput Christi Deus, qui de se dicit, Spiritus Domini super me, eo quòd unxit me, & Euãgelizare pauperibus misit me. Christus enim caput nostrum, unctus est oleo inuisibili, ipse pro uniuersa ꝓinterpellat ecclesia. Episcopus pro sibi commissa. 17

¶† Manus verò unguntur propter mysterium & officium, manus quidem, quæ onera designant, unguntur oleo, ideſt chrismate pietatis, & misericordiæ. primò, ut episcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei nemini claudantur, omnibus aperiantur, iuxta illud. Manus aperuit inopi, & brachium extendit ad pauperem. Manus arida, manus auara, manus tenacitate contracta aperiri non potest. Vnguntur igitur, ut sanentur & aperiantur, & ut indigentibus eleemosynas largiantur. Secundo, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi. Vnde cum eas, consecrator inungit. Consecrare (inquit) & sanctificare domine digneris manus istas &cæt. ut supra. Tertio, ut mundæ sint ad offerendum hostias pro peccatis. Et nota, quòd licet manus episcopi inunctæ fuerint oleo, cum in presbyterum ordinaretur, iterum chrismate inunguntur cum in episcopum consecratur. extra de sac. unctio. cap. primo. Siquidem per manus opera, per oleum Spiritussancti, uel gratiæ copia, per balsamum, quod oleo admiscetur in chrismate, odor bonæ famæ designatur. Ecclesiast. 24. quasi balsamum non mistum odor meus. Quia ergo in operibus episcoporum & aliorum superiorum plus, quàm in alijs inferioribus munus Spiritussancti apparere, & odor 18

famæ

famæ sentiri debent, iuxta illud. 2. ad Corinth. 2. Christi bonus odor sumus Deo, nam & in cęlesti hierarchia superiores Angeli inferioribus bonis, & gratia eminent. 88. distinct. ad hoc idcirco in eorum consecratione manus aliàs oleo inunctæ chris-
19 mate rationabiliter inunguntur. † Pollex etiam chrismate confirmatur, ut pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem, Nempe in ueteri testamento non solùm
20 ungebatur sacerdos: † verumetiam Rex & propheta: sicut in libris Regum habetur. Vnde dominus præcepit Heliæ: Vade & reuertere in domum tuam per desertũ in Damascum, cunque perueneris illuc, unges Azel in Regem super Syriam, & Ieu filium Nausi unges Regem super Israel. Heliseum autem filium Iaphat, qui est de Abel, unges prophetam pro te. Samuel quoque uxit Dauid in regem. Sed postquam Iesus Nazarenus, quem unxit Deus Spiritussancto, sicut in actibus Apostolorum legitur, unctus est oleo præ consortibus suis, qui secundum Apostolum, est caput ecclesiæ, quæ est corpus ipsius. Principis unctio a capite ad brachium est translata, ut principes a tempore Christi non ungãtur in capite sed in brachio, siue in humero, uel in armo, in quibus principatus congruè designatur iuxta quod legitur, Factus est principatus super humerũ eius &c. Ad quod etiam signandũ, Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite mẽsę ante eos, qui fuerãt inuitati: In capite uerò Pontificis sacramentalis est delinitio obseruata, quia per sonam capitis, scilicet Christi, q. est caput ecclesiæ in pontificali officio representat.
21 ¶ Differt † autem inter pontificis, & principis unctionem, quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium uerò principis oleo delinitur, ut ostendatur, quãta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatem. Et nota, quòd sicut in euangelio legitur, quidam patersamilias uocauit seruos suos, & dedit illis decem mnas. Siquidem uocatio serui est canonica electio episcopi, quæ fit secũdũ uocationẽ domini uocantis Aaron, extra de elec c. transmissa. Mna datur ei, quando is, qui sibi mnas imposuit, dat ei textum euãgelij, dicens, Vade, prædica & ipse cum primo ingreditur ciuitatem suam, portat euã gelium in pectore suo, iuxta morem quarundam ecclesiarum, ostẽdens quasi negotiatori mnam suam. in quibusdam etiam ecclesijs cũ archiepiscopus dat illi uirgã, dicit, Vade, prędica. & ille statim benedicit populum, in quo designatur, quod Moses cum uirga missus est in Aegyptum. ¶ Rur sus † episcopi in die suæ consecrationis con 22 sueuerunt equitare equos albis pannis coopertos repræsentãtes illud, quod legitur in Apoc. decimonono, Exercitus, qui sunt in cœlo, sequũtur illum in equis albis. Siquidem exercitus, qui sunt in cœlo, sunt boni, & iusti uiri, & prælati, qui quotidie sequũtur pro cęlestibus Deũ in omnibus bonis operibus, qui ideo dicuntur esse in cœlo, qui sola cœlestia diligunt & quærunt, unde Apostolus. Nostra conuersatio in cœlis est. Hi exercitus, ideſt, boni, & iusti uiri, & prælati sequuntur Iesum, quando scilicet expugnant in se uitia, per correctionem, & in proximis per admonitionem. Vnde Iacobus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uitæ suæ, libera- Cap. 5. bit animam suam a morte &c. Isti exercitus sunt in equis albis, & in corporibus castis. ¶ Corpora bonorum † dicuntur equi, 23 quia sicut equi diriguntur secundum uoluntatem sessoris, ita iustorum corpora reguntur secundũ uoluntatẽ Christi. Isti equi debent esse albi, siue albis operti, ideſt corpora iustorũ, & prælatorũ debent esse casta & mũda. Si enim casta nõ fuerint, Christum sequi non poterunt. Et Petrus, Christus passus est pro uobis, uobis relinquẽs exemplum, ut sequamini uestigia eius &c. Sed & clerici sanctæ Romanę Ecclesiæ ex cõcessione Constantinis Imperatoris, 96. dist. Constantinus, equitãt equos decoratos linteaminibus candidissimi coloris. Qua die debeat episcopus consecrari, & quare codex euangelij ponitur super humeros consecrandi, dicetur in secunda parte sub tit. de episcopo Septimo loco dicendum est de unctione altaris, calicis, & aliorum ministeriorum ecclesiæ, quæ secundùm more dum dedicantur inunguntur extra de sac. unc. c. unico. non solum ex mandato legis diuinæ, sed etiam, quod Moses tabernaculum, & omnia uasa ministerij sanguine asperſit, & omnia penè in san-

guine mundabantur, verumetiam exẽplo beati Siluestri, qui quando consecrabat altare, illud chrismate perungebat. Præcepit enim dominus Mosi, vt faceret oleum vnctionis, de quo vngeret tabernaculũ testimonij, mensam arcam testamenti, candelabrum, & supellectilia, Exo. 30. & 40. ca. & alia, ut præmissum est. Quæ unctiones fiũt in rebus inunctis, & ut maior reuerentia exhibeatur, & maior eis gratia infundatur. De his unctionibus in suis locis dictũ est, & dicetur. Verum vnctionis sacramentum aliud quidem efficit, & figurat tam in nouo, quàm in ueteri testamento, extra de sac. un. Vnde non iudaizat ecclesia, cũ vnctiones celebrat sacramentorum, sicut aliqui antiqui mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere uirtutẽ. De unctionibus ecclesiæ & altaris in suis titulis
24 dictum est. † Patena siquidem consecratur, & inungitur administrationem corporis Christi, qui in ara Crucis pro omnium salute immolari elegit. Nam & omnipotens Deus conspersam similaginem in patenis aureis, & argenteis ad altare suum deferri iussit. Calix quoque cõsecratur, & inungitur, ut gratia Spiritussancti perficiatur nouum sepulchrum corporis, & sanguinis Christi, & ipse dignetur illum sua uirtute perfundere, qui calicem Melchisedech famuli sui perfudit. Octauo, de extrema
25 † unctione, quæ scilicet ex institutione Fœlicis Papæ Quarti, & ex præcepto Iacobi Apostoli datur laborantibus in extremis, dicẽdum est. De qua dicunt quidã quòd illa non est ità proprie sacramẽtum sicut chrismatio, quæ fit in fronte vel alia, quia (sicut asserunt) iterari potest, cum fit oratio super hominem, quod in sacramentis non contingit, de conse. dist. 4. ostenditur. & no. de conse. distin. 5. c. 1. Sanè hæc vnctio etiam per solum sacerdotem fieri potest, si plures adesse non possunt, extra de uerb. signifi. quæsiuit. per quam quidé venialia remittuntur, iuxta illud Iacobi, Infirmatur quis ex uobis, ut supra. Fit autẽ unctio hæc in diuersis partibus corporis, siue membris, propter causas, quæ ex orationibus, quæ tũc dicuntur. colliguntur, & specialiter in illis, in quibus quinq; sensus hominis uigent, ut quicquid per illos infirmus deliquit, per huius unctionis virtutem aboleatur. De quibusdã ordinariè legitur, quòd inungendus debet esse ad minus 18. annorum, & quòd ægrotans semel duntaxat debet in anno inungi, licet pluries ægrotet, & quòd nullus inungendus est, nisi qui prius compos mentis existens, verbis aut signis illud postulauerit. 26. quæst. ult. is qui. &c. sequen. extra de sen. excommunic. cap. à nobis. Et quòd non debent scapulæ inungi, quia in baptismo fuerunt inunctæ, & quòd confirmatus non debet inungi in fronte, sed in temporibus, nec presbyteri manus vngebãtur interius, sed exterius, qa i ordinatione eis interius inunctæ fuerunt. Et q; ab episcopo semel inunctus non debet propter eius reuerentiã ulterius per presbyterũ inungi. extra de tempo. ordina. cum in distribuendis. de consecra. distin. 2. c. fi. Et quod si æger inunctus conualescit, loca inuncta lauentur, & aqua lotionis in ignem proiiciatur. Si vero decedat, non lauetur corpus propter recentem vnctionẽ. Quòd si æger in extremis laborat, citò ungatur, ne inunctus decedat. 5. dist. baptizati. Quidã etiã pœnitentes, & morituri cilitium induunt, & sternuntur in cinere, ut dicetur in sexta parte, sub quarta feria in capite ieiuniorũ.
† Nonò cœmeterium, quod eiusdem gau 26
det priuilegiis cum ecclesia, consecratur, & benedicitur. 18. q. 4. sicut dominus contumax. &c. seq. extra de conse. eccle. consuluisti & de imm. eccle. in rubrica. & c. cũ ecclesia. sicut dominus benedixit per manus seruorum suorum Abraham, Isaac, & Iacob terram filiis Ebron causa sepulturæ comparatam. Benedicitur autem, ut ulterius desinat illic immundorũ spirituũ habitatio esse, & fidelium corpora ibi usque ad diem iudicii requiescant in pace, nisi paganorum, vel infidelium, vel etiam excommunicatorum corpore ibi fuerint humata, donec inde fuerint eiecta. de consec. dist. 1. ecclesiam. & c. 2. extrà de sepul.
¶ Illud † etiam notandum, quòd pallæ al- 27
taris, vestimenta sacerdotalia, & huiusmodi ecclesiastica ornamenta benedicenda sunt. Legimus enim de consec. dist. 1. §. 1. Mosen de præcepto domini tabernaculum diuidis precibus sacrasse, cum mensa, & altari. & vasis, & vtensibilibus ad diuinum cultum explẽdum. Si ergo Iudæi, qui legis

legis & futurorũ vmbræ seruiebant, hoc agebant. Heb. 8. & 10. c. quãto magis nos, quibus ueritas per Christũ patefacta est, hoc agere debemus, & per episcopos sacratos, & non per coepiscopos. 58. dist. quanuis. Vnde legitur Exod. pen. Cuncta uasa ministerii benedixit Moses & si sacræ uesti petia, vel filum adiungatur, non ideo benedictionem iterari debere iuris testimonio comprobatur, arg. insti. de re. diui. §. cum ex aliena, & §. qui tamen. extra de consec. eccl. quod in dubiis. Quare autem res huiusmodi & similes benedicantur, ex earum benedictionibus colligitur euidenter. De vestibus verò sacris dicetur in proœmio tertiæ partis. Et attende: quia bene dictio, seu cõsecratio ecclesiæ, & vestium, ornamentorum ecclesiasticorum non fit, eo quòd illæ sint gratiæ susceptiua, cum sint inanimata, sed hoc noscitur introductum: quia sicut & homines, sic & illa per benedictionem, & consecrationem diuino cultui habilitantur, & idonea & maioris reuerentiæ efficiuntur. Personis verò per unctionem, & benedictionem maior gratia infunditur. Quidam autem in ornamentorum benedictione manus suspendunt, de quo dicetur in secunda parte sub tit. de diacono. Decimò esset de consecratione uirginum dicendum, sed de hoc in proœmio secundæ partis agetur.

S V M M A.

1 *Sacramentũ quid, quid mysteriũ, & quid mysterium differat à ministerio, nu. 2.*
3 *Sacramenti diffinitio.*
4 *Sacramenta uaria sunt.*
5 *Sacramẽta ordinis, & necessitatis, an & quando a laico præstari possint.*
6 *Sacramentũ dignitatis, & uoluntatis quid*
7 *Matrimonium est sacramentum voluntatis tantum, & quo tempore nuptiæ solenniter celebrantur.*
8 *Mulieris complexus quo tempore sit fugiendus.*
9 *Mulieres cur uelentur in nuptijs.*
10 *Sponsæ annulus datur, & qua significatione*
11 *Amoris summa uis.*
12 *Matrimonium triplex quoddam sacramentum continet.*
12 *Bigamus ineptus est ad clericatum, & quid ita.*
14 *Sponsus & sponsa benedicuntur primo à parentibus, deinde a sacerdote. nu. 15.*
16 *Sacramentum unum dignius alio quatuor modis.*
17 *Sacramẽta quibus de causis sint instituta.*

De Ecclesiasticis sacramentis. Cap. 9.

CIRCA ecclesiastica † sacramenta notandũ est, q; secundũ Greg. 1. q. 1. multi. Sacramẽtũ est in aliqua celebratione cũ res gesta ita sit. ut aliqd significatæ rei accipiamus, qđ sanctè & dignè accipiendũ est. Mysteriũ uerò, est, quod occultè & inuisibiliter operatur Spiritussãctus, ita q; operãdo sãctificat, & sancti ficãdo benedicit. † Mysterium. n. est in sacramẽtis, ministeriũ dicitur in ornamẽtis. Sed secundũ Aug. de conse. dist. 2. sacrificiũ &c. signũ sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Item sacrificium uisibile, inuisibile sacramentũ. Item, idem signum est res præter speciẽ, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in cognitionem uenire. ¶ Dicitur † etiam sacramentum, sacræ rei signũ, uel sacrum secretum. De hoc etiam in quarta parte sub sexta particula canonis dicetur super uerbo mysterium fidei, & sub tit. de oblatione. ¶ Sanè quædam † sunt sacramenta necessitatis tãtum, quædam dignitatis, & necessitatis, quædam ordinis, & necessitatis, quædã dignitatis, & voluntatis, quædam verò uoluntatis tantum. Sacramentũ necessitatis tantum est baptismus, qui in summa necessitate a quocunque (duntamen in forma ecclesiæ) collatus proficit ad salutem. de summa trinit. c. 1. § pen. 22 dist. §. verum. Et dicitur necessitatis: quia sine eo nemo saluari põt, si ex cõtẽtu deseratur. De hoc sacramẽto in sexta parte sub sabbato sancto dicetur: Sacramentum dignitatis & necessitatis est confirmatio dignitatis; quia a solo episcopo confertur. extra de confirma. quanto. de sac unct. c. 1 necessitatis: quia ex cõtemptu illud dimittens non saluatur: ut in prædicto c. quanto. de hoc etiã sub dicto sabbato dicetur.

Sacramenta verò ordinis, & necessitatis sunt pœnitentia, eucharistia, & extrema vnct. Ordinis, quia tantum a rite ordinatis
5 secundũ claues ecclesiæ dari debent: † nisi in necessitate, in qua quis potest etiam lai co confiteri. Necessitatis, quoniam ex con temptu illa dimittens saluari non potest. De pœnitentia uide in sexta parte, sub tit. de quinta feria cenæ Domini, ut diximus in repertorio nostro sub titu. de pœn. & re. De eucharistia in quarta parte sub canone dicetur. De extrema vnctione in præce
6 denti ti. dictum est. ¶ Sacramentum † verò dignitatis, & uoluntatis est ordo dignitatis: quia a solis episcopis cõfertur, uel quia non nisi dignus, & dignè ad illud assumen dus est, extra de sum. tri. c. 1. in fine. Volun tatis, quia sine illo quis saluari potest, extra de epis. q re. epis. cap. 1. & 1. q. 1 §. sed notandum. & §. ecce cum. De hoc dicetur in proœmio secundæ partis. ¶ Sacramen-
7 tum voluntatis † tantum est matrimonium & dicitur voluntatis; quia sine illo quis sal uari potest. Non enim expedit homini ad regna cælorum tendere uolẽti nubere. 23. q. 3. tunc saluabitur. ¶ Circa quod notandum est, quòd secundum canones. 23. q. 4. non oportet, extra de ferijs capellanus. so lennitas nuptiarum facienda non est a septuagesima, quod est tempus tristitiæ, usque in octauam Paschæ, nec tribus hebdo madis ante festum sancti Ioannis. Sed secundùm consuetudinem ecclesiæ generalis matrimonium publicè contrahitur in ecclesia a crastina dominicæ in albis, ui delicet, ab octaua die Paschæ usque ad pri mum diem rogationũ. Et in prima die rogationum in mane clauditur hæc solennitas, & durat prohibitio usque ad octauam diem post Pentecosten inclusiuè, & sic loquitur Clemẽs Papa in sua epistola decre tali, extra de fer. capellanus. A prima quoque dominica Aduentus usq; ad Epiphaniam non debent nuptiæ celebrari, ut in prædicto c. non oportet. 23. q 4 nec etiam fierent usque ad octauam Epiphaniæ, nisi quia dominus nuptias cum sui præsentia, cum etiam miraculo decorauit. Vnde tũc cantatur: Hodie cælesti sponso iuncta est ecclesia. Quidam tamen dicũt sanctius esse, q hæc prohibitio usque ad octauam ip sius festi extendatur, sicut & officium cõ-

uersionis aquæ in uinum fit in nuptiis. In præmissis ergo temporibus matrimonia non contrahuntur: quoniam ipsa tempora sunt orationi deputata. † Et ideo debet tũc 8
homo a lecto uxoris sequestrari. Generaliter enim tempore, quo abstinetur a nuptijs, abstinendum est etiam a coniugali amplexu 33. q. 4. per totum. nisi forte ob fragilitatem humanitatis uir ab vxore poscat coniugale debitum. vel ecõuerso, quoniam poscenti soluendum est, quia secundum Apostolum uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & ecõuerso, extra de conuer. cõiu. quoddam. Licet autem solennitas nuptiarum præmissis temporibus interdicta sit, quocunque tñ tempore matrimonium legitimè per verba de præsenti cõtractum est, tenet. Quòd verò statutum fuit in canon. 23. q. 4. non oportet, q triplicibus septimanis præcedẽtibus festum beati Ioannis Baptistæ nuptiæ non celebrarentur, ideo factum fuit, ut liberius orationi uacetur. Instituerat enim ecclesia prius duas quadragesimas, præter maiorem, unam ante Natale Domini, quæ com muniter uocatur sancti Martini, & durabat usque ad Natale. Aliam scilicet quadraginta dierum ante festũ beati Ioannis Baptistæ, in quibus vacandum erat orationibus, eleemosinis, & ieiunijs. Sed propter hominum fragilitatem illæ duæ ad unam sunt redactæ, & iterũ illa diuisa est in tres hebdomadas aduentus, & tres ante natiuitatem sancti Ioannis, in quibus est ieiunandum, & a nuptijs est abstinendum.
¶ Porrò † secundum beatum Isidorum ea- 9
dem quæstione, fœminæ dum maritantur, ideo velantur, ut nouerint se semper uiris suis subditas esse. Et quia Rebeca videns Isaac, se uelauit. ¶ Item ideo nubentes post *Gen. 24.*
benedictionẽ uita uno inuicẽ uinculo copulantur, ne compagem, ideſt fidem unitatis coniugalis disrupant. Eadem verò uitta candida, purpureoque colore permisce tur: quia candor est munditia uitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, vt hoc signo, & continentia, & lex continendi ab utrisq; ad tẽpus admoneatur, post hoc ad reddendum debitum non negetur.
¶ † Item, q in primis anulus a sponso spon 10
sæ datur fit unicum propter mutuæ dilectionis signum, uel propter id magnis

vt

vt pignore, ideſt, signo eorum corda iunguntur. Vnde & in quarto digito ideo anulus inseritur, quia in eo uena quædã (ut fertur) sanguinis ad cor usque perueniat. Item Protheus quidã sapiens primum ob amoris signũ ferreum anulum fecit, & inibi adamantẽ inclusit, & inde subarrare spõ
11 sas instituit, quia sicut ferrum † omnia domat, sic amor omnia uincit, quoniam nihil amoris furore vehementius, in authen. de nup. Et sicut adamas est infrangibilis, sic
Cant. 8. & amor est insuperabilis, Fortis est enim ut mors dilectio, Ideoq; in digito anulari in quẽ vena procedit a corde, illum portare instituit. Postmodum verò pro ferreis sunt aurei cõstituit, & pro adamante gem mis ornati, quia sicut aurum cætera me talla, sic amor uniuersa bona præcellit. Et sicut aurum gemma decoratur, sic coniuga lis amor cæteris uirtutibus adornatur. Nu ptiæ autem secũdùm Amb. ea. q. nec illud. dictæ sunt a nubendo. Illæ enim quæ nubunt, caput propter uerecundiam obuela
Gen. 24. re, non loqui solent. Vnde & Rebecca, uiso Isaac, cui despõsari debebat, caput obuelare cæpit 32. quæst. 2. honorat. in fi. Ve recũdia namque debet præcedere nuptias, quo ipsum coniugiũ plus uerecundia commendet, & magis expetita debeat videri a viro, quàm ipsa uirum expetijsse. Sed secundum Hie. ea q connubia. Cõnubia legitima peccato carent, non tamen tempore illo, quo actus coniugales geruntur, præsentia Spiritussancti datur, etiam si per fectus esse uideatur, qui officio generatio-
12 nis obtequitur. ¶ † Notandum etiam est, q triplex spirituale sacramentum in carnali matrimonio consumato designatur. Primum sacramentum est vnio spiritualis animæ ad Deum, & per fidem, dilectionẽ, & charitatem, siue unio uoluntatis, scilicet charitas, quæ consistit in spiritu inter Deũ & iustam animam. extra de biga. debitum.
1. Cor. 5 vnde Apostolus: Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum illo. Hoc sacramentum significatur per coniunctionem animorũ, habitum in prima desponsatione carnalis matrimonij. Secundum est unio humanæ naturæ ad Deum, quæ facta est in utero uirginali per incarnationem uerbi Dei, siue naturæ conformitas, quæ consistit in carne inter Christum & sanctam ecclesiam, de consec. dist. 2. in Christo patre.
Ad quod pertinet illud, Verbum caro fa- *Ioan. 1.*
ctum est &c. Hoc sacramẽtum designatur in matrimonio carnali per coniunctionem corporum consumato, non quòd ipsa coniunctio, in qua Spiritussanctus non adest, illud designet, sed per ipsum actum consumatum significatur. ¶ Tertium sacramentum est ecclesiæ unitas, ex omnibus gentibus collecta, & uni viro, scilicet Christo subiecta 26. dist. Acutius. Hoc sacramentum significatur in eo, qui unicam tantũ, & virginem habuit vxorem, facto postmodum clerico, & ordinato. ¶ Vbi † vero quis 13
ad bigamiam, siue ad secundum matrimonium transit, iam ab unitate recedit, quia carnem suam in plures diuidit, & sic huius tertij sacramenti significatio in eo non ca dit, quare promoueri non potest, nam promotus unitatem significare nõ potest. Præterea, per secundum matrimonium recedit a prioris coniunctione matrimonij, ecclesia verò, ex quo se Christo coniunxit, nunquam ab eo d scessit, nec ab ea Christus. Bigamus ergo talem unitatem significare non potest. Vnde meritò propter huius sacramenti defectum promoueri nõ põt, extra de se. nu. c. 1. & c. vir. & 30. quæ-
stio. 1. de his. ¶ Illud etiam † nota, q sicut 14
statutum est in Concilio Charta. 25. dist. sponsus. & 23. dist. sponsa. Sponsus & spon sa benedicendi a parentibus, vel a paranymphis, offerantur ecclesiæ sacerdoti. Accepta autẽ benedictione eadem nocte pro reuerentia benedictionis in uirginitate permaneant. Cæterum † nuptiæ benedi 15
cendæ sunt a sacerdote cum precibus, & oblationibus ex institutione Euaristi Papæ 30. q. 5. c. 1. Veruntamen uir & mulier ad bigamiam transiens matrimonium cõtrahendo, nõ debet a presbyteris benedici. ex. de se. nu. ca. 1. & c. 7. 21. q. 1. de his qui. quia cũ alia vice benedicti fiat eorum benedictio iterari non debet. Nõ ergo debent nuptiæ benedici, nisi vbi virgo cum virgine contrahit, propter rationẽ, quæ ponitur in proœmio secũdæ partis, imo presbyter, qui benedictionẽ cum secunda uxore celebrauerit, officio & beneficio suspensus est ad sedem apostolicam mittendus, quod quidem ad exhortationem continẽtiæ noscitur introductum, secundùm quo-

rundam

rundam locorum consuetudinem, si quis contrahat cum secunda uirgine benedictio iteretur, & hoc si dominus Papa sciat, & toleret, alioquin non valet. Dicunt etiam quidam, ꝙ si aliqui uirgines contrahentes non fuerint benedicti, facti bigami iterum contrahendo poterunt benedici, sed & si contrahentes fuerint benedicti, licet se nō cognouerint carnaliter, non ideo iterū cōtrahentes benedicentur. De benedictione uirginum dicetur in proœmio secun-
16 dæ partis. ¶† Notandum autem est, quòd unum sacramentum dignius est alio quatuor modis, scilicet, ratione efficacię, ut baptismus, ratione sanctitatis, ut eucharistia, de consec. dist. 2. nihil. ratione significationis, ut coniugium. Quidam tamen non approbant istum modū. Et ratione conferen-
17 tis, ut cōfirmatio, & ordo. ¶Sed † quæritur, quare instituta sunt sacramenta, quia sine illis potuisset Deus humano generi uitam æternam & gratiam donasse. Respondeo propter tria. ¶Primò, propter humiliationem, ut dum homo ex Dei præcepto se rebus insensibilibus, & se inferioribus reuerenter subiecit, ex hac obedientia magis apud Deum mereatur. ¶Secundò propter eruditionem, ut per id, quod foris in specie uisibili cernitur, ad inuisibilem uirtutem, quæ interius est agnoscenda, mens eruditur. ¶Tertiò propter exercitationem, quia cum homo otiosus esse nō debeat, prœponitur ei utilis, & salubris exercitatio in sacramentis, qua uanam, & noxiam declinet occupationem, Iuxta illud, Semper aliquid boni operis facito, ut diabolus inueniat te occupatū. de consecr. dist. 5. nunquam, Non ergo debent omitti, prout in præcedenti tit. dictum est.

LIBER SECVNDVS.

S V M M A.

1 *Secta hominum tres in summa.*
2 *Gentilium secta.*
3 *Vates quis dicatur.*
4 *Hebræorum secta.*
5 *Christianorum nomen ubi primū inuentū*
6 *Christi nomine, & eorundem interpretatio, & nu. 8.*
7 *Christi nomina quædam dicuntur de ipso relatiue, quædam non.*
9 *Deus, uer. attribuitur trinitati, qualiter*
10 *Iesus unde dictus Nazarenus,*
11 *Clericales qui dicātur, & unde, & nu. 26*
12 *Monachorum quatuor genera.*
13 *Religio unde nomen sortita.*
14 *Ecclesiasticarum personarū duo genera, & unde ortum habuerint. nu. 15.*
16 *Episcopalis ordo quadripartitus est.*
17 *Papa est caput Ecclesiæ. Cardinales cardines.*
18 *Patriarcha quis dicatur.*
19 *Archiepiscopus quis, & unde dictus.*
20 *Metrapolitanus unde nomen sortitus.*
21 *Prælatus quisquam nō potest se uniuersalem appellare.*
22 *Episcopatum & graduum diuersitas unde fluxerit.*
23 *Flamines qui, & unde dicti.*
24 *Episcopos & præpositos Dominus elegit, quis autem diaconos.*
25 *Presbyterorum institutio unde primum.*
29 *Corona clericorum cur instituta. Itē unde originem duxerit, nu. 31.*
27 *Clerici cur patentibus auribus incedant.*
28 *Corona clericorum forma.*
29 *Figura circularis dignitas & eminentia.*
30 *Clerici sunt sacerdotes, & reges.*
32 *Pili unde manant, & quo consilio rescindantur, maxime uiris ecclesiasticis.*
33 *Clerici ad quid instituantur. Et quare in quatuor temporibus. nu. 34.*
35 *Clerici cur maxime ordinētur diebus sabbatorum.*
36 *Dominica die celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum.*
37 *Subdiaconos facere die dominica an liceat.*
38 *Ieiunium sequens an possit transferri in præcedentem hebdomadam.*
39 *Virginū cōsecratio quo tempore fiat. Et quo loco, quoue apparatu, ac ordine. n. 40. 43*
41 *Episcopus consecrandas uirgines ter compellat eodem uerbo.*
42 *Virgines consecrandæ deponunt uestes teteres, & induūt nouas. Et qua id significatione.*
44 *Virginibus cur uelum imponatur.*
45 *Velum est quintuplex.*
46 *Viduā quid prohibeat uelari ab episcopo*
47 *Sacerdos non debet interesse secundo nubentibus.*
48 *Diaconissarum institutio antiquitus: Pontifex Romanus quot ordines clericorum possit adhibere in celebratione.*
50 *Ordines ecclesiasticis quot.*
51 *Ordinum quidam sacri, quidam non. Et utrorumque enumeratio.*
52 *Spiritussancti septem dona correspondent septem ecclesiæ ordinibus.*
* 53 *Ordinis Ecclesiastici spiritualiter, & specialiter in ecclesia designantur.*

ARGVMENTVM.

De Ministris & Ordinibus Ecclesiasticis, & de eorum officijs
Cap. 1.

1 IN hac secunda parte de ministris, & ordinibus ecclesiasticis, eorumq; officijs, tractare præuidimus, ꝑmittentes † ꝙ tres sunt sectæ famosę, videlicet, Gentiliū Hebræorū, & Christianorū. Prima est erroris. Secūda ueritatis. Tertia ueritatis, & salutis. In prima naufragamur. In secda a periculo eripimur. In tertia saluamur. Prima secta dicitur à secando, quia secat, idest, separat nos à Deo. Secunda, & tertia a sectando & tenendo, qm illuminant saluant, & liberant. Christianorum personæ tam seculares, quàm ecclesiasticæ de alijs duabus sectis sumptæ sunt, Hebræa uidelicet, & Gentil. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarum, scilicet laicales, & ecclesiasticæ, 12. quæst. 1. duo, sic & apud Gentiles & He-
2 bræos. ¶Apud † Gentiles quidem seculares personæ erant hæ, nempe monarcha, scilicet Imperator Romanus, patritij, qui & senatores dicebantur, ad quorum arbitriū uniuersa ordinabantur, Reges, Duces, Comites, Præsides, Præfecti, Suffecti, Tribuni militum, Tribuni plebis, Prætores, Centuriones, Decuriones, Quaterniones, Duumuiri, Quæstores, Aediles, & Aulæ Ianitores. Inter poetas uerò erāt adnocati, carminum relatores, carminū scriptores, comœdi, tragœdi, & historiographi. ¶† Vates autem, qui a ui mentis dictus est, modo sacerdotem, modò prophetam, modò poetam significat, secundùm Isidorum in ritu templorum erant apud Gentiles archiflamines, protoflamines, flamines, & sacerdotes, ut iam dicetur. Erant quoque apud eos uirorum, & mulierum religiosi conuentus. ¶Apud † Hebræos 4 quoque eadem erat diuersitas personarū, aliæ namque erant seculares, aliæ diuino cultui, uidelicet in templo dedicatæ. In templo erant summus sacerdos, ut Melchisedech, minores sacerdotes, leuitæ, nathinæi, luminum extinctores, exorcistæ, ianitores, & editij, seu cantores. Super populum uerò legendum, erat dux populi Moses, & sub eo, quos ipse constituerat ad consilium Ietro soceri sui, erant etiam Chiliarchæ, & Acontarchæ, Pentacontarchæ, & Decacontarchæ, ideſt millenarij, centenarij, quinquagenarij, & decani. χιλιὰς, enim interpretatur mille, & ἄρχων, principes, inde, χιλιάρχος, ꝙ præ est mille hominibus, inde, & Acontahar-cha, qui super centum potestatē habebat, Pentacontarcha dicitur, qui præest quinquaginta Πέντε. enim quinque sonat. Decanus, qui decem. Δεκα, enim decem sonat. Apud Christianos quoq; similis diuersitas reperit. ¶Et nota, quòd Christiani a Christo dicti sūt. Christus verò a chrismate, de quo dictū est in parte prima sub tit. de consec. ¶† Nomē Christianorū primum 5 in Antiochia inuentum est. Antea enim omnes uocabantur discipuli, uel fratres, donec Apostoli in Antiochia concilium fecerunt. 2. qō. 3. ad mensam: Et dicuntur *Act. 2.* Christiani orthodoxi, ideſt, rectè glorianteſ, & ut creduut uinētes. Nam ὀρθὸς, *Ps. 44.* Græcè, dicitur rectè Latinè, & δόξα, gloria. Dicitur ergo Christus a chrismate, *Cant. 1.* quasi unctus. Ipse autem unctus est æter- *Ps. 104.* naliter a Deo præ consortibus suis, prout legitur in Actibus Apostolorum, & hoc nomen est oleo effusum. Hinc est, ꝙ in veteri testamēto sacerdotes, & reges Christi noncupabantur, quia uncti erant unctione temporali. Iuxta illud. Nolite tāgere Christos meos. Hoc † autem nomen Christus 6 non est proximum nomen Saluatoris, sed est communis nuncupatio potestatis. Est enim cōmune nomen dignitatis. Sed hoc nomen Iesus proprium est uocabulū personæ Saluatoris, quo ab Angelo Gabriele in conceptione uocatus est, euangelistā

testante,

testante. Vocabis (inquit) nomen eius Iesum, & ab hominibus in circumcisione. ¶Et nota, q̃ Iesus, Hebraice dicitur Messias, Græcè Christus, vel σωτὴρ vel σωφὴρ Latine vnctus, ut præmissum est, uel Saluator, eo q̃ ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Potestatem enim habet dimittendi peccata, sicut ipse dicit, uel saluatoris, quia ipse nobis salutem dedit. Si enim præcepta eius seruauerimus, vitam æternam possidebimus. Hoc autem nomen Iesus, Porphyrius philosophus Græcus, & Latina lingua peritus, scribebat Latine Iesus, Græcè vero per h, quâ Græci pro i longa, sonãt. Vnde & quidam proferunt gysus, Latini erò per e longam. Rectius ergo videtur sic esse pingendum, Iesus, per Græcam abbreuiationem, quam Hiesus per Latinam aspirationem. Sed & hoc nomen Christus, cum sit Græcũ, Græca scribitur abbreuiatione sic, Christus. Nam Græci ponunt x pro chi. p. verò pro r, & c. pro s. Si autem scribitur per, s, a Latina terminatione finitur. ergo si longo schemate scribitur, sic per aspirationẽ pingatur Christus. ¶Circa † nomina autem
7 Christi notandum est, q̃ quædã ex ipsis dicuntur de Christo relatiuè, seu quasi relatiue, ut pastor, sponsus, & mediator, quędã non relatiuè ut homo, quædam translatiuè, ut agnus, ouis, uitulus, serpens, aries, leo, uermis, & quædam cum sint institutio ne relatiua, sunt & prærogatiua priuilegij appropriata, ut Christus. Iesus autem est proprie proprium nomen eius, ut præmissum est. Vocatur ẽt Christus, α & ω, idest principium, & finis. & Hebraicè Emanuel, quod est nobiscum Deus, interpretatum. Nobiscum enim est per præsentiam maiestatis, per participationem ueritatis, & per uinculum charitatis, & per adimpletionẽ ueritatis. ¶Vocatur præterea, uia, ueritas, & uita. ¶Via in exemplo, uel præcepto.
8 ¶†Veritas in promissione. Vita in præmio. Sabaoth verò, idest Deus exercituum Adonai, quod est Domine, Αθανατος, idest, immortalis, Κυριος, idest, dominus, Θεὸς, idest, Deus Παναγιος, idest, optimus. pater disponens, vel perfectus, Ομούσιος, idest, unus essentiæ, nomina sunt Dei, non tantum personæ Christi, de consecr. dist 2. ego. Vocatur præterea Christus, secundum Esaiam, admirabilis consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Admirabilis in incarnatione. Consiliarius in integra rerum cognitione. Deus in rerum creatione. Fortis in rerum dispositione. Pater futuri seculi in meritorum retributione. Princeps pacis dicitur, vel quia fuit mediator Dei & hominum, vel etiam hominum & angelorum, vel quia confert illis pacem, quæ exuperat omnem sensum, cuius pacis non erit finis. ¶Vocatur etiam Christus ineffabili nomine τετραγραμματον, idest, quatuor literarum, sunt ioth, he, uau, het, quæ sunt apud nos prima quæstione quinta, he, est ergo nomẽ leue, q̃d dicitur ineffabile, nõ quia non valeat fari, sed quia non est Deus hoc nomine, nisi in arduis inuocandus, vel quia eius sententia sufficiẽter nequeat explicari. Cuius interpretatio est talis, ioth principiũ, he iste, uau passionis, beth, uitæ quasi iste est principium uitæ passionis. Genitiuus more Græcorum ponitur pro ablatiuo, passionis, pro passione, idest per passionem. Quomodo autem uita nostra ab ipsius morte dependeat, non possumus intueri. De hoc dicẽt in tertia parte sub tide indumentis legalibus. ¶Hoc†autem no 9
men Deus appropriatur patri & filio, & spiritui sancto, prout in symbolo Athanasij legitur. Quamuis etiam quandoque ad alias personas extẽdatur, iuxta illud. Dijs non detrahes. extra de hær. cum ex iniuncto. 2. q. 1. ex sacerdotibus. Et Alibi, Appli 1. Cor. 5.
ca illud ad Deos. Et Apostolus. Nam & si 1. Cor. 4.
sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, nobis tantum unus Deus pater, ex quo omnia. & idem. Si nostrum euangeliũ est opertum, in his, qui pereunt, est opertũ in quibus Deus huius seculi excęcauit mẽtes infideliũ. ¶†Rursus Iesus dictus est Nazarenus à quodam uico Galileæ, Deus dictus est propter unicam cum patre substãtiam, Dominus verò dicitur propter seruientem creaturã, Deus & homo dicitur, quia verbum & caro. Verbũ dicitur, quia pater per eum omnia condidit, siue iussit. Imago dicitur propter parem similitudinem patris. ¶Siquidem apud Christianos seculares personæ, laici dicuntur. λαος enim Græcè, dicitur populus Latine. ¶Clericales † sunt, qui in ecclesia deseruiunt. 11

vel

Luc. 1. Matt. 2. Matth. 5.

Apoc. 1. Esa. 7. Matt. 1.

Ioan. 3.

Esa. 9.

P. 4.

10

vel ipsam regunt, à κλήρος, quod est sors prout iam dicetur. Hi autem subdiuiduntur in monachos, idest in singulariter degẽtes 1. q. 1. si cupis. Nam μονος Græcè dicitur singularis Latinè, & alios religiosos.
12 Sunt † autem quatuor genera monachorum. Alij sunt cœnobitæ, qui uidelicet in cõmuni monasterij regula & uita obedientiæ, maiorũ deseruiunt. Alij sunt anachoritæ, qui uidelicet ædificant solitudines, & quãuis in cõi uita positi. priuatæ tamẽ cõtemplationi uacant, alij sunt eremitæ, qui uidelicet solitarie in desertis degunt. Alij sunt gyrouagi, idest, uagabundi, & circ-
13 cumcelliones. 23. q. 5. c. 1. ¶† Religio uero dicta est, quia per eam uni Deo religamur ad diuinum cultum uinculo seruiendi, & in clericos seculares, qui usurpato nomine seculares dicuntur, extra de offic. or. licet. ad differentiam regularium, qui proprio carent, quod non contigit in istis. Nam & secundum Aug. 2. quæst. 1. legi. Bonus non monachus, uix bonum clericum facit. ¶Sed ecclesiasticarum personarum
14 duo sunt genera. †Nam aliud est dignitatis. Aliud ordinis. Dignitatis, ut Papa, patriarcha, Primas Archiepiscopus, siue metropolitanus, quod idem est, episcopus archidiaconus, & archipresbyter, & præpositus. Quamuis omnes, qui præsunt, præpositi generaliter ritè uocẽtur. extra de uerb. signifi. quamuis. ¶In choro uerò personæ sunt decanus, subdecanus, cantor, sine præcentor, succentor, thesaurarius, siue sacrista, archiacola, & huiusmodi. ¶Dignitates autẽ ut & ordines à lege originem, & exemplum traxerunt. Iuxta illud, Constitues eos principes super omnem terram quanquàm quidam dicant dignitates à gẽtilitate sumpsisse initium. Ordinis aũt personæ sunt, sacerdos, diaconus, & cæteri,
15 quos inferius prosequimur. ¶†Qualiter à ueteri ritu tã Gentiliũ quàm Hebræorũ ad cultũ præsentis ecclesiæ translatio personarũ facta sit, & qualiter ab illis personæ dignitatũ in ecclesia originem habuerint, breuiter uideamus. Et quidẽ dominus Papa, qui pater uel custos patrum est, uicem gerit summi Pontificis. ¶Romanus Imperator monarchæ similitudinem gerit.
¶Senatoria, & patritiorũ dignitas manet in ecclesia in quatuor patriarchis, & in ecclesia Romana in Cardinalibus. 86. dist. a. Constantinus. Primates, qui tribus archiepiscopis præesse habent, regem exprimũt, qui tribus ducibus præest. Metropolitani seu archiepiscopi Ducibus comparantur, qui pluribus Comitibus præsunt, sicut illi pluribus episcopis. Pelagius tamen Papa dicit 6. q. 3. scitote, q̃ una prouincia habet regem & metropolitanum. ¶Episcopi Comitum similitudinem gerunt.
¶Corepiscopi, quorum potestas sublata est 68. d. quamuis. &c. corepiscopi præsidum & præfectorum. Præpositi uerò tribunos militum imitantur. Archipresbyteri tribunos plebis. Cancellarij Prętores. Archidiaconi Centurionis Decani Decuriones. Presbyteri Curati aduocatos.
¶Personæ quoque ordinum ab illis originem habuerunt. Nam presbyteri uices gerunt ędilium. Diaconi quaternionum. Subdiaconi Duumuirorum. Exorcistę quæstores imitantur. Ostiarij aulę ianitores Lectores carminum relatores. Acolyti carminum scriptores. Sanè † episcopalis or- 16
do secundum Isidorum, 21. d. cleros. quadripartitus est, uidelicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis. ¶†Apostolicam autẽ fides, sicut ait 17
Anacletus Papa 22. dist. sacro. caput & cardo est aliarum, quoniam sicut ostium cardine regitur, sic illius authoritate omnes ecclesię reguntur: & inde dicti sunt Cardinales, per quos tota ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur. Illius autem prælatus Papa, idest pater patrum uocatur & uniuersalis, quia uniuersæ ecclesiæ principatur, & Apostolicus, quia principis Apostolorum uice fungitur, & summus Pontifex, quia caput est omnium Pontificum, a quo illi tanquam a capite membra descendunt, & de cuius plenitudine omnes accipiunt, quos ipse uocat in partem solicitudinis non in plenitudinem potestatis. extra de usu pal. c. ad honorem. Hic est Melchisedech, cuius sacerdotium non est cæteris comparatum. ¶Patriarcha uero. †Græ- 18
ca lingua, summus patrum interpretatur, quia primum, idest Apostolicum retinet locum 11. dist. cleros, & ideo quia summo honore fungitur tali nomine censetur, sicut Romanus, Constantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosoly-

mi-

mitanus. Dicitur etiam Patriarcha, quasi pater arcæ, ideſt Eccleſiæ, vel pater patrũ, princeps ἀπὸ τοῦ ἄρχειν, enim Græce, Princeps interpretatur Latinè. Hic eſt Moſes, qui Aaron in Pontificem oleo conſecrauit.

19 ¶ † Archiepiſcopus Græco uocabulo dicitur, eo qđ ſit ſumus, ſeu princeps Epiſcoporũ Tenet enim uicem Apoſtolicam, q̃ præſidet tam metropolitanis, quàm cæteris Epiſcopis. ¶ † Metropolitani, ſeu metropolitæ à menſura ciuitatum uocantur, ſingulis enim prouincijs præeminent. quorũ authoritati & doctrinæ cæteri ſacerdotes ſubiecti ſunt, ſine quibus nihil reliquis Epiſcopis agere licet. Solicitudo enim totius prouinciæ eis commiſſa eſt. Vnde Pelagius Papa ait 5. q. 3. ſcitote. Scitote certam eſſe prouinciã, quę habet decem aut undecim ciuitates, & unum Regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe & unum Metropolitanũ, aliosq̃ ſuffraganeos decem uel undecim iudices epiſcopos. Ad quorum iudicium omnes cauſæ epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ad ciuitatem referãtur. Omnes autem ſuperius deſignati ordines epiſcoporum, & ſuperiorũ uno eodemq̃ uocabulo epiſcopi nominantur. Sed priuato nomine quidam utuntur propter diſtinctionem poteſtatis, quã ſingulariter acceperunt. Epiſcopatus uocabulum unde dictum ſit, ſub tit. de epiſcopo dicetur. Porrò ſecundùm Anacletum Papam 91. d. prouinciæ. Primates. & patriarchæ diuerſorum nominum, ſed eiuſdem formæ atque officij ſunt. Et ideò quidam Primates uſurpant ſibi nomẽ patriarchæ, vt Aquilegien. & Granden. Primatia autem dicta eſt à primitijs conuerſionis

21 ad fidẽ. ¶ † In concilio quoque Africano, eadem diſt. 1. ſtatuum eſt, ne primæ ſedis epiſcopos princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi ſed tantum primæ ſedis epiſcopus appelletur. Pelagius etiã Papa ſtatuit ea. d. c nullus, ut nullus patriarcharũ uniuerſitatis uocabulo unquam utatur, nec aliquis in ſuis epiſtolis uniuerſalem nominet illum, quia ſi unus patriarcha uniuerſalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur & ſubtrahitur. ¶ Ad hæc ſummorum Pontificum, præſulum, atque reliquorum ſacerdotum inſtitutio in ueteri teſtamento ſumpſit exordium, & in nouo eſt plenius conſumata. 16. d. §. 1. Summa namque atque minores ſacerdotes à Deo per Moſen inſtituti ſunt, ut perpetuus eſſet cultus tabernaculi per ſucceſſores eorum a filijs Iſrael Dauid autem ad miniſteria domus *Exo. 3.* Dei amplius ianitores inſtituit, & cantatores. Salomon exorciſtas inuenit, ſicut ſub titulo de ſacerdote dicetur. Hæc omnia eccleſia in nouo teſtamento imitata eſt, ut iam dictum eſt. Habet enim ianitores, quos oſtiarios appellamus, pro cantoribus uerò lectores ſimul & cantores inſtituit exorciſtas etiam nomine, & officio antiquo manente recepit, pro filijs Aaron. Omnes infra ſummum Pontificem ſacerdotum adminiſtrantes, conſecrati ſunt, inter quos quædam † diſcretio eſt exor- 22 ta, ut alij appellentur ſimpliciter ſacerdotes, alij archipresbyteri, alij epiſcopi, alij archiepiſcopi, ſeu metropolitani, alij primates, alij patriarchæ, alij ſummi Pontifices, ut præmiſſum eſt. Quę diſcretio maximè à Gentilibus introducta eſt, qui ſuos flamines, alios ſimpliciter flamines, alios archiflamines, alios proflamines, ideſt primates appellabant, hi in capite pileum habebant, in quo erat breuis uirga, qua à carnibus ſacrificiorum aues arcebant. Pileum autem ipſum de ſuper aliquid lanæ habebat, quod cum per æſtum ferre non poſſent, filium tantum in capite ferre cœperunt. Vnde filo quo † utebantur, flamines dicti ſunt, quaſi filamines. 23 Verum feſtiuis diebus filo depoſito pro ſacerdotij eminentia pileum imponebatur. Maiorum quoque & minorum ſacerdotũ diſcretio in nouo teſtamento ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui Apoſtolos pro maioribus, diſcipulos pro minoribus ſacerdotes inſtituit. Petrum uerò in ſummum ſacerdotem elegit. Apoſtoli etiam eandem formam ſecuti in ſingulis ciuitatibus epiſcopos & presbyteros ordinauerũt, prout ſub tit. de ſacerdote dicetur. Leuitas uerò ab Apoſtolis legimus ordinatos Vnde Cyprian. ait 93. diſt. dominus. Meminiſſe debent diaconi, quoniam epiſcopos † & præpoſitos dominus elegit, Diaconos 24 autem poſt Aſcenſionem domini in cœlum Apoſtoli ſibi conſtituerunt, ſubdiaconos, & acolytos tempore procedente

dente eccleſia ſibi conſtituit. Et ſicut canõ Clementis Papæ teſtatur 81. diſt. in quibus beatus Petrus epiſcopus. Primates uel Patriarchas in illis ciuitatibus poni præcepit, in quibus olim apud Ethnicos, ſiue Gentiles erant flamines eorum, atque primæ legis doctores. In quibus uerò olim apud eos erant eorum archiflamines, quos minores reputabant quàm dictos. Primates eorum, Archiepiſcopus inſtituti præcepit, & in ſingulis reliquis ciuitatibus ſingu-

25 los epiſcopos † Anacletus quoq; Papa ea. d. epiſcopi. inſtituit presbyteros per caſtella & uillas poni, & ordinari. Cæterum in

Leui. 12 Leui. legitur uoce ſuperna ad Moſen dictum eſſe: Loquere ad Aaron, nemo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo ſuo, nec accedat ad miniſterium eius, ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi paruo, uel grandi, uel torto naſo, ſi fracto pede, ſi mancus, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugẽ ſcabiem, ſi impetiginem in corpore, ſi ponderoſus, ſi languidus, quia indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo. 71. diſt. hinc etenim, & cap. ſeq. in quo inſtruimur quales à clericatu ſint repellendi. ¶ Dicuntur autem clerici à κλῆρος Græcè, quod eſt, ſors ſeu hæreditas Latinè, quaſi ſint de ſorte Domini, uel quaſi Dominus eorum ſors ſit, iuxta illud Prophetæ: Dominus pars hæreditatis meæ &c. 12. q. 1. clericus. &c. qui extra, de præben. cum ſecundum.

Pſ. 15. Ex quo patet, q̃ nihil extra Deũ hére debent, ſed ſolũ decimas, primitias, & oblationes, quæ ſunt hæreditates Domini, accipiant ſiue quaſi ſint ſorte electi. In ueteri nanq; teſtamento, & apud Gentiles, & clerici, & ſacerdotes ſorte & libris eligebantur. in nouo teſtamẽto Mathias ſorte ele-

Pſ. 15. *Act. 1.* ctus eſt. Primus autẽ clericus factus eſt Petrus. Iginius Papa decimus à beato Petro compoſuit clerum & diſtribuit gradus.

26 ¶ † Circa coronam clericorum tria attendenda ſunt, ſcilicet Capitis abraſio. Capillorũ detruncatio. Formæ circulatio. Ad capitis abraſionẽ tria ſequuntur, ſcilicet mũditiæ cõſeruatio, deformatio, & denudatio, munditiæ conſeruatio, quia ex capillis ſordes in capite aggregantur. Deformatio, q̃ capilli ad ornatum ſunt, ſignificat ergo tonſura mundam, & non formabilem uitam, ideſt q̃ clerici debent habere munditiam mentis interius, & non formabilẽ uitam, ideſt non exquiſitum habitum exterius, ſecundum Dionyſium in eccleſiaſtica Ierarchia. Raſura quoque & tonſura capillorũ eſt depoſitio omniũ temporalium. Clerici enim uictu & ueſtitu contenti omnia cõmunia habere debent 12. quæſtio. 1. clericus, & cap. dilectiſſimis. Vnde iuxta Apoſtolum: Comam non nutriant, ſed caput deſuper in modũ ſphærę radant. 23. d. prohibitæ. Denudatio autem ipſa ſuperioris partis capitis, nullũ debere eſſe medium inter nos & Deum, demonſtrat, vt reuelata facie gloriam Domini liberè contemplemur. Rurſus radimus caput relictis inferius in modum coronæ capillis, quia caput mentem ſignat, capilli verò ſeculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur ſuperius à capillis, ita mens noſtra dum ſuperiora, ideſt cœleſtia cogitat, à ſecularibus cogitationibus mundari debet. Sed pars inferior capillos habet, quia non eſt prohibitum aliquando de ſecularibus cogitare, ſine quibus uita præſens duci non poteſt. 1 q. 1. ſi quis obiecerit. Circa detruncationem capillorum notandum eſt, quia illa ſignificat, quòd clerici omnes ſuperfluas cogitationes debent a mente abſcindere. ¶ † Abtonſo igitur capite, & patenti- 27 bus auribus incedere debent, ne capilli creſcendo aures operiant, & oculos impediãt 23. diſt. non liceat, quoniam prouidendum eſt, ne ſeculares cogitationes, aures, & mentis oculos impediendo, nos ad ſecularia trahant. Vnde capillos ſuper aures tondeamus, vt quinque capitis ſenſus expeditos ad Dei ſeruitium habeamus.

¶ Bene igitur ad Ezechielem dicitur, Sa- *Ezec. 44* cerdotes caput ſuum non radent, neq; comam nutriant, ſed tondentes attondeant capita ſua. Si quidem ut ait Greg. in paſtorali. li. 2. c. 18. Capilli in capite exteriores, ſunt cogitationes in mente. Qui dum ſuper cerebrũ inſenſibiliter oriuntur, curas uitæ præſentis exprimũt. Quæ quia ex negligentis ſenſu importunè aliquando prodeunt, quaſi non nobis ſentientibus procedunt. Quia ergo ſacerdotes, qui ſunt ſacri fidelium duces, ſolicitudines exteriores habere poſſunt, nec tamen eis uehementer incumbere debent, rectè caput

radere,

radere, vt comam prohibentur nutrire, vt cogitationes cordis de vita subditorum, nec à se funditus amputent, nec rursus ad crescendū nimis relaxēt. Et bene subditur. Ezc.44. Tondentes adtondeāt capita sua, vt videlicet curiæ temporales solicitudines, & quarum necesse est, prouideant, tamen rescindantur citius, ne immoderatius excrescāt. Dum ergo per administrationem exteriorum prouidentia corporum vita protegitur, & rursum per moderatā cordis intentionem non impeditur, capilli in capite sacerdotis reseruantur, vt cutem cooperiant, & resecantur, nec oculos claudant. Circa formæ circulationē seu coronā sciendum 28 est, q̄ fit propter multa. ¶ † Primo in signum, q̄ Christus rex noster seipsum in ara Crucis oblaturus spineam coronā portauit. Vnde & nos, qui per eandem passionem saluari desideramus, Dominicæ passionis signum, idest formam spineæ coronæ, quam ipse ut spinas peccatorum nostrorum auferret in passione portauit in capite, in verticibus nostris portamus, ut sicut ille pro nobis, sic & nos pro illo irrisiones, & opprobria paratus esse libenter sufferre monstremus. ¶ Secundò, circulus capillorum, virtutem æqualitatis vndique rationi consentientē designat: Tunc enim temporales res bene cogitantur, si conue- 29 niant rationi. ¶ † Tertiò circularis figura fit, quia hæc figura non habet principium, neque finem. Per quod datur intelligi, quòd clerici sunt ministri Dei, qui non habuit principium, neque habebit finem. ¶ Quartò, hæc figura nullū habet angulū, per quod significatur, q̄ clerici non debent habere sordem in uita quoniam, ubi angulus, ibi sordes, vt dicit Bernardus. Et q̄ debent habere veritatē in doctrina, quoniam veritas angulos non amat, ut dicit Hieron. ¶ Quintò, quia hæc figura omnium figurarum est pulcherrima. Vnde in hac Deus cœlestes creaturas fecit, per quod significatur, q̄ clerici debent habere pulchritudinem interius in mente, & exterius in conuersatione. ¶ Sextò, quia hæc figura est omnium simplicissima. Nam secundum Aug. nulla figura ex una linea tantùm consistit nisi sola circularis, quæ vnica linea claditur, per quod significatur, quòd clerici debent habere simplicitatem columbinam, iuxta illud: Estote simplices, sicut columbæ 6.q̄.1.ex merito. ¶ † Septimò corona 30 clericos esse specialiter regnum Dei demonstrat. *Mat. 5.* Ipsi nanq, secundum Hier. 12. q.1.duo sunt, sunt reges & sacerdotes, id est regales sacerdotes, & sunt reges, idest, se & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. ¶ † Sanè rasura ca- 31 pitis clericorum fit, sicut ait Beda in historia Anglorum, in memoriā eius, quia cū beatus Petrus in Antiochia prædicaret, abraserunt summitatem capitis eius in cōtumeliā nominis Christiani, & Dominicæ passionis, quod quidem hodie toti clero in honorem traditur. Fuerunt tamen, qui dicerent, quòd tonsuræ ecclesiasticæ usus a Nazareis, qui omnia veteris legis custodiūt, exortus est 24.quæst.3.uer. Nazarei. Hi enim prius crine seruato, denuò post magnæ uitæ continentiā caput radebant, & capillos in igne sacrificij mittebant, ut perfectionē deuotionis suo Domino consecrarent. Quorum exemplo ab Apostolis introductum est, ut & Nazarei ac sancti Dei crine prætonso innouentur, quamuis olim Christiani à Iudæis quasi in opprobriū Nazarei vocarentur, pro eo, q̄ Saluator noster à uico quodam Galilææ Nazarenus appellatus est. ¶ Potest etiam dici, q̄ usus tonsuræ à lege occasionem traxit. Sacerdos nanque legis tyaram, idest pi- *1.Pet.2.* leum ex byſſo in modum mediæ sphæræ id capite, Rex uero corona gestabant, pars uerò capitis rasa tyaram, circulus crinium designat coronam, ad notandum, q̄ instituit eos Deus genus electum in regalem sacerdotem. ¶ Rursus lex coronam quatuor digitorum super mensam, & desuper aureolam fieri iubebat. Cæterū ad Ezechielē Dominus dicit: Sume gladium acu- *Ezc.5.* tum, & educ per caput tuum, & barbam. Longitudo nanque capillorum multitudinem significat peccatorum. † Hinc igitur 32 clerici barbas sibi radere informantur. Ratio nanq; pillorum barbæ, qui ex super fluis stomachi prouenire dicuntur humoribus, designat, q̄ uitia & peccata, quæ in nobis superflua sunt, resecare debemus. Radimus enim barbas, ut per innocentiam, & humilitatem puri videamur, & Angelis, qui semper in iuuenili ætate florent, coæquemur. ¶ In ieiunijs tamen quandoq; capillos

pillos crescere permittimus, quia cogitationes quæ contra Deum non sunt, vt est ecclesiam ædificare, agrum colere, & similia quæ tempore abstinentiæ fieri solent, prohiberi non debent. Concilium Carthaginense statuit. extra de vita & honestate cleric. clerici, 33. distin. si quid. ut clerici neque comam nutriant; neque barbam.

33 ¶ † Ordinantur autem clerici, ut Deo seruiant nec de cætero seruiant mundo, nec gloriæ mundi. Debent ergo offerre corpora sua hostiam uiuentem, sanctam, Deo *Ro.12.* placentem. Vnde Apostolus ad Rom. Confundantur omnes qui gloriantur in stultitia, idest in gloria mundi, quæ non est uera gloria, sed imago gloriæ. ¶ Quare autē ordinandis manus imponatur, dicetur in 34 tractatu de diacono. ¶ † Ordinantur in quatuor temporibus ideo, quia sacerdotes & alij clerici locum in ecclesia obtinent, quē *Nu.3.* Leuitæ in populo Israel obtinuerunt, quos sicut in libro Numerorum legitur. Dominus pro primogenitis recepit, & eos in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorū interficerentur, custodiuit, primogenita verò quasi quædam primitiæ sunt. Vnde quasi primitias Domino offerrimus, cum aliquem ad sacros ordines consecramus. Conueniens igitur est, ut in primitijs temporum, scilicet in quatuor temporibus, primitias hominū offeramus. ¶ Rursus, ideo in quatuor temporibus, vt quatuor uirtutibus exornentur, & sub quatuor Euangelijs seruire Christo, & ecclesiæ moneantur. In vere, ut virtutibus floreant. In æstate, ut fructus afferant. In autunno, ut fructus bonorum operum metant. In hyeme, ut collectas conseruent in horreo, & eis fruantur in Domino. Et uide in sexta parte sub Sabbato post Dominicam 17. Ideo 35 autem † potius in Sabbatis quatuor temporum. quàm in quartis, vel sextis ferijs fiunt ordinationes, quia illa dies Spiritui sancto consecrata est, cuius dona in ordinibus recipiuntur. Præceptum enim est à priori populo, Sabbatum celebrare, ad hoc, vt esset figura sanctificationis Spiritussanctl. *Exo.16.* Vnde in Exo. Requies Sabbati sanctificata est Domino. Et iterum, Custodite Sabbatum meum, sanctū est enim mihi, quia *Exo.31.* erit signum inter me & uos in generatio- *& 35.* nibus uestris. Exo. præterea, nunquam legimus in Gene. sanctificationem fieri per omnes priores dies, sed de Sabbato solum dictum est, sanctificauit Deus diem Sabbati. Fiunt etiam in Sabbato in signum, q̄ ordinandi debent habere Sabbatum temporis, ut tandem transeant ad Sabbatum æternitatis. Ordinatio autem, quæ fit in Sabbato, sequentis dici est, Figurat enim sacerdotes ordinatos, esse ministros diuersorum dominicorum sacramentorum. Ideoq, fit hora nona, quia iam illud tempus ad Dominicum diē, scilicet resurrectionis intelligitur pertinere. 75. dist. quia partibus. extra de temp. ord. literas. Ordinandi enim ad Christi similitudinem Sabbato resurrexisse intelliguntur. ¶ † Congruè igitur in 36 hac die scilicet Dominica celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum, in qua sunt collata chrismata gratiarum, in ea Dominus resurrexit, in ea Apostolis in sufflauit dicēs. Accipite Spiritumsanctum, *Mar.16* quorum remiseritis peccata, remittentur *Io. 20.* eis. In hac promissus Spiritussanctus adue- *Act.2.* nit. Recte ergo ad eam benedictiones sacerdotales dirigimus, ut cum Apostolis hilariter cantare possimus. Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium scilicet ordinatorum. Fiunt etiam ordinationes in Sabbato mediāte hebdomadæ quadragesimæ, qua cātatur, sitientes 85. d. c. fi. 73. c. principali, 16. q. 1. in parochijs, & etiam in Sabbato sancto. veruntamen vsq; ad tēpora Simplicij Papæ Romani Pontifices dicuntur semper in Decembri ordines celebrasse, ut dicetur in sexta parte sub Sabbato post decimamseptimam Dominicā. Vnde & tunc officia plena inueniuntur, q̄ in alijs non contingit. In Sabbato uero post Pentecost. ordines sacri non conferūtur, quia in sequenti tunc septimana recepta Spiritussancti gratia celebrantur † So- 37 lus autē Romanus Pontifex potest subdiaconos facere indiebus Dominicis, extrà de tempo. ord. c. 1. Alij prælati possunt in diebus Dominicis solum minores conferre. & uirgines consecrare. Si autē ob urgentem necessitatem in die Dominica ordinatio fiat, quia forte perfici nō potuit in Sabbato, debet hoc fieri ieiunio cōtinuato, tam ab ordinando, quàm ab ordinatore, quia tūc propter continuationē ieiunij fingitur una dies. extra de temp. ord. ca. literis. 73.

Universidad de Sevilla Biblioteca

38 di, quod partibus, & c. seq. ¶ † Cæterum in quibusdam locis habentes festa suarum ecclesiarum in sabbatis quatuor temporum, transferre dicuntur ieiunium in præcedentem septimanam ob honorem suarum festiuitatum, sed dicimus nec hoc eis liceret, nec tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esset festiuitates ipsas transferri. De hoc dicetur in 6. parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Qua die & hora fiat episcoporum consecratio, sub tit. de episcopo dicetur. ¶ Illud etiam considerandum est, q̃ sacerdotes & diaconi tantum nominantur ab Apostolo in epistola, eo q̃ ipsi præcipuè in ministerio altaris necessarij sunt. Cæteri verò ordines postea adiecti sunt pro utilitate ministerij, quia propter multitudinem credentium ritè per illos non poterat adimpleri. Vnde & secundum Ambro. illorum ordinatio præcipue circa altaria celebratur, & pro eis episcopus ante altare prosternitur. Alij verò ne quaquã ad altare ordinantur, ex eo q̃ nec ad altaris ministeria statuuntur, sed alio officia implent, cantando, siue legendo, siue alia seruitia faciendo, omnes tamen quærunt faciem prælati, ideſt, præsentiam domini, vt valeant in primogenitis hæreditare, ad instar Iacob, qui sibi fratris primogenita uendicauit. Et attende, quòd in quibusdam ecclesijs immediatè post collationem cuiuslibet ordinis cantatur responsorium, uel tractus, prout apparet in libro Pontificali per nos edito, & bene ad denotandum, q̃ ordinati in lectione iam lecta instructi ad solicitudinem & laborem, quæ per responsorium, & tractum significantur, uocantur. ¶ Quia verò de uirginum consecratione mentio facta est, uidendum est, Primò, quibus diebus bènedicantur, Secundò, quid significent, quæ in earum
39 benedictione aguntur. ¶ † Benedicuntur autem in Dominicis diebus, & in diebus Epiphaniarum, & in albis Paschalibus, & in festis Apostolorum, ut Spiritus sanctus super eas simplices ut columbas descendere videatur, & ut per Apostolos per morem uirginitatis ecclesiæ prius traderiẽtur, quasi per paranymphos sponsæ Domino consecrentur. ¶ Sequitur uidere, quid significent, quæ in earum benedictione agũtur, & licet omnis anima Deo desponsetur per fidem, unde Oseæ, Spõsabo te mihi in fide. Virgines tamen specialius Christo desponsari dicuntur, quia earum caro carni Christi familiarius se conformat, pro eo q̃ illa, sicut nec caro Christi corruptionẽ non sensit. Et inde est, q̃ uirgines sequuntur agnum quocunque ierit. Apo. ¶ † Sanè 40 virgines benedicendæ sub papilione, uel aliquo alio loco stent, inclusiueque, archipresbytero uel alio ante Euangelium alta uoce cantante. Prudentes virgines &c. cũ cereis ardentibus in manibus, nudis capitibus exeunt obuiam episcopo, & ecclesiã ingrediuntur. Si quidem cereos accensos ferunt in manibus, Iuxta illud Luc. Sint lumbi uestri precincti, & lucernæ ardẽtes in manibus uestris, vt ostendant se imitari prudentes uirgines, quæ ornauerunt lampades suas, & exierunt obuiam sponso: Sponsus nanque earum est Christus, quẽ Pontifex eius vicarius præsentat. Lucernas quidem ardentes in manibus tenere, est per bona opera exemplum proximis monstrare. Iuxta illud Saluatoris, Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona &c. Egressus verò earum de papilione, & ingressus in ecclesiã, Matt. 5. designat q̃ per suspiciendam benedictionem, & a Christo desponsationem, de ergastulo, & ærumnis, ac tenebris præsentis uitæ atque fallacijs, ad cœlestis regni libertatem, gaudium, ac claritatem, & ad superni regis thalamum transducuntur. Vnde ecclesia, Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Nudis capitibus obuiam ueniunt, & Pontifex cantando dicit illis, Venite, & ipsæ similiter cantando respondent, & nunc sequitur ad representãdum, quod in canticis legitur Surge amica mea, sponsa mea, ostende mihi faciem tuam & Cant. 2. sonet uox tua in auribus meis. Rursus denudatio capitum depositionem, & abrenunciationem mundanorum congruè designat. Nudato etiam capite ecclesiam ingreditur ad notandum, quòd velut formosæ & sponso placidæ in ipsius sponsi tabernaculum introducuntur, iuxta illud in Canticis: Nigra sum, sed formosa & introduxit me Rex in tabernaculum suum. Cant. 1. ¶ † Ter autem dicitur eis, venite, ad 41 notandum, quòd ad hoc tripliciter debemus uenire, scilicet, Per abdicationem proprietatis. Per votum castitatis. Et per sponsionem obedientiæ. ¶ Debent quidem uenire. Primò per abdicationẽ proprietatis de conuersatione mundana, de seruitute Aegyptiaca, de carcere, de laqueis, & de retibus, vnde Psal. Cadẽt in reaticulo eius Psa. 140 peccatores. Et Sap. Creaturæ Dei factę Sap. 14. sunt in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

¶ Secundo, debent uenire per uotum castitatis, tanquam prodeuntes à delectatione carnali & immunditia, & loco toxicato, de quo si quid anima sumit, & per pœnitentiam non reiicit, moritur morte æterna.

¶ Tertiò, per sponsionem obedientiæ de propria uoluntate, sicut de corruptione & clibano accenso, & de Babylonica fornace. Et ideo cum pueris, qui erant in fornace illa, dicunt, Et nunc sequimur in toto corde & timemus te, & quærimus faciem Dan. 3. tuam, in Dan. parum ante Psal. Benedi. de quolibet autem istorum exeundũ est, firmo cordis proposito, solemniori uoto, & totius uitæ perseuerãtia. Et hæ sunt quasi Exo. 3. tres dietæ. Exo. uiam trium dierũ ibimus in solitudine. Quas tres dictas præmissæ tres uocationes, tripliciter factæ designãt. Quia verò post susceptum tam laudabile propositũ restant insidiæ & tẽtationes dæmonũ, atq; acerrima contra mundũ, carnem, & dæmones certamina, & insuper regularis obseruantiæ difficultas, quæ mulieбris infirmitas sufficienter per se sustinere non posset, ideo diuinum auxilium, & sanctorum suffragia per litaniam, quæ subij
42 citur, implorantur. ¶ † Consequenter deponunt uestes ueteres, & induunt nouas benedictas, ad notandum, quòd in hoc proposito uetus homo exuitur, & nouus indui Eph. 4. tur, qui, sicut legitur Ephes. creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Et debent esse uestes mundæ & candidæ ad significandum, quòd quia Dei filio desponsantur, debent de cæteto se mundas & sanctas absque macula præseruare uel conseruare. 2. Cor. 10 Iuxta illud Apostoli, Desponsi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Hoc nitidum candor seu mũditia uestis ostẽdit. Vnde Ecclesiastes. Omni tẽpore uestimenta tua sint candida. Et hoc est somptũ Eccl. 9. à beata Cecilia, quæ exterius uestę fulgebat, intus castitate nitebat, & ab Angelis, qui in Christi resurrectione uisi sunt in uestibus albis. Vel si sit niger habitus, significat, carnis mortificationem. Qui enim Christus sponsus suus mortuus est pro ipsis, debent & ipsæ commori pro illo. Vnde Apostol. Qui Christi sunt, carnẽ suã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiscentijs. Et Ro. Gal. 5. Rom. 6. Si cõplantati facti sumus similitudini mortis, Christi, simul & resurrectionis erimus. Rursus nigredo habitus est contemptus uitidis amplexus. ¶ † Subsequenter indutæ 43 uestibus bened ctis uersus episcopum ueniunt, quasi ad ipsum actu dicant. Regnũ mundi & omnem ornatum seculi contempsimus propter amorẽ Domini nostri Iesu Christi &c. ¶ † Vela quoque super scapu 44 las & pectora dependentia ex institutione Sotheris Papæ cum signo crucis earum capitibus imponuntur. ¶ Primò, ad significãdum, q̃ pro Christo debent mundũ humiliter corde, & opere contemnere, & sensus uelare, ac memoria passionis Christi munire, ne ad mundana lasciuiendo, exeãt, uel illa ad illarũ sensus intrẽt. Iuxta illud Apo- Gal. 5. stoli, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo ¶ Secundò, velantur, quia non sunt imago Dei. 33. q. 5. mulierem. ¶ Tertiò, ut ostendantur subiectæ. ¶ Quarto, ne illicitè cunctis uiris appareant. ¶ Quintò, ne species earũ occasio inspectoribus sit peccandi, quia Psal ait, Domine delectasti me Psal. 91 in factura tua, & creaturæ Dei factæ sunt in tentationem, ut præmissum est. Velum ergo est signum pudoris, & futuri honoris. ¶ Deinde, quia Christo desponsantur, qui est α. & ω. ideſt principium, & finis, Apo. 1. ideo datur eis anulus, qui est rotundus, principio & fine carẽs. Et ponitur in quarto digito, ex quo uena quædam sanguinis ad cor protenditur, ut sciant se sponsum suum Christum toto corde debere diligere, & ei inseparabiliter adhærere. Postremò uerò coronæ capitibus earum imponũ tur, iuxta illud Ecclesiast. Veni spõsa Christi, & accipe coronam &c. ad notandum, quòd quando uirgo per consecrationem summo regi desponsatur, regina, efficitur, ideſt, sę & alios in uirtutibus regens. Vnde Prouer. Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. In qua coronatio- Pro. 1. ne Pontifex cantat, illud Canticum lætitiæ, Veni electa mea &c. tanquam celestis

Universidad de Deusto Biblioteca

tis sponsi paranymphus. Et hinc est, quòd illorum amici & consanguinei in hac consecratione lætantur. Leo Papa primus instituit in concilio Calcedon. quòd ipse celebrauit. solas uirginis debere uelari.

45 ¶† Quia uerò in præmissis de uelo mētio facta est, ideo notandum, quòd uelū aliud est conuersionis, aliud cōsecrationis, aliud professionis, aliud ordinationis, aliud prælationis. Velum conuersionis aliqua de seculari uita ad religionem transiens assumit, & tunc si per annum inter uelatas steterit, vlterius exire non poterit. extra de reg. uidua & c. statuimus. ¶Velum consecrationis, à solis episcopis solis uirginibus, & solum in festiuis & Dominicis diebus datur. Vrgente tamen necessitate, sicut & baptismus, omnibus dari posset. 20. quæstio. 1. deuoris. Non datur etiam nisi in 25. anno. illud recipienti, nisi fortè dispensatiuè 77. dist. placuit. Velum autem professionis suscipitur à uirgine, quando continentiam profitetur, non tamen ante 12. annum. ea. q. 1. & q. 2. puella. quoniam nec ante illud tempus benedicitur. extra de regu. cum uirum. ¶Datur velum huiusmodi cum benedictione solenni, & cum litania. extrà ea. parte. Hoc uellum nullus episcopus dat uiduis, uel corruptis, ut in c. deuotis. in fi. sed ipsummet de altari (ut dicunt quidam) assumunt. 28. q. 1. uidua extrà

46 de reg. uirum. ¶†Sanè, uirgo & non uidua, ideo ab episcopo uelatur, quia uirgo in hac desponsatione typum gerit ecclesiæ, quæ pura & uirgo uni nupsit uiro, idest

Cor. 10. Christo. Et in signum huius rei uelatur ab episcopo, quia à Christo recipitur in coniugium. In cuius persona dictum est, anulo suo subarrauit me Dominus. Sed vidua non gerit in tali facto typum ecclesiæ, sicut uirgo, cum non sit integramente & corpore, sicut illa. Vnde non sic coniungitur Christo, ut representet ecclesiæ coniunctionem, quare non uelatur.

47 ¶† Præterea sacerdos prohibetur secundis nuptijs interesse, & super secundò nubentes benedictionem infundere. extrà de secūdis nuptijs cap. 1. prout dictum est in prima parte sub tit. de sacramentis Sed hæc uidua, quasi secundò nubit. primo homini, postea in professione Christo, id eoque ei quasi celebranti secundas nuptias non porrigitur uelum consecrationis, nec etiam professionis, sed ipsa illud suscipit de altari. Aiunt tamen quidam, quòd licet non ab episcopo, potest tamen à sacerdote uelo professionis uel conuersionis uelari, extrà de regu. uidua. 20. q. 1. deuotum. extra quod met. cau. c. 1. à quo, seu à cuius ministro habitum seu vestem religiosam assumit, 20. q. 1. uidua extrà ne cler. uel uo. consuluit. In libro tamen Pontificali, secundum ordinem Romanum, habetur benedictio uiduæ continentiā professentis, & ueli eius. Nam & Dominus Sareptanam uiduam per Heliam prophetā consolatus est. Et uidimus in urbe episcopum Hostien. inter virgines, benedicere duas uiduas moniales. ¶† Velum ordina- 48
tionis olim diaconissæ in quadragesimo anno dabatur, ut posset legere Euangelium in nocturnis. 21. q. 1. sanctimoniales. 27 q. 1. diaconissa. in concilio Laudicen. 32. distin. c. fina. statutum est, ut mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos verò uiduę. aut seniores vniuiræ, aut matriculæ appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere. ¶† Velum prælationis olim abbatis 49
sis in 40. anno dabatur. 20. q. 2. iuuenculas 31. q. quomodo. ¶Illud autem sciendū est, q. sacrosancta mater ecclesia gradus & ordines habet distinctos. Et Romanus Pontifex celebriter Missarum solennia agens, sex habens secum ordines clericorum, scilicet episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos, acolytos & cantores, ipsius numeri sacramento perfectionem huiusmodi officij manifestat Senarius nanque numerus perfectus est, ut in procœmio tertiæ partis dicetur. Sed & sex ordines ministrorum fuisse in ueteri testa. legimus, uidelicet pōtifices, sacerdotes, leuitas, nathineos ianitores, & psallentes, quos ex maiori parte distinxit Artaxerses in epistola quam Esdreæ scribæ direxit, dicens. Notum facimus de sacerdotibus uniuersis, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & nathineis, & ministris domus Dei, ut eis uectigal, tributū, & annona nullatenus imponatur. ¶† Ordines verò ecclesiasticos Siluester 50
Papa enumerat 23. dist. à subdiacono & 1. q. 7. clericus, dicēs, pōtifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus,

subdia-

subdiacono, acolytus, acolyto exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbati monachus, in omni loco obsequium repræsentant. Beatus quoq; Isidorus. 21. d. clericos. ita dicit, generaliter clerici nuncupātur omnes, qui in ecclesia Christo deseruint, quorum gradus, & nomina sunt hæc, ostiarius, psalmista, lector, exorcista &c. mentionem enim faciēs post alia de cantore. Et hi omnes gaudent priuilegio clericali. Veruntamen quidam perfidi hæretici sacramentum ordinis, contemnentes, falsò mentiuntur, quod ecclesia Christi nō habebat personas, quas exorcistas, ceroferarios, lectores, uel diaconos appellaret: sed solum exorcistas dęmonum, qui aduersābatur Paulo, nec ea quæ Christus fecit, uel Apostolus dixit pro tā uilibus significationibus, quæ infra sequuntur, fecit & dixit, sed altiora & pretiosiora quæ Romana nescit ecclesia, demostra-

51 uit. ¶† Horum autem ordinum quidam sunt non sacri, & quidam sacri. Non sacri, seu minores ordines sunt hi, cantoratus, psalmistatus, ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, acolytatus. Sacri uero seu maiores sunt isti, subdiaconatus, diaconatus,

52 presbyteratus. episcopalis ordo. ¶† Communiter autem asseritur septem ordines fore quorum ostiarius est primus, & sacerdos, ultimus, propter septiformem Spiritussancti gratiam, cuius munere sua officia prosequuntur. Si autem uelis ad singulos ordines singula dona referre, à timore incipiens, illum ostiario deputabis & exinde singula singulis referens, sapientiam presbytero adaptabis. Esa. 4. Hæ sunt septem mulieres, in quibus Spiritussanctus habet hospitium, & unaquæque illarum

53 suarum parat conuiuium. ¶† Rursus spi-

✲ ritualiter * ostiarius est, quicunque spiritualiter alios in ecclesiam introducit, idest qui fidem prædicando docet. Lector est; quilibet mores docendo: exorcista orando: acolytus illuminando: subdiaconus humilitatem mostrando: diaconus alios exhortando: sacerdos seipsum hostiam sanctam Deo offerendo, Episcopus, sacramenta ministrando. De quolibet tamen seriatim specialiter prosequamur.

ADNOTATIO.

* Spiritualiter.] Potest etiam legi, aut certè addi, specialiter, quod singula officia singulis, non plura uni conferantur. N. Doard.

S V M M A.

1 *Cantoris munus & eius diffinitio.*
2 *Dauid cantores instituit.*
3 *Cantores uocibus consonis cantare debent.*
4 *Cantandi usus quorsum institutus.*
5 *Cantores nomine qui intelligantur.*
6 *Cantores baculos gestant.*

De Cantore. Cap. 2.

NOnnulli cęcitate ignorantiæ ducti cantoratum de minoribus esse autumant ordinibus pro eo, quòd (ut iam præmissum est) in † 1
quibusdam canonibus inter minores ordines fit mentio de cantore. Falluntur tamen, quoniam nomen est officij, & non ordo. Qui autem in ueteri testamento cantores dicti sunt, hodie lectores, uel Psalmistæ uocantur. Cantor itaque uocatur, qui uocem modulatur in can. 21. d. c. cleros. cuius duo sunt in arte musica genera, præcentor, scilicet & succentor. Præcentor uocem præmittit in cantu, succentor canendo subsequenter respondet. Concentor vero dicitur, qui consonat. Vnde qui non consonat, non concinit, nec concentor erit. Sane † Dauid prophetarum eximius cultum 2
Dei uolens solennius ampliare, cantores instituit, qui coram arca fœderis Domini musicis instrumētis, & modulatis vocibus decantarent, inter quos præcipui fuerunt Heman, Asaph, & Aethan, sed omnium primus Heman, cuius vicē nūc in ecclesia primicerius obtinet, uel præcentor, qui cātoribus est prælatus, unde legitur in parali pomenon: Isti sunt, quos constituit Dauid super cantores domus domini, stantes iuxta ordinem suum in ministerio, de filijs Caphat Heman cantor filius Iohel, & à dextris suis Asaph filius Barachiæ, ad sinistram ante Aethan filius Cusi. ¶† Porrò 3

debent cantores cantare consonis vocibus, & suaui modulatione concinere, quatenus animos audientium ad deuotionem Dei valeant excitare, Verùm secundùm Gre. 91. dist. in sancta. plerunque in sacro ministerio dum blanda uox quæritur, congrua uita negligitur, & cantor Deum moribus simulat, cum uocibus populum delectat. Et Aug. lib. cõfes. Cum me magis mouet cantus, quàm res, quæ canitur, pœnaliter peccasse confiteor, & tunc me audisse cantantẽ. Ideoque in ecclesia Romana altaris ministri cantare nõ debent, solumq; Euangelicæ lectionis officium intra missarum solennia exoluant. Et Apost. ait, Cantantes, & psallentes in cordibus uestris Domino, & Hie. 92. di. c. 1. Nõ audiãt (inquit) adolescentuli, audiant hi, quibus est officiũ in ecclesia psallendi, Deo non uocem tantum, sed corde esse cantandum, nec in tragædorum modum guttur, & fauces medicamine liniendæ sunt, ut in ecclesia theatrales moduli, & cantica audiantur. Cantantes igitur in corde, & in charitate, cantent in choro, quoniam magis deuotione cordis, quam iubilatione uocis cantandum est. 38. d. edulio. non tenentes in manibus cymbala, uel aliquid huiusmodi, prout in ueteri testamento fiebat. † Cæterum propter carnales nõ ꝓpter spirituales, cãtadi vsus in ecclesia institutus est, ut qui uerbis nõ compũguntur, suauitate modulaminis moueantur. Vnde Aug. in lib. confes. Consuetudinem canẽdi probat ecclesia, vt per oblectamenta aurium infirmior animus ad effectum pietatis assurgit. Antiqui pridie, quo cantãdum erat, cibis alijs abstinebãt, propter causam, uocis ꝑter quam leguminibus psallentibus aptis. Vnde cantores vulgò fabarij dicti sunt. ¶† Cantores autẽ sunt, qui Dei laudatores, repręsentant prędicatores, alios ad Dei laudes excitantes. Eorum nanque symphonia plebem admonet in unitate cultus vnius Dei perseuerare. Per cantoris quoque officium paterfamilias intelligitur, qui de thesauro suo noua & vetera profert. ¶ Nec est prætereundum, quòd cantores, † tenent baculos in choro, ad repræsentandum illud, quod in lege pręcipiebatur, ut uidelicet edentes agnũ baculos in manibus haberent, significantes, quod qui ad patriam festinant, esu Cœlestis agni, baculis, ideſt, scripturarum sententijs indigent contra dæmones. Per baculos enim cantorũ sententias scripturarũ vel doctrinas prædicatorum intelligimus. Vnde cum legitur euangelium, denuntiatur: quia per euangelicam prædicationem legales depositum obseruantias. De choro dictum est in prima parte sub tractatu de ecclesia, de cantu verò in fine proœmij quintæ partis dicetur.

Eph. 5.

S V M M A.

1 *Psalmista quàm uariè dicatur. Et cur vara de eo mentio in sacris canonibus. n. 2*
3 *Psalmista unde dictus. Et eius officium.*

De Psalmista. Cap. 3.

PSalmistatus † quandoque tonsuratus uocatur, sicut constitutio Inn. 3. extra de re iu. cum inter. euidenter ostendit. quandoque etiam clericatus. Vnde in alia eiusdem Inn. epistola, extra de æta. & qual. c. cum contingat. dicitur, quod Abbas benedictus sacerdos potest in suo monasterio clericalem dare tonsuram, per quam ordo clericalis confertur, qui ordo sic collatus psalmistatus uocatur. In canone quoque Leonis Papæ 32. d. seriatim. sic inter cętera cõtinetur, Seriatim & apertè prosequamur, quod sancta Romana Ecclesia in gradibus clericorum ait, clericos, ostiarios, lectores &c. at nomine clericorum psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Vocatur etiam quandoque cantoratus. Vnde in Tholetan. Conci. 22. d. si psalmista. ita legitur. Psalmista, ideſt cantor, potest absq; cõscientia episcopi, sola iussione presbyteri, officiũ susçipere cantãdi, dicẽte sibi presbytero, uide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus cõprobes. ¶ Sanè, quòd in † plerisque sacris canonibus, & præcipuè 93. à diacono. 77. distinct. c. 1. & 2. & 3. facta de alijs ordinibus mentione, nihil de hoc ordine tangitur, ex eo contingit, quoniam alij omnes cum solennitate, & à solis episcopis dantur, iste verò etiam à sacerdote conferri

ferri potest. Ideoque hunc non ordinem, sed officiũ fore plurimi asseuerãt, quanquã in eo ab episcopo collato quis clericale privilegium assequatur 21. distin. cleros, in 3 princ. ¶† Dictus est autem Psalmista à psalmis dicendis, siue ab officio canendi, prout sub lectore dicetur. Ad ipsum nanque pertinet (secundum Isidorum 25. dist. perlectis) officium canendi, dicere benedictiones, ideſt, benedicamus Domino, laudes, ideſt, alleluia, uel Christus vincit, uel Christus regnat &c. sacrificium, ideſt, offertorium, responsorium, ideſt officium missæ, & quicquid ad canendi peritiam spectat.

S V M M A.

1 *Ostiarius unde dictus. Et eius officium, & nu. 5*
2 *Ostiarius idem, quod ianitor.*
3 *Leuitis demandatũ erat negotiũ ianitorũ.*
4 *Ostiarij institutio ex Concilio Tholetano.*

De Ostiario. Cap. IIII.

OStiarii † (secundum Isid. 21. dist. cleros.) dicti sunt eo ꝙ ostijs templi præsint. Ipsi enim claues ecclesiæ tenẽtes omnia intus, extra quoq; custodiũt, atq; inter bonos, & malos habẽtes iudiciũ, fideles recipiũt, infideles respuũt, & excõicatos repel- 2 lunt. ¶† Ostiarij idẽ sunt, ꝙ ianitores, qui in uet. test. ad custodiã templi electi sunt, ne ingrederetur in illud immundum in omni re, ideſt, aliquid in omnibus rebus. 1. Par. 9 Stabant enim (prout legitur in Paralipomenon) in quatuor templi partibus, uidelicet in Oriente, in Occidente, Aquilone, & Austro. Portas tẽpli singulas ita obseruãtes, vt nec in puncto discederent à ministe- 3 rio. ¶ Leuitę † enim, quibus numerus ianitorum creditus erat, eis cibos parabant. Hi autẽ imitantur ædituos, qui apud gentiles erant, & idẽ custodiebant. ¶ Sane inx- 4 ta † decretum Tholetani Concilij 23. dist. ostiarius. Ostiarius, cũ ordinatur, postquã ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat cõuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altari dicẽs, Sic age, sic uiue, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Clauium ergo traditio, & uerba præmissa sunt huius sacramenti substantialia, cætera sunt solennitatis.

¶ Hoc † officiũ implemus, dum per fidem 5 in ecclesiam aliquem introducimus, uel docemus. Christus hoc officium impleuit, quando dixit, Attolite portas principes ve- *Psal. 23*
stras, & eleuamini portæ æternales &c. Et quando ementes & uendentes de templo *Ioan. 10*
eiecit 26. q. 7. sed hæc dicimus, quòd in ecclesia spiritualiter agit. Vnde in euangelio dicit, Ego sum ostium.

S V M M A.

1 *Lector, unde dictus. Et eius munus. Et mme. 2. 3. 5.*
4 *Lector quomodo instituatur.*

De Lectore. Cap. V.

LEctor † (secundum Isid. 21. d. cleros.) à legendo, psalmista à psalmis canendis, uocati sunt. Lector enim prædicat, ideſt, legit, siue recitat populis, quid sequantur, Psalmista verò canit, ut excitet ad compunctionem animos audientiũ, licèt quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, saltè, & per vocem sonoram, ut quosdam ad luctum lamentationẽque compellant. Lectores etiam pronuntiatores uocantur, pro eo, quòd palam siue à longè pronuntiant. Tanta enim & tam clara debet esse eorum uox, ut quamuis longè positorum aures impleat.

¶ Ad † lectores quoque pertinet lectio- 2 nes, & legendas in matutinis pronuntiare, & ea, quæ prophetæ uaticinati sunt, & Apostoli dixerunt, populis prædicare, ideſt legere. Ad hoc enim ordinantur, ut libros Dei distinctè, & apertè ad intelligendum legant, & sicut in ueteri testamen. accipimus Esdram fecisse.

¶ Ad † eius quoque pertinet officium pa- 3 nem, & omnes nouos fructus benedicere

Universidad de Deusto Biblioteca

Lectores autem idem sunt, quod carminũ relatores, qui erant apud Gentiles Martinus Papa 22.d.lectores statuit ut nulli liceat in populo psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo fuerint ordinati lectores. ¶ Sane, iuxta† decretum Thol.concil. 23. c.lector, Lector cũ ordinatur, facit de illo uerbum episcopus ad plebem indicans eius fidem ac uitam, atque ingenium. Post hoc spectante plebe tradit ei codicem, in quo lecturus est, dicens: Accipe, & esto relator uerbi Dei, habiturus, si fideliter & utiliter impleueris officium, partem cum eis, qui uerbum Dei ministrauerint. Codicis ergo traditio, & uerba præmissa sunt de substantia huius ordinis, cætera sunt solennitatis.

¶ Hoc officium† implemus, dum male uiuẽtes in ecclesia corrigimus, & aliquem bonis moribus instruimus. ¶ Christus hoc officium impleuit, quando in medio seniorum librum Esaiæ prophetę aperiens legit distinctè ad intelligendum, dicens, Spiritus domini super me, eo ꝙ unxit me &c. extra de sac.unct.c.1.

Luc.4.
Esa.41.

S V M M A.

1 *Exoxcista qui dicatur.*
2 *Exorcistæ officium & nu.6.*
3 *Salo mon exorcismi modos inuenit.*
4 *Exorcistæ qualis sit institutio.*
4 *Energumeni qui, & vnde dicti.*

De Exorcista. Cap. 6.

1 Ἐξορκιστὴς (secũdũ Isid. 21.d.cleros,) Græcè, Latinè, adiurans siue increpans uocatur. In uocat enim super† catechuminos, seu super eos, qui habẽt spiritũ immũdum nomẽ domini Iesu adiurans per illud, ut egrediatur ab eis, de quo in 6. parte sub Sabbato sancto dicetur. Decet igitur, ut mundum habeat spiritum, qui dẽt immũdis spiritibus
2 imperare.† Ad eum itaque pertinet exorcismos memoriter retinere, manus super energumenos, & cathecuminos exorcizando imponere. 25.dist.perlectis. Et secundũ concilium Cartaginen. & de consecr. dist. 5. energumini. ipsis energuminis in domo Dei adsistentibus victum quotidianum oportuno tempore ministrare. ¶ † Refert 3
Iosephus regem Salomonem modos ἐξορκισμοῦ, idest, adiurationis adinuenisse, quibus immundi spiritus ab homine obsesso per Eleazarum exorcistam pellebantur, ita ut reuerti ulterius non auderent. Huic officio mancipati, ἐξορκισταὶ uocati sunt, de quibus in euangelio legitur; Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri, exorcistæ uidelicet, in quo eijciunt? Et imitantur quæstores qui erant apud Gentiles. ¶ † Sanè, iuxta decretum Tholetani 4
concil. 23. di. exorcistæ, Exorcista, cum ordinatur, accipiat de manu episcopi librum in quo scripti sunt exorcismi, siue adiurationes, dicente sibi episcopo. Accippe & cõmenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energuminum, siue baptizatum, siue cathecuminum. Libri ergo acceptio & uerba præmissa sunt de substantia huius ordinis, cætera sunt solennitatis. ¶ Energumini † sunt, qui à dæ- 5
monibus obsessi sũt, uel lunatici, siue morbum caducum patientes, sic dicti ab ἔργον, quod est labor, & μενοι, quod est defectus, & νοῦς, quod est mens, quia secundum defectum mẽtis in defectu lunæ maximè patiuntur. * Cathecumini dicuntur in fidei ✠
articulis ante baptismum instructi. ¶ Hoc
†officium implemus dum per nostras ora- 6
tiones uitium diaboli de homine expellimus. Christus hoc officium exercuit, quando de Maria Magdalena septem dæmonia eiecit.

Mar.19.
Luc.7.

ADNOTATIO.

* Patiuntur.] At rectius, iuxta natiuam ἐτυμολογίαν, ἐνεργούμενοι, idest, obsessi à dœmonibus.

N. Doard.

S V M M A.

1 *Acolyti qui, & vnde initium duxerint.*
2 *Acolytorum officium. & nu.5*
3 *Acolyti imitãtur carminũ scriptores, uel emunctores.*
4 *Acolytorum institutio.*

De

De Acolyto. Cap. VII.

1 Κολουθοι † Græcè, Latine ceroferarij, uel accensores luminũ nuncupantur. Hi ab Aarõ & filij eius ministerij sui sumpserũt exẽplũ. Iuxta illud Exod.
Exo. 27. Præcipe filijs Aaron, ut offerant oleum de arboribus oliuarum purissimam, pilocq; contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, & collocabunt eam Aaron & filij eius, ut usque mane luceat coram Domino. Quod ergo tunc sacerdotes agebant, hoc nunc acolyti faciunt in ministerio lucernarum, quoniam præparant luminaria in sacrario. Multa quippe non solum in nouo, uerum etiam in ueteri testamento legi Mosaicę superadditа legimus & mutata, extra de cõsanguinitate & affinitate. nõ debet. Vnde Dauid
Par.23. in lib. Paralipomenon, dixisse perhibetur, non erit officium Leuitarum, ut portent ultra tabernaculũ, & omnia uasa eius ad ministrandum. ¶ Acolyti autem secun
2 dum † Isidorũ 21.dist.cleros. 23. dist.acolytus. cereos ferunt accensos, dum legitur euangelium, aut affertur sacrificium, non ut tenebras aeris, sed cordis illuminent, cum sol forte eodẽ tempore rutilet, & ut proximis opera lucis ostendant, atque ad signũ lætitiæ demonstrandũ, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de
Ioan. 1. qua in euangelio legitur: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Ipsi etiam præparant pro eucharistia suggesta, idest, uinum & aquã seu uasa, in quibus ponitur aqua & ui-
3 num. 25. dist. perlectis. ¶ Acolyti † imitantur carminum scriptores, qui erant apud gentiles, seu uerius emunctores, siue lumi num extinctores, qui lucernas emungebant, & luminaria cõcinabantur, ut Nadab
4 & Abiũ. ¶ † Sanè iuxta decretum Concilij Tholetani. 21. dist. acolytus. Acolytus dum ordinatur ab episcopo, quidem doceatur. qualiter in officio suo agere, debet, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium, idest, candelabrum cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ lumi naria, idest cæreos, dum euangelium legitur mancipari, accipiat & urceolum uacuum ad suggerendum. idest, ad ministrandum uinum in Eucharistiam, idest, in calicem, in quo est Eucharistia sanguinis Christi. Præmissa igitur uerba, & utensilia sunt huiusmodi ordinis substantialia, cætera sunt de solennitate. ¶ † Hoc officium implemus, dum 5
ignem uerbis cœlestis, quo fratres ad cognoscendum Deum illuminentur, & inflammentur, prædicando ministramus, ut dum lucem boni operis, alijs ministramus, Dominus autem hoc officium se ha
Ioan. 8. bere testatur, cum dicit, Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

S V M M A.

1 *Subdiaconatus ordo sacer est.*
2 *Subdiaconorum ordo.*
3 *Subdiaconis institutio qualiter fiat.*
4 *Subdiaconus cur in missa Lectiones legat: præter eius ferè officium.*
5 *Subdiaconus quo amictu utatur.*
6 *Imperatorem debere esse subdiaconum.*

De Subdiacono. Cap. VIII.

Præmisimus de non sacris, & minoribus ordinibus. Nunc de sacris & maioribus, qui antonomaticè sacri dicuntur, subijciamus, & primo de Subdiacono.
¶ † Ordo. n. subdiaconatus sacer hodie ẽm 1
Innocentium Tertium reputatur, extra de ætate, & qualitate ordin. à multis. Siquidẽ subdiaconi nathineorum uices in ecclesia
1. Esd. 8. repræsentant. De quibus in Esdra legitur, ꝙ Dauid dederat nathineos ad ministeria Leuitarum. Vnde Græcè, ὑποδιακονοι dicuntur, quia officijs & præceptis Leuitarum subiacent, & eis ministrant, ex quorum ordine fuit ille Nathanael, quẽ Dominus in euangelio commendauit,
Ioan. 1. dicens: Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Nathinei autem Hebraicè, dicuntur Latinè in humilitate domino seruientes, uel Deo oblati. ¶ † Subdiaconi 2
debent secundum Isidorum 25. dist. perlectis. oblationes in templo Domini à fidelibus susc ipere, & Leuitis superponendas altaribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

38 altaribus deferre, calicē & patenam ad altare Christi deferre, leuitis tradere, eisque ministrare, urceolum quoque cum uino & aqua, manile, & manutergiū tenere, episcopo, presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere, corporalia, & substratoria lauare, de quibus recte placuit patribus 31. dist. lex. & ca. omnino, ut qui mystica sacramenta contrectant, legem continentiæ debeant obseruare, sicut scriptum est in propheta. Mundamini, qui fertis uasa Domini. *Esa. 2.* Tenent autem locum duumuirorum, qui erant apud gentiles. ¶ Sanè iuxta† decretum Cōcilij Tholetani 23. dist. subdiaconus. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem consecratoriam non accipit, patenam de manu episcopi uacuam, & calicem uacuum accipiat, dicente sibi episcopo: Vide cuius ministerium tibi traditur. De manu verò archidiaconi pro eo, q̄ in eius adiutorium consecratur, accipiat urceū, scilicet cū uino & aqua, manile, idest bacile, & manutergiū. Præmissa igitur uerba & utensilia, sunt huiusmodi sacramenti substantialia, cætera sunt de solennitate.

4 ¶† Quæritur autem, quare subdiaconus legit lectiones ad missam, cum non reperiatur hoc sibi competere, uel ex nomine, uel ministerio sibi cōcesso? Respondeo, in primitiua ecclesia diaconus non legebat euangelium, quia hoc statutum non erat. Postquā uerò illud statutum fuit, præceptum est etiā, ut subdiaconus, quia diacono subest, epistolam siue lectionem legat.

5 Subdiaconus† autem utitur amictu albo & balteo sicut & ostiarius, lector, exorcista, & acolytus, & insuper tunica, & sudario, tunicā strictam portat, ut se iustitia, quasi lorica induat, sudario, ut sordes a uasis extergat, de quo in parte sequenti sub tit. de tunica & manipulo, dicet. Hoc officio congruè & dignè utitur qui tante mundi-
Ioan. 2. tiæ est, q̄ ipsius exemplo & consilio cæteri à sordibus criminum lauentur. Christus
Ioan. 13. hoc officium exercuit, quando in cana Galilææ de aqua uinum fecit, & quando cœna facta mittens aquam in peluim pedes
6 discipulorum lauit. Canon† Adriani Papæ 63 distin. Valentinianus, in fine, uidetur innuere, quòd Imperator debet ordinem subdiaconatus habere, ubi dicitur: Auditor & defensor tuus, ut meum ordinem decet, semper existam, sed non est ita, gerit tamen illud officium, quoniam in die ordinationis suæ receptus primo in canonicum, à canonicis sancti Petri, ministrat domino Papæ in missa in officio subdiaconatus parando calicem, & huiusmodi faciendo. Quidam etiam dicunt, ut not. ff. de rerum diui. l. sancta, quòd sit presbyter. iuxta illud, Cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiam Pontifex dictus est, prout in tractatu de episcopo dicetur.

S V M M A.

1 *Diaconi qui, & unde dicantur.*
2 *Diaconi Leuitarum subsunt imperio, et eorum officium fusè.*
3 *Diaconus quibus dieb. dalmaticā portet.*
4 *Diaconorum officium inter ieiunia.*
5 *Diaconus, cingitur planeta.*
6 *Diaconi duplex officiū. & nu. 10. 11. 12. 13.*
7 *Diaconos induens casulam quid notet.*
8 *Diaconus casulā induens ieiuniorum tempore glaudium uibrat contra hostem.*
9 *Diaconus ordo unde initium duxerit.*
14 *Diaconus qualiter instituatur.*
15 *Episcopi manus impositio super ordinandis quid significet.*
16 *Manus episcopi cur extendantur in bene dictionibus.*
17 *Sacramentorū dispensatio quomodo Deo, & quomodo ministris competat.*
18 *Diaconus qua significatione dalmatica utatur.*
19 *Diaconorum institutio quibus constet.*

De Diacono. Cap. IX.

Δ Ιακονοὶ, † Græcè dicuntur. Hebraicè leuitæ, Latinè uerò, ministri siue assumpti, siue offerentes, secundum Isidorum 31. dist. lex 21. dist. cleros. Diaconorum quidam ordo in lib. numerorum a tribus Leui filij Iacob sumpsisse legitur exordium, & inde Leuitæ. i. adsumpti uocabantur, quoniam adsumpti † sunt ad auxilium sacerdotum, ut Eleazar & Ithamar, Dominus, n. ad Mosen locutus est, *Nu. 3.* dicens,

dicens: Applica tribum Leui & fac eā stare in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrent ei, vt excubent, & obseruent, quicquid ad cultum pertinet multitudinis. coram tabernaculo testimonij, & custodiant uasa tabernaculi, seruientes in ministerio. Sicut enim in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispensatio habetur, vt iam dicetur. A quinquagesimo autem anno iussi sunt Leuitæ uasa custodire, & à *Nu. 4.* 25. annis & supra iussi sunt in tabernaculo deseruire, tanquam ætatis ad onera portanda robustæ, qui possent arcam fœderis, mensam propositionis, & uasa tabernaculi deportare. Quod & in nouo testamento recolitur, cum diaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur, & in diebus ieiuniorum super eūdem humerū casula complicatur, quia quicquid laboris in hac uita sufferimus, tanquam in sinistra portamus, donec à sinistra transeamus in dextram, in qua requiem habeamus. Hinc etiam diaconi Cardinales mensam Letera nensis altaris humeris suis in die cœnæ ad sacrarium deportant, & in sabbato sancto ad altare deportant. Ipsi quoque semper summum Pontificem velut arcam fœderis deportant. 3 ¶ Non† ergo diaconus dalmaticam, nec subdiaconus tunicellam in diebus ieiuniorum, in officio missæ portāt propter rationem in 3. parte sub ti. de diacono, & 6. parte sub titu. de septuagesima scriptam, sed casulas, seu planetas super humerum sinistrum cōplicatas gestant, non replicatas à dextris, & à sinistras, sicut facit sacerdos, sed ab anteriori parte super brachia eleuata. Subdiaconus tamen epistolam lecturus illam deponit, qua lecta eam resumit, & diaconus euangelium lecturus illam exuit, & eam decenter plicatam super sinistrum humerum imponit, & sub brachio dextro ligat, ita q̄ ab humero sinistro ad latus dextrum ad modū stolæ descendat, sicq; circuncinctus cā tenet, donec dicatur illa ultima oratio, post communionem, tunc enim illam induit, si cut prius. Missa verò finita tam subdiaconus, quàm diaconus illam deponit. ¶ Sanè 4 hæc† diuino plena sunt mysterio. Planetas uerò replicatas his temporib. portant. Primò, propter iam supra positam rationem. Secundò, eas portant ad ostendendū quòd ipsi ad tantam perfectionem in illis tenentur, ad quātam sacerdos in alijs diebus, ad notandum, quòd ex charitate, quę per planetam significatur, ministrant, & non ex timore, prout in veteri lege fiebat, quæ erat lex timoris, & non amoris, sicut noua, præsertim tempore ieiuniorum, q̄ā sine charitate factum meritorium non est. Ferunt autem illas ab anteriori parte eleuatas, ut liberius valeant ministrare, & ad ostendendum, q̄ ipsi iuxta Apostolum, *Phi. 3.* Quæ retro sunt obliuiscentes, ad anteriora ferunt. Portāt etiam illas super brachia eleuatas, ad significandum, q̄ opere debēt charitatem ostendere, quam gerunt in mente: per manus enim & brachia charitas congruè designatur. Non autem replicatas à dextris, & a sinistris, prout facit sacerdos, ad insinuandum dissimilitudinem potestatis, & officiorū suorum. Subdiaconus tamen epistolam lecturus, tāquam officio suo functurus, illam deponit. Ipse nā que ex officio suo veterem legem repræsentat. Vnde & epistolæ quandoque de veteri lege sumuntur, sub qua non ex amore, ut præmissum est, sed ex timore seruiebatur. Quia ergo illud durauit, quandiu lex durauit, ideo ad hoc figurandum, donec epistola finiatur, non tenet planetam, quæ amorem designat, Diaconus verò euangelium legens eam non deponit, sed iuxta modum stolæ suo officio competentis, illam sibi coaptat, quia eius officiū est doctrinam euangelicam, quæ est lex amoris, prædicare, & hoc ex amore, qui facit iugum domini suaue, quod iugum, ex quo omnia mundana præmuntur, per stolam super sinistrum humerum significatur. ¶ Cingitur autem planeta, idest † charitate 5 ab humero sinistro in latus dextrum, ut sit ei suaue iugum domini in prosperis, & in aduersis, quæ per læuā & dextram designatur, tanquam armatus in humeris contra aduersa, & succinctus in altari contra mūdi suauia seu prospera. ¶ Rursus† diaconus 6 duplex gerit officiū scilicet prædicādi populo, vnde lecturus euāgelium dicit populo: Dominus vobiscum. Et ministrandi sacerdoti. Nēpe propter prædicandi officiū casulā super humerū portat: quia prædicator in præsenti vita opera populi portare debet, quod à legali sacerdote tractum est:

qui

qui dum sacrificabat summitates balthei, super humerum reflectebat Pro eo vero, q̃ sacerdoti ministrat, & quia propter instantes necessitates ire atque redire habet, dexteram habere debet expeditam, & liberam. Vnde in Toletano concilio 25. dist. vnum ita legitur, unum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, idest, pro eo, quod prædicat. Præterea subdiaconus & diaconus lecturi deponunt casulas, quasi proficentes non esse vestem propriam, sed ob reuerentiam temporis recipere commodatam.

¶ Denique circa finem missæ diaconus planetam induit ad notandum, quòd nõ sufficit opus ex charitate inchoare, nisi & in
7 charitate perficiatur. ¶ Tertiò etiam dici potest, q̃ diaconus casulam induens inducit se esse prædicatorem, qui in dilectione feruear, & vitæ contemplatiuæ inhiet, dum uerò se illâ præcingit, & humero duplicatam imponit, opus prædicationis, orationis, & lectionis intromittit, & proximo in necessitatibus subuenit, quam reflectit in dextram, cum omnia refert ad summum bonum. Et sic dum casulam induit Mariã, dum præcingit repræsentat in ministerio
8 Martham. ¶ Quartò, dum diaconus † ieiuniorum tempore casulam super humerum replicat, quasi gladium contra hostem uibrat, ut dicetur in procœmio tertiæ partis.
9 ¶ † In nouo uerò testamento ordo iste ab Apostolis sumpsit initium, qui septem uiros boni testimonij plenos spiritusancto diaconos elegerunt, vt iam dicetur. Vnde & sancti patres decreuerũt. 93. dist. diaconi. & cap. seq. ut in matrice ecclesia septem diaconi circa altare pontifici in celebratio-
Act. 6. ne missæ adsistant. Hi in Apocalypsi dicũ-
Apoc. 10 tur septem angeli, tuba canentes, quia illo-
Apoc. 1. rum est alta mysteria de superna inspira-
Apoc. 10 tione foras resonare. Hi sunt septem candelabra aurea, qui Christi lucem euangelijs alijs ostendere debent. Hi dicuntur septem tonitrua, quia terribiliter comminari debent, q̃ omnis arbor, quæ nõ facit fructum bonum, &c. extra de deci. quamuis. in fi. 93. dist. diaconi, & c. seq. Hi præconis more ecclesiam admonent ad orandum &
10 genua flectendum. ¶ † Ad eos quidem pertinet adsistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, scilicet chrismate, in patena, & in calice oblationes, idest, hostias inferre, & disponere in altari, componere etiam, idest ornare mensam domini in altari, atque uestire, crucem ferre, puta in processionibus, & prædicare idest, legere euangelium, & Apostolum, idest epistolam, puta subdiacono deficiente. 25 distinc. perlectis, extra de dec. quãuis, in fi. Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconis nouum prædicare, idest, legere præceptum est. Sicut enim dominus donec Euangelium prædicauit, minister fuit, iuxta illud: Non uem ministrari, sed ministrare, ita nulli magis conuenit Euangelũ legere, quam diacono, qui minister interpretatur. ¶ Vnde cum ordinatur, ideò stolam, per quam Christi iugum significatur, accipit, quia euangelium, in quo de ipso iugo continetur, lecturus est. ¶ Ad ipsum † quo- 11
que pertinet officium precum, idest, dicere litanias, & recitatio nominum eorum, qui ordinandi, vel etiam baptizandi sunt. Ipse præmonet aures adhibere ad Deum, cum dicit: Humiliate capita uestra Deo, uel humiliate vos ad benedictionem. Ipse hortatur clamare, dicendo: κυριελεησον, in rogationibus, ipse donat pacẽ scilicet subdiacono, vel saltem cum dicit: Dominus uobiscum, & annunciat festiuitates. ¶ Hæc siquidem & alia plura ad eius pertinẽt officium, quæ in canonibus Hie. 23. dist. diaconi. & cap. legimus. plenius continentur. ¶ Debent † etiam tanquam oculi episcopi 12
cuncta circumlustrare, & episcopo referre. 22. dist. diaconi ecclesiæ, &c. seq. usque §. compagis. non tamen debent baptizare, nec Dominicum corpus dispensare, nisi in necessitate, scilicet episcopo uel presbytero absentibus, & iubẽtibus, nec possunt calicem benedicere. Non † debent etiam in- 13
ter sacerdotes uel coram eis, uel supra ipsos, nisi eorum iussu, sedere, possunt tamen in conuentu presbyterorum rogati prædicare. ¶ Diaconi tenent loca quaternionum, qui apud gentiles erant. ¶ Sanè † sicut in canone. 23. distin. diaconus. legi- 14
tur, diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manus suas super caput illius imponit, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium, idest ad diaconatum consecratur, idest, ordinatur.

In

In actibus tamen Apostolorũ ita legitur: Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt manus super eos. In quo ostenditur, non solum episcopum uerum etiam, presbyteros tũc adstantes debere manum super diaconum, dum ordinatur, imponere. Nunquid enim plus potest precari solus episcopus, quàm plures Apostoli? Imponẽtes enim manus, non dant sanctum Spiritum: sed orant ut super eos ueniat. Cum igitur usus omnũ bonorum non sit in uno, sed in pluribus, meritò plures manus imponunt, ut unusquisque Dominum deprecetur, ut partem de spiritu suo tribuat ordinando ad instar Mosi, de cuius spiritu Dominus dedit se-
15 ptuaginta uiris. ¶ Ideo † aut fit manus impositio super ordinandos; quia per manum opera, per digitos spiritus Sãcti dona, p ca put uerò mentem intelligimus. Rectè ergo manus imponitur, quia donis Spiritu sãcti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur. De manus impositione sub tit. de episcopo dicetur. Sed cum diacono manus imponũtur, extrà de sac. nõ ite. c. fi quęritur, quare quando postea presbyter, ei manus imponitur iterato? Respõdeo, quia per cõsecrationẽ transit de opere ad opus, idest, de ministerio ad Dei imolationem quod sicut nec illud, nisi gratia Dei adiuti, agere non ualeamus. Suspensio uerò manuũ fit, dum oratio super caput effunditur ordinã-
16 di, extrà de sac. non ite. c. fi. ¶ Et nota † quoniam tunc super confirmato in frontibus, & cum sal, & aqua, pallæ altaris, uestes sacerdotales, & huiusmodi benedicuntur, ideò hæc manuũ suspensio fit; quia uirtus quędã manibus cõsecratis inest, quæ quasi suscitatur, dum benedictio cum huiusmodi manuũ suspẽsione super res effunditur
1. *Tim.* 1. benedicendas. Vnde Apostolus monẽs discipulum Timotheũ, inquit, Moneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per appositionem manuum mearum. Vt sicut corde per effectũ, sic corpore per suspẽsionem manuũ deuotio excitetur. Non enim solũ in rebus animatis, uerumetiam in rebus inanimatis uirtus consistit. Vnde non nulli asserunt, quòd uirtute templi, si quis illud ex deuotione ingreditur, uenialia in eo dolentur. Rursus suspensio huiusmodi in prolatione exorcismorum potissimè fit quasi sacerdos ipso corporis actu, fugando Diabolo uirtutę consecrationis manuum cõmunetur. Tertiò potest † dici q̃ dispensa 17
tio sacramentorum soli Deo principaliter, ministris verò ecclesiæ ministerialiter competit, ipsi enim nihil a se, sed à principali habent agente. Quia ergo in sacramentorũ dispensatione uestiũ, uel aquæ, & huiusmodi benedictioni, seu consecratione aliqua spiritualis sanctificatio cõfertur, quam ministri de suis meritis non confisi, debẽt ab ipso Deo corde & opere postulare: congruum est, hoc per eleuationem, seu suspensionẽ manuũ per quas opera intelli *Tre.* 3.
guntur, exprimi. Vnde in Tre. Leuemus corda nostra cum manibus. ¶ † Diaconus 18
dalmatica utitur ut discat occultam rationem sublimiũ indagare. Vnde in quibusdam Ecclesijs ea, non nisi in festis utitur, quia discipuli sublimia non intellexerunt, nisi postquam Dominus est glorificatus. Et utitur ea sine alba tempore oblationis & lotionis tantum: sicut statuit Zozimus Papa. 93. di. diaconus sedeat. ¶ Ad hæc dia
conot cũ ordinatur, traditur sub certis uer 19
bis stola, & codex Euangelij, quæ res & verba sunt huius sacramenti substantia: cætera sunt de solennitate. Ideo autem stolam accipit, quia euangeliũ, quod per Christi iugum figuratur, lecturus est. Hoc officio utitur, qui corpus & sanguinem Christi discrete dispensat, & qui ad orandum & uigilandum sui exemplo alios hortatur.

¶ Christus uerò hoc officiũ exercuit, quan *Mat.* 13.
do post cęnã sacramentũ corporis & sanguinis sui proprijs manibus discipulis dispensauit, & iterũ, quando Apostolos hortatus est ad orandũ, dicens, Vigilate & ora- *Matt.* 4
te &c. & quando Euangelium prædicauit.

SVMMA.

1 *Sacerdotalis ordo unde duxerit initium.*
2 *Melchisedech iustus sacerdos altissimi.*
3 *Dauid uigintiquatuor sacerdotes instituit*
4 *Christus sacerdotes instituit.*
5 *Presbyter quis dicatur, & unde, nu. 6. Et an sapientia, an ab ætate dicatur.*
7 *Sacerdos quis, & unde dictus. Et qui olim num. 9.*
8 *Capella initium unde, & inde capellani.*
10 *Presbyteri institutio quibus constet.*

Sacerdos

Universidad de Deusto Biblioteca

11 *Sacerdotes uicem Christi gerunt.*
12 *Sacerdotalis ordinis dignitas, & eminentia.*
13 *Pontifex qua de causa, aut similitudine deosculetur sacerdotē iam inuestitum.*
14 *Presbyteratus institutio.*

De Sacerdote. Cap. 10.

1 Sacerdotalis ordinis institutio à ueteri lege † exordium sumpsit. Dominus namque legitur præcepisse Mosi, applica (inquit) fratrem tuum Aaron ad tecum filijs suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio mihi fungatur. Vnxit ergo Moses, Aaron in maiorem sacerdotem, filios uerò illius in minores. Vnde propheta inquit, Moses & Aaron in sacerdotibus eius, ideſt, primi & summi inter sacerdotes fuerunt. Ipse tamen Moses prior fuit, quàm Aaron, ordine, & ēt maior administratione. 22. di. sacro in gl. Hinc est, q̄ Moses illum instruebat, & tanquam minorem redarguebat, de pēn. distin. 3. inter hoc. sed quò ad consecrationem sacerdotalem pares fuerunt. Moses autem non offerebat hostias, sed solùm vota pro populo 36. dist. si quis vult 78. dist. decreuit. Ante legem etiam sacerdotes fuisse leguntur.

2 ¶ Vnde Melchisedech † iustus sacerdos Dei altissimi legitur extitisse, cui decimas ex omnibus spolijs Abraham tanquam sacerdoti persoluit. Erant autem multi minores sacerdotes, quos canoneos communiter appellabant, & unus erat summus sacerdos, quem uocabant specialiter Azabarcum. ¶ Sed † & Dauid 24. summos sacerdotes instituit, sexdecim de Eleazar, & octo de Ithamar, quibus tamen omnibus vnum præfecit, quem statuit principem sacerdotum, & singulis per sortem vicis suæ diuisit hebdomadas, quarum octaua peruenit Abie, de cuius genere Zacharias pater Ioan. Baptistæ descendit.

4 ¶ † In nouo quoque testamento Christus maiores & minores sacerdotes constituit, videlicet. 12. Apostolos, & septuaginta duos discipulos, per Apostolos electos, quos præmittebat binos in omnem ciuitatem & locū, quo erat ipse uēturus. 21. dist. nouo. Sicut enim Deus per Mosen summos Pōtifices regendis populis in lege præfecit, & ad eorum societates & operis adiumentum sequentis ordinis viros & secundæ dignitatis elegit. Nam in Eleazaro, & Ithamar filijs Aaron paternæ transfunditur plenitudinis abundantia, ut ad hostias salutares & frequentioris officij sacramenta, ministerium sufficeret sacerdotum. Et sicut in Eremo per 70. uirorum prudentium mentes Mosi spiritum propagauit, quibus ille vsus in populo innumerabiles multitudines facile gubernaret, sic & Christus Apostolis suis discipulos addidit, quibus illi totum orbem sanctis prædicationibus repleuerunt, sicut hæc & alia in pontificali sub ordinatione sacerdotis habentur. Apostolorum itaque uices maiores obtinent sacerdotes, ideſt, episcopi, qui dicuntur summi 1. q. 7. accusatio de cōse. dist. 5. manus. & c. de his. discipulorum uerò minores, ideſt, presbyteri. Petrum autem quasi summum sacerdotem elegit, ei præ omnibus claues regni cœlorum tradens, & ipsum præ cæteris ponens caput & fidei fundamentum, inquiens. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam 21. distin. in nouo iuxta illud prophetæ. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij &c. 68. dist. quorum. Apostoli verò episcopos, presbyteros, & leuitas ordinauerunt, sicut in proœmio huius partis dictū est. Sacerdotes ergo sunt successores. 70. virorum, quibus Dominus Mosi spiritum prorogauit, & 70. & discipulorum, sicut episcopi sunt uarij Mosi & Apostolorum.

5 ¶ † Cæterum secundum Isidorum 21. distin. cleros. πρεσβύτερος, Græcè, Latinè senior interpretatur, non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatem quam acceperunt. Senectus enim uenerabilis est, & cani sunt sensus hominis, extrà de transla quanto. 2. q. 6 anterior. Vnde & Dominus inquit ad Mosen. Cōgrega mihi 70. uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, q̄ senes sint populi, & magistri. Presbyter ergo secundum Hier. 94. dist. legimus. ad fi. nomen est ætatis, episcopus uerò dignitatis. Porrò sicut in lib. Numerorū legitur, Mosi præcipitur, vt eligat presbyteros, ideſt seniores. 88. distin Porrò, unde in proue. dicitur, Gloria,

Exo. 40. Psal. 98. Gen. 4. *Leui. 8.* *Num. 2.* *Mat. 16. Psal. 44. Num. 1.* *Num. 2.* *Prou. 2.*

senum est canicies. Hæc uerò canicies sapientiā designat, de qua scriptum est, canicies hominum prudentia est. Cumq; non gentis, & eo amplius annis ab Adam vsque ad Abrahā uixisse homines legamus nullus alius primus appellatus est πρεσβύτερος, ideſt, senior, nisi Abraham, quem multo paucioribus annis uixisse conuincitur. Non ergo propter decrepitam ætatē, sed propter sapientiā presbyteri nominantur. Hinc est, quòd illi duo iudices, qui falso iudicauerunt Susanam, presbyteri vocati sunt, qui autem presbyteri nunc nuncupantur, olim principes populi, ut Chore, Dathan, & Abiron, vel magistratus, aut magistri templi, ut Nicodemus, & Gamaliel dicebantur. 6 ¶ Dicitur † autem presbyter, quasi alijs viuendi præbens iter, vel præbens beatum iter. videlicet populo de exilio mundi ad patriam paradisi. De presbytero etiam sub tit. de episcopo dicetur.

7 ¶ † Sacerdos verò antistes dictus est, quia ante stat, & supra se nullum in ecclesia habet 21. dist. cleros. Dicitur quoque sacerdos à sacrificando, quia consecrat & sanctificat. Vnde etiam dicitur sacerdos, quasi sacra dans, uel sacer dux, ut ait Beda, & Gre. in pastorali, hb. 2. 28 ca. Sacerdos etiā dicitur iustitiæ cultor: Iuxta illud. Cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. ff. de 8 iust. & iur. l. 1. ¶ † In plerisque locis sacerdotes, capellani uocantur. Nam antiquitus reges Franciæ ad bella procedentes cappam beati Martini secum portabant, quæ sub quodam tentorio seruabatur, q̄ ab ipsa cappa dictum est capella, & clerici, in quorum custodia ipsa capella erat, inde capellani dicebantur, & consequenter ab illis ad cunctos sacerdotes nomen illud in quibusdam regionibus est transfusum. Sunt etiam qui dicunt quòd antiquitus in expeditionibus intentorio fiebant domunculæ de pellibus caprarum super tectæ, in quibus Missæ celebrabantur. & inde ca- 9 pellæ nomen tractū est. Sacerdotes † uerò Gentilium, flamines dicebantur, sicut in proœmio huius partis dictū est. Presbyteri vices gerunt Aedilium, qui apud Gentiles fuisse noscuntur. 10 ¶ † Sanè secundum canonicam traditionem presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum benedictoriam supra caput eius tenente, & omnes presbyteri, qui præsentes sunt manus suas iuxta manus episcopi teneant, supra caput illius, Spiritum sanctum inuocantes, quę manus impositio operum sancti Spiritus exercitationem significat. Nam per caput mens accipitur, per digitos Sancti Spiritus dona, per manus opera figuramus. Quare autem fit manus impositio, cum facta fuerit, cum in diaconū ordinaretur, dictum est sub tit. de diacono. Vngūtur etiam manus presbyteri oleo in sui ordinatione, de qua in prima parte sub tit. de unc. dictū est. ¶ † Sacerdotes uicem 11 gerūt Christi, dum pro peccatis obsecrant, & per pœnitentiā reconciliant peccatores. Mediatores enim sunt inter Deum & homines, prout in seq. tit. plenius ostendetur. Hi stolam super utrunque humerum accipiunt, vt ex hoc se per arma iustitiæ esse munitos intelligant, prout in 6. parte sub tit. de stola dicetur, accipiunt quoque de manu Pontificis culicum cum vino, & patenam cum hostia, quatenus his instrumētis potestatē se accepisse cognoscant, placabiles hostias, & corpus, & sanguinem Christi offerendi. Vnde episcopus hæc tribuēs, dicit accipite potestatē offerre sacrificium Deo, missamq; celebrandi, tam pro uiuis, quàm pro defunctis in nomine Domini. ¶ † Hoc ordine nullus in ecclesia celsior 12 est, episcopis tamen quædā superaddita est potestas, sicut in proximo tit. dicetur, & in huius partis proœmio tactum est, ne si eadem potestas passim penes omnes sit, obedientia soluatur, & scandalum generetur 89. distin. ad hæc. ¶ † Non autem va- 13 cat à mysterio, quod ordinator ordinatum in sacerdotem cōmunicans osculatur, diaconus verò vel subdiaconus ordinati communicantes osculantur manum ordinatoris. Ratio diuersitatis est. Primò, ut per hoc ordinum notetur distinctio, prout in 4. parte sub tit. de communicatione sacramenti dicetur. ¶ Secundò, quia Pontifex osculando sacerdotem denotat, quod ille ad æqualitatem ordinis recipitur, quātum ad sacramentum eucharistiæ conferendū, quod est sacramentū amoris, qui per osculum significatur. Diaconus uero & subdiaconus non recipiuntur ad talem æqualitatem, sed ad imitationem bonæ operationis, quæ ex charitate procedit.

Universidad de Deusto Biblioteca

quod secundum Greg. per manus osculum
14 designatur. ¶† Sanè ei, qui in presbyterum ordinatur, traduntur sub certis verbis stola, & casula, calix cum patena, & etiã inungitur, quæ res & verba sunt de huiusmodi sacramenti substantia. Cætera uerò præcedentia & sequentia de solennitate sunt. ¶ Porrò sicut ait beatus Aug. 28. dist. de ipsis. sacerdotes scire debent librum sacramẽtorum, siue missale, lectionarium, antiphonarium, baptisterium, computum, canones pœnitentiales, psalterium, homilias per circulum anni, diebus Dominicis & festiuis aptas, è quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen uix in eo constabit. Ma-
Osee. 4. 2 gnus etiam Dionysius ea. dist. omnes, inquit, Substantia summi sacerdotis sunt, eloquentia diuinitus tradita, ideſt vera disciplina, seu scientia diuinarum scripturarũ. Et propheta. Quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio mihi fungaris. Non debẽt enim discere, qui ex officio alios debent docere 37. distin. ecce. 1. q. 7. conuenientibus. ¶ De præmissus verò libris & homelijs in proœmio 6. partis dicetur. Item, qui sint canones pœnitentiales, & utrum sacerdos pœnitentias in illis diffinitas ualeat moderari, quæ sacerdotes scire oportet, diximus in aureo repertorio
Mat. 26 nostro, sub tit. de pœ. & rem. De computo
Rom. 8. in finali parte dicemus. Hoc officũ Christus exercuit, quando post cœnam panem & vinum in corpus & sanguinem sub diuina virtute conuertit, dicens. Apost. Accipite & comedite, hoc est corpus meum &c. Excellentius quoque hoc officio usus est, cum pro peccatis humani generis seipsum in ara Crucis obtulit patri, idem episcopus facerdos, & hostia, & adhuc gloriosus implet, dum sedens ad dexteram patris, interpellat pro nobis.

S V M M A.

1 *Episcopus. quis & vnde dictus.*
2 *Episcopi sedes i ecclesia. Et eius significatio*
3 *Episcoporum varia nomina. & n. 4.*
6 *Episcopus qua die, & hora consecratur. & n. 12 Et qua solennitate id fiat. n. 7. 11*
8 *Episcopi consecrandi capiti cur liber imponatur.*
9 *Episcopi cõsecrationi cur tres Episcopi debeant interesse.*
10 *Manus impositio super ordinandis & consecrandis vnde duxerit initium.*
13 *Episcopi & presbyteri quid differant.*
14 *Sacerdotes mediatores inter Deum & hominem.*
15 *Episcopus & sacerdos an intelligatur nomine presbyteri.*
16 *Episcopus & presbyter antiquitus ijdem erant.*

De Episcopo. Cap. II.

PRopter ea, quæ specialiter 1
†officio Episcopali incumbunt, episcopatus inter ordines in sacris canonibus connumeratur 21. d. cleros. in prin. extra de purg. can. quo. & de consc. eccle. uel alt. ca. pe. episcopi autem nomen plus sonat oneris, quam honoris. Nam ἐπίσκοπος Græcè, superintendens interpretatur Latinè, speculatoris officium gerens 21. dist. cleros. Nam præpositus in ecclesia speculator dictus est Iuxta quod Dominus inquit prophetæ: Filij hominis speculatorem dedi te domui Israel, ut plebi sibi cõmissæ non negligenter incumbat, sed uitam & mores eorum & cuncta diligenter prospiciat.
¶† Quia ergo episcopus speculator est, ideò 2
ex institutione Clementis primi cathedra *Ps. 10.*
siue locus eius in ecclesia altior est, ut superintendat, & populum custodiat, omnesq; cõspiciat, & illũ cuncti, sicut uinitori altior locus est pro uinea custodienda: ob hoc inquit Apostolus, qui episcopatũ desiderat, bonum opus desiderat 8. q. 1. qui episcopatũ. Non dixit honoré, sed opus, quoniã episcopus nõ tam ut præsit, quã ut prosit eligitur. ¶ Rursus falsidistorũ episcopi spirituálẽ iurisdictionẽ annexam Pontificali designat, quam exercere diffiniendo non debet, nisi pro tribunali sedẽs, quod probatur ex verbis Domini. dicẽtis in euãgelio: Super cathedram Mosi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dixerint, facite &c. 19. dist. secundum 3 q. 7. § fin. Per scabellum uerò temporalis potestas significatur, quæ subiecta debet esse spirituali, sicut probat Gelasius Papa, extra de maiorita. & obedien. solitæ 96. distin. 2. & cap. sequen.

& Inn.

& Inn. 3. in sua epistola decretali. Et a spirituali per disciplinam correctionis cõculcatur, quando a vero exorbitat per peccatum, extra de iud. nouit 63. dist. Valẽtinia
Ps. 109. nus. Vnde Psal. Donec ponam inimicos
3 tuos, scabellum pedum tuorum. ¶† Pontifex verò princeps sacerdotum est., quasi pons & uia sequentium factus 21. dist. cleros, ipse & summus sacerdos ipse & Pontifex Maximus nuncupatur, ut præmissum est. Ipse nanque efficit sacerdotes atq; Leuitas, ipse officia & ecclesiasticos ordines distribuit, & disponit, & præordinator est in cunctis. ipse quod unusquisq; facere debeat, ostendit. Antea autem Pontifices & Reges erant, prout tactũ est in prima parte sub titu. de consec. Maiorum enim hæc erat consuetudo, ut Rex & sacerdos Ponti
4 fex esset. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶† Dicitur etiã præsul quoniam in concilio præsidet, extra de
5 tempo. ord. quod trãslationem ¶† Dicitur etiam antistites, quia ante alios stans præeminet populo, uel ab ἀντὶ, quod est contra quoniã hæreticis cõtradicit, ut pastor lupis. Ordo episcopalis vnde processit, di-
6 ctũ est in proœmio huius partis. ¶† Sanè consecratio episcopalis (in qua Spiritussanctus dignè sumẽtibus adest) datur semper in die Dominica, & hora tertia fit. 75. d. c. 1. quoniam ipsi episcopi vicem Apostolorum obtinent, quibus in die Pent. & hora tertia Spiritussanctus datus est, non tamẽ potest, quis in episcopum consecrari die illa, quia in presbyterũ ordinatur, sed & iux
7 ta canonum statuta, 74. di. si forte. ¶† Episcopus cum ordinatur, comprouinciales episcopi conuenire debent cum metropolitano, & duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, siue super humeros, uno super eum fundente benedictionem, reliqui uerò omnes episcopi, q. ad sunt, manibus suis caput eius tangant, 23. di. episcopis. Siquidem† tenetur liber super caput eius. Pri-
8 mo, ut dominus firmet Euãgelium in corde ipsius. Secũdò, ut per hoc intelligat, cui labori & oneri subijciatur, quia omne, qđ hic eminet, ideſt omnis prælatus, plus meroribus afficitur, quam honoribus gaudeat. 22. dis. uerum. Tertio ad notandum, q. pondus Euangelicæ prædicationis, cum circunquaque ferre pigere non debet. Quarto, ad monendum illum, ut magis so
11 lito iugo subiaceat & obediat Euangelio. ¶† Trium autem episcoporum ad mi- 9
nus computato metropolitano præsentia requiritur ratione, & exẽplo, Ratione, ne tantum beneficium videatur furtiuè præstitum, ut pro illo pariter preces ad Deũ effundant. Et exemplo; quia & Iacobus frater Domini a Petro. Iacobo, & Ioanne Apostolis ordinatus est episcopus Ierosolymitanus. 66. d. porrò. ¶† Manus verò im- 10
positio sumpsit exordium ab Isaac, qui dũ Iacob benedixit, imposuit sibi manum. Gene. 27. & Moses Iosue, cùm eum populo præfecit. Num. 27. & Dominus Apostolos, cum eos principes mũdi cõstituit. Sed & ipsi Apostoli per manus impositionem Spiritum sanctum dederũt. Act. 19. De manus impositione, dictum est sub tit. de diacono. ¶† Cæterum, circa episcopi ordina- 11
tionem sciendum est, q. ipse Sabbato hora vespertina examinatur de moribus, & statu præteritæ vitæ, vbi ter benedictio petitur, ut sancta Trinitas in ordinatione præ esse monstretur. Mane verò sequenti examinatur de futura conuersatione, & fidei & primitiuæ ecclesiæ institutione, propter suspectos in fide, moribus, & cõditione, & ungitur caput eius & manus, de quo dictum est in prima parte, sub ti. de consecr. &c. Deinde unguntur manus eius, & datur ei mitra in capite, in signum q. benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum cõfirmauit super caput eius. Dantur etiam baculus & anulus, de quibus in sequenti parte dicetur. Singula autem cum proprijs uerbis tradũtur & fiũt. Quæ uerba, & capitis & manuum unctio, & pollicum cõfirmatio baculi, & anuli atque Euãgelij traditio, sunt eius substãtia sacramenti. Cętera solennitatis sunt. ¶ De euangelio, & baculi traditione, & quare consecratus equum album seu albis coopertum equitat, dictum est in predicto tit. de consc. ¶† Cõsecratur autẽ episcopus, 12
inter epistolam & Euangelium, extra de elect. q. sicut. nec potest die suæ consecrationis ordines celebrare quia ipse tunc nõ celebrat, sed concelebrat, principaliter celebranti. Papa tamen qui ante hymnũ angelicum consecratur, hæc posset; quia ipse

missarum solennia perficit consecratus.

13 ¶ Differt autem† inter episcopos & sacerdotes, quia licèt sex sint, quæ communiter ad omnes pertinèt sacerdotes, uidelicet cathechizare, baptizare, prædicare, cõficere, soluere, ac ligare, tamẽ ad Põtificem nouẽ specialiter spectãt, scilicet clericos ordinare, uirgines benedicere, Põtifices consecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradandos deponere, synodos celebrare, chrisma cõficere, uestes ac uasa sacrare. Sũt & alia quæ ad officium episcopale pertinẽt, puta in frõte chrismare, benedictionẽ solennẽ ante pacem dare, & similia 15. dist. plectis. 68. dis. quãuis. Veruntamen & maiores & minores sacerdotes cõiter in quibusdã uicẽ gerũt summi Põtificis, i. Christi, dũ uidelicet, p peccatis, obsecrant, & per pœnam reconciliant peccatores. Vnde Apost. Deus erat in Christo mũdum sibi re-
2. Co. 5. concilians, & posuit in nobis uerbum recõciliationis, obsecramus ergo pro Christo
14 reconciliamini Deo. Mediatores† enim sunt sacerdotes inter Deũ & homines, dũ & præcepta Dei populo deferunt pdicando, & uota Deo porrigunt supplicando. Quo circa tales debent existere, ut & Deo grati, & hominibus sint accepti. Nam, ut ait Alexander Papa. 1. q. 1. Christi sacerdotes, quãto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus populi, p quibus clamãt, exaudiuntur. Et sicut Apost. dicit; Media-
Gal. 5. tor non est vnius, & discordes reconciliare potest, qui simul utriu sq; societatis & amicitiæ uinculo nõ est concors. Si enim is q dissplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. 49. d. §.
15 1. Episcopus† quoque & sacerdos nomine presbyteri intelligũtur, sicut patet ex his. quæ ad Titum Apostolum scripsit, qui eundẽ & episcopũ presbyterũ nominauit. Quòd
Titũ. 1. autẽ idem sit episcopus & presbyter, multis modis comprobatur. Presbyteri, à filijs Aaron in ueteri testamento sumpserunt Exordium. Episcopi uerò ab ipso Aaron.
21 Qui uerò uocabãtur sacerdotes, nũc presbyteri dicuntur, qui tũc principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Hodie autem ideo diuersa sunt uocabula, ut episcopus nõ dicatur presbyter, uel econtrà, quoniã antiquitus quãdo pietati studebãt presbyteri, in omni loco ordinabantur, & apud Iudæos qui populo præerãt, presbyteri dicebãtur, hoc nomẽ honoris accipiẽtes. Vocabãtur etiã episcopi ab illo opere qđ implere uidebãtur, eo q; cõsiderare habebant quæcunq; ad pietatis cultum fuerant constituta. †Hinc ẽt Hiero. sic ait. 95. dis. olim. 16
Olim idem presbyter, qui & episcopus, & ante q; diaboli instinctu studia sine dissensiones in religione fierẽt, & diceret in populo, ego sum Pauli, & ego sum Apolli & ego Cephæ, cõmuni presbyterorũ concilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquã autẽ unusquisq; eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretũ est, ut unus de presbyteris superponeretur. Episcopi verò nouerint se magis consuetudine, q; dispẽsatione dominicę ueritatis presbyteris esse maiores. Augustinus verò 2. q. 7 quanquam. dicit, q; quanquam secundum vocabula, quæ usus obtinuit, episcopus sit presbytero maior. Augustinus tamẽ minor Hieronymo est. Hoc officium Christus exercuit, quãdo manus super capita discipulorum leuãs eis benedixit dicẽs: Accipite Spiritũ sanctũ, quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.

ADNOTATIO.

*Dictus est.]Ἐπισκοπῶ ἐπισκοποῦμαι pro ἐπισκέπτομαι, ideſt, considero, viso ægrotum, item recenseo. Inde Ἐπίσκοποι dicti, quorũ inspectio in præsidijs Christi, & summa cura. Ambrosius autẽ, de dignitate sacerdotali, c. 6. episcopum dici putat, quasi super inspectorem, idec q; & in solio eum in ecclesia editiore residere, ut sicut ipse cunctos respicit, ita & cunctorum oculi ipsum respiciant. Speculator item dictus teste Aug. lib. 1. de ciuit. Dei, c. 9. quasi populorum, quibus præpositus est, obseruator, custos, & præfectus, qui speculetur & prospiciat populorũ subditorũ mores, & vitam. quod confirmat illud Ezechiel 33. Ille quidẽ in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu Speculatoris requiram. Qua etiam significatione vsurpauit idem verbum Cicero ad Atticum lib. 7. Vult enim Pompeius me esse, quẽ tota hæc Campania & Maritima ora habent, ἐπίσκοπον. N. Doard.

LIBER TERTIVS.

SVMMA.

1 *Vestiũ sacrarũ usus nõ dẽt eẽ quotidianus.*
2 *Vestes sacræ unde duxerint initium.*
3 *Vestes episcopales.*
4 *Vestes Pontificis quid significent.*
5 *Sacerdos non debet ferre uestes sacras, nisi uirtutibus ornatus fuerit.*
6 *Spirituale certamen quo ineundũ ab epo.*
7 *Vestimẽta cõia episcopis et sacerdotibus, et eorum numerus, & authoritas, & n. 18*
8 *Senarius numerus pfectus. Itẽ nouenarius,*
9 *Ornamenta quindecim Pontificibus accommodata quid moneant.*
10 *Superpellicei usus, & significatio. & n. 11. & unde fiat, nu. 12.*
13 *Cappa, siue pluuiale, & eius forma, atque significatio.*
14 *Vestium usus uarius cur inductus, præter etiam Christi morem:*
15 *Clerici uestimentis lineis cur utantur.*
16 *Maguntinen. Cõcilio sanctio sup institutione epi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi.*
17 *Vestium varia significatio in sacerdote. Euangelico.*

ARGVMENTVM.

De indumentis, seu ornamentis Ecclesiæ Sacerdotum atque Pontificum, & aliorum ministrorum. Cap. I.

1 IN quotidiano † usu non est uestibus sacris vtẽdum, ad notandum, quod sicut mutationem habitus secundum literam facimus, ita & secundum spiritum agamus. Non ergo cum uestibus communis † uitæ usu pollutis in sancta sanctorum ingrediamur, sed cum conscientia munda, & uestibus mundis, & sacris, Dei sacramenta tractemus, de consec. d. 1. c. 1. Vnde Stephanus Papa, de consec. di. 1. de uestimenta. statuit sacris uestibus non nisi in ecclesia-
Ezec. 34. sticis, & Deo dignis officijs uti. & Ezec. Nõ sanctificabant populum in uestib. suis. Habet ergo religio diuina alium habitum in ecclesiasticis officijs, aliũ in cõi usu, ut cuncto populo Christiano exemplũ præbeat bonæ conuersationis, quatenus loti, prius sordes, noui Christo fiant homines. Exuit, n. tunc sacerdos veterem hominem cũ actibus suis, & induit nouum, qui scđm Deum creatus est. Per uestes, quoque q; bus in sacris vtimur tantum, nõ oia sacramẽta fore populo reuelanda intelligimus, 42. dist. in mandati. § fi. 11. q. 3. nolite. Et nota q; tẽ-
Col. 3. pore Ludouici Imperatoris filij Caroli Magni, episcopi, & clerici cingula auro texta, exquisitas uestes & alia secularia orna-
2 menta deposuerũt. ¶ † Sacrę autem uestes à ueteri lege uidentur assumptæ. Præcepit enim Dominus Mosi, ut faceret Aaron sacerdoti, & filijs eius uestes sanctas, in gloriã & decorẽ, ut lotis & sacris uestibus induti fungerentur officio in sacris. Exo. 27. 31. 35. & 40. ca. docuit enim Dominus Moſen per quadraginta dies facere pontificalia, sacerdotalia uestimenta sacerdotibus & Leuitis suis, ornamenta quoque & linteamina, sed & Maria texuit & fecit illa in usum ministerij tabernaculi fœderis. Et eccles. 47. dedit celebrationibus, & decus &c. Quædam tamen ab Apostolis suniuntur, sed tam illæ, quàm iste virtutes designãt mysterium incarnationis. ¶ † Sanè Põtifex celebraturus exuit uestes quotidianas, & induit mundas & sacras. ¶ Et primò sandalia calciat ut sit memor dominicæ incarnationis. Secundò, sibi imponit amictum, ut motus & cogitatus, fauces & linguam cohibeat, ut fiat cor mundũ; Spiritum rectũ percipiens in uisceribus innouatum. Tertiò, albam talarem, ut habeat munditiam carnis perseuerãtẽ. Quarto cingulum, ut impetus luxuriæ refre- Esa. 50.
net. Quintò, stolam, in signum obedientiæ. Sexto, tunicam iacinthinam, ideſt cœlestem conuersationem Septimò, super induit dalmaticam. ideſt sanctam religionem, & carnis mortificationem. Octauò, chirothecas, ut declinet uanam gloriam. Nonò, annulum, ut diligat sponsam, ideſt ecclesiam, sicut se. Decimò, casulam, ideſt charitatem. Vndecimò, sudarium ut quicquid fragilitate, uel ignorantia peccat, pœ-

nitentiâ tergat. Duodecimò, pallium superponit, ut ostendat se imitatorem Christi, qui languores nostros tulit. Decimotertiò, mitram, ut sic agat, quòd coronam mereatur percipere æternam. Decimoquartò, baculum, idest authoritatem potestatis, & doctrinæ. Et postea tapeta calcat, ut terram despicere, & amare cœlestia discat. Omnibus autem præmissis uestibus induitur à ministris, quia ei, ut vestes induat spirituales, Angeli suffragantur, uel quia Vicarius est Christi, cui Angeli ministrant, & omnia seruiunt. ¶ Rursus Pontifex, versus Aquilonem suspiciens, quam uis uersus Orientem seu versus altare, si sit magis accommodum, respicere possit, tanquam aduocatus & pugil cum hoste pugnaturus antiquo, uestibus sacris, quasi armis induitur, iuxta Apostolum, ut iam
4 dicetur. Primò, sandalia † proocræis habet, ne quid maculæ, uel pulueris affectionum inhæreat. Secundò amictus pro galea, caput contegit. Tertiò, alba, pro lorica totum corpus cooperit. Quarto, cingulum, pro arcu, subcingulum, pro pharetra assumit, & est subcingulum illud, quod dependet à cingulo, quo stola Pontificis cum ipso cingulo colligatur. Quintò, stola collum circundans, quasi hastam contra hostem vibrans. Sextò, manipulo pro claua vtitur. Septimò, casula, quasi clypeo tegitur, manus libro, pro gladio armatur. De singulis etiam aliter dicetur infra. ¶ Hæc itaque sunt arma, quibus Pontifex, uel sacerdos armari debet contra spirituales nequitias pugnaturus.
2. Cor. 10. Nam, ut inquit Apostolus, Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed ad destructionem munitionum potentia. Et in alia epistola ad Ephe. 7. cap. Induite uos, inquit, armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricâ iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Hæc quidem armatura est præmissa, septuplex vestis sacerdotalis significatiua septemplicis uirtutis sacerdotis, & representatiua Christi vestium, quibus indutus fuit tempore passionis, prout infrà dicetur. ¶ † Prouideat ergo diligenter episcopus, & attendat studiosè sacerdos, ut signum sine significato non ferat, idest, ut vestem sine virtute non portet, ne fortè similis sit sepulchro foris dealbato, intus verò omni spurcitia pleno. Quisquis sacerdos indumentis ornatur & honestis moribus non induitur, quanto uenerabilior apparet hominibus, tanto redditur indignior apud Deum. Pontificalem itaque gloriam non iam honor commendat vestium, sed splendor animarum, quoniam & illa, quæ quõdam carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda, poscebant, vt quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis uarietate signabât, hoc *Eph. 5.* iam in moribus actibusque claresçat, cum & apud veteres reuerentia ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora sunt experimenta rerum, quàm enigmata figurarum, prout hæc & alia in pontificali, vbi agitur de episcopi consecratione leguntur.
6 ¶ † Sic itaque munitus ad certamen contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & pro sedanda in subditos iudicis irâ ad altare procedit, & per confessionem diaboli renuntiat dominio, & seipsum accusat, populus verò quasi pro suo priuilegio oraturus, in professis diebus terræ prosternitur. Dum autem ille orationes & alia recitat, quasi totis viribus contra diabolum pugnat. Dum diaconus in ieiunijs ante Euangelium casulam super humerum replicat, quasi gladium contra hostem vibrat. Dum epistola legitur voce præconis, Imperatoris edicta dantur. Cantus sunt tubicinæ, præcentores, chorum regentes sunt ducentes exercitum ad pugnam instruentes, quibus lassescentibus alij subueniunt. Cantus autem sequentiæ est plausus, seu laus victoriæ. Dum Euangelium legitur, hostis quasi gladio vulneratur, aut exercitus post victoriam dispersus adunatur. Episcopus prædicans est Imperator, victores laudans. Oblationes sunt spolia, quæ victoribus diuiduntur. Cantus offertorij est triumphus, qui debetur Imperatori. Pax autem in fine

ne datur populo, ut quies ex hoste prostrato insinuetur. Et deinde populus, data ei licentia. p Ite, missa est, cũ gaudio de victoria & pace obtenta ad propria redit. Celebraturus itaq; missam episcopus, aut presbyter indumentis suo ordini congruentibus se exornet, & vestium cultui, actionis quoque conueniant ornamenta, ea dist. ra
7 tionis. ¶ † Circa quod notandum est, q̃ sex sunt indumenta saterdotibus & episcopis cõmunia, quia & sex sunt, in quibus cõmunis presbyterorum & episcoporum potestas consistit. Nouem verò sunt ornamenta Pontificibus specialia, quia & nouem sunt, in quibus specialis episcoporum potestas consistit. Per hunc ergo communium & specialium indumentorum numerũ cõmunitas & specialitas potestatũ inter episcopos & sacerdotes significatur, de quo in
2 parte præcedenti dictum est sub tit. de episcopo. Hoc etenim tam in nouo, quàm in veteri testamento legitur constitutum, vt Põtifices prẽter communes vestes habeãt speciales, sed ibi quatuor erãt communes, & quatuor speciales, prout dicetur sub tit. de legalibus indumen. & sic quidem ratio mystica postulabat. Nã illæ datæ sunt carnalibus, & mundanis, quoniam quaternarius numerus conuenit carni propter quatuor humores, & mundo, propter quatuor eleméta. Hæc autem spiritualibus & per-
8 fectis data sunt. † Nam senarius numerus, qui perfectus est, quia redditur ex suis partibus aggregatis, perfectis conuenit. Vnde sexto die perfecit Deus cœlum, & terram, & omnem ornatum eorum, sed & cum in plenitudine temporis sexta veniſſet ętate, sexto die sub hora sexta redemit genus humanum. Senarius ergo numerus perfectus est, quia suo ordine numeratus perficitur. Nam cum unum, duo, & tres, dicuntur, senarius numerus impletur, uel quia in trinarius partibus diuiditur, idest in sexta, tertia, & dimidia, uidelicet in uno, duobus, & tribus: Nouenarius etiam spiritualibus cõuenit, quia nouem sunt ordines Angelorum, qui secundum Prophetam per nouẽ
2 gemmarum species designantur.
9 ¶ † Quindecim ergo sunt ornamẽta Pontificis, quindecim virtutum gradus, ipso numero designãtia, quos per quindecim can-
Ps. 123. tica graduũ Psal. distinxit. Vestes enim sacerdotales, uirtutes significant, quibus debent sacerdotes ornari, secundũ illud Prophetæ cum: Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. Quæ talares dicuntur, quia talus est finis corporis, per qđ ostenditur, q̃ non sufficit opus bonum inchoare, nisi studeatur perseueranti fine cõpleri, prout sub titu. de tunica, dicetur. Sic ergo noster Pontifex plura, quam octo induit vestimenta, quamuis Aaron non nisi octo habuisse legatur, quibus moderna succedunt, quod ideo est, quoniam oportet iustitiam nostram magis abũdare, quàm Scribarum & Pharisæorũ, ut intrare possimus *Mat. 5.* in regnum cœlorum. Potest etiam dici q̃ noster Pontifex octo habet à capite, usque ad pedes, exceptis vestimentis pedũ, & manuum, scilicet amictum, albam cingulum, & stolam, duas tunicas, casulã, & palliũ, vestimentũ. n. pedũ potius ptinet ad nostros, q̃ ad Aaron, quia nostris dictũ est. Euntes *Mat. 28.* docete oẽs gẽtes &c Denique præter præmissas vestes sacris ordinibus & ministris deputatas, est & alia quædam uestis linea, quæ superpelliciũ dicitur, quo quibuslibet seruitijs altaris & sacrorũ uacantes sup vestes cões uti debẽt, prout in seq. ti. dicetur.
10 ¶ † Superpelicium aũt primò, propter sui candorem, munditiã seu puritatem castita- *Eccl. 9.* tis designat, iuxta illud, Omni tempore vestimenta, t. opera tua sint cãdida, & mũda. Propter nomẽ uerò suum, carnis mortificationem figurat. ¶ † Secundò, dictũ est. n. su-
11 perpellicium, eo q̃ antiquitus sup tunicas pellicias de pellibus mortuorum animaliũ factas, induebatur, q̃ adhuc in quibusdam ecclesijs obseruatur, repræsentãtes q̃ Adã *Gen. 3.* post peccatũ talibus vestitus est pellicijs.
¶ Tertio, denotat innocentiã, & ideo antè oẽs alias uestes sacras sæpe induitur, quia diuino cultui deputãti, innocẽtia vitæ cũctis virtutum actibus superpollere debẽt, iuxta illud Psal. Innocentes & recti adhæ- *Psal. 24.* serũt mihi. ¶ † Quarto, propter sui latitudi-
12 nẽ, congruè charitatẽ designat. Vnde su- *Iacob. 4.* per ꝓphanas & cõmunes vestes induitur, *1. Pet. 4.* ad notandum, q̃ charitas operit multitudinem peccatorũ. ¶ Quintò, ꝓpter sui formã, quia in modũ Crucis formatur, passionẽ Domini figurat, quòdque illud gerentes crucifigi debent cum vitijs, & cum concupiscentijs. † Fiunt autem superpellicia
13

Universidad de Deusto Biblioteca

in quibusdam locis de chrismalibus lineis, quæ ponuntur super infantulos baptizatos, exemplo Mosi, qui de purpura & bysso & alijs a populo in tabernaculo oblatis, fecit vestes, quibus Aaron & filij eius induerentur, quando ministrabant in sanctuario. Exod. 39. ca. †Est etiam & alia vestis, quæ pluuiale, uel cappa vocatur, quæ creditur a legali tunica mutuata. Vnde sicut illa tintinabulis, sic ista fimbrijs infigitur, quæ sunt labores huius mundi & solicitudines. Habet etiam caputium, quod est supernũ gaudium. Prolixa est vsq; ad pedes, per quod perseuerantia vsq; in finem significatur. In anteriori parte aperta est ad denotandum, q̃ sanctè conuersantibus vita patet ęterna, seu quod eorum vita patere debet alijs in exemplum. 2. qõ. 3. non sunt. in fi. Rursus per cappam gloria corporum immortalis intelligitur. Vnde illam non nisi in maioribus festiuitatibus induimus, aspicientes in futuram resurrectionem, quando electi depositа carne binas stolas accipient, videlicet requiem animarum & gloriam corporum. Quæ cappa rectè interius patula est, nisi & sola necessaria fibula inconsuta; quia corpora spiritualia facta nullis animam obturabunt angustijs. Fimbrijs etiam subornatur; quia tunc nostræ nihil deerit imperfectioni, sed, quod nunc ex parte cognoscimus, tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus.

14 ¶†Quidam autem hæretici garriunt nusquam reperiri in nouo testamento, quod Christus, vel discipuli eius præmissis vestibus induerentur, reprehendentes nos temere; quia a talibus ornamur, quoniam sicut Io. ait: Dominus surgens de cœna posuit vestimenta sua, & postea alia nunquã accepit, nisi sua. Nos uerò (ut dicunt) plura alia, quam uestimus, reuelitimus in Missa, 1. Cor. 2. in qua cœnam ipsam imitamur, & Dominus ab his, qui uolunt ambulare in stolis, nos cauere præcepit, dicens, Cauete à Scribis, qui uolunt ambulare in stolis, Dicũt enim, q̃ hoc facimus, ut iustiores & excellẽtiores populis appareamus, contra illud Vos estis, q̃ iustificatus uos corã homi- Io. 13. nibus, Deus autẽ nouit corda uestra, quia Mat. 12. quod hominibus altũ est, abominatio est Iac. 16. apud Deum. ¶Error autẽ iste ex præmissis apertissime confutatur. Legitur quoque Exo. 42. & 44. Dum ingredientur sanctuarium meum, & accedent ad mensam meã, ut mihi ministrent, & audiant cœremonias meas, uestibus lineis induentur, nec ascendet super eos quicquam laneum. Cũ egredientur atriũ exterius ad populum, exuent se uestimentis suis, in quibus ministrauerunt, & nõ sanctificabunt populum in uestimentis suis. ¶Et † not. quod ostiarij, lectores, exorcistæ, & acoluti uestibus albis utuntur, uidelicet superpellicio, amictu, & alba, & baltheo, ut Angelos Dei ministros per castitatis munditiam imitẽtur, & eis in carne gloriosa effecta spirituali, quasi in albis uestibus socientur. Inde est, quod potius lineis uestibus utũtur, quia sicut linum multo labore ad candorẽ perducitur, sic necesse est, per multas tribulationes ad regni gloriam peruenire. 15

¶†In concilio Maguntin. 2. q. 1. episcopus, 16 presbyter. statutum est quod episcopus in ordinatione sua recipiat orarium, baculum & annulum, presbyter orariũ & planetã diaconus orarium & dalmaticam, subdiaconus patenam & crucem, & cum degradantur, ea perdant. Et in concilio Tholet. distin. 93. diaconus in conuentu. statutum est, quod diaconus tempore oblationis, tantum, scilicet quando legit Euangelium utatur alba, ideſt dalmatica. ¶†Norandum 17 quoque est, quod uestes Euangelici sacerdotis aliud designant in capite, scilicet in Christo, aliudq̃ figurant in membris quamquam & caput, & membra sacerdotis nomine nuncupantur, ad caput dicit Psalmographus: Tu es sacerdos in æter- Ps. 109. num secundum ordinem Melchisedech. 1. Pet. 2. Ad membra uero dicit Apost. uos estis genus electum, regale sacerdotium. Exponenda ergo sunt eorum mysteriã. Primo, secundum quòd membris, consequẽter secundum quod capiti, scilicet Christo conueniunt, prout in quolibet capitulo distinguetur. ¶De ornamentis autem, & pallis, & uestibus ecclesiæ uel altaris in prima parte dictum est. ubi agitur de picturis.

¶†Porro sex indumenta sacerdotibus, & 18 episcopis, communia sunt hæc amictus, alba, zona seu cingulum, stola, manipulus, planeta. Nouem uerò pontificibus specialia sunt hæc, caligæ, sandalia, succinctorium, tunica, dalmatica, chirotecæ, mitra, anulus

anulus, baculus pastoralis. De quibus omnibus singilatim prosequimur, & ét de sudario & pallio & de coloribus, quibus ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumẽtis, & de legalib. indumẽtis, siue ueteris testamenti.

S V M M A.

1 *Amictus usus, & significatio. & nu. 3.*
2 *Amictus inuolutio circa collum, & pectus, quod significet.*

De Amictu. Cap. II.

PRIMO de sex ornamentis episcopis & sacerdotibus coibus est secundũ præmissa dicendũ. Lotis † itaque manibus eps seu sacerdos celebraturus assumit amictũ, quo caput tegitur, quẽ Pontifex loco ephor, siue super humeralis & rationalis habet, & nunc ét superhumerale uocari põt, significans salutẽ, quæ per fidẽ tribuitur. De hoc Apost. ad Eph. 6. Galeam salutis assumite. significat etiã castitatem cordis, & corporis, quia & renes & pectus ambit, & tegit: & omnibus sacris uestibus supponitur, sed omnibus super eminet, quia castitas etiam debet esse intus in pectore, & foris nitere opere. Vnde in renibus stringitur; quia ibi præ cæteris luxuria dominatur. Per amictum quoque super humeros; quia circunquaq; diffunditur, operum fortitudo designatur. Exo. 28. Gen. 49. Humeri nanque fores sunt ad opera peragenda, iuxta illud Patriarchæ Iacob. Supposuit humerum ad portandum, & factus est tributis seruiẽs. Duo funiculi, siue duæ chordulæ, quibus amictus ante pectus ligatur, significant intentionem & finem quibus informandum est opus, ne fiat in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Sacerdos igitur nõ debet otiosus existere, sed bonis operibus insudare, secundùm illud Apostoli ad Timot. Labora sicut bonus miles Iesu Christi, Laudanda tamen quorundam locorum 1. Cor. 5. habet consuetudo, ut linea camisia alba 2. Ti. 2. aut superpellicium super communes uestes induantur prius quàm amictus imponatur, per quod fides, quæ primò adesse debet significatur. Porro amictus super os planetæ reuoluitur, de quo sub ti. de planeta dicetur. ¶† Amictu quoq; collũ stringitur, per quod uocis castigatio intelligitur, quoniam per collum, in quo uox est, vsus loquendi exprimitur. Stringitur ergo collum, ne inde ad linguam mendacium transire possit. Leuiter tamen cum eo pectus & fauces stringuntur, prout sub tit. de cingulo dicetur. Illo etiam caput operimus, ne circunquaque liberè prospiciendo illicita cogitemus. Pectus, seu cor eo tegit, quia animus sacerdotis ad ea, quæ incumbunt, debet totus esse intẽtus, nec dẽt tunc ad vanitates, vel ad aliqua mundana liberè meditanda dissolui. Porrò amictus † quo sa- 3 cerdos caput obnubilat, secundũ q̃ capiti, scilicet Christo, conuenit, significat id, qđ in Apoc. describitur, uidelicet Angelum Dei descendisse de cœlo amictum nube. Apoc. 10 Et in Esa. Ecce Dominus ascẽdit super nubem candidam. Veniens etiam ad Saluato- Es. 19. rem mundi, Dei filius, Angelus magni cõsilij, amictus est nube, dum diuinitatem abscondit in carne. Nam caput viri Christus, caput Christi Deus, extrà de sac. vnc. c. 1. Hoc ergo carnis latibulum significat sacerdotis amictus, quod per illam syndo- 1. Cor. 31 nem expressius significatur, qua summus Pontifex caput obducit, de qua sub titu. de succinctorio dicetur, & pulchra quidem, quod per calciamentum pedum, hoc ipsum per amictus capitis designatur, quia diuinitas in carne latuit, & per carnem innotuit. Nam cũ notus esset in Iudæa Deus & in Israel magnum nomen eius in Ida- Psal. 95 mæã extendit calciamentũ suum, & ante Psal. 59 conspectũ Gentium reuelauit iustitiã suã. Amictus etiam representat operimẽtum, quo Iudæi velabant faciem Christi, dicentes, Matth. 26. Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit.

S V M M A.

1 *Alba subsequitur amictũ. Et quid ea significet. & nu. 6.*
2 *Byssus quid.*
3 *Albæ compositio, & forma, cùm in veteri, tum in nouo testamento. & nu. 4.*
5 *Manica albæ quid moneant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Alba. Cap. III.

POst amictum camisiam 1
siue albam sacerdos induit, † quæ membris corporis conuenienter apta, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis, aut in eius membris esse debere demonstrat, hæc ob speciem candoris munditiam demonstrat, secundum quod legitur. *Eccl.6.* Omni tempore vestimenta tua sint candida, *Apoc.19* Fit autem de bysso, vel lino, propter q̃ scriptum est byssus sunt iustificationas sanctorũ. 2 Est aũt byssus linũ ægyptiacũ Sicut enim linũ, vel byssus candorẽ, quem ex natura non habet, multis tunsionibus attritũ, acquirit per artẽ, sic & hominis caro munditiam, quã non obtinet per naturam, per exercitia bonorũ operũ multis castigationibus macerata sortitur per gratiam. *1.Cor.9.* Sacerdos ergo secundum Apostolum castiget corpus suum, & in seruitutem redigat, ne fortè cùm alijs prædicauerit, ipse reprobus fiat. 3 ¶ † Habet autem alba caputium, *Rom. 8.* quòd est professio castitatis. Habet etiam *Gal. 4.* ligulam, quæ significat linguam sacerdotalem, *Psal.44.* quæ ligat tontumaces & obsoluit *Luc. 12.* pœnitentes. ¶ Rursus hæc vestis, quæ in veteri sacerdotio linea, vel ποδήρης Græcè, seu latinè tunica talaris dicebatur, stricta fuisse describitur, propter spiritum seruitutis Iudæorum in timore. In nouo verò larga est, propter spiritum adoptionis in libertate, quia nos Christus liberauit. Quod autem aurifrisium & grammata diuersis in locis, ac varijs operibus ad decorem habet, illud insinuat quod propheta dicit in Psal. Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate. 4 ¶ Rursus † alba cingulo stringitur, vt omnes voluptas carnalis adstricta intelligatur, dicente Domino: Sint lũbi vestri præcincti. 5 ¶ Manicæ quoque tam † albæ, quam etiam tunicellæ cõuenienter debent esse strictæ, non nimis laxæ, ut labantur, & brachia nudentur, habentes in sumitatibus aurifrisia, ad designandos aureos torques, qui brachia nuda beati Martini missam celebrantis miraculosè & decenter operuerunt, prout in 6. par. sub eius festo dicetur. Per † albam etiam qua corpus à sursum vsque ad deorsũ tegitur, spes, quæ ex gratia prouenit ecclesiæ desursum, & ex meritis ecclesiæ deorsum figuratur. De hac Apostolus ad Roman. 8. Spe salui facti sumus. Quia verò vsque ad talos descendit, perseuerantiam designat, prout tactum est propè finem in proœmio huius partis. Porrò secundum quod capiti, scilicet Christo conuenit alba; quæ est lineum vestimentum, longissime distans à tunicis pelliceis, quæ ex mortuis animalibus fiunt, quibus *Gen.3.* Adam vestitus est, post peccatum nouitatem vitæ significat, quam Christus & habuit, & docuit, & tribuit in baptismo, de qua dicit Apostolus. Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induite nouũ, *Eph.4.* qui secundum Deum creatus est. Nam in transfiguratione resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Semper enim vestimenta munda *Mat.17* fuerunt, & candida, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. *1. Pet.2* Hæc etiam vestis representat albam vestem, in qua Herodes illusit Christo. Luc. 23.

SVMMA.

1 *Zona quid. Et quid designet, & nume. 5.6.*
2 *Succinctorium duplex dependens & cingulum in sinistro latere Pontificis, quid signent & nu. 4.*
3 *Oratio & ieiunium quam ium habeant.*

De Zona seu Cingulo. Cap. IIII.

DEBET † aũt alba circa lũbos sacerdotis, 1
seu Põtificis zona seu cingulo, qđ in lege, & apud Græcos ζωστὴρ siue baltheũ dicebatur, præcingi ne de fluẽdo incessum impediat, vt castitas sacerdotis p̃ albã significata nullis incẽtiuorũ stimulis dissoluatur. *Luc.12.* Cingulũ nanq; continentiã significat. Vnde, sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus vestris. In lũbis quidẽ luxuria dominatur, ficut Dñs loquens de diabolo manifestat. Virtus eius in lumbis *Iob.40.* eius

eius & fortitudo eius in vmbilico vẽtris illius. de pœn. distin. 2. §. n. inquit, ad finem.
2 ¶ San ein sinistro latere † pontificis cingulo duplex dependet succinctorium, quia duo sunt, quibus castitas roboratur, & sine
3 quibus difficile † conseruatur, scilicet oratio & ieiunũ. Vnde Dominus ait. Hoc genus dæmoniorũ non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio. Marci nono. Debent ergo lũbi per continentiam præcingi, & per abstinentiam succingi. Vnde Apostolus: State *Eph.6.* succincti lumbos vestros in veritate. Verũ succinctoriũ, quod aliàs περίζωμα uel succingulũ uocatur, inter indumenta legalia fuisse non legitur, quia & si legales sacerdotes accincti tpe sacrificij abstinere deberẽt, alio tamẽ tempore licitè vacabant amplexibus. Hodie aũt additur cingulũ, quia moderni ministri iugẽ habere debent continẽtiam. Et ideò nõ solum cingi, sed etiam
4 succingi debent. † Ideò autem duplex est succinctorium, ut duplex castitas denotetur, uidelicet mentis, quæ per cingulum, & corporis, quæ per subcingulum, significatur. A parte sinistra dependet, quia potior est castitas mentis, quàm corporis, & dextra pars potior est, q̃ sinistra. Vnde Greg. Lumbos præcingimus nunc, cùm carnis luxuriam per carnis continentiam coarctamus. Cingulum † quoque cõuenienter tẽ
5 perantiam designat, de subcingulo ẽt dictũ est in proœmio huis partis. Et aduerte, q̃ pectus & fauces leniter cum amictu stringuntur, quia motus in nostra potestate nõ
3.Re.17 sunt. Helias prius clausit cœlum, cum pe-
3.Re.18 tijt, quod nõ plueret, quam animũ quãdo desiderabat vindictam de morte prophetarum, lingua ẽt in humido sedet, & in ma
Mat.20 dido, & facilè lubricatur. Vnde princeps Apostolorum ad vocem ancillæ magistrũ suum negauit. Sed renes fortiter cingulo stringuntur, vt castigetur corpus, & in seruitutem redigatur, & impetus luxuriæ refrenetur. Porrò secundum quod capiti, scilicet Christo conuenit zona sacerdotalis,
Apoc.1. significat illud, quod Ioan. Apostolus ait: Conuersus uidi similem filio hominis præ
Eph.3. cinctum ad mamilas zona aurea. Per zona auream perfecta Christi charitas designatur, quam dicit Apostolus superueniẽtem scientiæ charitatem Christi, feruentem in corde, radiantem in opere, cuius succinctorium illud significat, quod Esaias de Christo loquens prædixit. Erit iustitia cin *Esa. 2.* gulũ lumborum eius, & fides cinctorium *Psal.10.* renum eius. Nam iustus Dominus iusti- *Ps. 144.* tiam dilexit; æquitatem uidit vultus eius. *Act. 1.* Et fidelis Dominus in uerbis suis, & san- *Tho.4.* ctus in omnibus operibus suis. Duæ sum- *Matt.7.* mitates ipsius, duæ sunt partes naturales *Psal.23* iustitiæ, quam Christus fecit & docuit, scilicet quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, sed quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Cingulum † ergo iustitiam significat, cuius duo 6
sunt brachia sese constringentia, scilicet declinare à malo, & operare bonum. Repræsentat etiam flagellum, quo Pilatus ce- *Ioan.19* cidit Iesum.

SVMMA.

1 *Stola subsequitur cingulum. Et quid ea notet.*
2 *Stola cur protendatur ad genua.*
3 *Stolæ reflexio in vtrunque humerum quid significet.*
4 *Stolla cur collo sacerdotũ, diaconorum uero humero imponitur.*
5 *Stola cur ad lumbos succingatur.*
6 *Stola est uelut quoddã orariũ sine quo non licet mysteria Ecclesiastica celebrare.*
7 *Stola collo sacerdotis incũbens, quid notet.*
8 *Stola uti quibus prohibitum.*

De Stolâ. Cap. V.

POst cingulum † sacerdos 1
orarium siue stolam, quæ leue Domini iugum significat 23. distin. Ecclesiastica, siue quę est iugum præceptorum Domini, super collum sibi imponit, vt iugum Domini se suscepisse demonstret. Quam cum osculo sibi imponit, & deponit, ad notandum assensum & desiderium, quo se subijcit huic iugo; illa autem à collo per anteriora descendens, dextrum & sinistrum latus adornant, quia per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, ideſt in prosperis, & in aduersis sacerdos debet esse munitus, quatenus nec aduersis fran-

frangatur, nec prosperis eleuetur. Vnde & cũ sacerdos in ordinatione stolã accipit, dicit illi eps, accipe iugum Dei, iugum enim eius suaue est, & onus eius leue, suaue, p-
2 speris, leue in aduersis. ¶ Stola † quippe vsq; ad genua, quæ curuantur, protenditur, ut
Heb.10. nos mites corde, & humiles instruet. Signi
Luc.11. ficat.n patiẽtiam, de qua scriptũ est: Patientia uobis necessaria est ut reportetis ꝓmissiones. Et iterũ, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Hinc est ergo, q̃ stola cũ zona seu cingulo à dextris & sinistris, quibusdam nexibus colligatur, quia virtutes virtutibus sociantur & iuuantur, ne aliquo moueantur tentationis impulsu, & ad desigandum, q̃ tam in prosperis, quam in aduersis debet Christi iugũ patienter ferri, faciente glutino charitatis. A quibusdã verò pontificibus additur præmissis verbis Stola innocentiæ induat te Dominus, q̃ stolam respicit primitiuam, quæ fuit inno-
3 centiæ significatiua. ¶ Rursus † stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrum dum ordinatur, reflectitur, quia cum obedientia incipiat ab actiua per dilectionem proximi, transit in contemplatiuã uita per dilectionem Dei. Longitudo autem stolæ perseuerãtiam significat. Duo brachia stolæ dependentia significant prudentiam, & temperantiam. Vnde Apost. ad Titum 3. Sobrie, iuste, & piè viuamus &c. Sed & secundum decretum Bracharensis cõcil. 13. d. Ecclesiastica. debet sacerdos de uno eodemq; orario ceruicẽ pariter, & utrũque humerum imprimens signũ Crucis in suo pectore præparare, ut qui imperturbatus præcipitur inter prospera, & aduersa, consistere, vir unũ semper ornamento, vtroque circumseptus appareat humero. Si quis autem aliter egerit excommunicationi debite subiacebit, nisi forte quis dixerit hoc decretum per contrariam generalis ecclesiæ consuetudinem abrogatum. Nam non vbique partes stolæ reducuntur ante pectus, in modum crucis. Crucem autem gerit in pectore, dum Christi passionem, cuius minister est, imitatur in mente. Orarium itaque iugum simul, & onus est, iugum sacerdotibus, onus diaconis.
4 ¶ Vnde † fit, vt sacerdotibus circa collum, & diaconis super sinistrum humerum ponatur. Sicut enim iugum collo portatur, sic & humeris onera feruntur. Lege in Leuitico & videbis solos Leuitas ferẽdis oneribus destinatos. In diaconis etiam stola *Num.3.* iugum significat, prout in parte secunda dictum est, ubi de diacono agitur.

¶ Adhuc stola sinistro humero diaconi imponitur, quia decet temporalia spiritualibus deseruire, uel quia dextram diaconi oportet esse liberã, ut expeditius ad ministerium sacerdotis discurrat, de quo etiam ibi dictum est. ¶ Ad † lumbos stola succingi 5
tur, ut sit fortis & expeditior compugnatori diuinum. Quandoque tamen solum super sinistrum brachium pars anterior stolæ complicatur, quòd tractum est a legalibus sacerdotibus, qui dum sacrificabant, summitates balthei super humerum resilire stebant. In episcopo uerò vel sacerdote ab utraque parte æqualiter dependent anterius, quia Christus, cuius typum gerũt, qui æquanimiter se habuit in prosperis & in aduersis (quæ per læuam & dextram significantur) habitatores terræ ad cœlestia ducere desiderabat, quos semper ante oculos mentis suggerebat. ¶ † Dictum est au- 6
tem orarium, quia quamuis sine alijs indumẽtis sacerdotibus baptizare consignare, & alia plura ꝓ orando facere liceat, sine orario tamen, nisi magna necessitate cogente, nihil horum facere licet. ¶ In concil. Trib. in Brocardo lib. 6. cap. presbyteri, legitur, ut presbyteri non uadant, nisi stola oraria induti. ¶ Notandum autem est, quòd antiquitus stola erat vestis candida, pertingẽs vsque ad vestigia, qua Patriarchæ utebantur ante legem, quam, primogeniti cũ benedictionem patris acciperent, induebant, & Domino victimas, ut pontifices offerebant. Sed postquam alba cœpit portari, mutata est in torquem. Per primam stolam innocentia intelligitur, quæ fuit in primo homine. Sed cum eam perdidit propter peccatum, oportuit eam recuperare per uitulum saginatũ. Quia igitur superest, ut qui per inobediẽtiã cecidimus, per obedientiã resurgamus, rectè pro ueste innocentiæ recuperãda subimus torquẽ obedientiæ. Nã per stolam, qua nunc vtimur, obedientiã accipimus euangelij crucifixi.
¶ Porrò † secundũ qđ capiti, scilicet Chri- 7
sto conuenit stola, quæ super amictũ collo sacerdotis incumbit, obedientiam & seruitutem

uitutem significat, quam Dominus omnium propter suorum salutem subijt. Nã cum in forma Dei esset, non rapinam arbi-
Phil.2. tratus est, esse se æqualem Deo. Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens, factus obediens usque ad mortem, mortẽ autem crucis. Causam quippe mortalitatis nec traxit origine, nec commisit opere. ¶ Stola signat ligaturam, qua Ie-
8 sus ligatus fuit ad columnam. † Statutum est in canonibus. 23. distinctione. non oportet, & duobus cap. sequen. ne subdiaconi, lectores, & psalmistæ orarijs siue stolis vtantur.

SVMMA.

1 *Manipulus quo concilio adhibeatur. & nume. 5.*
2 *Manipulus cur in sinistra geratur. & nume. 4.*
3 *Manipulus vnde sumpserit initium.*
6 *Manipulis non vtuntur diaconi & subdiaconi seruientes Pontifici induenti se a sacris vestibus.*

De Manipulo. Cap. VI.

OVia vero mentibus bene compositis, & Diuino cultui mancipatis, sæpe subrepit, accidia, quæ † quo-
1 dam torpore reddit animum dormientem. Psal. dormitauit anima mea præ tædio, ideo in sinistrã manu ministri ad altaris ministerium accedentes quædam apponitur manipula, vel sanum, vel manipulus, *Ps.118.* vel sudarium appellatur, quatenus sudorem mentis abstergat, & soporem cordis excutiat, bonis operibus inuigilet, depulso tædio, vel torpore. Per manipulũ enim bona opera vel vigilantia designantur, de qua *Mat.4.* Dominus ait, Vigilate, q̃ nescitis qua hora filius hominis vẽturus sit; Vnde sponsa dicit in Canticis, Ego dormio, & cor meũ vigilat. Per sudarium etiam pœnitentia designatur, qua labes q̃otidiani excessus, & tædium mundanæ conuersationis extergitur de quo dicitur. Dormitauit anima *Cant.5.* mea præ tædio. Tedet enim animã peccatorum conscientiæ, & infirmitatis corporeæ. Significat etiam futurorum bonorum retributionem. Vnde in quibusdam locis, quoties in festis albis vtuntur, manipulos portant, ex eo, quod in illa vita vnusquisq; *Ps.118.* propriam mercedem accipiet. Et venientes *2.Cor.4.* venient exultatione portantes manipu- *Ps.125.* los suos. Item, quia manipulus pœnitentiam designat, inde est, quod sudarium subdiaconi magis sudario sacerdotali formatur, quia ubi maior excessus, maior exigitur pœnitentiæ fructus. De sudario etiam infra dicetur ¶ Sane ministri † manipulum, 2
in brachio sinistro ferunt, ad notandum, quòd stricti debent esse ad terrena, sed ad cœlestia expediti. Antiqui autem non erant adstricti ad hoc, quia Deo etiã pro temporalibus seruiebant, & ad significandum nos in hac uita, quæ per sinistrum significatur, pati tædium superflui humoris, ideſt, delectationis, & alia superflua mentis. ¶ Ad hoc, manipulus in sinistra fi-
dem in hac uita designat. † Manipuli usus 3
sumptus est non ab Aaron, sed ab antiquis patribus, quia (sicut legitur in martyrologio Bedæ) Arsenius sudarium semper ferebat in sinu, uel manu ad tergẽdũ effluentiam lachrimarum. Habebant quoque sancti patres, dum sacra tractabant, & sacramenta conficiebant, mapellas, id-est paruas mappas, & mantillia in manibus, nunc pro tergendis manibus, & nunc per operiendis, & nunc pro reuerenter tractandis sacramentis. ¶ Porrò secundum
quod † capiti, scilicet Christo conuenit, 4
quod sacerdos manipulum portat in leua, designat, quod Christus brauium obtinebant in uita. Per manipulum enim præmiũ designatur, luxta quod legitur, Venien- *Ps.125.*
tes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Per leuã, uita præsens accipitur. Iuxta illud, Læua eius sub capite meo, & dextera ipsius amplexa- *Cant.2.*
bitur me. Christus autem simul fruebatur, & merebatur, fruebatur in patria, & merebatur in uita. Nam simul & brauium comprehendebat, & stadium percurrebat, quia simul erat in patria, & in uia, Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi *Ioan.3.*
qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Manipulus † etiam re- 5
præsentat funem, quo Iesus compræhen-

sus

Universidad de Deusto Biblioteca

fus a Iudeis ligatus fuit. Vnde Io. 18. Comprehenderunt & ligauerunt eū Manipulus tamen post indutam planetam consueuit Romano pontifici immitti, quod etiam a pluribus obseruatur, de quo in quarta parte subtit. de confessione dicetur. ¶† Notandum autē, quod diaconus & subdiaconus pontifici induenti & exuenti se à sacris vestibus, sine manipulis seruient. Primò, ut expeditus & liberius administrent. Secundò, ad notandum, quod in tali obsequio non debet fructum quærere temporalem qui quādoq; per manipulum significatur. *Ps.125.* Iuxta illud Psal. Venientes autē &c. Rursus dum pontifex se induit vel exuit, diaconus stat a dextris, & subdiaconus a sinistris, q; diaconus ex ordine suo ad fortiora, & perfectiora, quæ per dextram significantur, assumitur, quàm subdiaconus.

SVMM.

1 *Casula quid vnde dicatur, & quid notet.*
1 *Charitas legis est implementum.*
3 *Casula tripliciter plicatur. Et quid idipsum notet. & nu. 4.*
5 *Casula vndiq; clausa, integraq; qd notet*

De casula seu Planeta. Cap. 7.

1 POstremò, super omnes †vestes induit casula, quæ quasi parua casa dicitur, & à Græcis πλανήτα vocatur, ἀπὸ τῦ πλάνης, hoc est, errore, quoniam errabundus eius limbus super brachia eleuatur, significans charitatem, sine qua sacerdos est sicut æs sonans, aut cymbalum tinniēs. Sicut enim charitas operit multitudinem peccatorum, & omnia legis *Cor.13.* & propheтarum mandata continet, dicente Apostolo, plenitudo legis est charitas, *1.Pet.3.* sic & hæc vestis cuncta planat & alia om- *Rom.13* nia indumenta intra se claudit & cōtinet. 2 Dē charitate dicit Apostolus, adhuc excellentiorem viam vobis ostendam. Si lin- *1.Cor.* guis hominum loquar & Angelorum, cha- *13.* ritatem autē non habeam, nihil sum. Et iterum: Si fidem habeam, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, ni- *1.Co.3.* hil sum. de consec. distin. 2. solent. hæc siquidem est vestis nuptialis, De qua Domi- *Mat.22* nus inquit in euangelio: Amice quomodo huc intrasti, non habens vestē nuptialem? Sine hac autem nunquā sacerdos debet suum officiū exercere, quia semper decet eum in uinculo charitatis permanere. Per hoc autem, quòd amictus super os planetæ reuoluitur, innuitur q; bonū opus debet ad charitatē referri. Nam finis præceptis est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. quòd verò casula in extensione manuum in anteriorem & posteriorem partem diuiditur, *1.Tim.1* signat duo brachia charitatis. ad Deum scilicet, & ad proximum, Diliges (inquit) Deum tuum &c. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Rursus latitudo planetæ latitudinem significat charitatis, quæ etiam vsque ad inimicos extenditur. vnde, Latum mandatum tuū nimis. 3 ¶Duæ † quoque plicaturæ, sinistræ videlicet & dextræ, sunt duo præcepta charitatis, scilicet amor Dei & proximi. Duplicatur etiam ante pectus, per quod cor & inter humeros, per quos opera exprimūtur, & in eis vestimentū duplex in ipsum efficitur, quia sic debemus bona opera foris ostendere proximis, vt eadem intus in corde corā Domino integra seruemus. Cha- *Mat.23* ritatem enim debemus habere corde, & *Ps.128.* opere, & intus, & foris. Rursus ante pectus duplicatur, quoniā per charitatem bona voluntas & sancta cogitatio generatur. Duplicatur etiam inter humeros, q; per illam aduersa à proximis, & ab aduersarijs supportātur. Ad brachia autē eleuatur dū bona opera charitatis operantur. Ad dex- *Gal.6.* trum, dum operamur bonum ad domesticos fidei. Ad sinistrum, dum extenditur etiam ad inimicos. ¶ Adhuc † triplicatur *4* in brachijs, in dextro q̄dem, cum fidelibus monachis, clericis, & laicis subuenimus: in sinistro, dum infidelibus, scilicet malis Christianis, Iudæis & Paganis necessaria ministramus per casulam quoq; rectè ope- *Ps.131.* ra iustitiæ designātur, iuxta illud, Sacerdotes tui induant iustitiā. Sanè sacerdos suū *Gal.4.* agens officium non debet casulam exuere; *Ps.132.* quia præcipiente Domino Leui. 21. c. non *Ioan.1.* licet ei egredi de sanctis, scilicet rebus, vel præceptis. Porrò, secundùm quod capiti, scilicet Christo conuenit casula magni sacerdotis est ecclesia vniuersalis de qua dicit

cit Apostolus, Quot quot in Christo baptizati estis, Christū induistis. Hoc est illud Aaron vestimentum cuius in orā descēdit unguentum, sed à capite descendit in barbam, & à barba descendit in oram, quoniam de plenitudine spiritus eius nos omnes accepimus, primo Apost. deinde cęte- 5 ri. Quòd autem casula unica. † & integra, & undique clausa est, significat fidei unitatē & integritatem, veruntamen in extēsione manuum in anteriorem, & posteriōrem partem quodammodo diuiditur designans antiquam ecclesiam, quæ passio- *Mat.22* nem Christi præcessit; & nouā, quæ Chri- *Ioan.19* sti passionem subsequitur. Nā & qui præibant, & qui sequebantur clamabant dicentes, Osanna filio Dauid, benedictus, qui venit in nomine Domini. Hæc etiam vestis representat purpureum vestimentum, quo milites circundederunt Iesum.

SVMMA.

1 *Vestimēti pedum unde traxerit originem.*
2 *Pontifices quando sandalia, & caligas adsumant. Et eorum significationem. 3. 4.*
3 *Calceamētum episcopi quid insinuet quid ue prohibeat. & nu. 4.*
5 *Sandalia unde dicantur, & eorum forma.*
6 *Sandaliorum apertura & clausura quid significent.*
7 *Sandalia ex corio albo fiunt interdum.*
8 *Ligula à corio separata super pede consurgens quid significet.*
9 *Sandaliorum corrigia quid notent.*
10 *Sandalia, eo quòd capiti conueniunt, quid designent.*
11 *Sandalijs uti quibus licet, & quibus prohibetur.*

De Caligis, & Sandalijs. Cap. 8.

SVperius de sex ornamentis, tam sacerdotibus, quàm episcopis communibus dictum est, nunc autem de nouem pontificum spiritualib. dicendum restat, & prius de caligis, & sandalijs videamus. 1 Vestimentum † autem pedum non habuit originem ab Aaron qui duntaxat in Iudæa cōuersabatur, ideoq; necesse non habuit, sed ab Apostolis quibus dictū est. *Mat.28.* Euntes, docete oēs gentes. Nisi fortè quis *Eph.6.* dixerit, q̄ caligæ & sandalia in locū femoralium succedunt. ¶ Celebraturi† igitur pō 2 tifices, pedes interea, dū dicuntur quinq; psalmi in præparatione Euangelij pacis caligis & sandalijs calciātur, quorū pulchritudinem admirabatur propheta, dicens. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiū bona. Vnde Apostolus ad Ephesios. Calciati pedes calciamen- *Eph.6.* tis virtutum. Et in Euangelio legitur, Do- *Mar.6.* minū misisse discipulos suos sandalijs cal- *Eph.6.* ciatos, calciatos vtiq; in prēparatione Euā *Luc.10.* gelij pacis. Si enim calciati nō essent, quomodo super serpētes & scorpiones calcare potuissent? Cogitēt† igitur episcopi, cur ita 3 calciati sunt, imitētur eorum exēpla, quorum imitātur calciamenta. Siquidē per pedes conuenienter affectus intelliguntur. Debēt namq; habere affectus & desideria calciata, ne puluere terrenorum seu tēporalium maculentur. ¶† Per huiusmodi quo- 4 que calciamentū, phibitio pedum cōgruè intelligit, ne videlicet ad illicita festinent. Quia verò affectus inficiuntur, & maculātur tempore tam prosperitatis, quod per dextrum, quàm tēpore aduersitatis, quod per sinistrum intelligitur, ideo, ut maiori periculo citius occurrendum ostendatur, à dextro pede pontifex incipit calciari. ¶Prius tamen, quàm sandalia pedibus imponantur, caligis induuntur, usque ad genua protensis, ibique constrictis: quia prędicator pedibus suis rectos facere debet gressus suos & genua debilia roborare. Nam qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Caligæ quo- *Mat.5.* que iacinthini, id est, aerei seu cœlestis coloris denotant, quòd cœlestes debet habere pedes, id est, affectus & firmos, ne claudicer, sed dicat. Confortamini pusillanimes. Et consequenter † sandalia, pedibus impo- 5 nuntur, quæ sic uocantur ab herba, uel *Mat.5.* sandalico colore, quo depinguntur. Ha- *Es.35.* bent, autem desuptus integram soleam, desuper uerò corium fenestratum, quia gressus prædicatoris, & subtus debent esse muniti, ne polluantur terrenis: iuxta illud dominicum. Excutite puluerem de pedibus uestris, & sursum aperte quate- *Mat.10* nus

Universidad de Deusto Biblioteca

nus ad cognoscenda mysteria seu cœlestia reuelentur. Iuxta illud propheticum. Re-
Ps. 118. uela oculos meos & cons. mirabilia de lege tua. In hoc quoque, q̃ desuper aperta sunt, q̃ corda semper ad Deum erecta habere, & oculos mentis ad ea, quæ sursum sunt, aperire debemus, significatur.
Cen. 27. Quod etiam subtus solida sunt, significat, quod mentē in terrenis obtusam habere debemus, nec debemus quærere benedictionem Esau, quæ in terris est, sed Iacob, quæ est in cœlis. ¶ Rursus, q̃ sandalia in q-
6 busdā locis aperta, & in † quibusdam integra, seu clausa sunt, designat, quòd euangelica prædicatio nec omnibus reuelari, nec omnibus abscōdi debet, iuxta illud Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Marc. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas spargere ante porcos. 2. q. 3. nolite.
7 ¶ Sandalia † quoque interius quādoque ex corio albo fiunt, quia necesse est intentionem candidam, & conscientiam puram coram Deo habere, & exterius nigrum apparet, quia prædicatorum uita propter tribulationes huius mundi nigra & despecta secularibus uidetur. Quandoque etiam rubeum ad uotum martyrij designandum, & quandoque diuersis coloribus uariatum, quo, uirtutum uarietas, quibus ornatus es
8 se debet, significatur. Ligula † uerò à corio separata super pedem consurgens linguas eorum, qui prædicatori bonum perhibent testimonium, significat, qui tamen quodammodo à spiritualium conuersatione separati sunt. ¶ Secundò ligula ipsa, spiritualium lingua est, quæ prædicatorem in opus prædicationis introduxit.
¶ Tertiò, etiam ipsius prædicatoris linguā designat, linea uerò ab ipsa ligula usque ad finem sandalij per medium eius procedēs euangelicam perfectionem designat. lineæ uerò ab utroque latere procedentes, quæ in fine sandalij ad ipsam lineam mediam referuntur, ibique terminantur, legem figurant propheticam, quæ in euangelio recapitulatur, & in eo determinatur.
¶ Superior quoque pars sandaliorum, per quam pes introducitur, uarijs consuitur funiculis, ne duo eius cornua defluant, seu ab inuicem separentur, seu ab inuicem disiungantur, ad notandum, quòd prædicator se ipsum uarijs alligare debet uirtutibus, aut scripturę sentētijs, ne ipsius intrinseca, ab his, quæ exterius lucent, corā altissimo disiungātur. Ipsa quoque sandaliorū ligatura significat, quòd prælatus, qui huc illucque discurrere habet, gressus mentis firmare debet cùm in turbis uersatur.
9 ¶ Quia uerò † corrigiæ huc atque illuc manibus ducuntur, ut sandalia firmentur, & ligentur, significat, quòd prædicator sic firmo gressu incedere debet, ut nulli onerosus existat, & ne in uia ministranda deficiat. Nā frustra uelociter currit, q̃ prius quam ad metam perueniat deficit, de pœ. dist. 3. incassum. Mysticè enim sandalia cursum prædicatoris significant. Quandoque tamen sandalia non ligantur, quia Christi incarnatio aliquando humanis sensibus aperta est, ut pannis inuolui, & in præsepio poni. Aliquando uerò corrigiæ sandalijs supererogantur, quia scriptum est. Quodcunque supererogaueris, ego cum rediero Luc. 10
reddam tibi. Potest etiam dici, quòd caligiæ significant illam lotionem, de qua Dominus ait: Qui lotus est, non indiget, Ioan. 13.
nisi ut pedes lauet. Sed quia non sufficit munditia cordis absque patientia persecutionis, ideo sequuntur centones rubei, qui martyrium figurant. Qui autem in corde munditiam & in uoluntate (si opus fuerit) habuerit patientiam securus accedet ad prædicationem, quam sandalia designant apostolica. ¶ Porrò secundùm † quod capiti, scilicet Christo, con- 10
ueniunt sandalia, aliud designant: Pontifex enim in altaris officio, capitis sui, scilicet Christi, cuius est membrum representans personam, dum pedibus assumit sandalia illud incarnationis dominicæ calciamentum insinuat, de quo Dominus ait
Ps. 59. in Psal. In idumeam extendam calciamentum meum, ideſt, in gentibus notam faciam incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas, ut pro nobis Dei filius sacerdotio fungeretur. Per ligulas autem, quibus pedibus ipsa sandalia constringuntur: Illud idem accepimus: quod per calciamenti corrigam Ioan. Baptist. significauit, cum ait. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, unionem uidelicet inseparabilem, & copulam carnalem indissolubilē, quibus uerbis

bis diuinitas nostræ se carni coniunxit. Sanè mediātibus caligis pedes sā dalijs coniūguntur, quoniam anima mediante carne diuinitati est vnita. Sicut enim pes corpus sustentat, ita diuinitas mundum gubernabat. vnde Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Verūm secundùm decretum Greg. 93. dist. §. com
11 pagis. & duobus cap. seq. Diaconi † non debent vti compagis, ideſt, sandalijs, neque manipulis, ideſt, calciamentis episcopalibus absque indulgentia sedis Apostolicæ speciali. Olim enim vtebantur, quia eorum erat discurrere per comitatū. Hodie ergo nec ipsi, nec sacerdotes vtuntur, sed episcopi solum, ut per uarietatem sandalio rum, notetur uarietas officiorū. Præterea, episcopi habent per plebes discurrere, sacerdotes verò Domini hostias immolare. Clerici autem Romanæ Ecclesiæ ex concessione Constantini Imperatoris vti possent calciamētis cum vdonibus, ideſt candido linteamine 96. dist. Constantinus.

S V M M A.

1 *Orale, siue velum, quod suo capiti episcopus imponit quid significet.*
2 *Crux ante pectus Pontificis Maximi posita quid designet.*

Dè Succinctorio & Orali. Cap. IX.

DE succinctorio nil aliud dicimus, quam qđ sub zona, & cingulo, in proœmio huius partis dictum
1 est. ¶ Sane Ro. † Pontifex post albam & cingulum assumit orale, quandam videlicet sindonem, quod capiti quasi in modum veli, imponit, & replicat super humeros, & ante pectus legalis Pontificis ordinem sequens, qui post lineam strictam & zonam induebat ephot, ideſt, superhumerale, cuius locum modò tenet amictus.
2 ¶ † Assumit etiam crucem quandam catenulis insertam, quam a colo suspensam, sibi statuit ante pectus. Quoniam, & legalis Pontifex laminam auream gerebat in fronte, pro qua Pontifex ille Crucem gerit in pectore, & sic signo Crucis aurea lamina cessit. Nam mysterium, quod in quatuor literis auri lamina continebat, in quatuor partibus forma Crucis explicuit, iuxta quod inquit Apostolus: Vt compre- Eph. 3.
hendatis cum omnibus sanctis, quæ sit la- Ro. 10.
titudo & longitudo, quæ sublimitas & profundum. Sacramentū ergo, quod ille tunc per laminam præferebat in fronte, hoc iste iam recondit in mente. Nam corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & secundùm Hier. auro legis, sanguis euangelij pretiosior est. Crucem quoque statuit sibi ante pectus, ad designandū quod ait Apostolus: Glorificate & portate
1. Cor. 6
Deum in corpore uestro. Imponendo autem sibi, & deponēdo Crucem illam osculatur, ad denotandum q̃ Christi passionem, quæ per illam significatur, credit & confitetur, ad quam representandum in officio missæ separat.

S V M M A.

1 *Tunica Episcopi quid significet.*
2 *Tunicæ duæ in ueteri testamento, & earum significatio.*
3 *Iacinthi lapidis uis.*
4 *Tunicam vnam super alia cur induat Pontifex.*

De Tunica. Cap. X.

POst appositam stolam Pontifex induit tunicā, quæ alibi subtile, in lege verò ποδήρης, ideſt, talaris dicebatur significantē perseuerantiā, vnde Ioseph iter fratres suos talarem vestē describitur habuisse. Cùm
Cen. 37. n. cęteræ virtutes in stadio currant, perseuerantia tantum brauium accipit, quoniā qui perseuerauerit vsque in finem, hic salAp. 2. uus erit, de pen. dist. 2. Apostolus, &c. multi. Vnde præcipit, esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. ¶ Rursus ideo post albam tunicam induitur, quia sicut per albam castigatio corporis, ita per tunicam virtutes intimæ intelliguntur, quas semper debet habere Pontifex. Porrò tu-

nica

Universidad de Deusto Biblioteca

nica non cingitur, quoniam sicut per eam iter non impeditur, sic & virtutes per illā designate, liberum iter ad contemplationem Dei præbent, sed alba cingitur, prout
2 sub cingulo dictum est ¶ In † vet. test erant duæ tunicæ, videlicet byssina, & iacinthina, Exod. 39 c. & hodie etiam quidā Pontifices duabus vtuntur, ad notandum, q̄ proprium est eorum, habere scientiā duorum testamentorum, vt sciat de thesauro Domini proferre noua & uetera, siue vt se
Mat. 3. ostendat diaconos & sacerdotes. Præterea vnaquæque earum typum propria gerit, quoniam alba, quæ byssina, siue linea est, castitatem significat, ut sub tit. de alba dictum est. Prima etiam tunica serica est, quæ originem traduxit ex vermibus, qui sine coitu creantur, castitatem & humilitatem demonstrat. Secunda tunica, quæ iacinthina esse debet, sicut & olim erat coloris lapi-
3 dis † iacinthi, qui ætheris serenitatem imitatur, sanctos significat cœlestia cogitātes, & imitantes, siue cœlestem cogitationem & conuersationem. Sicut enim lapis ille colorem cum aere mutat, nam in sereno aere serenus, & in obscuro pallidus est, sic specialiter decet episcopum gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. si au-
Ro. 12. tem illa alterius coloris fuerit, sic & alte-
4 rius significationis. ¶ Cæterum † Pontifex unam tunicam sub alia induit, ad denotandum, quod sicut cooperta tunica a populo non uidetur, sed tantum a clericis scitur, ita & ratio sublimium, & uirtutes, quas præfectus semper habere debet, quę per il lam significantur, patere non debent omnibus, sed maioribus & perfectis. Porrò, secundum quod capiti, ideſt Christo conuenit hæc uestis, quæ in ueteri sacerdotio iacinthini erat coloris, & habebat pro fimbrijs mala punica cum tintinabulis aureis ab inferiori parte dependentia, ut Pontifex totus uocalis incederet, prout dicetur sub tit. de legalibus indumentis, cœlestem Christi doctrinam insinuat, cuius notitiam habuerunt omnes, quibus dicitur per Prophetam, In montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Præcipuè tamen hāc tunicam habuit euangelicæ textrix doctri
Ioan. 15. næ sapientia Dei Iesus Christus, & dedit illam Apostolis suis. omnia (inquit) quæ
Ioan. 15. audiui a patre meo, nota feci uobis. Hoc ergo significauit illa tunica Domini, quam milites scindere noluerunt, eo q̄ esset inconsutilis desuper cōtexta per totum. 16. q. 7. sicut Domini. damnum fore magnum existimantes, In quo significatum est, quam damnosi sunt, qui doctrinam euangelicam hæresibus scindere moliuntur. subdiaconus quoq; utitur tunica, de qua in sequenti tractatu dicetur.

SVMMA.

1 *Dalmatica Episcopi unde ortum habuerit. Et vnde dicta, nu 2.*
3 *Dalmatica quales habeat manicas. Et quid notent.*
4 *Episcopus cur plura ornamenaa habeat, quam simplex sacerdos.*
5 *Dalmatica forma, & compositio. Et nu. 6, 7. Et eius significatio, ibid. & nu. 8.*
9 *Dalmatica cur intermittatur ab aduentu Dominici tempore a diacono, a sub diacono vero tunica.*

De Dalmatica. Cap. XI.

POntifex immediatè super tunicā dalmaticā uestit, secūdū † institutionē Siluestri Papæ, quæ ab inconsutili Dominica tunica, & apostolorū collobio creditur mutuata. Est autem κολλόβιον, uestis sine manicis, prout in cucula monachali apparet. Sed siluester Papa in dalmaticā uertit, latas manicas addendo, & in sacrificijs altaris portandam instituit in 93. dist. diaconi ita. ¶ † Dicta est autem dalmatica, eo quod in Dalmacia, & post omnia alia indumenta sacerdotalia sint reperta. Hæc sui forma significat largitatem. eo quod largas habet manicas & protensas. Vnde, secundum *Titū. 1.* Apostolum, oportet episcopum non esse turpis lucri cupidum, sed hospitalem 47. distin. 88. distin. consequens. Non ergo manum habeat ad dandum collectam, & ad recipiendum porrectam, sed illud efficiat, quod Propheta suadet. Frange esurienti panē tuum, & egenos, & uagosq; intro-

Esa. 58. introduc in domum tuam &c. Et ob hoc fortè diaconi specialiter utuntur dalmaticis, quia principaliter, electi sunt ab Apostolis, ut mensis ex officio ministrent.
3 ¶ † Cæterum, dalmatica diaconi ampliores habet manicas, quam tunicula subdiaconi, quæ alicubi subtile vocatur, quia ipse ampliorem debet habere charitatem, q̄ subdiaconus, propter maius donum. Pontificis etiam dalmatica latiores habet manicas, quàm diaconi, ad notandum, q̄ ipse magis est expeditus, nihil habens, quod ipsius manus restringat, quia pro cœlestibus omnia debet largiri. Charitates enim eius extendi debet etiam vsque ad inimicos.
Nempe tunicella subdiaconi, dalmatica diaconi, & casula presbyteri, succedunt in locum tunicæ iacinthinæ, quæ erat coloris cœlestis, ideſt aerei ad notandum, q̄ omnes ministri altaris cœlestem debent habere conuersationem, licet secundum maius & minus, quod notat latitudo vel strictura manicarum dalmaticæ & tunicellæ,
4 vt præmissum est. ¶ † Quia igitur sacerdos maximè debet esse ad cœlestia expeditus, ideò hæc ornamenta non gerit, nec alio brachia stringens. Episcopus autem simul utitur, & dalmatica, & tunicella, & omniū ornamentis, ut ostendat se perfectè omnes habere ordines, tanquam, qui eos alijs cōfert. Minores sacerdotes eos nō conferūt, & ideo illa non portant, quibus sufficit vnum, quod cœlestem significet conuersationem. Præterea Pontifex in ornamentis atq; in officio magis expresse gerit similitudinem Saluatoris q̄ simplex sacerdos, & magis sibi conueniunt ornamentorum significata, ideoque pluribus utitur ornamentis. ¶ † Debet autem dalmatica habere duas lineas coccineas hincinde, antè & retro, a summo vsque ad deorsum, ut Pontifex ostendatur habere feruorem charitatis ad Deum & proximum in prosperis, & aduersis: iuxta veteris & noui testa-
Deut. menti præceptum, quod est, Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo: & pro-
Luc. 10. ximum tuum, sicut te ipsum, vnde Io. Cha-
1. Ioā. 2. rissimi non mandatum nouum scribo uobis: sed mandatum vetus quod ab initio
ibd. habuistis. Et iterum, mandatum nouum scribo vobis &c. Quandoque lineæ purpureæ sunt significantes fidem sanguinis Christi in utroque populo necessariam, in sinistro quoque latere dalmatica fimbrias solet habere, solicitudines actiuæ uitæ significantes, quas Episcopus pro subditis
1. Co. 2. suis debet habere, iuxta quod dicit Apostolus. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, in ſtātia mea, quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum. Per dextrum verò latus, q̄ fimbrijs caret, notatur contemplatio cœlestiū sine solicitudinibus, & quieta a multiplicitate perturbationū. ¶ † Adhuc quæ- 6
dam dalmaticæ quindecim habent fimbrias, antè & retro, quia quindecim Psalmi in ueteri testamēto, quasi quindecim rami gradus exeunt de tramite charitatis, & quindecim similiter in nouo testamento excrescūt de opere charitatis, uerbi gratia: Charitas patiēs, & benigna est, &c. vsque, charitas nunquam excidit. At hi qui uerò habēt 28. antè, & totidem retrò, ubi septiformis spiritus est octies repetitur, qui replet octo maneries laudantium Deum, scilicet, reges, & populos: Principes & iudices iuuenes & virgines, seniores & iuniores. 7
¶ † Rursus in dalmatica varietas est sine scissura, quia licet varia religionis opera apud Deum agantur, tamen in votis non discrepant. Item aperta est a lateribus sub ascellis insinuans illi qui eā induit, vt Christi qui in latere lācea perforatus est, uestigia imitetur. ¶ † Adhuc dalmatica formam 8
Crucis prætēdit, unde per eam Christi passio figuratur, ideoq; in missæ officio portatur, vbi Christi passio repræsentatur. Significat etiam dalmatica sanctam religionem, & carnis mortificationem, atque sublimium rationem. Alba dalmatica, sanctam & immaculatam significat uitam. Rubea martyrium. Alba verò opere polymitico uariata notat munditiam, & uirtutum varietatem, & est aurifrisio adornata, Iuxta illud: Astitit regina a dextris tuis *Psal. 44.* in uestitu deaurato circundata uarietate.
¶ † Porrò, secundum quod capiti, scilicet, Christo conuenit, dalmatica per for- 9
mam latam & largam Christi misericordiam significat. quam ipse præ cæteris & docuit & impendit. Estote, inquit *Luc. 6.* misericordes, sicut & pater uester misericors est. Beati namque misericordes, *Mat. 5.* quoniam ipsi misericordiam consequen- *Luc. 10.*
tur. Hic est ergo Samaritanus ille proxi-

mus noster, qui fecit nobiscum misericordiam, superinfundés vulneribus nostris vinum & oleum. Nam per viscera misericordiæ Domini nostri visitauit nos oriens ex alto, qui non ex operibus iustitiæ nostræ, quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit. Pro peccatoribus venit, ut de peccatis ueniam indulgeret. Misericordiam, inquit, volo, & non sacrificium. Legitur in canone Greg. 33. dis. communis. quòd in primitiua ecclesia non licebat episcopo, uel diacono uti dalmatica absq; indulgentia sedis Apostolicæ speciali ¶† Sanè dalmaticæ tempore Aduentus Domini à diaconis intermittũtur; quoniã quando aliqua claritas sacri ordinis ad tempus intermittitur, clarius resplendet, & auidius sumit, quãdo resumitur in animis deuotorum, quia quod rarum est, magis appetitur. 93. d. legimus, ad fi. ¶ Rursus in aduento diaconus nõ vtitur dalmatica, nec subdiaconus tunica, quia lex, quã subdiaconus significat, ante incarnationẽ Domini Euangelij ornatu carebat, & claritas Euangelij, quam diaconus significat, nondum apparuerat, vel quia nondum uenerat, qui uestem innocentiæ, & immortalitatis nos induere debebat, ideo vestes lætitiæ dimittuntur. Vtuntur autem tunc casulis, de quo in 2. par. sub tit. de diacono dictum est. In ieiunijs tamen Pente. potest diaconus dalmatica uti.

Luc. 1. Tit. 3. Matt. 9.

S V M M A.

1 *Chiroteca quo consilio vtatur Episcopus. Et eius significatio.*
2 *Chiroteca cur manus interdum uelentur, inter dum spolientur.*
3 *Chirotecæ quid notent.*
4 *Hœdi pellis figura, & significatio.*

De Chiroteca. Cap. 12.

1 OVia † plerique bonũ opus, quod faciunt, inani fauore corrumpunt, ideo statim post indutam dalmaticam, pontifex iuxta ritum Apostolorũ, manus operit chirotecis, vt nesciat sinistra sua, quid faciat eius dextra. Per chirotecam ergo cautela congrua designatur, quæ sic facit opus in publico, quod intentionem continet in occulto. Nam etsi Dominus dixerit. Luceat lux vestra corã hominibus ut videant opera uestra bona, & glorificent patrẽ vestrũ, qui in cœlis est. Ad quod etiam designandum chiroteca circulum desuper habet aureum, ipse tamen præcpit. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cęlis est. ¶† Manus ergo quandoque velantur chirotecis, & quandoque denudantur, quia bona opera interdum ad vitandum vanam gloriam occultantur, & interdum ad ædificandum proximos propalantur. ¶Sunt† autem incõsutiles, quoniam actiones Pontificis fidei rectæ debent esse concordes. Per chirotecas quoq; in manibus. exẽpla Sanctorum quæ in operibus habenda sunt, intelligũtur, quæ opera ab omni inquinamento mundanda sunt, ne modicũ fermenti totam massam corrumpat. Per ipsas verò chirotecas albas castitas, & mũditia denotatur, vt manus, idest operationes sint mũdę & ab omni sorde immunes: ¶Porrò secundũ quod capiti, scilicet Christo, conueniunt, chirotecæ sunt hœdorum pelliculæ, quas manibus Iacob Rebeca circundedit, ut pilosæ manus similitudinem maioris fratris exprimerẽt. Sanè, pellis hœdi est † similitudo peccati, quam Rebecæ mater, idest Spiritussancti gratia manibus veri Iacob, idest operibus Christi circumdedit, vt similitudinem maioris, ideſt prioris Adæ, secundus exprimeret. Christus. n. similitudinem peccati sine peccato suscepit, ut incarnationis mysterium diabolo celaretur. Nam ad similitudinem peccatorum esurijt & sitiuit, doluit & expauit, dormiuit & laborauit. Vnde cum ieunasset 40. diebus. & 40. noctibus, ac postea esuriſſet, accedens ad illum diabolus, eum ad similitudinem prioris Adæ tentati tentauit. Sed qui primum vicerat, eisdem modis victus est à secundo.

1.Cor.5 Gen.27. Matt.4.

S V M M A.

1 *Mitra episcopo, corona Papæ datur.*
2 *Mitra quid designet & nu. 5.*
3 *Ligulæ duæ in mitra episcopi quid notent.*
4 *Mitra circulũ aureũ habet, & magna significatione.*
5 *Mitra solenni, quando utendum, & quãdo simplici, nu. 7.*
8 *Pontifex Romanus utitur regno.*
6 *Mitra quid significet eo nomine, quòd capiti conuenit.*
10 *Mitram an, & quãdo, & quorsum episcopus deponat. & nu. 11.*

De Mitra. Cap. XIII.

1 POSTQVAM episcopus planetam induit, † mitra loco cidaris, seu tiaræ, seu insulæ capiti eius imponitur. Iuxta illud, Gloria & honore coronasti eum domine. Sed & Papa coronam frigium lorum, superhumerale, clamidem purpureã, & tunicam iacinthinam habet ex concessione Constantini Imperatoris 96. dist.

2 Constantinus. ¶† Mitra autem scientiam vtriusque testamenti designat. Duo nanq; illius cornua, duo sunt testamẽta, anterius nouũ, posterius vetus, quæ duo episcopus, memoriter debet scire. 23. q. 1. Episcopus, & illius tanquam duplici cornu, fidei inimicos ferire. Videri debet quidem subditis episcopus cornutus, sicut & Moses de monte Synai descendens, & duas tabulas testimonij tenens apparebat cornutus Aaron, & filijs Israel ex consortio sermonis Dei, prout legitur Exod. 34. cap. Quidam autẽ hæretici mitrã & eius cornua, & episcopũ illam ferentem condemnant, inducentes infomentum sui erroris; quod Ioan. ait in Apoc. 13. Apoc. Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agno, & loquebatur sicut draco. Duæ vero fimbriæ posterius dependentes, spiritus & li-

3 tera sunt. ¶† Per duas quoque fimbrias, seu ligulas notatur præparatus esse debere tã in mystico, quàm in historico sacræ scripturæ intellectu, in quarum summitatibus sunt fimbriæ rubei coloris, denotãtes eius promptitudinem ad fidei, & sacræ scripturæ defensionem, etiam vsque ad sanguinis effusionem. 25. quæst. 1. sunt quidam. Quæ super scapulas pendent, ad notandum, q̃ id quod prædicatore, ostendere debet opere, quia enim scapulis nulla pars altior est ad opus, siue ad onus ferendum, ideo rectè per eas opus intelligitur. ¶† Circulus aureus, qui posteriorem & anteriorem mitrę partem complectitur, indicat, quòd omnis scriba doctus in regno cœlorum de thesauro suo noua & vetera proferre debet. Matth. 13. Caueat ergo diligenter episcopus, ne prius velit esse magister, quàm nouerit esse discipulus. 10. distinct. miserum. extrà de electio. ca. cũ magistrum. de renun. post translationem, & c. nisi ne si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant, Scriptum est enim per prophetam, Tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi 38. dist. omnes, & in prædicto cap. nisi. Non incompetenter etiam mitra, quæ in altum de sui forma producitur, altitudinem sapientiæ designat. Debet enim episcopus sic subditos scientia excellere, vti ipsius comparatione cæteri merito grex dicantur. 25. dist. §. nunc autem. 1. q. 1. vilissimus, & q. 7. conuenientibus. Duæ pendulæ ex posteriori parte duplicem designant memoriam. Prima est actuum diuinorum, ne celebrando eam contemnens puniatur. Vnde & in veteri testamento sacrificium oblaturus ambiebatur tintinabulis, vt per eorum sonitum reciperetur dignus, vel repelleretur indignus ab Angelo, ad custodiam templi posito. 43. dist. c. 1. Secunda est peccatorũ suorum, ut de illis compungatur, de pœn. distin. 3. Iudas. ¶† Mitra etiam quia quandoque linea est, & alba, castitatis candorem munditiamque significat. Vnde hoc ornamentum multum capiti necessarium erat, in quo quinque sensus corporis vigẽt quibus corruptis facilè castitas violatur. ¶Sunt etiam nonnulli dicentes, quòd mitra Pontificis spineam coronam significat, & inde est, quòd diaconus in officio Missæ in quo Pontifex Christũ in passione figurat, mitram illi imponit, & deponit, quia ipse ex officio suo habet Euangelium legere, in quo Christus spinis legitur coronatus. Duo cornua, sunt duo charitatis præcepta. Pontifex igitur mitram accipit, intelligens quòd quinq; sensus à mundi illecebris custodire debet, ut duorũ testamẽtorũ præcepta seruet, & duo charitatis præcepta impleat, vt coronam percipere mereatur æternam. ¶ Cæteri verò sacerdotes & clerici,

Exo. 34. Apo. 13. Ioan. Oseę. 4.

clerici, generaliter caput contegunt nullo ornamento, licet in festis sint in toto alio corpore subornati, tum quia nondum est plenum gaudium nostrum. Gaudemus enim non in re præsentium, sed in spe futurorum: tũ quia ad hoc tendimus, ut Deum
6 nuda facie contemplemur. ¶ † Sanè mitra aurifrisiata utendum est à pascha usque ad aduentum, & natiuitate Domini usque ad Septuagesimam in omnibus festis duplicibus, & nouem lectionum totius anni, nisi in festo Innocentium, prout dicetur sub tit. de coloribus & in Dominicis prædictorum temporũ, & generaliter quandocunque, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, dicuntur. Cùm enim illa dicantur in festiuis diebus, in quibus virtutem, & gaudium generale, ut speciale capitis uel mẽbrorum ad memoriam reducimus, ut dicetur in procœmio septimæ partis, merito tũc mitra aurifrisiata utimur, quia aurũ & gẽmarum nitor gaudium representant. In diebus verò ieiuniorum non est ea utendum, ut sequitur, quia cum dies illi ordinati sint ad delenda peccata, quæ tũc sunt ad memoriam reducenda, non sunt tunc agẽda uel ferenda, quæ gaudium, sed quæ potius humilitatem & afflictionem designãt.
7 In † alijs verò temporibus regulariter non aurifrisiata, sed simplici utendum est, uidelicet ab aduentu usque ad natiuitatem: nisi quia Dominus Papa utitur aurifrisiata in Dominica, gaudete, & Septuagesima, usque ad Pascha, & in Dominica, lætare Hierusalem, prout dicetur sub tit. de coloribus, & etiam in quinta feria cœnæ Domini, in officio Missæ tantum, & in Sabbato sancto in officio Missæ. Item festis trium lectionum illius temporis, & in omnibus vigilijs, in quibus ieiunium celebratur, & quatuor temporibus, & in rogationibus. Dominus tamen Papa utitur in festo sancti Marci, in Missa tantum. Item in
8 officio defunctorum. ¶† Illud quoque notandum est, quod Romanus Pontifex in signum Imperij utitur regno, ideſt, corona Imperiali, in signum Pontificis, utitur mitra. Sed mitra semper vtitur, & ubique, regno verò non semper, nec ubique, quia põtificis authoritas & prior est & dignior, & diffusior Imperiali potestate. Sacerdotium enim in populo Dei regnum præcessit, cùm Aaron primus pontifex, Saulẽ primum regem præcesserit, & Noe Nembroth, quia sicut legitur principium Regni Nembroth extitit Babylonis. 6. distin. qui is ita. Noe verò ædificauit altare Domino, & holocausta obtulit super illud. Regno quidem non utitur nisi certis diebus & locis, nunq̃ intra ecclesiam, sed extrà. *Cen. 8.*
¶† Porrò secundũ quòd capiti, ideſt Christo conuenit mitra Pontificis, illud significat, quod propheta loquens de filio, dicit ad patrem, Gloria & honore coronasti eum Domine, & consti. &c. Hoc est itaque nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, cęlestium terrestrium &c. Nam & in aurea lamina frontis pontificalis sculptum erat nomen Domini τεταγράμματον, cuius mysterium declarabimus, in titu. de legal. indumentis. Per mitram ergo capitis Christi summam illam glorificentiam intelligimus, quæ propter diuinitatem debetur humanitati. Nam propter pedem adoratur scabellum. Adorate (inquit) scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. *Pſal. 20 Phil. 2. Pſal. 98.*
¶ † Et nota, quòd ſicut ait Zacharias Papa de consec. dist. 1. nullus. Episcopus ad altare oraturus accedens, seu altari assistens uel orationes ad Deum effundens, mitrã deponit & baculum, quia Apõstolus prohibet uiris capite uelato in ecclesia orare, ut reuelata facie gloriam Domini contemplẽtur. Quando verò ad populum se conuertit, ut illi prædicet insignia comminationis suæ, resumit. vnde & Moses causam populi apud Deum precibus, causam verò Dei, ad populum gladijs allegabat. 45. distin. disciplina. ad finem. ¶† Vltimo nota, quod quidem episcopi solenniter benedicunt in Missa & altari turificantes deposita mitra. Alij verò cum mitra in capite. Primi ea ratione mouentur, quia solenniter benedicendo uice Dei funguntur, & Deus per eorum ministerium benedicit. Nume. 6. in fin. ubi dicitur: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Altaris verò turificatio significat orationes. Apoc. 8. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia ergo in orationibus causam plebis ad Deum agit, ideo cum reuerentia, mitra uidelicet deposita, illud agere debet *2. Cor. 3. 11*

debet. Secundi verò attendunt, quòd benedictio & turificatio non sunt essentialia ad consecrationem corporis Christi, sed ad solennitatem pertinent: & ideò ea cum mitra agunt, ut per hoc à simplicibus sacerdotibus discernantur. Quamuis enim plus habeat episcopus, quàm simplex sacerdos in his, quæ ad solennitatem pertinent, ut in ornamentis & alijs, non tamẽ in his, quæ ad consecrationem ipsam spectant. Sed hęc ratio minus sufficiẽs uidetur, quoniam secundum hoc mitra in Missa non deponeretur, nisi quando uerba, ad quorum prolationem fit specierum transubstantiatio proferuntur.

S V M M A.

1 *Anulus est fidei sacramentum. Et eius ipsius unde adductus nu. 2.*
3 *Anulo literæ antiquitus sigillabantur. Et qua significatione.*
4 *Anulus aureus, & rotũdus quid significet.*

De Anulo. Cap. XIIII.

1 ANulus est fidei sacramentum † quo Christus sponsam suam sanctam ecclesiam subarrauit, ut ipsa de se dicere ualeat anulo suo subarrauit me Dominus Iesus Christus, cuius custodes & pedagogi sunt Episcopi & prælati, anulos pro signo in testimonium huius rei fe-
Cant. 3. rentes de quibus sponsa dicit in Canticis, Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem. Hinc anulum dedit pater filio reuertẽti secundum Euangelium, Da
Luc. 25. te anulum in manu eius. Ex quo in euangelio anuli usus creditur acceptus. ¶ Anu-
2 lus † ergo Pontificis integritatem significat fidei, ut uidelicet Ecclesiam Dei sponsam sibi creditam, sicut se diligat, & sobriã, & castam, cœlesti sponso custodiat, iuxta illud, Despondi enim vos uni uiro, ideſt,
1. Corin. Christo, & se meminerit non Dominum,
10. sed pastorem. 7. quæst. 1. sicut alterius. De hoc sponso & sponsa Ioannes Euangelista dicit. Qui habet sponsam sponsus est, ami-
Ioann. 1. cus autem sponsi, qui stat, & audit cũ gaudio gaudet propter uocem sponsi. Episcopus ergo vicarius & amicus sponsi, quòd si vicarius est, & ipse quodammodo sponsus est. ¶ † Rursus antiqui litteras anulo sigillabant. Vnde Episcopus anulum portat, quoniam scripturæ mysteria & Ecclesiæ sacramenta perfidis sigillare, & humilibus reuelare debet. ¶ Porro, secundum quod capiti, scilicet Christo, conuenit anulus digiti donum significat sancti Spi- *Exod. 8.*
ritus. Digitus enim articularis atque distinctus Spiritum sanctum insinuat, secundum illud, digitus Dei est hic, & alibi. Si ego in *Luc. 2.*
digito Dei eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? † Anulus autem aureus & 4
rotundus perfectionem donorum eius significat, quam sine mensura Christus accepit, quoniam in eo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Iam qui desursum
venit super omnes est, cui Deus non de- *Coloſ. 2.*
dit spiritum ad mensuram, dicens: Super quem videris Spiritum sanctum, descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat. Nam requiescet super eum, Spiritus sapientiæ & intellectus. Ipse vero de plenitudine sua, secundum differentes donationes distribuit, alij (secundum Apostolum) dans sermonem scientiæ, alij gratiam sanitatum, alij operationem virtutum &c. Quod & visibilis Pontifex subdiaconus, & huiusmodi. Nam igitur ab re in Episcopi digito geminatus fulget anulus, per cuius mysterium dantur fulgida charismata gratiarum. De anulo sponsæ satis dictum est in prima parte sub tit. de Ecclesiæ sacramentis.

S V M M A.

1 *Baculus pastoralis quid significet. Et unde habuerit ortum nu. 2.*
3 *Baculus Pastoralis cur sit curuus, & qua significatione & de eius varia forma et compositione.*
4 *Baculus pastoralis est acutus in calce, in medio rectus, in capite retortus. Et qua significatione.*
5 *Papa non utitur baculo pastorali duabus de causis, & nu. 6.*
7 *Virga Pontificis quid notet.*

De Bæculo pastorali. Cap. XV.

1 BAculus † pastoralis correctionē pastoralē significat, ꝓpter quod consecrante dicit cōsecrato. Accipe baculū pastoralis officij, vt sis in corrigēdis vitijs piè sæuiens. De
1.Cor.12 quo dicit Apostolus: In uirga veniam ad vos. Virga igitur pastorali potestas intelligitur sacerdotalis, quam Christus ei contulit, quando Apostolos ad prædican-
1. Cor. 4. dum misit, pręcipiens eis, ut baculos tollerent. Et Moses cum uirga missus est in Aegyptum. De hoc in prima parte dictū
2 est in titulo de consecrat. Baculus † ergo à lege & Euāgelio sumitur, quia & virga pastoralis & sambuca, & pedum, & ferula,
Exod. 4. nuncupatur. Moses enim ex mandato Domini virgam habuit, quæ terribilia fecit in cœlo, & in mari, quia cibum de cœlo, potum, de petra produxit, & gregem ad terram fluentem lacte & melle mandauit. Ad huc per baculum doctrinæ authoritas intelligitur. Hac enim infirmi sustentantur, inquieti corripiuntur, errantes ad pœnitētiam trahuntur. Vnde & pedum uocatur, quod est lignum recuruum, quo pastores
3 pedes retrahunt animalium. ¶ † Sanè quādoque baculus ex osse & ligno conficitur, quæ christalina, & deaurata sphærula coniunguntur, os superius recuruatur, lignum inferius ferro acuitur, modicè tamen recōditur. Siquidem os est duritia legis, lignum mansuetudo Euangelij, quę duo coniuncta sunt sphærula diuinitatis Iesu Christi. Vel os, seueritas, lignum, Pontificis est lenitas, quas iungit iudicio per charitatem. Nam seueritas uel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. 45. distinct. disciplina. Ad quod significandum ferrum obtunditur, quia iudicium misericordia temperatur, baculus recuruatur, cū
Abac. 3. pœnitentes ad pœnitentiā reuocant. ¶ Aliquādo in curuatura caput formatur, quoniam ad Deum conuersis uita æterna promittitur. Quandoque etiam in curuatura scribitur. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, ne ob culpam gregis ita turbet in pastore oculum rationis. 6. quæst. 1. ex merito. ¶ Aliquando in sphærula scribitur, homo, Pōtifex se hominem memoretur, & de potestate collata non eletur. Aliquando iuxta ferrum scribitur. Parce, ut in disciplina subditis parcat, & misericos à misericordia misericordiam consequatur. ¶ † Quòd verò braculus est acutus in 4
fine, rectus in medio, & retortus in summo designat, quòd Pontifex debet pungere pigros, regere debiles sui rectitudine, & colligere vagos. 47. distinct. §. necesse 48. distinct. disciplina. & c. omnis. unde vers. collige, sustenta, stimula, uaga, morbida, lenta. Et reddendo singula singulis, uersus iste continet omnia præmissa. uel sic, Attrahe per primum, medio rege, pūge p unum. ¶ † Romanus autem Pontifex pasto 5
rali virga nō vtitur, tum propter historiā, tum propter mysticā rationem. extra de sac. unc. cap. unico. in fin. Historia est, quoniam beatus Petrus Apostolus Martialē discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cum dixit, Nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis &c. misit cum quibusdam alijs ad prædicandū Germanis. Qui in uia ad viginti dietas de functo Fronto collega eius, redijt ad nuntiandum hoc Petro. Cui Petrus, Accipe Mai. 18.
hunc baculum & tangens illum dic, Surge in nomine Domini, & prædica. Ille verò in quadragesimo die a tempore mortis illius tetigit eum & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa Tertius scripsit in ecclesiæ speculo, quod beatus Petrus misit baculū suum Euchario primo Treuerorum episcopo, quem una cum Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonicæ destinauit, cui successit in episcopatum Maternus, qui per baculū Petri, de morte fuerat suscitatus, quē baculū vsque hodie cum magna veneratione Treueren. ecclesia seruat, & ideo Pāpa in illa diœcesi vtitur baculo, & non alibi. † Mysti- 6
ca uero est ratio, quia baculus in summitate est curuus, quasi ad attrahendum, quod in Romano Pontifice necesse non est, q̄ nullus ab eo finaliter diuertere pōt. Præterea per baculum designatur coerctio, quā quia cæteri pōtifices ab homine recipiunt, ideo à suis superioribus baculos recipiunt, &

& habent. Romanus verò Pontifex, quia potestatem à solo Deo accipit, baculū non
7 habet. ¶ † Porrò, secundum quod capiti, scilicet Christo conuenit virga Pontificis, potestatem Christi significat, de qua Psalmi
Psa. 44. sta: Virga recta, siue directionis, nirga regni tui, quia dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propter quod alibi dicit. Reges
Psal. 2. eos in uirga ferrea: duritia ferri, vigorem significat æquitatis qua Christus tāquam
Psal. 22. vas figuli peccatores confringet. Verum potestas Christi non solum est uirga, sed baculus, quia non solum corripit, sed etiā sustentat. Vnde Psal. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

SVMMA.

1 *Sudarium Episcopi quid.*
2 *Sudarium quo nobis conueniat.*

De Sudario. Cap. XVI.

1 EXpeditis nouem specialibus Pontificū ornamentis, aliqua de quibusdā alijs. Et primo de sudario † videa mus, quod est lineus pānus, quē ministrās episcopo semper paratum habet, quo ille sudorem & omnē superfluum corporis tergat humorem, significans studiū quo humanas contagiones in hac uita extergimus, per exempla Sanctorum patrum, quibus ad patientiam corroboramur. Sicut enim sudor est in corpore: sic etiam tædium est in anima, quandoque ex conscientia peccatorum premens con-
2 scientiæ frontem. Habeamus † igitur sudarium ex lino multis tonsionibus castigato, & mundato, per quod mundanos exterga mus effectus. & etiā cum Dauid & Iob tristitiā abijciendo, nos tergamus. In quibusdam ecclesijs diaconus Sudarium habens, illud in dextro cornu altaris deponit, si forte quicquam sordidum accesserit, illo tergatur, & sudarium sacerdotis mundissimū maneat. ¶ Manipuli quoque penè eadem est significatio, prout ibi dictum est.

SVMMA.

1 *Pallium, quorum sit proprium: Et quid significet, num. 2*
3 *Pallij forma & compositio.*
4 *Pallij circulus est timor Domini.*
5 *Linea duæ in pallio quid designent.*
6 *Pallij duplicitas quid signet. & nu. 7.*
8 *Pallij quatuor Cruces quid significent.*
9 *Pallij tres acus quid notent, & quid acus aurea. nu. 10.*
11 *Metropolitanus an potest actus legitimus exercere ante pallij adsumptionem.*
12 *Pallij vsus.*
13 *Pallio quibus diebus vti liceat, quibus. nō & vbi.*
14 *Pallium Romanorū Pontificum, quale.*

De Pallio. Cap. XVII.

COnsequenter aliquo de pallio subijciamus, qđ Patriarcharū, Primatum, & Metropolitanorum † est pro- 1
prium, vt per illud à cæteris Episcopis discernātur, ꝙ priuilegiatam obtinēt dignitatem, quare sub præmissis à cōmunibus vel specialibus ornamētis minimè continentur. Siquidem per pallium simul vtrunque & superhumerale & rationale legalis pōtificis intelligim⁹. Quia enim super vtrunque pontificis humerum iacet superhumerale, siue λογιον dicitur, quia verò indescendens in ipso pontificis pectore iungitur, rationale vocatur. Habebat enim superhumerale & rationale, quæ catenulis aureis simul iungebantur. Sunt tamen, qui dicunt, ꝙ rationali nullum hodie ornamentum succedit, de quo sub tit. de leg. indu. dicetur. Alij dicunt, ꝙ pallium pro aurea lamina institutum est, quamuis probabilius videatur, ꝙ aurifrisia mitræ vi
cem laminæ gerant. ¶ † Sanè pallium, quo 2
maiores vtuntur, significat disciplinam, qua seipso ad exemplum subditorum, & etiam ipsos subditos regere & constringere debent. Per hanc acquiritur torques aurea, quam legitimè certantes accipiunt, de qua dicit Salomon in Parabolis, Audi, fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimit- Tim. 1.

tas legẽ matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Sicut autem torques seu brauium non dabatur, nisi legitimè certanti, iuxta illud Apostoli. Multi quidem currunt, sed vnus accipit brauium, ita & ad honorem pallij nemo ascendit, nisi qui in singulis bonorum gradibus legitime prius deludauerit. Nam & officia secularia non deserunt principalem locum ingressus in vestibulũ actionis, 59. dist. si officia sed examinatis per plurimos gradus. & is gradus cæteros antecellat quẽ labor prolixior & stipendia longiora fecerunt anteire. C. de offic. ma. offi. nemo. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. Super cuncta indumenta fertur, ut cæteri hoc videntes, ad legitimum certamen hortentur. ¶ Pontifex vero pallium, dum imponitur & detrahitur, osculatur, ad notandum summũ legitimè certandi desiderium, & brauium promerendi. ¶ † Est autem pallium de cãdida lana contextum, habens circulum humeros constringentem, & duas lineas ab vtraque parte, videlicet ante & retropendentes, à sinistris est duplex, à dextris simplex. habet quatuor cruces purpureas, scilicet ante, & retro, à dextris & à sinistris. Infiguntur in pallio tres acus, & quædã sunt, quæ per Metropolitanum sine pallio agi non possunt. quo etiam, nisi certis diebus vti non valet, quia omnia moralibus sunt imbuta mysterijs & diuinis grauida sacramentis. Nam (vt scriptura testatur) in thesauris sapientiæ significatio disciplinæ, in lana quippe asperitas, in candore benignitas designatur. Nam ecclesiastica disciplina contra rebelles & obstinatos seueritatem exercet, sed erga pœnitentes & humiles exhibet pietatem. Propter quod de lana non cuiuslibet animalis, sed ouis duntaxat efficitur, quæ est animal mansuetum. vnde Propheta: Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se nõ aperuit os suum. Hinc est quod illius semiuiui vulneribus, quem Samaritanus duxit in stabulum. & vinum adhibetur, & oleum: ut per vinum mederentur vulnera: & per oleum foueantur: quatenus qui sanandis vulneribus præest in vino morsum seueritatis adhibeat: in oleo molliciem pietatis. Hoc nimirum & per arcam tabernaculi designatur. 45. distinct.

1. Cor. 9

3

Ecclo. 1.

Esa. 53.

Luc. 30.

disciplina, in qua cum talibus uirga continetur & manna, quoniam in mente rectoris cum scripturæ scientia virga debet esse directionis, & manna dulcedinis, vt seueritas immoderatè nõ sæuiat, & pietas plus quam expedit non indulgeat. Item fit de vili materia, scilicet lana, ut habeat pretiũ, non a se: sed ab eo, quod significatur in se, ut non oculis, sed menti spectabile sit, ut non ad ornandum, sed ad significandum indui intelligitur. † Circulus pallij per quem humeri constringuntur, est timor Domini, per quem opera exercentur, ne uel ad illicita defluant, vel ad superflua relaxentur, quoniam disciplina sinistram cohibet ab illicitis formidine pœnæ, dextram vero temperat à superfluis iustitiæ amore. Beatus ergo uir, qui semper est pauidus. Nam iuxta sententiam Salomonis, Timor Domini peccatum repellit. Qui verò sine timore existit, iustificari non poterit. Ideo enim circulus pallij sub collo humeros constringit, ad notandum quòd illum ferens debet esse idem opere, & sermone. ¶ † Duas verò lineas, quarum vna post dorsum, & altera progreditur ante pectus, huius vitæ curas & solicitudines significare putamus, quibus & cor & humeri pontificis sic sæpissimè grauantur & impediuntur, ut à proprio statu eum auertant, & vana quædam & transitoria cogitare & portare compellant. Hinc quod pallũ ante & retro à dextris, & à sinistris ante pectus, & super humeros frequenter aptatur, vt is posthabitis in seipsum sæpe redire intelligatur. Actiuam quoque & contemplatiuam vitam significant, quas ita debet exercere prælatus, vt exemplo Mosi nunc in montem ascendat, & ibi philosophetur cum Domino, & nũc ad castra descendat, & ibi necessitatibus prouideat populorum, prouisurus attentius, ut cum sæpe se dederit alijs, interdum se sibi restituat, quatenus, & cum Martha circa frequẽs ministeriũ satagebat, & cum Maria audiat Saluatorem, extra de renun. nisi, ad fin. 88. distinctio. decreuit. Vtraque tamen linea grauat inferius, quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ¶ † Pallium duplex est in sinistra, sicut & rationale, sed

4

Pro. 28.

Eccle. 1.

5

Luc. 10.

Sapien. 10.

simplex

simplex in dextra, quia uita præsens, quæ per sinistram accipitur, multis est subiecta molestijs, & in ea duplicitate carere non possumus, quia nunc prosperis extollimur, nunc aduersis frangimur, nunc terrena petimus, nunc cœlestibus adhæremus, nunc carni, nunc menti seruimus; sed uita futura, quæ per dextram significatur, in una semper est collecta quiete, quòd veritas ipsa designauit cum intulit: Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò unum est necessarium. Mariam optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

7 ¶ † Rursus pallium duplex est in sinistra, quatenus ad tollendas vitæ præsentis molestias prælatus fortis existat. simplex in dextra, quatenus ad obtinendam vitæ futuræ quietem toto suspiret affectu: iuxta verbum Psalmistæ dicentis, Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, Illic enim nulla est duplicitas, siue ruga, sed prosperitas sine aduersitate, gaudiũ sine tristitia, & fœlicitas sine miseria.

8 ¶ † Quatuor Cruces purpureæ sunt quatuor uirtutes politicæ, scilicet iustitia, fortitudo, temperantia, & prudentia, quæ nisi in Crucis Christi sanguine purpurentur, falsum sibi nomen virtutis vsurpant, & ad veram beatitudinis gloriam non perdicunt. Vnde Dominus inquit Apostolis. Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Hæc est purpura regis iuncta carnalibus, quam Salomon commemorat in Canticis canticorum. Is ergo qui pallij gloria decoratur, si cupit esse quod dicitur in anteriori parte, debet habere iustitiã, ut reddat unicuique, quod suum est, prudentiam in posteriori, ut caueat, quod cuique nociuum est, fortitudinem à sinistris, ut eum aduersa non deprimant, temperantiam à dextris,

9 ut eum prospera non extollant. ¶ † Tres autem acus in pallio infiguntur, scilicet ante pectus, & super sinistrum humerum. & post tergum, non ad pungendum, ideſt non propter huius vitæ punctiones sed ad planetam palliumque iungendum sunt inuentæ. Vnde quædam ansulæ antiquitus in planetis positæ erant, quibus acus inserebantur & pallium simul cum planeta firmabant, ne a suo loco pallium moueretur. Possumus tamẽ per tres acus, fidem, spem, & charitatem intelligere, sine quibus pallium ab episcopo rite teneri non potest. Rursus tres acus, compassionem proximi, administrationem officij, distinctionemq; iudicij significant. quarum prima pungit animam per dolorem, secunda per laborem, tertia per terrorem. ¶ Prima pungebat Apostolum, cum dicebat, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? extra de renuntiatis. ¶ Secunda cum aiebat, præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. ¶ Tertia pungebat Iob dicentem. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator, ubi apparebunt? Super dextrum humerum non infigitur acus, quoniam in æterna quiete nullus est afflictionis aculus, nullus stimulus punctionis, Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ priora abierunt.

¶ † Acus verò aurea esse debet, sed inferius est acuta, & superius rotunda, lapidem cõtinens pretiosum quia nimirum bonus pastor propter curam animæ in terris affligitur, sed in cœlis coronabitur, ubi illam pretiosam Margaritam habebit, de qua Dominus inquit in Euangelio: Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita, vendidit omnia sua & cõparauit eam. In pallio & cum ipso confortatur pontificalis officij plenitudo. † Hinc est, q̃ ante quam metropolitanus pallio decoretur, non debet concilium conuocare, chrisma conficere, clericos in sua prouincia ordinare, Pontifices consecrare, uel ecclesias dedicare, nec se archiepiscopum nominare, extra de elect. q̃ sicut, in fi. de post. bonæ. 2. ad fi. Aiunt tamen quidam, quod extra prouinciam suam inuitatus posset ordines tanquam simplex episcopus sine pallio celebrare. Sunt etiam, qui dicunt, quòd episcopus etiam si sit talis, q̃ pallio vratur, non potest dare licentiam alieno Archiepiscopo utendi pallio, in diœcesi sua, nisi dictus episcopus pallíatus exemptus existat, nec etiam archiepiscopus

1. Cor. 2.

P. Petri. 4.

Pſ. 25.

Apo. 25.

10

Mat. 13

11

in

in prouincia sua, nisi fortè inuitatus priuilegium habeat, quòd possit vti pallio extra suam prouinciam, si fuerit inuitatus. Sed hæc potius iuris, & rigoris sunt, quàm curialitatis, neque subtiliter intuenti aliud videtur in episcopo palliatio exempto, quàm non exempto. † Sed vnus metropolitanus nō potest cum alterius pallio celebrare, neq; pari ratione sepeliri, sed cum proprio tantum, extra de vsu pallij, ad hoc. Palliatus tamē ad aliam ecclesiam translatus, cum pallio secundo loco sibi concesso sepelitur. Item palliatus ad aliam translatus ecclesiam, non potest ibi vti pallio in prima ecclesia obtento, quia non solum datur contemplatione personæ, verumetiā loci extra de postu. bonæ. 2. ad fi. Hinc est, quòd non potest vti eo extra prouinciam sibi decretam, extra de vsu pallij. cum nuper. & c. ex tuarū. Sed & si quis renunciet archiepiscopatui, nequit vlterius pallio vti, extra de renunt. ca. ad supplicationem. Nec etiam potest quis pallio, nisi intra ecclesiā & in diuinis officijs vti. Vnde si fortè processionaliter, vel ad prædicandum, vel aliquod huiusmodi eum ecclesiam exire contigerit, cum pallio non exibit, extra eo. cap. 1. dist. 1. pallium. & cap. semper.

13 Siquidem regulariter vsus pallij † interdicitur, nisi in solennibus diebus, & qui in cuiuscunque ecclesiæ priuilegijs continetur. extra cap. penul. & vlt. puta in festiuitatib. natalis Domini, sancti Stephani, sancti Ioan. Circuncisionis, Epiphaniæ, ramis palmarum, cœnæ Domini, Sabbati sancti, in tribus diebus Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Ioan. Batistæ, omniū Apostolorum, in quatuor festiuitatibus beatæ Mariæ, & sancti Michaelis, & Omnium sanctorū, sancti Martini, qui par est Apostolis, in festiuitatibus principalibus ecclesiæ pallio decoratæ, in dedicationibus ecclesiarū, consecrationibrs episcoporum, ordinationibus clericorū, & anniuersario consecrationis pallati. de consec. dist. 1. ca. porro. Quidam etiā addunt dies Dominicos, qui ad Resurrectionem pertinent, quod tamen in vsu non est. Posset etiā dici, q̄ vbicunq; in sua prouincia corpus alicuius sancti quiescit, metropolitanus in festo eiusdē Sancti, & etiā in principali festo cuiuslibet loci suæ prouinciæ, ad locū illū declinans, poterit pallio & sandalijs uti. In exequijs vero defunctorum, vel in benedictionibus nubentium uti non licet, nisi hoc in priuilegio contineatur ex pressum. extra eod. cap. fin. episcopus. Hostien. qui Papā consecrat, pallio vtitur ex institutione Marci Papæ, & etiam quidam episcopi ex priuilegio speciali, ut Auicē. & quinque Eccle. extra de præsump. cum in iuuentute. ¶ Postremo sciendum est, quòd 14
Roma. † Pontifices, qui beatum Siluestrū præcesserunt, depinguntur tanquam gerētes lineas pallij circa humeros inuolutas, nam legalis sacerdos dū sacrificabat, summitates balthei super humeros reflectebat, in quo significatur, q̄ illorum iurisdictio & potestas per pallium significata, inuoluta, & implicata, non libera fuit. Ipse verò & eius successores liberam & explicatam habuerunt, quare lineæ ipsæ in eis explicitæ & extensæ, ante & retro dependentes depinguntur. Potest etiā dici, q̄ lineæ ipse, quæ (ut præmissum est) solecitudines & curas significant, ideo tempore Siluestri Papæ explicitæ dependent, propter cō cessa sibi & successoribus temporalia, quæ absque solicitudine & cura nequeunt possideri 96. distinct. Constantinus. Denique Bruno dixit, quòd summus Pontifex præter præmissa ornamenta, & regnum portat, & purpura vtitur, prout sub titu. de mitra dictum est, non pro significatione, sed quia Constantinus Imperator olim beato Siluestro omnia Romani Imperij insignia tradidit in prædicto capit. Constantinus. Vnde & in magnis processionibus omnis ille apparatus Roman. Pontifici exhibetur, qui quondam Imperatoribus fieri solebat, & cum diademate Imperiali Papa ipse coronatur.

S V M M A.

1 *Coloribus quot & quibus vtatur ecclesia.*
2 *Indumentis albis quibus in diebus vtatur Ecclesia.*
3 *Indumentis albis vtendū in consecratione ecclesiæ, etiam quocunq; die celebratur.*
4 *Paramentis rubeis, quando sit vtendum.*
5 *Martyrium præfertur virginitati.*
6 *Paramentis nigris quando sit utendum.*
7 *Paramentis viridibus quando sit locus.*

Colores.

8 *Colores mysti omnes ad quatuor genera referuntur.*
9 *Paramenta violacea quo tempore adhibeantur. num. 10.*

De quatuor coloribus, quibus ecclesiā in ecclesiastici vtitur indumentis. Cap. XVIII.

1 QVatuor † sunt principales colores, quibus secundum propietates dierum sacras vestes Ecclesia distinguit, albus, rubeus, niger, & viridis. Nam in legalibus indumentis quatuor colores fuisse leguntur, byssus, purpura, iacinthus, & coccus, de quibus in sequenti titulo dicetur. Ecclesia etiam Romana violaceo &
2 croceo colore vtitur, vt infra dicetur. ¶ † Albis indumentis vtendū est in festiuitatibus sanctorum confessorum, virginum q̄ martyres non sunt, propter integritatem & innocentiā. Nam candidi facti sunt nazarei eius. Tre. 4. Et ambulabunt mecū in albis,
Iob. 36. virgines. n. sunt, & sequuntur agnum, quocūque ierit. Apoc. 3. Propter eandem causam vtendum est albis in solennitatibus angelorum, de quorum nitore Dominus loquitur ad Iuciferum. Vbi eras, cum me laudarēt astra matutina. Item in omnibus festis Dei sanctæ genetricis Mariæ. In festo omnium sanctorum, quidam tamen tunc rubeis vtuntur, vt infra dicetur. In principali festo sancti Ioannis Euangelistæ. In cōuersione sancti Pauli. In cathedra Petri. De his etiam infra dicetur. Item a vigilia natiuitatis Domini vsque ad octauam Epiphaniæ inclusiuè, vt dicetur in procemio septimæ partis, exceptis festiuitatibus martyrum intermedijs. In natiuitate Saluatoris, & etiam præcursoris, quoniam vterque natus est mundus, idest carens originali peccato. Ascendit enim Dominus nubem le-
Es. 19. uem, ideſt, assumpsit carnem a peccatis immunem & intrauit Aegyptum, ideſt, venit in mundum, iuxta illud, quod Angelus in-
Luc. 1. quit ad virginem, Spiritus sanctus superue-
Hier. 2. niet in te, & virtus altissimi obrū brabit ti-
Luc. 2. bi &c. Ioannes autem & si fuerit in pecca-
Mat. 2. to conceptus, fuit tamen in vtero sanctificatus, secundùm illud propheticum. Ante quā exires de vulua, sanctificaui te. Et angelus inquit ad Zachariam. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Itē in Epiphania propter splendorem stellæ, quæ Magos duxit secundum illud prophe *Es. 60.* ticum. Ambulabūt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. In ὑποπαν τι propter puritatem Mariæ, quæ iuxta cā *Luc. 2.* ticum Simeonis obtulit lumen ad reuelationem gentium &c. In cœna Domini, pro *Ioan. 3.* pter confessionem chrismatis, quod ad mundationem animæ consecratur. Nam & euangelica lectio munditiam principaliter in illa solennitate commendat, qui lotus est inquit, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et iterum, si non lauero te, non habebis partem mecum, item in Sabbato sancto in officio *Mar. 16* missæ vsque ad octauam Ascensiouis inclu *Mar. 18* siuè quandocunque officium de tempore agitur, præter dies rogationum, & præter quam in festis martyrum intermedijs, pro ut infra dicetur. In surrectione ꝓpter angelum testem resurrectionis nuntium, qui apparuit stola candida coopertus, de quo dicit Matthæus, quòd erat aspectus eius si *Actu. 1.* cut fulgur, & vestimenta eius sicut nix; & quia pueri tunc renati albas habent vestes. In ascensione propter nubem lucidam, in qua Christus ascendit. Nam & duo viri astiterunt iuxta illum in vestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi quid hic statis &c. ¶ † Illud autem notandum 3
est, quòd licet in consecratione Pontificis talibus sit indumentis vtendum, qualia secundum Dei propietatem conueniunt, in dedicatione tamen ecclesiæ semper est vtendum albis, quocunque dierum dedicatio celebretur; quoniam in consecratione pontificis cantatur missa de die, sed in dedicatione basilicæ, de dedicatione missa cantatur. Nam & ecclesia virgineo nomine nuncupatur, iuxta illud Apostoli. De- *1. Co. 10*
spōdi enim vos vni viro, virginem castam *Can. 4.*
exhibere Christo, De qua sponsus ait in *Eccl. 9.*
canticis. Tota pulchra es amica mea, & 4
macula non est in te, veni de libano &c. Ipsa tamen, qui consecratur debet esse albis ornatus, ad notandum, q̄ omni tempore uestimenta eius debent esse candida, ideſt, vita eius immaculata. Item per octauas

nas prædictorum festorum, octauas habentium, utendum est colore albo, quando de ipsis agitur octaua. ¶ Rubeis autem † utendum est indumentis in solennitatibus apostolorũ euangelistarum, & martyrum propter sanguinem passionis, quem pro Christo fuderunt. Nam ipsi sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione &c. Apoc. 7. Præterquam in festo Innocentum, ut iam dicetur. Item in festo Crucis, in qua Christus sanguinẽ fudit pro nobis. Vnde propheta, Quare rubeum est indumentum tuum, sicut calcantium in torculari? Sed secundum alios melius est tũc albis uti; quoniã non passionis, sed inuentionis, uel exaltationis est festum. Item, a uigilia pentecostes in missa usque ad sabbatum post ipsum festum inclusiuè, & hæc propter Spiritumsancti feruorem, qui super Apostolos in igneis linguis apparuit. Nam apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis &c. Vnde propheta: Deo cœlo misit ignẽ in ossibus meis. Licet autem in Apostolorũ Petri & Pauli martyrio rubeis sit utẽdum & albis, sicut & licet in natiuitate sancti Io. Baptistæ sit albis utendum, in decolatione tamen ipsius utendũ est rubeis.

5 Cum autẽ illius festiuitas † celebratur, qui simul est martyr & uirgo, martyrium uirginitati præfertur; quia signum est perfectissimæ charitatis, iuxta quod ueritas ait: Maiorem hanc dilectionem nemo habet, ut animã suam quis ponat pro amicis suis. Quapropter & in omni commemoratione sanctorum quidem rubeis indumentis utuntur, alij uero, ut ecclesia Romana candidis, cum non tamẽ in eadem, sed eadem solennitate dicat ecclesia, q̃ sancti secundum Apoc. Io. Stabunt in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Hinc sponsa dicit in cãticis: Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus, candidus in cõfessoribus & in uirginibus, rubicundus in martyribus ac Apostolis. Hi si quidem & illi sunt flores rosarum & lilia conuallium. Rursus, qui in festo omnium sanctorum rubeis utuntur, ex eo mouentur, quia festum illud primò in honorem martyrum tantum institutũ fuit. Sed respondeti potest, q̃ imo etiam in honorem beatæ Virginis, & hodie ex institutione Greg. 7. festat ecclesia diẽ illam etiam pro confessoribus, & uirginibus, prout in 7. par. sub isto festo dicetur. Item per octauas habentium utendum est colore rubeo, quando agitur de octaua.

6 ¶ † Nigris utendum est feria 6. in parasceue, & in diebus afflictionis & abstinentiæ pro peccatis, & etiam in rogationibus, sicut sub illo tractatu in 6. parte dicet. & in processionibus, quas Romanus Pontifex nudis pedibus facit, & in missis pro defunctis, & ab aduentu usque ad uigiliam natiuitatis, & a septuagesima usque ad Sabbatum paschæ. Sponsa quippe dicit in cantic. Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula cedar, sicut pellis Salomonis. nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. In festo autẽ sanctorum Innocentum quidam nigris, alijs uerò rubeis indumentis, utẽdum esse contendunt, illi propter tristitiã, qua uox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus, Rachel plorans filios suos &c. Nam & propter eandem causam cantica lætitiæ subticentur, & sine aurifrisio mitra defertur, propter martyrium quod principaliter commemorans inquit ecclesia. Sub throno Dei sancti omnes clamant. Vindica sanguinem nostrum, qui effusus est. Domine Deus noster. Scut & in lætare Hierusalem, propter lętitiam, quam aurea rosa designat, Roma. Pontifex portat mitram aurifrisio insignitam, sed propter abstinentiam nigris utitur indumẽtis. Sed ecclesia Romana tunc utitur uiolaceo colore, quãdo illuc occurrit extra dominicam sed in octaua rubeo. ¶ † Restat ergo q̃ in 7 diebus ferialibus & comunibus uiridibus sit indumentis utendum; quia uiridis color medius est inter albedinem & nigredinem, & ruborem, & specialiter inter octauam Epiphaniæ, inter septuagesimam, & inter Pentecostem, & aduentum, quando dominicale agitur officium, hic color exprimitur, ubi dicitur, cipri cum nardo, nardus & crocus. ¶ Ad hos † 8 quatuor colores cæteri referuntur, scilicet ad rubeum colorem coccineus, ad nigrum uiolaceus, qui aliter coccus uocatur, ad album byssinus, ad nitidum croceus, quamquam nonnulli rosas ad martyres; crocum ad confessores, & liliumad uirgines referunt. De coloribus etiam in

9 fine sequentis tractatus dicetur. † Violaceo autem colore uti in diebus, quibus est usus nigri coloris, non est inconueniens. Vnde ecclesia Roma. utitur colore uiolaceo, à prima Dominica aduentus usque ad missam uigiliæ natiuitatis Domini inclusiuè, & a Septuagesima usque ad officium uigiliæ Paschæ exclusiuè. Quandoque in prædictis temporibus officium, de tempore agitur, exceptis quinta feria cœnæ Domini, & sexta feria in parasceue. In festiuitatibus uerò sanctorum, quæ in Septuagesima & in aduentu occurrunt, non est nigris uel uiolaceis utendum. Et est intelligendum, quòd in Sabbato sancto in toto officio, quod agitur ante missam, utendum est uiolaceo colore, hoc excepto, quòd diaconus, qui benedicit cereum dalmatica, & subdiaconus ministrans indutus tunicella, albis utuntur, quia benedictio illa, sicut & Missa ad resurrectionem pertinet. Sed benedictione cerei expleta, diaconus remota dalmatica assumit planetam uiolacei coloris, & tenet eam usque dum inchoatur officium missæ, subdiaconus verò non mutat uestes. Quidam etiam in Dominica rami palmarum utuntur albis in processione, & in ramorum benectione dum legitur Euangelium, & dum cantatur Gloria, laus propter lætitiam festiuitatis Christo factæ, quæ in præmissis commemoratur sed ecclesia Romana tũc semper utitur uiolaceo colore, & in processione, quæ fit in purificatione, ante missam pro eo, quòd officium illud est de anxia expectatione Simeonis, & sapit uetus testamentum. Vtitur etiam ecclesia Romana

10 † uiolaceo colore in quatuor temporibus Septembris, & in uigilijs Sanctorum, in quibus est ieiunium, quando missa est de uigilia. Et in diebus rogationum, & in missa, quæ dicitur in die Sancti Marci, de officio litaniæ, cum enim ieiunamus, carnem nostram crucifigentes maceramus, ut sic facta liuida Christi liuoribus cõformetur, cuius liuore sanati sumus. Ad quod designandum tũc colore uiolaceo utimur, qui pallidus, & quasi liuidus est. Cæterùm velamina trium colorum ponuntur in altari in festo Paschali, prout dictum est in parte prima sub tractatu de picturis &c.

SVMMA.

1 *Indumenta quatuor secundum legem Mosaicam.*
2 *Indumenta quatuor propria legalis Pontificis, eorumq; compositio textura & forma. Et per discursum nu. 3. 4. & 5.*
6 *Vestimẽtorum legalium significatio iuxta allegoriam.*
7 *Vestimentorũ legalium significatio secundũ tropologiã. Et primò de feminalibus.*
8 *Linea sacerdotis quid notaret.*
9 *Balteus sacerdotis quid signaret.*
10 *Tunica talaris sacerdotis.*
11 *Ephod, superhumerale sacerdotis, & eius compositio atque significatio.*
12 *Rationale sexto loco adsumebat sacerdos legales. Et qua significatione. Simul de eius compositione.*
13 *Charitas summa uirtutum.*
14 *Rationalis loco quid hodie successit.*
15 *Tiara, siue citaris supremum capitis ornamentum legale, quod Pontifex ultimo adsumebat. Et eius significatio.*
16 *Domini nomen est τετραγράμματον.*
17 *Indumenta legalia ex quo fabricata.*
18 *Pontifex Maximus, cur exterius cappã rubeam gerat, Et cuius concessione possit gerere chlamydem purpuream. & coccineam, atque imperialia ornamenta omnia, numero. 19.*

De indumentis legalibus, seu ueteris testamenti. Cap. 19.

QVoniam minus plenè rem significatam humana fragilitas apprehendit, si penitus rẽ significationem ignoret, idcirco de indumentis legalibus ad huius cæcitatis ignorantiam propellendam, primò secundùm historiam: secundò secundum allegoriam, tertiò uerò secundùm tropologiam aliqua dicemus. ¶ Primò igitur secundùm historiam, notandum est, quòd quatuor erant 1 indumenta secundùm Mosaicam legem, tam minoribus sacerdotibus, quàm principi sacerdotum communia, de quibus legitur Exod. 28. cap.

¶ Primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Primũ dicebatur manaſcas, quòd Græce περιζωματα, vel περισκετη, latinè uerò ſeminalia linea dici poteſt, de byſſo retortâ contextum, quo utebantur, pro eo quòd legitur in Exod.20.ca.in fine. Non aſcendens ad altare meũ per gradus,ne reueletur turpitudo tua.& Ezech.44.Feminalia linea erunt,in lumbis eorum.¶Secũdum cathemone,ſiue linea,quod nos ſubuculam uel albam,ſed Moſes abaneth appellauit. Hebræi uerò diſcedentes a Babylonijs emiſſaneam uocauerunt, eratq; byſſinum & duplex.¶Tertiũ balteus,ideſt, zona,uel cingulũ circa latus,quaſi digitis quatuor ſic reticulatus,ut quaſi pellis uiperea uideretur,contextus de byſſo,coco, purpura & iacintho, per quæ quatuor elementa ſignificantur. ¶Quartum eſt tyara quod hebræi, namphiæ, nos autem infulam uel mitram appellamus à cidari pontificali in plurimum differens, quaſi formam rotundæ caſſidis repreſentans.¶Super hæc quatuor communia † quatuor proprijs indumentis pontifex utebatur, primum erat tunica iacinthina, quã hebræus dicit, uethit, græcè dicitur ποδήρης, latinè talaris, quæ habebat pro fimbrijs malogranata cũ octuaginta tintinabulis aureis interſcalari modo diſpoſita, ut audiretur ſonus,cum pontifex ingrederetur ſanctuarium ne fortè morereꝛtur. Secundum † erat, Ephod, ideſt ſuperhumerale, de quatuor prædictis coloribus,auroq; ꝯtextum, ſine manicis ad modum collobij, habens aperturam in pectore quandam, ad magnitudinem palmi,in qua λογιον, eiuſdem menſuræ inſerebatur. In cuius parte ſuperiori videlicet ſuper humeros infibulati erãt auro duo lapides onichini, quibus duodecim nomina filiorum Iſrael erant inſculpta, ſex in uno & ſex in altero. Quod autem Samuel & Dauid induti leguntur Ephod, illud erat lineum & propriè quidem Ephotar dicebatur. ¶†Tertiũ hæbraicè dicebatur heen, Græce λογιον, Latinè verò rationale uocatur,quod pontifex ferebat in pectore. Dictum eſt autem rationale iudicij, quia ibi erant lapides,in quorum ſplendore ſibi Deum eſſe propitium cognoſcebãt. Erat autem rationale quadrãgulum in modũ unius pſalmi, de quatuor prędictis coloribus,auroq; contextum,habens duodecim lapides per quatuor ordines. In primo ſardium,topatium,& ſmaragdum. In ſecundo carbunculum,ſaphirum, & iaſpidem. In tertio ligurium,achatem,& ametiſtum. In quarto chryſolitum, onichinum, & berillum, in quibus erant ſcripta duodecim nomina filiorum Iſrael, in ſingulis ſingula,iuxta ordinem ſuæ natiuitatis. Erant etiam in eo ſcripta hæc duo nomina Purin & Thiamin,ideſt,ueritas & diſciplina.Inferebatur autem λογιον, ſuperhumerali à parte ſuperiori,per duos anulos,& duas catenulas aureas,immiſſas duobus uncinis,qui ſub duobus prædictis onichinis & ſuperhumerali cõtinebantur infixi,ab inferiori uerò parte per duos anulos aureos,cum duabus iunctuꝛis, ſiue catenis iacinthinis colligabatur Ephod.

¶ † Quartum & ultimum erat capitis ornamentum,videlicet,tyara, ſeu cidaris in acutum procedẽs, habens circulum aureũ, cum malo granatis & floribus, ex qua ſupra frontẽ pendebat aurea lamina, quã petalum dicunt,ad modum lunæ dimidiæ,in qua ſcriptũ erat,anoth adonay,ideſt, ſanctum nomen Domini τεταγραμματον, ideſt,quatuor literarum, ut infra dicetur. Ne verò cum mouebatur pontifex,mouerentur & lamina,ligabatur uitta, ſeu iunctura iacinthina perſpicua,quæ ſummitates poſterius diffundebat.Noſter ergo pontifex pro fæminalibus habet ſandalia, pro linea,alba,ꝓ balteo,cingulũ, pro ποδήρη, tunicam,pro ephod,amictũ uel ſtolam,pro λογίῳ pallium,pro cidari ſeu tyara, mitrã, pro lamina,crucem, & quædam ex his diuerſam habent formam ab illis ſecundum eandem figuram. ¶Secũdò dicamus de typo†dictorum legalium indumentorum ſecũdum allegoriam. Sanè his ueſtibus ornatus pontifex totius orbis præferebat imaginem. Fœminalia namq; biſſina terrã congruè figurabant,quia biſſus de terra procedit.Eſt enim biſſus linũ ægyptiacum. Baltei cum uittis & vaſculis circũuolutionem occeani deſignabant. Tunica iacinthina ipſo colore aerem præferebat.Per tintinabula ſonitus tonitruorum. Per malogranata coruſcationes fulgurum ſignabantur. Quatuor minoris ſacerdotis quatuor microcoſmi partes numero deſignabãt.i.quatuor humores,quatuor elementa. Ephod

ſui varietate cęlum ſydereum oſtendebat. Quod autem aurum erat intextum coloribus,figurabat, ꝙ calor vitalis penetrat vniuerſa,duo lapides onichini, & ſolem & lunam,uel duo hemiſpæria deſignabant. In rationali uero 12. gemmæ pectorales 12. ſigna in zodiaco præferebant. Rationale quidem erat in medio, quia ratione plena ſunt vniuerſa terrena,cœleſtibusq; hærẽt, imò ratio terrenorum,& temporum caloris,& frigoris,& duplex inter utrunqué tẽperies, de cœli curſu & ratione deſcendit. Per annulos,catenulas, & vncinos elementorum humorum, & temporum colligamenta ſinificabantur.Cidaris,cœlum empyreum,lamina ſuperpoſita Deum præfigurabat omnibus præſidentem.Hanc quidem allegoriam libri Sapientiæ confirmat
Sap.18. authoritas dicens. In ueſte enim ponderis quam habebat, totus erat oribs terrarũ, & parentum magnalia, in quatuor lapidum ordinibus erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat
7 ſcripta.¶Tertio ſubijciendaꝫ eſt expoſitio indumentorum legalium ſecundùm tropologiam. His ſi quidem indumenris legalis ſacerdos hoc ordine induebatur. Lotis nanque prius manibus, & pedibus prius induebat manaſtaſim,ideſt, fœminalia, ſi-
Pſ.134. gnificans ꝙ ſacerdos mundatis operibus,
Mat.10. & affectibus lachrymis pœnitentiæ debet aſſumere continẽtiam, ut offerat hoſtiam immaculatam, ſanctam, Deo placenrem. Ro.12.Noſter tamen pontifex,quia iugem debẽt habere continentiam non induit in ſacrificio fæminalia,ſed ſandalia, ac ſi dicatur. Qui lotus eſt,non indiget, niſi vt pedes lauet,ſed eſt mundus totus.Io.13.Per manus enim opera deſignantur,ſecundum illud.Benedictus Dominus Deus,qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Per pedes ſignificantur affectus,ſecundum illud. Excutite puluerẽ de pedibus veſtris. Et eſt notandum, ꝙ ipſem et ſacerdos ſibi ſeminalia induebat, per quæ virginalis continentia ſignificabatur,quia,quoniam res eſt cõſilij,non præcepti.28.q.1. ſicut enim 34.q.5.qui ſitit. ideo ipſemet ſibi imponebat, iuxta illud Apoſtoli ad Corin. De virginibus præce-
1.Cor.7. ptum Domini non habeo, conſilium au-
Matt.19 tem do.Et Dominus in euãgelio. Qui poteſt capere,capiat.Hoc indumẽtum alternatim induebant ſacerdotes, quoniam ad iugem continentiam non ita tenebantur, ſicut miniſtri noui teſt. ideoq; ſecundum quoſdã huic indumento nullum hodie reſpondet. ¶Secundò induebat † cathemo- 8
nem,ideſt,lineam, ſignificans, ꝙ ſacerdos debet induere innocentiam, ut quod ſibi non vult fieri,alij ne faciat. Linum enim propter candorem ſignificat innocentiam,
Eccle.9. ſecundum illud.Omni tempore ueſtimenta tua ſint candida.¶† Tertiò cingebat ſe
9 baltheo, ſignificans caſtitatem, quo circa lumbos debet accingi, ut reſtringat carnis
Lu.12. concupiſcentiam.Vnde ueritas ait. Sint lũbi veſtri præcincti &c. Baltheum autem, quod contextum erat ex quatuor (prout ſuperius dictũ eſt) ſignificabat, ꝙ omnes motus ſurgentes ex quatuor humoribus, ſiue ex quatuor elementis, debet refrenare Salouon. Et cingulum tradidit Cananeo,& Eſa. Erit iuſtitia cingulum lumbo-
Pro.31. rum eius. Per iuſtitiam enim refrenantur
Eſa.9. huiuſmodi motus beſtiales. Pendebant autem vſq; ad pedes,quia vſque ad finem uitæ debebat eſſe mũdus.¶†Quartò indue- 10
bat tunicam ποδήρεις, ideſt, talarẽ,ſignificans, ꝙ Pontifex debet induere perſeuerantiam,quia qui perſeueraueꝛit vſque in finem,hic ſaluus erit.Per talẽ enim ideſt, per extremitatem,perſauerantia deſignatur, ſecundùm illud: Ipſa conteret caput tuum,& tu in ca.eius.Dependebant autem
Mat.10 pro fimbrijs malogranata cũ tintinabulis
Gen.3. aureis.Per malogranatum intelligitur operatio.Per tintinabulum aureum accipitur prædicatio.Quæ duo debent in ſacerdote coniungi, ne ſine illis ingrediens ſanctuarium,in conſpectu domini moriatur. Cœpit.n. Ieſus facere, & docere ſacerdotibus relinquens exemplum,ut ſequantur ueſtigia eius,qui peccatum non fecit,ut ſit honeſtas in conuerſatione, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ut ſit ueritas in prædicatione.Per tintinabula quoque intelligitur vox prædicatoris,qui uidelicet ſacerdos p
ſilentium iudicium ſuperni inſpectoris oſtendat. Per malogranata exemplum bonæ uitæ,uel uoluntas martirij: quia huiuſmodi granis reficiuntur infirmi. Sa-
Act.1. cerdos autem ſecundum Gregorium 33-
1.Pet.2 diſtinctio. ſit rector. ingrediens moritur,

Universidad de Deusto Biblioteca

tur vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur, qui iram circa se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis, sonitu incedat. Aptè ergo tintinabula uestimentis illius describuntur inserta. Per uestimenta etenim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera recipere debemus, iuxta illud prophetæ. Sacerdotes tui induãtur iustitiam, *Ps.131.* Vestimentis itaque illius tintinabula inhęrent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque sacerdotis opera clament. Iterum tintinalibus malum punicum cõiungitur. Quid per mala punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punico uno, exterius cortice, multa interius grana uisuntur, sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei conregit, quos intus diuersitas meritorum tenet. ¶ Quintò induebat ephod, idest, super humerale significãs
11 †q̃ pontifex debet induere patientiam, ut in patientia sua possideat animam suam. Humeris enim onera portamus, secũdum illud: superposuit humerum suum ad supportandum, & factus est tributis seruiens.
Luc.21. Habebat autem duas horas coniunctas in
Gen.49. vtroque latere summitatum, significans q̃ pontifex debet habere arma iustitię à dextris, & à sinistris, ut non erigatur prosperis, nec deprimatur aduersis. Habebat & duos lapides onichinos insertos humeris, in quibus sculpta erant 12. nomina filiorũ Israel, sex in uno, & sex in alio. Per duos onichinos significãtur veritas & sinceritas, veritas per claritatem, sinceritas per solicitudinem. Per filios Israel significantur sancta desideria, & iusta opera secundũ illud:
Gen.2. Maledictus homo, qui non reliquerit semen in Israel. Per senarium significatur perfectio, eo quòd Dominus sexto die perfecit cœlum & terram & omnem ornatum eorum, quod ergo sex nomina filiorum Israel sculpta erant sex in vno lapide, & sex in alio, significabat, q̃ desideria sacerdotis, & opera confici debent non in fermento
1.Cor.5 malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & ueritatis, ut sinceritas informet intentionem, & ueritas finẽ. Greg. ait in pastorali. 13. c. quod superhumerale ex auro iacintho, purpura, coccoque bis tincto & byssо retorta fieri præcipitur, ut quãta sacerdos clarescere uirtutum diuersitate debeat, demonstretur. In sacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget ut is eo intellectus sapientiæ principaliter eniteat. Cui iacinthus aereo colore splẽdẽs adiungitur, ut omne per quod intelligendo penetrat, non ad fauores infirmos, sed ad amorem cœlestium surgat: ne dum suis incautis laudibus capitur, ipso etiam ueritatis intellectu euacuetur. Auro quoque & iacintho purpura permiscetur, ut sacerdotale cor cũ summa quæ prædicat & sperat, in semetipso suggestiones uitiorum reprimat, eisq; uelut ex regia potestate contradicat, auro autẽ, iacintho, byssо ac purpura bis tinctus coccus adiungitur, ut ante interni iudicis oculos omnium uirtutis bona ex charitate decorentur, & cuncta quæ coram hominibus rutilant, hæc in conspectu oculis iudicis flãma intimi amoris accendat, quæ scilicet charitas, quia Deum simul & proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Sed cum mens ad charitatis præcepta tenditur, restat ut per abstinẽtiam caro macereturVnde in bis tincto cocco torta byssus adiungitur. De terra enim byssus nitenti specie oritur. Et qd per byssum, nisi candens decore munditiæ corporalis castitas designatur? quæ uidelicet torta pulchritudini superhumerali innectitur, quia tunc castimonia ad perfectũ munditiæ candorem ducitur, cum per abstinentiam caro fatigatur. Dumq̃ inter uirtutes cæteras etiam afflictæ carnis meritum proficit, quasi in diuersa superhumeralis specie byssus torta candescit. ¶ Sextò
12 induebat † λογιον, idest, rationale, significans, quòd pontifex debet induere discretionem, per quam discernat inter lucem & tenebras inter dextram & sinistram, quia non est conuentio lucis ad tenebras, neq; Christi ad Belial. de pœ. dist. 1. §. hoc idem erat autem rationale quadrangulum *1.Cor.4.* significãs, quòd debet discernere inter quatuor, scilicet inter uerum & falsum, ne deuiet in credendis, inter bonum & malum ne deuiet in agendis. Erat & duplex, quia debet discernere pro duobus, pro se uidelicet, & populo, ne si cœcus cœcum duxerit ambo in foueam eadant. Habebat & quatuor ordines lapidum, significans q̃ pontifex debet habere quatuor uirtutes principales, scilicet iustitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam.

In

In singulis autem ordinibus habeat tres lapides, significant q̃ Põtifex in primo debet habere fidem speciem, & charitatẽ, in secundo modestiam, mãsuetudinem, & be-
1.Cor.3 nignitatem, in tertio pacem, misericordiã, largitatem, in quarto vigilantiũ, solicitudinem, & lõganimitatem: Per lapides. n. figurantur virtutes, secundum illud. Si quis autem super ædificat super fundamentũ hoc aurum & argentum, & lapides pretiosos. Habebat & duas catenulas auri purissimi subinuicẽ cohærẽtes, q̃ duobus inserebantur vncinis, significans q̃ pontifex dẽt ha-
13 bere duos † charitatis affectus, ad Deũ. s. & ad proximum, de quib. præcipitur. Diliges
Mat.22 Deum tuũ ex toto corde tuo, & proximũ tuum, sicut te ipsum. Sicut. n. aurum p̃emi net vniuersis metallis, ita charitas præcellit vniuersas virtutes, de qua dicit Apostolus, Maior horum est charitas. Duo vncini sunt intentio & finis quib. catenulæ inseruntur, vt tam Deum quàm proximũ diligat ex corde puro, & conscientia bona, &
1.Co.13 fide non ficta, tam Deum, q̃ proximum diligat p̃ Beatitudiné, Deum p̃ p̃ seipsum diligat, & proximum p̃ p̃ Deum. Portabat autem Aaron rationale iudicij, in quo descripta erant 12. nomina patriarcharum,
1.Ti.1. prout dictum est in 1. par. sub tit. de pictu ris, quod secundum Greg. in pastorali. lib. in c 12 Bene rationale iudicij vocatur; q̃a rector debet subtili semper examine bona malaq̃; discernere, & quę, vel q̃bus q̃n, & qualiter cõstruat studiosè cogitare, nihilq̃; proprium quærere, sed sua commoda pro-
Exo.18. pinquorum bona deputare. Vnde in Exo. scriptum est. Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erũt in pectore Aaron, q̃n ingreditur coram Domino, & gestabit iudicium filiorum Israel, & in pectore suo in cõspectu Dñi semper. Sacerdotem quippe iudicium filiorum Israel in pectore suo coram conspectu Dñi gestare, est subiectorum causa pro sola in-
14 terni iudicis intẽtione discutere. ¶ † Quidam autem dixerunt, q̃ rationali nullũ respondet hodie ornamentum, quoniam nõ habemus copiã lapidum pretiosorum, sed ad instar illius defert põtifex in cõsecratione sua textũ euangelij ante pectus corã toto populo. Ibi. n. scriptum erat, doctrina, & veritas, & episcopus debet habere in corde veritatẽ euangẽlij, & in ore doctrinam quantum ad manifestationem, & hæc potest esse causa, quare in quibusdã Ecclesijs postes Codicis Euãgelici ex auro, argẽto, & lapidibus pretiosis ornatur. Est etiam & alia ratio, quia in illo rutilat aurum sapientiæ, argentum eloquẽtiæ, & miraculorum lapides pretiosi 39. dist. §. hinc etiã. Hæ sũt *Cant.1.* spõsæ murenulæ aureæ, argento vermiculatæ. ¶ †Septimum & supremum capitis 15 ornamentum erat cidaris vel tiara, quam vltimo pontifex assumebat, significans humilitatem, de qua Dominus ait Luc. 18. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Hanc autẽ gestabat in capite, significans, q̃ pontifex debet gerere humilitatẽ in mente exemplo capitis nostri dicentis: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Per caput. n. mens *Mat.11* intelligitur, secũdũ illud. Vnge caput tuũ, *Mat.5.* & faciẽ tuam laua. Rursus tiara in minoribus sacerdotibus significat continentiam quinq; sensuũ, in maioribus verò contẽplationẽ, dicitur. n. esse cõtemplatiui. Decidari depẽdebat a frõte lamina aurea, significãs sapientiã, vel figurabat signũ Crucis, qđ sit in officio confirmationis, in qua scriptum erat nomẽ † domini τετραγραμ- 16 ματον, ideſt, quatuor literarum. quæ sunt he, ioth, eth, & uau, i. principiũ vitæ passionis istę, put dictum est in p̃mio secundæ partis, ac si apertius diceretur ille, cuius põtifex iste gerit p̃sonã, s. Christus est principium, i. author vitæ, passionis, i. vitæ restauratæ p passionẽ, quia morte nostram moriendo destruxit, & vitam nostram resurgendo, reparauit. † Erãt aũt hæc indu- 17 menta p̃ maiori parte contexta opere πο λύμιτω, i vario, p̃ varietatem virtutis, de qua dicit salmographus: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circũdata *Ps.44.* varietate, & ex quatuor p̃tiosis coloribus, s. purpura, cocco, byssо, & iacintho. Per purpurã regiæ dignitatis significatur põtificalis potestas, quæ p̃ viã regiã dẽt inducere, ne declinet ad dextram, vel dẽuiet ad sinistrã, ne liget dignos, aut soluat indignos, p̃ purpuram quoq; aquæ significantur, quia in conchis marinis habitant vermes, qui eam egerunt, per coccum coloris ignei, significatur pontificalis doctrina; quæ sicut ignis lucere debet, propter quod & bis tinctus

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat.19 ctus fuisse narratur. Lucere q dem dét per missionē, vt omnis, q reliquerit domū, patrē, & matrē &c. centuplū accipiet, & vitā æternā possidebit. Vrere debet per com
Mat.3. minationē, vt omnis arbor, quæ nō fecerit fructū bonū, excidetur, & i ignē mittetur.
18 ¶ †Hinc est, q. summus Pontifex cappa rubea exterius semper apparēt indutus, cū interius sit indutus cādida veste, quia etiā interius candere debet per innocētiam & charitatē, & exterius rubere per cōpassionem; vt videlicet ostēdat se semper para-
Esa.63. tū ponere animā pro ouibus suis, quia per sonā gerit illius qui pro nobis vniuersis rubrum fecit indumentum suum. ¶ Ex con-
19 cessione verò † Constantini Imperatoris 96. dist. Constantinus, ferre potest chlamydem purpuream atq; tunicam coccineam & omnia imperialia induméta, scilicet, sceptra, signa, & ornaméta. Crux quocūque ierit, eum præcedit, ad significandum, magis ei quàm cuiquam alteri conuenire, iuxta illud Apostoli. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini &c. vt se crucifixum imitari debere cognoscat. Rursus coccus bis tinctus in veste pontificali est charitas, quæ quasi bis tingitur cum dilectione Dei & proximi coloratur. Per byssum verò candoris eximij significantur præclaritas famæ; quæ debet esse retorta, vt pontifex bonum habeat testimonium, secun- 1. Ti. 3.
dum Apostolum, & ab his, quæ sunt intus & ab his, quæ sunt foris. Per iacinthum, q 2. Cor. 1.
est coloris aerei significatur serenitas conscientiæ, quam intra se pontifex debet habere, secundùm quod dicit Apostolus. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

Gal. 6.

LIBER QVARTVS.

SVMMA.

1 *Missæ sacramentum summum omniū est atq; adeo institutum a Christo, nu. 2. 3.*
4 *Apostoli & Pontifices Missam a Deo primum institutam ampliarunt.*
5 *Petrus Apostolus Missam ne primus celebrauit in partibus Orietalibus, etiā in Antiochia, an vero Iacobus, & nu. 7. 8.*
6 *Celestinus Papa Missę introitum addidit.*
Hæreticorū de Missæ augmento, ac caterorum sacramētorum & institutionū Ecclesiasticorū grauis cauillatio, & nu. 9.
Et responsio. 10. remissiue.
11 *Missæ omnia Christi mysteria continet.*
12 *Missæ officium quot, & quibus constet.*
13 *Templi antiqui diuisio, & forma.*
14 *Sacrificiorum antiquorum significatio.*
15 *Propitiatoriū eiusdē lōgitudinis, et latitudinis, cuis arca. Et qd dicat̄ ꝓpitiatoriū.*
16 *Sacrificia tria Missa offert.*
17 *Sacrificiū Missæ quod primū, et maximū*
18 *Sacrificium factū a malo sacerdote ualet perinde, ac factum a bono. Et quid ita.*
19 *Arnaldistæ sunt in ea hæresi, vt putēt malos ministros nō posse ministrare sacramenta. Falso id quidem & temere.*
20 *Missa quibus horis debeat celebrari.*
21 *Missa qua hora sit celebranda in quadragesima & aduentu.*
22 *Missas duas cum vno, vel vnam cū duobus sacrificijs celebrare non licet.*
23 *Missa sicca qua dicatur.*
24 *Missa celebranda detestabilis consuetudo.*
25 *Missa plures quib. diebus possint celebrari.*
26 *Leo Papa eodem die nouies celebrauit.*
27 *Præsus an possit conficere.*
28 *Missa quæ olim instituta quoquo die, & quæ hodie nu. 30.*
29 *Angeli quota feria creati.*
31 *Mariæ officium cur Sabbato fiat, & vnde hoc inductum, & nu. 32. 33. 34. 35.*
36 *Ecclesia cur triplici lingua vtatur in Missæ officio.*
37 *Missa officio quot debeat interesse ad minus, & nu. 39.*
38 *Angeli orantibus præsunt.*
40 *Missæ partes singulæ quid notent. Et quæ referantur.*
41 *Missa in quibus locis debeat celebrari, & nume. 42.*
43 *Missa quid repræsentet, & imitetur. nume. 44.*
45 *Missa officium quot uplex, & nu. 48.*
46 *Catheeuminorum missa quæ sit.*
47 *Missa fidelium, vnde dicatur.*
49 *Missæ vnde dicatur.*
50 *Missæ diuisio.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Missa, & singulis, quæ in Missa aguntur. Cap. I.

1 * INTER cuncta Ecclesiæ sacramenta, illud cōstat esse præcipuū, qđ i Missę officio † supra mēsam* sacratissimi celebratur altaris, illud Ecclesiæ repræsentans conuiuiū, in quo filio reuertēti pater occidit vitulū saginatū, panē vitæ, & vinum, quod miscuit
2 sapientia, proponens. Hoc † aūt officiū ipse
Lu. 15. Christus instituit, cum nouū condidit te-
Sap. 9. stamentum, disponens hæredibus suis re-
Luc. 22. gnum, sicut pater suus sibi disposuit, vt su-
Mat. 26. per mensam eius ædant, & bibant in regno quod Ecclesia conseruauit. Cænantibus enim illis accepit Iesus panem, & gratias agens benedixit ac fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. ¶ Hac igitur institutione firmati, cœperunt Apostoli sacrosanctū frequentare mysterium propter causam, quā Christus expresserat, & formam seruantes in verbis & materiam tenentes in rebus: sicut Apostolus Corinthijs protestatur, dicens:
1. Cor. 11. Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte &c. Or. igitur missæ officium cæteris diuinis officijs dignius & solennius est, ideò de illo prius, quàm de alijs officijs est in hac 4. parte dicendum in qua aliquibus additis detractis speculum Innocentij Pa-
3 pæ Tertij prosequamur ¶ †Sanè (ut promissum est) Missam instituit Dominus Iesus sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, quando panem & vinum in corpus & sanguinem suum transmutauit, di-
Mat. 26. cens: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus, subiungens. Hoc facite in meā
4 commemorationem. †Apostoli autem hāc Missam adduxerunt, dicentes in Missa nō solùm verba præmissa, verum etiam dominicam orationem superaddentes. Vnde
5 †beatus Petrus sic Missam primus dicitur celebrasse in partibus Orientalibus vbi post Domini passionem quatuor annis cathedram tenuit sacerdotalem. Deinde verò accepit cathedram Antiochiæ, vbi tres orationes ad Missam adiecit. In primordio ergo nascentis Ecclesiæ Missa aliter dicebatur, quam modo, sicut in 6. par. sub tit. de parascene dicetur, sequenti verò tempore epistola tantum & Euangelio recitatis, Missa celebrabatur. Subsequenter † Cę- 6
lestinus Papa instituit introitum ad missam cantari, prout sub introitu dicetur. Cętera diuersis temporibus ab alijs Papis, & à Gelasio, Cœlestino, & Gregorio, & alijs diuersis temporibus leguntur adiecta, prout Christianæ religionis cultu crescente visa sunt decentius conuenire. De hoc dicetur in proœmio Sextæ partis. in canone de consecra. distin. 1. Iacobus; Legitur, quòd Iacobus † frater Domini, Epi- 7
scopus Hierosolimytanus, & Basilius episcopus Cæsarienſis addiderunt nobis in scripturis ordinem celebrandi Missam. Item iste Iacobus Alphæi dicitur primus Missam inter Apostolos celebrasse. Nam propter excellentiam sanctitatis eius Apostoli hunc sibi fecerunt honorem, ut post Domini ascēsionem primus inter eos Missam Hierosolymis celebraret etiam prius, quam esset in episcopum ordinatus. Vel forte ideò dicitur primus celebrasse, quia primus in pōtificalibus eam dixisse perhibetur, & sic Petrus postmodū primus Missam in Antiochia celebrauit, & Marcus in
8 Alexandria. †Quidam autem perfidi hæretici reprehendunt nos, quia Euangelia per particulas lacerata in Missa legimus, & qa primitiuæ Missæ, videlicet vltra dominicam orationem, aliquid superaddimus. Scriptum enim est. Si quis apposuerit ad hoc, apponet super illum Deus plagas scri- Apoc. vl.
ptas in libro isto. Et quia super nouum testamentum & præcepta Apostolorum, & alias institutiones, & nouam doctrinam doctorum instituimus, & seruamus contra illud quod Christus ait: Bene irritum feci- Mat. 15.
stis mādatum Dei, vt vestram traditionem Heb. 13.
seruetis. Et alibi. Omnis plantatio, quam 1. Cor. 3.
non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur, & Apostolus, Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci, 12. distinctio. de his. Item fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est,

quod est Christus. Dicunt † etiam quòd Ecclesia Christi nec Missam, nec matutinas cantauit, nec Christus, nec Apostoli eam instituerunt, nec in tempore Apostolorum cantata fuit, nec nomen Missæ tunc in mundo audiebatur, nec scriptum inueniebatur, sed id, quod Missa repræsentat ab Euangelistis cœna vocatur, nec in Ecclesia in principio, nec Apostoli cum musicali organo, nec alta, nec dulci voce eam cantabant, reprehendentes nos, quia hæc agimus, & quia nocturnos & alias canonicas horas dicimus, falsò contra nos inducentes illud Amos propheræ. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Et illud ,pheticum. Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt eos, & auaritiam sequitur cor eorum & est illis quasi carmē musicum, cum suaui dulcique sono canitur. ¶ Illorum † tamen error apertissimè confutatur ex his, quæ in proœmio, quintæ partis dicentur. Rursus in primitiua Ecclesia diuina mysteria hæbraicè celebrantur, sed tempore Adriani primi Imperatoris græcè in orientali Ecclesia Christianorum primo celebrari cœperunt. ¶ Porro † Missæ officium tam prouida reperitur ordinatione dispositum, vt quæ per Christum & in Christum ex quo de cœlo descendit, usque dum in cælum ascendit, gesta sunt magna, ex parte contineat, & ea tam verbis, quàm signis admirabili quadam specie repræsentet. Ipsum † autem officium in 4. consistit, videlicet in personis, in operibus, in verbis, & in rebus · ¶ Personarum tres sunt ordines, scilicet Celebrantes, Ministrantes, & Circumstantes. ¶ Operū quoque tres sunt species videlicet, Gestus, Actus, & Motus. ¶ Verborum etiam tres sunt diuersitates, scilicet Orationes, Modulationes, & Lectiones. ¶ Rerum similiter tres sunt maneries, scilicet Ornamenta, Instrumenta, & Elementa. Si quidem hæc omnia plena sunt diuinis mysterijs, sicut in proœmio libri dictum fuit. † Sanè olim templum erat in duas partes interpositò velo diuisum. Pars prior vocabatur sancta, interior verò sancta sanctorum. Quicquid ergo in officio missæ ante secreta agitur, quasi in æde priori est, quod autem in secreta agitur, intra sancta sanctorum est. Erant igitur intra sancta sanctorum ara incensi, arca testamenti, tabula super arcam, prout in prima parte sub titu. de Ecclesia & de altari dictum est, & in Exod. habetur, & supra tabulam duo cherubin gloriæ mutuo vultu se se respicientia. Huc intrabat solus Pontifex semel in anno, habens nomina patrum in rationali & super humerali scripta, ferens, sanguinem, & carbones, quos omnes cum timiamate in thuribulo orans ponebat, donec fumus eum obumbraret. Deinde tabulam & aram sanguine aspergebat. Post exibat ad populum, & vestes lauabat. Non enim iudicabatur mundus ante vesperam post immolationem vituli rufi. ¶ Hæc olim † signa fuerūt, sed recesserunt post quam significata venerunt. ¶ Siquidem prior ædes significat præsentem Ecclesiam sancta sanctorum cœlum, pontifex Christum, sanguis passionem, carbones charitatem Christi, thuribulum carnem ipsius, thus crematum preces odorifferas, ara cohortes cęli, arca Christum secundum humanitatem, tabula Deū patrem, duo cherubin, testamenta, quæ sese adinuicem respiciunt, quia concordant, vestis, quæ lauantur, hominem, vespera hominis vestem significat. Conferas ergo, quæ olim fiebant, & quæ Christus egit, & respice quomodo minister Ecclesiæ illa in officio missæ repræsentat, & agit. Quid etiam hæc significent, sub canone Missę in principio cuiuslibet particulæ illius tangetur. Per arcam quoque Christi humilitas intelligitur, à qua nobis per ipsius misericordiam omne bonum aduenit. ¶ Et † nota, quòd sicut in Exod. capitu. 25. & 37. Factum est super arcam propitiatoriū aureum, ideſt, tabula aurea, eiusdem longitudinis, & latitudinis, cuius & arca, ut eam tegere sufficeret. Et hoc dicebatur oraculum, quia Dominus de loco illo respōsa dabat orantibus. Dicebatur etiam propitiatorium, quia exinde loquens Dominus propitiabatur populo, vel quia die propitiationis videbant gloriam Domini semper ibi descendere. Et inde tabernaculum, siue locus super posteriori parte altaris collocatus, in quo Christus propitiatio nostra, ideſt, Hostia con-

Universidad de Biblioteca

consecrata seruatur, hodie propitiatorium nuncupatur, &c. Ex vtraque verò parte oraculi, scilicet, in duobus angulis anteriorib⁹ positi sunt duo cherubin aurei, qui sunt (secundùm Iosephum) duo animalia volatilia habentia figuram, quæ a nullo hominum est inspecta, hæc dicit Moses se in Dei sede conspexisse figurata. Vnus cherubin alterum inspiciebat, versis tamen vultibus in propitiatorum, duabusque alis ex opposito expansis, & mutuose tangentibus velabāt oraculum siue tegebant propitiatorium. Siquidem per propitiatorium incarnatus Dominus figuratur, de quo Ioan. Ipse est propitiatiò pro peccatis nostris. Duo cherubin duo sunt testamenta, scilicet nouum & vetus. Dum ergo illa non discrepant, sed mysterium incarnationis Christi concorditer narrant illud prophetando, istud asseuerando, in propitiatorium vultum suæ intentionis dirigunt, & se mutuo respiciunt. ¶ † Rursus tria sunt Ecclesiæ sacrificia quæ in veteri testamento p ,ppitiatorium, thuribulum, & altare significata sunt videlicet, Sacrificium Pœnitentiæ, Iustitiæ, & Eucharistiæ. ¶ De primo, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. ¶ De secundo, Tunc acceptabis sacrificium iustitię. ¶ De tertio, Tibi sacrificabo hostiam laudis. Super altare scilicet corporis caro mactatur per contritionem, intra thuribulum, scilicet cordis. thus adoletur per deuotionem, ad propitiatorium, scilicet, Dei patris sanguis infertur pro redemptione. ¶ Hæc quidem tria sacrificia sacerdos offert in Missa. Primum in confessione, Secundum in præfatione, Tertium in actione. Nam hæc tria sunt, quæ secundùm prophetam Deus respicit in homine, & requirit ab homine, diligere misericordiam facere iudicium, & solitè ambulare cum Deo. Diligat ergo misericordiam, qui vult offerre sacrificium pœnitentiæ. Facit iudicium, qui vult offerre sacrificium iustitiæ. Cum Deo solicitus ambulet, qui vult offerre sacrificium Eucharistiæ. Hinc est, quod ait beatus † Bernardus, Fratres mei immolantes hostiam laudis iungamus uerbis, sensum sensui, affectum affectui, exaltationem exaltationi, maturitatem maturitati, humilitatem, humilitati, libertatem, liberati. Celebraturus, ergo. Missam offerat altissimo sacrificium illud, de quo Psalmista ait, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & alibi. Immola Deo sacrificium laudis. Et Apostolus. Exhibete mihi corpora uestra hostiam viuentem, sanctam, Deo, placentem, ut sit rationabile obsequium vestrum, mortificantes in altari cordis membra vestra, quæ sunt super terram, videlicet, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quatenus mundo corde, & casto corpore sacrificetis Deo vosmetipsos. ¶ In sacramento autem corporis Christi secundùm Aug. de consecrat. distinctio. 2. vtrum. nil a bono magis, nil à malo minus perficitur sacerdote, dummodo ille cum cæteris in arca consistat, & formam obseruet traditam à columba, quia non in merito sacerdotis, sed in verbo cōficitur creatoris. Aurum enim æque verum est in arca furis, sicut in thesauro regis. 1. q. 1. § ex his. Vnde & Cayphas Pōtifex persecutor vnius & uerissimi sacerdotis, quamuis ipse verax non esset, quod dedit tamen consilium, verum fuit, sed non suum dedit, sed Dei, ideſt, in forma Ecclesiæ. 1. q. 1. Dominus, & capit. dictum. Non ergo sacerdotis iniquitas impedit effectum sacramenti, sicut nec medici infirmitas, virtutem impedit medicinæ. Quamuis igitur opus operans aliquando sit immundum, opus tamē operantur semper est mundum. Et sicut omnia sunt mūda mundis, sic omnia sunt immunda immundis, prima quęstione, prima. omnia. & cap. multi. Malus ergo cùm vitam accipit, mortem incurrit, sic econtra bonus, cum mortem sustinet, vitam acquirit. Nā qui manducat indigne, iudicium sibi māducat. Quod vero de talibus propheta ait, maledicam benedictionibus vestris, & Gregor. Benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, de præcisis ab Ecclesia non toleratis seu notorijs intelligitur, quorum benedictio debet quantum ad episcopos maledictio reputari, quoniam secundùm Augustin. 1. quæstio. 1. quod quidem mali inquantum in eis est, dicuntur sacramenta polluere, cum tamen illa permaneant impolluta, sunt enim bonis ad præmium, reprobis ad iudicium. Vnde

Amos. 8. *Esa. 33.* *Psal. 50.* *Hebr. 9.* *Psa. 50.* *Psa. 49.* *Ro. 12.* *Col. 3.* *Rom. 1.* *Cor. 2.* *Cor. 2.* *Mal. 2.* *Matt. 5.*

Aug.1.q.1.si fuerit spiritualis virtus Sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipiatur ad salutem, sed per immundos ministros quasi per carnale transiens non coinquinatur. ¶ † Arnaldistę tamen perfidi hæretici dicunt, nusquã legi, quòd immundis luxuriosis ministris Christus sponsam suam Ecclesiam traderet custodiendam, vel potestatem sacrorum mysteriorum peragere, vel claues regni, vel potestatem ligandi, vel soluendi, quia illi soli (vt ait Gregor.) & ipsi in hac carne positi, potestatem habent ligandi atque soluendi, sicut Apostoli, qui vitam vel fidem illorum cum eorum doctrina tenent. Vnde, vt dicunt, a talibus sacramenta præstita, nec valent, nec proficiunt ad salutem. Legitur enim in libro Numeri, Quicquid te tigerit immundus, immundum faciet, & Christus: Non potest arbor mala fructus bonos facere, & Dauid, peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis, testimonia mea per os tuum? Et Apostolus Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Et Gregor. in pastoral. lib. 1. cap. 10. & 99. distinctio. §. 1. dum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Item ibidem lib. 3. capitu. 12. Necesse est, vt mũda debeat esse manus, q̃ diluere sordes curat, ne tacta quæque ipsa sordida deterius inquinet.

19 Leui. 15 Matt. 7. Ps. 44. Ro. 14.

20 ¶ † Celebratur autem Missa hora tertia, sexta, & nona. In tertia, quia (secundũ Marcum) hora illa Christus crucem ascendit, & linguis Iudęorum crucifixus est clamantium, Crucifige. Et quia illa hora Spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descendit, de consec. distinctio. 1. nocte. In sexta, quia illa hora (secundùm Matthæũ) verè crucifixus & immolatus, est. Et in nona, quia illa hora in cruce pendens emisit spiritum. Telephorus Papa de consecrat. distinctio. 1. nocte. statuit, vt Missa ante horam tertiam non dicatur, quod de publicis & popularibus missis intelligendum est, quia sicut ait August. de consecr. distinc. & hæc, non deberent in publico fieri, ne populus à publicis, quæ hora tertia dicuntur, retrahatur. Cantatur autem dicebus dominicis, & festiuis hora tertia, profestis hora sexta, in quadragesima hora nona, de consecrat. distinct. 1. solent, & §. in ieiuniis. & etiam ex institutione Pelagij Papæ & aliorum, in diebus ieiuniorum, nõ tamen omniũ. In sabbatis verò ieiuniorum quatuor temporum serò potest celebrari propter ordine sacros, qui ad dominicam sequentem pertinere noscuntur. Sed quia missa in ieiunio dici debet. ideò ne minus ieiunent, post vesperas inchoatur, & sic vsque ad noctem ieiunium protelatur. 75. distin. quòd a partibus, 66. distin. dilectionis. De quo in sexta parte sub sabbato Paschali dicetur. Quòd verò Missa quandoque summo mane cantatur, ex consuetudine, non ex ordine est. Leo tamen Papa de consecr. distinctio. 1. necesse diluculo, siue prima diei parte ad missam intrabat, nescio an ne cessitate, an ratione, an sola vsus Apostolica potestate. Vel de peculiari missa intelligendum est. Qui autem necessitate præueniunt tertiam, aut offerunt post sextam, aut nonam, amore diuino, ne uidelicet eis dies absque sacrificio prætereat, excusari possunt cum discipulis, qui euellebant spicas in Sabbato. de consecra. distinctio. 5. discipulos, & cum Dauid, qui comedebat panes propositionis, de consecra. distinct. 2. tribus. Vel quia in missa fit memoria passionis, mortis, sepulturæ, resurrectionis, & ascensionis, ideo cantatur tot uarijs horis. In tertia, in memoriam passionis & ascensionis, post sextam, in memoriam mortis: post nonam, in memoriã sepulturæ, in mane, in memoriam fortè resurrectionis. Asserunt etiam quidam, Dominum in meditullio horarum crucifixum, & ideo nunc hanc, nunc illam horam positam. Vnde Ecclesia inter vnam horã & alteram celebrat missam. In † die autem Natalis domini prima missa de nocte cantatur, prout sub ipso festo dicetur. Cæterum, si Quadragesima occurrunt duo officia, quos dies duplices vocamus, missa de festo dicitur in tertia, & absque genuflexione. officium verò de ieiunio dicitur in nona, & cum genuflexione. Tempore etiam aduentus debet missa in sanctorum festiuitatibus hora tertia, celebrari. Verum, nullus debet eadẽ die plures missas regulariter celebrare. de consecr. dist. 1. sufficit, extra celebr. missa. tereuertente, quia Christus solus passus fuit, & ualde felix est, qui etiam unam dignè potest

Mat. 12. 1. Re. 1.

21

22 test celebrare. † Nec potest quis duas missas cum vno, vel unam cum duobus sacrificijs celebrare, ea. dist. tribus. sub uno tamẽ canone possunt plures hostię confici. Nam & presbyter debet semper hostiam pro infirmis habere paratam. ea. dist. presbyter.

23 † Potest quoque sacerdos vnam missam cũ sacrificio, & aliam siccam celebrare, missa sicca dicitur, quando si sacerdos non potest conficere: quia fortè iam celebrauit. uel ob aliam causam, potest accepta stola Epistolam & Euangelium legere, & dicere orationem dominicam, & dare benedictionem, quinimo si ex deuotione, non ex superstitione velit totum officium missę sine sacrificio dicere, accipiat omnes vestes sacerdotales, & missam suo ordine celebret, vsque ad finem offerendæ, dimittens secreta, quæ ad sacrificium pertinent. Præfationem uerò dicere potest, licet in eadem uideantur Angeli inuocari ad consecrationem corporis & sanguinis Christi. De canone uerò, nihil dicat, sed orationem dominicam non prætermittat, & quæ ibi sequuntur sub silentio dicenda non dicat, ca licem vel hostiam non habeat, nec de his, quę super calicem seu eucharistiam dicuntur, vel fiunt, aliquid dicat, vel faciat. Potest etiã dicere, pax domini sit semper &c. & exinde missæ officium suo ordine peragat. Melius est tamen alia omittere. Verùm † quidam incipiunt missam de die celebrantes illam suo ordine vsque ad offerendam, postea incipiunt aliam missam, & eam cantant vsque ad eundem locum, & idem faciunt pluries, si uolunt, & incepta missa viuorum, incipiunt quandoque missam mortuorum, eam prosequentes vsque ad eundem locum, & exinde procedentes, dicunt tot secretales, quot missas inceperunt, semel tantum canonem dicentes, & consecrantes, & in fine tot orationes dicunt, quot officia missæ inceperunt. Sed hoc tãquam detestabile reprobamus.

24

25 Potest tamen † sacerdos quandoque plures missas vna die celebrare, extra de celebr. miss. cap. 3. ¶ Primò, in festo Natalis Domini, sicut in septima parte sub illo festo dicetur. ¶ Secundò, ubi necessitas exigit, puta si quis moriatur, ut ibi, & de consecr. distinct. 1. sufficit. Concilium tamen Carthagin. ea. dist. sacramenta. dicit quòd si episcopus, uel alius post tertiam obierit, commemoratio solis orationibus facienda est sine missa. ¶ Tertiò, causa honestatis, vt si aliqua magna persona superueniens uelit missam audire, extra eod capit. & 2. ¶ Quartò, secundum quosdam, causa utilitatis, puta propter peregrinos, propter hospites, propter commeantes, propter infirmos, propter sponsos, & propter raritatem clericorum, & propter paupertatem ecclesiarum sacerdotes proprios non habentium. ¶ Quintò, ut dixit Richardus episcopus Gremi. in mitrali, cum duæ festiuitates occurrunt, possunt etiam tres celebrari, tum quia hoc fit licitè in natali, tum quia Christi passio tripartita est. Passus enim est linguis insultantium, manibus verberantium, & clauis crucifigentium. Ipse etiam est a patriarchis gestibus immolatus, a prophetis verbis sacrificatus, a patre, & a seipso realiter oblatus. ¶ Sexto pari ratione si in die ieiunij occurrit aliquod solenne festum, potest unam de festo, & aliam de ieiunio celebrare, si alius presbyter non adsit. † Legitur, etiam, quòd Leo Papa sæpe septies, & aliquando nonies in eadem die missam celebrauit. ¶ Sacerdos tamen aliam missam in eadem die celebraturus, in vltima tantum perfusionem sumat, quoniam si in prima sumeretur, ieiunus non esset, & sic alia missa impediretur, eo. tit. ex parte, aliàs autem quoties celebrat, toties corpus Christi, & etiã perfusionem sumat, de consecr. distinct. 2. cõperimus, &c. tribus. Sed † nunquid prænsus conficit? Respondeo sic, licet hoc facere non debeat: Non enim ieiunium est de substantia, prout in canone innuit Aug. in d. cap. liquido, aliàs Dominus non confecisset, magister tamen Hug. dicit contra. Sanè priscis temporibus † hæresibus pullulantibus, & Trinitatem impugnantibus, ex institutione Alcuini magistri Caroli, rogatu Bonifacij archiepiscopi Maguntini statuentis, Prima feria missa de Trinitate dicebatur. Secunda feria de Sapientia. Tertia feria de Spiritu sancto. Quarta de charitate. Quinta feria de Angelis. Sexta de Cruce. Septima de Beata Virgine. Causa verò illa cessante, illud cessauit & dominicali officio ordinato statutum fuit quòd prima feria suum haberet officium, s. de

26 27 28

Trinitate, secunda de Angelis, quia tunc primo creati sunt in bonis gratuitis: tunc enim lux diuisa fuit à tenebris, ideſt, boni Angeli, à malis quia tunc ceciderunt mali, boni verò confirmati sunt. ¶ † In prima verò feria creati fuerunt Angeli in bonis naturalibus. Cantatur etiam in secunda feria pro defunctis; vt illis adhibeamus suffragia Angelorum. Et quia, vt dicunt quidam, in prima feria refrigerium habét illi, qui sunt in purgatorio, & statim in secunda feria redeunt ad pœnas & laborem. Ideo, ut eorum subueniatur † laboribus, missa pro illis in secunda feria celebratur. ¶ In tertia feria pro peccatis, ¶ In quarta pro pace. ¶ In quinta pro tribulatione, vel in tertia feria debet repeti introitus missæ de dominica. ¶ Institutum etiam fuit, ut in quarta feria ieiunaretur, & illa similiter die debet missa de dominica dici, nisi festiuitas impediat. In quinta feria debet similiter repeti officium dominicæ, Introitus, Epistola, & Euangeliū, quia dies Iouis dicitur cognata Dominicæ dici, prout dicetur sub titu. de accessu Pontificis ad altare. ¶ In sexta feria de cruce: illa enim dies appropriatur Christo, & cruci, quia ipse in ea mori & crucifigi voluit pro salute generis humani. ¶ † In septima feria de beata Virgine, qđ initium habuit: quoniam olim in quadam Ecclesia ciuitatis Cõstãtinopolis erat imago beatæ Virginis, coram qua dependebat velum, quod totam velabat imaginé; sed hoc velum in sexta feria post vesperas recedebat ab imagine nullo mouente, solo Dei miraculo, quasi deferretur in cœlum, ut ad plenum posset imago à populo prospici. Celebratis vero uesperis in sabbato descendebat ipsum uelum ante eandem iconem, siue imaginem, & ibi manebat vsque ad sextam feriam. Hoc uiso miraculo, sancitum est, ut semper illa feria de beata Virgine cantaretur. ¶ Alia † etiam ratio est, quia Domino crucifixo & mortuo, & discipulis fugientibus, & de resurrectione desperantibus in ea sola tota fides in sabbato illo remansit. de consecr. dist. 3. sabbato. Sciebat enim quomodo portauerat eum sine labore, & peperat sine dolore, & ideo certa erat, quòd filius Dei esset, & à mortuis tertia die resurgere debebat. Et hæc est ratio, quare dies sabbati magis, quàm alia dies beatæ Mariæ appropriatur. ¶ Tertia † ratio est, quia dies sabbati est ianua, & introitus ad Dominicam diem. Vnde cum sumus in sabbato, sumus iuxta Dominicam. Dies autem dominica est dies requiei, & significat vitam æternam. Vnde cum sumus in gratia Domini nostri, sumus quasi in ianua paradisi. Quia igitur ipsa est nobis porta ad regnum cœlorum, quod per diem Dominicam figuratur, ideo de illa solennizamus in septima feria, quæ diem Dominicam præcedit. ¶ † Quartò, ut solennitas matris solennitati filij continuetur. ¶ † Quintò, ut festiuitatis agatur in die, in qua Deus ab omni opere requieuit. ¶ Notandum est etiam quòd in Missæ officio, ubi Christi passio † representatur, tribus linguarum generibus utimur, scilicet, Græca, Hebræa, Latina, ad significandum, quòd his tribus linguis scriptus est titulus crucis Christi. Io. 19. & ad designandum, quod omnis lingua, quæ per hanc triplicem intelligitur, Deum laudare & confiteri debet, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Licet enim multa sunt genera linguarum, istæ tamen principales sunt, Hebræa, propter legem, & quia est aliarum mater. Græca, propter sapientiam. Latina, propter nobilitatem, & Dominium Romani Imperij. Verba latina sunt Epistolę, Euangelia, orationes, & cãtus Græca sunt Κυριε ελεησον, χριστε ελεησον & ηιμας. Hebraica sunt. alleluia, amen, sabaoth, & osanna. Vnde & in missa Romani Põtificis in præcipuis solennitatibus legitur Euãgeliũ, & Epistola, non solum in Latino, verum etiam in Græco, ad designandum coniunctionem utriusque populi sub una fide: siue quod Ecclesia constat nõ solum ex Latinis, uerumetiam ex Græcis, & uide in 6. parte sub tit. de Paraseeue. ¶ † Sed quæritur, utrum sacerdos minus, quàm duobus præsentibus debet celebrare missam? Et uidetur q; nõ. Statuit nanq;. Sother Papa de consec. dist. 1. quoque. ut nullus missarũ solẽnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibiq; respondentibus ipse tertius habeatur. Cùm enim ipse presbyter dicat, Dominus uobiscum, & in secreta dicit, orate

frãte pro me, conuenit vt ipsius salutationi à pluribus respondeatur. Verùm aliud est necessitatis articulus, in quo potest vno solo præsente celebrare, & aliud religionis contemptus. † Pie quoque credendum est, & sacris authoritatibus comprobatur, quòd Angeli Dei comites assistunt orantibus iuxta illud propheticum: In conspectu Angelorum psallam tibi. Et Angelus ad Tobiam. Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Sed in canone missæ continetur: Supplices te rogamus, omnipotens Deus, iube hæc præferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum. Præterea quilibet homo habet suum propriũ Angelum ad custodiam. Vnde Dominus in Euangelio loquens de paruulis ait. Angeli eorum semper vident faciem patris. Illos igitur habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione cõsortes. Solus tamẽ presbyter non potest diuinũ officium absque ministri suffragio celebrare, prout in constitutione Alexandri cauetur, extra de filijs presbyter. proposuit. Canon quoque Tholetan. concilij 12. quæstio. 1. illud. statuit, vt ibi temporis, vel loci sine clerici copia suffragatur, habebat quisque Deo sacrificans post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille, qui ad officia impleturus accedit, turbatus, vel ad terram illius fuerit, à tergo semper habeat, qui eius lucem intrepidè aspiciat. Si quidẽ copia temporis suffragatur si non sit guerra loci, si ecclesia sit diues cleri: si sit sibi copia clericorum. † Generaliter autem dicendum est, quòd illa est legitima Missa, in qua sunt, sacerdos respondens, offerens, atque communicans, sicut ipsa precum compositio euidenti ratione demonstrat. ¶ † Introitur ad chorum prophetarum respicit, quoniam secundùm August. Moses minister fuit vete testam. prophetę ministri noui, Κυριε ελεησον ad eos respicit Prophetas qui circa domini aduentum erant, de quibus fuerũt Zacharias & Ioannes Baptista filius eius. Gloria in excelsis, ad cœlum respicit, angelorum gaudium natiuitatis domini pastoribus annuntiandum. Prima collecta respicit ad hoc, quod dominus circa annum 12. agebat, scilicet quando ascendens Hierosolymam sedebat inter doctores audiens, & interrogans. Epistola ad Ioannis prædicationem pertinet. Responsorium ad beneuolentiam apostolorum respicit, scilicet quo modo à domino vocati, secuti sunt eum. Alleluia, ad lætitiam mentis eorum pertinet, quam habebant de promissionibus eius, vel de miraculis, quę per eum vel per nomen eius fiebant. Euangelium respicit tẽpus à sua prædicatione vsque ad prædictum tempus. Quod verò deinceps in missæ officio agitur, ad illud respicit tempus, quod est à dominica, quãdo pueri Hebręorum obuiauerunt ei, vsque ad diem Ascensionis eius, siue Pentecosten. Oratio verò secretæ vsque. Nobis quoq; peccatoribus, designas illam orationem quam Iesus in montem Olineti exercebat, Quod autem postea agitur, significat tempus illud, quo dominus in sepulchro tacuit. Quando verò panis in vinum mittitur animam Dei ad corpus redire demonstratur. Salutatio sequens, significat salutationes postea discipulis à Christo factas. Fractio oblatæ, significet fractionem panis factam á domino discipulis in Emaus. Hæc plenius in suis locis dicentur. De missa pro mortuis & ipsorum officio in 7. par. dicetur. ¶ Adhuc † missa non nisi in sacratis Deo locis, id est in tabernaculis diuinis, precibus à põtificibus delibutis, absque magna necessitate dici debet. Nõ ergo in prophanis domibus absque episcopi licentia, quia sanctius est missam non cantare, vel non audire, quàm in locis, in quibus hoc fieri non oportet. de consec. dist. 1. clericos, & c. seq. Vnde scriptum est, de consec. dist. 1. sic. & cap. 3. seq. & cap. concedimus. & c. vnicuique. Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed omni loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. De hoc dicetur in procem. 5. partis. Potest autem esse necessitas, vt dicatur in naui, vel in exercitu sub papillione, siue sub Dio, si illud haberi non possit, sed tunc cum tabula, seu altari viatico. eadem d. cap. si. Presbyter autem non debet missam celebrare sine licentia Episcopi in altari, in quo Episcopus ea die celebrauit, eadem dist. concedimus. extra de priuil. in his. Sixtus † tamẽ Papa statuit missam non nisi super altari celebrari. Felix Papa Primus statuit supra memo-

memorias martyrũ missas celebrari. Bonifacius Papa Secundus statuit, vt in missæ celebratione clericis a laicis sint diuisi. Martinus Papa statuit missam alta voce cantare. Vigilius Papa statuit eam in ecclesiæ
43 orientali parte dici. ¶ Illud † quoque notandum est, quòd in missa repræsentatur pugna, victoria sacerdotis contra hostem antiquum, processus ad hanc pugnam ponetur sub titu. de accessu pontific. ad alta. in fine. Arma verò & pugna sacerdotis posita
44 sunt in proœmio tertiæ partis. † Rursus missa quasi quoddam iudicium imitatur. Vnde & canon actio vocatur. de conse. d. ist. r. necesse. Est enim actio causa in iudicium deducta, de verbo. significa. forus. In missa quidem causa nostra agitur, oratorium est prætorium, Deus iudex, diabolus accusator, ministri testes, sacerdos aduocatus, & defensor. Hic est Moses, qui causam populi ad Dominũ allegabat, cuius patrocinio delatoris fallacia confutatur, & nostra innocentia comprobatur, & absoluitur, & iudicis ira placatur, & per misericordiã culpa remittitur. 45. dist. in. disciplina extra de re iudi. cum vterini. Cæterum missa dicitur mysterium, quod profertur, & sacrifi
45 cium, quod offertur. ¶ Missæ autem † officium in duas principaliter diuiditur partes, videlicet in missam catechuminorum, & missam fidelium. ¶ Missa catechuminorum est ab introitu vsq; post offertorium.
46 † quæ missa ab emittendo dicitur, qm̃ qñ sacerdos incipit consecrare eucharistiam, cathecumini foris de Ecclesia mittuntur. Vnde antiquitus perlecto Euangelio diaconus supra pulpitum acclamare solebat. Si quis cathecuminus adest, exeat foras, p ut dicetur in sexta parte sub quarta feria quartæ dñicæ quadragesimæ. Quod ideo fiebat. quoniam cathecumini licet sint in fide instructi, nondum tamen sunt renati, siue baptizati & ideo nondum sunt de corpore ecclesiæ. sicut nec Iudei, nec Gẽtiles, quare sacris altari mysterijs interesse non debent, quæ non nisi baptizatis fidelibus concommittuntur, nec thesauri. ecclesiæ sunt inimicis ostendendi. Vnde de quibusdam, qui cathecuminorum, & nondum re-
Ioan. 2. natorum typum seu figuram gerebãt, scriptum est, Iesus autem non credebat se illis, sciẽs quid in homine esset. Hinc etiam in canone Carthaginem concilij. de consecratione distinctione prima, episcopus. dicitur, quod nec Gẽtilis nec hæreticus, nec Iudæus prohibeatur Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei, vsque in finem missæ cathecuminorum, nec etiam inceltuosi, trigesimaquinta dist. 3. de incest. & cap. seq. ¶ † Missa verò fidelium est ab offertorio vs- 47
que ad post communionem, & dicitur missa illa a dimittendo, quia ea expleta ad ꝓpria quisque fidelis dimittitur. Missa ergo aliquando † est nomen collectiuum, quia 48
quandoque missa vocatur, quod est ab introitu vsque ad offertorium, quandoque, quod est ab introitu, vsq; ab ite, missa est, & hoc verius, quia tunc hostia mittitur. Quandoq; quod vsitarius est, dicitur missa totum officium ab introitu vsque ad ite missa est, siue inuocatio nominis Dei, quæ fit a sacerdote super altari quasi transmissa, eo quòd populus fidelis per mysterium sacerdotis, qui vice mediatoris inter Deũ & homines, idest Christi, fungitur, preces, supplicationes, ac vota altissimo transmittit, quandoque tamen officium, quod sub silentio dicitur, quandoque solum verba illa, quibus dominicum conficitur corpus. ¶ Aliquando † missa est nomen proprium, 49
quia significat Christum, qui missus est a patre in hunc mundum, significat etiã Angelum qui mittitur, vt per eius manus hostia offeratur in sublime altare domini. Ipsum ergo sacrificium, idest hostia, vocatur missa, quasi transmissa prius siquidem a patre nobis, vt esset nobiscum, postea a nobis patri, vt intercedat, & sit ꝓ nobis apud ipsum. ¶ Item transmissa primo nobis a patre diuino, qui per incarnationem Christi filij sui, qui fuit missus cœlestis, & postea patri a nobis per passionem eius, similiter in sacramento transmissa nobis primo a patre, per sanctificationem, qua nobiscum esse incipit, postea patri a nobis per oblationem qua pro nobis apud patrem intercedit, hæc enim missio, seu legatio sola sufficiens, & idonea est ad soluendas inter Deum & homines inimicitias, & offensas. Cũm ergo diaconus in fine missæ dicit, Ite missa est idem est, ac si dicat, redite ad propria, vel sequimini Christum quia missa, siue oblata est hostia salutaris pro nobis ad Deum patrem placandum

50 candum. ¶ Potest † etiam & aliter missa diuidi in quattuor partes, secundùm Apostolum, 1. ad Timothæum secundo, & habetur etiam in canone concil. Tolet. scilicet in obsecrationes, orationes, postulationes, & laudes, siue gratiarum actiones, quorum verborum expositio in quinta parte sub tertia ponetur. ¶ Pars prima protenditur ab introitu vsque ad offertorium, & dicitur obsecrationes, ideſt, prędicationes, quæ scilicet fiunt prius, quàm species incipiant benedici. ¶ Secunda vsque ad finem dominicæ orationis ibi, videlicet libera nos quęsumus Domine &c. ¶ Tertia vsque ad communionem, videlicet secundũ Augustinum orationes, quas episcopus dicit post communionem. ¶ Quarta vsque in finem, scilicet secundum Augustinum, quando post ite, missa est, uel benedicamus Domino, populus respondet, Deo gratias, secundum alios, verò prima pars protenditur ab introitu vsque ad, Te igitur, secunda usque ad, Oremus præceptis salutari. &c. tertia vsque ad collectas, quarta usque ad, Ite, missa est. ¶ Rursus: quia quinque fuerunt sanguinis Christi effusiones, ideo missę officium ab offertorio antea in quinque subdiuiditur partes ut ibi dicetur &c. Sed & quia in sola Cruce etiam quinaria fuit sanguinis effusio, ideo & solus canon subdiuiditur in quinque partes. Prima usque Qui pridie. Secunda vsque ad Memẽto, Tertia usque ad Præceptis, Quarta usque ad emboliſmum, Quinta ad Collectas, &c.

ADNOTATIO.

Mensam.] Sacrificium vnum est in nouo testamento, quòd Hebraice Missa appellatur, Greci Λειτουργιαν, Latini sacram Oblationem appellãt. Est autem Missa (ut Iodocus Clichtoueus diffinit) diuinum officium, ab ecclesia & primorum Patrum institutione in sacro altari fieri solitum, in quo sanctæ Eucharistiæ secundum ritum legitimum consensio fit & oblatio. Huius partes essentiales sunt, consecratio corporis, & sanguinis Christi (veteres benedictionem mysticam appellarunt) oblatio. hæ a Christo ipso sunt institutæ, Accidentales ceremoniæ sunt, quibus consecratio ipsa & oblatio ritè perficiuntur, vt orationes, benedictiones, gratiarũ actiones, oscula manuũ, expositiones, eleuationes, cõplicationes, genuflexiones, signacula Crucis, cõmunio, memoriæ sanctorum, salutationes, responsiones, oblationes, & quę sunt similes. Harum quædam a concilijs ecclesiæ sunt traditæ. Isidorus ordinem Missę & Orationũ, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primo a beato Petro constitutum esse, eiusdemq; celebrationem uno eodemq; modo, vniuersum orbem peragere adfirmat, quippe qui primam Missam Antiochiæ celebrauerit. N. Doard.

SVMMA.

1 *Episcopus celebraturus quare præmittat psalmos. Et qui sint illi.*
2 *Religiosi celebraturi se calciare debent, etiam si discalciati soleant ambulare.*

De quinque Psalmis, quos Pontifex celebraturus dicit. Cap. 2.

Elebraturus † Pontifex missarum solẽnia quosdam psalmos & orationes ex institutione Cœlestini Primi ꝑmittit, quos interim dũ caligis & sandalijs ornatur, dicit 1
fin exhortationem psalmistæ dicẽtis, Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus. Hi psalmi sunt quin- Psal. 94.
que, videlicet, Quam dilecta tabernacula tua. Benedixisti Inclina. Credidi. & De ꝓfundis, vt q quid immundum quinq; sensum transgressione commisit, quinq; psalmorum oratione detergat. Quædam n cõtinentur in quolibet ipsorum, q̃ rectè conueniunt celebraturis altaris misterium & eucharistiæ sacramentũ. Orationes uerò, quas dicit, manifestè pertinent ad impetrandum cordis, & corporis munditiã, & munimen. ¶ Rursus ideo dicit. Quam dilecta taber. & alios psalmos, vt i Christo, cuius typum gerit, virtutum plenitudo notetur. ¶ Et nota, † quòd religiosus secũdum 2
ordines suæ professionis discalciatus incidẽs missam celebraturus se calciat ex ꝑcepto

pto Apostolo dicentis ad Eph. 9. State calcia ti pedes in præparatione euangelij pacis. Nempe per calciamenta, quæ fiunt de pellibus animaliũ mortuorum, & calcant terram, & sunt clausa desubter, & aperta desuper, significatur, quòd sacerdos debet esse mortuus mundo, & debet cor habere clausum ad terrena, & ipsa tanquam lubrica calcare, & vilipendere, & apertum ad respiciendum, & desiderandum cœlestia.

SVMMA.

1 *Episcopus celebraturus caput pectit. Et quo id consilio, aut exemplo, nu. 2.*
3 *Pectem discretionem significat.*
4 *Lotio manuum quid nocet. Et vnde cœperit nume. 5.*
6 *Sacerdos ante, quàm ad altare accedat, quid agere debeat.*

De capitis compositione, & manuum lotione. Cap. 3.

1 CALIGIS † & sandalijs impositis Pontifex, & sacerdos caput pectinat, manus & faciem lauat. Nã & legalis sacerdos sacrificaturᵖ, lotis prius manibus, & pedibus induebat manastasiam, cuius loco hodie sandalia habentur, prout dictum est in tertia parte sub tit. de legalibus indumentis. ¶ Pectinat † igitur caput, & faciem lauat, primo exemplo Mariæ, quę futuram Christi passionem figurans vnxit oleo caput eius, etenim in missæ officio Christi passio representatur. ¶ Secundò ex mãdato Christi di
Matt. 5. centis Luc. 3. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, ac faciem tuam laua, per hoc significãs, quòd in sanctis, operibus nostris omnem fictionem simulationem à nobis amouere debemus. ¶ Tertio pectinatur caput, nam per capillos superfluæ cogitationes, & cura terrenę solicitudinis per caput meus & intentio, quæ cunctis animę actibus, sicut caput cęteris membris superemi net, significantur. Congruè igitur pectine capilli complanantur & ordinãtur, & eunt si separantur, ad notandum, quòd tunc specialiter mores componere & superfluas cõ gitationes à se repellere debet, iuxta illud propheticum, Auferte malũ cogitationũ vestrarũ, atque mens ipsius præuia discretione separari, quietari, & purgari a terrenis solicitudinibus, & virtutibus ornari debet. Pectem enim propter † ordinatam in 3
incisionibus diuisionem, discretionem significat, qua intentio animæ adornatur, sicut capilli capitis pectine adornãtur. † Manus quoque, lauat propter reuerentiã tanti sacramenti, quatenus ad illud pertractãdum mundissimus accedat, vnde Greg. in pastor. lib. 1. c. 12. Necesse est, vt munda studeat esse manus, qui diluere sordes curat. Corporales igitur lauat manus, vt spiritualiter mundet actus, iuxta illud psal. Lauabo inter innocẽtes manus meas &c. ne quasi illotis manibus ad mensam peruenire videantur, nõ quòd lutum manuum diuina sacramenta cõtaminet, sed si quis indignè manducat, & bibit, iudicium sibi mãducat & bibit. Vnde in euangelio Matthæi, non lotis manibus manducare, non coinquinat 1. Cor. 8
hominem, quæ verò de ore procedunt, & Mat. 15
de corde exeũt, videlicet cogitationes malæ, homicidia, & adulteria, & huiusmodi, hæc sunt, quæ inquinant hominem. Solicitè ergo satagendum est, vt non tam exteriora manuum, quàm interiora mentium inquinamenta purgentur. † Manuum autẽ 5
lotio à lege sumpsit exordium, vt præmissum est. Legitur enim. Exod. 30. 38. & 40. c. quod Moses fecit labium æneum de speculis mulierum, in quo lauabãt se sacerdotes in ingressu tabernaculi testimonij, quãdo accessuri erãt ad altare. Siquidem in labio æneo sonoro significatur confessio in altari aureo mentis amaritudo, in speculis mulierum vitæ sanctorum consideratio. ¶ † Sacerdos ergo prius, quã ad altare ve 6
niat, per confessionem, siue lachrymis pœnitentiæ se abluat, per mentis amaritudinem se purget, per considerationem vitæ sanctorum se informet. De primo dicitur, Mundamini, qui fortis vasa Domini. De se Esa. 4
cundo, Expurgate vetus ferm. &c. De ter- 1. Cor. 6
tio, Habentes impositam nubem deponamus omne pondus, & circunstans nos pec Heb. 13.
catum, vt sit in numero innocentium auda Psal. 25
cter dicẽtium Iudica me Dñe, quoniã ego innoc. &c. & infra. Lauabo inter innocentes ma-

nus mãus meas & circ. alt. tuũ. Deinde manus lotas manutergio tergit, quia post lacrymas contritionis peccata abhorrere, & abolere per opera satisfactionis debet. Linum quidem per laborem ad candorem perducitur, & pœnitentes per satisfactionem ad perpetuam glorificationem perducuntur. Crinium igitur, manuum, & faciei ornamenta non sunt voluptatis oblectamenta, sed in figuram à Domino sacerdotibus legis iniuncta.

SVMMA.

1 *Aspersio aquæ benedictæ quid significet. Et quis eam instituerit, nu. 2. Et quo consilio nu. 3.*
4 *Aqua cur benedicãtur qualibet die dominica*
5 *Aquæ aspersio varie fit.*
6 *Turificatio quid designet.*
7 *Christus fuit lanceatus in latere lauo.*
8 *Aqua benedicenda cur sale cõditur et forma benedictionis.*
9 *Sal cur prius benedicatur quam aqua.*
10 *Aquæ benedictæ genera quatuor.*

De aquæ benedictæ consecratione & aspersione. Cap. 4.

1 SACERDOS in dominicis diebus celebraturus, alba † & stola paratus prius, quã planetam induat, vt liberius vacare possit, aquã ex institutione Alexandri Papæ Primi benedicit, altare, Ecclesiam, & populũ aqua benedicta conspergit, vt omnis spirituum immũdorum spurcitia tam de habitaculo, quàm de cordibus fidelium propelatur. Hęc enim virtus aquę exorcizatæ in est, & etiam, quia omnis Christianorũ populus baptismatis sacramento renatus; ita ministerio aquæ lota renatorum corpora diluit, sicut sanguis agni à prisco populo, ad repellendum percussorem, in postibus ponebatur, vnde in canone Alexandri ita
2 legitur, Aquam † sale aspersam populis be
Hebr. 9. nedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur & purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus; nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat, atque mundabat, scilicet à venialibus, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat atq; mundat à venialibus, & si sale aspersa per Elisæum sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus sal, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, & purgat, & cętera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit; & à phantasmatis versutijs homines defendit. ¶ Rursus tunc sacerdos iustus taberna culum aspergit dum Dei misericordiam petit. Cyprianus † quoque Papa ait, quod 3
ideo homines aqua benedicta aspergũtur; quia valet ad sanctificationem; vnde scriptura per Ezechielem dicit: Aspergam super vos aquam mundam & mundabimi- Eze. 36.
ni ab omnibus immunditijs vestris: & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum in vobis. Item Num. Qui tetigerit cadauer Nu. 19.
hominis siue humanæ animæ, morticinium, ideſt à morte cadens, & propter hoc octo diebus fuerit immundus, aspergatur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur à peccato. Si enim aspersus die tertia non fuerit, septima non poterit emundari. Item, qui ex hac commistione aspersus non fuerit, polluet tabernaculum, ideſt, tanquam pollutus non intrabit cum alijs tabernaculum, ideſt, seipsum, qui est pars tabernaculi Domini, ideſt, Ecclesia; & peribit ex Israel. Item, qui aqua expiationis non est aspersus, immundus erit; & manebit spurcitia eius super eum. Et iterum; purificabis Læuitas circumspergens eos aqua purificationis. Et iterum; aqua aspersionis purificatio est; ex quibus apparet aspersionem aquæ instar salutaris lauacri obtinere. Quidam tamen præmissa referunt ad quam baptismi. Aqua igitur in † memoriam ba- 4
ptismi omni dominica benedicitur, vt dicetur in 6. parte sub ascensione, præterquam in pascha & pentec. quia in sabbatis dominicas illas præcedentibus benedictis fontib. ante chrismatis infusionẽ aquę recipi, & ad spargendum nos, & domos reseruatur, sicut in canone cautũ hętur, ex aqua ergo benedicta nos & loca in significationẽ baptismi aspergimus. Nec aspergimur, vt rebaptizemur, sed vt gratiam diuini nominis

minis cum memoria baptismatis inuocemus, & licet in dictis duabus dominicis aspergatur altare non tamen tunc cantatur antiphona: Asperges me domine &c. quia tunc potius lugendum nobis est, cum recolimus nos esse a Christo mundatos, per suæ supplicium passionis, iuxta illud. Memoria memor ero. & taber. in me anima mea. In dominicis ergo diebus ante missam, & maius altare tantum, & totus populus asperguntur, quãuis in nocturnis & vesperis omnia altaria, vel saltem principa turificentur. ¶ † Circa quod considerandum, quòd huiusmodi aspersio alia ratione fit super populum & super altaria: quia enim conclusit Deus omnes sub peccato, saltem veniali, quia septies in die cadit iustus, idcirco ipse populus Ecclesiam ingrediẽs, diuinis insistere intendens, ipsa aqua sanctificata aspergitur, quæ videlicet ad quotidiana delenda, sicut & cinis vitulæ in veteri testa. Secundum quod, qui immundus erat prohibebatur Ecclesiam ingredi, donec aqua lauaretur. Altare enim aspergitur propter reuerentiam sacramenti, qd ibidem consecrandum est, vt inde omniũ malignorum spiritum præsentia arceatur, quemadmodum Christus per altare, quod esse debet lapideum, significatur, secundum illud Apostoli: Petra autem erat Christus, & fides nostra de uno Christo & non de pluribus est, idcirco vt signum signato respondeat, unico altari aspersio vniuersus aspergitur populus: quia ipse solus est, qui tollit peccata mundi. Turificatio verò quã doque † representat diffusionem diuersarum gratiarum spiritualium, & quoniam gratia non solum in capite, verum etiã in alijs subiectis capiti inuenitur, ideo conuenienter post primum, secundariò alia altaria, quæ per diuersi gradus sanctorum intelliguntur, turificari solet. Rursus thus in turibullo cor igne orationis accensum significat, quia verò solum oratio nostra ad Deum & Christum mediatorem nostrum debet principaliter applicari, ideò & altare & crucifixus turificari solent. In paschali aũt tempore ad aspergendum cãtamus, Vidi aquam, quod sumitur de Ezechiele c. 47 Cur Dominus ciuitatem ostẽdit ædificatam super montẽ vergentẽ ad austrum in qua erat mirabile templum, ciuitas Ecclesia est, de qua dicitur. Non põt abscondi ciuitas supra montem posita, templum est corpus Christi, de quo dicitur. Solui te templum hoc, & post triduũ reed. illud Aqua de templo egrediens, fons est baptismi de latere Christi procedens. Sed † cum fuerit in læuo lanceatus, cur hic dicitur a latere dextro? Respondeo, duo sunt latera Christi scilicet dextrum, & læuum. Dextrũ est diuinitas, & læuum humanitas. A latere igitur dextro exiuit aqua quia de diuina Christi natura Spiritussanctus aqua inuisibilis procedit, de aqua inuisibili, quæ a latere læuo, ideſt, humanitate lanceata perfluxit saluandi virtutem tribuit. Rectè igitur hæc in processione paschali cantamus in laudem fluminis huius, inundatione per mortem Christi reuiximus. Verùm post octauam pentec. cantatur in dominicis ad aspergendũ anthipona, Asperges me Domine &c. quæ à pascha vsque tunc intermittitur, quia de fide passionis, & humilitate baptismi propheta prædixi. ¶ Porrò aqua † cum benedicitur, sal admiscetur, qđ ab Eliseo sumpsit exordium. & fit hoc ad notãdum, quòd populus per aquam, intellectus, vt sanctificari possit per sacerdotis officium verbo Dei imbuitur, quod per sal em significatur. ¶ Fit ter crux super aquã, & salem, quia docetur populus sanctæ Trinitati gratias pro sua eruditione atque redemptione referre. ¶ Per aquam quoque confessio, per salem amaritudo significatur. ¶ Ex aqua mista geminus partus procedit, scilicet diuisio seu separatio delictorum, & ortus virtutum ac bonorum operum. ¶ Sed † quare prius benedicitur sal, quàm aqua? Respondeo, per sal intelligitur amaritudo pœnitentiæ per aquam baptismus, quia ergo cordis contritio debet præcedere absolutionem, & pœnitentia baptismũ, ideo prius benedicitur sal, quam aqua. ¶ Et nota quatuor esse genera aquę benedictæ. ¶ † Prima, in qua fit iudicium purgationis, quæ in vsu non est. ¶ Secunda aqua, quæ sanctificat in dedicatione Ecclesiæ & altaris, de quibus in prima parte dictum est, sub titu. de consecra. Eccles. & alta. ¶ Tertia est, in qua Ecclesia aspergimur, de qua hic agitur. ¶ Quarta aqua baptismi, de qua dicetur in sexta parte sub Sabbato sancto, & hac solebant homines

Universidad de Deusto Biblioteca

Tre. 4.

Gal. 2. Prou. 24

Heb. 9. 1. Cor. 10

1. Cor. 10

Esa. 47

Matt. 5. Ioan. 2.

Psal. 24

Esa. 16.

Luc. 2.

Hebr. 1.

mines aspergi prius, quàm chrismarentur, & adhuc sit in quibusdam locis, sed hodie interdictum est. Putabãt enim se iterũ à peccatis huius aquæ aspersione mundari; cũ tamẽ constet nullũ bis baptizari posse. Quia verũ maius dignũ trahit ad se minus dignum ideo si aqua non benedicta admisceatur benedictæ, efficitur benedicta.

S V M M A.

1 *Introitus Missæ significatio. Et ortus.*
2 *Damasi Papæ institutio circa Missæ introitum*
3 *Introitus Missæ forma vario.*
4 *Introitus vnde dicatur.*
5 *Introitus vnde debeat ad sumi.*
6 *Tropus quid, & vnde dictus, nu. 7.*

De officio seu Introitu Missę. Cap. V.

1 IN introitu prima pars missę incipit. Sciendum † est aũt, quòd sancti patres & prophetæ ante Christi aduentum suspirantes & præconizantes præmiserunt desideria, opera, laudes, & preces, quæ singula figurantur in missa Introitus nanq; scilicet ipsa antipho na vaticinia prophetarum & sanctorum patrum desideriũ cum præconis filij Dei aduentũ, & incarnationẽ Dei expectantiũ exprimit. In cuius rei signum in prima dominica Aduentus cãtat Ecclesia introitũ: Ad te leuaui. Chorus igitur psallẽtiũ clericorum, qui significat chorum prophetarum, & multitudinem sanctorum, Christi aduentum expectantium, animam suam dilatat, & introitum in iubilo cantat, quoniam prophetæ, patriarchæ, reges, & sacerdotes, omnesq; fideles aduentum Christi cum desiderio expectabant, clamantes & implorantes, Emitte agnum Domine, dominatorem terræ &c. Item veni Domine, & noli tardare &c. Hinc etiam ille Simeon iustus & senex benedixit, dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine &c. Quia viderunt oculi mei. & Euangelista, Multi reges & prophetæ voluerũt videre, quæ vos videtis, & non viderunt &c. Ex eorum ergo persona cantatur introitus, per quos Christus introiuit in mũdum, iuxta illud: Et cum introduxit primogenitum in orbẽ terræ, & adorem eum omnes angeli Dei. Sequitur versiculus psalmisticus, siue Psal, qui versionem ad operationem notat. Dicitur etiam versus, quia per eum reuertimur ad introitum significans opera & vaticinia. Consequenter † ex institutione Damasi Papæ, dicitur gloria patri &c. quod significat laudem, quia post operationem dãda est gloria. Dicitur etiã, gloria vt ostẽdatur Patrem & Filium, & Spiritum sanctum habere æqualem gloriam, & coæternam maiestatem in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorũ, ideſt, in præterito, ĩ præsenti, & futuro tempore. Inter positio autem gloriæ inter primam cantationem introitus, & ipsius repetitionẽ designat captationẽ benevolentiæ. Vt enim quod expectabant facilius obtinerent, ad totam Trinitatem cordis & vocis glorificationem clamabant, dicentes. Ostẽde nobis Domine misericordiã tuam, & salutẽ tu. da no. qui sedes sup cherubin, apparet coram Effra. B. & Ma. quorum tandem clamorem Spiritussanctus exaudiens vnxit eum oleo lætitiæ præ consortibus suis, & ad euangelizandũ pauperibus destinauit, sicut ipse Dei filius per prophetam testatur, dicens. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Deinde antiphona ipsa, seu introitus repetitur, vt desideriũ antiquorum patrum seu iteratio, & multiplicatio suspiriorum, & clamoris ipsorũ euidẽtius exprimatur. Vnde propheta, Manda, remanda, expecta, re expecta, modicum ibi, & modicum ibi, si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Hoc autẽ desiderium antiquorũ non semper representat introitus intellectu literę, sed iubilo cãtilenæ. ¶ Verũ int diebus pro festis bis introitus cãtatur in laudem diuinæ & humanæ naturæ. quæ in persona filij sunt vnitæ. In quibusdã vero Ecclesiis, & præcipuis festiuitatib. triplicatur in laudẽ & honorẽ Trinitatis, quasi ei tripudiemus, in cuius memoriã missam cãtamus, & dicitur semel cum gloria patri, ad laudem incarnationis. Quandoq; aũt inchoatur voce demissa, ad notandũ humilitatẽ, subsequenter alta voce repetitur, quæ vocis exaltatio significat excitationem à somno peccati,

Psal. 84. 69. & 44.

Esa. 61.

Psf. 108. 4. Re. 2.

2

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati, quā vox suppressa demonstrat, iuxta illud Apostoli. † Hora est iā nos de somno surgere. Potest etiam & aliter dici, put de inuitatorio in sexta parte sub ti. de nocturnis dicetur, semper tamen integre reperitur, vt pfectio lætitię denoterur. Quędam verò Ecclesiæ dicunt introitum primo perfectè; quia Ecclesia Deum laude pfecta laudat, secundò imperfectè, quia imperfecta est omnis laus vitæ. Tertiò perfectè, quia perfecta est laus patriæ. ¶ Dicitur 4 autem introitus eo, quod dum ille † canit, sacerdos ministratur[2] ad altare intrat, seu quia per illam antiphonam, ad officium intratur, qui etiam vocatur officium, quasi officium, prout dicetur in proœmio. 5. partis. ¶ Cęlestinus Papa statuit, vt psalmi David centum quinquaginta ad introitu missæ ante sacrificium cum antiphona canerentur, quòd ante à non fiebat, sed Epistola Pauli tantum, & euangelium legebātur, 5 & postea missa celebratur. ¶ De † illis ergo psalmis excepti sunt, omnes introitus regulares, gradualia, & offertoria, & communiones, quæ cum modulatione primò cęperunt ad missam in Ecclesia Rom. cantari. Grego. enim introitum missæ cū cantu ordinauit, & vnum versum de illo psalmo, qui cantabatur retinuit. Irregulares verò introitus sunt, qui secundum varietatis solennitatum instituti sunt, vt, Puer natus est nobis &c. & Spiritus Domini repleuit &c. & ibi sunt versus præter, quàm illi Viri Galilæi, & Nūc scio verè, quia misit, &c. & alij quidā secundum aliquas Ecclesias. Et est notandum, q. quando introitus de psalmo sumitur, si primus versus psalmi sit introitus, aliquis de sequētibus versibus eiusdem psalmi erit versus illius introitus, sicut patet in introitu tertiæ feriæ primæ hebdomadæ Quadragesimæ, quæ incipit. Domine refugium, versus est enim; Prius, quàm montes fierent. Si vero non primus versus psalmi, sed si aliqs ali[9] de sequentib. sit introitus, tūc primus versus psalmi, erit versus ipsis introitus, vt Ecce in natali est introitus. Dominus dixit ad me &c. versus verò est; Quare fremuerunt gentes, & in festo Innocētium introitus est; Ex ore infantium &c. versus est; Domine, Dominus noster &c. & sic de alijs, q. fit, ad significandum vnionem, & cōnexitatem captis & membrorum. ¶ Rursus versus quādoq; est duplex, quādoq; est vnus quandoq; dimidius, de quo dicetur in sexta parte sub sabbato tertiæ hebdomadæ quadragesimæ. Cum autem introitus cātatur, non sedetur, quoniam ad opus & pconium Christi introitus refertur, vt prædestinati ad verum cultum Dei vocentur. ¶ In quibusdam Ecclesijs tropi dicuntur, p psalmi ex institutione Greg. Papæ ad maius gaudium de Christi aduentu repræsentandum. ¶ Est autem † propriè tropus, qui 6 dam versiculus, qui in præcipuis festiuitatibus cantatur immediatè ante introitum quasi quoddam præambulum, & cōtinuatio ipsius introitus, vt verbi gratia. In festo natiuitatis ante introitum illum; Puer natus est &c. præcedit tropus iste; Ecce adest de quo prophetę cecinerūt, dicētes, Puer natus est &c. Habuit autē tropus originē à lege, Legitur. n. Num. 10. q. dū eleuaretur arca, cantabatur. Exurge Domine, cum vero deportabatur, cantabatur, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus, & dicitur † tropus, a τρόπος, quod est cōuersio, 7 quoniam quædam ibi solent fieri conuersiones ad introitum; vnde quandoq; prius dicitur versus, & post ἔλεησον. Et inde etiā tropus dicitur, zona, quæ conuertitur ab vmbilico ad vmbilicū eum circumeundo. ¶ Potest † etiam aliter dici quoniam introi 8 tus est laus Ecclesiæ, de Iudæis conuersis. Vnde tria cōtinet, videlicet antiphonam, versus & gloriam, & hæc propter tres ordines fidelium, qui fuerant hebraicæ linguæ, scilicet patriarchæ, prophetæ, & Apostoli. Introitus sine antiphona est patriarcharum, versus prophetarum; gloria vero Apostolorum, antiphonæ repetito est prædicationis, identitas & confirmatio, quasi quod longè prius patriarcha gestibus figurauit, propheta prædixit, Apostolus euangelizauit. Ad quam etiam conuersionem notandum, quòd solēnes tropi aliqui inferuntur, qui sunt laudes ad introitum cōuertibiles. Nam τρόπος Græcè, dicitur cōuersio Latinè, vt præmissum est.

SVMMA.

1 *Sacerdos accinctus ad altare accedens, qd notet. Et eius professionis ordo, et forma nu. 2.*

nu. 2. 7. 8. 9. Et quorumlibet, significatio, fusissimè per discursum nu. 3.
4 *Altaris ministri quid significant.*
5 *Ignis necessarius ad omnia sacrificia.*
6 *Turiferarius cur ceroferarios & alios antecedat.*
10 *Diaconi duo Pontificem deducentes quid significent.*
11 *Mapula, quam quatuor ministri ferunt super episcopū, quid notet, & nu. 12.*
13 *Stupa, qua compuritur in ecclesia, quid significet.*
14 *Processio, siue potius supplicatio ad instar castrēsis aciei instructa, qd notet. Atq; nostra huius institutionis collatio cum veteris testamenti ritu nu. 15.*
16 *Processiones vnde ortum habuerint.*
17 *Processionis siue supplicationis ordo.*
18 *Crux est vexillum triumphi & gloriæ.*
19 *Campanæ pulsatio quid notet.*
20 *Processiones quatuor solennes.*
21 *Dominicæ diei obseruatio antiquitus nihilominus religiosa, quam hodie.*
22 *Processio quos cantus poscat.*
23 *Christus post resurrectionem suam matri primo apparuit, quod falsò tamen Magdalenæ tribuitur.*

De accessu Sacerdotis ac Pontificis ad altare, & de processione. Cap. 6.

CVM introitus, canitur, Pontifex, seu Sacerdos † paratus, & sacris indumentis ornatus, de sacræde egreditur, & ad altare accedit, significās, quod Christus expectatio gentium, carne sacro sancta assumpta, ex virginis carne incorrupta, de secreto habitaculo cœlorum egressus est in mundum, uel de secreta ędę, videlicet de virginali utero egressus est, tanquam sponsus de talamo suo. Porro episcopus siue sacerdos egrediens procedit inter duos, uidelicet inter unum presbyterum, & diaconum, quem antecedit subdiaconus Euangelij codicem clausum gerens. Illum præcedunt duo ceroferarij, quos etiam præcedit ferens turibulum cum incenso. Demum episcopus uel sacerdos ad altare peruenies mitram deponit, confessionem facit codicem aperit, & osculator apertum. Sacerdos itaque seu episcopus illum magnum repræsentat sacerdotem, scilicet, Christum, de quo ait Heb. 9. Apostolus, Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Sacerdos & leuita Lu. 1. illum deducentes legem & propheticam Mat. 1. Deut. designāt secundum illud, quod ipse dominus proposuit in parabola sanciati, qa sacerdos quidam descendit eadem via, & viso illo præterit, similiter & leuita, Moses quoq; & Helias in figura legis & prophetiæ apparuerunt in mōte cum Christo loquentes, Sacerdos ergo & leuita deducūt episcopū; quia lex & prophetia Christum annunciauerunt & promiserūt. Vnde Moses inquit, ppheta suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, ipsum tāquam me audietis. Item Esaias, Ecce ueniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem. ¶ Vel episcopus † seu sacerdos inter duos 2 existens significat Christum inter duo testamenta. Ipse enim a duobus testamentis mundo per prophetas & Apostolos prædicatur. Quia vero ille in mundū venturus præmisit prophetas, sapientes, & scribas, in locū scribarum præmittit pontifex seu sacerdos subdiaconum portātem scripturas, q. sapiens sit domini ea disponere vasa. Quādoq; verò archidiaconus & sacerdos pōtificem deducunt, quem immediate diaconus & subdiaconus antecedunt, q. significant Apostolus, & discipolos, quos Christus misit ante faciam suam, & adhuc quotidie mittuntur prædicatores, & pla- Luc. 1. ti ecclesiæ præparare viam Domino spiritualiter ante faciē suam. Adhuc subdiaconus antecedens significat Ioannem Baptistā, qui præcessit in spiritu & virtute Heliæ præparare Domino plebem perfectā, & fertante pontificem codicem Euangelij, quia Io. ante Christum prædicationem euāgelicam inchoauit dicens, pœnitentiā Mat. 3. agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Diaconus vero representat prophetas, qui annunciauerunt futuram ex Euangelio vitam. Cæterum episcopus ideo sequitur Euangelium, ad notandum, q. debet super illud intueri, & in mēte habere, & ante illum portatur, quia per doctrinam Euāgelij ad Christum uitam uia preparatur. ¶ Potest etiā dici, quod per subdiaco-

Universidad de Deusto Biblioteca

num librum † ferentem, & per diaconum Euangelij præconem sanctos noui testamenti. per librum vero Euangelij nouum intelligimus testamẽ. p ceroferarios vero & turiferarium sanctos, qui præcesserunt nouum testamentum, & per duo candelabra cum cereis ardentibus legem & pheticam, quæ Christum mundi lucem
5 nunciabant, commemoramus. Sine † igne enim non debet sacrificari. extra de celeb. miss. c. fi. iuxta illud Leui. 6. c. Ignis in altari meo semper ardebit. Quid lumẽ huiusmodi significet, & de candelabris, dictum est in 1. par. sub ti. de picturis. Cerei feruntur super candelabra, quæ fundamentum designant, vt super fundamentum luceat coram hominibus lux prædicatorum. Pulchrẽ ergo candelabra diacon⁹ & subdiaconus ante Euangelium præcedunt; qa lex & prophetæ legem gratiæ præcesserunt. In quibusdã ecclesijs sunt tres cerei, quorum medius significat illum, q ait, vbicũque fuerint duo vel tres &c. In alijs septẽ quia gratia septiformis tota Ecclesia illuminatur. De hoc aliàs sub Euangelio dicetur. † Turiferarius verò ceroferarios & alios antecedit, ad notandum, quod turis significatio Sanctis vtriusque testamenti communis est. Per turibulum autem cor humanum competenter notatur, quod debet esse apertum superius ad suscipiendum, & clausum inferius ad retinendum habens ignem charitatis & tus deuotionis, siue suauissimæ orationis, seu bonorum exemplorum sursum tendentium, quod per fumum inde resultantem notatur, Sicut enim tus in igne turibuli suauerit redolet, & sursum ascendit, ita opus bonũ, vel oratio ex charitate, vltra omnia thimimata fragrat. ¶ Adhuc turibulum cum incenso corpus Christi suauitatis odore plenum, carbones Spiritum sanctum, tus boni operis odorem designant. De hoc etiam dicetur in 5. par. sub tit. de laudibus matutinis, & infra sub ti-
7 de Turificatione. ¶ † Postquam ad altare ventum est, cerei, qui præcesserant postponuntur, vt ostendatur doctores fuisse ante natiuitatem, & post, illuminantes. Candelabra uero manibus per acolytos tenentur, donec Κυριε ελέησον incipiatur, ad notandum, quod doctor opere debet exercere, quod docet, quòdque non debet rudem populum deserere, donec sciat profiteri Domine miserere. Illo vero incepto, deponuntur quandoque in pauimento, tum quia post acta bona opera humiliare, & esse puluerem recognoscere nos debemus, tum quia doctores in bono opere & in prædicatione se terram esse cognoscere debent. Sed dum officium inchoatur, subleuari debent, quia quisque & præcipue prælatus se erigere per bona opera debet, ut cæteri hoc uidentes glorificent patrem, qui in cœlis *Matt.5.* est. Adhuc pontifex ad altare perueniens mitram deponit, prout dictum est in 3. par. sub tit. de mitra, deinde cõfessionem
8 dicit. ¶ † Interea vero dum confessio fit, subdiaconus tenet librum Euãgeliorum clausum ante faciem eius, a parte sinistra. Stat quidem ad sinistram, quoniam ipse tenet in aliquibus locum prophetarum, quos sæpe in ecclesia legis tenet librum ante oculos põtificis, ut ille ignem memoriam habet Euangelicæ prædicationis, qui clausus tenetur, quoniam euãgelica clausa in prophetis mystice cõtinetur. Confessione autem facta sacerdos librum aperit & osculatur, prout sub titu. de osculo altaris dicetur. ¶ † Sane secun-
9 dum Innocen. Papam III. Romanus pontifex, dum stationalis solennitas celebratur, cum sex ordinibus clericorum, de q-bus in proœ. secundæ partis dictum est, à sacrario, siue à loco. ubi se induit & parauit, processionaliter progreditur ad altare, designans, quod Christus exiuit a patre, & venit in mũdum. Hic enim processionis ordo generationis Christi seriem representat, quam Matthæus Euangelista describit in qua sex inueniuntur ordines personarum, a quibus secundum car- *Io.16.* nem Christus originem traxit, & in mun *Mat.18* dum processit, uide Patriarchæ Prophetæ, Reges, Principes, Pastores, & Duces. Abraham Patriarcha, Dauid Propheta, Salomon Rex. Salomon Princeps, Iudas Pastor, Zorobabel Dux. ¶ † Duo
10 diaconi Põtificem deducentes significant Abraham & Dauid, quibus incarnationis Christi facta est repromissio. Nam illi promissum est, in semine tuo benedicentur omnes gentes, Isti vero pollicitum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam propter quod Euangelista figu-
Ps. 79. raliter hos duos in generatione Chri prę-
Mat. misit inquiens. Liber generationis Domini nostri Iesu Christi filij Dauid, filij
3. *Re.* 7. Abraham. Isti sunt duæ columnæ, quas vetus ille Põtifex in uestibulo templi posuit ante ostium, quas ambit funiculus duodecim cubitorum, ideſt, quos fides duodecim apostolorum amplectitur, de quarum medio Christi ostium credenti-
11 bus aperitur. ¶† Quatuor autem ministri super Põtificem mapulam ferunt in sum mitatibus quatuor baculorum colligatam, & inde ipsi ministri mapularij nuncupantur, mapulla illa, quæ diuersis figurata est imaginibus, sacram designat scripturam, quæ multis, & varijs est insignita mysterijs. Hæc quatuor baculis super Pontificem portatur extensa, quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fertur
Gen.1. expositа, videlicet historicè, allegoricè, anagogicè, & tropologicè, prout dictum est in proœmio primi libri. Hic est fluuius
Exo.25. paradisi, quia quatuor in capita diuisus progreditur hęc est mensa propositionis, quæ quatuor pedibus eleuata subsistit. Super Pontificem ergo portatur extensa, vt is veniſſe monstretur, quem lex scripserat & prophetæ. Nam ipsemet Christus incipiens à Mose & prophetis, interpre-
Lu.24. tabatur in omnibus scripturis, quæ de ip-
Ioan.5. so erant, propter quod dicitur alibi, si crederetis Mosi, crederetis, & mihi, de me
12 enim ille scripsit. † Quatuor ministri mapulam ferentes, quatuor sunt euangelistæ sacram scripturam declarantes, & fidem exaltantes. Hinc est, quod in summitatibus baculorum eorum imagines collocantur & præferentur duo luminaria cum incenso, quia lex & prophetæ cum psalmis Christi pronuntiauerunt aduentum, Christo attestante, qui ait, Necesse est impleri
Lu.24. omniã illa quæ in lege Mosis, & prophetis. & psalmis de me scripta sunt. In maioribus autem solennitatibus septem candelabra
Apo.1. coram pontifice deferũtur, per quod illud ostenditur, quod Ioannes in Apoc. describit. Conuersus (inquit) uidi septem candelabra aurea, & in medio illorum similem filio hominis, vestitum pondere, ut ille, per hoc aduenisse monstretur, super quem requieuit spiritus gratiæ septiformis, secundùm illud Esa. uaticinium, Egre *Esa. 2.* dietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini &c. ¶ In quibusdam etiam basilicis circa medium † chorimanipulus 13 stupæ appenditur, cui Pontifex transiens ignem apponit, vt in conspectu populi cito incineretur, per hoc secundum aduentum commemorans, in quo Christus viuos & mortuos, & seculum per ignem iudicabit. Ne ignis in conspectu eius semper ardebit. Leuitic. 6. & in circuitu eius tempestas ualida, Psalm. 19. ne videlicet, quis male securus existat, quòniam qui primo aduentu blanditur, pro secundo exterret, qui enim iudicandus uenit in primo, iudicaturus ueniet in secundo. Hoc etiam fit, ut Pontifex ignem apponens consideret, quod ipse debet in cinerem redigi, & ornatus eius in fauillam cõuerti, & quòd quemadmodum stupa facilè comburitur, sic etiam facile & quasi in momen
1. Io. 2. to præsens transit mundus, & concupiscen-
Iac. 4. tia eius, quia (secundum Iacobum Apo-
Es. 40. stolum) vita nostra uapor est, & ad modicum patens, ne forte qui gloriosus incedit, in temporali gloria delectetur: nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Cum autem iam pontifex appropinquata altari, primicerius ftolæ cantum accedens, dextrum ipsius humerum coram adstantibus osculatur, quia cum Christus nasceretur in mundo, Angelus ille, cum quo facta est cœlestis militiæ multitudo laudantium Deum, natiuitatem eius pastoribus patefecit, de quo dicit pro-
Luc.2. pheta: Puer natus est nobis, & filius da-
Es.9. tus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Porrò tres sacerdotes, qui pontifici uenienti coram altari reuerenter occurrunt, & inclinantes os eius osculantur, & pectus, significant illos tres Magos, qui uenerunt Hierosolymam, dicentes. Vbi est, qui natus est *Matt. 2.* rex Iudæorum? & procidentes adorauerunt eum & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, tus, & myrrham. Per geminum quidem osculam geminam in Christo confitentur naturam, diuinam scilicet, & humanam, diuinam, quasi latentem in pectore, humanam, quasi pa-

Universidad de Deusto Biblioteca

si patentem in ore, quas etiam per oblata munera Magi mysticè figurarunt. Osculũ enim signum est reuerentiæ, ut sub ti. de pacis oscul. dicetur. ¶ Disponitur autem
14 ista † processio, velut castrorum acies ordinata. Nam maiores & fortiores quasi
Can. 6. custodes exercitus præueniunt, & sequuntur, minores autẽ quasi debiliores in medio colliguntur, præcedunt enim episcopi, & presbyteri subsequuntur, Pontifex, & diaconi in medio colliguntur subdiaconi & acolyti, cantores verò quasi tubicines exercitum præcedunt, ut eum ad prælia contra dæmones exercitent & in-
Ephe. 6. uitent, de quo prælio Apostolus dicit. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Vnde buccinate in neomænia tuba, in die insignis solennitatis
Psa. 80. uestræ. ¶ † Præmisimus de cessione summi Pontificis, inde etiam occasione sumpta, & de alijs processionibus aliqua subijciamus. Circa quod gñaliter notandum est, quòd sicut in Missa legatio Christi pro nobis in mundum figuratur, & in processionibus nostris reuersio nostra ad patriam nostram denotatur, quarum solennitates egressum populi de Aegypto penè in omnibus imitatur, sicut, enim populus ille per Mosen ereptus est de manibus Pharaonis, sic populus Dei per Christum liberatur de ore leonis. Et sicut tabulæ testamenti de monte Synai acceptæ sunt à Mose, & coram populo portatæ. Exod. 34. & 35. cap. sic liber Euangelij sumitur de altari & portatur. Illos verò columna ignis præcedebat, & nos lumẽ candelæ præcedit. Ante tumas illorum signa ferebantur, ante nos cruces, & uexilla portantur. Ibi prodigia fiebant, & apud nos miracula non cessant. Illic læuitæ tabernaculum fœderis portabant, & nostri diaconi, & subdiaconi planaria & capsas ferunt. Ibi arca Domini à sacerdotibus portabatur, & apud nos scrinium aut feretrum cum reliquijs a presbyteris deportãtur. Apud illos Aaron summus sacerdos sequebatur ornatus, & apud nos episcopus infulatus. Apud eos Moses cum virga, apud nos rex cum sceptro, vel episcopus cum sambuca. Ibi clangor tubarum, hic strepitus campanarũ. Ibi, populus armatur, hic clerus sacris vestibus & populus uirtutibus adornat. Ibi populus aspergebatur sanguine, hic aqua benedicta cum sale. Illis obuiebat Amalech sanguinem sitiens, nobis turba dęmonum nostræ vitæ semper insidians. Illis suus Iosue siue victor extitit, & noster Iesus uictoriam nobis obtinuit. Cum autem ad aliquam ecclesiam processionaliter tendimus, tunc quasi ad terramo accedimus promissionis. Cum uero ecclesiam cantantes intramus quasi gaudentes ad patriam peruenimus. Cum circa ecclesiam feretrum cum campanarum pulsatione portamus, quasi cum arca, cum sono turbarum, & cum clangore populi Hiericho circuimus. Hiericho corruit & destruitur cum in nobis concupiscentia vincitur. Cum verò de choro ad aliquod altare imus, ibiq́ue stationem facimus, significat, quod animæ ad Christum tendunt & continentur in consortijs Angelorum. ¶ Secundò, etiam Dauid † & Salomon nos ad processiones informauerunt, cum Dauid arcam Dei in tabernaculum & Salomon in templum cũ Hymnis, & canticis portauerunt, & sub alis Cherubin locauerunt. Sicut Christi humanitas ascendens cęlum ingreditur, & ab Angelis pereuniter adoratur, quem fidelis anima comitatur. ¶ Tertiò, etiã in processionibus memoramus, quod Christus de sinu patris venit in mundum, de præsepe ad templum, & de Bethania in Hierusalem, & de Hierusalem in montẽ, optantes, ut de mundo reuertamur ad patriam, & de una ecclesia ad aliam, scilicet de militante ad triumphantem, sequentes crucem, ideſt, vestigia crucifixi, & nos uitijs, & concupiscentijs crucifigentes, Sequentes etiam vestigia Sanctorum, præcepta Euangeliorum, & induti vestes sacras, scilicet loricam iustitiæ, cingulum continentię, scutum fidei, & galeam salutis ęternæ. Deinde sacerdos celebraturus quasi contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus pugnaturus, sacris vestibus quasi armis induitur, prout dictum est in proœmio tertiæ partis. ¶ In † nonnullis autem Ecclesijs, sic processio ordinatur. præcedunt namque septem acolyti cum luminarijs, significantes omnes, qui per septiformem Spiritumsancti, gratiam lumen scientiæ fidelibus ministrauerunt, illos sequuntur septẽ subdiaconi, cum planarijs, significantes illos, qui per eandem gratiam pleni tudiné diuinitatis in Christo habitaturam corporaliter docuerunt. Et post eos septẽ diaconi representantes vniuersaliter omnes, qui per eandem gratiam spiritualem intelligentiam, videlicet Euangelicam de Christo habuerunt. Et post eos 12. priores, figurantes omnes, qui fide sanctæ Trinitatis, uel trium, uel quatuor virtutũ operibus coruscarunt, quos cõmittantur, tres acolyti, cum turibulis & incenso, significantes tres Magos, qui Christo munera obtulerunt. Deinde sequitur unus subdiaconus codicem Euangelij baiulans, qui significat legem, qui ideo Pontificem præcedit, quia lex continens in se passionis Euangelicæ sacramentum, præcessit Christi aduentum, & portat illum clausum adnotandum, quòd illud fuit in lege obscurum,
Apoc. 3. prius, quàm agnus septem libri sigilla aperiret. Deindè Pontifex à duobus quasi in curru uehitur, quẽ turba cõmittatur orãdo, in quo designatur, quòd populus sequitur Christum in cœlum, in quo comitatu decem sunt ordines, ostiarij, lectores, exorcistæ, acolyti, subdiaconi, diaconi, presbyteri, cantores, laici, mares, & mulieres,
Psal. 64. quia currus Dei decem milibus multiplex
Mat. 24 milibus dicitur, ad insinuandum eorum profectionem. Sed diaconos, subdiaconos, & acolytos præsertim secum paratos adducunt, iuxta illud. Ecce ego mitto ad uos prophetas, sapientes, & scribas. Prophetæ sunt diaconi, sapientes subdiaconi, scribæ acolyti. His siquidem Christi Vicarius, & ipse Christus in publicum deducitur in modum adolescentularum tym-
Psal. 67 paniistriarum. Cum autem prodeunt cantores in duo chori suscipiunt gratulando cantantes introitum, cum Gloria in excelsis. nẽpè cantores siue clerici in albis exultantes. Angeli sunt, qui Christum ascendentem, cum gloria, & laudibus in altissimis acceperunt, Duo chori, qui laudes concinunt, sunt duo populi, Iudaicus videlicet, & Gentilis, qui Christo venienti cum laudibus occurrunt. Ipsa uero processio est uia ad cœlestem patriam. Aqua benedicta præcedens munditia uitę est, Luminaria misericordiæ, opera iuxta illud. Sint lumbi uestri, præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris &c. Siquidem Pontifex, seu sacerdos, quasi medius collocatur inter clerum & crucem præcedentem, & populum subsequentem, tanquam mediatoris Dei & hominum uices gerens. Præterea maiores in choro & in processione posteriores sunt, quia salus fit descendenti. Vnde Zachæus, princeps publicanorum, quia pusillus erat, cum ascendisset arborẽ sycomorum, ut uideret Iesum transeuntem. ait ei Iesus, Zachæę descende, quia hodie oportet me manere in domo tua, at ille descendit, & excepit illum gaudens in domum suam. Iudæi uero in sublimi stantes erant, & maiores eorum primas cathedras in synagogis habebant.
Luc. 19. *Luc. 19.* *Mat. 13*
18 ¶ Crux † ergo, quasi, regale uexillum, & triumphale signum in processionibus præmittitur. Primo, ut fugiant, qui oderunt eum, a facie eius, Psal. 67. Est enim signum uictoriæ Christi. Iuxta illud, Vexilla regis prodeunt &c. quo dæmones uicti sunt. unde illo uiso timent, & fugiunt. Et propter hoc in quibusdam locis tempestatibus aeris opponitur, ut dæmones fugiant, & ab aeris concitatione desistant. Nempe sancte crucis mysterium, est nostrum signum & uexiliũ. Vnde Esa. 2. Statim signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. ¶ Secundò crucis uexillum præmittitur, quia sicut ait Apostolus ad Galat. Absit nobis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mundus nobis, & nos mundo crucifigi debemus. De hoc etiam sub ti. de Euangelio dicetur. Quandoq; etiam vexilla præmittuntur, ut dicetur in sexta parte sub tit. de rogationibus. ¶ † Sanè, ut præmissum est,
19 dum fit processio, campanæ pulsantur. Nã sicut rex terrenus in exercitu suo legalia habet insignia, scilicet tubas, & uexilla, sic & rex æternus Christus, in ecclesia sua militanti campanas pro tubis, & cruces pro uexillis habet, de quo in parte prima sub titul. de campanis dictum est. Adhuc campanarum strepitus prophetas, qui Christi aduentum prænuntiarunt, figurat, panni, & alia substernuntur in loco unde transire, & ad cantandum processio stare debet. Iuxta illud Thobiæ penul.

Plateæ tuæ ſternuntur auro mundo, & cã
dido. & in vijs eius cantabitur alleluia.
20 ¶ † Illud tunc ſciendũ eſt, q̃ quatuor ſunt
ſolẽnes ꝓceſſiones, ſcilicet in purificatione
B. virginis Mariæ, in Ramis palmarum, in
Paſcha, de quibus in ſuis locis dicetur &
quarta, quæ fit in Aſcenſione Dñi, ad re-
præſentationem illius vltimæ proceſſio-
nis, quam diſcipuli poſt Dominum in die
Aſcenſionis eius in cęlũ fecerunt, venien-
Mat. 28. tes cum eo ad montem Oliueti. Vnde aſ-
Luc. 1. ſumptus eſt videntibus illis, in cuius pro-
ceſſionis repreſentationem fit proceſſio in
21 dominicis diebus. † Sciendum eſt enim,
quòd primitiua eccleſia obſeruabat diem
dominicam ſolemnem, vt & modo, & fie-
bat in ea proceſſio in memoriam Reſur-
rectionis, & obſeruabat etiam quintam fe-
riam, & fiebat in ea proceſſio in memoriã
dominicæ Aſcenſionis, ſed multiplicatis
ſanctorum feſtiuitatibus, ſublata eſt ſolẽ-
nitas quintæ feriæ, & eius proceſſio per
Agapitum Papam in Dominicam tranſ-
lata eſt, ut à populo tunc ad eccleſiam con
ueniente ſimul & ſolemniter valeat cele-
brari, & propter hoc dies Iouis dicitur
vulgariter cognata diei Dominicæ, quia
videlicet antiquitus per ſolemnis fuit vtri
que. In diebus igitur dominicis proceſſio-
nem facientes, Reſurrectionem domini-
cam memoramus, vt proceſſionem per di-
ſcipulos poſt Dominum factam repræſen-
tamus, non quòd illi eam in dominica die
fecerint, ut præmiſſum eſt. Nempè egre-
diendo & regrediendo ad eum, quaſi de
Hieruſalem redimus ad Hieruſalẽ, prout
illi fecerunt, & ſequimur crucem, ſicut illi
Cruc fixum, & licet illi ſine Ieſu redierunt
nos tamen cũ cruce redimus pro eo, quòd
Mat. 28. ipſe dixit. Vobiſcum ſum vſque ad con-
ſummationem ſeculi, quæ proceſſio ante-
quam tertia dicatur, facienda eſt, prout in
22 ſexta parte ſub Aſcenſione dicetur. ¶ † Nõ
eſt etiam prætermittendum quòd in Do-
minicalibus proceſſionibus de nouo dun-
taxat teſtamento cantare, & virginem ſa-
lutare, aliquid, quod ad eius laudem pro-
priè pertineat, cantare debemus, ex quo
etiam conſuetudo inoleuit, ut in clauſtris
oratorium virginis conſtruatur, quam in
ſtatione primo ex priſtina cõſuetudine ſa-
23 lutamus. Licet enim dicatur, quòd Chri-
ſtus reſurgens prius Magdalenæ apparue-
rit, verius tamen creditur, quòd matri ſuæ
ante omnes apparuerit, ſed ad Euangeli-
ſtas hoc dicere non pertinuit, quorum offi
cium fuit teſtes Reſurrectionis inducere,
nec decuit ad teſtificandum pro filio ma-
trẽ inducere. Si enim verba extraneorum Pſal. 86
ſęminarum viſa ſunt incredulis deliramen
ta, quomodo non magis matrem pro filij
amore crederent deliraſſe? & ſic Romana
ſentire videtur eccleſia, quæ in prima die
poſt Reſurrectionem, ſin Paſcha, apud
Beatam Mariam maiorem celebrat ſtatio-
nem, quaſi præponens Hieruſalem, ideſt,
virginem, quæ vidit pacẽ præ alijs in prin-
cipio lætitiæ ſuæ, quocirca ſicut prima die
ad miſericordiam ſuam apud ſanctam Ma
riam maiorem præcurrimus, ſic & ad eius
honorem in Dominicalibus proceſſioni-
bus prima ſtatio deputatur, ut eam laudi-
bus extollentes, & ad eius orationem feſti-
nantes cum ſponſo dicere videamur, Va-
dam ad montem myrrhæ, & ad collem tu Cant. 4.
ris, mons quidem eſt ipſa caſta virgo, ad
quam filius reſurgens vadit apparendo, &
nos adorando. Sed non eſt neceſſe, quòd
ſic dicatur, quia nunquam diſparuit & qđ
ſemel, melius eſt &c. Sed ideo ſic ponitur
propter rudes, & ſenſibus tantum, & non
intellectu præditos. Poſtremò notandum
eſt, quòd in quibuſdam Eccleſijs poſt pro-
ceſſionem omnes clerici ante crucifixum
veniunt inclinantes illi, & dicentes Aue
Rex noſter, benedictus, ſed & qui pluuiã-
lia, aut alias ſolennes veſtes portarunt, an-
te altare illas deponunt, primo ad repre-
ſentandum, quòd filij Hebræorum ſterne-
bant veſtimenta ſua in via ante Chriſtum
in proceſſione ſibi Hieruſalem venienti fa
cta. Secundo, ad oſtendendum, quòd di-
uino vacaturi officio, omnia mundana à
mentibus abijcere debent.

S V M M A.

1 *Confeſſio cur ante Miſſam a ſacerdote ineunda & nu. 2.*
3 *Pectus quando & cur tundamus.*
4 *Manipuli impoſitio in brachio epiſcopi qd nocet.*
5 *Manuum iunctio in confeſſione quid no-*
tet.
Incli-

6 *Inclinationis ſacerdotis in miſſa quod notent.*
7 *Inclinationes Chriſti tredecim in ara paſſionis.*

De confeſſione facienda in miſſa. Cap. 7.

1 RIVS q̃ † ſacerdos uel Epiſcopus gradus altaris aſcendat, & ante quàm ſacrum ordinetur officium, ad ſeipſum reuertens inclinat ſe ante alta re ſignificans Chriſti exinanitionem, qui Prou. 18 inclinauit cęlos & deſcendit. Pſ. 17. cum Pſa. 31. ſe formam ſerui accipiens exinaniuit, & conſiderans, quòd ſicut dicit Salomon. Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui, confiſus etiam de illa prophetica conſolatione, Dixi confitebor & ture. &c. de pœ. di. 1. dixi. de peccatis ſuis cum ad ſtantibus generaliter confitetur. Pſalm. il Pſ. 25. lum præmittens ex inſtitutioni Cæleſtini. Papæ. 1. q. 1. rite ad hoc conueniente; Iudica me Deus &c. vt diſcretus à gente non ſancta, & ab homine liberatus iniquo, ad altare dignus introeat. Petit .n. liberari à tentatione, & illuminari à gratia, ut patet in ipſo pſalmo. Petit etiam à Deo, ut det ei, quòd offerat, ſ. filium ſuum, Gen. 22. quem niſi ei daret, prout Abrahæ dedit,
2 non haberet quid offerret. † Fit ergo confeſſio, ut purior ſit, & ſine macula ingrediatur. In quo notandum eſt, quia non (ut quidam minus prouide faciunt in ſpecie) ne cauterizantur conſcientiæ auditorum, ſed in genere confitenda ſunt peccata, quoniam iſta confeſſio non eſt occulta, ſed manifeſta & nota, q̃ cum in templo Salomonis dedicato ſacerdotes 4. Re. 8. dicerent. Confitemini domino, quoniam bonus quoniam in ſeculum miſericordia eius, nebula impleuit domum domini, & obumbrauit facies ſacerdotum, ita quòd ſe inuicem videre non poterant. Et ait Salomon. Dixit dominus, quòd habitare in nebula, dixit, ideſt, opere demonſtrauit, quoniam in monte Synai apparuit in nebula, Iſrael in nube proceſſit, & ante Moſen in caſerna poſitum tranſiuit in
3 nebulam. † Percutimus autem pectus, cum peccata confitemur, exẽplo publicani, qui pectus ſuum percutiebat dicas. Do- Luc. 18.
mine propitius eſto mihi peccatori. In tunſione quidem pectoris tria ſunt, ictus, ſonus, & tactus, per quæ ſignificantur tria, quæ ſunt in uera pœnitentia neceſſaria, uidelicet cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatisfactio, quia in tribus peccamus, ſ. corde, ore, & opere. Deinde ꝓ circunſtantibus orat, indulgentiam peccatorum implorans, nam Chriſtus de ſinu patris in mundũ ueniens, & de utero uirginali procedens, patribus ſuſpiria multiplicantibus pro nobis paſſurus Hieruſalem introiuit, in montem ſe inclinauit, cauſam ſuam cõtra hoſtem doloſum, & iniquum Deo committens, & pri confeſſionem fecit, dicens, confiteor tibi pater cœli &c. ipſe quoque nobis indulgens ꝓprio corpo- Matt. 2.
re peccata nra portauit. ¶ Sanè Pontifici
† facturo confeſſionem ſubdiaconus ma- 4
nipulum coram altari immittit. Primò ad notandum, q̃ conceſſa tpalia per manum alienã, puta ſubdiaconi uel alterius, & non per propriam recipere & adminiſtrare debet. ¶ Secundo ad deſignandum, q̃ non ſufficit oris confeſſio, niſi & boni operis fructus, per populum ſignificatus, ſequatur. ¶ Tertiò, ut uidens ſe in inferioris miniſterij ornamento ornari, animo humilietur. ¶ Rurſus, ideo Pontifex poſt acceptam caſulam, & non ante, manipulum recipit, quia Chriſtus, cuius typum gerit, non prius manipulos operum, qui per manipulum ipſum deſignantur, obtulit, q̃ cœleſtem haberet conuerſatio, qui per caſulam figuratur, prout in parte tertia, ſub dalmatica dictum eſt. Sacerdos uerò econtra, ante indutam caſulam manipulum ſumit, quoniam cœleſtem conuerſationem adipiſci nequit, niſi prius ſanctorum operum manipulos portet. ¶ Ad huc Pontifex poſtquam ad altare peruenit, manipulum recipit, ad notandum, q̃ tunc demum bonorum operum effectiuum præmium percipiemus, cum ad æterni tribunal iudicis perueniemus. ¶ † Sa- 5
cerdos autem, dum facit confeſſionem, & etiam ſæpe in miſſæ officio manus iungit, quæ manuum iunctiones deuotionem ſignificant. Et quia illa in aliquo eſt maior, in aliquo eſt minor, ideo certus ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

nuum iunctionum non est numerus determinatus. ¶ Rursus, sacerdotis manuum iunctio significat omnium bonorum à Deo fluentium in ipso unitatem & cõiunctionem. Et quia infinita bona infinitis & in determinatis modis possunt à Deo procedere, ideo manuum iunctionem sacerdotis numerus determinatus non est. 6 ¶ Inclinationes † vero sacerdotis in officio Missæ secundum morem quorundam ecclesiarum sub certo numero perstringuntur, quoniam regulariter octo uicibus profunde coram altari, & tredecim vicibus mediocriter super altare inclinat. ¶ Octo profundas inclinationes ante altare facit ad referendas gratias ipsi Christo, de octo principalibus, quæ egit ante sui imolationem, quã sacerdos in officio figurat altaris. ¶ Primum fuit admirabilis incarnatio. *Ps.24.* ¶ Scdm fuit discipulorum gratuita uocatio. ¶ Tertium dæmonis in tentationibus superatio. ¶ Quartum miraculorum operatio. ¶ Quintum, infirmorum sanatio. ¶ Sextum, mortuorum resuscitatio. ¶ Septimum, oĩum quæstionum, & propositorum per suam sapientiam determinatio. ¶ Octauum, salutaris populorum instructio, & quæcunque ante sui imolationem egit ad hæc octo, secundum Ber. reduci uidẽtur. ¶ Tredecim uero inclinationes mediocriter facit super altare, quia Christus tredecim fecit in ara crucis, sumendo aram crucis, pro toto tpe suæ passionis, q, incedit in hora captionis. ¶ Pri-
7 mum fuit inde † proditoris discreta redargutio, dicentis: Iuda, osculo filium hois
Luc. 22. traditis. ¶ Secundum fuit ipsius captionis
Io. 18. sui improbatio, dicentis eis. Quem quæritis, qui responderunt, Iesum Nazarenum, quibus respõdit. Ego sum. ¶ Tertium falsis testibus, & regibus mansueta rñsio. ¶ Quartum sputorum & uerborum sine murmuratione toleratio. ¶ Quintum in his, quæ uidit & audiuit nulla sibi vel alijs data perturbatio. ¶ Sextum discipuli cum ter negantis culpæ condonatio. ¶ Alia uero septẽ enumerat Ambrosius ab eo in ligno crucis facta, dicens. Actor pietatis in cruce pendens officia diuidebat, persecutionem Apostolis, pacẽ discipulis, corpus Iudæis, spiritum patri, paranymphum uirgini, paradisum latroni, & infernũ peccatori. ¶ Oscula quoque sub cætero numero fiunt, prout dicetur in quarta particula canonis.

S V M M A.

1 *Turificatio altaris quid designet.*
2 *Christus omnes orationes non exaudit.*
3 *Tus orationem significat.*

De incenso benedicendo, & in turibulum mittendo. Cap. 8.

POst factam confessionem, & data absolutionem. † Pontifex uel sacerdos prius quã dicat, Deus tu conuersus &c. incensum cum benedictione in turibulo apponit, representans, quod legalis sacerdos ferens sanguinem, & carbones cum thimiamate in turibulo oras ponebat, ut fumus eum obumbraret prout dictum est in procœmio huius partis. Per hoc etiam illud insinuans, quod Angelus uenit, & ante altare stetit habens turibulum aureum in manu sua, quod impleuit de igne altaris, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum. ¶ Sanè Angelus est Christus, turibulum aureum corpus imaculatum altare Ecclesia, ignis charitas incensum oratio, secundum illud propheticum. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Venit ergo Angelus, ideſt Chri- *Ps. 140.* stus, qui stetit ante altare, ideſt in conspectu Ecclesiæ, habens turibulum aureũ, ideſt, corpus immaculatum, plenum igne, ideſt charitate, & data sunt ei, scilicet à *Apo. 8.* fidelibus incensa multa, ideſt, orationes vt daret, ideſt, repræsentaret eas patri de orationibus Sanctorum. ¶ Et † nota, 2 quia non dicit orationes: Christus enim non omnes rationes exaudit, sed dicit de orationibus, de illis videlicet quæ pertinent ad salutem, unde cum Paulus ter dominum rogasset, ut ab eo stimulum carnis auferret, respondit ei Dominus. Suffi- *2. Cor. 3.* cit tibi gratia mea. Nã uirtus in infirmitate perficitur. Episcopus ergo vel sacerdos tus in turibulo apponit, quia Christus orationes inspirat animo, ut per ipsum offeratur incẽsum in odorem suauitatis, sacerdos

cerdos autẽ minister incensum repræsentat episcopo, vel diaconus sacerdoti: quia lex illud pretiosum thimiama consecit, quod in odorẽ suauitatis altissimo offerret; de quo Dominus subdit in Exod. 30. cap. Talem confectionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino, & homo quicunque fecerit simile, ut odorẽ illi⁹ perfruatur, peribit de populis suis. Et ex hoc verbo fuerunt, qui dicerent, quòd si oblato ture & benedicto supra altare turibulũ descẽdat ab altari ad clericos vel laicos, tunc aliud intus sine benedictione apponendum est, & omnibus tam clericis, quam laicis offerendum, tanquã illud spe- *2. Cor. 5.* ctet ad λατρεῖαν, istud ad δουλείαν. Melius tamen secundum spiritum, quã secundum literam intelligitur, nam litera occidit, spiritus uiuificat, & ,ppter præmissam etiam causam odor turis benedicti nõ datur in ecclesia spõso & sponsæ. Per † con-
3 secrationem, vel cõsecrationem uero turis significatur, quod sacerdos orationem seruẽtem & deuotam debet habere. Thus enim virtutem habet ascendendi, ex sumi leuitatẽ, consolidãdi sui qualitate, cõstringendi ex glutinitate, cõfortãdi ex aromaticitate, sic dũ oratio ascendat in Dei memoriam, animam consolidat, quantum ad culpam præteritam, impetrando medelam, & constringit, quò ad committendi licentiam, confortat quò ad presentẽ impetrãdo tutelam, de quo etiam dictum est sub tit. de accessu pont. ad al. & dicit sub ti. de turificatione. ¶ Nauicula verò, in qua incensum reponitur designant, quod per orationem, quam incensum significat, de huius mundi mari magno, & spacioso ad cœlestem patriam satagamus nauigare. Vnde in Prou. Facta est, quasi nauis instito- *Prou. 31* ris portans de longe panem suum. Potest etiam dici, per turibulum, cor hominis: p ignem, feruor deuotionis, per incensum orationes efferuntur, quæ per Angelum, ad Deum perferuntur, signat uascula, quibus ignis recipitur, sunt filij qui corda patrum pietate, & fluẽtia imitantur, & flam mam cœlestis sacrificij, quam in proximorum mentibus aspicitur, in suis ascendere satagunt. ¶ Instrumẽta uerò quibus ignis ad alteram portatur, sunt prædicatores, qui exemplus Sanctorum charitatis ignẽ portant. & in corda fidelium transferunt quæ cerda patrum in filios conuertunt. Turibulum autem quid significet, dicetur *Luc. 1.* sub titulo de Turificatione.

S V M M A.

1 *Osculum altaris quid notet. Item Euangelij, num. 2.*
3 *Osculatur ministros Episcopus. Et qua id admonitione. Idque uarie, nu. 4. & 5.*

De osculo altaris, & libri. Cap. 9.

POst immissum in turibulo incensum sacerdos, seu episcopus dicto. † Deus tu 1 conuersus &c. sacrum osculatur altare, ut notetur pacificatio cum Iudæis, & ad designandum, q, Christus ad nos veniens sanctam sibi copulauit Ecclesiam, iuxta illud epitalamicũ, Osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidẽ os ori sui *Cant. 9.* coniungitur, & in Christo non solum humanitas est unita diuinitati, verum etiam sponsa copulata est sponso, iuxta illud propheticum. Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam ornauit me monilibus. Rursus, quando prophetalis uersus introitus à cantore incipitur, sacerdos *Esa. 61.* ad altare ascendens, illud osculatur: quia prophetarum sẽtimonio Christus uenit in mundum, & ad passionem altaris. Quoties autem in officio Missæ osculetur altare, & in qua parte eius oscula fiant, & quare manibus super illud depositis, & quare signo crucis in locis osculandis prius impresso dicetur sub quarta particula canonis, In hoc autem loco altare significat populum Iudaicũ. ¶ Codex † uero Euangelij, 2 siue Euangelium populum Gentilem, qui per euangelium crediderit, ideo ergo Episcopus uel sacerdos euangelium, & altare osculatur, quia Christus utique dedit pace quando lapis angularis factus fecit utraque unum. Potest etiã dici, quod subdia-

conus

Universidad de Deusto Biblioteca

conus librum Euãgelij, qui clausus porta bat, offert Episcopo, vel sacerdoti, ille ve- ro ad altare peruenies, illum aperit, ad in stinãdum illud quod in Apocalyp. describitur, q̃ nemo dignus est aperire librum, q̃ intus erat scriptus, & foris sigillis septẽ signatus, nisi Leo de tribu Iudã, clauis Da- *Ebbe. 2.* uid, qui librum aperuit, & septem eius si- *Apoc. 5.* gnacula soluit. Per altare verò Ecclesia si- *Exo. 20.* gnatur, iuxta illud Exo. si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud defectus lapidibus. Per sectionem lapidum in alta- ri diuisionem filiorum reprobat ecclesia ne videlicet p̃ errores & scismata diuidã- *Luc. 8.* tur. Liber ergo aperitur, cũ episcopus ad altare peruenit, quoniã vbi Christus pri- mitiuam Apostolorum cõgregauit eccle- siam, docens & prædicans scripturæ my- steria reuelauit, dicens. Vobis datum est *Luc. 24.* nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis. Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scriptu- ras. Rectius igitur facit episcopus, cum ip- semet aperit librum Euangeliorum, licet & Christus per ministros suos patefeceri- mysteria scripturarũ. Libro verò aper- to illum osculatur à parte sinistra ad desi- gnandum, quod prædicatores reconcilia- *Io. 14.* uerunt, & obtulerunt Gentes Christo, q̃ bus ipse per se non prædicauit, licet & ip- se per se pacem in Euangelio prædicaue- rit dicens. Pacem meã do vobis &c. Quia verò ipse etiam in cruce pendẽs pacem fe cit, ideò mox transiturus ad dextrum cor nu altaris signat se signo crucis, q̃a ut ait *Ephe. 2.* Apost. ad Ephe. Christus pax nostra vtra- que fecit unum, duos ac diuersos parietes idest, populus copulans. Post hoc codex Euangelij super altare clausus ponitur, q̃ quantum ad hoc significat Hierusalem, prout sub Euangelio dicetur. ¶ Deinde 3 † Romanus pontifex (& etiam alij quidã) cõuersus osculatur diaconum ut ostendat pacem illam in aduentu Christi venisse *Psal. 71.* quã prophetæ promiserant. vnde Dauid. Orietur in diebus eius iustitia, & abundã- tia pacis, donec &c. Et alius propheta. Pax erit in terra nostra, cum venerit. Et ideò Christo nascẽte uox intonuit Angelorũ; Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Osculum enim quandoq; pacem si- gnificat, prout dicẽt sub tit. de osculo pa- cis. Diaconus verò statim se inclinans osculatur pectus eius; designans, quod in- spiratione diuini prophetæ pacem prædi- xere futuram. Nam & Ioannes super pe- *Io. 13.* ctus Domini recumbens Euangelij fluen- ta de ipso sacro dominici pectoris fronte potauit. 93. dist. legimus. In † nõnullis ne- 4 ro ecclesijs episcopus primum osculatur ministros, postea altare, deinde. Euãgeliũ quoniam Christus primum reconciliauit sibi Apostolos, postea Iudæos, deinde Gẽ- tiles. In quibusdã etiam locis offert oscu- lum pacis cantoribus, quasi retrorsum im- plens illud. Pacem meam do uobis, pacẽ relinquo vobis. Dat quidem præsentibus, relinquit absentibus, nec ante osculum pa- cis cantores dicunt, Gloria patri, quia fi- des Trinitatis non ante claruit, quam se Dominus inclinauit, & nos reconciliauit & Trinitatẽ per Apostolos prædicari mã dauit. Et ideo osculo dato, episcopus in- nuit eis, ut dicant. Gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nũc & semper & in secula seculorum. Amẽ. *Ioan. 1.* Ecce quid cãtor annunciat, scilicet, q̃ cor- da patrum conuertantur in filios. Abra- ham tres uidit & unum adorauit. Sic o- portet nos filio eius credere, Trinitatẽ in unitate. ¶ Post datam ergo pacem cã tor- dat sanctæ Trinitati gloriam, quasi dice- ret, referimus gloriã Deo patri, & Filio, & Spiritui sancto, quia pacem, quam pro- phetauit per sanctos suos prophetas, no- *Luc. 1.* bis in nouissimis temporibus dignatus est ostendere. Quãdo verò dicit, sicut erat in principio; diaconi ad altare pcedunt, & iterum reuertunt ad episcopum, in quo figuratur, q̃ ideo Apostoli se morti tradi- derunt, ut Christi corpori adunarentur. Prius autem steterunt cum episcopo ante altare inclinati, sed cum uersus ipse incipit se erigunt, & chorus sanctorum marty- rum ante nouissimam tribulationẽ in cõ- ualle lacrymarum maneret. Postea uerò martyrio coronati erecti stabunt liberati & securiante Dominum semper. Osculo autem dato, rursus diaconi Pontificem orãt, quasi dicant. Domine doce nos ora- re. In quibusdam † etiam ecclesijs diaconi 5 bini & bini latera altaris itrinsecus siue al- ternatim osculantur, eò quòd dominus Apostolos binos misit ad prædicãdum, di-

Luc. 10. cens eis: In quãcunq; domũ intraueritis, dicite, Pax huic domui, q̃ reuersi sunt ad Chm, sicut diaconi reuertuntur ad epm.

SVMMA.

1 *Turificatio quid significet & nu. 4.*
2 *Turibuli forma & substantia.*
3 *Vniones in Christo tres.*
5 *Altare cur incensetur.*
6 *Sother Papa.*

De Turificatione. Cap. 10.

1 POst datum † osculũ episcopus seu sacerdotes accipiens de ma nu diaconi turibulum sacrum incensat altare, quia Chri- stus corpus assumens de genere prophetа- *Ro. 1.* rum factus ex semine Dauid secundum carnem suis orationib. fouet Eccl. secun- dum quod orat in Euang. Pater sanctæ e- *Ioan. 17* go pro eis rogo, & non pro eis tantum, sed pro illis qui credituri sunt per ver- bum eorum. Quòd autem diaconus po- stea turibulum accipit, vt incenset Episco- pum, uel sacerdotem moraliter instruit, q̃ si dignè volumus incensum orationis offerre, turibulum incarnationis debemus tenere, nam sine fide mediatoris homines Deo placere non possunt, sed iuxta uerbũ promissionis ipsius, si quid petierint in o- ratione, credentes accipient. ¶ Per turibu- lum enim verbum accipitur incarnatum. 2 Nam sicut † in turibulo pars superior, & inferior tribus catenulis vniuntur, ita in 3 Christo tres sunt † vniones, quib. diuini tas & humanitas vniuntur, vnio carnis ad animã, vnio humanitatis ad carnem, vnio diuinitatis ad aiam. Quidã enim quartam vnionem assignãt, videlicet diuinitatis ad compositum simul ex aia & carne, vnde & quædam turibula quatuor catenulas hñt. De hoc etiam turibulo Moses inquit spã- *Nu. 16.* liter ad Aaron, Tolle turibulum, & hau- sto igne de altari mitte incensum desu- per. Est & alia in turibulo consideratio, prout ti. de accessu pon. ad alt. tactum est 4 ¶ Rursus † ideo turificato altari, Eps uel sacerdos turificatur, ad significandum, q̃d sicut Christus est altare & hostia, sic est Pontifex & sacerdos, cui est orõnis sacrifi- cium offerendum, quia vero adoratur non solum inquantum Deus, sed etiam inquã- tum homo, iõ in quibusdam ecclesijs Põ- tifice turificato, altare à diacono circũcir- ca turificatur, vnde psalmus, Circundabo altare tuum domine. Sanè turibulum au- *Psal. 25* reum significat sapientiam, quia omnes *Cor. 2.* thesauri sapientiæ Dei in eo fuerunt ab- *Apoc. 8.* sconditi. Vnde stetit Angelus iuxta altare habens turibulum aureum, & data sunt il- li incensa, idest, Christi resurgens carnem habuit in potestate. Argentum significat Christi carnem ab omni labe mundam, & mundicia renitentẽ cupreum fragilem & mortalem ferreum resurgentis fortitu- dinem. Si quatuor habet catenulas, demõ- strat enim ex quatuor elementis constare vel quatuor virtutib. scilicet iustitia, pru- dentia, fortitudine, & temperãtia decora- ri. Quinta, quæ partes diuidit, animã desi- gnat, q̃ se in morte à carne illo triduo se- parauit. Si uero tres habet catenulas, figu- rat animã, carnem, & verbum in una con- uenire psona. Quarta, quæ partes separat potestas est, qua animam suam posuit pro ouibus suis. Si una tantum cauetula susten tatur, designat, quòd solus de virgine ge- neratur, quodque solus est inter mortuos liber. Circulus, cui hæc omnia innectuo- tur, est deitas, quę nullo termino claudit à qua omnia continentur, & operantur. Præter mysticam † etiam rõnem ob hoc 5 incẽsatur altare, ut omnis ab eo nequitia dęmonum propellatur. Fumus n. incensi valere creditur ad dæmones effugandos. Vnde cũ Thobias interrogasset Angelum quot remedia haberẽt ea, quę de pisce iuſ *Thom. 6* serat obseruari. Respõdit, cordis eius parti culam, si super carbones ponas fumus eius oẽ dæmoniorum genus extricat. ¶ Sother † Papa 22. dist. sacratas, statuit, ne monia- 6 les incensum circa altaria ferant.

SVMMA.

1 *Sacerdos qualiter se disponere debet in initio Missæ.*
2 *Sacerdos initio Missæ cur ad dextram altaris partem primum deflectat.*
3 *Episcopi & superiores Missam auspicantur, remoti ab altari, ad dextrum latus uergentes. Et quibus id de cau- sis,*

Universidad de Deusto Biblioteca

sis,nu 4.5.6.7.

6 *Anacletus Papa, item Lucius, statuerunt, ministros plures Episcopos celebranti. Et quibus causis ducti.*

9 *Puluinar Missali quid notat.*

Qualiter Episcopus vel sacerdos, & ministri ad Altare stare debent. Cap. II.

1 TVRIFICATIONE † per acta episcopus, uel sacerdos ad dextram altaris partem se trãsfert, ibi una cum ministris planè officium, & Κύριεἐλεησον, dicit, qui transitus de medio altare in dextram partem significat Christi transitum de passione per resurrectionem ad uitam æternam. Item a læua transiens in dextrã imitatur Christum ingrediẽtem mundum, læuam enim tetigit Christus, quando tpalem assumpsit uitam, ad dextram iuit, qñ carné assumptam ad Dei dexteram eleuauit.

2 ¶ Rursus per hoc, quòd † accedens ad altare prius dexterã illius partem petit, innuit, quod Emanuel in lege promissus prius uenit ad Iudæos, q̃ ad Gentiles. Iudæi. n. tũc pp legem in dextra parte fuerunt, Gentiles verò quasi in sinistra, quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris uestibus ornatus Chr̃m carne nostræ humanitatis uestitum significat, ueniens ad altare Chr̃m de cœlis uenisse ad populum, ut cũ saluaret, designat, deinde in dextram transiens, designat, q̃ Christus in mundum ueniens, venit ad Iudæos de quibus uoluit nasci. Beata enim Maria Iudæa fuit de hoc transitu dicetur sub ti. de mutatione sacerdotis & ordine. Et nota, q̃ licet Dño Papæ celebranti, uel missam audiẽti, legãt a capellanis suis introitus & Κύριεελ. & Gloria in excelsis, & Credo, & Sanctus, & Agnus Dei, non tamen Graduale, uel alleluia, uel tractus, uel offertorium, uel postcõio, pro eo, quod illa instructoria sũt & introductoria, quibus ipsæ non eget. Illud autem notandum est, q̃ sacerdos stat erectus ante altare, ad notandum, quod Chr̃s uenit suos regere inuincibili doctrina, & respicit uersus orientem, qa Chr̃s nõ suã, sed patris uoluntatem quæsiuit, nec respicit retrorsum, tum quia Christus semper patris faciem intuetur, iuxta illud. Scio unde uenio, & quò uado; tum qa nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro a. est. r. Dei. extra de uoto. magnæ. *Ioan. 8.*

imo ad populum dorsum uertit representans, quod Dominus ait ad Mosen. Videbis posteriora mea faciem autem meam uidere non poteris, Exo. 33. cap. ¶† Episcopi tamen & superiores celebrantes, non 3 *Luc. 9.* *Exo. 33.*

ante altare, sed remoti ab illo ad dextram eius latus usque post dictum offertorium manent, quod fit primo ad representandum, q̃ ex latere Christi, qui per altare significatur; initium nr̃æ redẽptionis fuit. ¶† Scdo fit, hoc non solum ad maiorem 4 solennitatẽ, ut per hoc à minoribus sacerdotibus decernant. Verumetiam fit hoc: quia ipsi in missa representant non solum Christi dignitatem, & excellentiam, aut eius oblationem, uerumẽt humilitatem & obedientiam in ipsa sui oblatione & consecratione. Siquidem Chr̃s quantum ad sui dignitatem, est patri æqualis, & sedet a dextris Dei patris, prout in symbolo legĩt, quod representat prælatus, stans ante oblationem ad dextrum latus altaris. In sui uerò oblatione, Christus pro nobis factus est hostia, & adeo prælatus eius uices gerẽs, ex tunc ipsi altari, quod aram Crucis insinuat, debet totaliter inhærere. ¶† Tertio, q̃n prælatorũ actus esse dẽnt 5 incitamento subditis ad doctrinã, ideo usque tunc manet ab altari separatus, & ex tunc manus lauandum & turificandum & sacrificandum ad altare accedit, ut ostendat quæcunque in missa præcedunt solennitates, & laudes esse, de conse. dis. 2. panis est. Sed tunc deinde ad essentialia, seu substantialia peragenda accedit. ¶ Quartò, 6 in † hoc repræsentat, q̃ legalis Pontifex intrans in sancta sanctorum carbones ferebat, & sanguinem, prout tactum est in proœmio huius partis. ¶† Quinto fit hoc 7 ad representandum, quod ait propheta, *Ps. 109* Dixit Dñs Dño meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Sacerdos quidem Chr̃m representãs sedet a dexteris altaris Deum prem i hoc loco signantis, donec ad conserendum hostiã accedat, per q̃ fracta sunt tartara, & inimici dæmones deuicti, & quasi

quasi scabellum pedum positi. Ministri uero, s. diaconus, & subdiaconus retro illum ad altare stantes, qui tamen inuenitẽdo prę cesserunt, signant martyres, qui in ueteri testamẽto fuerunt, post domini natiuitatem digne coronantur, & ad quamcunq; altaris partem ille transierint, ipsum retro stantes sequuntur, ut ostendant impletum *Ioan. 12.* esse, quod Dominus admonuit, dicẽs. Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum &c. Intendentes semper atq; solicite in illum, ad notandum, quod fideles, quãuis adhuc in hac uita positi, tamen æternitati Christi semper intendunt. ¶ In qui busdam etiam ecclesijs illo se uertente ad populum, illi similiter se uertunt, & illo se conuertente ad altare se similiter conuertunt. Nam Christus ab oratione ad prędicationem, aliquando uero econuersò, dũ uiueret, se conuertit, quod designat versio ad populum, & cõuersio ad altare. In quo quidem imitandus est à prædicatoribus, qui ministros ipsos congrue designantur.

8 ¶ Anacletus † Papa de conse. dist. 1. episcopus statuit, quod episcopus Deo sacrificans testes habet diaconos, qui oculi eius dicuntur, & subdiaconos, reliquosque ministros, qui sacris induti uestibus in fronte ideſt, ante & a tergo; & presbyter a regione, ideſt, à parte dextera, leuaq; contrito corde, humiliato spũ, ac prono ſtent uultu, custodientes eum à malenolis hominibus, & consensum præstantes sacrificio. Et secundum Lucium Papam de consec. dist. 1. iubemus eum non deserant, quia propter malenolos oportet illum habere bonum testimonium ab his, qui foris sunt. Statutum est etiam, ut celebrans missam habeat à tergo uicini solaminis adiutorẽ, prout dictum est in proœmio huius partis. Et ideo in quibusdam ecclesijs aliqui diaconi stant potest episcopum, quasi orantes, ut cum sequantur usq; ad mortem, & cum eo transeant ad uitam ęrernam. Maior tamen pars in dextera parte moratur altaris, & minor in sinistra, quia utrumq; petit ecclesia, scilicet & temporalem benedictionẽ, & æternam. ut ibi, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. ¶ Cæterum, dicti ministri retro stantes inclinati ante facies suas, usque in finem dominicæ orationis perseuerant significantes illos Apostolos, qui in passione Domini magna tribulatione oppressi non audebant se erigere, ut Christi discipulos se esse confitererentur. Stabant tñ in facie fidei; sed postea eriguntur, sicut dicetur sub secunda particula canonis, super uerbo; Nobis quoq; signantes etiam chorum sanctorum martyrum in cõualle lacrymarum ante nouissimam tribulationem manentium, postea eriguntur; quia illi postea martyro coronati stant erecti ideſt, ab omni tribulatione liberati. Adhuc stantes facie inclinati, signant mulieres, quæ de cœnaculo ad monumentum ultique declinatis currebant in Christi amore ardẽtes. ¶ Sane sacerdos † minister 9 inter moras puluinar molle missali supponit, ad notandum, quod deuotum, & molle cor, & quod facile diuinam impressionem recipiat, supponi debet iugo Domini, & cœlestium præceptorum. Iuxta illud sapienter, Suspiciat uerba mea cor tuum &c. ut in eo spiritus Domini requiescat. De hoc etiam sub euangelio dicetur.

SVMMA.

1 *Κύριεελέησον. quid significet. Et cur in uies dicatur nu. 2.*

3 *Peccatum in quotuplici sit differentia.*

De Κύριεελέησον. Cap. 12.

1 TRANSLATO in † dextram altaris partem episcopo, seu sacerdote, deinde quia tempus plenitudinis, & annus benignitatis aduenit, sicut prædictum fuit à Psal. Tu exurgens Domine misereberis, Sion, quia uenit tempus miserendi eius. congrue chorus laudat & inuocat *Psal. 91* trinitatem triplicando Κύριεελέησον, Ideo aũt post introitũ dicitur Κύριεελεησον, quia ante omnem orationem sacerdotum necesse est misericordiam Domini implorare. Siquidẽ Κύριε, ελέησον, Græcè interpretatur. Domine miserere. Nã Κύριε sonat Domine, ἐλέησον, miserere, & inde, χριστεελέησον, i. Christe miserere. Vnde propheta, miserere nobis, te enim expectamus. ¶ Dicitur † autem nonies, a primo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo, ut ordo humanus ex hominib. reparatus, nouem associetur ordinibus angelorum. Secundo, ut ecclesia perueniat ad societatem nouem ordinum angelorum. Tertio, contra nouem genera peccatorum. est enim peccatum originale, ueniale, & mortale. Item peccatum cogitationis, locutionis, & perpetrationis. Item peccatum fragilitatis, simplicitatis, & malignitatis, fragilitatis per impotentiam, simplicitatis per ignorantiam, malignitatis per inuidiam. Hoc est peccatum in Patrem, peccatum in Filium, peccatum in Spiritum sanctum. adhuc ideo dicitur ter ad patrē. Κύριε ἐλέησον ad filiū autē ter, χριστε ἐλέησον, & ter ad Spiritum sanctū Κύριε ἐλέησον, sed ad patrem, & spiritum sanctum sub eodem tantum uocabulo; quia pater & spiritussanctus sunt eiusdem tantum naturę ad filium verò sub alio, quia filius & si sit eiusdem naturæ cum illis, est tamen & alterius, ut geminę gigas substantiæ. Propterea, ideo dicit ter quantum ad patrem ter quantum ad filium, ter quātum ad Spiritum sanctum, ut notetur pater in filio, & filius in patre, & spiritussanctus in utroq;. De hoc dicetur in quinta parte sub tit. de prima, sed in medio mutatur Κύριε in χριστε, ut notet duas esse naturas in Christo. Rursus Κύριε ἐλεήσον ter triplicatum significat preces patrum ueteris testamēti multiplicatas ad hoc, ut gratia summę Trinitatis per aduentum Christi eos consociaret
4 nouem agminibus angelorum. ¶ Est † autē magna istorum uerborum efficacia. Legitur enim, q̄ dū beatus Basilius Κύριε ἐλέησον, clamasset, portæ Ticinę siue Papiē. Ecclesiæ sunt apertæ. ¶ Rursus beatus Geminianus Κύριε ἐλ. clamante, quinque reges cōuersi dicuntur in fugam, unde forte significat aliud, quam Domine miserere, quod tamen nos ignoramus. ¶ In quibusdam ecclesia statim post ultimum Κύριε ἐλ. subijciunt ἡμᾶς, q̄ uerbum Græcum sonat Latine nobis. Et sensus est, Κύριε ἐλέησον ἡμας, ideſt potētia diuina miserere nobis beatus Greg. instituit Κύριε ἐλ. nouies, & à clero tantum publice in missa cantari, quod prius apud Græcos simul à clero, & populo cantabatur. Silue-ster uero Papa illud de Græcis assumpsit.

Psal. 33. 3

SVMMA.

1 *Gloria in excelsis, hymnus a quo & quo loco dicatur. Et eius hymni excellentia. nu. 3.*
2 *Christus dissoluit triplicem inimicitiam quæ intercesserat ante suū aduentum.*
4 *Hilarius Pictauien. quid addiderit ad hymnum, Gloria in excelsis.*
5 *Simacus Papa.*
6 *Innocentius Tertius quid statuerit de hoc hymno.*
7 *Bethleemitani episcopi priuilegium.*

De Gloria in excelsis. Cap. 13.

PRIMO Κύριε ἐλ. mox sacerdos, uel pontifex ex institutione Telesphori. Papæ inchoat † hymnum, 1 Gloria in excelsis Deo, quem angeli auditi sunt decantare, sicut legitur in Euangelio Lucæ, qui angelorum hymnus perhibet testimoninm temporali Christi natiuitati. Sane sacerdos primus & solus illum inchoando pronunciat, qui angelum magni consilij representat. Nam ortum Saluatoris solus angelus cuius, personam ipse gerit, primo nuntiauit, unde Lucæ, Ecce euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia hodie natus est &c. & illum inchoando stat ante medium altaris, in hoc commemorans, quod dum medium silentium tenerent omnia, *Sapiē.18* natus est in medio, ideſt, pro hominibus Messias, quem prophetę prædixerant, representans etiam, quod angelus Christi natiuitatem pastoribus annuntians stetit in medio eorum, & incipiens eleuat manus propter causas scriptas in seq. tit. ad fi. Item incipiens uertit se ad orientem, tum quia angelus ab oriēte uenit in Bethleem, tum quia ad orientem Dominum adorare solemus. Tertio inchoans stat ante medium altaris ad notandum, quod Christus mediator fuit inter nos, & Deum ro. dist. quoniam. per cuius mediationem Deo pacificati sumus. Chorus uero concinendo respondens, gerit personam multitudinis, de qua in euangelio sequitur. Subito fac est cum angelo multitudo cę. milau. De. & di. gloria in altissimis Deo, & in terra

Luc. 2.

terrā pax hominibus bonæ volunt. &c. de consec. dist. 1. nocte. ¶ Hymnus autem iste non tantum est Angelorum sed etiam hominum congratulantium, ex eo q̄ mulier illa, quæ drachmam perdiderat decimam
Luc. 15. iam lucernam accenderat, ut drachmam perditam inueniret, & pastor dimissis nonagintanouem ouibus in deserto iam uenerat, ut quæreret centesimam ouē amissam. ¶ Ante natiuitatem enim Christi tres
2 erāt inimicitiarū † parietes: primus inter Deum & homines, secundus inter Angelum & hominem, tertius inter hominem & hominem. Homo nanq; per inobedientiam creatorē offenderat, & per suum casum restaurationem angelorum impediuerat, atq; per uarios ritus se ab homine separauerat, Iudæus nanq; cæremonias exolebat, Gentilis idolatria exercebat, sed ueniens pax nostra, fecit utraq; unum, & huiusmodi parietes destruxit. Abstulit. n. peccatum, & reconciliauit hominem Deo, reparauit casum, & reconciliauit hominē angelo, destruxit uarios ritus, & reconciliauit hominem homini. Restaurauit ergo, secundum Apostolum, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt, & ob hoc illa cœlestis
Eph. 2. militię multitudo psallebat. Gloria in ex-
Ephe. 1. celsis Deo, ideſt angelis, qui nūquam pec-
Luc. 2. cauerūt, nec discordiam cum Deo habuerunt. Et in terra pax à Christo facta hominibus, videlicet Iudæis, & Gentilibus bonæ uoluntatis, qui usque ad Christi natiuitatem propter peccata sua cum Deo & cū Angelis discordiam habuerunt. Hinc etiā est, quòd Angelus loquitur, & congaudet pastoribus, quia pax est inter Angelos & homines reformata, nascitur Deus homo quia pax est inter Deum & hominem restaurata, nascitur in præsepio bouis & asi-
Deu. 22 ni, quia pax est inter, homines & homi-
Isa. 1. nes reparata. Per bouem enim Iudaicus, per asinum Gentilis populus figuratur, secundum illud, non arabis in boue, & asino. Iudæo, scilicet, Gentile 17. q. 7. in noua. Et iterum, cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.
3 ¶ Ideo ergo † canitur hymnus iste, quia quem uenerantur Angeli in cœlis homines uenerantur in terris. Per hoc q̄ dicitur, Gloria in excelsis &c. representatur mæstitia antiquorum patrū ex tædio expectandi incarnationem. Domini. Esa. 28. Expectate Deum &c. Et ideo etiam cantatur alleluia, quia habebant spem liberationis unde Psal. Sperauerunt & liberasti eos. In hoc quoque hymno notatur spes Ecclesiæ, quæ cum angelis spectat se cantare, unde iam illorum canticum assumit. Sequitur laudamus te, scilicet inenarrabilia opera tua prædicando, quæ uerba & sequentia a Beato † Hilario Pictauien. asse-
4 runtur appositā fuisse, & præcedentia solū *Psal. 23* antiquitus dicebantur in missa. Innoc. tamen. Tertius dixit illa a Thelesphoro Papa addita fuisse, Alij uero a Simaco Papa.
5 ¶ † Simacus Papa constituitam in dominica die, quam in natalitijs martyrū, Gloria in excelsis ad missam cantari, quia sanctos per dominicam resurrectionem gloria Angelorum sociatos esse recolitur. Cātatur etiam in festis Apostolorum Cōfessorum, in q̄norum honorem quæcunque ecclesia dedicata est, & generaliter ī festis, quæ nobis cælestem solēnitatem represen tant. In diebus uero luctus & ieiuniorum non dicitur, præterquàm in duobus sabbatis specialibus ministerijs adornatis. Iuxta illud Cantate Domino canticum nouum, prout dictum est in proœmio huius partis. Dictus quoq; Telesphorus Papa precepit illum cātari ad missam nocturnam natalis domini, quā & ipse instituit. Quidam dicunt non esse cantandum in missa, nisi in hora tertia, quia tunc Spiritussanctus super Apostolos descendit, & eos gloria & exultatione repleuit. Inn. † Tertius 6 statuit, ut quando in diebus festis celebratur in honorem beatæ Virginis; uel Spiritussancti, uel sanctæ Crucis, nec hymnus angelicus, nec symbolum dicat̄, nec etiā. Te Deum laudamus, in laudibus matutinis, In Aduētu verò uel in Septuagesima nō canitur, prout ibi ī septima parte, & sub ti. de septem diebus post Pascha dicetur; Episcopus † tamen Bethleemitanus 7 ex ab usu omni die & omni missa & prodefunctis, Gloria in excelsis decantat, pro eo, q̄ hymnus ille Luca restāte, primo in Bethleemitana regione cantatus est.

SVMMA.

1 *Dominus uobiscū, salutatio, unde ortum habuerit*

habuerit & vbi habeat locum, nu.2. Et quomodo intelligatur, nu.4.

3 *Orationes, flectamus genua, vel humiliate capita vestra Deo, cur tantum prætermittantur.*

5 *Responsio, & cum spiritu tuo, unde orat.*

6 *Amen responsio, quid significet, & quomodo accipiatur.*

7 *Pax vobis. vers. cur dicatur ab episcopo in Missa.*

8 *Diaconus, quare ad horas non dicat, Dominus vobiscum.*

9 *Populus in missa salutatur septem vicib. Et qua id potissimum significatione.*

10 *Sacerdos quare quinq; vicibus se uertat ad populum salutandum.*

11 *Sacerdos cur semper voluat se ad dextram.*

De Salutatione ad populum. Cap. 14.

ANGELICO hymno finito sacerdos ad populum se voluẽs illum salutat dicens, Dominus † vobiscũ quod sumptum est ex libro Ruth.2. Sic enim legitur Booz salutasse messores suos, & propheta in Paralipomenon, Assa regem, & qui cum eo erant, & Angelus salutatis Gedeonem dixit: Dominus tecũ. Booz quidem figurã Saluatoris expressit, qui Ruth Moabitem duxit vxorem. Et hæc saluatio significat salutationem, quam Christus fecit Apostolis post resurrectionem, de quo in quinta parte sub ti. de prima parte dicetur. In † omnibus ergo missæ orationibus sacerdos præmittit, Dominus uobiscum, nisi in orationibus, quæ præcedunt pphetias, vel etiam orationes super populum in Quadragesima, & nisi i orationibus, quæ immediate sequuntur post primã orationẽ, & in illis, quæ dicuntur in parasceue, sed tunc Missa non dr, licet sacerdos communicet. Cum.n. per dictam salutationem optetur dominum esse cum populo, qui est in eo per spiritum gratiæ septiformis, ideo ecclesia ordinauit septies tantum in Missa populum salutari vt iam dicetur. Iõ in præmissis orationibus tantum dicitur. Præmittitur † tamẽ alijs exhortatio ad humiliationem per, flectamus genua, vel per humiliate capita vestra Deo, quia oratio, quæ facienda est cum ieiunio ad magnum spiritum eiicien dum, tũc demum valet, si cum humiliate fiat. ¶ Rursus in diebus ieiuniorum † representat ecclesia tẽpus Babilonicæ captiuitatis: Merito ergo sacerdos tunc populum, vtpote absentem, non salutat, nec se ad illum cõuertit, sed absolute incipiens, oremus; insinuat pro illo fore orãdum, & quia oratio debet fieri cum effectu, mox subijcitur, flectamus genua, vel, humiliate capita vestra Deo. Representat etiam tẽpus dominicæ passionis, quod præcipuè post cẽnam cum discipulis factã incepit; quia ergo tempore illo Dominus discipulos non salutauit, sed eos ad orandũ pluries excitauit, ideo sacerdos tunc populum non salutat, sed ei orare insinuat. Sed & ꝙ tẽpore illo Christus in oratione genua flexit: ideo mox ad genua flectendum inuitat: Dicit aũt, flectamus genua, in persona vniuersitatis omnium fidelium, quasi omnium syndicus se ipsum includens, & ideo loquitur in prima persona, excitãs se & omnes ad orandum humiliter, & deuotè, sed mox subijcit eleuatio in pson alterius, scilicet, Christi, cuius typũ gerit in officio Missæ, & tunc loquitur in secũda persona, & in dissimili cantu, quasi ipse Christus dicat, surgite, quoniam uestram humilitatem & deuotionem video, & tunc vice omnium loquitur, siue orat. Quid significẽt collectæ, quæ dicũtur post, flectamus: & post humiliate, dicetur in quarta parte sub quartã feria in capite ieiuniorũ. Alijs vero diebus ecclesia tẽpus exultationis & plenitudinis, quæ præcipuè fuit post Christi resurrectionẽ representat, & tũc sacerdos populũ salutat, representãs, ut premissum est ꝙ Dominus post resurrectionem discipulos salutauit. Sacerdos ergo in orationibus præmittit, Dominus vobiscum, vt populum reddat attentum, ꝙ mẽs eius ad Deũ dirigatur, & ei per intentionẽ sedulã coniungatur, & est sensus, Dominus nobiscum, i.in vobis maneat, & vos præmio vitæ æternæ remuneret, & petitionibus vestris effectũ tribuat, seu gratiã Dei impetretis, perseuerantes in illa. Chorus † verò & populus respondent, Et cum spiritu tuo, quod sumptũ est ex Epistola secũda ad Timot. vlt. vbi dicitur, Dominus Iesus

sus Christus cum spiritu tuo, hmõdi enim mutuæ salutationes notant, ꝙ sacerdotis, & populi vnus debet esse affectus, & est sensus, tu pro nobis facturus es preces ad Dominum, & quia Dominus Deus preces illas tm approbat, & exaudit, quæ ex bono corde procedunt, oramus & nos similiter ꝑ te, ut ille, sine quo nullum est bonum, sit cum spiritu tuo, ut qui tecum est in ore, sit & in corde, & in te maneat, & secundum hoc cessat hæsitatio quærentium, quare populus respondet, & cũ spiritu tuo, cum sacerdos dicendo, Dominus uobiscum, optauerit Dominum esse cum illis, non solum spiritu, uerum etiã in corpore, nã & idipsum populus ꝑ hanc responsionem optat, vt præmissum est. Potest ẽt dici, ꝙ hac responsione populus se refert solum ad actionem imolationis, ad q̃ sacerdos procedit, in qua per spũm totaliter eleuatus, & ab omni terrenitate prorsus abstractus esse debet. Postquam uero chorus rndit, ipse ad altare reuoluet, s. ad oriẽtem, ut dicitur in proœ 5. partis, & quasi parum de sua bonitate confidens, uniuersalẽ ad se colligit ecclesiã, dicẽs quasi omnium syndicus: oremus. q. d. orate omnes simul mecum, ut quod postulamus, citius impetremus, quoniã impossibile est multitudinem non exaudiri, & sic orõnem dicit. Dicendo ergo oremus, hortatur alios ad orãdum; quia & ipse monuit Christus discipulos orare dicens: Orate, nec intretis in tentationem, & postea orat, quia postea Chrs orauit: ipse.n. fecit & docuit, ꝙ autem dicit oremus, ab antiquis habemus, qui præmisso, oremus, subiungebant communiter orationem dicit autem, oremus, stãs ante medium altaris propter rationes positas in principio præcedentis ti. Orario aũt, quã dicit, significat indulgentiam, quã Dominus repromisit, & deinde transit ad dextrã partem altaris, ut dicitur sub tit. seq. ¶ Oratione finita † chorus respõdet amen, quod est hebraicum verbũ. q. d. fiat nobis, sicut orasti, seu feliciter acta oratio tua, & est sumptum amen, ex Apoc. 10. Amb. exponit, amen, ideſt, verũ est, ꝙ sermo sonat, affectus sentiat. de consec. di. 2. reuera. in fi. 38. di. sedulo. 3. q. 5. & hoc nomen quandoque ponitur pro vesè, ut ibi: amen amen dico uobis, extrã de iureiur. etsi Christus prout sub titu. de oratione dicetur. Et nota, quòd præmissa salutatio, scilicet, Dominus vobiscum, ad minores, & imperfectiores, & simplices pertinet, sacerdos episcopus, uel eius superiori qui perfectus esse debet, & expressam Christi similitudinem gerit, ut se vicarium Christi ostendat. oraturus prima uice utit uerbo Domini dicentis Io. 20. Pax vobis † quæ fuit prima vox Domini ad discipulos, quando eis post resurrectionem apparuit, quasi diceret in præsenti detur vobis pax temporis, & in futuro pax æternitatis. De utraq; Io. 13. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hoc etiam verbo vius est dispensator Ioseph ad fratres eius. Postea verò ad instar cæterorum sacerdotum dicit, Dominus vobiscum, vt se esse vnum ex ipsis ostẽdat. 95. d. s. olim & c. seq. in fi. Et est aduertendum, ꝙ tunc demum pax vobis dicitur, quando, gloria in excelsis cantatur, & hoc ideo, ut correspondeat ei, quod ibi dicit, & in terra pax hominibus &c. Præterea, hæc salutatio à Christo tempore gaudij & lætitiæ, scilicet resurrectionis ad discipulos facta illi cantico lætitiæ correspondere debet. Sunt etiã qui dicunt, ꝙ pontifex soleniter celebrans in diebus, quibus gloria in excelsis dicitur, representat Christum post resurrectionẽ seu resurrectionis gaudium, quo tempore sæpe Chrs dicta salutatione ad discipulos vsus est, ideoque Christum imitando primis diebus hoc dicit. In messis verò, quas alijs diebus uel temporibus dicit, vel etiam, quæ ab inferioribus dicunt, Christi passio figuratur & planctus, atque afflictio conformatur. Et ideo in illis pax vobis non dicitur, ne gaudium cum dolore misceatur. Potest etiam dici, ꝙ per Chrm facta est pax inter Deum, & hominem, & inter angelos & homines, quod manifestauit angelus. qñ in Christi natiuitate cãtauit. Gloria i excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Pacẽ verò inter Deum & homines manifestauit Christus, quando post resurrectionem dixit Apostolis, pax uobis. hæc representat in missa. Primũ ꝑ quemlibet sacerdotem, qui potest cantare Gloria in excelsis, angelum representan. Secundum, per episcopum, qui solus dicit, pax uobis, representans Christum, qui in

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan. 10 persona ecclesiæ dixit Apostolis, pax uobis, utrunque autem dicit episcopus solen niter celebrans, quia utrunque, s. Christū & angelum representat. Ipse enim speciali or est Christi uicarius, quàm simplex sacerdos, ideòq; cum omittit officium angeli, s. temporibus, quib. cantica lętitiæ subticetur, s. Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis, omittit similiter adhuc officiū Christi non dicens, pax uobis, sed Dominus uobiscum, sicut simplex sacerdos. Nō enim per episcopū, qui representat Christum, & angelum una pax sine altera nuntiatur. Idē etiam est in, Ite missa est, quod non dicitur nisi Gloria in excèlsis dicatur.

8 ¶ † Sanè diaconus non dicit, Dominus vobiscum per horas, eo quod nō ita gerit typum Christi, qui per Booz hac salutatione vsus est, sicut sacerdos, qui ea in persona Christi utitur, legens tamen Euangelium hoc dicit; quia tunc utiť officio prædicatoris, & pronuntiat doctrinam ab ipso Christo immediate prolatam, & etiam cereum Paschalem benedicens, quia tunc Christi resurrectionem representat. Sunt tamen quidā, qui dicūt, q̄ in diuinis officijs, quæ dicere tenentur, licite pńt hoc dicere, cum prohibitum non legatur, quibus generalis vsus ecclesiæ contradicit, ut se inferiores sacerdotib⁹ cognoscant. ¶ No

9 tandum autem est, q̄ septem † vicibus populus salutatur in missa, quatenus exclusis septem uitijs capitalibus, suscipiat gratiam septiformem. Mysterium n. missæ, ad septē dona Spiritussancti referť. ¶ Primò, in ipso missæ exordio ante collectam. ¶ Scđo, ante Euangelium. ¶ Tertiò, post Euangelium siue dicto symbolo, s. ante offertorium. ¶ Quartò ante præfationem, cum dicit sacerdos, Per omnia secula seculorum & consequenter. Domiuus vobiscum. ¶ Quintò, ante pacis osculum cum dicit, Pax Domini sit semper vobiscum. ¶ Sextò ante primam post communionē. ¶ Septimo finito finali post communionem uel orationem. ¶ In prima salutatione spiritus sapientiæ intelligitur, quia sapientia intrauit in hunc mundū, ut saluaret nos. ¶ In scđa spūs intellectus, iō enim prædicauit, ut doceret nos. ¶ In tertia spiri-
Ioā. 20. tus consilij, hoc enim secreto Dei consilio se passionis obtulit, ut redimeret nos. ¶ In quarta spiritus fortitudinis, quia pendens in cruci diabolum expugnabit, ut redimeret nos. ¶ In quinta, spiritus scientiæ, quia resurgens discipulos salutauit, & eis sensum aperuit, ut erudiant nos. ¶ In sexta spiritu pietatis, quia sola pietate humanā naturam super astra leuatur, ut exaltaret nos. ¶ In septima spiritus timoris, quia angeli tremebunt, cùm uenerit ad iudicium ut glorificent nos. ¶ Cęterum, in qualibet salutatione mutatur officium missæ, & de uno officio ad aliud transitur, quare meritò salutatio præmittitur. Cum enim ad operarios nouiter ingredimur, eos salutare solemus, & ſm hoc octo officia sunt in missa. ¶ Rursus salutatur ét in octaua, ut quidam uolunt, s. post offertorium ante secretellam. Nam uoluens se ad populum dicturus: Orate fratres &c. debet dicere sub silentio. Dominus vobiscum. ¶ Verum licet eis † quos salutamus faciem regulariter representemus, tamen in quinque duntaxat ex præmissis salutationibus sacerdos ad populum se conuertit. Nam in illa salutatione, quæ fit ante Euangelium se non conuertit, quia iam intentus est ad uerba Dei annuntianda, nec ét in illa, quæ ante præfationem, quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum, nec etiam in illa, quæ fit ante pacis osculum, quia iā tenet corpus Christi in manibus, & hēt cor sursum ad Deum, & oīno intē- Luc. 9.
tus est ad reuerenter illud tractādum. Nemo enim mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est regno Dei. extra deuo. magnæ. ¶ Cæterum quinta, ad populum, cum Dominus vobiscum facta conuersio, significat quinque apparitiones, quas Christus fecit discipulis suis in die resurrectionis. ¶ Prima fuit Mariæ Magdalenæ, Io. 20. & Matt. vlt. ¶ Scđa eidē, & alijs mulieribus redeuntibus de sepulchro, qñ dixit eis. Auete. Mat. vlt. ¶ Tertia, Petro. ¶ Quarta, duob⁹ discipulis euntibus in Emaus. ¶ Quinta, in domo decem discipulis absente Thoma, Ioā. 10. Sed qa Mat. 26
altera illarum manifesta non fuit, quando uidelicet primò apparuit Mariæ Magdalenæ, uel ſm alios, qñ apparuit Petro, qa nescitur qñ aut vbi ideo sacerdos ante secretellā dicturus, Orate fratres, p̄dicit sub silentio, Dńs vobiscum, sed patenter dixit Apostolis. Orate, ne intretis in tentationē. Fuerunt etiam & aliæ apparitiones, de q̄bus nil ad præsens. ¶ Non est etiam omit-
11 tendum † quod sacerdos semper voluit se ad populum ad dextrā, & per eandē ſo ad altare reuolui, quasi isto facto dicēs, Dex-
Psa. 117 tera Domini fecit virtutē, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutē. ¶ Secundo, ad designādum quòd in sepulcro dominio angelis à dextris sedebat. Tertio ut per hoc sacerdos innuat se rectā, & obtentā habere intentionem p se & pro populo ad cęlestem patriā, quæ per
Can. 2. dextrā significatur, iuxta illud in canticis. Dextera eius amplexabitur me. Quarto, quia versus salutando populum, & cōuersus dicendo oremus, hortatur tā se, quam populum ad orandum, & oratio debet fieri pro ęternis, quæ per dextram significantur, vnde Christus sedere dicitur ad dexteram patris, meritò parte dextera sit vtroque, gerit, quippe sacerdos typum Christi
Ps. 226. qui perfectus est in salutationibus, & orationibus quæ ad dexteram fiunt. Veruntamen postquam dixit, Orate pro me fratres &c. se voluis ad sinistram, iuxta Ps. Circuiui & immolaui in taber. eius ho. &c. p̄parans se ad immolādum, quendam circuitum facit, se igitur conuertit tunc ad sinistrā, quæ imperfectior & infirmior est, ad notandum imperfectionē cu uslibet sacerdotis, præter Christū. Hinc est, quod præmissa verba dicendo, obsecrat tanquā imperfectus, & peccator, & indigens aliorum auxilij impendi sibi alijs, siue beneficium orationis. Secundo quoq; reuoluitur tūc à sinistra, ut per hoc significet tristitiam de passione Christi, ad quam representandā statim intendit. Tristitia enim recte p
2. Cor. 7 sinistram significať, iuxta illud Apostoli à
Eccl. 15. dextris & sinistris p gloriā & ignobilita-
Can. 3. tē p infamiā & bonam famē. Debēt ét fieri illæ volutiones, & reuolutiones ante medium altaris, iuxta illud, In medio ecclesiæ aperuit os suum &c. In quo & illud cōmemoratur, quod redēptor noster iuxta Salomonē, corpus suum media charitate constrauit pp filias Hierusalē. Et attē dite, quia quidā dicto, Dominus vobiscū, ab altare reuoluti, dicunt Oremus, stantes ante medium altaris, per hoc insinuantes se loco in manifesto & populo conuenienti orare scilicet, ante medium altaris, quodque populus debet de medio cordis orationes ad Deū effundere. Alij vero ad dextrum cornu altaris vbi orationē, pferre debent, dicūt Oremus, ut sic inter insinuationē & orōnem nullū actum alium interponant, & ut ibi præcedat orandi insinuatio, vbi mox subsequi ipsā oratio, & orantis populi esse decet intentio.

SVMMA.

1 *Oratio nostra à Deo incipere, ab eodem terminari debet.*
Missa officiū cur ab oratione incipiat, & in gratiam actionem terminetur. ibid.
2 *Orationes cui competat dicere.*
Sacerdotes qui dicantur. ibid.
Dominus vobiscum cur à sacerdotib. præmittatur omnibus orationibus. idid.
3 *Oratio habenda est breuibus.*
4 *Oratio unde dicatur, & unde originem habuerit.*
5 *Orationum uerba qualiter intelligantur.*
6 *Oratio cur principium à patre, finem uero à filio sortiatur.*
7 *Iesus, nomen est proprium.*
8 *Seculum quid, & unde dicatur.*
9 *Amen, respon. quid significet.*
10 *Collecta quomodo terminentur uarie per discursum.*
11 *Collecta cur nulla uirigatur ad spiritum sanctum.*
12 *Orationes qualiter terminari debeant in exorcismis.*
13 *Orationes cur dicatur collecta.*
14 *Collectarum quinam fuerint authores.*
15 *Orationes dicēdæ in templo quot numero.*
16 *Oratio unica in summis festis dicitur.*
Et qua idipsum ratione.
17 *Lateranensis ecclesia orationem dominicā dicit loco collectæ in Missa & horis.*
18 *Manus quo consilio eleuētur in orationib.*

De Oratione seu Collecta. Cap. 15.

SALVTATIONE præmissa subijciuntur orationes, quia † enim 1
omnis nostra oratio à Deo inchoata, circulariter per ipsum terminari debet, ideo missæ officium incipit ab oratione, & terminatur in gra-

tiarum actione. ¶ Vnde videndum est, quis debet orationes dicere. Qualiter, & pro quibus sit orandum, Quid sit oratio. Et quando. Et vbi. Et versus quã parte oriationes dicendæ sint. ¶ De mutatione sacerdotis ab vna parte altaris ad alteram. Vnde orationes dicantur, & vnde originem habuerint. Qualiter verba eorum intelligantur. Qualiter orationes terminentur. Quare vocentur collectæ. Quæ & quot orationes dicẽdæ sunt, & de inuentoribus earũ. Quomodo pontifex vel sacerdos illas dicens stare debet. ¶ Circa †primum notandũ est, quòd eã, quibus populus immediate ordinatur ad Deum, sacerdotes tantum dicunt, qui sunt mediatores inter Deum & populum, quorum quidã dicũtur publicè spectantia ad totum populum, in cuius persona ipse solus ea Deo proponit, sicut sunt orationes & gratiarum actiones, quidã priuatim, quæ ad offũ eius tantũ spectant, vt consecrationes & hmõdi orationes quas ipse pro populo facit, non tamen in persona populi orans, & in omnibus præmittit; Dominus vobiscum, vt mens populi Deo coniungatur; & quia populus in his, quæ ad Deum pertinent, sacerdotẽ ducem habet, ideo in fine cuiuslibet suæ orationis populus consentit, respondens Amen, vt iam dicetur, propter qđ & omnis oratio late terminatur, etiam si priuatim fiat. ¶ Sanè orandum † est brevibus verbis, non in multiloquio, vt iam dicetur 12. dist. omnia 43. di. sit rector. prope fi. Vnde & Græci parum & frequenter orãt, sed in lachrymis, & in puritate cordis, non in voce clamosa, sed in mentis intentione & lachrymarum compunctione, sic in conspectu diuinæ maiestatis, & angelorum oportet nos esse, ut mens nostra voci concordet, iuxta illud Psal. Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Et iterum. Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus &c. Debet etiam oratio esse deuota, nã omniũ creatori cum deuotione est supplicãdum. Dũ autem sacerdos alte dicit orationem, alij non debent verbis orare, sed illam orationem attendere, & ad eã respondere amen. Pro quibus sit orandum, dicetur in sexta parte, sub ti. de parasceue. ¶ Quid sit oratio, & qua hora, & vbi horæ canonicæ dicendæ sunt, & versus quam partem orandum est, dicetur in procemio 5. partis, qđ significet oratio, quæ dicitur ante epistolam, dicetur sub ti. de sessione episcopi. Sane sacerdos dum orat ad dextrã consistit altaris, iuxta illud Exo. Deprecabitur Aaron super cornu altaris, & placabit super eum in generationibus suis, in hoc illud signans, quod fuerat propheratum, Deus ab austro venit. Christus enim Iudæos docuit, ad quos à patre missus fuit, quia dextra Iudæus Gentiles sinistra figurat & quoniam lætitia per dextrã, tristitia vero per sinistrã designatur, idcirco ad dextram partem altaris primum accedit, vt gaudiũ dominicæ natiuitatis ostendat. Deinde dicturus Euangelium, ad sinistram conuertatur, ut tristitiam passionis insinuet. Sed iterum redit ad dextram, vt gaudiũ resurrectionis annuntiãt. de hoc aliter dicetur sub ti. de mutatione sacerdotis. Romanus vero pontifex oraturus, ad sedem postulare, vel alius episcopus ad latus altaris ascendit, & stans collectam pronuntiat, quam in libro legit aperto, & deinde sedet, quia sicut Euangelista testatur, venit Iesus in Nazareth, vbi nutritus fuerat, & intrauit secundum consuetudinẽ dici sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Esaiæ prophetæ, quem vt aperuit, inuenit locum, vbi scriptum erat Spiritus Dñi super me, pp quod unxit me, & cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Rursus Pontifex ad latus altaris, vsque ad dictum offertorium moratur, vt dictũ est sub ti. qualiter ipse, vel sacerdos. ¶† Sequitur videre, vnde orõ dicatur, & vnde orationes originem habuerunt. Et quidem dicitur orõ, ab orando, eo quod per eam populo bona corporis, & aĩe orãdo petuntur. Licet enim Dominus sciat, quibus egemus, orare tamen debemus, prout dicetur sub oratione Dñica orat enim sacerdos, pro bonis, vt adsint & pro malis, vt absint. Designantur autem orõnes in Apoc. per suffimentum aromatum, q ascẽdit in conspectu Domini de manu Angeli. Christus, n. verus homo pp nos passioni deditus, cuius illa vox est holocausta et pro delicto non postulasti, tunc dixi, ecce venio, semper pro nobis orabat, quia secundum Apostolum. Exauditus est in omnibus, p sua reuerentia. ¶† Qualiter verba

verbã orationum intelligenda sint, videamus. Et quidem, quod in quibusdam codicibus cõtinetur, profic huic uel illi sancto talis oratio ad gloriam et honorem, sic intelligit debet, q ad hoc prosit, ut illi magis ac magis in fidelibus glorificentur, aut etiam honorentur in terris, extra, de celebr. miss. cum Marthæ. prope fi. Cum enim ipsi sint perfecte beati, omnia eis in cęlis ad uotum succedunt unde non egent nostris orationibus, imò iniuriam facit martyri, q orat pro martyre, licet pleriq; reputent non indignum sanctorum gloriam posse usque in diem iudicij augmentari, & ideo ecclesiã inter in rite pro posse augmentationem glorificationis subiungitur, per dominum nostrum Iesum Christum filium, illud significat, quod ipse in euangelio dicit, Quicquid petieritis patrem meum in nomine meo, fiet uobis. Orat. enim sacerdos ad Deum patrem, ut per filium suum, qui Dominus noster est, ęqualiter, sicut pater, oratio perficiatur. ¶ Hinc † enim, est quod omnis oratio generaliter ad patrem dirigitur, & terminatur in nomine filij. Non. n. per aliam uiam ad nos æterna Dei beneficia possunt decurrere, quam per eum, qui est mediator Dei & hominum homo, Christus Iesus. 10. disti. quoniam. sicut mediante crystallo mittit ignis in escam superpositam à sole longin quo. Et sumptum est hoc de Epistola ad Romanos, ubi dicitur, Gloriemur in Deo, per dominum nostrum Iesum nemo enim uenit ad patrem nisi per me. Et ipse alibi dicit. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis ¶ Et nota, quod † Iesus est proprium nomen, prout dictum est in procemio secundę partis. Quod uero sequitur, qui recum uiuit & regnat in unitate Spiritusancti &c. ita potest intelligi, unitate Spiritussancti &c. hoc est una cum Spiritussancto, nã pater & filius & Spiritus sanctus, sunt unũ. Vel in unitate Spiritussancti, hoc est in spiritusancto, qui est unitas patris & filij, & amor & connexio utriusque. Possunt etiam sic exponi præmissa uerba, per dominum nostrum &c. ut sit sensus. O pater exaudi per filium tuum, qui hoc vult & potest, vult, quia uiuit potest, quia regnat, uiuit inquam, & regnat tecum in unitate Spiritusancti, nõ quidem uiuit & regnat, ut tyrannus spiritu iniquitatis, sed uiuit & regnat Deus spiritu benignitatis. ¶ Quod uero sequitur, Per omnia secula seculorum uel consecutiue, uel antonomatice itelligi potest. Consecutiue, sicut generationes generationum quasi dicat per omnia secula seculorum sibi inuicem succedentium. † Dicuntur enim secula, quia sequuntur, nam alijs discedentibus alia sequuntur. Antonomatice, sicut cãtica canticorum, & est sensus, sicut ante omnia secula filius cum patre in vnitate Spiritusancti, in deitate uixit & fuit ita & in præsenti seculo, & in futuro, ubi iusti cum sanctis Angelis permanebunt, & iniusti cum diabolis cruciabuntur, credatur æqualiter uiuere cum patre, & Spiritusancto, & nullo fine concludi. † Sequitur amen, quod uerbum optantis uel affirmatis ostendit affectum, uel consensum, ut promissum est. Populus enim assentiens uoci sacerdotis, qui dixit, per omnia secula seculorum, assentit, quod seculum per eum creatũ est. Vnde in fin. psalmorum, ubi nos dicimus, fiat fiat, hebræus dicit, amen, amen. Et Christus in Euangelio sæpe dicit, amen, amen ideſt, uerum dico uobis. Respicit ergo ad formam orationis, ut quod oratur, optetur, vel ad modum conclusionis, ut quod concluditur affirmetur, uerbi gratia, cum sacerdos orans dicit, Da nobis quæsumus domine, salutem mentis & corporis, populus respondet, amen, ideſt, fiat. & cum sacerdos cõcludit, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritussancti Deus per omnia secula seculorum, populus affirmando respondet, amen, ideſt, uerum est, nel amen, interpretatur ueritas, ut in Apocal. hoc dicit amen, testis fidelis, de hoc dictum est in præcedẽti tractatu. ¶† Circa terminationem collectarum notandum est quod in eis quãdoq; dirigitur sermo ad patrem quandoq; ad filiũ, quandoq; ad Spiritũsanctum, quandoq; ad totam Trinitatem. Si sermo ad solum patrẽ dirigitur, non habita mentione de filio, neque de Spiritusancto, tunc dicetur in fine, Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuũ, qui recum uiuit & regnat in unitate Spiritussancti Deus per omnia secula seculorum, sine per eundem & eiusdem ut in illa oratione

Protector in te sperâtium &c. Si verò fiat mentio de filio, uel de spiritusancto, refert an ante finalem partem orõis, an in fine ipsius fiat mentio de filio. Si uerò dirigatur ad patrem, & habita mentione de filio, ante finem, tunc dr̃ in fine. Per eundem dominum nostrum &c. ut in illa oratione, Deus qui de beatæ Mariæ Virginis &c. Si in fine, tunc subijcitur immediatè qui tecum, sine per eundem, & eiusdẽ, ut in illa collecta sancti Stephani. Omnipotens sempiterne Deus q̃ primitias martyrum. Et in illa, Deus qui salutis æternæ, uel dominum nostrũ Iesum Christum, sine per ut in illa collecta, Deus, qui nos redemptione quæ dicitur in vigilia Natalis, & in illa. Illumina quæsumus. qnæ dr̃ in Epiphania. uel Iesus Christus dominus noster, ut in illa, Deus, qui ad æternam, quæ dicitur feria tertia post Pascha, & in secreta illa. Ipsi tibi, quæ dicitur in cœna Domini. Si verò in oratione, quæ ad patrem dirigitur fit mẽtio de spiritu sancto, dicitur in fine, Per Dominum nostrum, sed tunc dicitur ibi, in unitate eiusdem spirituſſancti, Deus, ut in illa, Deus, qui corda fidelium, & in illa, Adsit nobis quęsumus uirtus spirituſſancti &c. Quòd si fiat ibi mentio de spiritusancto, & posteà de filio, tunc subijcitur in fine immediatè, qui tecum, ut in illa oratione. Mentes nostras quæsumus Domine paracletus, & in illa, Vre igne &c. ¶ Rursus, quando ad patrem dirigimus sermonem, orando, ut ipse det nobis spiritum uiuificandi, vel huiusmodi, tunc dicitur, per dominum, siue per eundem, uel eiusdem, ut in illa oratione, quæ dicitur in benedictione cinerum. Deus, qui humiliatione &c. & in illa, quæ dr̃ in benedictione fontis, Omnipotens sempiternæ Deus, Respice &c. Si autem sermo ad filium dirigat̃, ut in illa orõne. Excita dñe potentiam tuam, & ueni, & similiter in alijs collectis, de aduentu Domini, & illa, Deus qui uirginialẽ aulam, tunc dicitur in fine, qui uiuis & regnas cum Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus &c. Et si fiat ibi mentio de patre, tunc dicitur, qui cum Deo patre &c. ut in illa oratione canonis, Domine Iesu Christi fili Dei, &c. Si uerò sermo dirigitur, ad spiritum sanctum, dicunt quidam, quod tunc dicitur in fine, qui cum patre & filio viuit, & regnat Deus &c. Veruntamen † omnis oratio dirigitur ad patrem, vel ad filium, & nulla ad spiritumsanctum, quia spiritus sanctus ad donum, & à dono non petitur donum, sed potius à largitore doni, petitur ergo à patre, & filio, & ad eos sermo dirigitur, tanquam ad donatores, & non à spiritusancto, qui est donum, & pariter ab utroque procedit. Si aũt ad totam Trinitatem sermo dirigitur, tunc dicitur in fine, per dominum, siue, per eundem, & eiusdem, vt in illa oratione canonis. Suscipe sancta Trinitas, & in illa, quæ dicitur in Missa, Placeat tibi sancta Trinitas, in quibus dicitur per Christum dominum, quod succedit in orationibus in locum. per dominum nostrum, causa breuitatis, Idemque in oratione quę ad Deum p̃rem dirigitur, de eo mentio fiat, ut in illa, Omnipotens sempiternæ Deus, qui dedisti famulis tuis, tunc dicunt quidam, qui uiuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum. Alij verò intelligentes, quod oratio ipsa ad Deum filium dirigitur, dicunt tunc quia uiuis, & regnas in unitate spirituſſancti Deus per omnia secula seculorum, & in illa oratione, fidelium Deus omniũ cõditor, tota namque Trinitas conditor, & redemptor est, licet Christus propriè sit redemptor. Potest etiam dici, quod oratio, quæ sic ad Trinitatem dirigitur, concluditur sine aliqua personarum distinctione, qui uiuis & regnas Deus per omnia secula seculorum. Vel conuertat orans sermonem ad se, vel ad populum dicens, qđ ipsa præstare dignetur, & sic etiam concluditur in orationibus benedictionalibus. Sanè in oratione, in qua sermo dirigitur ad caput Ecclesiæ sic videtur debere dici, qui viuis, & regnas, cum Christus sit caput ecclesiæ, extra de sacra unctione, c. primo sed non est ita. Tota namq; Trinitas est caput ecclesiæ, ideoq; dici debet, per dominum nostrum. In exorcismis † verò ad expellendum dęmonũ aliter dicitur, quoniã in aquæ benedictione dicitur, p eũ q̃ uenturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignẽ. Similiter & in catechismis dicitur, qui uenturus est &c. quàm cito. n. diabolus audit Christum esse uenturum iudicare seculum per ignem, fugit, timens

mens indicium ignis; quia scit se post diem iudicij æterno igne præmendum. Eadem quoque ratione dicit magister Gilbertus, quòd orationes in exequiis mortuorum debent simili modo finiri, communis tamen vsus ecclesię tenet, vt dicatur. Per dominum nostrum &c. in illa tamen oratione, Fidelium Deus omnium conditor debet dici, qui uiuis & regnas &c. vt præmissum est. Et aduerte, quòd orationes in laudibus, in missa & in vesperis, sub eodem & solẽniori tono dicuntur, pro eo, q̃ illæ horæ solennius & festiuius in ecclesia dicuntur: in alijs vero horis & officij alius tonus minus solennius seruatur, tum quia minus solenniter dicuntur, tum quia, illæ ad alium referri possunt significatum. Omnibus autem orationibus, præterquam in exorcismis p̃mittitur, oremus, non tamen semper Dominus vobiscum, vt dictum est in præcedenti. ¶ Sequitur videre † quare orationes, quæ circa principium Missæ dicuntur collectæ vocentur. Et quidẽ ideo, quia sacerdos, qui fungitur legatione ad Deum pro populo, in eis petitiones omnium in unum colligit, & cõcludit, vt eas ad dominum referat, propriè tamen dicũtur collectæ, quæ super collectum populũ dicuntur; puta in processionibus, uel dum colligitur populus ad stationem faciendã; vt de vna ecclesia procedant ad altare. 59. dist. quoniam de consecr. dist. 5. conuenit. In vrbe namque quælibet ecclesiæ stationalis habet aliquam ecclesiam sibi vicinam, in qua colligitur populus die stationis, & ibi dicitur collecta super populum collectum. & inde omnes simul ad ecclesiam, in qua fit statio, accedunt. Vnde in concilio Agaten. de consc. dist. 5. conuenit in fi. dicitur, quòd plebs collecta oratione ad vesperam dimittatur ab episcopo cum benedictione, & est sumptum hoc nomen de Leuitico, vbi scenophegia, quæ est vltimũ festorum legalium, collecta vocatur, pro eo, quia in fructuum collectione fiebat, & figurabat futurã operum nostrorum collectionẽ, cum dicetur: Ecce homo, & omnia opera eius cum eo. ¶ Orationum † varietas intantum excrescebat, quòd octauum Africanum concilium constituit, vt nullæ preces, vel orationes, vel Missæ, vel Præfationes, vel commendationes, vel manuum impositiones dicantur, nisi in cõcilio fuerint approbatæ. Et Gelasius Papa tam a se, quam ab alijs appositas preces dicitur ordinasse. Beatus Grego. seclusis his quæ nimia, uel incongrua videbantur rationabilia coadunauit, congrua multa nihilominus per se necessaria superaddens. ¶ Cæterum, quidam † modum & ordinem excedentes, intantum orationes multiplicant, ut auditoribus tantum tædium generant & fastidium, quasi Deus & homo, vcborũ multitudine flecti possit, ut præmissum est. de conse. dist 5. non mediocriter, cum econtra Esaias dicat: Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam. & Dominus in euangelio dicat, Cum oratis nolite te multũ loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixissent Apostoli, Domini doce nos orare, compẽdiosam eos orationem docuit Pater noster &c. Huiusmodi ergo orationis formam sequentes sacerdotes in Missa septenarium orationes numerum non excedunt. Nam Christus septem petitionibus omnia corpori, & animæ necessaria comprehẽdit in illa, prout sub eo dicetur, quia vero uumero Deus gaudet impari, quidã obseruant, ut impares dicãt in Missa orationes, uidelicet, vel vnam tãtum, sicut una epistola, uel unum Euangelium dicuntur, & iste numerus est ordinarius, uel tres, vel quinq; uel septẽ. Vnum ad designandum fidei unitatẽ, vel unitatis sacramentum. Tres, ad significandum mysterium Trinitatis & quia Christus ter in passione orauit, dicens: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste, Quinque, ad designandum quinq; plagas Christi, seu in quinq; partitã Christi passionẽ. Septem ad designãdum spiritũ gratiæ septiformis, seu septem dona spirituſſancti. Deus enim diuisionem & discordiam detestatur. Vnde cũ cæterorum dierum operibus benediceret, operibus tamẽ secũdæ diei benedixisse nõ legitur, eo quòd binarius numerus primò ab unitate recedebat & ab eo cæteri diuisibiles numeri originẽ sortiuntur, & impar numerus mundus est. 32. q. 1. nuptiæ. ¶ Et nota, quòd in summis † festis tantumnodo dicitur vna collecta, nisi fortè eadem die aliud festum

occurrat. ¶Sciendum quoque est, quòd totidem collectæ & eodem ordine dici debent in secreta, post communionem, quot præcesserunt ante Epistolam in exordio Missę. nec plures, nec pauciores, finis nanque debet suo principio & quilibet post communionem collectæ & secretelæ præcedentibus conuenire. Cauendum est etiam, quia si collecta pro defunctis intermisceatur in Missa, quæ dicitur pro uiuis non finalis, sed penultima, vel antepenultima dicatur, quia finis debet ad suum principium retorqueri, de consecr. distin. prima. episcopus. Semper enim facienda est memoria pro defunctis, prout dicetur sub 10. particula secretæ, super verbo, Memento etiam Domine, &cæt. quia etiam viuorum & etiam Sanctorum, in quorum honore celebrantur, qui in vita gloriæ viuunt, auxilio egent. Sed in Missa pro defunctis intermisceri non debet collecta pro viuis, etiam, vt quidam dicunt, illa communis, Deus qui uiuorum dominaris &c. ab August. composita, ad notandum, q defuncti iuuare nequeũt uiuentes in hac vita, nec etiam implorare æternam uitam, licet ipsi iuuari valeant ab vtriusque. In Missa tamen pro defunctis potest, ut quidam dicunt, esse penultima collecta de sanctis, & conuerso. Inno. Papa Primus composuit quatuor collectas pro mense Septembri. Innocentius vero Papa Tertius composuit illam. A cũctis nos quæsumus Domine, mẽtis & corporis defende &c. In † ecclesia Lateran. nũquam dicitur oratio, sed in Missa, & in omnibus horis loco orationis alta uoce pronuntiatur oratio dominica; quæ in nouo testamento prima oratio fuit. Nam & in primitiua ecclesia sic fiebat. ¶ † Sane Pontifex, seu sacerdos dum orare, seu orationem dicere incipit, manus eleuat, & extendit, iuxta illud Heb. 12. Manus remissas erigite, & genua debilia roborate, & Romano Pontifici, & etiam alijs Episcopis in multis ecclesijs ministri adstantes, eleuatas manus sustentant, quæ manuum eleuatio a lege sumpsit exordium. Legitur enim Exod. 16. & cap. 36. distinct. si quis. quòd cum Israel pugnaret aduersus Amalech in deserto, Moses ascendit super verticẽ collis. Cumq; leuaret manus, vincebat Israel, si verò paulum remisisset, Amalech populum superabat, Aaron autem & Hur sustentabat manus eius ex vtraque parte. Legitur etiam 3 Regum capit. 7. quòd Salomon stetit ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cœlum orans pro populo. & Gene. 4 Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum. Eleuatio autem ipsa representat, quòd Christus eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Vel eleuat manus ad instar Saluatoris in cruce pendentis, Vnde illud, Eleuatio in manum mearum sacrificium vespertinũ. Extensio vero manum ideo fit, Nam Christus cum expandisset manus in cruce, pro persecutoribus orauit, dicens, Pater mi, dimitte illis, quia nesciant quid faciunt, mortaliter instruẽs, quia Christus semper paratus est recipere pœnitentes. Iuxta illud, quod ipsę promisit. Omnis qui venit ad me, non eijciam foras. Quidquam tamẽ perfidi hæretici derident huiusmodi manuum extensionem, propter illud Esa. Cũ extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis.

Act. 1. *Psal. 140.* *Luc. 23.* *Ioan. 6.* *Esa. 1.*

SVMMA.

1 *Epistola, quid. Vnde dicatur. & quid signi ficet.*
2 *Epistola vbi debeat legi.*
3 *Epistola cur præmittatur Euangelio.*
4 *Diaconus lecturus Epistolam a quibus, & quot comitetur.*
5 *Epistolam legens, quo flectere vultum debeat.*
6 *Epistola sumpta ex libro Mosi, vel Salomonis qualiter terminetur.*
7 *Epistolam legere non potest quis, nisi fuerit subdiaconus.*
8 *Ministerium verbi Dei est triplex.*
9 *Sedendo vsus vnde.*
10 *Lectiones Apostolicas & Euangelicas quã primum statuerit, debere dici ante sacrificium.*
11 *Euangeliorum, Epistolarum, & Prophetiarum varia est terminatio.*

De

De Epistola. Cap. 15.

1 ORATIONE finita dicitur epistola. † quæ significat doctrinam Apostolorum. Eleganter autem illam præcedit oratio, qua Legitur Luc. 10. c. Rogate dominum messis, vt mittat operarios suos in messem suam. ¶Sane Epistola Græce, Latinè supermisso, uel supererogatio, dr ab ἐπὶ q. est supra, & σολον missio * Missa. n. est ab Apostolis supra legem Mos. supra Psalmistas & Prophetas. supra euãgelium, sicut & prophetiæ supra legem, vnde & literæ de vna persona ad aliam missæ, appellantur Epistolæ, scilicet supra missæ, quam missæ supra, seu præter id, quod refert nuntius uiua uoce, sicut & Apostolus supra id quod dixerat Ephesijs, Corinthijs, & alijs epistolas mittebat
2 Legi debet † Epistola secũdum magistrum Petrum Antisiodoren. in dextra parte ecclesiæ, quia Christus primo venit ad Iudæos, qui dicebant in dextera esse. Melius tamen fit in medio ecclesiæ pro eo, q Ioãnes fuit medius inter Apostolos, & prophetas, ut iam dicetur. Dicitur quoq; Epistola in loco inferiori, Euangelium in superiori, & suppositio panno, de quo sub Euan
3 gelio dicetur. Præmittitur † autem Epistola Euangelio. Epistola nãque designat officium, quod Ioãnes ante Christum exercuit, qui præiuit ante facié domini parare
Mat. 20 vias eius: sicut ipse testatur, Ego vox clamantis, in deserto, parate viã domini. Ioãnes ergo quasi subdiaconus & submini-ster illius, qui de se dicit: Non veni ministrari. Vnde sicut prædicatio Ioãnis præcessit prædicationem Christi, ita Epistola Euangelium præcedit. Gerit quoque Epistola figurã legis & prophetiæ, quæ Christi aduentum præcesserunt, sicut ipsa Euãgelium præcedit. Præcessit quidẽ lex Euãgelium, sicut umbra lucẽ, sicut timor charitatem, & initium perfectionem. ¶Sane
4 † subdiaconum Epistolam lecturum vnus tantum comitatur acolytus, quia prædicationem Ioannis pauci secuti sunt, quoniam lex neminẽ ad perfectionẽ ducit, sed diaconum Euangelium lecturũ, tam subdiaconi, quam acolyti & cæteri comitantur, quia prædicationem Euãgelii, quæ perfectionẽ facit, plurimi susceperũt. Dicit etiã potest quod per subdiaconi & subdiaconi ad legẽdũ processum, duplex Christi manifestatio, per duplicem eius aduẽtum significatur, quorum primus unum tantum habuit præcursorem, scilicet Ioannem, q per subdiaconum præcedentem significatur. Secundus duos habebit, videlicet Enoch & Helia, qui per duos uel plures p cedẽtes diaconum figurantur. Facies autẽ † Epistolam legẽtis respicere debet altare 5 quod Christũ significat, quia Ioannis prædicatio se & alios dirigebat in Christum de cuius vult iudicium, & æquitas procedunt, extra ut eccle. ben. ut nostrum. Is vero, qui præcedit subdiaconum euntem legere, non uertit faciem ad legentem, qa Ioannes nõ ad se audientes, sed potius ad Christum dirigebat. ¶Sed qui diaconum euntem legere præcedebant. nunc respiciunt ac Euangelium, & ad faciem recitantis. Primo, vt ex mutua utriusq; inspectione, amor & charitas Christi notetur; q in Euangelio prædicatur. Secundo, vt se esse cõtestes euangelicæ doctrinæ ostendant. sicut legitur in Esa. Vos estis testes mei, di *Esa. 44.* cit Domin⁹. Quia vero Ioannes fuit limes præcedentium, & subsequentium, medius inter Apostolos & Prophetas. Nam lex & *Luc. 16.* prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnũ Dei euangelizatur. Ideo Epistola nec semper legitur de prophetis, nec semper de Apostolis, sed interdũ sumit de veteri testamento, interdum de nouo. Ioannes enim, cuius nocem representat. Epistola, cum antiquis Christum prædixit futurũ, *Ioan. 1.* dicens. Qui post me venit, ante me factus est, & cum modernis Christum ostendit *Ioan. 1.* presentem, dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pccata mundi. Interdum ergo sumitur de Apostolis, quia licet eorum doctrina non præcesserit euangelium, tamen ad uitam æternam refertur, sicut lex & prophetia, & interdum de veteri testamento, raro tamen, quia uelum templi est scissum nec ponendum est ante oculos velũ, epistola tamẽ nõ legitur de quinque libris Mosi, quia in illis temporalia promittebãtur. In cuius signum lectiones de illis sumptæ terminãtur in grauem a.ẽtũ. ut iam dicetur. ¶Considerandum † autem 6 est,

Luc. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

est,quòd quando electio,vel epistola de libris Mosi,uel Salomonis sumitur, nomen eorum recitat, ut dicetur in proœmio sex æ partis. Item in epistolis quæ sumuntur de prophetis,uel de actibus Apostolorum, siue de Apocalypsi ponitur in principio hæc oratio: In diebus illis, & in fine dicitur,ait Dominus omnipotens, eo q in libris illis hoc sæpe scriptum inuenitur.Eadem etiã ratione dicitur in epistolis Iacobi,& Petri, Charissimi,& in epistolis Pauli Fratres, & in Christo Iesu Domino nostro. *Hebr. 3.* In Epistola tamẽ ad Hebræos dicunt quidam non debere apponi. Fratres,eo,q Apostolus suspectus erat Hebræis,sed melius est,ut apponatur: quoniã quidam boni erant inter eos, vt ipse eos in quodã loco eiusdẽ epistolæ uocat fratres. Propter præmissam etiam causam dicitur in Euangelio. In illo tempore; propriè tamen loquendo nulla epistola est de veteri testamento,sed illæ lectiones vocantur. Porrò licet in epistolis,quę de Apoc.leguntur dicatur: Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli, in quibusdam tamẽ ecclesiis & Apostoli tacetur illud verbũ beati. Certum est enim, q Beatus Ioannes præcipuè fuit inter Apostolos à Christo dilectus. *Psal. 64* Dilectio autẽ Dei, bonos vos efficit, quia beatus,quẽ elegisti & assumpsisti. Hac ergo consideratione, eum sicut cæteros sanctos superuacuum est beatitudinis titulo sanctum ostendere, & Solem quodammodo facibus adiuuare. 6. q. cap. omnia cum ipse uelut titulus per se parens effectũ beatitudinis, scilicet dilectionem Dei euidenter præ cæteris sit sortitus.Cæterum nul-
7 lus debet † epistolam solenniter in ecclesia legere, nisi sit subdiaconus, qui si fortè defuerit,dicatur a diacono,de quo dictum est in secunda parte,sub tit. de subdiacono, & de diacono uel etiam a sacerdote. Melius enim est, ut sacerdos etiam missam cãtãs, illam legat, quam si ab acolyto uel alio inferioris ordinis legatur. ¶Circa hoc autẽ notandum est, q populi instructio fit per verbum Dei,quod quidem a Deo per eius ministros ad populum peruenit, & ideo ea quæ ad plebis institutionem pertinent non a sacerdote, sed a ministris dicuntur.
8 ¶†Ministerium tñ uerbi Dei triplex est. ¶Primum authoritatis, quod competit Christo,qui minister dicitur, Matthæi septimo. Erat enim sub potestate docens. ¶Secundum manifestæ veritatis, qđ competit prædicatoribus noui testamenti, de quo dicitur in secundo Corint. 3. Qui & *Ro. 10.* idoneos fecit ministros. ¶Tertium figurationis, quod competit prædicatoribus veteris testamenti, ideoq; doctrinam Christi proponit diaconus.Doctrinã uero prædicatorũ ueteris test. proponitur per subdiaconos. Nec obstat q aliquando per eos legitur loco epistolæ aliquid de ipso veteri testamento: quia prædicatores noui testamenti etiam uetus prædicant. Cæterum doctrina prædicatorum veteris testamenti non semper legitur;sed illis diebus,quibus præcipuè cõfiguratio noui & ueteris testamẽti designatur,ut in ieiunijs quatuor tẽporum, & qñ aliqua celebrantur, quæ in ueteri lege figurata sunt, sicut passio,natiuitas,baptismus, & aliquid huiusmodi. & quoniã utraq; doctrina ordinat ad Christum & eorum,qui præibant,& eorum, q sequebãtur, ideo doctrina Christi postponitur quasi finis.Cum autem dicitur Epistola, genua nõ flectimus, cum ad nouum pertineãt testamentum; imò sedemus, qa doctrina in silentio & quiete audienda est.
9 Vsus † etiam sedendi a ueteri testamento assumitur sicut in Esdra legitur.Milites tamen stare consueuerunt,quando Epistolæ Pauli leguntur in honorem eius, quia miles fuit,unde in signum militiæ suæ depingit cum ense in manu, uel ideo, quia ipse suam prædicationem Euangelium nominauit. ¶ Et est sciendum, q nunquam in Quadragesima legitur Epistola Pauli, nisi tantum in cœna Domini,quia ad nouum pertinet testamentum. ¶ †Sanè lectiones 10
apostolicas, & euangelicas, qs primo ante sacrificium dici debere statuerit, non oino certum est. Creditur tñ,q primi successores Apostolorum,eo q in illis eadem sacrificia celebrari iubentur. ¶Quæritur autẽ, quare † prophetias voce inferius deflexa; 11
Euangelium uero ac Epistolã,uocem exaltando,finimus? Rñdeo per prophetã,quæ est in ueteri testamento, synagoga,quæ inclinata est,& cecidit,intelligitur, ideoque inclinando uocem, & quasi cadendo prophetia finitur. Hinc etiam est, quòd synagoga depingitur, quasi fracta hasta vexilli per

per Euangelium verò & Epistolam Ecclesia militans ræpresentatur, quæ exaltata est,& ideo illa cũ exaltatione uocis finiuntur. Præterea in ueteri testamento tẽporalia & caduca promittebantur,in cuius figura lectiones in grauem accentum terminantur. In nouo verò testamento spiritualia & æterna,in cuius rei signũ Euãgelium & Epistola in accentum terminantur acutum. Quædam tñ lectiones de veteri testamento sumptæ, quæ in officio Missæ pro Epistolis sępe eleguntur,in acutum terminantur accẽtum,& sub tono Epistolari leguntur. Cum. n. tunc in locum Epistolæ succedant, meritò, & quo ad hoc, & quo ad nomen illarum debent imitari formam.

ADNOTATIO.

* Missio.] Videtur author hoc verbum minus duxisse à sua ἐτυμολογία. Dicitur enim ἐπιστολὴ ἀπὸ τῦ ἐπιστέλειν, quod est mittere,quia ad absentes mittit. Vel,si mauis,ἐπιστολὴ iussum mandatum.

SVMMA.

1 *Subdiaconus, epistola lecta, reuerentiam facit sacerdoti, quaque id significatione & n. 3.*

2 *Subdiaconus manus sacerdotis osculatur lecta Epistola.*

De reuerentia post lectam Epistolam facienda. Cap. 17.

1 POst lectam †epistolã subdiaconus cum acolyto ad sacerdotem accedit,illud insinuans Matt. 11. quòd Ioannes cum audisset in uinculis opera Christi, misit duos ex discipulis suis non credentes Christum esse Messiam,ut interrogarent illum. Tu es qui venturus es, an alium expecta- *Ioan. 1.* mus. Et respondens Iesus, ait illis. Euntes annunciate Ioanni; quæ vidistis & audistis. Cæci uident &c. ut dicetur in 6. par. sub 3. dominica aduentus. Quia verò illi per uisa miracula cognouerunt hunc esse, de quo eorum magister prædixerat. Qui post me uenit,ante me factus est, cuius non sum dignus soluere calcia-
menta sua, ideo pronus ad pedes calciamentum Ro. Pontificis subdiaconus osculatur. Præterea,quia dextra † Dñi fecit uir- 2
tutem,ideo subdiaconus in quibusdã ecclesijs osculatur dextrã sacerdotis. Adhuc le- *Psal. 17.*
cta Epistola subdiaconus librum clausum ẽpo representat,ipse verò supra illum manum ponit, quam subdiaconus osculatur. Nempe episcopus Christum figurat, qui clausus liber representatur, ad designandum, quod solus Christus potuit aperire librum, & soluere signacula eius, in quo & ipse Christus, & eius mysteria clausa erant,donec cœpit ab ipso Christo p prædicationem Euangelij aperiri. Christus autem legẽ, in qua clausus tenebatur opere impleuit,q non uenit legẽ soluere, sed adimplere, q significat manus impositio super librum. Manus. n. opus significat. Ipsa quoque manus impositio significat desiderium & promissionem credendi, & opere complendi,quæ lecta sunt. Quia uerò nemo accipit benedictionem in lege promissam, nisi qui cum amore, qui per osculum designatur, opere perficit, quod sermones alios facere docet, ideo ad hoc designandum subdiaconus benedictionem accepturus manum episcopi osculatur.
¶ † Rursus quia Pontifex (ut præmissum 3
est) Christum representat, subdiaconus & cæteri debent ei actus suos humiliter subdere, & ab ipso benedictionis gratiam postulare. Vnde in Euangelio. Cum omnia *Luc. 7.*
benefeceritis, dicit, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus, & subsequenter episcopus uel sacerdos benedicit, quia & Christus commendauit Ioannem dicens. Quid existis uidere in deserto prophetam? etiam dico uobis plus,quàm prophetam. Amen amen dico uobis. Inter na- *Mat. 11.*
tos mulierum &c. Subdiaconus ergo post finem, diaconus verò ante principium lectionis ad sacerdotes accedit, & exhibet reuerentiam, quia lex finem accepit in Christo, sed Euangelium originẽ sumpsit ab ipso,nã lex & Prophetæ vsque ad Ioan- *Ioan. 1.*
nem, Euangelium Christi & epistolæ post Ioannem. In missa verò pro defunctis subdiaconus lecta epistola non uenit in osculum manus, tum quia ibi cessat ratio supra dicta, tum quia in illa missa quælibet solennitates subtrahuntur.

SVM-

S V M M A.

1 *Sacerdos in missa quare sedeat.l.mita n.3*
2 *Sessio ministrorum in missa quid notet.*

De Sessione Sacerdotis, uel Episcopi, & ministrorum. Cap. 18.

1 ORATIONE finita † sacerdos seu episcopus sedet. ¶ Et est notandum, q̃ in Missæ officio, tribus horis sedet, videlicet dum epistola legitur, de quo titul. de mutatione sacerdotis dicetur, & dum responsorium & Alleluia cantantur, significantes tres dies quibus dominus sedit Hierosolymis in templo in medio doctorum *Luc.2.* audiens & interrogans illos. Sedens autem stat conuersus ad populum, ut ostendat potestatem sibi a Deo esse datam, quòd possit speculari, & superintendere, qui stant in ecclesia humiliter, & qui superbè, animæ enim ei commissæ sunt, & de illis est rationem redditurus Deo. Sed etiam in loco eminentiori, ut quasi vineator custodiat vineam suam, & populo superintendat, nam & dominus in altapolorum sede *Act.1.* stans, custodit ciuitatem suam. ¶ Porrò, *Mar.sul.* oratio, quæ dicitur ante epistolam, prius quàm sacerdos sedeat, specialiter significat tempus illud, quo Christus in cælum ascẽsurus, Apostolis bene dixit. Sessio uerò, quæ sequitur, significat Christi sessionem post Ascensionem ad dextram patris, sedes quippè victoris est. Vnde sessio sacerdotis, uictoriam Christi designat, ut dicetur sub titu. de mutatione sacerdotis.

2 ¶ Sessio† ministrorum significat sessionem ipsorum, quibus dicitur. Sedebitis uos super sedes iudicantes xij. tribus Israel, scili- *Mat.19* cet illos, qui in cœlestibus iam regnant. *Luc.19.* Qui uerò in choro laborant, illos qui adhuc in mundo peregrinantur. Vnde lectores & cantores ad officium surgentes negotium Dei agunt, quibus dicitur, negotiamini, dum uenio. Quidam ergo ministrorum cum episcopo sedent, per quos Christi membra in pace iam quiescentia, *Eph.2.* ibi intelligũtur de quibus Apostolus. Consedere fecit nos in cœlestibus in Christo, aut illi, q̃ iudicabunt xij. tribus Israel, alij vero stant, per quos Christi mẽbra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempe Pontifice sedente in quibusdam ecclesijs, candelabra mutantur de locis suis, & collocantur in ordinem unius lineæ à primo vsque ad altare, ad notandũ, q̃ de plenitu- *Ioan. 1.* dine Christi omnes accepimus in spiritus vnitate, sed gratiarum uarietate, diuisiones enim sunt gratiarum; idẽ autem spiritus. de consec. dist. 4. cum omni. Spiritus enim à primo cereo stato seu candelabro, idest à Christo procedens, & vsque ad altare, i. ecclesiũ corda perueniens alternatim in mẽbris dona uariat gratiarum. Et memento, *1. Cor.* q̃ acolyti deponunt candelabra in terram, *12.* quoniam post per actu p̃dicationis officia per humilitatẽ agnoscunt, q̃ sunt puluis, & cinis, sicut dicit Abrahã. Loquar Dño, cum sim puluis & cinis. † In Romano ordi- 3 nario legitur, ut Pontifex non sedeat, do- *Gen.18.* nec post primam orationẽ dicatur amen. Non ergo debet sedere vsque ad lectionẽ, quoniam præcedens officium gratulationi de Aduentu & operibus Christi deputatur. Episcopus enim Christum uenientẽ & operantem significat, cæteri verò eos, qui præibant, & qui sequebantur, & qui obuiabant, representant.

S V M M A.

1 *Graduale sequitur Epistolam Limi.nu.2. quid significet, ibid. 7. & vnde dicatur num.3.*
4 *Graduale qua voce offerendum.*
6 *Responsorium unde dicatur.*
8 *Versus responsorij, uel gradualis quid significet.*
9 *Hymnus Gloria Patri non cantatur post responsorium Missæ. post horarum autem sic.*
10 *Gradualia qui composuerint.*

De Graduali. Cap. 19.

POST epistolam † cantatur graduale, seu responsorum quod pertinet ad opera actiuæ uitæ, ut notetur non operibus respondere, eis, quæ in lectione audiuimus, scilicet prædicationem. ¶ Rursus, quod Ioannes prædicabat pœnitentiã dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Et iterum Faci- *Mat. 3.* te dignos fructus pœnitentiæ. Merito post epistolã graduale sequitur, quod pœnitentiæ lamentum insinuat, propter quod in diebus Pentecostes de officio tolitur, vt iam dicetur. Tertio ideo post epistolam sequitur graduale, quia post prædicationẽ *Ioan. 1.* Ioannis discipuli secuti sunt Christum, sicut Ioannes Euangelista describit. Stabat (inquit) Ioannes & ex discipulis eius duo & respiciens Iesum ambulantẽ, dixit, Ecce agnus Dei, & audierunt duo discipuli eum loquentem, & secuti sunt Iesum. Ad hoc cantus epistolam comitatur, q̃a prædicationes prædicatorum secuta sunt gaudium ecclesiæ & Dei laudes & præconia credentium de conuersione, quia per graduale conuersio de Iudæis, per uersum conuersio de Gentilibus, per alleluia, vtrusque in fide lætitia, per sequẽtiã canticum uictoriæ figuratur. Alia ratio ponetur sub ti. de tracto. ¶ † In quibusdam tamẽ ecclesijs graduale ante epistolã cantatur, ad notandum, quod prædicator prius opere, & postea uerbo debet docere. Dicitur autem † graduale, uel gradale, à gradibus sc licet humilitatis, significans ascẽsus nostros de uirtute in uirtutem, sicut filij Israel de mansione in mansionem processerunt, ut tandem uideamur Deus Deo *Deut. 2.* rum in Syon. Vnde in Deut. Terra nostra *Ps. 83.* monstruosa est. Hæc terra est electis Hierusalem, quæ per cogitationes cælestium habetur. Conuenit enim graduale illi, qui nedum ascendit de uirtute in virtutẽ, sed adhuc in conuale positus lachrymarum, iam tamen ascensiones in corde disposuit, 4 Rectius † ergo faciũt, qui graduale nõ festiuis & modulatis uocibus offerunt, sed quasi cantum grauem, asperum simpliciter potius & lamentabiliter canunt, tamen responsorium, per quod etiam prædicatio noui testamenti figuratur, citius lectione & epistola, quæ significat prædicationem uetere is testa canitur, vt si quis forte cordis auribus obturatis, depressa admonitione neglexerit, non excitatus saltem excelsa modulatione nouæ doctrinæ delectetur. Veruntamen & lector & cantor officiũ suũ impleturi gradum ascendunt, quia doctor perfectione vitæ vulgum transcendere debet, 4. distin statuimus. ¶ Potest etiam dici, q̃ per epistolam Ioannis, per graduale Apostolorum prædicatio intelligitur, per alleluia, deuotio & lætitia. ¶ Rursus per lectionem uetus, per cantum uero nouum intelligitur testa. Sic ergo cantus suauior est lectione, sicut nouum testam. suauius est uetere. † Secundo dicitur graduale, à 5 gradibus altaris, eo quod infestiuis diebus in gradibus cantatur sicut & alleluia, ad notandum præmissos uirtutum gradus. In profestis uero diebus in medio chori ante gradus altaris cantatur, ad designandum, q̃ in cordẽ, quod est in medio corporis, præmissos gradus fundare debeamus. Tertio, dicitur graduale, quoniã apostoli post Dñm gradiebantur, ut iam dicetur. ¶ Responsorium † uero dicitur, quia uer- 6 sui, uel epistolæ correspondere debet, ut si in epistola agatur de gaudio, & in responsorio similiter, si ibi de tristitia, & hic similiter, ne possit nobis improperari, quod Dominus dicit, Cantauimus uobis, & *Luc. 7.* non saltastis, lamentauimus, & non plo- *Ro.11.* rastis. Vnde Apostolus; Gaudete cum gaudẽtibus & flete cum flentibus. Dicitur etiã responsorium; quia choro respondente, illud inciptentibus cantatur, propter quod significat uitæ actiuam, in qua sancti se adinuicem hortantur, ut ad ęternam perueniant uitam. Potest tamen responsorium ad respõsionem Apostolorum referri, qñ Christo uocante & dicente, Venite post *Mat. 4.* me, ipsi non tantum uerbo, sed opere responderunt, quia relictis omnibus, secuti sunt eum, & gradiebantur post Dominum discipuli post magistrum. de hoc dicetur in proœmio quintæ partis. ¶ † Significat 7 autem graduale seu responsorium laborãtes in hac uita, & ideo non dicitur intra octauas Paschæ & Pentecostes, per quas octauæ nostræ resurrectionis designantur. quando omnes laboris expertes erimus. Absterget Deus omnem lachrymam ab *Apoc.21* oculis sanctorum suorum. Ideo; in gradu laboremus, in alleluia metemus. Versus responsorij sic uocaturi quoniam de eo fit reuersio ad responsorium, prout sub ti. de alleluia dicetur. ¶ Rursus graduale bonum opus, & uitam præsentem, in quæ seminamus & a Domino peregrinamur, signifi-

Universidad de Deusto Biblioteca

significat: versus verò adiutorium designat. ¶ Versus † ergo post graduale canitur, quia adiutorium nobis est necessarium, quãdiu in hoc erga stulo detinemur
2 Graduale plane incipitur, ne nimis versus ascendant, in quo designant, qui religionem propter eius austeritatem ingredi metuunt, versus verò, alte in quo designantur, qui ieiunando, orando, & alia bona faciendo ascendunt, non timentes carnem, q̃ cum vitijs & concupiscentijs mortificant. Ad hoc q̃que vnus solus versum cãtat, ad monẽdum, quòd quisque se cum fragilitatem suam tractet. Et quanquam graduum tenore versus alte non inchoetur. In quo etiam significãtur hi, qui considerationе proprię fragilitatis quicquid agunt, humiliter agunt. Finito tamen versu, vox fiducialiter exaltatur, in quo designatur, quòd de misericordia Dei cõfisi, fiducialiter omni suæ actioni insistunt.
9 Cantatur † autem graduale à perfectis, prout in ti. sequenti dicetur. Porrò responsorium, quod in missa cantatur, nec perfectè, nec imperfectè repetitur. nec ei, Gloria patri subijcitur, quod tñ in responsorio aliarum fit horarum. Circa quod attendendum est, quod aliæ canonicæ horæ institutæ sunt ad referendum Deo laudes pro diuersis beneficijs in illis horis ab eo receptis. Hinc est, quòd lectio in illis primo dicitur, in qua beneficium vel pars eius in illa hora datum designatur, postea cantatur responsorium, in quo laus beneficio correspondet, quia ergo laus repeti
Phil. 3. debet, iuxta illud Apostoli, Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete, id est laudem Deo dicite, ideo huiusmodi responsorium repetitur. Sed & quia quis benefactori suo tenetur. Deo verò nihil aliud possumus, nisi gloriam & honorem offerre, ideo in fine responsorij & cuiuscũque nocturni, vbi in lectionibus aliquod beneficium totum, vel pars eius est repetitum, referimus gloriam, & gratiam Trinitati. Responsorium autem quod in missa cantatur gratiam designat, vt præmissum est responsorum Apostolorum, Christo vos vocante, omnia relinquentium. Quia ergo illi nihil retinuerunt, pro quo iterum vos vocari oporteret, ideo responsorium illud nullo modo repetitur, sed nec cum Gloria patri finitur, quia non ad gloriam, sed ad luctum uocati sunt dicente Domino in Ioan. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. ¶ Et nota *Can. 10* † quòd Gregorius, Ambrosius, & Gelasius composuerunt gradualia, tractus, & alleluia, & ad missam ea cantari statuerunt. Cæterum, quandoque solum responsorium cantatur in missa, quandoque solum alleluia, quandoque responsorium cum alleluia, quandoque cum tractu, quandoque alleluia, cum tractu, de quo dicetur in sexta parte, sub tit. de septem diebus post Pascha.

S V M M A.

1 *Alleluia quid significet, & vnde profecta vox nu. 2.*
3 *Alleluia verbum hebraicum, & eius interpretatio variè nu. 4.*
5 *Alleluia quòd cantetur in ecclesia vnde tractum.*
6 *Pecunia alleluia, quid significet.*
7 *Versus vnde ducatur.*
8 *Cantorum varia differentia.*

ADNOTATIO.

* De hoc verbo magna est apud Doctos dissensio, primum de significatione, proxime de orthographia Augusti. enim duas dictiones efficit, vt Allelu. sonet laudate, Ia verò, vniuersalem uel uniuersaliter, scilicet Dominum. Ia, autem apud hebræos teste Hieronymo, vnum est de decem nominibus. Tu ex præsentium authorum varietate, probabilius sequere iudicium. N. Doard.

De Alleluia. Cap. 20.

QVIA post luctum sequitur consolatio. Nam beati, qui lugent † qm̃ ipsi consolabuntur, ideo post graduale cantatur alleluia, quod est lætitiæ canticum, & cupitum ab Angelis decantari, sicut legitur in Apocalyp. 19. ¶ Rursus, quia ascensus de virtute in virtutem, per quos *Mat. 5.* gradua-

graduale diximus significari, sæpe tædiosi essent, nisi gaudium haberent admistũ, sicut filijs Israel multa inconuenientia acciderunt, quando de mansione in mansionem processerunt, ideo post graduale cantatur alleluia. Thobiæ pen. Plateæ duæ sternuntur auro mundo, & candido, & in
2 vicis eius cantabitur alleluia. est † aũt alleluia laus angelica, sentẽtia quidem breuis magnum continens iubilum, siue incitans ad iubilũ. Iubilat. n. ecclesia, sciens q̃ grandis restat uia vsque ad mõrem Dei Oreb. *3. Reg. 9* quod interpretatur mensa timens, q̃ fideles obdormiãt in fide, & faciant uitulum conflatilem, ideſt lasciuiant in temporalibus. Est autem † alleluia hæbraicũ nomen
3 vocabulum siquidem significans potius, quàm exprimens ineffabile gaudium in hac uita peregrinantium, gaudium, uidelicet angelorum, & hominum in æterna fœlicitate lætantium, quod nec oculos vidit, nec aures audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cuius uerbi expositio fm Innocen. III ex 112 Psal. habetur cum alleluia præmittatur in tit. ſtatim. Psalmus exponendo titu. incipit, Laudate pueri Dñm.
4 vnde, secundùm eum † alleluia, interpretatur, Laudate pueri dominum. Aug. verò sic exponit al. ideſt salutem, le, ideſt, me, lu, ideſt, fac, ia, ideſt. Domine. Hiero. sic, alle. ideſt. cantate, lu. ideſt, laudẽ, ia ideſt, ad Dñm. Greg. sic, alle. ideſt, pater. Iu, ideſt, filius, ia. ideſt Spiritus sanctus, vel alle. i. lux, lu. ideſt, uita, ia, ideſt salus. Magister Petrus Antisiodorens sic, al. ideſt, la. ipſissimus, le. ideſt, leuatus est in cruce, lu, ideſt lugebant Apostoli. Ia. ineſt, iã surrexit. Petrus Comestor dixit sup. App. & Augustin glossa psalterij, quòd alleluia est uerbum imperatiui modi, & sonat alleluia, ideſt, laudate, ia ideſt uniuersalem, vel ia. ideſt, inuisibilem, scilicet Deum, quasi laus inuisibilis Dei. Et quoniam alleluia futuræ beatitudinis quasi proprium est uocabulũ, merito magis eo tempore, scilicet paschali frequentatur, quo Christus resurgens eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit & promissum, prout ibi dice-
5 tur. Quod enim † alijs temporibus canere tur ad missam, olim ecclesiæ Romanæ cõsuetudo non erat, sed a beato Grego. constitutum, imò potius restitutum est. Nam cum prius tempore Damasi Papa fuisset, eadem consuetudo defecerat. Hieronymus dicit, quòd alleluia dicatur in missa tractum esse de Ecclesia Hierosolymitarum. Canimus igitur alleluia post graduale, canticum uidelicet lętitiæ post luctum pœnitentiæ summopere nitentes exprimere magnitudinem consolationis, quæ repositа est lugentibus. Iuxta illud: Beati, *Matt. 5.* qui lugent quoniam ipsi consolabuntur, iubilantes potius, quàm canentes, vnamque breuem digni sermonis syllabam in plures pneumas protrahimus, ut in iocundo auditu mens attonita repleatur, & rapiatur illuc, ubi semper erit uita sine morte, & dies sine nocte. ¶ Est † etiam alleluia 6 modicum in sermone, & multum in pneuma, quia gaudium illud maius est, quàm possit explicari sermone. Pneuma enim, seu iubilus, qui fit in fine exprimit gaudium, & morem credentium, & quanta lætitia & laus secuta sit per prædicationem & fidem auditam. Iuxta illud Audiuit & lætata est Syon &c. & in canticis: Exultabimus, & lętabimur in te. Quid *Psal. 99* sit pneuma, dicetur in proœmio quintæ *Can. 1.* partis: Quando autem dicitur sequentia non dicetur pneuma post alleluia, prout sub tit. de sequentia dicetur. Potest etiam alleluia referri ad exultationem eorum, qui de miraculis Christi gaudebant, laudantes Dominum, & dicentes, Quia uidimus hodie mirabilia, & quia uisitauit Dominus plebem suam. Tunc enim can- *Luc. 5.* tabatur iubilo alleluia, quia omnis plebs, *Luc. 18.* ut uidit, dedit laudem Deo, & gaudebat de uniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo. Hinc est, quod à Septuagesima usque ad Pascha non cantatur alleluia. quia tempore tristitiæ non debet decantari carmen lætitiæ, prout ibi in proœmio sextæ partis dicetur. Porro, quod alleluia interposito uersu repetitur, & sic bis in missa dicitur, designat æternæ uitæ gaudium & quod interiecta lętitia Sancti geminam glorificationis stolam accipiẽt, animæ uidelicet & corporis. Nam secundum stolam mentis sed animæ, exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. secundum stolam carnis fulgebunt, & tan- *Ps. 149.* quam scintillæ in arũdineto, & de hoc di- *Sap. 3.* cetur in sexta parte sub sabbato in albis.

Ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.23. Psal.95. Psal.99. Psal.91 Apo.21.

Versus ergo nihil siniſtrum aut triſte, ſed totum iocundum, & dulce debet ſonare, quales ſunt illi. Dominus regnauit decorẽ indutus. Dominus regnauit, exultet terra &c. Iubilate Deo omnis terra &c. iuſtus ut palma florebit &c. qñ abſterget Deus omnem lachrymã ab oculis ſanctorum, & iã non erit luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra. ¶ † Verſus quoq; dicit à reuertendo, eo quòd per eum reuertimur, ad alleluia, qui poſt alleluia ſequitur, quia ſignificat operationem, quæ laudi coniungi debet, quia non bene Deum laudat, qui bene operari ceſſat. Per hoc uero, q̃ alleluia cũ pneuma repetitur, laus & guadium ineffabile patriæ ſignificatur. In nonnullis eccleſijs alleluia cantatur a pueris, gradуale à magiſtis, ut notetur, quod Deus ex ore infantium perfecit laudem, & pſalmiſta. Laudate pueri Dominum, cuius pſalmi titulus eſt alleluia. Illi enim, qui pueri ſunt, laudi Chriſti conueniunt fortes nero in fide, & in tolerando aduerſa, qui pugnare poſſunt, contra Amalechitas, graduale debent cantare. ¶ Circa † hoc notãdum eſt, quod cantorum alij ſunt, qui in choro cantus uoce magna diſtribuunt, hi ſunt rectores eccleſiæ, qui Deum laudant, & alios uerbo & exemplo ad laudandum inuitãt, alij ſunt pueri, q̃ graduale in gradibus cantant, hi ſunt actiui de uirtute in uirtutem, in charitatis gradibus aſcendentes, qui dum graduale inchoant, alios ad compunctionem inuitant. Dum uerſum concinunt ad ſe redeuntes ſuas cogitationes accendunt, & dum illum finiunt, ſe bonũ certamen certaſſe, & curſum conſummaſſe. Alij ſunt perfecti uiri, qui in alijs eccleſijs alleluia, uel tractus in pulpitis cocinunt, hi ſunt contemplatiui, carnẽ affligentes, & mentem excedentes, quorũ conuerſatio eſt in cœlis, non eſt hic hominum, ſed Angelorum. ¶ Sequentiam uero non illi ſoli decantant, ſed chori communiter iubilant, quoniam iubilus æternus & ineffabilis, angelis erit cõmunis & hominibus. Deberet etiam alleluia in gradibus & uerſus orientem decantari, & quoniam uitam cõtemplatiuam ſignificat, debet legi in altiori loco, quam reſponſorium, qđ actiuam deſignat. ¶ † Rurſus in quibuſdã eccleſijs cantans alleluia, ſumit aliquid in manu, ut inſinuet ſe Deum nõ ſolum uoce, ſed etiam opere collaudare, ſeu manus ducit, iuxta pſalmiſtã. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate, &c. In pleriſque ẽt eccleſijs alleluia de Trinitate cãtat in dominicis diebus, ſcilicet Benedictus, uel qualis patet, ut ſic hilariter profitẽtes ad ſpem perueniant. Et attende, quod alleluia dominicale, à Pentecoſte uſque ad Aduẽtum ſæpe omittimus, quoniam aliter & aliter, in alijs & in alijs gradualibus diſponuntur. Et ideo diligens cantor attendat, & diligenter uniuerſitatibus officiorum aſſignet.

Pſal. 8. Pſ. 112. 3 2. Tim. 2 Phil. 2. 9 Pſal. 46

SVMMA.

1 *Tractus quid. Et quando, & cur adſumatur in eccleſia. Et unde nuncupetur.*
2 *Tractus, & alleluia quam differant.*
4 *Tractuum dicendorum ordo & uarietas.*
6 *Tractus ſignificat captiuitatem Babylonicam.*
7 *Verſus ſequentiarum cur dicantur à duobus.*

De Tractu. Cap. 21.

Pſal. 119. Pſ. 136.

A DOMINICA † Septuageſimæ uſque ad uigiliam Paſchæ, ſin diebus & officijs luctus, quia tunc non canitur carnem lętitiæ, loco alleluia, quod ſignificat exultationem habitam de ſpe æternorum, dicitur tractus ex inſtitutione Theleſphori Papæ. Dicitur autem tractus, a trahendo, quia tractim & cum aſperitate uocum, & prolixitate uerborũ canitur, eo quod miſeriam & laborem præſentis incolatus inſinuat, de quo Pſalmiſta. Heu mihi, qa incolatus meus prolongatus &c. In tractibus enim repreſentatur lõga ſanctorum patrum expectatio, & Iudæorum captiuorum mæror, & afflictio, qui tẽpore Babylonicę captiuitatis ſedentes ſuper flumina Babylonis, & flentes in facilibus, ſua organa ſuſpẽderunt, quod tẽpus eccleſia repreſentat a Septuageſima, cantica lætitiæ ſubticendo, & tractus dicendo. ¶ Tantum † autem intereſt inter alleluia, & tractum, quantum inter lætitiam & tribulationem

lationem. Item tantũ interest inter reſponſorium, cui omnes reſpondẽt, & tractum, cui nemo, quantum inter actiuam & contemplatiuam uitam Eſt autem tractus medius inter reſponſorium & alleluia, ut dicetur in 6. parte ſub ti. de ſeptem diebus poſt Paſchã. Porrò tractus, quia gemitum & cãticum lachrymabile exprimit, lachrymas ſanctorum, ſiue in actiua, ſiue in contemplatiua uita repreſentat. † Vnde tractus dicitur, quia ſancti ſuſpirantes ab imo pectoris gemitum trahunt, quia licet gaudeant, vt monet alleluia, tamen hic in ualle lachrymarum commorantes, habet irriguũ ſuperius & inferius, quod tractus myſticat, gemit enim flebiliter pro dilectione ſupernæ beatitudinis, & ſuper flumina Babylonis ſedentes patriæ ſuæ memores interim lachrymas fundunt pro ſuis & aliorũ acceſſibus, dum ex vicinitate Babylonici fluuij ſeipſos uident ſæpe aſperſos, & alios penitus immerſos, ipſius fluuij rapiditate ferri deorſum. Sed quia hic ploratus quandoque eſt reſpectu ſuperni gaudij, quandoq; reſpectu noſtræ miſeriæ ideo tractus ſimiliter quandoque eſt de lætitia pro ſuperiori irriguo, vt de profundis & alijs huiuſmodi, de vtroque irriguo tractat Greg. in 3. lib. dialogorum c. 34. ¶ † Et eſt aduertendum, quia poſt duos tractus tribulationis, ſequitur tractus lætitiæ, prout ſub dominica Septuageſimæ, & dominicis ſequẽtibus uideri poteſt, & hoc ideo quia poſt duos dies ſepulturæ domini occurrit tertius reſurrectionis. ¶ Rurſus, quia gaudiũ ſanctorum nõ eſt hic plenum & continuũ, ſed ſæpe interrumpitur, ideo eccleſia quandoque interponit tractum, ut in tempore Septuageſimali, & cum in Sabbato Paſchali poſt alia ſequatur, tractus, quia hoc gaudium non expedit ſine fletu, in ſabbato tamen in albis duplicatur alleluia, quia æterna, ita perfectum erit gaudium, glorificata carne cum anima, & completa reſurrectione ſanctorũ cum reſurrectione Chriſti. ¶ Sanè, in † dominica Septuageſimę vſque ad quartam feriam cinerum dicuntur tractus ſolum in dominicis diebus, eo q̃ populus tunc melius conuenit in eccleſia, qui indiget edoceri, qualiter captiuitatem diabolicam per babylonicam ſignificatã, debet deplorare. ¶ † Tractus enim tempus babylonicæ captiuitatis repreſentat, ſed poſt dictam feriam, quæ eſt caput ieiuniorum, magis frequentantur quia tunc magis eſt tempus mæroris, & afflictionis, vtpotè ordinatum ad excutiendum iugum diabolicæ captiuitatis per mæmorem contritionis, & humilitatem confeſſionis, atque aſperitatem ſatisfactionis, quæ præcipuè in ieiunio uigent. Sed licet & dominica dies reſurrectionis figuret, tamen in Dominicis Septuageſimæ cãtica lætitię ſubticentur, & tractus dicũtur, quia Iudæi toto Septuagenario babylonicæ captiuitatis continuè afflicti fuerunt, & nõ in iſtius vitæ ſeptuagenario, quæ per ſeptenarium & per conſequens, per ſeptuagenarium ducitur, continuè dolores & miſerias experimur, donec ad octauam veræ & perfectæ, & non figuratæ reſurrectionis, per Chriſti miſericordiam ueniamus. 7

Ieſue 15 Pſ. 139. 3 4 5 6

¶ † Poſtremò conſiderandum eſt, quòd verſus ſequentiarum bini & bini, ſub eodem cantu dicuntur, quod contingit; quia (vt plurimum) bini & bini per rithmos ſub paribus ſyllabis componuntur, quod in verſibus tractuum non reperitur, qui ex ſacra ſcriptura, ut plurimum ſumuntur ideoque intantum nequeant combinari. Rurſus illæ ſub uno cantu combinãtur, ad notandum, quòd exultatio ueræ charitatis in uno Deo perficitur, ſequentia enim exultationem, combinatio charitatem deſignat. Verſus verò tractuum, quia mærorem ſignificant, ſingulariter decantantur, iuxta illud Pſalm. Singulariter ſum ego, donec tranſeam. Hieron. 11 q 1. quando. Solus ſedebam, quia amaritudine plenus eram. ¶ Non eſt etiam omittendum, quòd licet regulariter graduale, vel alleluia immediate ſequatur epiſtolam, ne noſ muſicus ille reprehendat dicens, Cantauimus & non ſaltaſtis lamentauimus, & non planxiſtis. Alleluia enim cantatur pro ſaltatione, graduale pro planctu ſubiungitur pœnitentiæ. Hoc tamen fallit in Sabbatis quatuor temporũ, & in quarta & in ſexta ferijs maioris bebdomadæ, & in quibus tractus immediatè ſequitur epiſtolam, & hoc ideo, quia in illis diebus muſicus ille nobis aufertur. Nam in dicta quarta ferie venditur, in ſexta crucifigitur qđ in dictis ſabbatis, quod ad aliquid re-

Pſ. 140. Luc. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca

præsentatur, & ideo ad maiorem luctum insinuãdum tractus in illis immediate epistolam comitatur. Quod autem tractus maiorem insinuet luctum, quam graduale, per hoc innuitur, q̃ nunquam cum alleluia cantatur, nisi ob specialem causam in Sabbato Paschali.

SVMMA.

1 *Sequẽtia seu prosa quid, es quid nã notet.*
2 *Nocherius Abbas sequentiarum author.*
3 *Petrus Compostellanus episcopus author est antiphonæ. Salue Regina.*

De prosa seu sequentia. Cap. 22.

1 POST alleluia, † prosa seu sequẽtia dicitur, quod est similiter canticum exultationis, ad notandum gemi nam glorificationis stolã, quam sancti accipient, prout iam præmissum. Cantatur autem sequentia ab omnibus simul, in choro, ut notetur concordia charitatis, talis enim laus Deo, placeat, unde in cãticis, vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa mea, in uno oculorum tuorum ideo dicit in uno ut notetur concordia & uoluntas uniformis, quia
Cant. 4. laus sic facta, est cibus delicatissimus Deo: hæc est tunica illa incõsutilis, quam Deus non patitur scindi. 16 q. 11. sicut de hoc dictum est sub titu. de alleluia, ut dicetur in
2 proœmio quintæ partis, ubi de antiphonis agitur. ¶ Nocherius abbas sancti † Galli, in Theutonia, primo sequẽtias ꝑ pneumis ipsius alleluia composuit, & Nicolaus Papa ad missas cantari concessit. Sed & Hermanus Cõtractus Theuconibus inuẽtor astrolabij composuit sequentias illas, Rex omnipotens, & sancti Spiritus &c. & Aue Maria gratia. & antiphonam, Alma redemptoris mater. & Simon Bariona. Petrus uero Compostellanus episcopus, fecit
3 illã. † Salue Regina misericordiæ uita dulcedo, & spes, nostra salue, ad te clamamus. Quidam uero rex Franciæ Robertus nomine composuit sequentiam illam. Veni sancte Spiritus, & hymnum, Chorus nouæ Hierusalem. Antiquitus enim mos erat ut semper cantaretur alleluia, cum pneuma, sed postea dictus Papa instituit loco illius pneumæ in præcipuis solennitatibus sequentias dici. Quando ergo non dicetur alleluia, non decet sequentia dici, quoniã loco pneumæ eius dicitur, & idem significat, quod pneuma, scilicet, ęternæ uitę gaudium, & delicias, quæ nullo uerbo exprimi possunt, & ideo per pneuma, quæ est uox non significatiua, intelliguntur. Et inde est, q̃ quidam sequentiæ antiquæ solẽt uerba noua & incognita habere & inusitata, tum quia cœli gaudium secretum atq; incognitum mortalibus est, tum quia nobis incognitus est modus laudandi Deum in patria, tum quia iubilus cordis in præsenti uita cognitus est ad plenum, tũ quia omnia noua sunt pulchritudine decorata, ut in proœmio digestorum. Hodie uero sequentiæ cum uoce significatiua dicuntur, ad notandum, quod in illa magna festiuitate uitę æternæ iubilus plene scietur. Sequentiæ uero eternæ uitæ mysticant laudes, iuxta illud: Beati, qui habitant in domo tua Domine, in se. &c. Habent enim
Psal. 83 uerba laudiflua, & dulcem atque suauem cantum, quia ibi omnia erunt laude, & melodia cęlestis organi, abundauit dulciflua lætitia, quia sicut lætitiam omnium habitatio erit ibi. ¶ Rursus quoniam laudes
Ps. 85. æternitatis uerbis humanis plene non resonantur, ideo quædam ecclesiæ mystine pneumatizant sequentias sine uerbis, aut saltem aliquos uersus earum nulla enim erit significatio uerborum necessaria, ubi singulorum corda patebunt singulis intuentibus librum uitæ, & ubi idem erit testis, accusator, & iudex. 10 q. 3. eorum. ¶ Et nota, secundum Isidorum, q̃ prosa est producta ratio à lege metri resoluta, sic dicta, ex eo q̃ sit profusa, sequencia uero dicta est, quia pneumam iubili sequitur, & hic in Euangelio dicitur, sequentia sequentiæ in numero singulari.

SVMMA.

1 *Sacerdos mutat locũ in altari. Et id quaeliter quæve significatione.*
2 *Euangelium, quo consilio legatur in sinistra parte altaris.*

De

De mutatione sacerdotis. Cap. 23.

1 DACTENVS, dum epistola lecta fuerit, & choro graduale psallente, sacerdos † tacitus ad dextram partem sedebit altaris. Illud insinuans, quòd Ioanne prædicante, Christus quodammodo tacebat, quia non prædicabat apertè, sed dictu rus Euangelium surgit, quia vt Euangelista tradit, postquam Ioannes traditus est,
Mar. 1. venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei, & quoniam sedes victoris est, sessio, sacerdotis, victoriam Christi recte significat, qui post ieiunium vicit
Mat. 4. diabolum, nam reliquit eum tentator, & accesserunt Angeli & ministrabant ei. Post dictam ergo sequentiam, surgens sacerdos, & ad sinistram altaris partem accedens, pronuntiat Euangelium, significans, quòd Christus non venit vocare iu-
Mat. 9. stos, sed peccatores, iuxta, quod ipse in euã gelio dixit, Quia non indigent qui sani sunt, medico, sed qui male habent. 2. quæstione j. multi. per dextram enim iusti, per sinistram autem peccatores significantur, propter quod Dominus in iudicio statuet quidem oues à dextris hædos verò à sinistris, de hoc dictum est sub titu. de oratio-
2 ne. Quidam † tamen dixerunt, quod ideo
Mat. 25 sacerdos in principio missæ consistit ad dextram, cum verò pronunciat euangelium conuertitur ad sinistram, & circa finem iterum redit ad dexrram, quia cultus Dei primo fuit in populo Iudæo, & Iudæa tunc erat ad dextram, deinde Iudæis non credentibus, & uerbum Dei tanquam indignis respuentibus, cultus Dei transiuit ad Gentes, ad quas Apostoli transierunt, & tunc Iudæa fuit à sinistra parte, & circa finem reuertetur iterum ad Iudæos, ad prædicationem Henoch & Heliæ, qui conuertent corda patrum in filios, quoniam in diebus illis saluabitur Iuda, & reliquiæ Israel saluæ fient, qui enim primo dixerat in viam Gentium ne abieritis, postea præcipit, dicens: Ite in orbem uniuersum. Quia ergo prædicatio peruenit etiam
Luc. 1. ad illos, qui in sinistra parte fuerunt,
Ma. vl. dum sicato Gedeonis vellere eos aream irrigauit, merito in parte sinistra legitur
Iudi. 6. euangelium, sicut in seq. titu. dicetur. Vnde versus. Et ratio, cur pãrs altaris dextra missæ, Principium finemque tenet mediumque sinistra, Dextera Iudæos, Gentiles læua figurat. Cœpit ab his, defertur ad hos, refertur ad illos nostra fides, & erunt omnes in fine fideles. Sed cum sacer
Mat. 15 dos, qui pronuntiat euangelium, repræsentat personam Christi, qui non prædicauit Gentibus, sed Indæis, iuxta quod ipse dicit in euangelio. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vtrũ illud rectè dicatur, prudẽs auditore aduertat. De hoc dictum est sub titu. qualiter episcopus vel sacerdos. Ad quamcunque vero altaris partem ille se transferat, ministri eum retro sequuntur, prout dictum est ibidem.

SVMMA.

1 *Diaconus lecturus Euangelium benedictionem petit. Et quorsum idipsum, n. 7*
2 *Euangelium vnde dicatur. Eo quid.*
3 *Enãgeliũ est mysteriorum omnium caput.*
4 *Diaconus manũ Põtificis quare osculetur.*
5 *Enãgeliorũ librũ vnde sumat diaconus.*
6 *Diaconus librum euangeliorum ab vitæ suma potius altaris parte.*
8 *Diaconi benedictio vnde ceperit.*
9 *Diaconus qualem debeat præstare.*
10 *Diaconus & subdiaconus eadem ne via in pulpitum ascendant, atque redeant.*
11 *Puluinar suppositum libro euangeliorum, quid notet.*
12 *Diaconus cur præmittat ante euangeliũ turibulum cum incenso.*
13 *Acolyti cum turibulo & incenso præcedunt diaconum dicturum euangelium. Et quibus de causis.*
14 *Cerei quid significent. & nu. 15.*
16 *Crux antecedit diaconum in euangeliũ lectione.*
17 *Ambo ambonis, quid, quidque nocet.*
18 *Euangelium in alio & sublimi loco dicitur fallit. nu. 19.*
20 *Aquila supor imponitur liber euangeliorum. & qua significatione.*
21 *Enãgeliũ quare versus aquilonẽ legatur.*
22 *Diaconus lecturus enãgeliũ populũ salus.*
23 *Euangelium legente diacono, omnes stantes audiunt.*
24 *Euangelium auditur nudato capite.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item positi armis & baculis .nu. 25.
26 Diaconus cur principio Euangelij, subijciat sequentia sancti Euangelij.
27 Diaconus initio Euangelij lustratur frontem & cor signo sancte crucis. Item populus nu. 28. Et quid ita.
29 Subdiaconus verum manuum supponat libro Euangelij.
30 Diaconus librum Euangelio osculatur.
31 Subdiaconus librum euangelij refert vacuo diacono.
32 Sacerdos osculatur Euãgeliũ euãgelio dicto à diacono. Et qua id signone .n. 33.
34 Sacerdos cur turificatur dicto Euangelio.
35 Euangeliorum prafationis dua, & vtrilibet vbi locus.
36 Euangelijs quibusdam praponatur. In illo tempore, & quibus non.
37 Euangelia leguntur varie pro loci, temporis, & rei varietate.
38 Mulier vel abbatissa non potest legere euangelium in missa.

De Euangelio. Cap. 24.

SVPRA proxime tactum †est, qualiter sacerdos non solenniter celebrans ipsemet Euangelium dicit. Vetũ, quãdo episcopus vel sacerdos celebrat cum ministris cũcta solẽnius peraguntur, tunc. n. in quibusdam ecclesijs, vt Romæ, diaconus dextra manu Pontificis osculata, codicem Euangelij sumit de altari, illum subdiacono ad ferendum tradens, postea benedictionem postulat ab episcopo, vel a sacerdote, & et benedicitur In alijs tamen ecclesijs prius benedictionem postulat, quàm codicem accipiat de altare. Data itaque benedictione, procedit diaconus ad pulpitum per dextram partem chori, quem præcedit subdiaconus cum textu Euãgelij, & illum præcedit turibulum cum incenso, & ante turiferarium ceroferarij cum facolis accensis, ante illos in quibusdã ecclesijs Crucis vexillum, sicque pulpitum ascendit, & Euãgelium incipit, in quo dicto ad episcopum vel sacerdotem simul redeunt, quæ singula prosequemur. Notandum est autem, qđ in quibusdam ecclesijs in præcipuis festiuitatibus diaconus proficisci volens ad legendum Euãgelium incipit antiphonam, quæ est in nocturnis super benedictus, & dum ipse accedit ad pulpitum, illa cãtatur & finitur à choro, vt notetur charitas, & cantatur sine pneuma ad notãdum, quòd Deus non præcepit nos habere nisi simplicem charitatem. Sane iam figura mutatur: nam diaconus, qui prius representabat Iohannẽ Baptistam, iam representat Ioannẽ Euangelistam: quoniam lex & prophetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum cælorum euangelizatur. Ideo autẽ Euangelium legitur, vt velut Christum post legẽ, prophetias, & Psalmos ore suo prædicauit ita post epistolam responsorium & alleluia, per illud populo prædicatio eius annuncietur. † Et dicitur Euangelium, quasi bonus nuntius ab εὖ quod est bonum, & ἄγγελον quod est nuntius. Est. n. Euangelium Christi & apostolorum prædicatio, nunciat quidem vitam, post mortẽ, requiem post laborem regnum post seruitium. ¶†Est aũt sciendũ quòd sicut caput præminet cæteris corporis membris, & illi cætera membra seruiũt sic & Euangelium principale est omnium, quæ ad officium missæ dicuntur, & toti præeminet officio missæ, & quæcũque ibi cantantur, & leguntur, illi consentiunt in intellectuali ratione, prout in sexta parte sub qualibet dominica dicetur. ¶†Diaconus ergo primo dextram manũ pontificis osculatur, nihil dicens, qa prædicator euangelizare debet pro gloria æterna, de qua sponsa dicit in canticis, Dextera illius amplexabitur me. Nam, & Angelus qui resurrectionis Christi gloriam venerat nuntiare sedebat in dextra, stola candida coopertus. In alijs tamen ecclesijs non osculatur, sed solum inclinãs benedictionem poscit. Verum subdiaconus vel diaconus non manus, sed pedes Ro. Pontificis osculatur, vt summo pontifici summam exhibeat reuerentiam & ostendat cum esse illius vicarium, cuius pedes osculabatur mulier illa, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Adorãdũ est n. scabellũ pedũ eius, qa sanctũ est, cuius etiã resurgentis à mortuis pedes mulieres tenentes adorauerunt. Generaliter nemo debet manum summi Pontificis osculari, nisi cum de manibus eius aliquid accipit, vel cum ad manus eius aliquid tribuit, vt ostendat, quod ex vtroque debemus

Mat. 10

Pſ. 109.
Mat. 28.

ei

ei gratias agere, qui sicut semper dat propria, sic nunquã recipit aliena, Quas oblationes Romanus Pontifex recipiat, sub titulo de oblationibus dicetur. ¶ Subsequenter
5 †diaconus textum Euãgelij sumit de altari, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem, non utique mosaica
Esa. 2. lex quondam exiuerat de monte Sinai, sed euangelica, de qua propheta ait, Ecce dies veniunt, dicit Dominus consumabo testamentum nouum supra domum Israel, & supra domum Iuda. Sumitur etiam liber de altari, quoniã apostoli de altari Euangeliũ acceperunt, cũ prædicãtes passionẽ Xpi
Mat. 21. euangelizabant. Vel altare in hoc loco significat Iudæos, à quibus transfertur regnum Dei, & datus Genti faciẽti fructum eius. Et ex eo, q liber sumitur de altari, notatur, q Euangelium est uerbum Dei qđ per altare significatur, secũdum illud Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. Et propter præmissas rationes, quidam uolentes dicere finita missa Euangelium sancti Iohãnis, uel aliud, imprimunt primo signum crucis super altare, & postea in fronte.
6 ¶†Sumit autem illum, ut quidam uolunt, de dextra parte altaris: quia ecclesia de Iudæis, à qua nostrum sumpsit exordium antiquitus, fuit à dextris, & ponit eum in manu sinistra, dextram supponẽs, iuxta illud.
Can. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & hoc propter triplicẽ causam. ¶ Primò, quia Euangelista docet cœlestia, quæ per dextram, terrenis, quæ per sinistram intelliguntur, supponit. ¶ Secundò, inclinatur liber super sinistrum humerum notandum, qđ Christi prædicatio de Gentili populo trãsibi, ad Iudaicũ Esa. xx. c. in diebus illis saluabitur Iuda. ¶ Tertiò, quia in uita temporali, qui per illam significatur, necesse est Euangelium prædicare, & textus Euangelij in quibusdam ecclesijs ornatus exterius argento, & lapidibus, prout dictum est in parte 3. sub tit. de legalib. indumentis. Liber autem ipse ab aduentu sacerdotis, ad altare, donec Euangelium legatur, super altare remansit, quod
Esa. 1. Ro. 10. quãtum ad hoc significat Hierusalem, qñ euangelica doctrina primum in Hierusalem facta est, & ibi permansit ab aduentu Dñi, donec publicaretur Gentilibus, Iuxta illud. De Sion exibit lex &c. ut supra,

Hierusalem, enim est locus passionis, quæ *Luc. 10*
per altare etiam significatur. ¶ Cõsequẽter
† benedictionem postulat, quia nullus de- 7
bet pdicare nisi mittatur. Iuxta illud. Quo modo prædicabunt, nisi mittantur, extrà de hære. cum ex iniuncto. & Dominus inquit Apostolis, Rogate Dominum messis vt mittat operarios in messem suam. 25. d. in nouo. Esaias autem cum audisset vocẽ Domini dicentis, Quem mittam & qs ibit *Esa. 6.*
ex uobis. Respondit. Ecce ego sum, mitte me, dixitque Dominus. Vade, & dic populo huic, Audite audientes &c. 8. q. 1. sciendum. ¶ Rursus †huiusmodi benedictionem 8
præfigurauit Moses, qui ascendens in mõtem accepit tabulas & benedictionem, & *Exo. 24.*
populo mandata proposuit, & Dominus etiam benedixit ordini diaconali, cui dedit Spũmsanctũ, & misit ad prædicandum per uniuersum orbem. Pontifex ergo, vel sacerdos visibiliter benedicit diacono, qui
lecturus Euangelium, quod non fecerat *Barut. 2*
subdiacono lecturo epistolam, quia Christus inuisibilis manens, legem, & prophetias quæ per epistolam significantur, inuisibiliter misit, sed postquam in terminis visus, & cum hominibus conuersatus est, Apostolos & Euangelistas visibiliter misit, & docuit, Euntes (inquit) prædicate, dicẽtes, Appropinquabit regnum celorum, Illi autem regressi circuibant castella, euã- *Mat. 10.*
gelizantes, & curantes ubique. Et mittit eum ad legendum Euangelium, ad notandum quod Christus misit Apostolus ad prædicandum regnum Dei. ¶† Diaconus 9
autem, ea quæ sibi in benedictione dicuntur considerans, se corde purum, ore mundum, & opere castum studeat exhibere, quatenus sacrosanctum Euangelium possit digne proferre, quia puteus aquarum viuentium. i. euangelica prædicatio, non fluit impetu, ideſt, liberè, nisi de Libano, ideſt corde casto, & ore candido. Non. n. est speciosa laus in ore peccatoris, imò pec- *Can. 4.*
catoris dixit Deus. Quare tu enarras iustitias, & assumis testamentum meum per os tuum? 3. qu. 8 §. quod testatur, & ideo signo crucis munitur. deinde licentia & benedictione obtentis, & in super cruce impressa, ut securus incedat, procedit ad pulpitum cum silentio, inclinato capite: nihil in quibusdam ecclesijs

Universidad de Deusto Biblioteca

ferens,propter illud,quod dñs ipse præcepit Apostolis, quos misit ad prædicãdum
Luc.10. regnum Dei. Nihil inquit tuleritis in via, & neminem salutaueritis. In alijs tñ eccle sijs diaconus fert librum,ut iã dicetur. Sed perueniens ad ambonem, salutat quasi intrans domum cui offert pacem, ut infra dicetur, & trãsit per dextrã partẽ chori ad
Esa. 1. sinistrã,ut liber euãgelij de dextra ad sinistrã trãsferẽ,& ibi legitur,qa de Sion exhibit lex & uerbũ,ut supra. Iudæa.n.respuente uerbum Dei, Apostoli transierunt de Iudæis ad Gentes,& postea p̃dicatũ est Gen-
Actu.13. tibus,quæ per sinistrã intelliguntur. Vnde Apostolus ad He. dicit, Vobis oportebat prius prædicare verbum Dei,sed quoniam repulistis illud,& indignos uos iudicastis, ecce conuertimur ad Gentes. extrà de renun. nisi de hoc supra in ti. proxi. In eccle
10 sia† Romana & in quibusdam alijs subdiaconus per unam uiam, & diaconus per aliam in pulpitum ascendit, quoniam ille docendo,& iste discẽdo in augmentũ scientię ꝓcedit, & quia ministrator per meritũ operis, & prædicator per meritum oris in augmentum iustitiæ ꝓgreditur. vnde psal-
Ps. 35. misita, Iustitia tua sicut montes Dei, per
Ma. 20. eandem tamen viam descendentes ad põtificẽ reuertuntur,quia per finalẽ perseuerantiam pertingunt præmium, sicut dñs ait. Qui perseuerauerit usq; in finẽ &c. de pœn. distin. 2. Apostolus,&c multi. Et quia
Act. 1. prædicatio sine opere non sufficit. Cœpit enim Iesus facere & docere, ideo prædicator per eandem viam reuertitur, per quã accesserat ministrator. Præterea ideo lecturus Euangelium ab una parte progreditur, & ascendit, & ab altera regreditur, & descendit, iuxta illud Euangelij, Per aliam uiam reuertẽ sunt in regionem suã, quoniam Apostoli prius prædicauerunt
Mat. 2. Iudæis, & postea Gentibus, secundum il-
Actu.12. lud Apostoli, Quoniam repulistis verbum Dei & indignos uos fe. &c. ¶ Sanè diaco-
11 num†subdiaconus antecedit, quia Ioãnes & eius prædicatio Christum & eius prædicationem præcessit, portans in quibusdam ecclesijs puluinar ,quod libro supponat. Per puluinar quidem,quod libro supponi tur ad quietem, significatur uitæ suæ latium, siue temporalia, quasi dicat. Si vobis seminamus spiritualia, non est mirum si à vobis metimus carnalia. 1. Cor. 9. 12. q. 1. §. 1. Nam secundum Apostolum 1. ad Cor. Qui altari seruiunt, cum altari participant. extrà de præben. cum ẽm, dignus est enim operarius mercede sua. Matt. 10. & dominus præcepit in lege. Non claudes *Deu. 15.* os bouis triturantis. extra de præben. extir pandæ. ¶ Rursus puluinar supponitur Euãgelio ad notandum,quòd suaue est iugum domini,siue onus Euangelij illud portare volentibus. Vnde in Matthæo, Iugum *Mat. 11.* meum suaue,& onus meum leue, huic iugo, qui subijcitur, omnia subiecta habet, secundum Aug. Puluinar ergo suauitas, & dulcedo in mandatis Dei. unde propheta, Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, & *Ps. 83.* iterũ, q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua *Ps. 118.* domine. in ecclesia tamen Romana diaconus præcedit,ut doctor,subdiaconus sequitus ut auditor,ille p̃cedit ut prædicet, iste sequitur,ut ministret. Post lectionem verò subdiaconus,quasi sufficiẽter edoctus præcedit referens Euangelium, quoniã mercedem Euangelij de sua ministratione reportat, secundum illud, quod dominus ipse promisit in Euangelio, Qui recipit pro- *Mat. 10.* phetam in nomine prophetæ, mercedem prophetę recipiet, quem ideo præmittit diaconus ad pontificem, ut ostendat se fructum prædicationis referre, de quo dominus iusserat. posui uos, vt eatis & fructum *Ioan. 15.* afferatis,& fructus vester maneat, Ad hæc subdiaconus librũ, & puluinar reportans, significat,quod prędicator bono opere det vitam suam Deo offerre. vnde Apostolus 2. Cor. 9. Omne quodcunque facitis aut verbo, aut opere, in nomine domini Iesu Christi facite. 27. q. vlt. non obseruetis. Præmittis quoque †diaconus ante Euan- 12
gelium turibulum cum incenso,qa Christi opera præcesserunt eius doctrinam, iuxta *Act. 1.* illud, Cępit Iesus facere,& docere. Turibulum aũt cum ture significat orationem cum deuotione, quam tunc maxime debent habere fideles in audiendo diuinum sermonem. ¶ Rursus diaconus ideo ꝓmittit turibulum, quia prædicator debet odorem bonę opinionis ex se mittere, iuxta il
lud Apostoli, Christi bonus odor sumus *1. Cor. 2.* in omni loco, nam cuius uita despicitur, restat ut eius prędicatio contemnatur, extrà de sac. unc. c. 1. ¶† Tertio turibulũ prę- 13
cedit

cedit,ut ipsius diaconi oratio sit ut incen-
Ps. 140. sum in conspectu domini dirigatur. Ante turibulum verò præmittit duos ceroferarios cum faculis accensis. ¶ Primo,quia debet desiderium & gaudium in cordibus auditorum accendere,quatenus & libẽter audiant,& gratanter obediant. In quibusdam tamẽ ecclesiis turibulum cereos prę cedit, quoniam orationes & opera uirtutes de oratione famam,lucem,& signa prę cedunt,iuxta illud. Luceat lux vestra, & il-
Matt. 5 lud. Et virtus exibat de illo, & sanabat omnes. Secundo,sacerdos,vel episcopus præ-
Luc. 6. mittit ante diaconum duos acolytos portantes cereos, & incensum, ad notandum q̃ Christus prędmittebat binos nuntios ante faciem suam in omnem ciuitatem, & lo-
Matt. 7. cum,quo ipse erat uenturus, prędferentes coruscationes miraculorum,& odorem virtutum,unde reuersi dixerunt. Domine in tuo nomine etiam dæmonia subiiciuntur
Mat. 10 nobis. Facies.n. Christi conuenienter hic intelliguntur Apostoli, qui normã doctrinæ suæ populis ostendebant, ꝓpter quod ipsis aiebat. Qui vos recipit, me recipit. ¶ Tertio,ideo librum Euãgelii præcedunt turibulum, & candelabra, quia doctrina
Luc. 4 Christi uirtus & fama præibat, Euangelista testante. Exiuit Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiuit de illo in vniuersam regionem, & ipse docebat in synagogis eorum. ¶ Quarto,propter causam, in secunda parte sub ti. de acolyto scriptã.
14 ¶† Rursus duo cerei illuminati, doctores ecclesię, ꝑ quos ecclesia illuminatur, qui debent habere notitiam utriusque testamenti,designãt. Hinc est,quod ipsi cerei plerunque quibusdam diuersorum cœlorum lineis decorantur,ad notãdum quòd per doctores ipsos sacra scriptura diuersis sensibus exponitur,prout dictũ est in principio libri. Si verò lineę ipse aureę uel argenteę sint,designant q̃ in ipsis doctoribus est aurum sapientiæ,& argentum elo-
15 quentiæ. ¶†Vel cerei ipsi designãt duo testamenta,quibus genus humanum illumi natur,vel legem,& prophetas, qui in quibusdam ecclesiis, dum Euangelium legitur,in panimento ponuntur, quoniam legis umbra & prophetarum ænigmata per lumen Euangelii etiam ab humilibus intelliguntur,quia propter euãgelicam doctrinam lex & prophetia penitus euanuerunt in litera. In quibusdam tamen ecclesiis in diebus festis vnus puer cum uno tantum cereo diaconum præcedit,per qđ significatur;quòd primum Christi aduentum,qui humilis fuit & occultus, prænuit tantum vnus præcursor, scilicet Ioannes Baptista, qui fuit lucerna verbi in diebus vero festiuis duo cerei præcedũt, quia in secundo aduentu, qui solennis erit & manifestus,duo præmittentur præcones,s. Helias & Henoch, qui interficientur ab Antichristo in Hierusalem, quod significatur per extinctionem cereorum. De cãdelabris & etiam cereis aliter dictum est in prima parte sub ti. de picturis. ¶ Antecedit
† quoque crux primo ad notaodũ,qđ dia- 16
conus debet prædicare crucifixum. ¶ Secũdo, quod q̃ eum intuetur per fidem sanaẽ à morsu serpentis antiqui: & ipse est enim serpens in palo. ¶ Tertiò, crux præcedit Euangelium in signum, quod prædicator sequi debet crucifixum. Vnde dominus in quit Petro,sequere me. Ioan. 21. cap. Post hæc diaconus super ambonem ascendit,
†dicitur autem ambo,ambonis,pulpitum 17
vbi legitur Euangelium, dictus ab ambio ambis, quia locus ille gradibus ambitur. Sunt enim in quibusdam ecclesiis duo paria graduum,siue duo ascensus in illã per mediũ chori,unus a sinistris,videlicet uersus orientem,quo fit ascensus, alter a dextris,videlicet versus occidẽtem,quo fit descensus,vt præmissum est. Vel ascendit ab australi parte,nã Christus a Bethel, ideſt, Bethleem,quæ est austrũ,uenit in Hierusalẽ,unde dicitur, Deus ab austro veniet. Ascendit ergo super ambonem, ad notan- *Abac. 3.*
dum,quòd Christus ambit omnes, qui custodiunt uerbum Euangelii, & ut possit ambiri,& sic melius ab hominibus intelligi. Item ascendit † ut in edito & alta uoce 18
annuntiet Euangelium, tanquam vbique & ab omnibus audiendum, iuxta illud ꝓpheticum. Super montem excelsum ascen- *Mat. 10.*
de, tu qui euangelizas Sion exalta in fortitudinem vocem tuam. & dominus inquit in Euangelio. Quod dico vobis in tenebris. dicite in lucem,& quod in aure auditis,prædicate super tecta,extrà de hæret. cum ex iniuncto, vt imitemur dominum, qui in montem ascendit, ut Euan-

gelium prædicaret,& aperiés os suum docebat discipulos,dicens. Beati pauperes spiritu &c. Lex etiam in monte data est Euãgelium ergo in alto & in eminentis loco legitur,quia doctrina euãgelica delata fuit vbique terrarum, vnde in omnem terram exiuit sonus eorum &c. 19. dist. ita. Epistola vero in loco inferiori, quia lex & prophetæ,qui per illum figurantur clausi fuerunt in Iudæa,unde notus in Iudæa Deus &c. Præterea, per epistolam prædicatio uete.testa.quæ humilior,per Euangelium no.test.quæ excelsior est,intelligitur, doctrina enim Christi, vel lex euangelica excellit apostolicam, & apostolica legalẽ doctrinam. Vnde Apostolus ad Hebr. 7. Lex neminem ad perfectionẽ ducit. Euangelium autem dat salutem omni credenti.

19 In missa † autem pro defunctis non in illo loco eminentiori,sed iuxta altare Euangelium,& epistola leguntur, ad notandum, quod quantum spectat ad defunctos, non prosunt prædicationes, quæ uiuis publicè fiunt. Ipsis autem,cum sint absentes, fieri nequeunt publicè vel occultè, sed magis fiunt pro ipsis orationes.per quas ad Christum,qui per altare significatur, appropinquantes eis possumus reuelationem ali-

20 quam obtinere. ¶† Legitur etiam de more Euãgelium super Aquilam, iuxta illud Psalm. 17. Et volauit super pennas ventorum,& Aquila ipsa,se locus, in quo legitur in diebus festiuis aliquo panno lineo uel serico cooperitur ad significandũ mollitem cordium Christianorum. Vnde do-

Ezech. 11. minus per prophetam, Ecce cor carneum dabo nobis, & scribam legẽ meam in cordibus uestris, Locos vero,in quo epistola legitur non cooperitur, ad significandum

21 duritiam cordium Iudæorum. † Lecturus autem Euangelium, transit ad patrem sinistram,prout iam & supra sub ti. de mutatione sacerdotis dictum est, & opponit

Esa. 4. faciam suam aquiloni, iuxta illud Esa. 43.

Hier. 1. Dicam aquiloni, da, & austro noli prohibere, ut ostendat nos doctrina Euangelii debere, armati, & prædicationem Christi contra illum specialiter dirigi,qui ait, Ponam sedem meam ab aquilone, & similis ero altissimo, nam & secundum prophetam. Ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terræ. ¶Rursus uersus aquilonem Euangelium legitur, iuxta illud,quod legitur in canticis 4. Aquilo surgat, ideſt, diabolus fugiat, & auster ueniat ideſt,Spiritussanctus accedat. Recte enim contra diabolum Euangelium legitur,ut illũ sua virtute expellat,quoniã diabolus nihil tantum, quantum Euangelium odit.Siquidem Aquilo,uentus frigidus, diabolum significat, qui statu tentationum corda hominũ a Dei timore congelat,& refrigerat. Cũ ergo fides in Euangelio cõtineatur,quæ est armatura nostra 7. Luce contra diabolum,iuxta illud. Cui resistite fortes in fide, merito legitur contra illum. Quandoque etiam versus meridiem legitur,quia doctrina Christi,quæ prima fuit inter Iudæos,& nũc inter Gentiles, ad eos in fide redibit Hi uero,qui eum inuenien do præcesserunt,respiciunt ad Euangeliũ, & ad faciem recitantis,prout sub epistola dictum est. ¶Deinde†lecturus euangeliũ 22 salutat populum, ut illum ad audiendum uerbum Dei attentum reddat,dicens,Dominus vobiscum, ostẽdens etiam per hoc se Orare,vt Dominus sit cum eis, & obseruans,quod dominus insit, In quacunque domum intraueritis,primum dicite, Pax huic domui. Chorus uero, & populus quasi redditus attentus ad illum,& ad quãcunque partem in qua. Euangelium legi- Luc. 10. tur se uertunt, quia omnibus propositum est,Ite in mundum vniuersum, prædicate Mat. ult. Euangelium omni creaturæ,ideſt, homini, pro quo facta est ois creatura, vel qui habet aliquid participũ cum omni creatura,& respondent,Et cũ spiritu tuo,supple, ut digne possis Euãgelium legere,ac si dicant.tecum sit ad dicendum,& sic mutuo se salutant,prout sub præfatione dicetur. ¶† Sane Euangelium stando & non se- 23 dendo auditur, sicut statuit Anastasius Papa de consec. dist. 1. Apostolica. ut ad prælium pro Christi fide seruanda promptitudo notetur. Vnde Lucæ. 22. qui nõ habet glaudium,vendat tunicam, & emat illum. Et quia ipsius doctrina ad amorem cœlestium dirigit mentes nostras,ad huiusmodi etiam promptitudinem signandum quidam dum Euangelium legitur, chlamydes deponunt, & etiam adnotandum, quod omnia temporalia admittenda sunt propter Christum, iuxta illud Euangelij

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat. 19 gelij,Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te. Et ex quo standum est,apparet, q̃ nec iaceret,nec appodiare debem⁹ Euãgelium audiendo. Reclinatoria ergo tunc relinquũtur,ad notandum, quod non debemus confidere in principibus, nec sustẽtari in terrenis,quia vanitas vanitatem, &

Eccl. 1. omnia uanitas dixit Ecclesiastes. Subaudi tur comparatione Dei,in quem curam nostrã iactare debemus.Et secundum ipsum Anastasium, stantes curui manere debemus,vt humilitatem;quæ a domino doce-

24 tur,etiam corpore demonstremus. ¶† Auditur etiam capite nudato. Primo,attẽtio adesse demonstretur, ob quam etiam causam quidam tunc mentum & genas manu

Mat. 17 tenent.Secundo,vt quinque sensus patuli sint ad audiendum.Tertiò,ad notandum, quod omnia, quæ sub velamine & figura in lege ac propheris continebantur, sunt in euangelio manifestata. In Christi pas-

25 sione velum templi scissum est &c. ¶† Deponuntur etiam tunc baculi & arma. Primò,ne imitemur Iudæos,in conspectu crucifixi arundines, & arma ferentes Secundo,ad notandum, quod Christo prædicante omnes legales ob seruantiæ,quæ per baculos significantur,depositæ sunt. Tertiò, depositio baculorum & armorum humilitatem notat, & Christianæ perfectionis est se non se vindicare,sed domino reseruare, vindictam,iuxta illud,Mihi uindictam, &

Ro. 12. ego retribuam, dicit dominus, & Matth. 5. Qui te precusserit in una maxilla,præbe ei & alteram. 23. q. 1. §. 1. Auditur etiã euangelium in silentio, quia omnia soluta sunt in euangelio, quæ in lege & prophetis promissa erant. ¶ Pontifex vero, seu sacerdos,dum euangelium legitur,faciem vertit ad illud, ad notandum, quòd Christus prædicatores euangelij semper ad adiuuandum respicit,stans super scabellum,ad designandum,quod per huiusmodi prædicationem omnis aduersa potestas

Ps. 109. debellatur & Christi pedibus submittitur & sic impletur,quod in Psal. dicitur, Donec ponã inimicos tuos scabel. &c. ¶ Dia-

26 conus vero statim† postquam sibi responsum est,ut cum spiritu tuo.vt cunctos reddat dociles, & beneuolos, ad audiendum verbum euangelij, ideſt bonum nuntium nuntiantem regnum Dei,subdit.Sequentia nostra iactare debemus.Et secundum ipsum Anastasium, stantes curui manere debemus,vt humilitatem;quæ a domino docetur,etiam corpore demonstremus. ¶† Auditur etiam capite nudato. Primo,attẽtio adesse demonstretur, ob quam etiam causam quidam tunc mentum & genas manu tenent.Secundo,vt quinque sensus patuli sint ad audiendum.Tertiò,ad notandum, quod omnia, quæ sub velamine & figura in lege ac propheris continebantur, sunt in euangelio manifestata. In Christi passione velum templi scissum est &c. ¶† Deponuntur etiam tunc baculi & arma. Primò,ne imitemur Iudæos,in conspectu crucifixi arundines, & arma ferentes Secundo,ad notandum, quod Christo prædicante omnes legales ob seruantiæ,quæ per baculos significantur,depositæ sunt. Tertiò, depositio baculorum & armorum humilitatem notat, & Christianæ perfectionis est se non se vindicare,sed domino reseruare, vindictam,iuxta illud,Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus, & Matth. 5. Qui te precusserit in una maxilla,præbe ei & alteram. 23. q. 1. §. 1. Auditur etiã euangelium in silentio, quia omnia soluta sunt in euangelio, quæ in lege & prophetis promissa erant. ¶ Pontifex vero, seu sacerdos,dum euangelium legitur,faciem vertit ad illud, ad notandum, quòd Christus prædicatores euangelij semper ad adiuuandum respicit,stans super scabellum,ad designandum,quod per huiusmodi prædicationem omnis aduersa potestas debellatur & Christi pedibus submittitur & sic impletur,quod in Psal. dicitur, Donec ponã inimicos tuos scabel. &c. ¶ Diaconus vero statim† postquam sibi responsum est,ut cum spiritu tuo.vt cunctos reddat dociles, & beneuolos, ad audiendum verbum euangelij, ideſt bonum nuntium nuntiantem regnum Dei,subdit.Sequentia nostra iactare debemus.Et secundum ipsum Anastasium, stantes curui manere debemus,vt humilitatem;quæ a domino docetur,etiam corpore demonstremus. ¶† Auditur etiam capite nudato. Primo,attẽtio adesse demonstretur, ob quam etiam causam quidam tunc mentum & genas manu tenent.Secundo,vt quinque sensus patuli sint ad audiendum.Tertiò,ad notandum, quod omnia, quæ sub velamine & figura in lege ac propheris continebantur, sunt in euangelio manifestata. In Christi passione velum templi scissum est &c. ¶† Deponuntur etiam tunc baculi & arma. Primò,ne imitemur Iudæos,in conspectu crucifixi arundines, & arma ferentes Secundo,ad notandum, quod Christo prædicante omnes legales ob seruantiæ,quæ per baculos significantur,depositæ sunt. Tertiò, depositio baculorum & armorum humilitatem notat, & Christianæ perfectionis est se non se vindicare,sed domino reseruare, vindictam,iuxta illud,Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus, & Matth. 5. Qui te precusserit in una maxilla,præbe ei & alteram. 23. q. 1. §. 1. Auditur etiã euangelium in silentio, quia omnia soluta sunt in euangelio, quæ in lege & prophetis promissa erant. ¶ Pontifex vero, seu sacerdos,dum euangelium legitur,faciem vertit ad illud, ad notandum, quòd Christus prædicatores euangelij semper ad adiuuandum respicit,stans super scabellum,ad designandum,quod per huiusmodi prædicationem omnis aduersa potestas debellatur & Christi pedibus submittitur & sic impletur,quod in Psal. dicitur, Donec ponã inimicos tuos scabel. &c. ¶ Diaconus vero statim† postquam sibi responsum est,ut cum spiritu tuo.vt cunctos reddat dociles, & beneuolos, ad audiendum verbum euangelij, ideſt bonum nuntium nuntiantem regnum Dei,subdit.Sequentia

tia sancti euangelij,turificans librum, & signẽs signo crucis. Et etiam in quibusdam locis osculatur librum.q. d. hic est liber,seu euãgelium Dei hic est liber crucifixi,qué prædico,hic est liber pacifici, per quem reconciliationem accepimus, vnde Apostolus. 1. ad Cor. 1. Prædicamus vobis Christum crucifixum. Per incensi autẽ sumum bonæ prædicationis opinio intelligitur. ¶ Deinde signat † se in fronte, in ore pari- 27 ter,& in pectore,seu in corde, ne diabolus qui bonis operibus insidiatur, tollat ei per erubescentiam deuotionem de corde, vel sermonem de ore, ac si dicat Rom. 1. Ego Christi crucem non erubesco,sed eam ore prædico, & corde credo,quia corde creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem 1. Cor. 1 Prædicamus,inquit Apostolus, Christum Iesum, & hunc crucifixum,Iudæis quidem scandalum,Gẽtibus, autem stultitiam. Et apostolus ad Gala. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Dominus etiã Luc. 6. in euangelio ait, qui nec erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua & Patris,& sanctorũ Angelorum. Vnde in Da- Dan. 3. niele legitur. Non est confusio confitentibus te. Quidam autem signant se tantum in fronte, & in pectore, quasi in utroq; superliminari. Clerus vero & populus audito titulo euangelij, scilicet Sequentia &c. siue bono nuntio vertentes se ad orientẽ, siue ad altare,vt Deũ, qui est verus oriens glorificẽt,qa misit eis verbum salutis,sicut Actu. 11 legitur in actibus apostolorum, & glorificauerũt. Deum dicentes,ergo & Gentibus Deus pœnitentiam dedit,& uitã,cum reuerentia & honore reddẽt,Gloria tibi domine. Proposito itaq; Euangelio ad legendum,in quo agit de gloria, & de nostra liberatione, s. qualiter Christus diabolum deuicit, & nos ab ipsius seruitute liberauit,& victor ad gloriam patris ascẽdit,ipsi auditores Euangelii lætantes in laudem sui Saluatoris clamant,dicentes,Gloria tibi domine,quasi dicãt,gloria tua quæ nobis in euangelio prædicatur, nobiscum sine fine permaneat, & semper crescat, & hæc dicendo signo†crucis in fronte in ore, 28 & in pectore, se similiter contra diabolum muniunt, ne eos impediat in audiendo,

in

in fronte ; quia ibi est locus pudoris & verecundiæ. Vnde per hoc, q̃ crucem fronti imprimunt, ostendunt se non erubescere credere crucifixum, cuius liber legitur, & eum habere Deum & dominum. Per hoc, quòd in ore signant, significant crucem domini audacter prędicare. Per hoc quòd in pectore, ostendunt se libenter cõpati pro nomine Christi, qua etiã ratione quidam quandiu Euangelium legitur, cũ vtroque pollice ante pectus signum crucis figurãt. ¶Rursus nos in ore signamus, ad designandũ, quòd de verbis Euangelij dẽt esse locutio nostra. In pectore verò, ad designandum, quòd verba Euangelij debent nos percutere in pectore, & in mente. Mox verò post factum signum crucis versus diaconum audituri Euangelium se conuertunt. De crucis mysterio dicetur
29 in prœmio quintæ partis. ¶†Porrò alicubi subdiaconus dum legitur Euangelium sinistram manum librum supponit, ad notandũ, quòd illi, qui sub tempore legis fuerunt, quorum finis, seu vltimus fuit Ioannes, quem significat subdiaconus, & si aliqua bona agebant, illa tamen debilia & infirma erant, quæ per sinistram significantur, quia si lex ad gratiam disponeret, tñ illa gratiam non præbebat. Conuenienter ergo sinistra manus libro Euangelij supponitur in quo Christi fides prædicatur, sine qua per opera legis nemo saluatur. ¶Rursus per sinistram manum tẽporalia, per librum Euangelij spiritualia congruè designantur. Manus ergo sinistra libro supponitur, ad notandum, quòd sicut anima sine corpore non viuit, ita nec spiritualia diu sine tẽporalibus subsistere possunt. Terminatur autem Euangelium, exaltando vocem in fine, prout sub epistolã dictũ est, & mox illo finito munit se diaconus signo crucis, ne diabolus susceptum semen
30 Euangelij de vase signato surripiat. † Et deinde Euangelium osculatur, ad notandũ se ex charitate & amore euãgelizasse. Auditores verò se uersus orientem cõuertunt, quasi ad Hierusalem gratias agẽtes,
Act. 1. quia inde venit ad nos Euangelium iuxta illud, quod Dominus dixit in Euangelio Apostolis, Vos eritis mihi testes horum in omnes gentes, incipientes ab Hierusalem, & signo crucis se in pectore muniunt contra diabolum, ne semen verbis Dei suffocetur in eis. vnde Lucæ 8. Volucres cœli comederunt illud. Et ne sermonem domini rapiat de pectoribus eorum. q. d. Deus nos faciat in doctrina Christi perseuerare, & vt significet se habere in corde, quod exprimitur ore. Quod etiã apertius designatur in quibusdam ecclesijs, in quibus finito Euangelio dicitur, amen. & bene, quasi dicant, verum est quod in Euãgelio dictũ est, quod est contra, quosdã hæreticos, qui lecto Euangelio, quasi contradicentes, dicunt, falsum est. Vel amen. q. d. fiat nobis, quod dominus in Euangelio pollicetur, iuxta illud Neemiæ 8. Benedixit Eldras, Domino Deo magno. Et respondit omnis populus, amen, amen. Et elenantes mãus suas incuruati sunt, & adorauerunt proni in terram. In alijs verò ecclesijs dicitur Deo gratias sicut fit post aliquam lectionem, vel capitulum. Quidam etiam literati dicunt, Benedictus qui venit in nomine domini, quod est finis Euãgelii Matthæi, quod legitur in festo beati Stephani, & in Dominica palmarum. In quibusdam locis cerei, qui significabant doctores, per quos ecclesia illuminatur, perlecto Euangelio extinguntur, q̃n Christo in eis loquente potest ecclesiam illuminare, eo autem tacente, i. Spiritusancto ab eis recedente, hæc nequeunt. Præterea Euangelij prædicatione finita lex & prophetiæ cessabunt. In nonnullis tamẽ ecclesiis dum Euangelium legitur, candelabra cum cereis deponuntur ad terram, ad notandum legem & prophetiam inferiorem Euangelio esse. 31
¶Consequenter † subdiaconus codicem. Euangelii refert, diaconus verò vacuus redit, vt ostendat se prædicatione finita contemplationi uacare. Veniens autem prius ad legendum Euangelium librum in quibusdam ecclesiis ferebat, ad notandum, q̃ ipse nõ solum debebat docere, sed & facere. Redit etiam ad episcopum seu sacerdotem, vnde venit, ad notandũ, quòd omnis *Eccl. 1.* doctrina a Deo est, & ad ipsum reuertitur. Vnde Salomon, vnde exeunt flumina reuertuntur. Textus quoque Euangelii super puluinar reportatur, quia ecclesia, ut audiuit Euangelium, illud suauiter corde susceipit & lætata est. Iuxta illud. Audiuit *Psal. 96* & lætata est Sion, & ait, Anima mea li- *Can. 5.*

quefacta

quefacta est, ut dilectus locutus est. Liber quoque Euangelijs, & turibulum ad pontificem reportantur; quia ad eum omnia bona referẽda sunt, a quo cuncta procedunt.
Apo. 1. Ipse enim est finis consumans, sed non cõsumens, ω & α, primus & nouissimus, initium & finis. Nam & Apostoli prædicatione peracta ad Christum reuersi sunt, referentes ei gratias de miraculis & prædica-
32 tionis profectu. ¶† Episcopus uero tus odorat, & Euangelium osculatur. Primo adnotandum, quia quod episcopus inspirauit, & docuit, hic approbat & acceptat. Deus enim nihil accipit, nisi qd̃ efficit, nec remunerat, nisi quod donat, quia sicut cuncta, quę fecit, bona sunt, sic nulla sunt, bona, nisi quæ fecit. Nã uidit Deus cũcta, quę fece-
Gen. 2. rat, & erant ualde bona. ¶Secundò apertũ codicem osculatur, ad significandum, q̃ scire debet, quod nuda ac aperta sibi esse debent quæcunque sunt in lege, unde Lucę. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, & Malachiæ. 3. Labia sacerdotis, custodiunt scientiã. & legem requirunt. supplẽ subditi, de ore eius, extra de hær. cùm ex iniuncto. ¶Tertiò, quia ipse solus intrat in sancta sanctorum, prout in prooemio huius partis dictum est. ¶Quarto quia huiusmodi osculum significat affectum amoris Euangelium, quæ præcipuè in episcopo vigere debet, adeo ut paratus sit mortem pro eo subire. 25. quæstio. 1. violatores. ¶Quintò, subdiaconus librum apertum prelato, seu sacerdoti offert ad osculandum, ad notandum ipsum debere delectari in fide fidelium, quę infusa est in eis, & patefacta per Euangelij prædicationem, quæ prius in lege fuerat clausa. Postea in quibusdam ecclesijs liber clausus illis, qui sunt in choro, ostenditur, pro eo quod post præmissa uerba, Vobis datum
Luc. 8. est, &c. sequitur in Apostolo, cęteris autẽ
33 in parabolis. † Et est aduertendum, quòd post quam diaconus lecto Euangelio librum osculatus est, ad notandũ se ex charitate & amore euangelizasse, tunc demũ fertur euãgelium episcopo, qui Christum significat ad osculandum, idest, ad prædicationem acceptandam, & non ante ad figurandum, quod Deus illam duntaxat ad p̃dicationẽ acceptat, quæ fit ex amore & charitate. Veruntamen in missa pro defunctis Euangelium non fertur Pontifex ad osculandũ, tũ quia tunc præmissę rationes cessant, tum quia in Missa illa omnis solennitas subtrahitur, ne festiuę solennitates cum desolationis mœroribus misceantur. Leges tamen Euangelium in missa pro defunctis librum in quibusdam ecclesijs osculatur, quia quicunque illud pronunciat, debet charitatis amore in illum tendere, cuius doctrinam euangelicam recitauit, qui amor per osculum designatur. ¶Et est † aduertendum, quod statim post 34
libri osculum sacerdos minister Pontificem, qui Christum designat, incensat, ad ostendendum, quod sacerdotis maxime officium est, orationis ignitum sacrificium, quod per incensum significatur, Christo offerre non solum in expiationem delicti, verum etiam in gratiarum actionem, prout in Leuit. habetur. Potest etiam sub epilogo dici, quia quod liber Euãgelij per subdiaconum portatur, quod diaconus pulpitum ascendit, quod aperto libro populum salutat, & omnes respondent, quod titulũ Euangelij præmittit, quod alta uoce & distincte, & contra aquilonem legit, quod omnis populus aures, & oculos ad librum dirigit, & in silentio adstando audit, & in fine ad cœlum manus leuans orat, dicens, amen. Hæc inquam omnia, & singula ex lege sumuntur. Legitur enim in principio Neæmiæ, quòd congregato populo ad plateam, quæ est ante portã aquarum Esdras scriba attulit librum legis Mo-
Neo. 8. si, & stetit super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & aperuit librum coram omni populo. Porro Leuitæ silentiũ faciebant in populo, ad audiendum legẽ benedicẽtes Deo magno, & omnis populus stans in gradu suo respondit. Amen. Et legerunt in libro legis Dei distincte & aperte ad intelligendum. Omnis uero populus eleuantes manus suas adorauerunt proni in terram. ¶Illud † quoque præ- 35
tereundem non est, quod Euangelijs, quæ in ecclesijs leguntur, generaliter duæ præfationes præmittuntur, prima est, Initium sancti Euangelij, secunda, Sequentia sancti Euangelij. Siquidem prima præfatio præmittitur principio cuiuslibet Euangelij quatuor Euangelistarum, scilicet Euangelio Ioannis, In principio erat verbum

&

& Euangelio. Matthæi, Liber generationis, Euangelio, Lucæ. Fuit in diebus Herodis, & Euangelio Marci, Principium euangelij Iesu Christi. Quod in quibusdã ecclesijs legitur in prima dominica de aduentu, ut ibi dicetur, & tunc non subijcitur illis. In illo tempore; quia in ipsis principijs agitur, & determinatur certum tempus, vnde esset negatio & superfluerét verba illa. Secunda verò præfatio præmittitur omnibus alijs euangelijs, Et dicitur sequentia, quia uerba ipsa, quæ legẽda sunt, sequuntur post initiũ, seu postea, quæ præcedunt euãgelium, unde sumpta sunt verba sancti euangelij. &c. vel sequẽtia est numeri singularis, & tunc cum dicitur, sequẽtia sancti euangelij secundum Ioannem, 36 suppletur hęc est. ¶ † Sanè euangelijs, quibus ipsa secunda præfatio præponitur, subijcitur quandoque. In illo tempore, & quandoque nõ subijcitur. Siquidem sine, In illo tempore, dicuntur, quando ex eorum verbis certum est de tempore, ut præmissum est, & tunc incipiunt per aliquam determinationem regiæ vel alterius potestatis, ut illud, Anno quintodecimo Tyberij, uel simplicem rei gestę narrationem certum tempus determinantem, ut illud. Cum esset desponsata. & illud. Postquam consumati, sunt & illud. Cum natus esset Iesus, & illud, Factum est autẽ, cum baptizaretur, & illud, Cum autem esset annorũ duodecim, & illud, Postquam impleti sunt dies, & illud, Vespere autẽ Sabbati, & illud, Elisabeth impletum est &c. Reliquis uero euãgelijs subijcitur, In illo tempore, & est sensus, In illo tempore, scilicet gratiæ, de quo dicit Apostolus. ecce *2.Cor.6.* nunc tempus acceptabile &c. de pœniten. 37 distinctione 1. ecce. ¶ Non † est etiam omittendum, quod euangelium legitur in ecclesia, quandoq; secundum historiam, vt illud, quod dicitur in die paschę, Mariæ Magdalenæ, & Maria Iacobi &c. & illud quod cantatur in natali ad secundam missam de pastoribus. ¶ Quandoq; secundum allegoriã, ut illud, quod legitur in assumptione beatæ Marię, in quo mentio fit de Maria, & Martha, ubi dicitur, intrauit Iesus in quoddam castellum &c. prout in se- *Ioã. 20.* ptima parte dicetur. ¶ Quandoq; secundum rem, ut illud de sancta Trinitate.

¶ Quandoque secundum personam, ut illud quod cantatur in festo sancti Thomæ Apostoli, ubi dicitur, Thomas vnus de duodecim. ¶ Quandoq; secundũ partẽ; ut illud, quod dicitur in festo sanctæ Crucis de Nicodemo, ubi dicitur, Sic oportet exaltari filium hominis &c. In quo verbo Christus passionẽ suam significat, & exaltationem corporis sui in cruce. Et ideo euangelium, in quo hæc clausula continetur, legitur in festo sanctæ Crucis, & in festo Michaelis Archangeli, propter illum uersum. Angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in cęlis est. ¶ Item ét secundum partẽ, ut illud. Liber generationis &c. Et hoc propter ultimum uersum, in quo fit mentio de Christo. ¶ Quandoque secundum totum, ut illud quod legitur in circuncisione Domini, Postquã consumati sunt dies octo &c. Quandoq; secundum tempus, ut illud quod dicitur in prima die Quadragesimæ scilicet propter ieiunium. ¶ Quandoq; propter litanias, ut illud, Si quid petieritis &c quod in litanijs dicitur. in quo fit merito de aliquo pane & pisce. ¶ Quandoque propter locum. ut illud, quod legitur in Dominica Sexagesimæ, scilicet exijt, qui seminat &c. ¶ Sane mulier etiam † abbatissa non debet le- 38 gere euangelium. Licet enim beata virgo dignor & excellentior esset Apostolis uniuersis, Dominus tamen non commisit ei claues regni cœlorum, extrá de pœnit. & remiss. noua. Hinc est, quod abbatissa non potest proprias monales benedicere, uel earum confessionẽ in criminibus audire, uel euangelium legere, uel publice prædicare. In matutino tamen posset, sed nõ publice euangelium dicere. 7.q.1. diaconissa. ¶ Et nota, quod quatuor sunt Euangelia de beata Maria, ut dicetur in septima parte sub festo assumptionis.

S V M M A.

1 *Symbolum Apostolorum immediate sequitur Euangelium.*
2 *Symbolum dicitur uoce sublata maxime in Missa. In prima autem et completorio. de missa. & num. 3.*
5 *Symbolum auspicians sacerdos cur manus eleuet.*
5 *Symbolum quid,*
6 *Symbolum est triplex & unde dicatur.*
7 *Apostoli symbolum ediderunt.*
8 *Athanasii symbolum.*
9 *Symbolum Nicenum.*
10 *Symboli cantandi in missa vsus à Gracis profectus.*
11 *Gracorũ error de processione Spũssancti.*
12 *Graci temere Spiritumsanctum à filio procedere negant.*
13 *Symbolum maius quibus diebus adhibeatur vide per discursum, & nu. 14*
15 *Symboli expositio. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 29. & 30.*
16 *Deo credere, Deum credere, & in Deum credere, quid. & in quo differant.*
17 *Diuinarum personarum distinctio.*
26 *In ecclesiam quando credamus.*
28 *Leprę curatio.*
31 *Vitę æternę.*

De Symbolo. Cap. 25.

1 EVANGELIO † lecto mox cãtatur alta uoce symbolũ illud, s. Credo in unũ Deũ, quia enim corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ro. 10. Ideo ecclesia, ut ostendat, quod Euangelij verbum, seu prædicationem fide & corde recipit, mox fidei symbolum ore decantat. Symbolum ergo post Euangelium, fidem post prædicationem ostendit. Vnde Ioã. Hæc eo loquente, multi credidere in eum. Nam secundum Apostolum *Ro. 10* ad Roma. 10. Fides est ex auditu, auditus 2 autem per verbum Dei. ¶ † Dicitur autem alta uoce, vt omnes illud dicãt & addiscãt. *Eccl. 10.* Omnis enim Christianus tenetur publicè fidem catholicam confiteri, propter quod in fronte signatur, in prima verò & in cõpletorio sub silentio dicitur, ne muscę morientes perdãt suauitatem unguenti, put in quinta parte sub tit. de prima tangetur. 3 ¶ † Rursus ideo in missa patenter dicitur ad notandum, quod hodie fides catholica libere prædicatur & docetur. in prima verò sub silentio dicitur, ad notandum, quòd in primitiua Ecclesia, præsertim tempore passionis Christi, prędicatores & fidei professores siluerunt, & in completorio ad notandum, quòd similiter in fine seculorum, Antechristi nempe persecutione inualescente illorum hora claudentur. ¶ Sanè sacerdos seu episcopus illud incipit, ad designandum, quòd omne bonum à Christo *Iaco. 2.* procedit. Nam omne datum optimum, & omne donum perfectũ desursum est ¶ &c. *Luc. 7.* 1.q.1. quam pio. Ne autem musicus ille cęlestis dicat, Cantauimus vobis, & non saltastis, chorus Euangelicæ doctrinæ consona uoce respondet, & solenni tripudio fidem catholicam profert, dicens, Patrem omnipotentem &c. quamuis in missa Papæ quandoq; aliter obseruetur, prout iam dicetur. ¶ † Ad hoc sacerdos illud incipiés 4 manet erectus ante medium altaris, manibus extensis sursus eleuatis, quas postquam inceperit, iũgit. Si quidem sacerdos Christũ representans erectus manet, ad notandũ, q̃ Christus semper paratus est cum ętis spiritualia bona largiri. Et tenet altaris medium, innuens, q̃ non est personarum acceptator, sed quantum in ipso est, omnibus æqualiter influit, nec angulum diligit, neque sinum. Manibus quoque extensis ad designandum, q̃ paratus est abundanter bene meritis illa largiri. Sursum tamen eleuatis, quasi ipso facto ostendens, q̃ quæ sursum sunt, quærere, atque à meo misericordiam poscere, & in eo solo sperare debemus. Deinde postquam inceperit, manus iungit, q̃a ei sol de perceptis bonis gratias agere, & nos humiliare debemus. Et quoniam symbolum, verbum est euangelicũ, quo ad sensum, ideo stando illud audire sicut & Euãgeliũ, & sic illo dicto, signũ crucis facere debemus. ¶ Σύμβολον * † autem * Græcè, Latinè sonat iudicium, uel signum uel collatio, tũ quia regulam fidei plenam 5 iudicat, & perfectam, tũ quia simul in vnũ fidei continet articulos ¶ † Et nota, quòd 6 triplex est symbolum, primum est symbolum Apostolorum, quod vocatur symbolum minus, quod videlicet ex institutione Damasi Papæ dicitur tacitè per ferias in singulis canonicis horis. Et illud dicitur à σύν q̃d est cũ Ϛόλος, quod est sĩa, quia cõpositum fuit ex diuersis verbis apostolorũ, sicut pueri in festiuis conuenientes afferre solent bolos, ideſt frusta carnium & panis, quæ in vnum collecta symbolũ uocatur, ideſt collectio minutiarum. 43. dist.

non

Universidad de Deusto Biblioteca

non oportet. traditur enim q; postquam Apostoli spiritũ paracletũ acceperunt, cum iam forent ad prædicandum Euangelium profecturi, conferentes in unum super articulis fidei, statuerunt, ut sicut omnes erant in fide concordes, sic oẽs unam fidem concorditer prædicarent. & ideo symbolũ minus componentes, vnusquisq; bolum, ideſt, particulam unam apposuit. Vnde secundum Apostolorum catalogum, siue numerum, duodecim particulas dignoscitur con
7 tinere. † Petrus nanque apposuit, Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorẽ cœli & terræ. Andræas, Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Iacobus: Qui conceptus est de Spiritusancto, natus ex Maria virgine. Ioãnes: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Philippus, Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus: Ascendit ad cœlos, sedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Thomas: Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Matthæus. Credo in Spiritum sanctum. Iacobus, Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem. Simon, Remissionem peccatorũ. Thadeus, Carnis resurrectionem. Matthias, & vitam
8 æternam. ¶ Secundum symbolum est: † Quicunq; vult saluus esse &c. Ab Athanasio patriarcha Alexandrino in ciuitate Treueri compositum. Hoc tamen potest dici tertium, Nam Nicenum, de quo sequitur, fuit prius in prima Nicena synodo
9 compilatum. ¶ † Tertium est Nicenum, 15. dist. ca. 1. scilicet, Credo in vnum Deũ. quod Damasus Papa ex constit. vniuersalis synodi apud Constantinopolim celebratæ, instituit, in missa cantare patienter, quanquam & Marcus Papa Primus statuisset illud alta uoce cantari, & uocatur symbolum maius. ¶ A Græcis ergo usus cantandi ad missam symbolum creditur prouenisse, quod similiter duodecim clau-
10 sulas continet. † Prima est, Credo in vnum Deum &c. Secunda, Et in vnum Dominum Iesum Christum. Tertia, qui propter nos hoies &c. Et cum dr ibi. Et homo factus est, debemus genua flectere, quia Christum hoiem factũ, & pro nobis crucifixũ adoramus. Quarta. Crucifixus etiam pro nobis. Quinta. Et resurrexit tertia die secundum scripturas, ideſt, eo modo, eo ordine, & eo tpe, quo prædictum est in scripturis. Sexta. Ascendit in Cœlum. Septima, Et iterum venturus est &c. Octaua, Et in Spiritum sanctum dominum. Nona, Et vnam sanctam catholicam ecclesiam. Decima, Confiteor unum baptisma. Vndecima, Et expecto resurrectionem mortuorũ. Duodecima, Et uitã uenturi seculi, Amẽ. ¶ Et est notandum, quod in prædictis Niceno & Constantinopolitano Concilijs, non leguntur uerba, illa, secundum scripturas, neque illa. filioque procedit, & quoniã apud † Græcos in fine ipsius symboli 11
sub anathemate dicitur prohiberi, ne quis de fide Trinitatis aliud docere, uel aliter prædicare, quam ibi continetur, præsumat, sed & Calcedonense concilium apud eos celebratum anathematizare præcepit eos, qui alteram fidem ausi essent componere, proferre, scribere, docere, uel aliud Symbolum tradere, quam præmissum est ideo ipsi Græci nos anathematizatos asserunt pro eo quod ibi addimus uerba ipsa. Sed minus bene dicunt, tum quia illud nõ fuit canon latæ sententiæ, sed comminatio quædam, tum quia inferior superiorem ligare non potest. 21. dist. inferior. Romana enim ecclesia non subest concilijs, sed potius concilia subsunt sibi, extra de elec. significasti. Præterea, uerba illa, secundum scripturas, sumpta sunt ex expositione fidei eiusdem cõcilij Constantinopol. & sic nihil uidetur additum, nec errorem aliquem sapiunt sanè, ut supra sunt exposita intellecta. Item per uerba illa, filioque nõ docemus aliud, uel aliter de Trinitate prę dicamus, imo idem. Cum enim filius idem sit cum patre in substantia, ergo quod à patre procedit, & à filio procedit, & sic nihil addimus, sed potius declaramus, nec alteram fidem componimus, proferimus scribimus, uel aliud symbolum tradimus, nec in aliquo contra prædictum facimus anathema. Mirum tamen est, quo ausu 12
ipsi Græci Spiritumsanctum à filio procedere negare præsumunt, cum & Iaocãn cõcilio Ephesino apud eos edito continetur expresse, de consec. dist. 5. vlt. & pnenul. sed ipsi se errasse uidentes, quoddam prælatos de suis ad generale cõciliũ Lugdunen. sub Greg. Papa X. celebratum, miserunt,

quẽ

qui in dicto concilio publicè nobis euidentibus suo & omnium prælatorum & Imperatoris Romani nomine professi sunt, q; Spiritussanctus æternaliter ex patre & filio, non tanquam ex duobus principijs, sed tãquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit, extra de summa Trini. & fide catho. prout in eiusdem Greg. constitutione habetur, coram toto concilio ter græcè & ter Latinè symbolum cum dictis uerbis, secũdũ scripturas, filioq;, similiter decantãdo,
13 ¶† Cantatur autem hoc symbolum maius in solennitatibus eorũ duntaxat, qui illud composuerunt, & in illis, de quib. aliqua mẽtio fit in ipso, videlicet in omnibus diebus dominicis. In festiuitatib. Domini, s. in Natali, Epiphania, cœna Domini, Pascha, Ascensionem, Pentecoste, & Transfiguratione, & in festo de Trinitate, & in omnibus festiuitatibus beatæ Mariæ, sanctæ Crucis, Angelorum, & Apostolorum, de quibus fit mentio ibi: Et Apostolicam ecclesiam. In solennitatibus autem Lucæ & Marci Euangelistarum, dicunt quidam non debere cantari, quia illi Apostoli non fuerunt. Idem dici debet in dedicationib. ecclesiarum, & in commemoratione Omniũ Sanctorum, quanquam & ipsa sit dedicationis festiuitas. Et dicitur etiam intra octauã natalis Domini, excepta die Innocẽtium, in qua cantica lætitiæ subticentur. In octaua tamen cantatur, prout in sexta parte sub illo festo dicetur. Cantatur etiã intra octauas Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Apostolorum Petri & Pauli, & assumptionis beatæ Mariæ. Licet enim in natiuitatibus sanctorum Io. Baptistę & Sancti Laurentij symbolũ nõ cãtetur, in octauis tamen eorum cãtatur, eo q; intra octauas Apostolorũ & assumptionis occurrũt, & ob hoc etiã in octaua sancti Io. Baptistę præfatio de Apostolis, & in octaua beati Laurentij, prefatio de assumptione cantatur. In quibusdã tamen ecclesijs dicitur symbolum in festo Beati Ioan-
5 nis Baptistæ, & non incompetenter, quia in symbolo de propheta fit mentio ibi: Qui locutus est per prophetas, & quia ipse non solum fuit propheta, sed plusquã propheta, de eo quoque scriptum est. Fuit ho-
Mat. 2. mo missus à Deo &c. & ita fuit Apostolus, de ipso est, ait Io.os aureum in sermone, qui legitur in festo decollationis Io. par- *Ioan.* 1.
angelis Apostolorum uox. Ipse etiam primo baptizauit & baptismum prædicauit, & in symbolo fit mẽtio de baptismo. Horum quidem omniũ fit commemoratio in symbolo. Quorundam tamen obscurè, ut Epiphtniæ, est tamẽ illud profectum Domini est etiã festum illud baptismatis, de quo in symbolo continetur ibi: Confiteor vnum baptisma, &c. & cœnæ Domini, sed illa est solennitas Eucharistiæ ad quam respicit: illud Sanctorum communionem, & angelorum, sed illi nomine cœli debent intelligi, de quo in symbolo dicit, ibi: Creatorem, uel factorem cœli & tetræ &c. Qui busdam tamen uidetur tunc non esse cantandum, eo quòd Angeli nunquam habuerunt fidẽ, sed spem, nec credunt, sed sciunt, quoniam plenam scientiam habent. Fit ẽt commemoratio licet obscurè dedicationis ecclesiarum, sed ad illam respicit illud. Sanctam ecclesiam catholicam; tunc enim sãctificatur, &, ut ita dicam, catholizatur ecclesia, cum dedicatur. Ad octauas vero respicit resurrectio mortuorum, de qua dicitur ibi: Et expecto resurrectionem mortuorum. In festo sanctæ Agnetis symbolum non cantatur, quia licet in ecclesia celebretur, non est tamen festum octauæ, prout in septima parte sub ipso festo dicetur. ¶† Porrò quidam non absurdè sym- 14
bolum cantant singulis diebus, à die resurrectionis usque ad festum Ascẽsionis, sicut in omnibus dieb. Dominicis, & etiam in solennitate Beatæ Mariæ Magdalenæ. dicentes illam fuisse Apostolorũ epistolam, eo q; ipsa prima resurrectionis gãudium Apostolis annuntiauit, & in festo Beati Martini, quia de eo cantatur. Martinus par Apostolis. Quidam etiam dicunt illud in principali festo cuiuslibet ecclesiæ seu oratorij, nõ tamen in octauis illorum si eas celebrent. Veruntamen de quibusdam mentio fit in symbolo, in quorum commemoratione symbolũ non cantatur, ut passionis, & sepulturę, quoniam illorum dierum officium aliorum regnorum regulam nõ sectatur. Non dicitur etiã quando in profestis celebratur ad honorem beatæ Mariæ virginis, uel sanctæ Crucis, vel sancti Spiritus, extrà de celeb. missarum, consilium.

¶ In

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ In quibusdã locis cantato symbolo, uel cũ cantatur, populus cãtat Κυριε ελεησον, quoniam postquam Christus & Apostoli docuerunt fideles, fide recepta, laudes Deo dederunt, quas fortitan representat suauissimi symboli melodia. ¶ Illud autem
Mat. 15 sciendum est, q̃ Christus non uenit prædicare Gentibus, sed Iudeis, iuxta illud euan
Mat. 20 gelij, Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vnde præcepit Apostolis. In uiam Gentium ne abieritis, & in ciuirates Samaritanorum ne intraueritis, donec post resurrectionem præcipit
Mat. vl. eis, dicens, Euntes in mundum uniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Et idcirco Romano Pontifice solenniter celebrante symbolum fidei, non cantores in choro, sed subdiaconi ad altare decantant, & generaliter ipsi ad uniuersa respondent,
Ro. 10. uſque dum ipse Pontifex dicit, Pax Domi
Mat. 15. ni sit semper uobiscum, quoniã uſq; post Christi resurrectionem sola Iudeorum ecclesia, quæ per subdiaconũ, qui sursum ad altare consistit, designatur, corde creditur ad iustitiam, & ore confessio fit ad salutem, extrà de sacr. cap. 1. sed ex tunc cantores in choro respondent, & uniuersa decantant, quia post resurrectionem ecclesia Gentium, quam cantores, qui deorsum in choro subsistunt, designant, fidem Christi recepit, & laudum præconia personuit Saluatori. Inter euangelium tamen & sacrificium chorus concinit offertoriũ, quoniam inter passionem, & prædicationem Gentilitas fidei uotum Deo offerens cantauit, quando mulier Cananea de finibus Tyri & Sydonis egressa clamauit, & dixit, Miserere mei, Domine, filij Dauid. Filia mea male à dæmonio uexatur, cuius tandem fidem commendans Dominus, ait. O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut
15 petisti. ¶ † Postremò symbolum Apostolorum tanquam breue & omnia continens sua compẽdio exponamus. Credo in Deũ patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ &c. Nota, q̃ aliud, est, ut ait August. credere Deo, aliud est credere Deum, &
16 credere in Deum † credere Deo, est credere uera esse, quæ loquitur, quod etiam mali faciunt, & nos credimus homini, & non in hominem. Credere Deum est credere, quod ipse sit Deus, quod etiam dæmones faciunt. Credere in Deum, est credendo amare, & credendo in eum ita credendo ei adhærere, quod soli boni faciunt, ergo qui dicit credo in Deum, mentitur, si non diligit Deum, nisi dixerit, quod in persona ecclesiæ loquitur, dicens autem Deum, singulariter, deorum fugit pluralitatem. Vnde notabiliter in maiori symbolo additũ est hoc verbum, Vnum, iuxta illud, Audi Isra- *Deut. 6.*
el, Dominus Deus tuus unus est. Et Apo- *Eph. 4.*
stolus, unus est Deus, una fides, unum baptisma. † Dicens uero patrem, incipit 17
personas distinguere, de quibus Esa. Quis *Esa. 50.*
appẽdent tribus digitis molẽ terrę. Et alibi, Seraphin clamabant sanctus, sanctus *Esa. 6.*
sanctus. Et Dominus, Baptizare omnes gẽtes in nomine Patris, & Filij, & Spiritussan- *Mat. 28*
cti. Et Ioan. Tres sunt qui testimonium *Ioan. 5.*
dant in cęlo, Pater, uerbum, & Spiritussanctus. Pater est prima, non tempore, sed authoritate in Trinitate persona. Quod sequitur, omnipotentem, nomen est essentiale, ideoq; illud ad substãtiuum Deũ uel ad relatiuum patrem, non sine ratione referimus, dicẽtes, Credo in Deum patrem omnipotentem, uel Credo in patrẽ omnipotentem, Similiter & quod sequitur Creatorem † cœli & terræ ubi confu- 18
tatur hæreticus, quia aliũ cœli, alium terræ asserit creatorẽ, aliũ cœlestium, alium terrestriũ, alium corporum, alium anima- *Gen. 1.*
rum, contra quos ait Moses. In principio *Psa. 101*
creauit Deus cœlum & terram. Et Dauid
In principio tu Domine terram fundasti, *Col. 1.*
& opera manuum tuarum sunt cœli. & Apostolus. In ipso condita sunt uniuersa in cœlo & in terra. † Sequitur, & in Iesum 19
Christum filium eius unicum Dominum *Mat. 1.*
nostrum. Ecce altera in Trinitate perso- *Psal. 5.*
na, hic est Iesus, qui saluum facit populum suũ à peccatis eorũ, hic est Christus oleo lętitiæ præ cõsortibus unctus hic est enim unicus patris filius, de quo Dauid. Filius
meus es tu, ego hodie genui te. Et Apo- *Psal. 2.*
stolus, Misit Deus filium suum, natum de *Gal. 4.*
muliere, factum sub lege. hic est Dominus noster, qui nos creauit, qui nos suos alienos pretio sanguinis emit. † Sequitur 20
Qui conceptus est de Spiritussancto, natus ex Maria Virgine. Ecce primum Christi sacramentum scilicet, incarnatio, ac si dicat. Qui cum sit Deus, factus est homo, nõ ex

uirili semine, sed conceptus operatione
Esa. 7. Spiritussancti, natus ex Maria virgine. vn
Luc. 1. de Esa. Ecce uirgo concipiet, & pariet, filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Et Angelus in Euangelio, Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, & ille Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrauit, tibi. Quidam tamen hæc uerba. Qui conceptus est de Spiritussancto, iunguntur cum præcedẽtibus, Sequitur,
21 † passus sub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Ecce secundum sacramentum secundum humanitatem Christi, scilicet passio, cuius tempus describitur sub Põtio Pilato, forma subditur, crucifixus, finis cõcluditur, mortuus, & sepultus, unde plãgens dicit ex ore Dauid, & Hieremi. Fode
Ps. 31. runt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. De morte
Esa. 2. ait propheta, Domus Domini fuit exitus, mortis. De sepulchro ait Esa. Sepulchrum eius extitit gloriosum. Hæc sunt in Euan-
22 gelio manifesta. Sequitur, † Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ec ce tertium sacramentũ, scilicet resurrectio sed de descensu ad inferna præmittitur, ex quo mortui liberantur. unde in Oseę. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. Hic est euãgelicus fortis,
Psal. 3. qui fortem ligauit, & eius uasa dirupit, hic est qui dicit in Psa. Ego dormiui & sopora tus sum, & exurrexi. quoniã Dominus su-
Psal. 56. scepit me, qui patri dicenti, Exurge gloria mea, exurge cum psalmis, & cithara, breui sermone respondent. Exurgã diluculo. cuius resurrectioni mulieres, & uiri perhibent testimonium in Euangelio. Quod tamẽ dicitur in maiori symbolo. Resurrexit tertia die, secũdum scripturas, exponitur, ideſt, eo modo, eo ordine, & eo tempore, quo prædictum est à scripturis, Sequitur,
23 † Ascẽdit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, Ecce quartum sacramentum, scilicet, ascensio, Ascendit enim,
Psal. 17 sicut ait Dauid, super cherubin, & uolauit
Ps. 102. super pennas ventorum, & parauit in cœlo sedem suam, & regnum eis omnibus dominabitur. Cui ait pater, Sede à dextris
Ps. 167. meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Et ut ad ascensionẽ, de ascensione, dẽ uisu quoq; testimonium nõ dees-
Actu. 3. set, ait Luc. uidentibus discipulis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sequitur, Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ecce quintũ, quod nõdũ apertum est sacramentum, ueniet rex manifeste, cui pater iudicium dedit, & sicut ait Dauid, Parauit in iudicio thronum suum, *Psal. 49*
& iudicabit orbem terræ in equitate, iudi *Ioan. 5*
cabit populos in iustitia. Et alibi, Deus ma *Ps. 17.*
nifeste ueniet, Deus noster, & non silebit. *& 19.*
Et Lucas, Ita ueniet, sicut uidistis eum eun *Act. 1.*
tem in cœlum. & Michæas. Iudicium Do- *Mich. 6.*
minicum populo suo, Sequitur, Credo in Spiritumsanctum. † Ecce tertia in Trinita 24
te persona, s. Spiritussanctus, de qua Mo- *Gen. 1.*
ses, spiritus Domini ferebatur sup aquas. *Ps. 147.*
Et Psal. Flabit spiritus eius, & fluent aquę. Et Dominus in Euangelio, Spiritus, qui a patre, procedit, docebit uos omnia. Ille. n. docet, ille sanctificat, ille uiuificat, ille peccata remittit, per hunc resurrectionem in gloria, per hunc consequimur uitam æternã. Vnde sequitur, Sanctam ecclesiã catholicam. Et † possunt hæc uerba & sequentia 25
sic intelligi & cõungi, Credo in Spiritum sanctum, sanctã ecclesiam catholicã, ideſt, Credo, p Spiritũsanctum sanctã ecclesiam fideliũ sanctificari. Itẽ, Credo in Spiritumsanctum, sanctorũ cõmunionẽ. i. per Spiritũsanctũ sanctos in uinculo charitatis uniri. Et Credo in Spiritumsanctum, remissionẽ peccatorum. i. p Spiritumsanctum, peccata remitti. Et Credo in Spũmsanctũ, cãrnis resurrectionẽ, & uitã æternam. i. p Spiritumsanctum gloriam carnẽ cõsecuturã, & animã uitã æternam, uel sic, Credo sanctã ecclesiã catholicã, nõ ita dicimur, ut asserit Aug. de cõse. di. 4. prima. in fine. credere in ecclesiam, sicut in Deum, sed in eccle
siam † sanctam catholicam credimus, dum 26
in ecclesia cõuersantes & Deum credimus & quæ sequuntur, nos inde firmissime cõsequi, pfitemur, s. sanctorum cõionẽ, & remissionẽ peccatorũ, carnis resurrectionẽ, & uitã æternã, unde & sic coniunges, Credo in sanctã ecclesiam, catholicam, sanctorum cõionem. i. p fidem, quã habeo, existẽs in sancta & uniuersali ecclesia, assequor sãctorum cõionẽ. i. cõcordiam & unionem. Sicut. n. est unus pastor, sic unum ouile, sicut unus Deus, sic una fides, & unum baptisma. Vel præcipio sanctorum cõmunionem.

nem, ideſt, panem benedictionis, de quo dicitur. Credere, & mãducaſti. de conſecra. diſtin. 2. vt quid. Similiter, & quæ ſequuntur. Credo in † ſanctam eccleſiam, peccatorum remiſſionem, ideſt, per fidem, quam habeo exiſtens in ſancta & uniuerſali eccleſia, conſequor remiſſionem peccatorũ
28 & lepræ curationem, de † qua dicitur in lege & Euangelio Maria ſoror Aaron, cum
Num. 12 ſeptem diebus fuerat extra caſtra, eſt à lepra mundata. 50. diſtin. § econtra. Nam
4. Reg. 5 Syrus ſepties lotus in Iordane eſt à lepra
Luc. 17. curatus, ſic & Dominus decem leproſos mundauit, ſed vnus tantum dedit gloriam Deo. De Magdalena dicitur, quia dimiſſa
Luc. 7. ſunt ei peccata multa, quia dilexit multũ. Paralytico quoque ait Dominus, Fili, re-
Luc. 5. mittuntur tibi peccata tua. ¶ Sequitur
29 † Credo in ſanctam eccleſiam catholicam, carnis reſurrectionem, ideſt, per fidẽ quã habeo exiſtens in eccleſia, conſequor car-
Iob. 17. nis reſurrectionem, de qua Iob: Credo, q̃ redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum, vnde in Euangelio, Deus Abaarm, Deus Iſaac, & Iacob, non eſt Deus mortuorum ſed uiuorum. Et Apoſtolus. Omnes quidem
Mat. 22 reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Similiter coniungendum eſt quod
30 ſequitur: Credo † in ſanctam eccleſiam catholicam; uitam æternam, ideſt, per fidem, quam habeo exiſtens in eccleſia conſequar uitam æternam, hæc eſt terra viuẽ-
Pſ. 26. tiũ, de qua Dauid. Credo videre bona Do-
31 mini in terra viuentium. † Eſt autem vita æterna videre Deum patrem, & quem miſit Ieſum Chriſtum, de hoc etiam ſub Sabbato ſancto in ſexta parte, vbi agitur de baptiſmo, dicetur.

ADNOTATIO.

*Ξύμβολον autem Græce. Ξύμβολον. uarie accipitur, pro varia verbi, à quo manat, ratione & natura. ξυμβαλλω n. παρὰ τὸ βαλλω natura ſua actiuum eſt, & ſignificat commitio, collido, confligo, conuenio, confluo, paciſcor, contractus conuẽtaque in eo, item & conijcio, ut συμβαλλω τὸ ἐνάντιον, Inde σύμβολον, ſignum, ut ſigna militaria Herodiano. Signis quidẽ utebantur inuicem Apoſtoli. ξύμβολον item nota, & ſignum rei apud Ciceronem, ut dictio & nomen eſt nota rei animo conceptæ. ξύμβολον etiam, inſignia, ideſt, παράσημα. Item omen καὶ οἰώνισμα Gregorio dicitur & maſculino genere. Qua ratione vſus eſt Syneſius in τῶ ἀδελφῶ Οὐ γαῦμαι νοπίζεται νυμφευ τεῖαις, βαδίζσον ἐπ ἐκφορὰν, ἵνα μὴτ ὠνυμρίω σύμβολος ἀμαῖσις γενηται. Itẽ & fœminino συμβολη, conflictus, conflictio militaris. ξύμβολα ẽt dicebãtur teſſerę quędam, quæ dabantur publicè è ciuitatibus quibuſdam hominibus ſibi amicis, vt hoſpitaliter & amicè reciperẽtur in oppidis fœderaris. Hodie ſic uocari poſſunt teſſere collybiſticæ, ut placet Budæo, quas literas collybicas vocant, quaſi ad permutandam pecunia externam inſtitutas. ξὺμβολον ωὐτὸ τμῆμα, quaſi teſſera, & fruſtum abſciſſum. Plato in Sympoſio, σύμβολον commiſſuram videtur dicere homines n. eo in loco ait geminos fuiſſe, ideſt, διφυεὶς. σύμβολον etiam, ſignificat ſimilitudinem, & quandam naturæ concinnitatem, Ariſtoteli περὶ γενέσιος κμόφθορους. σὺμβολαι, in conuiuijs dicebantur, quas Terẽtius & Plautus ſymbolas uocauerunt. Athen. lib. 7. Conuiuium autem ipſum è ſymbolis coagmentatum dicebatur, συναγώγιον, & δεῖπνον συναγώγιμον, ut inquit. Qui autem ſymbolas non conferunt, ἀσύμβολοι dicuntur, Ασύμβολος etiã pro inerti & inutili ponitur, qui nihil in medium attulit. Apoſtolorum ergo σύμβολον, dices ſignum & breuiarium quoddam fidei Chriſtianę, cõmiſtum, cõflatum, & compoſitum ex multis bolis, ideſt, fruſtis, particulisq; Symbolorum porrò hæc eſt lex, ut ſententiam abſoluant verbis ad ſummum quinque, & quo breuiora ſunt, hoc venuſtatis plus habeant, quale eſt illud Auguſti, Matura, Obſcuritatis aliquid & allegoriæ ſymbolum condit, ut paululum naturali ſenſu deflectatur, modo ne tanta ſit quanta Pythagoras eſt uſus, ut ab intelligentia dictorũ ſuorum arceret imperitos, qui ſymbola ſua quaſi quædam enigmata longiſſimè abduxit illinc, quo ſenſus ſpectaret, ita ut Tyrrhenos induxerit, illis citra omnem allegoriam parere, cum eam non aſſequerentur.

rentur. Vnde συμβολικὸν, pro allegorico & ænigmatico dicitur, apud Plutarch. in 8. Symboſ. Nico. Doard.

SVMMA.

1 *Prædicationis uſus unde.*
2 *Prædicationis officium cui competat.*
3 *Prædicatio, ſublimi loco debet fieri.*
4 *Prædicatio qualis eſſe debeat.*
5 *Prædicationem quæ ſequuntur.*

De Prædicatione. Cap. 26.

1 QVONIAM, ut præmiſſum eſt, Euangelium prædicatio eſt, & ſymbolum fidei † profeſſio: ideo poſt illa ſit populo prædicatio quaſi Euangelici uerbi, & ſymboli, ſiue noue & ueteris teſtamẽti expoſitio, q̃ modus ſumptus eſt ex lib. Neemiæ in principio, ubi legitur. Et legerunt Leuitæ in libro legis Dei. Neemias autem ſacerdos, & Eſdras ſcriba interpretabantur populo uniuerſa. Præterea monebantur antiquitus, qui in fraterno odio erant, ut ad concordiam uenirent, prius, quam communicarent, & mundi eſſent, prius coram ſuo Saluatore, qui nota ſunt ſecreta cordium, apparerent, ex quo ſiquidem prędicandi uſus in eccleſia inoleuit. Inde etiã eſt, quòd oratio Domini, quæ eſt ad primam, & in alijs horis voce demiſſa dicitur ad miſſam alta uoce, & patenter dicatur, quia in huiuſmodi fraterna monitio continetur, communiter tamen poſt prædicationem ſymbolum decantatur, quia fidem prædicatam ſe tenere eccleſia profitetur.
2 ¶ Verum † cum prædicandi officium priuilegiatum ſit, nullus prædicare debet, niſi cui committitur, aut cui ex officio ſibi iniunctum incumbit, iuxta illud Apoſtoli, Ro. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur, extrà de hæreticis. cum ex iniuncto, & iõ prædicaturus licentiam petit dicens, Iube
3 Domine. Debet autem † prædicator in loMat. 5. co eminentiori eſſe ſicut & Euangelium legens, propter rationes ſub ti. de Euangelio ſcripta. Nam & Ieſus vidẽs turbas aſcẽdit in montẽ, & apperiens os ſuum, docebat eos. Et Eſdras fecit gradum ligneum ad loquẽdum ut dictum eſt in prima par. ſub ti. de eccleſia, ubi de pulpito agitur. Debet † tamen humiliter proferre, quæ do- 4
cet, nec ſecundum Grego. 46. diſt. habet, in fi. illum elatis moribus prædicet, quem in cordibus audiẽtium ſacris ſermonibus inſectatur. Et ſecundum Ambr. prædicatio Chriſtiana non indiget pompa, nec cultu ſermonis, debet quoque ſecundum Gregorium prædicator eſſe diſcretus in ſilentio, utilis in uerbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. 43. diſ. ſi rector. Sunt tamen nonnulli huius doctrinæ obliti, qui ſicut ait Beda. 2. q. 7. ſecuti ſunt, auditores ſuos in præcipitiũ mergunt, quib. non ſalutaria, quæ corrigant, ſed quæ illos delectent, erronea prædicant. Alij uero ſecundum Greg. 49. diſ. hinc etenim. 8. q. 1. oportet. 44 diſ. § fin. dum æſtimari hæbetes nolunt, ſæpe ex immoderata ſubtilitate, ſe in quibuſdam inquiſitionibus plus quam expediat exercent ſe, ſecreta myſteria ſua prædicatione nõ intelligentibus referendo. Oportet enim eum qui docet, & inſtruit, pro ingenio diſcentium ſemetipſum aptare, & uerbi ordinem pro audientium capacitate dirigere, quoniã qui docet ea, quæ ab auditoribus intelligi nequeunt, non ad eorum utilitatem, ſed ad ſui oſtentationem, facit, ut plura ſcire uideatur, uel adulatione, ut eis placeat, quibus ſecreta reuelant, iuxta quod Apoſto- Cor. 1.
lus, ait Chriſtus me miſit prædicare non in ſapientia uerbi. ¶ In concilio Carthaginen. de conſec. diſ. 1. ſacerdote, ſtatutum, ut ſacerdote uerbũ, ſcilicet prędicationis in eccleſia faciente, qui egreſſus de auditorio fuerit uidelicet cõtemnens excommunicetur. ¶ Poſt prædicationem, fit confeſſio, † & indulgẽtia pro commiſſis & omiſ- 5
ſis conceditur, ut ſic conſcientijs emunditis, iuxta illud Propheticum, & ſcopebam Pſ. 76.
ſpiritum meum, accedant ſinguli ad communionis ſacramentum, quod mox in miſſa, uel ſacramentaliter, vel ſpiritualiter recepturi ſunt, quæ ſpiritualis communio fit per fidem operantem per dilectionem, iuxta illud Aug. Crede, & manducaſti, de cõſec. di. 2. ut quid.

Neem. 8 ſub ti. de eccleſia, ubi de pulpito agitur. Neem.

Universidad de Deusto Biblioteca

S V M M A.

1 *Canon Missæ in quot partes diuiditur.*
2 *Secreta, in quot partes diuiditur.*
3 *Offertorium ubi quandove fiat.*
4 *Offertorij uersus, hodie sæpe intermittitur, idque temere.*
5 *Offertorium ut cantetur, a patribus receptum est, idque de causa nu. 6.*
7 *Offertorium unde nomen traxerit.*
8 *Offertorio facto quid faciat sacerdos.*

Secunda pars missę in offertorio. Cap. 26.

SECVNDA pars missæ in offertorio, siue in Dominus vobiscum, incipit, quæ in quatuor † subdiuiditur particulas. ¶ Prima dicitur secretella. ¶ Secunda præfatio. ¶ Tertia canon. ¶ Quarta oratio dominica, cum sua præfatione, s. Præceptis salutaribus. ¶ Potest etiam quidquid hoc loco, usq; in finem missæ dicitur, secreta vocari, quæ secreta in quinque diuiditur partes. ¶ Prima est ab offertorio usque ad perfectionem, & hoc specialiter dicitur secreta. ¶ Secunda dicitur præfatio. ¶ Tertia canon. ¶ Quarta orō dominica. ¶ Quinta est embolismus. Quia etenim fuit dominici sanguinis effusio. ¶ Prima in circūcisione. ¶ Secūda in sudore. ¶ Tertia in flagellatione. ¶ Quarta in crucifixione. ¶ Quinta in mortui lāceatione. ¶ Sanè ordo conueniens, est ut post prædicationem sequatur fides in corde, laus in ore, fructꝰ in opere. Prædicationē quidem est in Euāgelio, fidem, symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio, qua propter offerēda cantatur, qa sacrificiū laudis offertur, unde. Ps. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo & psalmum dicā Domino, & i Paralip. Cum offerrent holocausta, ceperunt laudes canere Domino, organis, & in diuersis, quæ Dauid rex cōparauerat, cōcrepare. † Offertorium quidem inter Euangelium & sacrificium canitur, prout in ti. de symbolo dictum est. ¶ Sacerdos autem dicturus, oremus, præmittit Dominus uobiscum, quasi diceret, nisi Dominus uobiscum, orare non possumus ad salutem nostram. Subijcit ergo oremus, monens populum orare, ut fidem symbolo recitatam credat, & in ea stabilis permaneat, quia & Christus discipulis suis dixit, Orate &c. Lu. 22. monēs etiā unumquemq; ad se redire, conscientiā suā discutere, & seipsum in holocaustū iustū Deo offerre. Prius ergo quā chorus cantet offertorium, salutatur à sacerdote, ut possit deuote cantare, & mox postquam ille dixit, oremus, chorus cātat canticum offerētium, siue offertorium, & populus offert, ut notet, q̄ post impletionem mandatorum offerimus nos ipsos, sicut sub ti. de oblatione dicetur, ac si unusquisq; offerēs dicat, Credo, & in fidē, quā in symbolo ꝓfessus sum, opere cōpleo, & orōni sacerdos cōsentio. vnde & sacerdos statim offert dona consecranda. ¶ Et sat. tende, q̄ offertorij uersus cum multa diligentia ab antiquis partib. inuenti, hodie pleriſq; in locis omittuntur, tum breuitatis cā, ut tam ministri, quam populus oblationibus, orōni, & sacramento altaris liberius uacent, tū etiam, quia sicut ait Aug. 12. di. omnia. ipsam Christianam religionē paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei uoluit esse libera. Et ꝭm Hie. de cōs. di. 5. nō mediocriter. Melior est quinq; psalmorū, cum cordis hilaritate decantatio, quam totius psalterij cū anxietate modulatio, uerborū etenim multitudine Deus flecti non potest. Solum ergo in offertorio, quod dicitur in missa pro defunctis, versus ipsi hodie dñr, quia officium illud non sequitur in multis normam alterius officij. ¶ † Porrò à patribus introdutū est, ut offertoriū cantetur, qa (ut præmissum est) qū offerebant, in tubis clangebāt, hilarē namq; datorē diligit Deus. 23. quæstio. 9 §. ex his. Inductū est etiā ex eo, quòd Salomon in dedicatione templi, & altaris innumerabilē multitudinem holocaustorū obtulit cū magna solennitate, & a Mose, cui descendenti de monte, & populum salutanti, & oranti occurrit populus, & munera obtulit. Cātatur etiam offertorium dum offertur, ad memorandum iucunditatem Israelitici populi, offerentis denaria ad ædificium tabernaculi, uel potius ad designandum clamorem mulieris, de qua legitur

Psal. 26. *2. Para. 3.*

gitur in Apoc. 12. cap. Mulier, ideſt, ecclesia, amicta sole, ideſt, Christo, quem induit in baptismo, habens lunam sub pedibus, ideſt, omnia mutabilia calcans, & in capite coronam duodecim stellarum, ideſt, chorum duodecim Apostolorum, & habens in utero, supple ea, quæ in sui initio gesta sunt, clamat parturiens, & cruciatur vt pariat. Clamorem ergo eius parturientis, vel salubrem Domini Cruciatū imitatur offerenda, per suū grauem & grādinosum cantum, quæ pneumis distentia, & versibus fœcundata, quantumuis longa iubilatione, quod significat non satis exprimere ualet. Quis tamen offertorium cantare instituerit, ignoratur. Traxit † nomen offertorium a feria, quod est oblatio, quæ in altari offertur, & à pontificibus consecratur. in de offertorium dicitur. quasi præfertum, oblatio uero uocatur, quia offertur. Dicitur etiam offertorium, quia dum offerēdā cantatur, sacerdos accipit oblationes, vel hostias a ministris, de quibus sub ti. de oblatione dicetur. ¶ † Aduertendum autem est, quod licet sacerdos ꝓmittat Oremus, non tamen immediate orat, imo turificāt, oblationes recipit, & alia agit, quasi ipso facto dicat, non cessat orare, qui non cessat bene agere. Dum ergo offertorium canitur, & incensum portatur, instāte memoria Dominicæ passionis, silentiū obseruat, vsque dum alta doce dicit, Per omnia secula seculorum. Illud insinuans, quòd Iesus post suscitationem Lazari non palam ambulabat apud Iudæos, cum cogitarent eum interficere, sed abijt in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis. Collegerunt enim pontifices & pharisęi concilium, & vnus ex ipsis, Cayphas nomine, dixit. Expedit ut unus homo moriatur pro populo, & nō tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt eum interficere; de hoc dicetur sub tit. de inclinatione sacerdotis.

S V M M A.

1 *Manus lauat sacerdos denuo. statim ab offertorio, & turificatione, & qua de causa. Et qua significatione. nu. 3.*
2 *Manuum lotio fit semper ad dextrum altaris cornu.*

De manuum ablutione. Cap. 28.

PRIVS, quàm sacerdos offerat, manus iterum lauat, quamuis † prius dum uestib. se ornaret, lauasset, prout dictum est sub ti. de capitis coopertione. Et etiam post secundam turificationem iterū lauat, ut sic magis ac magis mundatus offerat hostiam immaculatam, sanctam, Deoque placentem. Nam & Psalm. cum mundatus esset, petebat amplius emundari, dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato &c. Lauat † autem semper ad dextrum cornu altaris, nam dextra prosperationem, sinistra aduersitatem significat, quia igitur pluries peccatur in prosperis, quàm in aduersis, iuxta illud Psalm. Cadens à latere tuo, scilicet sinistro, mille, & decem millia à dextris tuis meritò magis lauandum est ad dextram, quàm ad sinistram. Sacerdos itaque † hostiam oblaturus lauat manus, ad significandum, quòd lauare ac mundare debet conscientiam lachrymis pœnitentiæ, & compunctionis, iuxta illud, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Et ideo tunc dicit, Lauabo inter innocentes manus meas ideſt opera, & Esa. Lauamini, & mundi estote. Nam & Christus prius, quàm uerum & vnicum sacrificium in ara crucis offerret, in resuscitatione Lazari lachrymas miseratus effudit, Euang. testante, Iesus inquit, infremuit spiritu. turbauit semetipsum, & lachrymatus est. Lauat etiam manus, ne reus sit corporis & sanguinis Domini, iuxtà illud, Mundæ sunt manus meę à sanguine huius, & vt mundi sint à terreno pane, iam in populi oblatione recepto, uel à terro desiderio.

Psal. 50 2 *Psal. 91.* 3 *Psal. 6.* *Psal. 25.* *Esa. 1.* *Ioan. 15*

S V M M A.

1 *Pallam super altare disponit diaconus, sacerdote manus abluente.*
2 *Sacrificium altaris ex quo confici debeat.*
3 *Corporale quid significet.*
4 *Corporale qualiter complicetur, & sternatur super altari. Et quàm varie id ipsum significat.*

Universidad de Deusto Biblioteca

5 *Corporale quandiu maneat sub altari.*
6 *Sotheri Papæ edictum, ne mulieres contingant vasa sacra.*
7 *Palla altaris quid, & unde dicatur.*

De Pallis, & corporalibus. Cap. 29.

INterim verò dum sacerdos manus abluit, diaconus † corporalem pallam super altare disponit, in quo admonentur ministri & populus, ut sint ab omni carnali cupiditate mundi, sicut ipsa palla mãdata est à naturali viriditate, & humore, munditia quoque corporalis significat munditiam populi fidelis. De hac palla in canone ita dicitur, de consecr. distin. 1. ex consulto. Ex consulto enim omnium constituimus, vt sacrificium altaris
2 † non in serico panno, aut in tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato, terreno, scilicet linteo, idest, de terra procreato, atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone linea munda *Ma.27.* sepultum fuit, & Christus veram carnem passibilem & mortalem de terreno virginis corpore assumpsit, de linteo igitur cãdido, non intincto ex institutione. Sexti Papæ, & Eusebij sit corporale. ¶ Significat
3 † autem corporale passionis intentionem, seu corpus Christi, quia sicut linum multo labore, ac multis tonsionibus acquirit candorem, ita Christi caro multo certamine ad resurrectionis gloriam peruenit. ¶ Significat etiam ecclesiam, per quam corpus Christi intelligitur quæ multis passionibus, & præsuris ad candorem æternæ vitæ perducitur. ¶ Tertiò, significat ipsum Christum. Cum enim sic complicetur, vt nec initiũ, nec finis eius appareat. sic eius diuinitas initio caret, nec finem habebit. Et sicut oblata coniungitur corporali, & ponitur in altari, sic Christi caro iuncta
4 diuinitati affligitur Cruci. Et nota † quòd in quibusdam ecclesijs palla corporalis, quæ calici supponitur, in longum altaris extenditur, quæ quatuor in longum, & tres habet plicaturas in latum. Siquidem in longum altaris extenditur quia, vt aiunt quidam, linteamen, quo Christi corpus inuolutum fuit, per illam figuram extensum in longitudine sepulchri inuentum est. Quatuor eius plicaturæ in longum, quatuor designant Cardinales virtutes, scilicet iustitiam, prudentiam, temperãtiam, & fortitudinem, per quas innatæ nobis passiones reprimuntur. Tres verò plicaturæ in latum, tres theologicas uirtutes, scilicet fidem, spem, & charitatem, per quas Deo unimur, figurant. ¶ Potest quoque & aliud in his figurari. ¶ Duplex enim est palla, quæ dicitur corporale, vna scilicet quam diaconus super altera extendit, altera quam super calicem plicatam imponit, significantes duo linteamina, quibus Ioseph corpus Christi inuoluit. Extensa representat syndonem, qua corpus fuit in sepulchro inuolutum, & inde corporale vocatur, plicata super calicem posita, sudarium quo caput eius fuit separatim inuolutum. Siquidem extensa, quæ vocatur, significat fidem, plicata, quæ sudarium, uocatur, intellectum, hoc enim mysteriũ credi debet, sed comprehendi non ualet, ut fides habeat meritũ, cui humana ratio non præbet experimentum. de pœnit. dist. 4. in domo. Secundò quoque corporale, siue syndone subsistens, significat Christi humilitatem in passione, sudarium uero laborem. Tertiò, corporale significat linteum, quo Christus erat præcinctus, sudarium laborem in persecutionibus. Adhuc palla super calicem posita aliquam, scilicet superiorem eius partem non totum tegit, in quo datur intelligi, quod sudarium aliquam partem capitis Christi tegebat, & aliquam non, sicut mos est Iudæis facere, quædam tamen ecclesiæ non habent nisi vnum corporale, pro eo quòd in Euangelio legitur, quòd Ioseph corpus Iesu inuoluit in syndone munda, non enim dixit in syndonibus, in plurali, & hoc ad significandum sacramẽti vnitatem, & significat syndonem qua Christi corpus fuit inuolutũ. ¶ † Cor- 5
porale autem ideo remanet super altare vsque post sumptionem corporis & sanguinis, & eleuationem calicis de altari, quia lintamen & sudarium in sepulchro vsque ad resurrectionem remanserunt. Præterea corporale remanens pp sui albedinẽ ostendit munditiam mentis, quam semper habere debet corpus domini sumens. ¶ † So- 6
ther Papa 22. dist. sacratas, statuit, ne fœminæ sacratæ, vel moniales sacra vasa putet calicem, vel patenam, vel sacras pallas, & corporale contingant. Ipse tamen huiusmodi ornamenta altaris & ministrorũ facere possunt, exemplo Mariæ, quæ talia fecit, & texuit in vsum mysterij taberna
7 culi fœderis. Communiter † tamen palla vocatur munda mappa, super quam distenditur corporale. Et dicitur palla, eo quod palliat vel abscondat in se mysterium supradictũ. Debet autem altare duplici mappa operiri, ad duplicem stolam, mentis scilicet, & corporis designandum.

27 *Cantoris primi officiũ. Itẽ secundi. nu. 28.*
29 *Patenæ absconsio, seu uelatio, quid significet & nu. 30.*
31 *Subdiaconus qualiter teneat patenam.*
32 *Offerre dẽt popul⁹, & unde offerendi mos & n. 34. & quæ significatio oblatorum.*
33 *Sacrificiorũ legalium diuersa genera.*
35 *Offerens manum sacerdotis osculatur.*
36 *Clerici & monachi an & quãdo offerãt.*
37 *Oblationis qui recipiant.*
38 *Põtifex Roman⁹ quas oblationes tãgat.*
39 *Oblationis p defunctis cuiusmodi sint.*
40 *Moses iubet sinem imponi Oblationibus.*

SVMMA.

1 *Manibus episcopi, aut sacerdotis lotis, minister quid agere debeat. Item subindè episcopi munus. nu. 2.*
2 *Episcopus accedit ad altare sine mitra, & baculo.*
4 *Offertorium triplex. Et ex quo illud fieri debeat.*
5 *Offerendi antiquus mos.*
6 *Panes sacerdotales, item ppositionis. nu. 7.*
8 *Hostia rotunda cur fiat.*
9 *Oblationum duo genera, donum quippe, & sacrificium.*
10 *Sacrificium quid.*
11 *Libare quid.*
12 *Hostia quid.*
13 *Holocaustum quid.*
14 *Ministrorum officia circa oblationem sacerdotis. & nu 16.*
15 *Panis & vini oblatio quid signet, cum & vnum solum sacrificium sint.*
17 *Diaconus patenam cum hostia offert sacerdoti, & qua significatione.*
18 *Aquã cũ uino miscere in calice inferi episcopi non licet. Et quid commistio designet. Et id ex cuius institutione. Et quorsum. nu. 19.*
20 *Sacerdos missurus aquam in uinum, cur pauxillum in terram fundat.*
21 *Aqua benedicti, unum minus. Et qd ita.*
22 *Manus osculum quid significet.*
23 *Hostia fere ponitur inter sacerdotem & calicem.*
24 *Ampulla quid & unde dicatur.*
25 *Calicis ferendi mos, uarie. Et cur maxime laua nu. 26.*

De Oblatione sacerdotis, & de officio ministrorum circa illam, & de Patena, & de Oblationibus populi, & clericorum. Cap. 30.

IStis igitur manibus diaconus vel sacerdos ministet extensis manibus mediante munda † tobalia, ac 1
cipit manus episcopi quasi iuuans illum de faldistorio ad surgendum, quod quidem fit, non ad adiuuandum, sed potius ad prouocandum illum, idest, Christum quem significat, q *Psal.43.* surgat, & pro populo oret, Iuxta illud, Exurge domine adiuua nos. Et iterum, *Ephe.3.* Exurge qui domis, & sic mediãte munda tobalia ad notandum, q mediante munditiam manuũ, idest operum nostrorum excitatur dominus ad adiuuandum omnes nos apud patrem. Si autem hoc ad ipsum pontificem Christi vicariũ referatur, tunc dicẽdum est, q ipse prouocatus adiuuatur per munditiam manuum eorum, pro quibus orat vt eius oratio efficax habeat. Rursus Christus omnia bona opera ecclesiæ principaliter opatur, sicut legitur in Esa. *Esa.26.* Omnia bona opera nostra operatus es in nobis domine, cuius locũ gerit episcopus. Minister uero tanquam eius famulus, eius coadiutor typum cooperãtis ecclesiæ gerit, quæ in suis operibus Christi operantis ministra est, & adiutrix, sicut dicit Apostolus, Coadiutores enim Dei sumus, qui to- *2.Cor.3.*
balliã, idest deuotam reuerẽtiam adhibet, quoniã, secundũ Apostolum, Non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo.

Universidad de Deusto Biblioteca

2 Deinde episcopus † vel sacerdos ingreditur sanctuarium perueniens ad altare consecratum, ideſt Chriſtus, qui cœnaculum grande ſtratum eſt ingreſſus, cum diſcipulis cęnaturus, & eis corpus ſuum tradituꝝ. *Luc.22.* uus, ubi myſticam oblationẽ accepit a miniſtris, inſinuans illud, quòd Ioannes Euãgeliſta deſcribit, Ieſus (inqt) ante ſex dies paſchæ uenit in Bethania, vbi Lazarus mortuus fuerat, quem ſuſcitauit Ieſus, & fecerunt ei cœnam, in qua Martha mini- *Ioan.12*
3 ſtrabat. ¶Procedit autem ad † altare abſque mitra & baculo, & cũ veſtibus ſacris, prout in ſuis locis dictum eſt. Conſidera ergo ordinem, nam Euangelium præcedit, fides in ſymbolo ſequitur, deinde munera offeruntur, neceſſe eſt enim primum *Rom.10* audire, Quomodo, inquit Apoſtolus, credent, ſine prædicante; deinde quis niſi re- *Heb.11.* cte crediderit, munus Deo acceptabile offerre non poterit, quia ſine fide impoſſibile eſt Deo placere. ¶Hic ergo de triplici oblationis genere dicendum eſt, videlicet de oblatione ſacerdotis, miniſtrorum, & populi Sacerdos itaque primo offert ſeipſum. †Offerenda etiam ſunt, quæ ſunt Dei
4 Deo, ideſt, animæ habentes ſimilitudinem Dei impreſſam. Deinde, q̃ ſunt ſacrificio neceſſaria, ſcilicet panem, uinum, & aquã,
5 & alia ſacrificio apta. ¶Et † nota, quod in veteri teſtamento ponebantur ſuper menſam tabernaculi. 12. panes azymi ex ſimi- *Exo.40.* lia. mundi valde, & ponebantur ſeni altrin ſecus, & ſingulus ſupponebatur patena aurea, & ſuper patenam pugillus turis, Panes
6 † autem iſti dicti ſunt ſacerdotales, quia ſoli ſacerdotes eos de altari ſublatos comedebant, uel ſecundum Ioſephum, quia Dominus præceperat, quod ſoli ſacerdotes illos formarent, coquerent & ponerent in menſa, & tollerunt, ipſi tamen hoc non obſeruauerũt. Et ex his conuincitur, q̃ ſacerdotes debeant hoſtias facere per ſeipſos.
7 † Dicebantur .n. panes propoſitionis, quia poſiti erant ſup menſam propoſitionis co- *Exo.15.* ram Domino in memoriam ſempiternam duodecim tribuũ fiſiorum Iſrael, vel porropoſiti, ideſt, longo tempore poſiti, ſcilicet per totam hebdomadam. Nam in diluculo ſabbati recentes, & calidi imponebantur menſæ, & erant ibi immoti vſque ad ſequens ſabbatum, & tũc ſub trahebãtur, vel erant ibi in æternum, per ſucceſſionem ponendi in menſa. ¶Hoſtia autẽ formatur † rotunda, quia domini eſt terra, & 8
plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant in eo. 8. diſtin. quo iure, & ipſa ſui forma ſignificat illum, qui principio caret, & fine, quamuis ipſe ſit *α* & *ω* principium principians abſque fine. Apoc. 1.c. ¶Rurſus cum figura rotunda formetur a puncto ad punctum, per hoc innuitur, q̃ ab ipſo ſunt omnia. & ad ipſum omnia retorqueantur, vnde Pſal. Veritas tua *Pſal.88* in circuitu tuo. De hac figura dictum eſt in proœmio ſecundæ partis, de hoc etiam dicetur in ſexta particula canonis ſup verbo, Accepit panem. ¶† Cęterum duo ſũt, 9
quę offeruntur, donum uidelicet, & ſacrificium. ¶Donum dicitur, quicquid auro, vel argento vel qualibet alia ſpecie offertur. Aliud tamen eſt donum, & aliud munus prout dicetur ſub prima particula canonis, ſuper verbo, Hæc dona. ¶† Sacrificium 10
eſt uictima & quæcunque in ara cremantur, ſeu ponũtur quaſi ſacrum factum, uel ſignum; quia præce myſtica conſecratur pro nobis in memoriam dominicæ paſſionis. Quidam autem peruerſi hæretici nobis ad præſumptionem magnam reputãt, qui ſacrificamus & conſecrationẽ hoſtiæ ſacrificium appellamus, cum ſcriptura ex perſona domini dicat, Nolo ſacrificium, & Eſa. Ne offerat vltra ſacrificium fruſtra. *Eſa. 1.* Et in Euãgelio, miſericordiam uolo, & nõ *Matt.3.* ſacrificium. Dauid. Si voluiſſes ſacrificium &c. De hoc, & quid ſit ſacramentum, di- *Pſal.50* ctum eſt in prima parte ſub ti. de eccleſiaſticis ſacramẽtis. Omne autem, quod Deo datur, aut dedicatur, aut cõſecratur. Quod dedicatur, dicendo datur, unde & appellatur. Erant igitur, qui conſecrationem, dedicationem ſignificare putant. Imolatio ab antiquis dicta eſt, eo q̃ imola altari ſuperpoſita uictima reddetur, mactari enim poſt imolationem eſt, nunc autem imolatio panis & calicis conuenit, libatio † ue- 11
ro tantum calicis oblatio eſt, Iuxta illud, *Eccl.50* & libauit de ſanguine uuæ. & illud poeticum, Nunc pateras libate Ioui. Libare enim proprie eſt effundere, & antiquitus, quod in liquida materia offerebatur, ut uinum & oleum, libamen dicebatur, quod uero in ſicca, ut ſimilia panis, & thus,

12 thus oblatio nominabatur. Hoſtiæ † apud veteres dicebantur ſacrificia, quæ fiebant prius, quàm contra hoſtes pergerent, uictima verò ſacrificia, quæ poſt victoriæ de victis hoſtibus imolabant, de quo ſub 6. particula canonis dicetur ſuper verbo, Qui pridie & erant victimæ maiora ſacrificia quam hoſtiæ, vel victima dicebatur, quia
13 vincta ducebatur ad aras. ¶† Holocauſtum illud eſt, vbi totum, quod offerebatur, puta agnus, vel titulus, in altare igne conſumitur. ὅλον, enim græcè, dicitur totum, καυσὸν incenſo, Cæremoniæ apud latinos dicuntur ſacra omnia, quæ apud Græcos ὄργια vocantur, proprie tamen cæremoniæ, à carendo dicuntur, eo quòd his, quæ in ſacris offeruntur, in ſuo vſu careãt homines. Alij appellant cæremonias obſeruantias Iudæorum in abſtinentia quarundã eſcarum, ſecundum veterem legem à carendo, quia carent rebus, quibus abſtinent. Panis autem & Calicis Sacramentũ Euchariſtia dicitur, prout dicitur ſub dicto uerbo, Qui pridie. ¶Porrò circa oblationẽ † ſacerdotis miniſtri ſua officio exe-
14 quuntur, diaconus enim corporalem ſup altare explicat & diſponit, in quo oſtenditur quòd Euangelium Chriſtus, ſeu corpus Chriſti, imò tantam ipſius humanitatem plenè deſcribit. Corporale. n. hoc corpus Chriſti ſignificat, prout in præcedenti ti. dictum eſt. Deinde ſubdiaconus in primis calicem præparet, panem & uinũ in illo diſponent, à ſacerdote poſtmodum conſecranda, quia nimirum lex, quæ per ſubdiaconum hic congruè deſignatur, huiuſmodi oblationis myſterium, præſignauit, *Gen.4.* dicens, quòd Melchiſedech ſacerdos obtulit Abrahæ panem, ſcilicet de frumento, & vinum de racemis à Chriſto poſtmodũ exhibenda, & veritate cõſecranda, ſicut in Geneſi habetur, & dicetur ſub ſexta particula canonis, ſuper verbo, Accepit panem,
15 Oblatio † panis & uim ſignificat pia deſideria fidelium, ſeu pro imolatione, ſeu pro hoſtia uiua. ¶Rurſus in pane corpus Chriſti, & in vino ſanguis eius, in aqua populus repreſentatur. Et dicitur panis, πὰν à, quod eſt totum, quoniam hic & in futuro eſt tota uita noſtra uinũ dicitur, a uite, cui Dominus in Euãgelio ſe comparat. Aqua uerò ab æqualitate dicitur, quia per hoc ſacramentum Angelis æquari debemus. Licet autem duæ ſint ſpecies, non tamẽ ſunt duo ſacrificia, unitas. n. verbi unitatem effi-
cit ſacrificij, hoc eſt. n. illud pallium, quod *Mat.20* Noe filij cõtexeruut, quo Chriſtiani Chriſti ebrietatem, ideſt, paſſionem, ſub ſacrificio tegunt. Deinde † ſubdiaconus ferens in 16
manu ſiniſtra calicem, & de ſuper corporale & illum diacono offerens, ſignificat, q̃ dominus ſubdiaconus fuit, quãdo librum aperuit, & diaconus, quando dixit, non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Diaconus verò patenam cum hoſtia de manu ſubdiaconi recipit inter pollices, & indices vtriuſque manus, interpoſito tamen manipulo. inter ipſos pollices, & patenam. Nẽpe manus ſubdiaconi opera ſunt legis, patena latitudo cordis, manipulus opera Euãgelij, pollex vigor uirtutis, index diſcretio. Fiũt igitur hic ad ſignificandum, quòd opera legis, & latitudo cordis, ac opera charitatis non ſufficiunt ad ſalutem ſine operib. euangelicis: quoniam diaconus annuntiator eſt, tum vigore uirtutis, & diſcretione mentis adhibitis adiuuentur, atque perficiantur. Supponuntur autem indices pollicibus ad notandum, quòd virtutis vigor exercendus non eſt abſq; diſcretione, quæ cunctarum eſt mater & fundamentum virtutum, extrà de offic. cu. ca. 1. ¶ Subſequen-
ter † diaconus ipſe patenam cum hoſtia ex 17
inſtitutione cõcilij Anthiritani. 50. di preſbyteros. 25. di. perlectis. Pontifici repreſentat, ad notandũ, quòd par euangelicam traditionem, quã diaconus figurat ad altare; ideſt, ad ſolennem ritum peruenit eccleſia, quia lex, quæ per ſubdiaconum ſignatur, hoc noſtræ ſalutis ſacrificiũ ſolũmodo præfigurauit, præmiſſum eſt Pontifex, ſeu ſacerdos hoſtiam collocat ſuper altare, calicem verò cum uino, ipſe diaconus retinet, & collocat in altari. Circa quod notãdum eſt, quòd hoſtia ſignificat corpus Chriſti, non ſanguinem, ſacerdos Chriſtum, ſolus ergo ſacerdos abſque cuiuſque adiutorio illam offert, dicens, Suſcipe ſancte pater &c. quia Chriſtus ſeipſum in ara crucis obtulit Deo patri, & illam in altari ſuper corporale, quaſi ſupra ſindonem mundam diſponit, innuens quòd ipſemet Chri- *Luc.12.*
ſtus hoc ſacramentum inſtituit, & eccleſiæ tradidit obſeruandum, dicens, hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

est corpus meum, &c. hoc facite in meam commemorationem &c. Disponit autem & collocat hostiam cum signo crucis, quia sicut Christi oblatio in cruce facta fuit, sic oblatio sacerdotis, qui in illius memoriam fit, cum signo crucis fieri debet. Collocat etiam illum directè super crucem, in consecratione altaris cum chrismate factam, quia & Christus carnem suam cruci affixit. Verum vinum in calice sanguinem Christi designat, & ideo solus diaconus absque sacerdote, qui Christum designat, calicem tenet, ad notādum, quòd in Christi immolatione sanguis fuit a corpore separatus, non tamen solus, sed vna cum sacerdote illum offert, & super pallam corporalem collocat, seu potius sacerdotis illo mediante, quod ex eo patet, quia non dicit offero in singulari, sicut dicitur in hostiæ oblatione, sed dicit, Offerimus tibi domine &c. Ex quo etiam clarè conuincitur, quòd ambo pariter debent ipsa uerba proferre. diaconus ergo calicem unà cum sacerdote offert, quia non solum Christus seipsum Deo patri obtulit, verum etiā per Euangelium suum, cuius diaconus est figura, & baiulus huius sacrificij ritum instituit, & ecclesiæ commendauit, quam institutionem, & commendationem ipse diaconus tanquam prædicator Euangelij enunciare & manifestare debet ex suo officio ab ista militante ecclesia obseruāda. Ideoque participare debet sacerdoti in calice offerendo, non tñ in consecrando, quia illud solius est officium sacerdotis. Solus
18 † tamen Episcopus, uel sacerdos aquā vino commiscet in calice, quod nulli inferiori facere licet, quoniam solus Christus populos sanguine suo redemit. Prēterea admistio huius, unionem populi cum Christo designat, ut sequitur, quæ fieri non potest nisi per gratiam Christi, cuius typū gerūt pontifex & sacerdos. ¶ Commiscetur autē aqua vino in calice ex institutione Alexan
19 dri Papæ I. ¶ Primò †ad notandum, quòd nunquam salus populi esse potuit sine sanguinis effusione, nec etiam sanguinis effusio sine populi salute, quia Christus populum sibi reconciliauit in morte. Scriptum est enim, quòd aquæ multæ sunt populi multi. Christus autem sanguinem suum fudit pro populo, sicut ipse testatur. Hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. *Luc. 22.*
¶ Secundo, ad notandum quod de latere Christi simul exiuit & sanguis, & aqua, quatenus nec Christus sit sine populo, nec populus sine Christo. Cum ergo aqua uino miscetur, tūnc Christo populus adunatur, de consecra. distin. 2. cum omne prope finem. Hoc quoque mysterium lex Mosaica præsignauit, sicut Apostolus exponit, dicens, Bibebant de spirituali, consequenti eos, petra autem Christus, de consecra. distin. 2. reuera. Qua propter sacerdos in calice aquā fundit, ut sicut aqua non separatur a vino, sic populus nunquam separetur a Christo. ¶ Tertio commiscetur, ut diuinitas & humanitas in una persona coniunctæ esse intelligantur. de consecr. distinct. 2. cap. 3. 4. & 5. Nam per vinum diuinitas, per aquam humanitas intelligitur; qui ergo in altaris officio aquam sine vino, uel econuerso, ei ministrat, quantum in se est, diuinitatem ab humanitate separat, de hoc dicetur in particula canonis, super uerbo, hoc est corpus meum, & super uerbo, hic est calix. ¶ Sanè sacerdos † minister mis- 20
surus vinum & aquam in calicem, prius effundit modicum in terram, non solum ut meatus, siue locus vasis, per quem fluere debet; mundetur, & si quid est in superficie vini, uel aquæ emittatur, uerum etiam ad ostendendum, quod sanguis, & aqua de latere Christi vsq; in terram fluxerūt ad quod mysterium se præparat peragendum. ¶ †Considerandum etiam est, quod 21
aqua benedicitur, quando vino admiscetur, uinum uerò nō, & hoc ideo, ut dicunt quidam. ¶ Primò, quia uinum suam benedictionem expectat, sed hæc ratio non uidetur sufficiens, imo quia tunc totum uinum est, quoniam in benedictione vini sub nomine calicis, tam uinum, quam aquā simul benedicuntur. Vnde potest, secundo modo dici q; uinum in hoc loco Christum significat, q; nulla eget benedictione, aqua populum, qui in hac uita nequit esse sine peccato, propter quod indiget benedictione Dei, ut reddat dignus ad p̄missā unionē cum Christo. Ad hoc igitur significādū aqua benedicitur, quando uino admiscetur. ¶ Tertiò, etiam uinum non benedicitur, quia subdiaconus, qui non benedicit,

cit, debet illud ex officio suo in calicē mittere, ut præmissum est. ¶ Quarto, quia populus qui per aquam significatur, unitur Christo solū per benedictionē gratiæ ipsius Christi, quē sacerdos benedicens figurat. ¶ Est autem plus de vino, quam de aqua ponendum, arbitrio sacerdotis, ita tñ quòd aqua à uino absorbeatur, & uini saporem retineat, extra de cel. miss pernicio sus. & hoc in signū, quòd ecclesia debet incorporari Christo, non Christus ecclesię, vnde Aug. non tu mutabis me in te, sicut cibum carnis tuæ, sed mutaberis in me, de hoc etiam dicetur super dicto uerbo, Hic est calix, & in 6 parte sub 5. feria cœnæ domini, propè fin. Prædictus etiam Alexander Papa statuit oblationem ex azymo & in modica fieri quantitate, dicens. Hæc oblatio quanto rarior, tanto pretiosior. ¶ Non est etiam † omittēdum, quòd
22 in missis priuatis ministrans sacerdoti ampullam cum uino, manum eius non osculatur, sed ministrans ampullā cum aqua sic, quoniam vinū Christum, aqua genus humanū, osculū uerò pacem inter Deum, & hominem significat reformatam. ¶ Regulariter tñ cum celebranti aliquid porrigitur vel ab eo recipitur, manus osculum interponitur, ad designandum, quòd omne seruitiū, omnisque reuerentia Deo exhibita, cuius uices celebrans gerit, procedere debet ex feruore charitatis, & amoris, q; per manus osculum designatur, de hoc etiam sub Euangelio dictum est, & sub tit. de pacis osculo dicetur. Calix autem ponitur Romæ ad dextrum latus oblatæ, & bene, quasi sanguinem suscepturus, qui de latere Christi noscitur profluxisse, & ad designādum sanguinem, & aquam de dextero Christi latere emanasse. Præterea nisi a latere stet recta pars crucis, quæ fit communiter super hostiam & calicem, non producitur solummodo super hostiam, quod tamen fieri debet. Crux enim ipsa inchoari super hostiam, & perfici super calicem, prout ex diuersis locis, & uerbis ipsius canonis colligitur, euidenter, de hoc dicetur
23 in 8. particula canonis, super uerbo, hostiam sanctam. ¶ Communiter † tamen alibi ponitur hostia inter sacerdotem, & calicem. ¶ Primo ad notandum, q; Christus est mediator Dei & hominum. 10. dis. quando, & secundum hoc sacerdos Deum patrem, hostia Christum, aqua in calice populum significat, quia non nisi Christo mediante ad resurrectionis gaudium possumus peruenire. ¶ Secundo, propinquior est sacerdoti hostia, quàm calix, quia prius à Christo cōsecrata legitur, quàm sanguis, Apostolis prius data, sed hæc ratio facit potius pro dictis Romanis, qui cruces incipiunt super hostiam, & deinde eas super calicem producunt. Porrò, cum sacerdos accipit patenam cum hostia, urceolum cū aqua, calicem cum uino, turibulum cum incenso, efficit super ea crucis signaculum ut per crucis uirtutem omnis conatus diabolicæ malignitatis effugiat, ne contra sacerdotem, uel sacrificiū aliquo modo prævaleat. ¶ Et nota, † quòd ampullis, in qui- 24
bus uinum & aqua continentur, p̄ sacrificio, spiritualiter considerandum est, quòd in parua substantia incomprehensibilia cō tinētur futura sacramenta. ¶ Dicitur autē ampulla, quasi ampla bulla, significans cor humanum, quod amplum dēt esse latitudine charitatis. Rursus ampullę ideſt uasa ad offerendum uinum sunt prædicatores mordaciter increpantes, uel quilibet Spiritusancti gratia inebriati, & alios inebriantes. Hydriæ vero, ideſt, aquatica, uasa, sunt doctores aqua sapientiæ salutaris potati, & uitalibus aquis repleti. ¶ Rursus adhoc præmissa alio ordine prosequamur. In † quibusdam ecclesijs subdiaconus por- 25
tat calicem in sinistra, patenā in dextra, & de super corporale, unus cantor oblatam cum fanone, & uinum cum ampulla, alter uero præbet aquā uino miscendā, ultimo diaconus fundēs aquā in calice offert presbytero, seu episcopo. Nempe subdiaconus est Christus, calix passio, patena crux, sinistra præsens uita, dextra futura, corporale ecclesia. unus cantor iudaicum populum figurat, alter Gentile, ampulla deuotionē, oblata corpus, uinum sanguinem, aqua ecclesiam, archidiaconus Christus, presbyter seu episcopus Deum patrem. Subdiaconus ergo calicem † portat in sinistra, qa 26
Christus de torrente bibit in uia, ideſt, *Psa. 109.*
passionem sustinuit in præsenti uita, patenam in dextram, quia per crucem peruenit ad gloriam, propter hoc enim exaltauit illum Deus, de super corporale, qa eius *Phil. 2.*

passionem

Universidad de Deusto Biblioteca

passionem ecclesia nō desinit imitari. Corporale enim candidatur, & ecclesia per multas tribulationes Christo conformatur. Subdiaconus etiā notter, scilicet Christus patenam cum calice portauit, quando crucem in passione baiulauit. † Primus cantor offert oblatam cum fanone, & vinum cū ampulla, quia primitiua ecclesia de Iudæis susceptit fidem passionis in deuotione mentis. Oblatam ergo nō nudis manibus, sed cum fanone candido, ideſt, cum manipula alba, & munda offert, ad notandum, quòd Christi corpus ab his tantum digne suscipitur qui carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigunt. † Alius autem cantor offert aquam, quam diaconus miscet uino, & offert presbytero seu episcopo hæc est Gentilitas, quæ suā obtulit multitudinem, quam Christus in passione obtulit Deo patri. Potest enim non incompetenter dici, quòd altare mensam domini, in qua cum discipulis suis conuiuabatur ara, crucem, calix sepulchrum vel passionem Christi, de quo in prima parte sub tit. de picturis dictum est, & patena, quæ à patendo dicitur, cor latum & amplum significat. Super hanc patenam ideſt, super latitudinem charitatis sacrificium iustitiæ debet offerri, ut holocaustum animæ pingue fiat. Hanc cordis latitudinem habebant Apostoli, cum Petrus dicebat, Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes Apostoli Christo dixerunt. Sed latitudo cordis ab eis aufugit, & latuit cum omnes magistro relicto fugerunt & latuerunt. Ad † quod significandum post susceptam inde oblatam sacerdos abscondit sub corporali patenam, vel saltem eam ab altari remotam subdiaconus retro continet inuolatam. Per hoc ergo discipulorum fuga, uel latibulum, uel infidelitatis execatio designatur, qui dum uerum sacrificium offerretur, Christo relicto fugerunt & latuerunt, sicut eis ipse præ dixerat. Omnes (inquit) vōs scandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis, postquam autem surrexero, præcedam uos in Galilæam. Aliquanta particula patenæ non absconditur, ut ostēdatur, quòd beata virgo, & beatus Ioannes Euangelista non fugerunt, nec latuerunt, de hoc dicetur sub ti. de Sanctis. Et ideo sacerdos dicturus, pax domini, quasi dominicæ resurrectionis annunciaturus eulogium, resumit patenam, quia cum esset sero die illa una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudęorum, uenit Iesu, & stās in medio, dixit eis, Pax uobis, resumens oues, quæ trepidantes aufugerunt. † Rursus patena, quæ propter sui formam, diuinitatem quæ initio caret, & fine, significat usque ad dominicam orationem absconsa tenetur, ad designandum, quòd diuinitas nobis absconsa & uelata est in hoc mundo, sed quādo in orationem dominica dicitur. Panem nostrum, manifestatur, ad ostendē dū quòd quando ad Panem nostrum, qui in cœlis est, peruenimus, tunc diuinitas, quæ in hoc mundo absconsa & uelata est, manifestabit se nobis, & videbimus ipsum sicuti est. De hoc dicetur sub tit. de resumptione patenæ. In quibusdam tamen locis patena discoperta tenetur, ad designandum, quòd sacerdos orat pro æternis, quæ per Christi prædicationem nobis reuelatur. ¶ Per patenam enim, quæ rotunda est, æternitas, quæ principio caret & fine, congruē designatur. ¶ Sanè subdiaconus † tenet patenam parte posteriori eleuata, quasi dicere. Imitamini me, qui posteriorum oblitus, ad anteriora me extendo, innuens etiam, quòd referre debemus omnia opera nostra ad Christum, & ad coronam æternam. Patena quoque seorsum à calice reuoluta, s. pars superior subtus posita, significat lapidem a sepulchro commotum & reuolutū. Et nota, quòd diaconus tradit patenam subdiacono tenendam, innuens, quòd Christus contulit discipulis suis potestatē prædicandi regnum. Dei Circa hoc etiam videbitur sub tit. de resumptione patenæ. ¶ Circa † oblationem populi notandum est, quòd populus offerre debet, iuxta illud, Exo. Non apparebitis in cōspectu Dei tui uacuus. de consec. distin. 1. omnis. Per oblata quo que munera possumus commemorare copiosam uictimam, quæ oblata est à populo, cum Rex Salomon templum, & altare domino sacraret. Exemplo. n. illius plebs fidelis offert se & dona Deo, sed in ueteri testamento conueniebat populus in Hierusalē quibusdā magis solennitatibus

Ioan. 20

Ioan. 3

Ph. 3

Exod. 23

3. Reg. 8.

tatibus, scilicet Pascha, Pentecoste, & in festo Scænophegiarum, vt orarent in templo, & tunc tenebantur offerire. Et nota, quod in veteri testamento populus offerebat sacrificium legale, & voluntarium pro peccato, pro gratiarum actione dona, uota & holocausta. ¶ † Sacrificium legale sunt decimæ & primitiæ, per ea quæ lex iussit offerri. Deut. 12. c. Voluntarium est, quod sponte pro peccato, & pro legis transgressione offerebatur. Dona sunt, quæ in templi ornatum offerebantur. Vota, quæ pro periculis infirmitatis, vel belli, De holocausto præmissum est, unde dicitur in Paralipom. quòd obtulerūt principes pro uotis, pro spontaneis, Pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Ritus † igitur Synagogæ transiuit in religionem ecclesiæ, & sacrificia carnalis populi, mutata sunt in obseruātiam populi spiritualis. Nam sicut populus ille Mosi descendenti de monte diuersa dona ad faciendum tabernaculum offerebat, sic episcopo de pulpito venienti Christiani deuotas offerunt oblationes. Alius offert aurum, imitatus Magos, qui aurum domino obtulerunt. Alius argentum, secutus illos, qui pecuniam in azophylatio posuerunt. Alius verò aliquid de sua substantia, ut associetur illis, qui per Paulum & Barnabam necessaria pauperibus transmiserunt. Nec est curandum quę quantitas, uel species offeratur, sed potius mens attenditur offerentis, vide Proueb. 3. Honora dominum Deum tuum de tua substantia, & Thom. 4. Ex tua substantia fac eleemosynam, & Magi obtulerunt Christo nato aurum, thus, & myrrham. Matth. 2. iuxta illud Psalm. Tibi offerent reges munera. Nec secundum Greg. offerens à muneribus, sed munera ab offerente placent. Offerunt quoque legale sacrificium in decimis & primitijs, voluntarium in spontaneis oblationibus pro peccato, dum pœnitentias redimunt, pro gratiarū actione, dum pro collatis à Deo aliqua gratia quicquam offerunt dona, dum in edificio ecclesiarum, vel vtensilia, uel aliquid offerunt. Vota, dum quod in periculis vouerunt, expleunt. Holocaustum offerunt, qui seculum derelinquunt, & sua pauperibus distribuūt. ¶ Offerens † autem manum sacerdotis osculatur, per quod fides cum opere designatur, de quo etiam præmissum est. Offerens verò panem & vinū significat discipulo, qui præueniunt parare necessaria ad Pascha. ¶ Verū † clerici & monachi etiam administratione habentes non offerunt, nisi in officio mortuorum, & in noua celebratione sacerdotis, & in quibusdam præcipuis solennitatibus, de consecra. distinct. 1. alia. cum enim ipsi de oblationibus uiuant, & ipsi ac sua Deo oblati sint, non tenentur offerre. Viri ante mulieres offerunt, ipsi enim sortes in Christo designant, scilicet martyres, qui in primitiua ecclesia plures contumelias passi, Christo victimam obtulerunt, dum occubuerunt. Deinde mulieres, quæ fragiliores designant, scilicet confessores, qui tempore pacis domino laudis hostias obtulerunt. Præterea, uir caput est mulieris, & ideo a capite ratio est reddenda. ff. de eden do. argentarius. ¶ † Subdiaconi autem uel acolyti recipiunt oblationes, quæ ad manuum episcopi deferuntur, ad notandum q. ipse non sua, sed aliena manu debet temporalia ministrare. ¶ † Sanè Romanus Pōtifex nullam oblationem manibus tangit, nisi illam, quæ pro defunctis offertur, quam ideo manibus accipit, ut sigillet errorem dogmatizantium eleemosynas non prodesse defunctis, & nisi oblationem panis, quam tangit, tum propter reuerētiam sacrificijs, quod ex pane conficitur; tum quia est uicarius eius, qui de se dicit Ioan. sexto. Ego sum panis viuus. Cæteras verò oblationes ad pedes accipit propter illud, quod in actibus Apostolorum habetur, quoniam offerebant pronuntiatum, quæ uendebantur, & ponebantur vnus Apostolorum, Actuum 4. Et quid omnia sua sunt, prout sub Euangelio tactum est. Et sacerdos oblationes manu tāgit repręsentās illud Leuitic. 1. & 4. Ponet quā manus super caput hostiæ, & acceptabilis, erit atque in expiationem proficiens. Et † not. q. pro defunctis offertur panis, & vinum. Iuxta illud Thobiæ. 4. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, ideſt, distribue. Et pecunia siue argentum exemplo Iudæ. Machabæi, qui misit offerri 12. millia drachmas argenti pro peccatis mortuorum. 2. Machab. 12. Et pretia eorum ponebantur ante pedes

Universidad de Deusto Biblioteca

des Apostolorum, ut præmissum est. Et lumen ad illuminandum illos, qui in tenebris purgatorij sedent, quasi offerens, ipso facto, Lux æterna luceat eis Domine &c.

40 ¶Sane † Moses, videns quòd populus multa obtulisset, iussit præconis voce cantari, ne quis vltra offerret, Exo. 33. & 36. c. Nullus tamen sacerdotum nostri temporis talia facere visus est. In nonnullis locis parochiani in die natalis domini offerunt sacerdoribus panes, quos Calendarios vocãt propter illud, quod legitur Leuitic. 22. Offerretis panes duos sacerdoti, qui cedunt
Mat. 21. in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum &c. Susceptis itaque à populo oblationibus, & choro offertorium cantante, episcopus uel sacerdos ad altare reuertitur, quoniam Christus susceptis fidelium votis cantantibus turbis; Osanna in excelsis, in proximo imo landus intrauit in templum.

S V M M A.

1 *Turificatio altaris suscepta oblatione mystica quid innuat & nu. 3. Et qualiter, & quando fieri debeat.*
2 *Maria ter vnxit corpus Christi.*
4 *Rhotomagense concilium quid statuerit de Turificatione.*

De secunda turificatione. Cap. 31.

1 OBLATIONE mystica, de qua præmissum est, susceptа, statim † adoletur incensum, per quod illud innuitur, quod statim scribitur à Ioanne in Euangelio, de quo præmissum est propè principium præcedentis titu. Maria ergo, scilicet Magdalena accepit libram unguenti nardi pistici pretiosi, unxit pedes Iesu, & impleta est domus ex odore unguenti. Et sacerdos in modũ crucis superducit & circũducit incensum super sacrificium, & altare, ut crucis signaculo & turis incenso diabolicæ fraudis malignitas extricetur, & effugiat. Quod uero tertio superducit & ci cunducit incensum, designat, quòd
2 Maria ter † exhibuit & adhibuit unguentum circa corpus Iesu. Primo enim unxit pedes illius in domo Simonis pharisęi. Secundo, cum in domo Simonis leprosi super caput eius unguentum effudit. Tertio, cum emit aromata, ut ueniens ungeret Iesum iam positum in monumento, uolũtas enim reputatur pro facto. 17. q. 1. & si ergo, cum per ipsam non steterit, quo minus expleuerit, quod incepit. Quod uerò postmodum undique totum incensatur altare, designat, quod post factum illud totam respersit ecclesiam, sicut Dominus ipse testatur. Amen, amẽ dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, dicetur, quod hæc fecit in memoriam eius. Potest † etiam dici, quod altare turificatur in figuram angeli, qui stetit iuxta aram templi habens turibulum in manu sua de quo fumus aromatum in conspectu Domini ascendebat. Christus enim magni consilij angelus carnem immaculatam igne sancti Spiritus plenam ꝓ nobis in ara crucis obtulit Domino in suauitatem odoris. Fumus aromatum sunt orationes sanctorum, quæ per ardorem charitatis ex passione Domini prorogatæ ad Deum patrem ascendunt, & nos ad coronam Trinitatis prouehunt, ideoque sacerdos turificat in modum crucis, & coronæ, si semel turificat, recolit unicam passionem, si autem semel coronat, unius denarij retributionem, Si verò ter, æternitatis in passione operationem, & trium ordinũ glorificationem, & ideo turificans ait, Dirigatur domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo &c. Moraliter autem incensum deuotionis adolendum est in turibulo, cordis igne charitatis, ut odorem suauitatis emittat, ut uidelicet tamnos, quã oblatio nostra simus bonus odor Deo, de quo dicit scriptura, fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius &c. Hoc enim incensum sacerdos accipit, idest, Christus acceptat & incensat ex eo sacrificium & altare. Potest etiam dici, quòd turibulum, quod oblationi sacerdos supponit, significat Christum, per quem petit, ut sibi propitietur Deus. Sane omnibus defertur incensum, ut ostendatur, ꝙ omnia à sacerdote facta pertinent ad omnes, unde Psalmista. Dirigatur Domine oratio mea: sicut incẽsum in cõspectu tuo nisi missa pro defunctis, ut dicetur in 7. parte

Luc. 7. Ioan. 2. Mat. vl.

Mat. 26 Apoc. 7. 3

Psal. 104. 2. Cor. 2.

Eccl. 49.

Psal. 140.

4 parte sub ti. de officio mortuorum. In concilio Rhotomagen. in bucardo, lib. c. vt tẽpore, ita legitur, In tempore quo legitur Euangelium, finito Euangelio super oblationem incensum in mortem, videlicet redẽptoris nostri, ponatur, decreuimus. Leo etiam Papa statuit incensum super oblatã poni. Quidam tamen hæretici garriunt, nõ esse in missa turificandum, quoniam Christus in cœna terrenum incensum non fumigauit, & Esa. Incensum est abominatio
Esa. 1. mihi. Quare altare & crucifixus turificantur, dictum est sub ti. de aquæ benedictæ asperſione. Post turificationem iterum digitos lauat, nec ulterius vsque post communionem cum eis, cũ quibus sacram hostiam tractare debet aliquid tãgat, sed post eius eleuationem eos iũgat, vt dicetur sub 8 particula canonis. Minister quoque episcopi trahit & super brachia eius informat planetam, & alia indumenta, nam & legalis sacerdos dum sacrificabat, summitates balthei super humerum reflectabat.

S V M M A.

1 *Inclinat se sacerdos facta turificatione. Et deinde osculatur altare num. 2. Et eorum significatio mystica.*
3 *Sacerdos cõuersus ad populum omniũ rationes petit, quãq; his orationem adsumat. Et cuius exemplo, aut præcepto.*
4 *Oza percussus à Domino, quod eius arcã temere tetigisset. Item Bethsanita.*
5 *Sacerdos cur oret voce demissa implorato statim populi suffragio. vide per nu. 6. 7. 8. 9. 10*
11 *Sacerdos cur tollat vocem incipiens; Per omnia secula seculorum.*
12 *Sacerdos cur manũ tollat ab altari, incipiens. Per omnia secula seculorum.*

De inclinatione sacerdotis, & osculatione altaris, ac oratione. Cap. 32.

1 INVERIFICATIONIS expleto mysterio sacerdos † se inclinando dicit, Suscipe sancta Trinitas &c. ꝙ sumitur de tertio Danielis, vt videlicet hostiam offerat ex pinguedine charitatis, vt sit dignus ad sacrificium imolandum. Sacerdotis inclinatio Christi humilitatem significat, qui exinaniuit semetipsum, formam serui
Phil. 2. accipiens, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, qui etiam inclinans se ad pedes discipulorum, post sacramentum in cœna trapitum orauit ad patrem. † Postea verò se erigens osculatur altare, ad notandum quòd per passionem Christi populus liberatus est, & Deo patri reconciliatus, vnde Apostolus ad Ephes. 3. Faciens pacem, vt reconciliet ambos Deo in vno corpore. Consequenter sacramentum incepturus orat primum pro se, deinde pro populo. Conuertẽs enim † se ad illum sub silentio dicit. Dominus vobiscum, sicut dictum est sub ti. de salutatione, & mox voce aliquantulum eleuata, vt oratio omnium auxilietur ei, quasi non præsumens, quod solus possit tantum mysterium exequi, monet illum dicens. Orate pro me fratres &c. & ego ꝙ vobis, in quo significatur illud, quod Christus discipulis suis dixit. Lucæ 22. Orate, ne intretis in tentationem, & ibidem. Ego pro te oraui Petre. Monet autem orare, vt sacrificium fiat Deo acceptabile. & populus debet similiter secrete orare respondens. Me-
Ps. 9. mor sit Dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat, vel respondet. Suscipiat Dominus sacrificium &c. vel
Luc. 1. dicat, Spiritus sanctus superueniet in te, vel
Psa. 17. illud. Mittat tibi Dominus auxilium de sancto vel imola Deo sa. lau. Debemus
Iaco. 5. enim inuicẽ orare, secundùm Apostolum, vt saluemur. Orauit enim Christus primũ pro se. pater (inquit) uenit hora, clarifica
Io. 17. filium tuũ, ut filius tuus clarificet te, deinde pro populo dicens. Pater sanctæ serua eos, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos, extra de sum. Trin. c. 2. Dicturus ergo. Orate pro me fratres, se vertit ad populum, quia ipsum distinctè alloquitur, sed dicturus. Oremus, post Dominus vobiscum, sed ad altare conuertit, quia tunc non distincte, sed per modum conceptionis ad aliquid excitat ad secum orandum, seu gratias referendum. Monito itaque populo sacerdos statim reuoluitur ad altare per sinistram partem, prout sub titul. de salutatione ad populum dictum est, & tũc tandem dicit orationem quam intermiserat ad offertorio, circa quando dixit Oremus,

mus,ad notandum, quòd Christus iterum redijt Ierosolymam ad domum orationis, quam ad tempus deseruerat, cum successerat in Effren. Sic enim legitur in Euangelio. Cum veniſſet Iesus Ierosolymam, intrauit in templum, & iecit ementes,& uendentes de templo, dicens. Domus mea,domus orationis vocabitur. Iactat enim sacerdos orationibus ne indignus inueniatur, ſut Oza, qui tetigit temerè arcā Domini,& percuſſus eſt à Domino. Nec legitur aliud feciſſe, niſi vxorem propriam coghouiſſe in nocte præcedenti. Bethſamitæ quoque,quia temere voluerunt arcam Domini tangere,occiſi ſunt de populo 88. de plebe quinquaginta millia, pretiosa arca eſt calix Domini,Orat autem uoce de miſſa ¶†Primo,ne uilescat officium miſſæ,& ideo oratio ipsa persecretè, dicitur à quibuſdam ſecreta,à quibuſdam ſecretella, ad differentiam maioris ſecretæ, à quibuſdā uero ſacra vocatur,de quo & de huiuſmodi ſilentio ſub ritu. de ſecreta dicetur, ut dictam eſt ſub ti de offertorio . ¶Secundo orat in ſilentio,ut deuotius oret , nec cogitet quo modo eius vox & corporis compoſitio placeant populo,quia & Dominus elongatus eſt à diſcipulis quantum continet iactus lapidis, vt oraret . ¶ Tertio , in †hoc,quod ſecrete orat,ſignificat ſecretas præces Chriſti dicentis , Pater mi , ſi fieri poteſt,tranſeat à me calix iſte, Matt.urgeſi moſexto . Quarto,hoc ſilentium †recolit ſacramentum in ſacrificijs patrum abſconditum,ut in Abel.Iſaac,in agno Paſchali , in vitula ruffa,in hirco emiſſorio. ¶Quinto , in hoc † repreſentatur ſilentium quod Dominus habuit in paſſione,quia tāquam ouis ad occiſionē ductus eſt, quod & martyres imitati ſunt.Vnde non murmur reſonat,non querimonia &c. ¶ Sextò , ideo †orationes , quæ poſt oblationes ſequuntur in ſilentio & ſecrete dicuntur,quia Iudæi ſtatim poſt ſuſcitationem Lazari voluerunt occidere Iesum, ille vero abſcōdit ſe in ciuitatem Effrem , in ſolitudine , & tacuit à prædicatione,& miraculorum operatione,vſque in ſabbatum in ramis palmarum, quo venit in domū Simonis leproſi , & tunc prædicauit aperte,ad quod deſignādum ſacerdos in fine ſecretæ eleuat iterum uocem , dicens palam & alta †uoce , Per omnia ſecul. ſeculo. quod expoſitū eſt ſub ti.de oratione . Secundo ideo dicitur alte. Per omnia ad notandum quod poſt reſurrectionē Christus prædicauit aperte. Tertio, quia eſt principium ſequentis orationis,ut iam dicetur. quia vero quærit aſſenſum populi , & confirmationem, quia ipſe eſt quaſi legatus populi,ideo populus allentiens uoci eius dicit,Amen, quia ſeculum per ipſum creatum eſt. † Adhuc dicturus, per omnia ſecula ſeculorum, deponit manus ſub altare. Primo ad notandum,quod omnem cogitatum temporale deponit , & ſe totaliter Deo committit,mulationi dūtaxat tota mente intendens. Secundo manus deponit, cum enim nunc ad cordis eleuationē,& ad gratiarum actionē inuitet , & elenationem cordis per cōtemplationē præcedere debeat , exercitiū bonæ operationis,quam manuum depoſitio ſignificat. De qua operatione poſtea gratias referimus ei qui in nobis incipit opus bonum ut perficiat , ſicut dicit Apoſtolus,id circo tunc manus deponit.

Ioan.11 1.Reg.6 Mat.26

SVMMA.

1 Præfationis principiū quib.literis notetur.
2 Præfatio quorſum inſtituta . & vnde dicta.nu.3.
4 Præfationis declaratio et n.6. Et amplius nu.7.8.9.10.11.12.13.14.34.
5 Sacrificij faciendi uetus mos , maxime de oratione ſacerdotis inter ſacrificandū .
15 Angelorum nouem ordines.
16 Angelis cur penna ad pingantur.
17 Gabriel quid ſignificet, & eius munus .
18 Michael quomodo interpretetur , & eius officium.
19 Raphael qd ſonet latine & cui officio ꝑſit
20 Vriel quomodo ſonet latine .
21 Angelorum omnium officia, & per diſcurſum nu.22.23.24.25.26.27.28.
29 Cherubin & Seraphim in calo eminentia, & ſedes.
30 Angelorum ſex tantum ordines cur in cōmuni adferantur præfationi, tribus ſilentio præteritis, & nu.32.
31 Hierarchia quotuplex , & vnde dicatur
33 Deus angelicam & humanam creaturā edidit,
edidit in laudem & gloriam.
35 Gelaſius Papa præfationes communes dictauit primum.
36 Vrbanus Papa quid addiderit præfationi communi.

De præfatione. Cap. 33.

ANTE præfationem deſcribitur in libris quædam † figura repreſentans ex parte anteriori literam V , ex parte verò poſteriori literam D,quę duæ literæ cō iunctæ pro verè dignum ponuntur , litera videlicet , prodictione . Sanè per literam V , quæ inferius clauſa & ſuperius aperta eſt,habens initium a linea longiori, humanitas ſiue humana Chriſti natura , quæ in virgine principium habuit , ſed fine carebit , per d. vero circulariter clauſum diuinitas , ſeu diuina natura , quæ nec principium,nec finem habet , figuratur . Tractus autem in medio vtramque copulans partem crux eſt, per quam diuinis ſociantur & vniuntur humana. Ideo ergo hæc figura in præfationis principio ponitur,quia per myſterium vnionis, & dominicæ paſſionis pacificantur homines angelis, & ſociantur humana diuinis in præconia Saluatoris . ¶ † In præfationibus enim omnibus conueniunt homines & angeli ad concinendum præconia regi , vnde & alta & delectabili voce cantatur , quia in eis angelorum præconia repreſentantur.Et cantantur coram altari,& à ſolo ſacerdote , iuxta illud Apo. 14. & cantabūt quaſi canticum nouum ante ſedem,& nemo poterat dicere canticum,niſi &c.Siquidem † hæc oratio vocatur præfatio , quia præcedit ſacrificium principale . Eſt enim quaſi prælocutio, ideſt,ad miniſteriū præparatio,prælocutio videlicet totius orationis ſecuturæ à,Te igitur,vſque ad Agnus Dei in hac.n.præloquitur ſacerdos gratas laudes Deo,vt melius ad cōſecrādum corpus Chriſti valeat pernenire.Vocatur etiā præparatio, quia præparat fidelium mentes ad futurę reuerentiam conſecrationis. Dicitur † etiam hymnus angelicus , quia angelicis laudibus eſt plenus.Veruntamen ſacrificium vocatur,in ſecretella oblatio , ſed a, Dominus vobiſcum , quod ſtatim poſt illam ſequitur,vſque ad Sanctus , vocatur hymnus . Sanè in proximo tit.dictū eſt, q in fine ſecretellæ dicitur alta voce , per omnia ſec.ſecu.quod quidem eſt finis illius orationis,& initium prefactionis per quod ſacerdos inſinuat, q Chriſtus eſt lapis angularis,qui fecit vtraq; vnum , Iudæos cōtinēs & Gentiles,ut ſit vnum ouile , & vnus paſtor. Dicturus ergo ſacerdos rē attentione digniſſimā,ſalutat populum dicens, Dominus nobiſcum,optās nos tales exiſtere,cum quibus dominus manere dignetur,& illud nobiſcū celebrare conuiuium,ad qđ mulier attulat alabaſtrum vnguēti nardi piſtici pretioſi,& effudit illud ſuper caput domini recumbentis,& populus reſpōdet.Et cum ſpiritu tuo,& ſic mutuo pro ſe orant.Nā † & in ve.teſtamento omnes ſacerdotes orabant,dum conſumaretur ſacrificium,Ionatha inchoāte,& cæteris reſpōdētibus. Poſtea ſacerdos eos incitans,ſubiungit, Surſum corda,ſ.in cœleſtibus, nō in terrenis, & eleuat manus,pp rationes ſub titulo de oratione ſcriptas adſi.Chorus reſpondet.Habemus ad Dominum,ideſt,habere debemus.vnde in canone Cypriani.de conſec.diſt.1. quando Papę.ita dicitur,ideo ſacerdos ante orationē canonis præfatione præmiſſa parat fratrū mentes dicendo , Surſum corda . vt dum plebes reſpondet habemus ad Dominum. admoneatur,nihil le quam Dominum cogitare debere . Rurſus ideo chorus ſubiungit , Habemus ad Dominū, vt eccleſia ſicut mulier vnguentaria, ſu ſum ad illam verbi diuinitatē cor eleuet , & illud caput æquale Deo patri,fide contingens, vnguēto catolicæ profeſſionis perungat , cuius ſane præconium ſacerdos proſequitur dicens, Gratias † agamus Domino Deo noſtro,quia pro omnibus beneficijs,quæ nobis contulit , gratias ei referre debemus . Chorus reſpondet , Dignum & iuſtum eſt quoniam gratias omnipotēti Deo referre debemus . Sequitur per Chriſtum Dominum noſtrum . ſupplendum eſt,confidentes & credentes,quod per Chriſtum maieſtatē eius laudant angeli, adorāt dominationes tremunt poteſtates Hoc ſacræ confeſſionis præconium ita recte cōcludit eccleſia , ut cum angelis & hoibus decantes

Ioan. 1 Ioan. 12 2.Matt. 6

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.6. hunc deuoti pectoris Hymnum : Sanctus, Sanctus,Sanctus Dominus, Deus sabaoth: pleni sunt cœli, &c. de quo infra dicetur.

7 ¶ Potest † etiam præfationis officium ad
Luc.22. illud referri, quia Iesus ascendit in cœnaculum magnum stratum, in quo multa locutus est cum discipulis suis, & gratias agens hymnum illum retulit Deo patri,de quo dicit Matth. & hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Ergo per, Dominus vobiscum, oratio, quam discipulis fecit. accipitur.per,sursum corda,ascensus ad cœnaculum,iterum,per sursum corda, ad cõfitendum filio surgimus, & angelorum ministerium imploramus, qui uota nostra suscipiant, & Deum perferant. Per Gratias agamus, Christo recolimus gratiarum actione, & inuitamus populum ad agendum gratias Deo patri, per filium, per quem redimimur, & cum Angelis ad laudandum admittimur. Monet ergo sacerdos populum, sursum, ideſt, supra semetipsum habere, uel eleuare corda ad
Col.3. Dominum, iuxta exortationem Apostoli dicentis: Quæ sursum sunt, quærite,
Matt.5. non quæ super terram,Nam quę in terrenis sunt, nihil dignum Deo offerre posśt, vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Multi quidem dum ore loquuntur cœlestia; corde meditantur terrena, quibus Dominus improperat per prophetam, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Chorus vero respondens, profitetur se sacerdotis monita suscepisse,dicens,Habemus ad Dominum,unde diligenter prouideat, ne cor habens deos ad seculum,Spirituisancto,dam-
Esa.29. nabiliter mentiatur.Sacerdos etiam, postquam attentos reddidit, & deuotos, hortatur, vt gratias agamus Domino Deo nostro,quoniam ipse est Deus,ideſt Creator,ipse est Dominus, ideſt, Redemptor,
2.Co.14 ipse est noster, scilicet Saluator. Tunc enim erit uerisime noster, cum erit omnia in omnibus, ideſt, sufficientia singulorum. ¶Rursus ; quia † populus professus est, se intentum esse ad Dominum, ideo presbyter subiungit, Gratias agamus Chorus uero sacerdotis uerbum approbans,& affirmans, respondet, Dignum &
Psal. 94 iustum est, Dignum quidem quantum ad Deum, quia ipsa est Dominus Deus noster,iustum,quantum ad nos, quia nos sumus populus eius,& oues pascuæ eius.Dignum quoque,& iustum est, quantum ad utrunque,vt,s.populus simul cũ sacerdote gratias agat Deo, a quo cĩa bona suscepimus. ¶† Subsequẽter subiũgit sacerdotis, 9
Vere dignum &c. Et secundum magistrũ Petrum Antissiodoren. hic incipit Præfatio,ideſt,prologus,vel prolocutio sequentis Canonis, captans domini bẽeuolentiam, dicens, Vere dignum & iustum est, æquum & salutare,dignum, q̃ bonus est, iustum,quia beneficus,æquum, quia misericors,salutare,quia salus,uel dignum, qa nos mera voluntate fecisti,iustũ, quia nos pura misericordia redemisti,æquum,quia gratuite nos iustificas,salutare,ideſt, salute plenũ,quia ppetuo nos glorificas. Nos tibi semper & vbiq; gratias agere. Domine sancte,pater omnipotẽs, æterne Deus. vbiq; enim est Dominus Sanctus vbique est pater omnipotens, & semper est æternus Deus. Vnde Psal. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino. Et iterum, benedicam Dominum in *Ps.102.* *1.Ioã.2* omni tẽpore,semper laus eius in ore meo. Sequitur † per Christum Dominum nostrum. Aduocatũ enim habens secundum 10
Apostolum apud patrem, Iesum Christũ *Hebr.7.* dominum nostrum, q̃ interpellat pro nobis,& ipse est propitiatio pro peccatis nostris,qui exauditur in omnibus pro sua reuerentia.Per eum ergo, quasi par mediatorem,laudes offerimus,per eum,quasi ad uocatum gratias exhibemus. † Per quem 11
maiestatẽ tuam &c. Maiestas dicitur,quasi maior stans,vel maior potestas, quia maior est eius potestas,quam hominum.Laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, vtique illum laudant, adorant, & tremunt, per quem omnia facta sunt, per quem simul patre, omnes spiritum ordines sunt creati. Nam di- *Gene.1.* *Psal.32*
xit Deus,Fiat lux,& facta est lux. Verbo dixit & verbo fecit, quia verbo Domini cœli firmati sunt, & omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil.Chorus angelorũ nominat, quia Angeli huic officio non dubitantur adesse. ¶Et est notandum,quod ecclesia Angelis est assimilanda, ad hoc vt placeat Deo. ¶Rursus † per hoc,quod dicitur. Domine sancte, pater

Ps.148. pater omnipotẽs,æterne Deus,per Chri-
Neem.9 stum dominum nostrum,quem laudabant
Iob 26. Angeli,adorant &c.intelligitur, quòd ecclesia & Angeli laudant Deum non solum inquantum Deum, verum ét inquantum hominem.Dicitur ergo laudãt.Vnde Psalmistæ. Laudate eum omnes Angeli eius, adorare &c. vnde Esdras. Exercitu cœli
13 te adorant.Tremunt. † Vnde Iob.Columnæ cœli contremiscunt, & pauent aduentum eius.Tremere verò dicuntur non metu fortitudinis,cum sint perfectè beati,sed administrationis affectu, vel obedientiæ famulatu, cum secundum Apostolum,omnes sint administratorij spiritus in mini-
Heb. 1. sterium destinati.Tremunt quoque potestates, non quod ordines angelorum corporales sint,sed ideo dicit,ut intelligamus
Phil. 2. omnia cœlestia,terrestria,& infernalia an-
Esa. 66. te conspectum diuinæ maiestatis tremere atque timere,sicut & nos tremere ac time-
14 re ante dominos nostros solemus. ¶ † Se-
Ps. 148. quitur Cœli cœlorum, per cœlos throni accipiuntur,quia Dominus ait.Cęlum mihi sedes est,& dicũtur,cęli laudare Deum quia laudis materiam præbent, unde propheta.Cœli Cœlorũ, & aquæ quæ super cœlos sunt,laudent nomen Domini.Cœli quidem diuinæ iussioni obediunt, quia se stendere serenos & nebulosos potestatem
15 non habent. ¶Cherubin quoque & Seraphin. † Ad intelligentiam eorum,quæ hic dicuntur,notandum est, nouem esse ordines angelorum.videlicet Angeli,Archangeli,throni,dominationes,virtutes, principatus,potestates, Cherubin,& Seraphin, Ἄγγελοι quoque Græcè, dicuntur nuntij Latinè,scilicet excelsi & cęlestes,eo,quòd de cœlis ad annũtiãdum & exequendum
16 Domini voluntatem mittuntur.† Angelorum autem vocabulum officij nomen est non naturæ;spiritus enim sunt super, sed cum mittuntur Angeli uocantur. Quibus ideo pictor illis pennas facit, vt celerem eorum in cunctis discursum significet, sicut & iuxta fabulas poetarum venit pennas habere dicũtur,propter uelocitatem,
Ps.103. scilicet iuxta illud, Quia ambulant super pennas uentorum. Ἄγγελοι ergo Græcè,summi nuntij interpretãtur, qui enim parua vel minima annunciant, Angeli sunt, qui summa, Arcangeli nuncupantur. Arcangeli ergo dicuntur, eo quod in Angelos teneant principatum nam ἄρχων Græcè,Latinè princpes interpretatur. Sunt enim duces & principes, sub quorũ ordine unicuique angelorum sunt officio deputata. Quidam autem Arcangelorum priuatis nominibus appellantur,ut per uocabula ipsa in opere suo,quid ualeant,desi-
gnetur. † Gabriel nanque hebraice,inter- 17
pretatur latine fortitudo Dei.vbi enim ipsa potentia diuina, vel fortitudo manifestatur,Gabriel mittitur,unde ipse annunciauit Christum nasciturum, quia diabolum deuicit, & humiliter ad depellendas
aereas potestates uenit,¶† Michael inter- 18
pretatur quis, vt Deus quando enim aliquid miræ virtutis in mundo fit, hic Archangelus mittitur, & ex ipso opere nomen est ei, quia nemo ualet facere, quod facere post Deus, unde ipse missus est in Aegyptum ad immittendas illas plagas famosas. Quidam tamen dixerunt,quod Michael est nomen unus Angeli. † Raphael 19
interpretatur curatio uel medicina Dei, vbicunque enim curandi uel medicandi opus necessarium est, Raphael Arcangelus mittitur,unde ad Thobiam missus est, vt eum a cœcitate liberaret de Gabriele, Michaele,& Raphaele dicetur in septima *Exod.8.*
parte sub festo Michaelis.¶Vriel,interpretatur † ignis Dei,sicut legimus apparuisse, 20
ignem in rubo,legimus etiam ignem missum desuper & implesse, quod pceptũ est hæc sunt nomina personalia angelorum, quæ nec a seipsis, nec a Deo imposita sunt sed ab hominibus,& nescitur a quibus,nec alia personalia inueniuntur in scriptura. Alia vero sunt nomina ordinum.¶ Cæterum throni,dominationes,uirtutes,principatus,& potestates, quibus vniuersã cœlestem societatem Apostolus complectitur, ordines Angelorum & dignitates intelliguntur,vt iam dicetur.¶† Sed pro hac ipsa 21
distributione officiorũ alij throni,alij dominationes, alij virtutes,alij principatus, alij potestates dicuntur,pro certis dignitatibus,quibus adinuicẽ distingutũur. Thro-
ni † sunt agmina angelorum, qui latine se- 22
des interpretantur,& vocati sunt throni, quia illic cõditor præsidet & per eos iudicia sua disponit. ¶ Dominationes † sunt hi, 23
qui in uirtutibus, & principalibus præeminent

minent,qui pro eo, quod cæteris angelorum dominantur agminibus, dominationes uocantur. Nominātur ergo hic ad notandū q̄ eis magis assimilari debemus, qa usum dominandi docent. Est enim dominatio,facere Dei uoluntatem. ¶Virtutes
24 † angelicæ quædam ministeria perhibent per quos in mundo signa & miracula fiūt propter qd & uirtutes dicuntur.¶Principatus
25 sunt,qui angelorū † agminibus præsunt , qui pro eo quod subiectos Angelos ad explēdum ministerium diuinum dispo nunt,principatus uocabulū acceperunt,nā alij sunt,qui administrant, alij , quia adsi-
Dan.7. stunt,sicut & per Danielem dicitur , Milia milium ministrabāt ei, & decies milies cētena milia adsistebant ei . ¶Potestates ,
26 † sunt , quibus uirtutes aduersæ subiectæ sunt,& inde potestatum nomine nūcupantur,qui maligni spiritus eorum potestates coercentur,ne tātum noceant,quātum cupiunt,nominantur ergo hic, ad notandum
27 quod potestatem diaboli arcere debemus, † Cherubin autem & ipsi sublimes cœlorum potestates , & Angelica ministeria perhibent, qui ex hebræo in latino scientiæ multitudo,seu plenitudo, interpretan
Exo.25. tur.Sunt enim subluniora agmina angelo-
3.Reg.6. rum.q̄ p̄ eo,quòd uicinius sunt positi,diuina sciētia cæteris amplius sunt pleni.Ipsi sunt illa duo animalia,sup̄ ppitiatoriū arcæ ficta ex metallo, pp̄ significandū Apostolorū pſentiā,in quorum medio medius
28 ostēditur Deus,¶† Seraphin uerò est multitudo angelorum, q̄ ex hebræo in latinū, ardentes uel incendentes interpretantur , eo q̄ prę cæteris ardent,& accēduntur in charitate,& qa inter eos & Deū nulli Angeli consistunt, & ideo quanto uicinus coram eo consistunt,tāto magis claritate di-
29 uini luminis inflammatur,unde & ipsi† si
Es.6. cut in Esa.legitur,Velant faciem,& pedes sedentis in throno Dei. Et idcirco cætera angelorum turba uidere plene Dei essentiā nō ualet,qm̄ Seraphin eā tegit, secundū Esa. nominatur ergo hic Cherubin & Seraphin,qa sicut illa toti in Dei dilectione ardere debemus. Reperitur autem hoc nomē Seraphin neutrum & masculinum , sed neutraliter terminatur in n , ut in hoc loco,beata Seraphin. Masculini uero terminatur in m , unde propheta, Seraphin
Ps.6.

clamabant alter ad alterum. Hieron.dicit, quod Cherubin , & Seraphin singularis, sunt numeri & generis masculini,cuius terminatio pluralis est per n,non quod in ministris Dei sit sexus , sed uocabula diuersis generibus iuxta linguæ proprietatem appellantur.Græca uerò consuetudo neutro genere,per m, scribit. Iosephus dicit Cherubin et Seraphin esse duo animalia uolatilia,prout dictum est in prœmio huius partis.Præmissa autē ordinum nomina pręter Cherubin, et Seraphin, et præter nomina angelorum latina sunt.¶Verum cum nouē sint ordines angelorum , sicut dictum est.
† Qui post quam decimus cadens propter 30
superbia,uersus est in diabolum, in pseuerantia æternæ beatitudinis solidati sunt , Quæritur, quare tribus exclusis, sex tantum in præfatione cōi ponuntur,in qua p̄ cœlos throni accipiuntur,ut dictū est. Videtur.n.ex hoc,quod illi,cum cæteris maiestatem diuinam non glorificant , & adorant,sed ab sit hoc . Nam uirtutes cœlorū oēs ordines comprehendunt , ut testatur Gregorius in homil.illius euangelij.Erunt
Ps.23. signa in sole,& luna. unde Psalmista . Verbo Domini cœli firmati sunt , & in spiritu ori eius oīs uirtus eorum . Et iterum, Dominos uirtutum ipse est rex gloriæ,uel forte licet occulta,tamen circa hoc prouisum est ratione . Dionysius † quippe tres esse
31 tradidit hierarchias,siue ordines angelorū trinos in singulis ponens, ut similitudo, Trinitatis in eis insinuetur impressa,& dicitur ἱεραρχία,ἀ,ἱερον , quod est sacrum & ἀρχὴ qd est principatio,quasi sacer principatus . Sunt.n.tres ordines superiores , & principales,tres inferiores,tres medij.Superiores sunt,Cherubin,Seraphin,& throni.Medij sunt,dominationes , principatus & potestates:Inferiores sunt,uirtutes, archāgeli & angeli. de quorum singulis mediusfordo in pfatione subtrahitur,ad notandū,quod cōparationis Trinitatis æter-
32 næ,cuius maiestas in ea p̄cipue cōmendatur,ois alia Trinitas diminuta reperitur,& in pfecta, nā qs in nubibus æquabitur Domino? qs similis erit Domino in filijs Dei.
Ps.88. De supioribus subtrahitur Cherubin , de medius principatus,de inferiorib.archāgeli.Hāc quippe æternā & idiuidu[illegible]Trinitatem laudāt angeli,adorāt dominationes ,

tremunt

tremūt potestates,cum quibus & nostras
33 uoces &c. ¶ Deus † omnipotens duas rationales edidit creaturas,angelicam uidelicet,& humanam, quæ laudibus diuinis insisterent, & ei gratiarum redderent actiones,quas dum pari uoto concelebrans tanquam superiores cum inferioribus corde in cœlesti cythara sociantur , de qua dicit Ioannes . Et audiui uocem cytharędorū cytharizantium in cytharis suis,& cantabant quasi canticum nouum,Apo 14 Ideo
34 ergo dic,† Socia exultatione concelebrāt, quoniam omnes prædicti ordines, & etiā humana creatura mæstatem. Dei patris per Christum,socia exultatione æqualiter concelebrant,supplici confessione , quasi non superba præsumptione , sed humili laude dicentes,Sanctus,Sanctus,Sanctus,
35 &c. ¶ † Porrò Gelasius Papa tractus , & hymnos composuit , & præfationes cantuum quidem,& non elimato sermone dictauit.¶Et est notandū,q̄ licet olim innumeræ essent pręfationes,hodie decem tātum sunt canonizate.Vnde Gelasius Papa de consd.i.1.inuenimus,inquit has nouem præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas,unam in resurrectione , & in albis Paschalibus idest , septimana Paschali , aliam in die Ascensionis Domini, tertiam in die Pentecostes , quartam in Natali Domini,quintam in epiphania Domini , sextam,De Apostolis,septimam de Sancta Trinitate , octauam de cruce , nonam de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam,de qua dicetur in 6. parte sub quarta feria cinerum . Vrbanus
36 ¶† quoque Papa 70. distinc. sanctorum. addidit decimam de beata Virgine Maria, illam uidelicet , Aequum & salutare , quæ & vnigenitum tuum Sanctispiritus &c .

S V M M A.

1 *Sanctus , Sanctus, Sanctus hymnum quis primum instituerit. Et quorum sit ille hymnus.nu.2.*
3 *Sanctus,Sanctus,Sanctus cur ter cantetur & eius explicatio.nu.4.5.7.*
6 *Sabaoth,quomodo interpretatur .*
8 *Osanna , quid significet . Et cur geminetur nu.9 .*
10 *Organorum usus unde profectus .*
11 *Diaconus & subdiaconus stant post sacerdotem in principio canonis . Et quid .*

De Sanctus. Cap. 34.

ECCLESIA sperans sociari Angelis, & Archāgelis,de quibus. † In præfa- 1
tione mentio facta est,ita tim post illam conformat se Angelico cantui canens hymnum illum , Sanctus, Sanctus, Sanctus. quem Sixtus Papa Primus instituit decantari . Hic enim est cantus puerorum,quem cantauerunt domino offerenti se illis in decima luna , qui quasi reseruatus fuit usque ad quartamdecimam lunam in Bethania. Cum ergo sacerdos finit laudem,siue præfationem,totus chorus, qui representat ecclesiam,simul canit dictum euangelicum hymnum, ut una & æqualis gloria , & laus , & honor decantetur Patri, & Filio & Spiritusancto .
¶† Notandum autem est,quòd hymnus. 2
iste partim angelorum & partim hominum verba complectitur . Prima enim pars laudem continet Angelorum , ultima hominum . Legitur enim Esa.6. cap. quod Seraphin clamabant alter ad alterum,& dicebant. Sanctus , Sanctus, Sanctus dominus Deus exercituum,plena est omnis terra gloria eius . Legitur quoque in Euangelio Matth.21.cap.& Marci 11.c.quod qui præibant,& qui sequebantur , clamabant dicentes . Osanna filio Dauid benedictus , qui uenit in nomine Domini.Si quidem vox angelorum,scilicet Osanna in altissimis Trinitatis,& vnitatis in Deo, commendat arcanū vox hominum scilicet Osanna filio Dauid,diuinitatis & humanitatis in Christo , personat sacramentum. Merito autem cantica angelorum in ecclesia cantamus , quia per hoc sacrificium terrena cœlestibus iungi non dubitamus , & ideo cū eis in excelsis saluari clamamus . ¶† Illud enim aduertendum,q̄ ter dicitur sanctus, ut notetur 3
Trinitas,seu distinctio personarū , sed se-

mel tantum dicitur, Dominus Deus Sabaoth, vt notetur diuinæ vſiæ vnitas. de conſecra. diſtin. 2. ego quia vnitas adoratur, vt ſic Trinitatis & vnitatis myſterio comprobetur. Ité dicitur ter, in ſingulari numero ſanctus, & non dicitur pluraliter ſancti, vt una ſanctitas in his tribus perſonis, & yna æternitas intelligatur. Hoc non ſolum Seraphin clamabãt ſub excelſo Dei ſolio ſecundum prophetam, ſed & quatuor animalia, ſecundum Apoc. in circuitu ſedis requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus Sanctus, Sãctus, Dominus Deus omnipotens. † Dicitur autem Deus ſanctus, ideſt, ſanctificans, non autem ſanctificatus, vnde ſancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter, Dicitur pater ſanctus, dicente filio, Pater ſanctificatos in veritate, quos dediſti mihi, qui tu ſanctus es. Dicitur filius ſanctus, angelo proteſtante. Quod naſcetur (inquit) ex te ſanctũ vocabitur filius Dei. Dicitur Sanctus, Sanctus, Sanctus Chriſto dicente, Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Dicitur † quoq; Dominus Deus ſabaoth, ideſt, Dominus exercituum, videlicet angelorum & hominũ quorũ terribilis eſt, vt caſtrorum acies ordinata, de quo in pſalmo dicitur ab Angelis. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutũ &c. tot enim exercitus habet Deus in terra, quot ſunt ordines in eccleſia, tot habet in cœlis, quot ordines ſunt in Angelis. Nomine ergo cœlorum & terræ Angeli & homines diuina pleni gratia, hic perhibentur, uel ad literam cœli & terra gratia diuina replentur, quia deitas eſt vbique vnde propheta. Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ad es. Sabaoth † ergo ponimus exercituum, ſiue militarium virtutum, ſiue victoriarum interpretatur, vel omnipotẽs, vt ipſe ſit Dominus Deus & ipſe omnipotens, qui exercitus Angelorum atque hominum diſponit. Et ideo ſubdit. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua, hoc eſt, ut eius gloria cœli & terra gubernentur, & qui in cœlis, & qui in terra ſunt, glorificent, & honorent nomen Sanctum eius, cœli autem pleni, ſunt gloria te, terra vero ſpe. Tunc vero in re plena erit, cum adimplebitur illud, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Dum aũt dicimus, Pleni erunt cœli & terra glo. tua, agimus gratias creatori de omnibus beneficijs. Deum vero dicimus † Benedictus qui uenit &c. agimus gratias ſpecialiter de beneficio redemptionis. Quia enim neceſſarium eſt ad æternam ſalutem incarnationis myſterium confiteri recte ſubiungitur, benedictus, qui uenit, in nomine Domini, Ego inquit, ueni in nomine patris mei, nomen patris eſt filius, de quo dicit propheta. Ecce nomen Domini venit de longinquo. Dum ergo ſanctus inchoatur, inclinati ſtare debemus, quia tunc incarnationem maieſtatemque diuinam per angelorum hominumque cantum incognitam ueneramur. ¶ Rurſus dicendo. Benedictus &c. & cum hæc ſunt de Euangelio, debemus ſignum ſeu uexillum crucis nobis facere, ſeu imponere, quia Chriſtus per crucem, triumphauit, & nos triumphare facit. Quando enim Chriſtus venit ad Hieroſolymam deſcendit de monte oliueti tunc ſi lij Iſrael clamauerunt, dicentes. Benedictus, qui uenit in nomine Domini, quia aduentus Chriſti in Hieruſalem ſignificat futuram reſurrectionem, quando ipſe uenit iudicare vivos & mortuos, & apparebit nobis in eadem carne, in qua pro nobis paſſus eſt, & tunc in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, vnde & ex tunc quidam incipiunt genu flectere, & deuote orare. ¶ Sequitur. † Oſanna, quod eſt verbum hebræum, & ſignificat, ſalua obſecro, ſuppleũdum eſt, populum tuum, vel totum mũdũ, compoſitũ quidẽ verbum eſt ex oſi, quod interpretatur ſaluifica, & anna, quod eſt apud hebræos interiecte obſecrantis, motum animi ſignificans ſub deprecantis affectu. Integre ergo dicitur Oſanna quod nos corrupta, i. uocali litera & eliſa, dicimus oſanna, quod facimus ex ignorantia, aut ſcienter ſynalephantes uocalem, elicimus prout in metris fieri conſueuit. Dicitur autem bis † Oſanna in excelſis, propter duas partes ſalutis, quæ ſunt ſtola mentis, & ſtola carnis, quibus ſancti beatificantur in gloria, vt uidelicet anima & corpori ſaluati inter angelos deputemur in excelſis, ideſt altis, ſcilicet in cœlo. Reperitur autem hic uerſiculus in Pſal. 117. quod

Apoc. 4
Leui. 19
Ioan. 17
Luc. 1.
Io. 20.
Pſal. 23
Pſal. 138.
Mat. 6.
Ioan. 5.
Eſa. 3.
Phil. 2.

q̃ enim turbæ dixerunt. Oſanna, hoc eſt quod hic dicitur. O Domine ſaluum me fac. & eiſdem uerbis ibi ſubiungitur. Benedictus q̃ venit in nomine Domini. ¶ † Sane in hoc angelorum & hominum concẽtu, quãdoque organa concepetant, q̃ à David & à Salamone introductum eſt. qui inſtituerunt hymnos in ſacrificio Domini organis, & alijs inſtrumentis muſicis concrepari, & laudes à populo conclamari. Veruntamen quãto cor eſt maius corpore, tanto Domino deuotius corde, quam corpore confitemur, de hoc dicetur in fine proœmij 5. partis. ¶ Ex nunc aũt † verbis & geſtibus Chriſti paſſio repreſentatur. Nam diaconus & ſubdiaconus uadunt poſt dorſum epiſcopi, ſeu ſacerdotis. in quo ſuga Apoſtolorum in Chriſti paſſione ſignificatur, put in ti. de oblatione dictum eſt. Si qui uero ſtant retro altare proſpicientes in epiſcopum, ſignificant mulieres quæ a longe ſtantes eius paſſionem uiderunt. Omnes autem, & qui retro ſtant, & qui faciem epiſcopi inſpiciunt, inclinant ſe, maieſtatem diuinam, & incarnationem Domini uenerantes, quę per cãtum angelorum, & hominum, introducta ſunt Ordo. n. angelorum d ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus ſabaoth. maieſtatem introduxit diuinam. Ordo uero hominum dicens Benedictus, qui uenit in nomine Domini, aduentum ſignificauit in carne ipſa quoque inclinatio mæſtitiam ſignificat diſcipulorum, de morte Chriſti, qui nõ audebant ſe erigere & confiteri ſe eſſe diſcipulos eius, ideoque ſtant inclinati, donec dicatur. Libera nos à malo. Vanum. n. erat eis ante lucem ſurgere, ideſt, ante reſurrectionẽ de Chriſto gloriari, per quam ſunt ab omnibus tribulationibus liberati. Vnde & hæc petitio in Dominica oratione ſeptima eſt, qui numerus eſt uniuerſitatis. De hoc dictum eſt ſub ti. qualiter. epiſcopus uel ſacerdos altare. &c.

Pſ. 117.
Pſ. 129.

S V M M A.

1. *Canon Miſſæ ſoli ſacerdoti cõuenit, & eſt ſummũ miſſæ. Et quã ſecrete fiat. nu. 3.*
2. *Canon quid, & unde dicatur, & cur tum ſilentio fiat. & nu. 6.*
4. *Anna typum eccleſiæ gerens tacite orauit.*
5. *Canon primus ſiue ſecretella quid ſignet.*
7. *Canon quod ſublata fuiſſet uoce dictus oſtẽtum quoddam & prodigium emerſit.*
8. *Conſecrantis mens quo fieri debeat.*
9. *Canon expedite dici debet, & cur ita.*
10. *Canonis Miſſæ ſubſtantia eſt quadã paſſionis dominicæ imago.*
11. *Canon unde incipiat.*
12. *Canonẽ Gelaſius Papa, à Petro ordinauit.*
13. *In canone Miſſæ ſedentes, quid notent. Item quid ſtantes.*

De Secreta uel Canone Miſſæ. Cap. 35.

POST acclamatum præconium ſecretum ſilentium, in quo & miſſæ canon deuote dicitur. & ſacrum myſterium per agitur, quod fit per ſolum ſacerdotem quoniam ſecundum Matthæum, Chriſtus & ſolus orauit. Et ſecundum quoſdam hic incipit miſſa, quoniã cætera ſunt de ſolennitate. de conſec. diſt. 2. panis eſt. † Canon autem miſſæ & oblatio, ut dictum eſt in ti. de præfatione, & actio, & canõ, & ſacrificium, & ſecreta vocatur. Actio dicitur propter ſacra myſteria, quæ in eo aguntur & quia tunc cum Deo agitur cauſa noſtra. vt dictum eſt in proœmio huius partis. unde quia in c. illo. Communicantes &c. & in illo. Hanc igitur oblationem certis diebus vltra ordinaria canonis ſeu actionis uerba, quædam adduntur & dicuntur, ideo in miſſalibus in varijs locis ſuper illas additiones ſcribitur talis titulus ſeu rubrica. Infra actionẽ, eo quod ille infra, ſeu quaſi in medio ipſius actionis ſiue canonis dici debet. Canon † uero dicitur, quod regulis patrum cõpoſitus eſt, è ſanctis enim patribus aliqua uerba myſtica ſub ibi inſtituta. Κανὼν autem Græcè, dicitur regula Latine. Dicitur etiam canon quia regulariter Chriſtus uerus ſacerdos in eo repreſentatur, ſeu quia per hunc regulariter fit conſecratio ſacramenti. Sacrificium aũt dicitur à ſua parte digniori, de quo dictum eſt ſub titu. de Oblatione. Secreta dicitur, quaſi nobis occulta. quia humana ratione quaquam tantum myſterium plenarie capere poteſt, ad quod ſignificau-

Mat. 20.
1
2

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnificandum, meritò ſecreta uoce celebra
3 tur. ¶Ad hoc † eſt ſignificandum ſacerdos ſecretam irritans quaſi uelatur quibuſdam cortinis, quæ ‖ſunt in alteribus altaris, prout infra dicetur in quarta particula canonis ſuper verbo. Hanc igitur. Dicitur etiam ſecreta, quia ſecrete & ſub ſilentio dicitur. Chriſtus enim ad cõſecrationem corporis ſui venturus, ſecretè, & ſolus orabat ab hora cęnæ, uſque dum ſuſpenſus eſt in cruce, quas orõnes ſecrete ſignificant. Priſcis quoque temporibus antiqui patres ſub ſilentio ſacrificabant, & communicabant, quod etiam in Sabbato Sancto ob-
Ioan. 11 ſeruamus. Præterea, ut Ioannes Euangeliſta deſcribit, poſtquã Chriſtus honorificè fuit receptus & magnificatus à turbis cum pſalmis & laudibus, abijt, & abſcondit ſe non utique trepidantis formidine, ſed diſpenſationis officio, quia nondum uenerat hora eius, quæ poſtquam poſt aduenit, ſpontaneus ad paſſiouem acceſſit. Illud ergo Chriſti latibulum, hoc ſecretum ſilentium repreſentat, in quo ſola dirigitur ad dominum intenta deuotio. Tunc enim ſacerdos intrare debet in cubiculum cordis, & oſtio ſenſum corporis clau-
2. *Reg.* 4 ſo, Deum patrem orare, qui exauditor eſt clamoris cordis, non uocis. Vnde Anna
4 † typum gerens eccleſiæ, non petitione clamoſa, ſed tacita deuotione, quod petiuit impetrauit de qua in libro Regum legitur, q̃ loquebatur in corde ſuo, & labia eius tantum mouebantur ſed uox penitus non audiebatur. Vnde & Moſi dominus inquit. Quid clamas ad me? cum ta-
Pſal. 4. men ipſe taceret. Propheta etiam dicit. Dicite in cordibus ueſtris, & in cubilibus
5 ueſtris cõpungimini. ¶Poteſt tamen † dici, q̃ prima ſecretella repreſentat tempus illud, quãdo Chriſtus uenit Hieroſolymam ad diem feſtum non manifeſte, hæc autem ſecreta tempus illud, quo receptus fuit in Hieruſalem cum hymnis & ramis & ſexta feria ſequenti crucifixus fuit, præfatio uero illud, quando Chriſtus cœnaculo hymnum retulit, & illo dicto exiterũt in montem olieti, ſurſum corda aſcen-
6 ſionem. ¶Secundo ideo ſecreta † in ſilentio dicitur, ne ſacerdos clamando bis, quæ aguntur, minus intendat. Tertio, ne uox ſacerdotis nimio clamore deficiat.

Quartò, ne ſacroſancta uerba uileſcant.
7 ¶Fertur † enim, quod cum antiquitus publice & alta uoce canon diceretur, omnes pene per uſum illum ſciebant, & in plateis, & in uicis decantabant. Vnde cum quidam paſtores illum in agro cantarent, & panem ſuper lapidem poſuiſſent, ad uerborum ipſorum prolationem panis in carnem conuerſus eſt, ipſi tamen diuino iudicio igne cœlitus miſſo percuſſi ſunt, propter quod patres ſtatuerunt uerba iſta ſub ſilentio dici, inhibentes ſub anathemate, ne proferantur, niſi à ſacerdotibus ſuper altare, & in miſſa, & cum ueſtibus ſacris. Quædam etiam orationes, quæ ante præfationem ſub ſilentio dicuntur, ſecretæ uocantur, de quo & de ſilentio ſub ti. de inclinatione ſacerdotis dictum eſt. Cõſecrantis ergo † mens, ut præmiſſum eſt, 8
Ioan. 4. ad id ſolum debet eſſe intenta, nam eos
Eccl. 10 qui adorant, in ſpiritu & ueritate adorare oportet. Ne uero muſcę uenientes perdant ſuauitatem unguenti, ideſt, ne importunæ cogitationes tollant deuotionem orationis, flabello ſpiritus abigantur ideſt, inſpiratione gratiæ repellantur. quatenus auſter aduenient, & Spirituſſanctus accedẽs, perfluet hortum, ideſt, mentem fœcundet, vt aromata fluãt, ideſt uirtutes abundent.
Can. 4. ¶Ad quod etiam ſignificandũ, ęſtiuo tempore materiale flabellum, dum ſecreta dicitur, adhibetur. Hæc etiam † ratione, vi- 9
delicet ne muſcæ uenientes perdãt ſuauitatem unguẽti, dici poteſt, q̃ canon dici debet expedire, non moroſe, & ne auditoribus tædium generet. Vnde in Exod. dici-
Exod. 5. tur. Fac feſtinanter. quod de imolatione agni dictum eſt. Et probatur etiam tibi. Et comedetis feſtinanter, ſed nec nimis etiam feſtinanter, quia non debet ſacrificium ſine ſale, ideſt, diſcretione & deuotione offerri. Debet etiam in libro legi, ne nullus error contingere poſſit. † porro 10
ſacerdos miſſam celebrans repreſentat ea quæ olim põtifex inter ſancta ſanctorum egit, & quæ Chriſtus egit, quem ille præfigurauit. Siquidem ea, quæ fiunt a principio ſecretæ, uſque in finem, paſſionem domini ſepulturam, & reſurrectionẽ dominicam repreſentant. Recolitur. n. ibi memoria eorum, quæ geſta ſunt per hebdomadam ante Paſchalem, à decima luna primi menſis, quando Ieſus abijt Hieroſolimã, vſq; ad ſeptimam decimã quando reſurrexit à mortuis, propter quod in pleriſque ſacrarijs inter prædicationem & canonem imago crucifixi depingitur, ut non ſolum intellectus literæ, uerum etiã aſpectus picturæ memoriã dominicæ paſ-
11 ſionis inſpiret, † Et forte diuina factum eſt prouidentia, licet humana non ſit induſtria procuratum ut ab ea litera canon incipere, ſ. à T. quę hebraicè thau. quę in ſui forma ſignum & myſterium crucis oſten-
Ezec. 9. dit, & exprimit, dicente domino per Ezechielem. Signa thau. in frontibus virorum dolentium, & gementium ſuper abominationibus Hieruſalem, quoniam per Chriſti paſſionem hęc omnia in cruce impleta ſunt, & efficaciam habent. In quibuſdã tamen codicibus & maieſtatis patris, & etiã imago depingitur crucifixi, ut ſacerdos quaſi præſentem videat, quem inuocat, & quem alloquitur, dicens. Te igitur &c. & paſſio, quæ hic repreſentat, cordis oculis ingeratur. Sacerdos autẽ oſculatur pedes ipſius maieſtatis, & ſe ſignat in fronte, innuens, q̃ reuerenter ad myſterium paſſionis accedit. Quidam tamen prius oſculantur pedes maieſtatis, & poſtea crucifixi. ſecundum ſeriem canonis. Alij econtra, quia per filium peruenitur ad patrem. Deinde dicens. Te igitur, ſe inclinat, ut ibi dicetur. Secreta ergo paſſionẽ repreſentat, paſſio incipit ibi, unde & memores &c. crucifixio ibi. Hoſtiam puram hoſtiã ſanctam, hoſtiam immaculatam. Oratio vero à Chriſto in cruce incepta ibi, Supplices te rogamus &c. Epiſcopi ſeu ſacerdotis inclinatio tunc facta ante altare, ſignificat emiſſionem ſpiritus capite inclinato. Eleuatio uocis, cum dicitur. Nobis quoque, ſignificat exclamationẽ Centurionis dicẽtis. Verè filius Dei erat iſte. Duæ cruces ſupra corpus, & calicem factæ, docẽt. Chriſtũ pro duobus populis crucifixũ, oblata in calice, ſignificat corpus Chriſti. Vinũ in calice, ſanguinem eius. Subdiaconus recedens à facie epiſcopi incipientis, Pater noſter ſignificat mulieres, ſepulto domino recedentes monumento. Patena, ſignificat fœminarum corda in obſequio ſepulturæ Chriſti, latitudine charitatis patientia prout ſub titu. de oblatione dictum eſt, & de his per ſua loca dicetur. Traditur † au- 12
tem, quod Gelaſius Papa quinquageſimus primus a beato Petro canonem principaliter ordinauit. Non enim ſecreta tota ſimul ab uno compoſita eſt prout dicetur in tertia particula ſuper verbo communi cãtes. Et licet aliqua verba ſint ab aliquibus, quos tamen ignoramus, addita, quæ in Euangelij textu nõ continentur, ut dicetur in ſexta particula ſuper verbo. Eleuatis oculis, nulli tamẽ ſubtrahere vel addere licet, niſi fortè quãdoque eorũ nomina, pro quibus nominatim ſacrificium, offertur, ſicut inferius in decima particula oſtendetur. ¶† Notandum verò eſt, quod 13
quidam ſedent in canone miſſæ, ſignificantes Apoſtolos, qui ſedebãt triſtes de nec. domini in cœnaculo, alij ſtant, ſignificantes Moſen, qui extenſis manibus orabat,
Exod. 17 & Aaron, & Hur illius manus ſubſtentabant, de quo ſub ti. de oratione dictum eſt. Quidam uero ut aliqui ex miniſtris, nec ſedent nec ſtant, ſed in ueſtibus ſacris ſtant capite inclinati, prout dictum eſt ſub titu. de Sanctis, & ſub ti. qualiter ſacerdos & miniſtri ad altare debeant ſtare.

SVMMA.

1 *Canon quot contineat partes varie. Et num. 2. 3 4.*
5 *Canonis expoſitio prima partis ſcilicet. Te igitur. Et nu. 6.*
7 *Chriſtus fuit a tribus traditus.*
8 *Cruces tres cur faciat ſacerdos ſuper oblatione qui duæ notent.*
9 *Sacerdos benedicens dicit, hæc dona hæc munera. Et qua id ſignificatione. Et an, & quatenus illa differant, late. Et cur dona potius, quam donum dicat. nu. 10.*
11 *Illibata dona & munera dicit ſacerdos, in bñdictione. Et quæ dicanꝰ illibata.*
12 *Sacrificio eccleſiæ quot.*
13 *Canonis ſecunda pars cum expoſitione.*
14 *Sacrificiũ altaris pro qbus offerri dẽat.*
15 *Pacificare, & adunare an idem. Item, cuſtodire & regere.*
16 *Papę nomine cur oretur. Et ex cuius inſtitutione. Et pontificis etiam nomine.*
17 *Orationes pro quibus facienda.*
18 *Poteſtates duæ ſunt.*

De

De expositione Canonis, qui incipit. Te igitur. Cap. 36.

EXPOSITIONI canonis hic vacare pu dimus. Verūtamen quicquid exponendo conamur exprimere, uix vllius apparet esse momenti deficit namque lingua, sermo dispare, superatur ingenium, opprimitur. Intellectus. Pulsabo tamē ad ostium, ut amicus accommodet mihi tres panes. de pēn. dist. 1 opportuna. qui maximē in hoc conuiuio necessarij erunt uidelicet fidem, quæ petit & accipit vitā, specie quæ quærit & inuenit utam, & charitatem, quæ pulsat, & aperit veritatem.

1 ¶ † Canon autem vndecim continet partes. Secunda incipit ibi, Memento Domine. Tertia ibi, Communicantes. Quarta ibi. Hanc igitur. Quinta ibi. Quam oblationem. Sexta ibi Qui pridiè. Septima ibi. Simili modo Octaua ibi. Vnde & memores. Nona ibi. Supplices te rogamus. Decima ibi. Memento. Vndecima ibi. Nobis

2 quoque. ¶ † Alij dicūt, quòd cōtinet duodecim partes. Secunda pars ibi. In primis. Tertia ibi. Memento. Quarta ibi. Cōmunicantes. Quinta ibi. Hanc igitur. Sexta ibi. Qui pridie. Septima ibi. Vnde & memores. Octaua ibi. Suprà, quæ ꝓpitio. Nona ibi. Memento. Decima ibi. Nobis quoque. Vndecima ibi. Per quem hęc omnia. Duodecima ibi. Oremus pręceptis salut. mo

3 ni. ¶ † Sed secundum alios sex solum continet partes. Secūda incipit. In primis. Tertia ibi. Communicantes. Quarta ibi. Hāc igitur. Quinta ibi. Supplices te rogamus. Sexta ibi. Oremus præceptis. ¶ Sunt

4 † etiam qui dicunt, quòd quinque tantum sunt partes, unde & quinquies concludi tur, per ꝙ Christum Dominum nostrum, eo quod per quin cupartitā Domini passionem oratio fidelium exauditur de hoc dictum est in finem proœmij huius partis.

5 ¶ Incipit ergo † canon & eius primam particulā. Te igitur. Exponitur igitur, id est, certe. Sacerdos enim hoc dicens alloquitur Deum tanquam pręsentem uel igitur istud continuat ad præcedentia quasi diceret. Tu es sanctus Deus. igitur clementissime pater, ideſt, clarissimamente abundātissime, uel id est misericordissime, uel, ideſt, mentem clarificans. Mens enim clarescit cum Deum propitiū sentit, quę uerba dicēdo, sacerdos se ante altare inclinat, significans, quod Petrus inclinauit se, dum prospexit in monumentum. Rursus *Ioan. 20* hæc sacerdotis inclinatio in principio canonis humiliatem Christi ad passionem, quodque sacerdos ipse cum reuerentia ad mysterium crucis accedit significat. Et in his uerbis notatur, quòd sicut legalis sacerdos vultum uersus propitiatorium habebat, sprout dictum est in pruœmio huius partis, sic & noster ad Dei clemētiam cor debet habere, & sicut pontifex intrabat in sancta sanctorum semel in anno ferens sanguinem hirci aut uituli, sic & Christus per propium sanguinem introiuit semel *Hebr. 9.* in sancta, æterna redemptione inuenta, sic & minister ecclesiæ intrat cum sanguine in sancta sanctorum, quoties in mente memoriam sanguinis Christi gerens secrete inchoat mysterium, qui non solum mēte, sed etiam crucis signaculo, de quo iam dicetur, Christi recitat passionem. ¶ Sequitur. † Supplices, id est, humiles, uti accepta 6 habeas, ideſt, ut accipias, seu gratia habeas, & hic osculatur altare in reuerentiam passionis, per hoc compati se ostendens. ¶ Sane eodē die, qua † laudes a turbis Christo 7 sunt acclamatæ, uidelicet decima luna primi mensis, quando secundum legem typicus agnus in domos Hebræorum mserebatur, uerus agnus Iesus Christus ingressus est Hierosolymam, & multis insidijs quærebatur ad mortē, Traditus autem à tribus, s. à Deo ꝓ nobis, unde Apostolus. *Rom. 8.* Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis, omnibus tradidit illum à Iuda. unde in Mar. Quærebat Iudas opportuni *Mat. 28* tatem, ut cū traderet Iudæis, & à Iudæis *Ioan. 18* Pilato, ut in Ioanne. Gens tua & pōtifices *Gal. 2.* tua tradiderunt te mihi. Primi traditio *Mat. 16.* fuit ex gratia, quia dilexit nos, & tradidit *Mat. 27* se ipsum pro nobis. Secunda ex auaritia, quia constituerunt ei 30 argenteos. Tertia fuit ex inuidia. Sciebat enim Pilatus, quòd per inuidiā tradidissent cum Deus ergo tradidit ex dono. Iudas pro munere. Iudæi in sacrificium illibatum. † Ad 8 quod designandum sacerdos facit tres cruces super oblatum, & calicem cum dicit.

Hæc

Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, quasi dicat, offerimus tibi clementissime pater, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sactificia, commemorantes illam traditionem, quam Deus fecit ex dono. Iudas pro munere; Iudęi in sacrificium *Phili. 2* illibatum, singuli tamen ad mortem. mortem autem crucis. † Secundo etiam fiant 8 tres crucis in reuerentiam eius, qui est trinus Deus, cuius potentia fit conuersio panis & uini. ¶ Tertio, in figuram triplicis unionis in acceptione saluatoris. ¶ Quarto, in memoriam trinæ crucifixionis. Prima fuit in uoluntate persequentiū de quo Io. 2 Collegerunt ergo pontifices & Phari sæi concilium &c. Secunda fuit in uoce clamantium. de qua Mar. Et illi magis cla *Mar. 15* mabant, crucifige eum. Tertia fuit in cru cifixione manuum, & pedum, de qua Luc. *Luc. 23.* crucifixerunt eum. ¶ Quinto in tribus crucibus, tempus ante legem, quod tribus distinguitur interuallis, innuimus scilicet ab Adam ad Noe, inde ad Abraham, inde ad Mosen. In quibus tribus temporibus iusti Christi fuit sacrificijs præfiguraverunt ut Abel in agno, Melchisedech in pane & uino, & Abraham, in filio. Verum per præ missa tria uerba, non aliud atque aliud dicitur, sed res una pro sui magnitudine diuersa appellatione laudatur, donum quidē dantis, munus accipientis, sacrificium offerentis. Pater dedit. Filius obtulit. Spiritussanctus recepit, unde Apostolus. Christus per Spiritumsanctum semetipsum obtulit Deo immaculatum, singuli tamen dederunt & obtulerunt & acceperunt, sed ad distinctionem pater dicitur dedisse ꝓp authoritātem, filius obtulisse propter humilitatem, Spiritussanctus accepisse propter benignitatem. Eadem enim † sacrificia 9 dona sunt, simul & munera. dona sunt, à nobis ad sustentationum, à Deo collata, munera sunt nobis Deo, ut laudetur, oblata. Nam & quæ sacris offeruntur altaribus & munera nuncupantur, & dona, unde & Dominus inquit in Euang. Si offerēs munus tuum ante altare, unde prius reconciliari fratri tuo. Et Daniel dixit ad Balthasar. Munera tua tibi sint, & dona tua alteri da. 14. quæstio. 5. rescriptum, & alibi re- *Dan. 15* *Gen. 5.* spexit dominus ad Abel, & ad munera *Hebr. 5.* eius. Sacrificia dicuntur, quia sacrificantur & offeruntur pro peccatis nostris, ut nos sacros efficiant. Vnde populus inquit, de pontifice, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sermonum igitur inculcatio, præ deuotionis est exercitatio, & ineffabilis commendatio sacramenti, quod sacramentum digne eucharistia appellatur, prout dicetur in 6. particula, super uerb. Qui pridie, quā pateretur. Propriè aūt munus homini, donum Deo datur. Nā munera dicuntur, ꝙ manibus dantur, vel accipiūtur. Rursus dicuntur dona quo ad panem in quo est farina, & aqua, munera quo ad uinū, in quo est uinū & aqua. Hæc sancta sunt sacrificia quo ad utrunque secundum Augu. Dona referimus, cum nosmetipsos Deo offerimus, & donamus munera, cum eius beneficiorum memores, sumus, sacrificia illibata, cum ei humilitatem, & laudes impendimus. de hoc uide, de consecr. di. 2. in canone comperimus. ¶ Et † nota, 10 ꝙ ideo dicitur pluraliter dona munera, sacrificia, quia panis & uinum prius, quam consecrentur, diuersæ sunt species substantiarum, & diuersæ substantiæ specierum, sed ubi consecratio cælestis accesserit, species quidē remanent, sed substantiæ cōuertuntur, itaq, diuersa sunt continentia, sed unicum contentum, nā idem sub utraque continetur. licet non idem utraque substantia conuertuntur, sicut infra plenius ostendetur. Dicuntur etiam † sancta, & il- 11 libata, quia panis & uinum sanctificantur in sacrosanctum corpus, & immaculatum sanguinem Christi. Non enim dicuntur illibata, quasi nondum gustata, sed potius dicuntur illibata, ideſt, immaculata, quæ sine macula cordis & corporis oportet offerri, quatenus & cor ab iniquitate, & corpus ab immunditia purgetur, ante, *1. Cor. ii.* quam offerantur, quoniam (ut ait Apostolus de consecr. dist. 2. qui celare &c. sequ.) Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis domini. probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicuntur ergo illibata, ideſt, sine labe, sicut agnus paschalis immaculatus, qui significat Christum, qui est sine macula, ideſt, ruga. Vel illibata, ideſt, incorru-

incorrupta, non quia substantia panis vini corrumpi non possit, sed quia corpus & sanguis filij Dei, in qua uirtute verborum
Ps.15. species iam transubstantiatæ sunt, corrumpi non possunt. Vnde Psalmista. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tertio, dicuntur illibata ad notandum, q̄ nullus extraneus ad fidē debet approximare illis, vt dicetur in tertia particula, super
12 uerbo. Communicantes. ¶ Tria † autem sunt ecclesiæ sacrificia, per tria, quæ fiebāt in ueteri testamento, figurata, prout dictū est in proœmio huius partis. ¶ Sequitur
13 †in primis, quæ tibi offerimus &c. Sane legalis pontifex ingrediens in sancta sanctorum orabat, ut dictum est in proœmio huius partis, & Christus ante passionem orauit se glorificari, discipulosque conseruari & nunc etiam sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis, sic & noster minister sequens Aaron & Christum pro tota
Rom. 8. supplicat ecclesia, quæ consistit in prælatis & subditis &c. Licet autem unus tantum sacrificium offerat, tamen pluraliter dicit offerimus, quia sacerdos non tantum in sua, sed in totius ecclesiæ persona sacrificat. Quapropter in Sacramento corporis Christi nil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote, prout dictum est
14 in proœmio huius partis. ¶ Verum † nobis hic inuestigandum occurrit, quibus, & pro quibus, & qualiter, & quare debeamus sacrificium altaris offerre. Et quidem hęc quatuor ex ipso canone colligere possumus euidenter quibus soli Deo, uidelicet individuæ Trinitati, pro quibus ecclesia sancta catholica, videlicet pro omnib. orthodoxis, qualiter, in una fidei, videlicet in communione sanctorum, quare, pro beneficijs corporalibus, spiritualibus, & æternis, sed omnibus propter Deum. Primum notauit ibi. Tibi reddunt uota sua æterno Deo viuo & vero. Secundum ibi. Pro ecclesia tua sancta catholica: Tertium ibi. Communicantes & memo. uene. Quartū ibi. Pro redemptione animarum suarum, pro spe salu. & incolu. suæ. Sacrificium ergo laudis offertur, & generaliter pro cunctis & specialiter pro quibusdam, ideſt, pro prælatis, qui sunt iuxta Apostolum in
Ro.13. sublimitate constituti, & pro subditis uiris & mulieribus, pro sacerdotibus & adstantibus, pro nobis & nostris. De prælatis & subditis ibi. Vna cum famulo tuo Papa nostro & omnibus orthodoxis. De viris, & mulieribus, ibi. Memēto Dñe famulorum famula. tua. De sacerdotibus, & adstantibus, ibi. Omnium circumstantium, & qui tibi ōfferunt hoc sacrificium. De nobis, & nostris, ibi pro se suisque omnibus. Sic ergo exponēda est litera, quæ tibi offerimus in primis, ideſt principaliter pro ecclesia tua sancta catholica, ideſt uniuersali toto terrarū orbe diffusa, sed fidei Sacramentis unita, quam ideſt, ut eam pacificare digneris, vt habeat pacem ab hæreticis, & schismaticis, & adunare, quæ dispersa est inter perfidos, & paganos. Vel hic dicitur quod orandum est pro discordantibus ab inuicem, quam & custodire digneris à uitijs, & dæmonibus, & regere in prosperis, & aduersis. Idem tamen videtur esse † pacificare, quod adunare, custodire, quod regere. 15
Tunc .n. pacificat, cum fidelium mentes adunantur, vt per spiritum sanctū charitatē diffusam multitudinis credentium sint
Act.4. Ps.19. cor vnum, & anima una, extra de Summa Trin. c. 2. Tunc custodit, cum inter mundi pericula regitur, ut de sancto mittens
Apoc. 1. Can.6. auxilium, eam de Syon teneatur. Licet. n. in Apocal. septem scribatur ecclesijs, una tamen in Canticis est, columba, nam Sap. ædi. si. d. & excidit eo. septem. Vna igitur est ecclesia septem ordinibus distributa, vel septem chrismatibus insignita, quam
16 ipse pacificat & adunat, ille † custodit & regit, qui propter ipsius regimen, & munimen proposuit vniuersis, ut omnes ab vno sicut corpus à capite, gubernentur, pro quo statim oratur cum dicitur. Vna cum famulo tuo Papa nostro, q̄ verba clemens Papa addidit. Nam, ut inquit Pelagius Papa, constat ab vniuerso orbe separatos esse, qui qualibet dissensione inter sacra mysteria Apostolici pontificis memoriam secundum consuetudinem non frequentant, qui vero nō sunt de Romana ecclesia diœcesi, pro suo quoque debēt orare pōtifice quatenus unitatem spiritus in uinculo pacis obseruet, unde debent dicere uerba sequentia, scilicet, & antistite nostro. Antistes tamen ipse celebrans nō debet ea dicere. Quod uero addunt, quidam de Antistite & rege, noua traditio est ubi orandum esse

esse pro prælatis ostenditur orandum etiā esse pro Principe, Apostolus docet 1. ad
17 Tim. 2. c. † Obsecro (inquit) primo omnium fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, & gratiarum actiones p̄ omnibus hominibus, pro regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & trāquillam vitam agamus, in omni pietate, & castitate. de consec. dist. 1. de hymnis ad fi. Sicut enim duæ sunt vitæ, cęlestis videlicet, & terrena, vna qua spiritus viuit ex Deo, & altera qua caro viuit ex spiritu,
18 ita duæ sunt † Potestates, ecclesiastica videlicet, & mundana, vna quæ moderatur spiritualia, altera quæ moderatur carnalia ista per clericos, & illa per laicos. 16. dist. duo. Post vtranque potestatem orandum est pro omnibus orthodoxis, qui vtranque fidem, catholicam videlicet, & apostolicā venerantur & colunt, & sic hęretici & scismatici excludūtur. Orthodoxi enim quasi gloriantes dicuntur, qui videlicet Deum recte fidei confessione glorificant.

S V M M A.

1 *Canon memoriam viuorum continere debet.*
2 *Deus scit eos, quos approbat, obliui scitur, quos reprobat.*
3 *Orandum pro omnibus fidelibus.*
4 *Sacrificium laudis.*
5 *Amicos diligere debemus, vt charitatis ordo seruetur.*
6 *Bona hominis tria, pro quibus sacerdos offert Deo.*
7 *Vota quæ dicantur.*

De secunda parte canonis, scilicet Memento domine. Cap. 37.

1 MEMENTO Domine famulorum famularumq; tuarū & omniū circumstantium &c. Sed † pars in qua etiā ostenditur orandum esse pro subditis. Et ex hac iunctura verborū euidēter conuincitur, quod in hoc loco debeat sacerdos specialiter uiuos quos voluerit memorare, quoniam sub sequenti, Memento defunctorum, poterit agere memoriam specialem. Hinc etiam euidēter apparet, quod sanctum sit & salubre missarum interesse mysterijs cum sacrificium eucharistiæ pro circunstātibus specialiter offeratur. ¶ Verum † cum 2
Deus nihil ignoret, nec alicuius valeat obliuisci, quid est, quod petimus, vt Deus meminerit nostri. Porrò Deus dicitur scire, quos approbat, vnde nouit Dominus, qui sūt eius, & dicitur nescire quos reprobat, vnde. Non noui vos. Rursus, dicitur obliuisci malorum, cū malus ad bonum reuertitur, unde si impius egerit pœnitentiam, omniū iniquitatum eius non recordabor. Et dicitur obliuisci bonorum, cum bonus ad malū peruertitur, vnde si iustus à iustitia sua auertit se, oēs iustitias eius nō *Iob.7.* recordabor. Deus etiā quādoque recorda *Psa.19.* tur ad miserendum. vnde Memento mei *Ps.24.* Deus meus: quia ventus est vita mea. quādoque ad puniendum, vnde Memento Domine filiarum Edom in die Hierusalem. Petimus ergo non ut nostri meminerit, sed ut nostri misereatur, secundum illud. Remisceре miserationum tuarum Dñe, & misericordiarū tuarū quæ à seculo sunt. ¶ Sequitur, Quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio &c. quasi qui propitiaris fidelibus & deuotis, qui solus vides in conscientijs, quæ recte credant, & deuote diligant, ut pote rerum scrutator & cordiū Deus, sciētiarum dñs, occultorū omnium perscrutator, in cuius cōspectu nulla creatura est inuisibilis. Pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis &c. quasi diceret. Memento Domine, nō solū eorū, pro quibus offerimus, sed etiam sacerdotum, qui offerunt hoc sacrificiū laudis &c. Cū enim sacerdos offert pro populo, nihil dominus & pro se. Vel ideo dicit. Pro quibus † tibi offerimus, vel qui ti 3
bi offerunt quia non solū offerunt sacerdotes, sed & uniuersi fideles nam: & quod specialiter adimpletur ministerio sacerdo *1.Cor.10* tū, hoc uniuersaliter agitur uoto fidelium uel pro quibus offerimus, scilicet actu, uel qui tibi offerunt, scilicet deuotione. Dicitur autem sacrificium laudis, secundum illud Apostoli. Quicquid facere debetis, omnia in laudē Dei facite, ut Deus laudet in nobis, Sed o sacrificiū, laudis ut, qa † Chri- 4
stus gratias agēs illud instituit, put dicet in 6. particula super uerbo gratias agens,

Tertiò

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertio ideo, quia cum Deo quicquam offerimus, sua sibi redimus, non nostra largimur, unde si esuriero, non dicam tibi, est enim orbis terræ, & plenitudo eius. ergo immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Quarto, quia Deum laudare debemus non solum, quia passus est pro nobis, sed et quis nobiscum est quotidie vsque ad cõsumationem vitæ, vel qa non solũ se dedit pro nobis in pretium, sed etiam qa dedit se pro nobis in cibũ, vt per pretium redimeret nos a morte, per cibũ aleret nos ad vitam. vnde, Quia manducat me, viuit propter me, pro se ἀνθάρτου, est, idest, expositio eius, quod sequit, s. pro redemptione animarum nostrarum, pro spe salutis & incolu. suæ. ¶Sequitur † suisque omnibus &c. videlicet consanguines, vel affinibus, familiaribus, vel amicis, licet enim diligere teneamur etiam inimicos secundum illud. Diligite inimicos vestros, seruare tamen debemus ordinem charitatis, qui incipit a seipso. 23. q. 5. si non licet. dec. cœnit. di. 3. sanè cauẽdum. extra de vsu pallij. in fi. secundum illud. Introduxit me rex in cellam uinariam, & ordinauit in me charitatem, nam, & Apostolus ait, Dum tempus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maximè autem ad domesticos fidei. Pro redemptione animarũ suarum &c. quasi non pro temporali lucro vel appetitu terrenorum, sed pro spe salutis & incolumitatis suæ, idest, pro salute vel incolumitate speranda. spe enim salui sumus, pro salute qdem mentis & incolumitate corporis, nam vtraque sanitas est ab illo, qui dicit. Salus populi ego sum. Verum vtraque sanitas prouenit ex redemptione animæ, idest, de remissione peccati, sic e contra reatu peccati procedit infirmitas vtriusque iuxta sententiam ueritatis. Ecce sanus (inquit) factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat, extra de pœnit. & remiss. cum infirmitas. in princip.

Porro † tria sunt hominis bona, corporalia, spiritualia, & æterna. uidelicet infima media, & suprema, pro quibus sacerdos dicit offerre. Pro corporalibus, idest, pro incolumitate, pro spiritualibus, idest, pro redemptione, pro æternis, idest, pro salute. Nam & Dominus docet nos pro his tribus orare, videlicet pro æternis, vade, Adueniat regnum tuum pro spiritualibus. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, pro corporalibus. Vnde Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Offerimus enim sacrificium pro æternis vt detur nobis in præmium, pro spiritualibus, vt dentur nobis in meritum, pro corporalibus, vt dentur ad adminiculum, ut per hæc & ista perueniamus ad illa. ¶Verum eum dicat Apostolus, quòd uirtus in infirmitate perficitur, extra de sacra vnct. c. 1. & iterum cum infirmior, cũ fortior sum. Quid est, quod pro corporali incolumitate sacrificium laudis offerimus, nisi vt nobis conferta vel reddita sanitate gratiarũ actiones in ecclesia referamus. ¶Sequitur. Tibique reddunt vota &c. † Vota sua dicuntur, quæ voluntariè promittuntur, quia volenter & libenter Deo vouere & votum reddere debemus, extrà de voto, magnæ. Verum cum nostra donemus, & aliena reddamus, quomodo vota, si sua sunt, reddunt, & non potius donant, vel si reddunt quomodo sua, & non potius aliena. Sanè notum & hominis Dei est, sed Dei propter authoritatem gratiæ, hominis propter libertatem arbitrij. propter quod dicit Apostolus. Non autem ego sed gratias Dei mecum. Vel uouere hominis est, reddere vero Dei.

Ps. 49. Mat. 25. Ioan. 6. Mat. 5. Rm. 8. Ioan. 7. Mat. 6. 2. Cor. 8

SVMMA.

1 *Canonis tertia pars, Communicantes. Et quis eam addiderit.*
2 *Canonis Missa a pluribus composita fuit, & cũ triplici sanctorum commemoratione.*
3 *Canon commemorationem beatæ Mariæ & aliorum Sanctorum continet confessorum tamen non nu. 5. 6. 7.*
4 *Ecclesia ex multis constat.*

De tert iparte Canonis. Cap. 38.

COMMVNICANTES, tertia pars † Ciritius Papa addidit hæc verba. Cõicãtes & memoriam venerantes, ¶Sanè pontifex, ut lex iubebat, turribulum uinis carbonibus plenũ intra sancta sanctorum secum portabat, sicut in proœmio huius partis dictũ est, & Christus carnis suæ turibulum oi uirtute plenum tulit ad astra, sic & sacerdos noster Christi vicem tenẽs, vacuus a peccatis, & plenus virtutum, odoribus ad sacrificium altaris accedere dẽt. Communicantes & memoriam venerantes. Communicare idem est, quod participare, qa sanctorum, & angelorum pascuis communicare debemus. Quatuor autem modis in ecclesia communicatur, prout dicetur in 6. particula super verbo, Qui pridie. Memoriam venerari, idem est, quod memoriam honorabiliter colere, qđ beata Maria virgo per aduentum Spiritussancti genetrix facta est, filij Dei Iesu Christi Domini nostri, qui Deus, & homo est. ¶Illud † autem notãdum est, quod secreta nõ tota simul ab uno, sed particulatim a pluribus ex eo perpenditur fuisse cõposita, qa ter in ea sanctorum cõmemoratio reperitur, licet hoc ipsum prouenerit ad laudẽ & gloriam Trinitatis. In secunda quippe commemoratione supplentur, qui de primitiuis Sanctis deesse videbantur in prima, verum in ea cõmemoratione, quæ fit ante consecrationem corporis Christi, postulatur Sãctorum suffragium, in ea vero, quæ fit post cõsecrationem coporis Christi, Sanctorum cõsortium imploratur, qa nimirum ante, quam corpus Christi, quid est vniuersalis Ecclesia consecretur, idest, ante quam regnum aduenerit, necessariũ est nobis in via Sanctorum suffragium, vt meritis eorum & precibus diuinæ protectionis muniamur auxilio, sed vbi corpus Christi fuerit consecratum, idest, vbi regnum aduenerit, assequemur in patria sãctorum cõsortium, vt societatem & partẽ cum sanctis Apostolis & martyribus habeamus. In uia quippe cõmunicamus cum Sanctis per fidem, qua ipsi hic habuerunt & nos habemus, in patria vero participabimus cum Sanctis per spem, quã ipsi habent & nos habebimus. Nos † n. fidem habemus, & spem, & illi spem haberet, & rẽ nos percurrimus stadium, illi possidẽt brauium, nos pugnamus in via, illi triũphant in patria. Communicamus igitur, & memoriam veneramur Apostolorum ac martyrum, & præcipue gloriosæ virginis Dei genitricis Mariæ, vt eorum suffragio de fide perducamur ac spem, de stadio peruẽniamus ad brauium, de via ad patriam transeamus. In primis autem nominatur nomen beatæ Mariæ, quia ipsa eum, qui oblaturus est, & q vere hostia est genuit, & in cœlis obtinet principatum. Nominãtur & 12. Apostoli & 12. Martyres, q omnes huius sacrificij testes fuerũt, & passionem Christi verbis, & effusionis sanguinis testimonio probauerunt. In hac igitur cõmemoratione Sanctorum illud obseruat Ecclesia, quod antiquitus agere cõsueuit vt in orationibus suis recolat patrum memoriam, quatenus eorum meritis suffragãtibus facilius obtineat, quod implorat. Sic & Moses, pro peccante populo interdens, patrum memoriam imposuit dicẽs, Recordare Abrahã, Isaac, & Iacob, seruorum &c. Exod. 31. Sic & Azarias orasse legitur in fornace. Ne quæsumus auferas misericordiã tuã a nobis Dominus Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuũ, Et quoniam extra vnitatem ecclesiæ non est locus offerandi sacrificium vnitatis, ideo Sanctorum memoriæ communicamus in sacrificio quatenus in communione. Sanctorum sacrificium offeramus. Nã sicut † vnus panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris, sic ex multis fidelibus vna constat ecclesia. Scriptum est enim Alienigena non vescetur ex eis, quoniam sancta sunt, & ideo solum illum ad esum eius agni recipimus, qui nostræ conIunctus est domui videlicet omnem domesticum fidei, a principe usque ad plebeiũ, a populo usque ad publicanum. Scripserunt autẽ quidam, quod quia sacerdos legalis scripta habebat in λογείο nomina duodecim tribuum, seu patrum Exod. 30. ideo in huius rei memoriam presbyter nominat memoriam beatæ Virginis & Apostolorum & quorundã martyrum. ¶Sed † cum Ecclesia inter Sanctos magnifice memoriam confessorum ueneretur, quare in Canone non fit de illis cõmemoratio? Respondeti potest, q canon prius fuit editus, quam memoriam sanctorum confessorum Ecclesia celebraret. Nam omnes sere Sancti, qui in canone cõmemorantur, præcessere Siluestrum, præter Ioannem & Paulum, & Marcellinum, & Petrum qui

Ioan. 6. 1 2 3 4 5 6 7 1 2 3 4 5

Dan. 3. Exod. 12. Exod. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui proximè successerunt. Ecclesia verò post tempus beati Siluestri cœpit memoriam sanctorum cõfessorum uenerari. Canon autem ex eo conuincitur præcessisse, quod Apostolorum catalogus non ita reperitur in illo dispositus, sicut in emendatioribus codicibus, siue euangelijs inuenitur. In prioribus enim editionibus, ut dicit Hierony. non solum euangelistarum mutatus est ordo, sed etiam verborum & sen
6 tentiarum erat confusa commistio. † Potest etiam dici, quòd ideo in canone solũ fit mentio de martyribus, quia cum hoc sacramentum sit sacramentum amoris, in ipsius sacramenti ministerio debet solum memoria fieri de illis, in quibus specialius apparuit signum ueri amoris. In Apostolis apparuit per temporalium abiectionem in martiribus per corporum tormentis expositionem. De primo, Matth. 19. Ecce nos relinquimus omnia &c. De secundo, Sapien. 3. & si coram hominibus tormen-
7 ta passi sunt &c. ¶† Rursus ideo nõ fit mẽtio de confessoribus; quia illi non sunt passi, sicut Christus, cuius passionis est memoriale hoc sacramentum. Greg. III. addidit hæc verba, scilla, quæ in quibusdam Eccle
Foan. 2. sijs, dicuntur, ſ Quorum solennitas hodie in conspectu tuę maiestatis celebratur. Domine Deus noster, in toto orbe terrarum. Terminantur autẽ hæc particula per eundem Dominum nostrũ, sicut enim p filium omnia facta sunt, & ita per ipsum hñt oĩa esse reparata. & terminata, & secundum quosdam non debet hic responderi amen, neque usque ad fractionem hostię, quia angelorum chorus sancto ministerio adsistẽs respondet amen. hoc tamen non vbique seruatur, de hoc dicitur in 2. particula.

De quarta parte Canonis. Cap. 39.

1 ANC igitur oblationem Quarta pars, & hoc dicendo, sacerdos † in quibusdam Ecclesijs profunde se inclinat. ¶ Sane legalis pontifex orans, fumo thimiamatis obumbrabatur, & tegebatur, ne pateret alicui dum cremaret incensum, sicut in proœmio huius partis dictum est. Et Christus dũ patrem interpellat pro nobis, angelorum pertransit intuitum quia intelligi nõ potest quãtum prę̃sentia sum *Rom. 8.* ptæ carnis impetret apud patrem pro no- *Matt. 4.* bis. Sacerdos quoque dum vicem Christi gerit, quodãmmodo tegitur, & latet, quia nec cogitari, nec narrari potest, quanta virtus & potentia, sit in verbis eius, & in hoc mysterio, quod latet homines & angelos, ad quod representãdum in quibusdam ecclesijs sacerdos secretam intrans, quibusdã cortinis, quæ sunt in vtroq; latere altaris, quæ tunc extenduntur, quasi tegitur & uelatur. ¶ Seruitutis nostræ, idest, meæ & cũctorum, qui tibi seruiunt, & famulantur. Et † nota, quòd duę sunt, seruitutis species 2
vna quæ soli creatori debetur, quę dicitur λατρεία, altera quæ creaturis impẽditur, quæ vocatur δουλεία. Quasdã enim creaturas possumus inter omnia venerari. Vtramque speciem Dominus determinat, dicens, Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Vnde uerius, Latria sit Domino, debetur dulia seruo. Ad corpus Christi fertur perdulia fere. Latria ergo est seruitium, siue cultus soli Deo creatori debitus, quem debemus super omnia reuereri. Ad eam quidem pertinent templa, & altaria, sacerdotalia, sacrificia, festiuitates, ceremoniæ, & huiusmodi, quæ *Deut. 6.* soli Deo sunt exhibenda, iuxta illud, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, idest soli Deo seruitutum adorationes impendes. Non enim Sanctis & angelis ad honorem Dei, sed potius Deo ad honorem Sanctorum, & angelorum dedicantur templa, & altaria consecrantur, & sacrificia offeruntur, nec ipsis adorationis seruitus, sed soli Deo impenditur, ut dicetur in proœmio 7. partis. ne si secus fiat, non θεσιβείας cultus exhibeatur

SVMMA.

1 *Canonis quarta pars. Et eius expositio.*
2 *Seruitutis duæ species.*
3 *Adoratio soli Deo competit, non imaginibus.*
4 *Leo Papa, quid addideris canoni missæ.*
5 *Pax varie & multipliciter accipitur.*
6 *Osculatio altaris quotuplex. Et quid significet.*
7 *Osculatur altare sacerdos manibus ab ipso altari remotis. Et quid ita.*

beãtur seruiendo creaturæ tanquã creatori, & mutãdo gloriã incorruptibilis Dei,
Rom. 1. in similitudinem corruptibilis hominis.
3 Si igitur nec homines, nec angeli adorandi sunt, attendat quid agunt qui sub prætextu cuiusdam religionis, seu pietatis diuersas adorant imagines, non. n. licet aliquid in manufactũ adorare prout probatũ est in parte prima, sub ti. de picturis. Vna quidem tãtum Dei patris est imago, quam
Heb. 1. vna cum patris adoratione venerari debemus. ſ. vnigenitũ Dei filium, Iesum Christum, qui est splẽdor gloriæ & figura substantiæ eius, cuius non solum deitatem, sed etiã humanitatem adorare debemus,
Ps. 98. iuxta illud. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Cæteras verò imagines & creaturas sacras & sanctas, i. angelos, homines, & sacramenta, non latria, sed dulia possumus uenerari. De ado-
Gen. 18. Gen. 33. & 34. ratione angelorum legitur, q̃ Abrahã oculis eleuatis in conualle Mambræ tres vidit, & vnum adorauit ex angelis. Loth quoq; duobus angelis intrãtibus ciuitatẽ occurrens adorauit, petẽs ut in domum suam hospitio declinarent. De adoratione hominum legitur, quod Iacob videns Esau venientẽ, præcessit utranq; turmam, & pronus terram septies adorauit. Filij quoq; Iacob adorauerũt Ioseph in Aegypto. De adoratione sanctorum dicit ecclesia. Crucẽ tuã adoramus Domine. Et alibi legitur, Christiani sacras imagines pie ue-
4 narãtur & adorãt. ¶ Sequitur, Dies † quoque nostros. & nota, q̃ Leo Papa adiunxit infra actionẽ. Hanc igitur oblationem vsq; Placitus accipias. Beatus autẽ Greg. has tres petitiones in canone dicitur addidisse. Prima est, Diesq; nostros in tua pace disponas, supple per eum, qui pro nobis est traditus in manus eorum, qui pacẽ oderunt. Secunda. Ab æterna damnatione nos eripi, supple, per eũ qui pro nobis temporali mortale damnatus est. Tertia. Et in electorum iubeas grege numerari, supple per eum, qui pro nobis damnatus est cum
5 iniquis. ¶ In pace tua. &c. † Et nota, q̃ est pax peccatorũ pax iustorum, q̃ dicitur pax pectoris siue spiritualis, pax temporalis, &
Ps. 76. Gal. 5. Ioan. 14. pax æternitatis. De pace peccatorum dixit psalmista. Zelaui sup iniquos pacem peccatorum videns. Et de pace iustorum dicit Apostolus. Fructus spũs est, charitas, gaudiũ, pax patiẽtia. Hanc reliquit Dñs apo- *Ps. 61. Ioã. 14.*
stolis, dicẽs, Pacẽ relinquo uobis. De pace tẽporis inquit ꝓpheta. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantis pacis. De pace æternitatis, dñs dicit Apostolis. Pacem meã do nobis, non quomodo mundis dat, ego do uobis. Pro hac triplici pace ter oramus in missa Primo in hac oratione. Hãc igitur, ibi, diesq; nostros in tuã pace dispone. Secundo, in oratione libera nos, ibi. Da propitius pacem in diebus nostris. Tertio in pax dñi, ibi. Da nobis pacem, ut de pace temporis, per pacẽ pectoris transeamus ad pacem æternitatis. Ob hoc etiã sacerdos in missa ter osculatur altare, videlicet in prin. canonis, dicens. Vti accepta, &c. & in orõne, Supplices, & post orõnem dñe Iesu Christe, qui dixisti apostolis, licet quidam nouies osculentur, vt sui adiutoriũ ad hoc impetrandum nouem choros vel ordines angelorum, in quibus oẽs sancti locati vel locãdi sunt, inuocent, vel inducãt, uel hoc faciunt, quasi gratias agẽtes de nouẽ ordinibus quos quilibet sacerdos gradatim susceperit. ¶ Circa huiusmodi † altaris os- 6
cula notandum est, q̃ sacerdos ea facit tribus tẽporibus in missa iuxta tria, quibus indiget, & alia tria ab eo in altari agenda. Primo. n facit quædam oscula ante collocationẽ hostiæ & calicis, ſ. qñ primo ad altare accedit, quando ad primum collectã dicturus est, dñs vobiscum, & iterũ post Euãgelium dicturis Dñs vobiscum, qui oscula facit, vt fiat dignus minister in sacrificando. ¶ Secundo facit alia post collocationẽ calicis, & hostiæ prius, quam cõicet, ſ. dicturus, Orate fratres &c. & quando in canone dicitur. Vt accepta, & qñ dicit. Ex hac altaris participatione, & finita oratione illa. Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis, quæ facit, ut sit iustus in Christi corpore recipiẽdo. ¶ Tertio uero facit alia, postquam communicauit, ſ. dicturus dominus uobiscum, ante & post communionem, & completa oratione, Placeat tibi sancta &c. quæ facit, ut sufficiẽs inueniatur gratia Domino Deo pro receptis referenda. Verum oscula, quæ fiunt ante collocationẽ hostiæ & calicis, & ea quæ fiunt post communionem, fiunt super altare uidelicet in medio eius. Cum enim

Universidad de Deusto Biblioteca

sacerdotis dignitas & authoritas in sacrificando, nec nō sufficiētia ab referēdas gratias de acceptis, sit solū à Deo à quo nostra sufficientia est, idcirco ante calicis, & hostiæ locationem, & postquā cōmunicauit, osculatur medium altaris, per qđ propter virtutem consecrationis & vnctionis ibi in missa altaris factæ maxime representatur Deus, in quo vniuntur extrema.

Oscula verò, quæ fiunt post calicis & hostiæ collocationē inter quam cōmunicet, fiunt à sinistris calicis, prope hostiam. Ad hoc enim ꝙ sacerdos sit iustus in sacrificādo, requiritur non solum actio diuina, verumetiam sua. vnde Aug. Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Requiritur ergo dispositione ex parte sua, quod fit, si non resistit diuinis monitionibus, sed infusio gratiæ fit ex parte Dei, ideoq; oscula, quæ fiunt ante communionem, non directe fiunt in medio altaris. Rursus illud quod est ex nobis in iustificatione nostra est, quid diminutiuum, & est modicum respectu eius, quod ex Deo est, merito ergo fiunt à sinistra parte calicis, quæ est pars diminuta & obliqua respectu dextrę. Fiunt tamē iuxta hostiam, tum quia in iustificatione plura & nobiliora sunt à Deo seu à Christo, tum quia etiā illud, quod à nobis est, potius haberet rationem mali, quam boni, nisi quodammodo esset à Deo per gratiam præueniētē elicitum, regulatum, & acceptum. ¶ Potest etiam secundo dici, ꝙ ideo quando calix & hostia non sunt super altare, oscula fiunt in medio altaris, videlicet directe super locum crucis, ex chrismate in ipsius consecratione factæ, quia Christus stans in medio discipulorum suorum dixit eis, Pax uobis, quæ pax per ipsa oscula designatur. Tertio, ad designādum, quod sicut habetur in Cantici. Christus ascensum in cruce purpureū ideſt sanguine rubricatum media charitate monstrauit, quæ charitas per osculum designatur, quæ etiam media dicitur, quia communis omnibus, pro omnibus. n. uoluit pati ex charitate. ¶ Porrò † fiunt oscula ipsa manibus super altare depositis.

Ioā. 20.

Can. 1.

7

Primo ad notādam, ꝙ charitas per osculum designata operibus debet initi, nam secundū Grego. Operatur magna, si est, si autem tenuit operari, amor non est. ¶ Secundo, ad notandum, quod in altaris sacrificio sacerdos omniū tēporalium curā deponere, & solum ipsi sacrificio affixam mētem debet habere. Tertio ad designandum, quod ad hæc opera eius non sufficit, ꝙ solum Dei misericordia obtinetur. Ad huc nonnulli in locis ipsis osculandis signum crucis cum tribus extensis digitis prius imprimunt, tum quia omnia in fide Trinitatis agenda sunt, tum quia regulariter quicquid ori applicandum est, debet prius crucis signaculo insigniri. ¶ Et quanquam altaris mensa consecrata fuerit, & alia multa crucis signa in ipso missæ officio præcesserunt, non tamē hoc superfluū, tum quia non rōne ipsius loci, sed rōne operis in loco ipso fienda fiunt, tum quia quantumcunq; altaris mensa fuerit consecrata, nescitur tamen qđ in loco ipso maligno spiritui permittatur à Deo, alia etiam multa signa prius facta non rōne loci, sed rōne consecrationis corporis & sanguinis Christi facta fuerūt. Alij tamen in penultimo & finali Dominus uobiscum, nec osculantur altare, nec in illo imprimunt signū crucis, sed se solū ante faciem suam signat, & bene, tum quia per altaris osculum, qđ in fine missæ fit, intelligitur sacerdos omnia præcedentia approbare, & eis toto mentis affectu essentire, tum quia per corporis Domini præsentiam omnis immundus spiritus à loco ipso credendus est aufugisse. De osculo etiam altaris & libri, sub titu. de osculo altaris dictum est.

7

ADNOTATIO.

Dicitur λατρεια) Paulus ad Roma. 12. Rationabilē cultū, quē Deo præstare debemus, τὴν λογικὴν λατρειαν appellat & θυσιαν ζωσαν αγιαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, hostiam viuentem, sanctam, acceptamque Deo. Cæterum enim ille omnem victimarum imolationem & oblationem, omnem item idolorum seruitutem aspernatur, abhorretque. N.D.

SVMMA.

1 *Canonis quinta pars. Quam oblationem & eius expositio & nu. 7.8.10.11.13.*

2 *Iudas quarta feria immane sacrilegium perpetrauit.*

Cruces

3 *Cruces quinque facit sacerdos in quinta Canonis parte. Et quid, illa designent. 4.5 6.*

9 *Rationale & Rationabile, qui differant.*

12 *Hostia dicitur salutaris, rationalis, acceptabilis, & rata. Et quibus id ipsum rationibus.*

De quinta Canonis parte. Cap. 40.

QVAM oblationem &c. Quinta † pars in qua sacerdos accedit ad dñici corporis cōsecrationem, dicēs. Quam oblationem, ideſt terrenā materiam, ad corpus tui filij destinatam, tu Deus quæsumus in omnibus, ideſt, tota cogitatione, tota mente, & toto intellectu, digneris facere benedictam &c. Sanē quarta feria Iudas† vnus ex duodecim à diabolo supplantatus immane sacrilegum perpetrauit, dum filium Dei. 30. argenteis vendidit Pharisæis in recompensatione damni, quod incurrerat propter effusionem unguenti. Quare, inquit, hoc unguentum non uenditum, trecentis denarij & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eū, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, asportabat. Quilibet autem argenteus ualebat decem denarios vsuales, & ita damnum unguenti, quod valuerat trecentos denarios, triginta compensauit argenteis. Si verò dicamus argenteos fuisse denarios vsuales, dicemus quod Iudas uendidit Christum quasi uile mancipiū triginta denarijs, q sunt decima trecētorū denariorū quos ualuerat unguentū, propter qd dominus despectiuē loquitur, per prophetā. Appēderunt (inquit) mercedem meam triginta argenteos, pretium appretiati, quo appretiatus sum ab eis. Ad designandum † ergo pretij quantitatem quo Christus uenditus est, sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam & calicem, cum dicit, benedictam, adscriptam, & ratam, nam & trecenca pariter & triginta multiplicationem suscipiunt à ternario, postmodum autem ad designandam uenditionem & emptionem, duas cruces imprimit sigillatim, unam super hostiam, & alteram super calicem, cum dicit. Vt nobis corpus & sanguis fiat. q. d. Illa uenditio fuerat maledicta, præscripta, irrita, iniqua, & detestabilis, sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, adscriptā ratā, rationabilem, & acceptabilem. Iudas enim dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionē, & elongata est ab eo, sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, per quam nos in cœlestibus benedicas. Iudas deletus est de libro viuentium, & cum iustis non scribetur. Sed tu Deus hāc oblationem digneris facere adscitam, per quam nos inter electos adscribas, Iudas laqueo se suspendit, & episcopatum eius accepit alter. Sed tu Deus digneris hanc oblationem ratam, per quam ratum sit nostræ salutis promissum vel rata, quo ad confirmationem in omnibus bonis, ne sicut Cain offeramus, qui se non Deo, sed diabolo obtulit sacrificium. Item Iudas exiuit condemnatus, & oratio eius facta est in peccatum. Sed tu Deus, hanc oblationem facere digneris rationabilem, ideſt, ratione plenam, per quam rationabile fiat nostræ seruitutis obsequium. Iudas quoque reddidit malum pro bono, & odiū pro dilectione retribuit. Sed tu Deus, hāc oblationem facere digneris acceptabilem per quam nos tibi reddas acceptos. ¶ Secundo fiunt tres cruces † communiter super oblatam & calicem, quia Christus tria communiter regit circa panem & uinū, videlicet accepit, benedixit, & dedit. Postmodum specialiter facit unam crucem super oblatam, quia dixit. Comedite, hoc est corpus meum, & alteram super calicem, quia dixit. Bibite, hic est sanguis meus, & secundum hunc sensum rectè subiungitur. Qui pridiè, quàm paterentur &c. ¶ † Tertio fiunt tres cruces, quia Iudas uendidit Christum ad crucifigēdum tribus, scilicet sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis. Ad notandum ergo communiter tres emptores, facit sacerdos tres cruces communiter super oblatam, & calicem, dum dicit, benedictam, adscriptam, & ratam. Ad notandū uero discretè venditorem & uenditum, uel tradentem & traditum, facit duas cruces discretè super oblatam & calicem, cū dicit. Vt fiat corpus & sanguis. ¶ Quartò tres † primæ cruces notant, quod factum est

1

2

Ioan. 21

Zac. 11.

3

4

5

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

est. esse ex uirtute crucifixi. Vel significant tres dies, quibus Christus prædicauit post Dominicā in ramis palmarum, uel triduū quo in sepulchro quieuit, vel tria loca corporis in quibus passus est, ideſt, manus, pedes, & latus. Duæ verò sequentes significant diuinam & humanam naturam, vel quod Christus in anima & corpore passus est. Et fiunt quinque in figuram, quod Christus quinque vulnera habuit, uel in quinque crucibus tempus legis exprimimus, qđ quinque libris distinguitur, & in quolibet Christi passio, denotātur, quę lex quinque personis regebatnr, scilicet iudice, rege, principe, propheta, sacerdote, quibus Christus assimilatur. Possunt quoque præmissa verba secundo modo sic expon.

7 Petimus, vt Deus hanc oblationem † faciat benedictam, adscriptam, & ratam, ideſt, vt eam consecret, approbet, & confirmet in rationabilem hostiam, & acceptabile sacrificium, ait ut nobis, ideſt, ad nostram salutem panis fiat corpus, & unum sanguis dilectissimi filij tui Domini nostri Ie

Mat. 3. su Christi, Patri quidem dilectus est filius sicut pater de cœlo testatus est, dicens. Hic est filius meus dilectus &c. & nos eum diligere debemus, quia ipse prior dilexit nos.

8 & pro nobis passus est. ¶ † Tertio modo sic. Quæsumus, ut tu Deus hanc oblationem facere digneris benedictam, ideſt, ut à te spiritualiter benedicatur. Vnde uirtute patris nostri fuit benedictus fructus uirginis Mariæ, adscriptam, ideſt, talem quæ de memoriā tui nulla possit obliuione deleri, ratam, ideſt, talem quæ de beneplacito tuo nulla possit obliuione conuelli, rationabilem, ideſt, talem, quæ tuæ diuinæ ra-

9 tioni conueniat. Differt enim † inter rationabile & rationale, rationabile dicitur, quod de ratione procedit rationale uerò dicitur, quod vtitur ratione, vnde & liber iste. Rationale uocatur, quia eorum: quæ in ecclesiasticis officijs aguntur, rationes continet. Acceptabilem, ideſt, ut per eam tibi Deo acceptemur.

10 ¶ Quarto modo sic. † Digneris facere benedictam, ideſt, Spiritussancto replere: ad scriptā. i. diuinitati adscribere, ratam, i. in veritate, ut ad salutē sufficiat solidare, rationabilem, ideſt, in nostra fide, acceptabilem, ideſt, in nostra deuotione. ¶ Quinto modo sic. quam † oblationem tu Deus 11 omnipotens digneris facere in omnibus benedictā, hoc est trāsferre in eam hostiam quæ est omnimode benedicta, ad scripta rata, rationabilis, & acceptabilis. benedicta dicitur hostia salutaris, i. ab † oī causa 12 maledictionis immunis, tā originale, quam actuali, tam criminali, quam ueniali, sicut Elisabet inquit ad virginē Benedictus *Luc. 1* fructus uentris tui. adscripta dicitur, ideſt figuris, & scripturis ueteribus designata. tam in agno paschali, q̄ in manna cœlesti, tam in Isacc immolādo, quam in Abel immolato, quoniam (ut inquit Ioannes.) Hic est agnus, qui occisus est ab origine mundi. Rata dicitur quasi nō transitoria, sicut uetus lex, quæ cessit, ubi noua successit, sed quæ permanet in æternū secundum ordinem Melchisedech. Rationabilis dicitur, quasi non pecualis, sicut erat legalis, quæ sanguine taurorū, & hircorum non poterat a peccato mundare, sed quæ sanguine proprio conscientias emundat ab operibus mortuis. Acceptabilis dicitur, quasi *Heb. 9.* non illa, de qua dicit propheta. Sacrificiū *Psal. 39* & oblationē noluisti, sicut Dns ait. Non *Psal. 40* accipiam de domo tua uitulos, neque de *Ps. 115.* gregibus tuis hircos: sed illa, de qua dicit *Ps. 49.* Psalmista. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Vnde dns ait, Sacrificiū laudis honō- *Mat. 5.* rificabit me. Et secundū hanc dispositionē *1. Ioā. 4.* recte subiungitur, vt † fiat corpus & sanguis dilectissimi filij tui Dñi &c. Patri. n. 13 dilectus est filius. Iuxta illud. Hic est filius meus dilect. &c. & nos eum dilige debemus, quia ipse prior dilexit nos, & passus est pro nobis. Aug. uero sic exponit. Benedictam, per quam benedicimur, Adscripta per quam in cęlo omnes adscribimur. Ratā, per quā in visceribus Christi, ideſt, de corpore Christi, qđ est ecclesia, censemur. Rationabilem, per quā à bestiali sensu ex tuimur. Acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicemus per hāc acceptabiles eius unico filio sumus, subiungens, quod sacerdos Euangelistarū uerba assumens, dicit. Qui pridie, quam pateretur, &c. Amb. dicit q hæc uerba. Quam oblationē adscriptam, rationabilem &c. sunt uerba Euangelistæ vsque ibi, Accipite & manducate, & bibite ex hoc omnes. Alij uero dicunt, quod Alexander Papa Primus addidit canoni uerba

verba illa. Qui pridiè, vsque. Hoc est corpus meum.

S V M M A.

1 *Canonis sexta pars, qui pridiè quàm pateretur, ab Alexandro Papa adiecta. Et eius partium interpretatio. & nu. 12. 14 39 44 45.*
2 *Christus passus est sexta feria.*
3 *Eucharistia datur post baptisma, sicut olim manna post transitum maris rubri, & quid Eucharistia.*
4 *Hostia unde dicatur.*
5 *Melchisedech panem & vinum offerens primus illum sacrificij ritum exercuit.*
6 *Panis in sacrificio debet esse de frumento, & vinum de vite.*
7 *Panis sacrificij debet carere sale. Et de eius forma nu. 8.*
9 *Panis sacrificij non debet esse fermentatus, sed azymus.*
10 *Graeci sacrificant ex fermentato pane falso ducti errore.*
11 *Sacrificans in fermentato an conficiat.*
13 *Consecrationis forma cur alia utatur ecclesia, quam fuerit tradita ab Euangelistis.*
15 *Sacramenti fractio. Et an Christus prius fregerit, quàm consecrari, aut contra. Merè diuina, et paradoxa.*
16 *In Christi corpore, unde miracula considerantur, qua percurrit Author per discursum nu. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23 24. 25. 26. 27.*
28 *Gregorius Papa, cum ministraret hostiā matronæ ridenti & incredulæ, oranit pro ea.*
29 *Hugo de Sancto Victore quid responderit fratribus, simplicem sibi offerentibus hostiam.*
30 *Corpus Christi sub alia specie sumitur, quinque potissimum de causis.*
31 *Panis fractio in altari, et eius intellectus*
32 *Sacramentum mure corrodente, quid comedatur. Item quid incineratur, dū sacramentum crematur nu. 33.*
34 *Christus, quale corpus suum dedit in cena mortale, an immortale, passibile, an impassibile, & nu. 35.*
36 *Iudas an cum alijs Apostolis corpus Christi sumpserit. In utramque par-*
tem rationes probabiles.
37 *Eucharistiam an debeant negare homini criminosa & sceleſto sacerdos, distinguitur.*
38 *Inde Christus ne dederit sacramentum ad bonum, an ad malum potius eius.*
40 *Christus manu sua cōicauit Apostolos.*
41 *Corpus Christi sumptum & comestis qd.*
42 *Corpus Christi non violatur in secessu, nec uomitu.* 14
43 *Panis an consecratus prius, quam uinum, aut ecōtra, aut simul & una.*
46 *Sacramenti formæ nihil est addendum detrahendum trasponendum, aut mutandum.*
47 *Sacerdote uno deficiente quouis casu, post consecrationem, an alius debeat totum uel partem supplere.*
48 *Conficerari una species tantum & seorsum an possit.*
49 *Vino in calice pratermisso, quid agendum sacerdoti.*
50 *Sacerdotibus pluribus uni episcopo concelebrantibus, an ille solus conficiat, qui primitus pronunciat verba.*
51 *Corpus Christi cur eleuatur post consecrationem latè & maximè nu. 52.*
53 *Campanula, cur pulsetur in eleuatione Sacramenti.*

De sexta parte Canonis. Cap. 41.

QVi pridie, quam pateretur &c. Sexta pars, & hæc uerba dicitur † Alexander Papa. Primus addidisse, vt sup- 1
missum est. Quod autem hoc loco agitur, representat id, quod Christus in cœna fecit, & est sensus horum uerborum. Qui pridie quā pateretur, ideſt una die ante, quam ipse passus est pro nobis, uoluit tradere discipulis suis corporis & sanguinis sui mysterium, ut illi traderent nobis. Quintadecima † namque die primi mensis, qui tūc 2
extitit sexta passus est Christus, & precedente nocte, uidelicet decimaquarta luna primi mensis ad uesperam ut legis scripturam implorēt post typicum Paschā. corporis, & sanguinis sui sacramentum instituit, & ecclesiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat præfigura-

Universidad de Deusto Biblioteca

Exo. 10. tum in Exod. 10. die mensis primi tollat vnusquisque agnũ per familias & domos suas, & seruabit eum usque ad quartã decimam diem mensis huius, immolabitque cũ uniuersa multitudo filiorum Israel ad uesperam, & sument de sanguine agni, ac ponent super utrumque postem, & super liminaribus domorum, in quibus comedẽt illum, & post pauca. Est.n. Phase Hebraice, πασκα Græce Latine trãsitus Do
3 mini. ¶ †Illud autem notandum est, ꝙ sicut manna data fuit Hebræis post transitũ maris rubri iam submersis ægyptijs, sic Eucharistia datur Christianis post absolutionem baptismi, iam deletis peccatis, ut per baptismum emundemur à malo, per Eucharistiam confirmemur in bono sicut enim manna populum illum per uastitatẽ inuidiæ solitudinis ad terrã promissionis produxit, sic Eucharistia populum istum per incolatum uitæ præsentis ad patriam paradisi perducit, sic dicta, quia non aliud inuenitur uocabulum, quo digne tantum sacramentum ualeat appellari, nisi ꝙ Græce melius dicitur εὐχαριστια quod latine exponitur secundum Isid bona gratia, uel secundum alios, dator gratiæ. Viaticum quoque recte appellatur, quia deficientes in uia, deducit ad patriam. Sicut.n. filijs Israel à transitu maris rubri manna non defuit, donec uenirent ad terram promissionis, ita & fidelibus renatis per baptismum rubricatum, & sanctificatum sanguine Christi non deficiet Eucharistia, donec ueniet finis huius seculi. Sed hæc tunc, nisi quod ad hoc, quia ulterius non sumetur sub specie, sed uidebimus Deum facie ad
4 faciem. Hostia† uero secundum Hebræos dicitur ab hostio, quoniã ad hostiũ tabernaculi offerebatur. Sed secundum Gentiles dicitur ab hoste, quia denũtis hostibus fiebat hostia, ideſt, sacrificium, & victima pro uincendis, de quo dictum est sub titulo de oblatione. Dicitur quoque hostia imolatio, quia ibi Christus sacramentaliter, imolatur, qui semel in ueritate, p peccatis imolatus est in crucẽ, quod tractum est a mala, quę fieri solebat de quodã genere frumenti, quod far seu ador dicitur. Quod ergo in manna præcessit, in Eucharistia consumat, nam quantamlibet quisque partẽ accipiat, totã percipit Eucharistiam, sicut euenit de manna, quia nec qui plus colligerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis ille cœlestis, de quo Sapiens protestatur. Panem de cœlo præstitit sine labore, omne delectamentum in se habẽtem, & omnis saporis suauitatẽ, quod de se Christus exponẽs. Ego (inquit) sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et est notãdum, quòd in ecclesia communicatur corpus Christi sumendo pacem, dando panem benedictũ, & benedictionem suscipiendo, ut dicetur sub titulo de pacis osculo. Qui autẽ vult communicare, debet timorem, fidem, & dilectionem habere. de consecr. di. secũda timorem. Sequitur. Accepit panem &c. Hunc sacrificij ritum Melchisedech legitur celebrasse primus, offerens panẽ & uinũ. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Vnde Dauid inquit ad Christũ, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech &c. Sacrificium igitur euangelium præcessit legale, non solum dignitate, sed etiam tempore, sicut Apostolus plenius ostendit in epistola ad Hebræos. Ideo uerò panem & uinum in sacrificium corporis & sanguinis sui Christus instituit, ut in sumptione corporis, & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio, quia sicut præ cæteris cibis, & potibus corporalibus panis cor hominis confirmat, & uinum cor hominis lætificat, ita & corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potibus spiritualibus interiorem hominem reficiunt & satiant, unde, Populũ tuum inebrians, quam præclarum est. In his enim duobus plena consistit, & perfecta refectio, sicut ipse testatur. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. De hoc etiam dicetur in septima particula super uerbo. Hic est calix. Cæterum † panis debet esse de frumento, uinumque de uite, quia Christus semetipsum comparauit frumento cum ait. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et uitis, cum dixit. Ego sum uitis uera. Ipse etiam fuit racemus torculari crucis præcissus. Vnde Esa. 63. Vestimenta tua, sicut

Exo. 10 *Sap. 16.*

Ioann. 6:

Gen. 14

Ps. 109:

Ps. 22.

Ioan. 6.

sicut calcantium in torculari. Porrò nec racemus uuæ, nec granum frumenti debet offerri, nisi uel expressum in uinum, uel redactum in panẽ, de cõs. dist. 2. cũ omnẽ. quia Christus & panẽ se dicit, & frumento se comparat. In canone tamen Apostolorum in Bucardo lib. 5. cap. ſi quis. ita canitur. Si quis episcopus, vel presbiter præter ordinationẽ Dñi alia quædam in sacrificio offerat super altare, scilicet mel, aut lac, aut pro uino sicerã, aut confecta quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legitimam constitutionem faciens, deponatur. de hoc dictum est sub tit. de ob-
7 latione sacerdotis. ¶ Non † debet etiam in pane ipso poni sal: quamuis quidam hæretici contra faciant, propter illud, quod scriptum est. Quicquid obtuleris sacrifi-
Leuit. 2 cij sale condies. & illud. Non auferas sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. & illud. In oi oblatione tua offeres sal, Et Euangelio. Omnis victima salietur
8 quæ de sale discretionis, non materiali intelliguntur. Panis autem † hic formatur in modum denarij, tum quia panis uitæ pro denarijs traditus est, tum quia idem denarius in uinea laborantibus in præmium dandus est, & in forma rotunda, ut dictum est sub tit. de oblatione. In hoc enim pane sæpe scribitur nomen & imago Imperatoris nostri. de consecr. q. 1. q quidam in fine, quia per eum ad imaginẽ Dei reformamur, & nomina nostra in libro uitæ scribuntur. Nonnulli etiam ibi agnum figurãt, tum quia is, qui imolatur, uerus est agnus, tum etiam, propter illud quod legitur Exod. 29. Hæc quidẽ facies in altari, offerres agnos iugiter & uinum
9 ad libandũ in agno. ¶ Panis † quoq; nõ fer-
Exod. 12 mentatus, sed azymus in sacrificium debet offerri, tum ratione facti, tum ratione mysterij Scriptum namque est in Exo. prima & decimaquarta die primi mensis ad uesperã, comedetis azyma usq; ad diẽ 21 eiusdem mensis ad uesperam. Item septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus. Item, qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel. Item, omne fermentatum non comedetis. Item, in cunctis habitaculis nestris comedetis azyma ¶ Cum ergo Christus die quartadecima primi mensis ad uesperam cœnauerit cum discipulis, & agnum paschalem comederit, & utique ritu legali cũ azymis panibus & lactucis agrestibus, constat ꝙ ea hora fermentatũ non inueniebatur in domibus Hebræorum, & ita panem azymum in corpus suum absq; dubio consecrauit. Cum.n. fermentũ corruptionem significet. Vnde secũdum Apostolum. Modicum fermentum totam *2. Cor. 5* massam corrumpit, ut nihil corruptum uel corrumpens, totum syncerum, atque synceras in hoc esse sacramento monstretur, non fermentatum, sed azymum cõsecramus. Iuxta illud Apostoli, Pascha nostrum imolatus est Christus, itaque epule- *1. Cor. 5* mur nõ in fermento ueteri, sed in azymis synceritatis, & ueritatis. ¶ Græci † tamen 10 in suo persistentes errore de fermentato cõficiunt, Latinos azimitas uocantes, cum ipsi uerius fermentarij ualeant nuncupari. Dicunt.n. in Parasceue lunã. 14. extitisse, in qua uerus agnus est imolatus, ut legis impleretur figura, quæ 14 Luna primi mensis paschalem agnum iusserat imolari. Dñi igitur eo die se passurum esse prænoscens, in præcedenti uespera, necessitate ductus, anticipauit comedere pascha, & quia tunc licitè operat comedere fermentatum, ideo & ipsũ corpus Domini de fermentato cõficiunt. Dicunt enim, quòd cum beata uirgo Maria prægnãs fuerit de Spiritu sancto, recte per fermentatum significatur Domini incarnatio, propter uirginei uteri tumorem. Sed responderi potest, quòd non offerimus in sacrificium uirginis uterum, nec ille est ad transubstantiandum necessarius, sed fides, & Dei uerbum. ¶ Sed † nunquid conficit, qui fer- 11 mentatum, uel azymum simul & fermentatum, hodie apud nos sacrificat, & uidetur quòd non, cum Christus azymum cõsecrauerit, quando sacramentum instituit, vt dictum est. Præterea, vt iam dicetur, Ecclesia à beatis Petro & Paulo hunc sacrificij ritum accepit. Quidam tamen contra dicunt, præsertim si negligentia uel ignorantia hoc facit, extra de celeb. miss. cap. fi. Nam & legitur in Leuitico, Offeretis panes fermentatas, cum hostia gratiarum, qui offerentur pro pacificis. Item in Pen- *Leuit. 7.* tateuco legitur. Offeretis panes primitiarum, de duabus decimis fermentatæ simi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Leu. 13. læ & multis cum fermentato sacrificanti-
12 bus ecclesia communicat. ¶ † Sequitur. Ele
uatis oculis in cœlum &c. Per hoc, q̃ Chri-
stus oculos in cœlum leuauit, insinuat no-
bis se habere à patre, quod habet, quodq; in principio nostrorum operum debemus dirigere mentis oculos ad Dominum, tanquam ad doctorem omnium operum bonorum. Item per hoc quod oculos ad cœlum leuauit, & patri gratias egit, docuit nos, quod semper patri supplicare debemus, vt hoc tam magnum sacramentum per manus nostras perficere dignetur.

13 ¶ Hic autem † tria commemorantur, quæ nullus euangelistarum describit, uidelicet Eleuatis oculis in cœlum &c. vsque, discipulis suis. Item, æterni testamenti. Item, mysterium fidei, quis ergo tãtæ audaciæ, extitit, vt hoc de corde suo tentauerit interponere. extra de celebr. missarum Marthæ.

¶ Sane formam istam uerborum ab ipso Christo acceperunt Apostoli, & ab ipsis Ecclesia. Multa quidem tam de uerbis, quam de factis Dominicis propter breuitatem prætermiserunt Euangelistæ, quæ tamen Apostoli supplenerunt, ut est, quod Apo. ait in epi. 1. Corin. 15. Visus eo plusquam quingentis fratribus simul, deinde visus est, & Iacobo, deinde Apostolis omnibus, nouissime autem tanquam abortiuo visus est & mihi. Nam & inter ipsos Euangelistas quædam omittuntur ab uno, quæ supplẽtur ab alio, vnde cum tres Euangelistæ cõmemorent. Hoc est corpus meũ, solus Lucas adiecit, quòd pro uobis tradetur. Et cum Matthæus & Marcus dicant, pro multis, Lucas dicit pro uobis. Matthæus addidit in remissionem peccatorũ.

14 ¶ Sequitur, Gratias agens &c. Hic colligitur unde sacrificium laudis dicatur. Dicitur enim sic. Christus gratias agẽs &c. illud instituit. Gratias autẽ agebat non pro se, sed pro nobis, ideſt, pro reparatione eorum futura, de hoc dictum est in secunda particula, super verbo, p̃ quibus benedixit &c. Benedixit. n. benedictione cœlesti, & uirtute uerbi, qua cõuertitur panis in substãtiam corporis Christi, s. Hoc est corpus meũ. Et in prolatione huius verbi, fit crux super panẽ quæ significat, q̃ Christus passus est etiam in natura, totus enim passus est & secundum animam, & secundum corpus, ut dicetur in 11. particula super uerbo, & præstas, ut totum hominem redimeret. Quia enim Christus accepit panem & calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas, utrunque benedixit, ideo sacerdos Christi exemplo panem & calicem in manus accipiens utrunque per se crucis signaculo benedicit, quæ duæ cruces innuunt tempus cœnæ, & tempus gratiæ, in qua duo parietes in angulari lapide coniungũtur, uel quod Gigas geminæ substantiæ crucifigitur. Cum autem ad prolationem uerborum istorum Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus, sacerdos conficiat. de consecratione dist. 2. panis est credibile iudicatur, q̃ & Christus eadem uerba dicendo confecit. ¶ Verum † cum Dominus 15 prius fregerit, quam consecrauerit, videtur, q̃ ecclesia, quæ prius consecrat, quam frangat, aliter agat, quam Christus egerit, & sic peccat, quoniam eius actio nostra debet esse imitatio. 21 q. 1. exemplum. Super hoc dixerunt quidam, q̃ Christus post benedictionẽ & consecrationem fregit, nam tunc confecit cum benedixit, literam hoc ordines construentes. Accepit panem, benedixit, iubaudiendum est, dicẽs. Hoc est corpus meum, & tunc fregit, & dedit, & ait, accipite, & comedite, & iterauit, hoc est corpus meum. Prius ergo protulit hæc uerba, ut eis uim conficiendi tribueret, deinde protulit eadem, vt Apostolos formam conficiendi doceret. Alij dixerunt, quod etiã Christus prius fregit, quam consecrauit, nam prius benedixit, & postea fregit, & demum protulit uerba illa, Hoc est corpus meum &c. & tunc dedit, secundũ hoc & sacramentorum confecit, & formam instituit post benedictionem, cum dixit. Hoc est corpus meum, intelligentes illam benedictionem fuisse, uel aliquod signum, quod super panem impressit, uel aliquod quod super panem expressit, quibus illud uidetur obsistere, quod prius fregit, quam dixit. Hoc est corpus meum, nec est credibile, quod prius dederit, quam confecerit. Sane dici potest, quod Christus uirtute diuina nobis occulta primo confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicunt. Ipse nanque uirtute propria benedixit, nos uero ex illa uirtute, quam indidit uerbis, Cum ergo sacerdos illa

Psa. 108

Christi

Christi uerba pronunciat. Hoc est corpus meũ, & hic est sanguis meus, panis & uinum in carnẽ & sanguinem conuertuntur, illa uerbi uirtute, qua uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, quia dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, qua fœminã mutauit in statuã, & uirgam conuertit in colubrem, qua fontes mutauit in sanguinem, & aquã conuertit in uinum, Nam si uerbum Heliæ potuit ignem de cœlo deponere, nonne uerbum Christi poterat panem in carnem mutare certe maius est de nihilo creare, quod non est, quã quod est in aliud trasmutare. de consec. dist. 2. re uera. & cap. panis & incomparabiliter maius est, quam Deus ita factus est homo, quod non desit esse Deus, quam quod panis ita fit caro, quod desinit esse panis. Illud per incarnationem semel factum est, istud per consecrationem iugiter fit. Ad prolationem ergo uerborum panis diuinitus transubstantiatur in carnem, diuina enim & materialis huius sacrificij substantia est uerbum, quod accedens elementum perficit sacramentũ, sicut uerbum carni unitum effecit hominem Chri-
16 stum. ¶ Notandum † est autem, quod in corpore Christi undecim miracula considerantur, de quibus expressa reddi ratio non potest, licet, simul tudinarie rationes
17 ad hoc deseruiant. ¶ Primum † est, quod panis & uinum transubstantiatur in corpus, & sanguiné, de quo iam rationes positæ sunt. Alia etiam ratio huic deseruit, quia & cibus & potus corporalis fit caro, & sanguis mediante natura, multo ergo fortius ipsa natura, scilicet Deus, immediate facere potest, q̃d panis conuertatur in corpus suum, & uinũ in sanguinem.
18 ¶ Secundũ † est, q̃ quotidie panis trãsubstãtiatur in corpus, & nullum sit augumen-
Ioan. 2. tum in Deo, ratio huic deseruit, quia &
Ps. 140. si scio aliquod secretum, quod pluribus
Exod. 4. manifesto, licet illud omnes illi me reuelante sciant, tamẽ in me solo siue in mente mea nullũ propter hoc fit augmentum.
19 ¶ Tertium † quia quotidie sumitur, & comeditur, nec aliqua sit eius diminutio ratio, quia & si de lumine meo lumina mille sumãtur, nil deperit in meo, nam & uidua Sareptana comedebat, & nunquã diminuebatur farina de hyridia, nec oleum de lechito. ¶ Quartum † est, quia indiuisi 20
bile diuiditur, & in qualibet parte eucharistiæ totus & integer remanet. ratio in speculo, in quo aliquid representatur, & si diuidatur per partes, in qualibet parte idem representatur, ut dicetur in sequentia particula super uerbo. Simili modo.
¶ Quintum † quia à criminosis sumptum 21
non coinquinatur. ratio, quia nec sol transiens super loca fœtide coinquinatur. 19. distin. secundum ¶ Sextum quia † corpus 22
Christi, quod est cibus uitæ, peccatoribus est mortale, ut dictum est in proœmio huius partis ratio, quia & infirmis & debilibus corpore bona cibaria, ut capones, & bona uina, sunt nociua. ¶ Septimum, quia † sumptum à sacerdote & quo 23
libet alio ore clauso in cœlum rapitur. de consecra. dist. 2. quia corpus, in princi. ut iam dicetur super uerbo, Accipite. ratio, quia de corpore uirginis incorruptæ Christus exiuit, quia etiam de monumento clauso surrexit, cum sit res simplicissima, & ostio clauso in locum, ubi erant Discipuli, intrauit. ¶ Octauum, † cum sit 24
corpus immensum, quod in tam parua hostia stat. ratio, quia & pupilla oculi, quæ minima est, magnum montem apprendit. ¶ Nonum, † quia idem corpus to- 25
tum simul in diuersis locis consistit, & à diuersis percipitur & uidetur ratio, quia & uerbum hominis semel prolatum, iuxta uocis naturã, totũ simul est in auribus diuersorum. Præterea, qui fecit corpus & locũ utrunq; fecit in altero esse, ut vult. Rursus, luna & sol, & lumen in diuersis locis à diuersis uidẽtur. ¶ Decimũ † quia pa 26
ne transubstantiato, remanent accidentia panis s. tactus, color, & sapor, ratio, per similitudinem defecit hic, vt dicetur super verbo Fregit. ¶ † Vndecimum, quia sub 27
specie panis est, & sumitur corpus & sanguis Christi, imo totus Christus. Similiter sub specie uini est, & sumitur utrunque, & tamen non est ibi duplex sumptio corporis & sanguinis Christi. ratio, quia licet in uno prandio comedam ante potum, & post, non tamen dicor bis prandere, & de hoc dicetur sub 7. particula super uerbo. Simili modo. Veruntamen (sicut ait Leo Papa. de consecra. dist. 2. in quibus) Quid quæris naturæ ordinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinem in Christi corpore.cum præter naturam sit ipse natus Christus ex uirgine.
28 ¶Et nota q̃ † quędã matrona singulis diebus dominicis offerebat panes beato Gregorio, qui cum post missarum solennia corpus Domini illi offerret, & diceret, corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat te in uitam æternam, illa lasciua subrisit,ipse uero mox dextrã ab eius ore cõuertens,partem illam Dominici corporis super altare deposuit, deinde coram populo matronam interrogauit, ob quam causam ridere præsumpserit. At illa, inqt quia panem, quem proprijs manibus fecerам tu corpus Domini appellabas. Tunc Gregorius ,p mulieris incredulitate se in orationem prostrauit, & surgens particulam illã panis ad instar digiti carnẽ factã reperit, & sic matronam ad fidem conuertit. Orauit iterum,& carnem illam in panem conuersam vidit, & matronæ su-
29 mendam tradidit. ¶Legitur † quoque q̃ cum Hugo de ſãcto Victore doctor excellentissimus ultima infirmitate laboraret, corpus Domini instanter petijt sibi dari, cumque nullum cibum retinere posset, fratres eius turbationẽ timẽtes,simplicem sibi hostiã attulerunt, qđ ille per spiritũ agnoscens ait,Misereatur vestri Deus fratres, cur me deludere vultis; Iste enim quem portatis, Dominus meus non est. At illi attoniti,mox corpus Domini attulerunt, sed ipse se videns non posse recipere elevatis in cęlum manib⁹,sic orauit. Ascẽdat filius ad patrẽ,& spiritus ad eum qui fecit illum. Eccle. ulti. Et inter hæc uerba spiritum emisit, & corpus Domini
30 inde disparuit.¶Quinque autẽ † ex causis sacramentum corporis & sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit. ¶Prima est ad augendum meritum, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud esse creditur,ut fides habeat meritum, cui humana rãtio nõ pbet experimẽtum,de prę di.4.in domo. Secunda est,ad fouendum sensum, ne abhorreat animus, quod cerneret oculus, quia non consueuimus carnẽ crudam comedere, uel sanguinem humanum bibere.de cõsec.di.2.panis est.Fouetur.n.sensus in vno, dum videlicet solita percipit, & ædificatur fides in altero dum in eo qđ uidet, quale sit illud,quod non uidet,agnoscit. ¶Tertia est,ad uitandum ridiculum,ne insultaret paganus,cũ *Mat. 15* illud ageret Christianus,ut ita veritas ad- *Ps. 136.* sit,& ridiculum desit. ¶Quarta,quia non posset mortalis homo intueri claritatem quæ est in corpore Christi, qđ expti sunt discipuli in transfiguratione,præterea panis confirmat, & vinum lætificat cor hominis. ¶Quinta non sumitur sub specie agni,ne iudaizare uideamus, & de more legali agnum offerentes. ¶Sequitur † fre- 31
git.Quęri solet,qđ Christus in mẽsa fiegit,& quid sacerdos nunc in altari f.egit? Et fuerunt,qui dixerunt,q̃ sicut post consecrationẽ uera panis remanẽt accidentia sic & uera panis substantia, quia sicut subiectum non potest subsistere sine accidentibus, sic accidentia non possunt subsistere sine subiecto,quoniã accidentis esse,nõ est aliud quam inesse, sed panis & vini substantijs permanentibus, ad prolationẽ illorum uerborũ,corpus & sanguis Christi ueracitate incipiunt esse sub illis, ita q̃ sub eisdem accidentibus utrumque uere susciptur, scilicet panis, & caro, vinum, & sanguis, quorum alterũ probat sensus, reliquum credit fides.Hic dicũt,& substãtia panis frangitur ac atteritur, inducentes ad hoc illud Apostoli,panis quem fran- *1. Cor.* gimus. Et Lucas. Vna sabbati,cum ue- *10.* nissemus ad frangendum panes &c.Et se- *Act. 20.* cundũ eos dum sacramentũ à mure † cor- 32
roditur, etiam ipsa panis substantia comeditur, sub qua corpus Christi mox esse definit, cum corrodi incipit, de consec.dist. 2. qui bene. super verbo, hoc est corpus. Innocent. III. dici in speculo ecclesiæ, quod forma panis frangitur & atteritur sed corpus Christi sumitur & comeditur, ea quæ notant corruptionem referens ad formam panis, ea uero, quæ notant acceptionem,ad corpus Christi. Berengarius quippe, quia suspectus habebatur de hæresi,coram Nicolao Papa confessus est panẽ & uinũ quæ altari imponuntur post consecrationem, non solum sacramẽtum, sed etiã in ueritate uerum corpus & sanguinẽ Christi esse & sensualiter non solũ sacramentum,sed etiam in ueritate manibus sacerdotum tractari. frangi, & fidelium dentibus atteri, non autem corpus Christi uel in partes diuiditur, vel dentibus

bus laceratur, cum sit immortale, & impassibile. Sed in qua re fiat fractio vel attritio,Beatus Augu. de consecr. dist. 2. qui manducat ostendit,dicens. Quando Christus manducatur, reficit, non deficit, nec quando manducamus partem de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Nam & Christus carnalẽ sensum discipulorum redarguit, qui putabant carnem eius, sicut aliam carnem dividendam in partem & morsibus lacerandam. Dicitur autem forma panis, nõ quod sic sed quod fuit, sicut dicebatur Simon leprosus, non quod talis existeret, sed quia talis extiterat. Si vero quæratur, quid à mure comeditur, dum Sacramentum corroditur, uel quid incineratur, dum sacramentum
33 crematur. † Respondet ipse Innoc. quod sicut miraculosè substantia panis convertitur in corpus Domini, cum incipit esse sub sacramento, sic quodammodo mirabiliosè reuertitur, cum ipsum ibi desinit esse, non quòd illa panis substantia reuertatur, quæ transiuit in carnem, sed eius loco aliud miraculosè creatur, quamuis huiusmodi accidentia sine subiecto pos-
34 sint esse,sic edi. ¶Dedit.† Quæri solet, quale corpus Christi in cœna dedit mortale,aut immortale, passibile aut impassibile, ac cætera quæ ad hanc pertinent quæstionẽ? Et licet simpliciter fidei sufficiat dicere,quod tale dedit, quale voluit. Et rursus quale dederit, ipse nouit. Fuerunt tamen, qui dixerunt q̃ sicut ueraciter ipse idem erat,qui dabat, & qui dabatur,ita in eo quod dabat, erat passibilis & mortalis, & in eo, quod dabatur erat immortalis, & impassibilis, sicut visibiliter gestabat,& inuisibiliter gestabatur, inuisibiliter inquam, quantum ad formam corporis,non quantum ad speciem sacramẽti. Nam in eo,quod gestabat, quod erat, hoc apparebat, in eo verò quod gestabatur, quod erat ipse,non videbatur: quia forma panis & vini velabat formam carnis & sã-
3.Reg.7 guinis.Hic est ille verus Dauid,qui coram Achis rege Geth suis manibus referebat. quoniã igitur immortalis dabatur, incorruptibiliter edebatur. Hi profecto concedunt quòd si pars aliqua sacramenti per triduum mortis Christi reseruata fuisset, idem corpus simul & iacebat mortuum in sepulchro,& manebat viuum sub sacramẽto, in ara crucis patiebatur, & sub forma panis non lædebatur.Sed quoniam incredibile iudicatur, vt secundum eandem naturam simul esset mortalis & immortalis, *Mat. 6.* quod tamen congruebat ei,secundum eãdem personam Fuerunt alij,qui dixerũt, q̃ Christus mortalis vtique fuit, non necessitate,sed voluntate,in eo,quippe,q̃ im- *2.Cor.8.* munis erat ab omni culpa, liber erat ab omni pœna,vt nil morti deberet, pro eo, q̃ nil peccati haberet.Sustinuit tamen spõte mortalitatem, quia mortem sustinere uolebat,quoniam si mortalitatem non susceppisset, omnino mori non potuisset, vt ergo probaret,quod mortalis erat non necessitate,sed uolũtate,quãdo uoluit, mortalitatem deposuit,& quando uoluit,mortalitatem recepit. Legitur in euangelio, q̃ cum Iudæi dixissent Iesum usque ad supcilium montis, & eum præcipitare vellẽt, ille transiens per medium illorum ibat.Cũ *Luc. 4.* ergo esset ducendus,teneri se,sicut passibilem tolerabat,sed cum esset præcipitãdus, sicut impassibilis,per medium illorum trãsibat.† Potest tamen salua fide concedi, q̃ 35
tunc tale ded t,quale tunc habuit,mortale videlicet,& passibile.non quod posset pati sub sacramentum,s. nunc,sed q̃ sub sacramento poterat pati,s.tunc. Nunc autem sumitur a nobis immortale, & impassibile nec tamen maiorem nunc habet efficaciã, sicut nec maiorem potentiam. Quia ergo passibilis edebatur, & tamen non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ, qua uolebat quicquid omnino uolebat.¶Discipulis suis. Dubitari solet, 36
vtrum Iudas † cum alijs acceperit eucharistiam. Lucas enim ostendit Iudam interfuisse cum alijs, qui statim post calicis traditionem commemorat dicens.Hic est calix noui testamenti in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Veruntamen etiam, *Luc. 22.* ecce manus tradentis me, mecũ est in mensa.quotquot autem interfuerunt,eucharistiam acceperunt. Marco testante, qui ait. *Mar. 14* Et biberũt ex eo omnes: Iuxta quod Christus ipse præceperat,teste Matthæo. Bibite ex hoc omnes.Econtra Iudas non interfuisse probatur. Nam ℣m Matthæum, statim dixit Iesus bibentibus calicem, non bibam amplius de hoc genimine vitis vsq;

in

Universidad de Deusto Biblioteca

in diem illum, cum illud bibam vobiscum
Ioan.13. nouũ in regno patris mei. Iudas ergo non
aderat, qui cum eo non erat bibiturus in
regno. In hoc casu fortè tenendum est il-
lud,qđ Ioannes insinuat, quia cum Iudas
accepisset bucellam,exiuit continuo, erat
enim nox,Christus autem post alios cibos
22. tradidit Eucharistiam. Luca testante, qui
ait. Similiter & calicem postquam cœna-
uit. Pater ergo,quòd Iudas prius exiuit,
quam Christus traderet Eucharistiã,quod
ergo Lucas post calicem commemorat tra
ditorem, per recapitulationem intelligi di
ctum potest, quia sæpe in sacra scriptura
quod prius factum fuerat, posterius enar-
ratur, sicut Matthæus biduo ante Pasca
commemorat alabastrum vnguenti, quod
secundum Ioan. ante sex dies Paschæ mu-
lier in domo Simonis leprosi effudit. Sed
37 †concesso, quod Iudas acceperit eucha-
ristiam,quod plerique concedunt,quare me
dicus salutaris medicinam dedit ægroto,
quam ei mortiferum esse sciebat,quoniam
qui manducat,indigne,iudicium sibi man-
1.Cor.2. ducat &c.Respondeo, forte ut suo doceret
exemplo quod sacerdos non debet illi cõ-
munionem negare, cuius crimen, etsi sit
sibi notum,non tamen est ecclesię manife-
Psal. 21 stum,ne forte non sit corrector,sed prodi-
tor. Vnde legitur in canone, de consecra-
tione dist.n.2.non prohibeat. Non prohi-
beat dispensator, ideſt, sacerdos, pingues
terræ,ideſt,peccatores, mensam Domini,
ideſt, corpus, & sanguinem Christi man-
ducare,sed moneat exactorem timere.Sed
comminus malum sit reddi suspectum de
crimine, quàm committere crimen, &
de duobus malis, cum alterum vrget, mi-
nus tamen sit eligendum 13. distinction.
duo. &c.nerui videtur, quod discretus sa-
cerdos negare debet eucharistiam crimi-
noso, quatenus minus malum incurrat,
vt maius euitet, ideſt, vt reddatur suspe-
ctus,ne manducet indignè. Sane cum ne-
mo debeat vnum mortale committere,ne
proximus aliud mortale committat, eli-
gendum est potius sacerdoti non prodere
peccatorem,quàm ut ille non peccet, sed
ille potius debet eligere,vt abstinendo red
datur suspectus,quàm quod communican
do manducet indigne. 14. distinct. capit. 1.
Ps.134. ¶Sed quæritur.An Christus ad bonum,an
ad malum †eucharistiam Iudæ tradiderit. 38
Et quidem non uidetur ad bonum dedisse,ne suasit intentione fraudatur,quia, teste propheta,fecit uniuersa,quæ voluit.Iudas,n.non ad bonum, sed ad malum accepit,sed nec ad malum dedisse uidetur,quia Christus non est actor malorum, sed ultor.Respondetur, quod si hæc propositio ad,cum dicitur,dedit ad malum,intentionem denotet, uel affectum,falsa est propositio. Si autem consecutionem innuat,uel effectum uera est,Sane,quia Christus bucellam intinctam Iudæ porrexit,constitutum est ab Ecclesia, ne eucharistia detur intincta,de consec.dist. 2. cum omne, nec debet intelligi, quod sub bucella panis intincta Christus Eucharistiam dederat traditori, sed per bucellam intinctam atque porrectam, suum denique traditorem expressit.¶†Sequitur. Accipite & manduca- 39
te. Quis unquam crederet,quòd panis in carnem, & uinum in sanguinem conuerti potuisset, nisi ipse Saluator hoc diceret. Qui panem & uinum & omnia ex inuisibilibus creauit. uoluit ergo per nos panem & uinum sibi offerri, & ab ipso diuinitus consecrari, ut fidelis populus credat uerum esse mysterium, quod ipse tradidit discipulis suis,dicens. Accipite & manducate.similiter & de calice dixit.¶Sane non *Mat.26*
est, †intelligendum quod, si sumptum 40
corpus de manu domini sibi discipuli ministrarent,sed qui consecrauit,idem & ministrauit, ac si diceret. Comedite. hanc utranque huius sacramenti comestionem insinuant. Dupliciter enim corpus Christi comeditur,quia dupliciter intelligitur, scilicet uerum quod de uirgine traxit, & in cruce pependit,& mysticum,quod ecclesia Christi spiritu uegetata. De uero corpore Dominus ait,hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur.De mystico dicit Apostolus vnus panis, & unum corpus multi sumus. Verum corpus Christi comeditur sacramentaliter, ideſt sub specie. Mysticum autem,comeditur,spiritualiter, ideſt, sub specie panis, in fide cordis. De comestione sacramentali dicit Dominus, Accipite, & comedite, hoc est corpus *Luc.22*
meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Hoc modo tam boni, quam mali Christi

corpus

corpus manducãt,sed boni ad salutẽ,mali
verò ad iudicium.Nisi enim & mali Chri-
sti corpus comederent,non dixisset Apo-
1.Cor.12 stolus ad Cor.11. Qui manducat indignè
iudicium sibi manducat, non dijudicans
corpus Domini. Ille autẽ indignè sumit
qui sacramentaliter & non spiritualiter
sumit. Nam & Iudas cum alijs traditur
Ioan.6. eucharistiam accepisse,ut iam dictum est,
De spirituali comestione dominus ait.
Nisi mãducaueritis carnem filij hominis,
& biberitis eius sanguinem,non habebitis
vitam in uobis,hoc modo corpus Christi
Ioan. 6. comedunt soli boni, vnde qui manducat
1.Ioã.4. meã carnem,& bibit meũ sanguinem, in
me manet,& ego in eo. Nam qui manet
in charitate,in Deo manet,& Deus in eo,
vt quid paras dentẽ & ventrem?Crede,&
manducasti.de consecra.di.2 ut quid, qui
credit in Christũ,comedit ipsum,quoniã
incorporatur Christo per fidem ideſt mẽ
brum eius efficitur, vel unitate, corporis
eius firmis solidatur. Alibi enim quod
manducatur,incorporatur,& qui manduca-
cat,incorporat, hoc autẽ quod manduca-
tur,incorporat, & qui manducat,incorpo
ratur. Vtrumque modũ edendi Christus
Ioan.6. insinuat,ubi dicit. Spiritus est,qui uiuifi-
cat,caro non prodest quicquam, quia ca-
ro Christi nisi spiritualiter comedatur nõ
ad salutem,sed ad iudicium manducatur.
41 ¶ Sed † quid est de corpore Christi post-
quam sumptum fuit & comestũ?Respon-
deri potest, q̃ si præsentia quæritur cor-
poralis, in cœlo quæratur, ubi Christus
in dextera Dei sedẽs de consecrat. distin.
2.tribus. Ad tempus tamen præsentiam
adhibui corporalem, ut ad spiritualem
præsentiam inuitaret. Vnde cum sacra-
mentum tenetur,gustatur, & comeditur.
Christus corporaliter adest in visu & in
sapore,& quamdiu corporalis sensus affi-
citur,corporalis præsentia non aufertur.
Postquam uero in percipiendo sensus de-
ficit corporalis, deinceps non est quæren-
da præsentia,corporalis,sed spiritualis est
retinenda, quia dispensatione completa
Christus de ore transit ad cor.Melius est
enim,ut procedat in mentem, quam de-
scendit in uentrem.cibus est, non carnis,
sed animæ uenit,ut comedatur, non con-
summetur,ut gustetur, non ut incorpo-
retur, ore comeditur, sed stomacho non
digeritur, reficit animum, se non effluit
in secessum. Illud verò quòd Dominus *Mat.15*
ait. Omne quod in os intrat,in uentrem
vadit,& in secessum emittitur,non de spi-
rituali, sed de carnali cibo dictum est.
¶ Quòd si fortè secessus, † aut vomitus 42
per solam eucharistiæ perceptionem eue-
nerit,ex accidentibus humoribus genera-
tur, cum interdum humores vsque cuius-
libet cibi materia uel effluant in secessum
vel emittantur ad vomitum, ita quòd
quantum ad nos seruat per omnia corru-
ptibilis cibi similitudinem, sed quantum
ad se non omittit immolabilis corporis
ueritatem.species quandoque corroditur,
& maculatur, sed ueritas nunquam cor-
rumpitur,aut inquinatur, sed quando ta-
le quid videris,noli timere sibi, sed esto so
licitus tibi,ne tu fortè lædaris,si malè cre
dideris ¶Sequitur, †Hoc est corpus meũ, 43
Cum ad prolationem istorum verborum,
hoc est corpus meum, panis mutetur in
corpus, & ad prolationem istorum ver-
borum. Hic est sanguis meus.vinum mu-
tetur in sanguinem, de consecr.dist.2 pa-
nis est, & prius proferantur ista uerba,
quam illa,videtur, q̃ panis prius mutetur
in corpus,quàm uinum in sanguinem. Et
ita uidetur per consequens q̃ corpus sine
sanguine est, vel sanguis est sine corpore,
Propterea dicitur a quibusdã, q̃ cũ totũ
est dictũ,totũ est factum uolentes uel non
uolentes ipsius conuersionis determinare
momentum. Alij verò dicunt, q̃ licet ad
prolationem præcedentium verborum,
panis antea mutetur in corpus, & ad pro-
lationem sequentium,uinum postea mu-
tetur in sanguinem, nunquam tamen cor
pus est sine sanguine,uel sanguis sine cor-
pore,de cõsec.distin.2.comperimus.sicut
neutrũ est sine anima, sed sub forma pa-
nis sanguis existit in corpore,per mutatio
nem panis in corpus,& econuerso, non q̃
panis ideſt corpus in sanguinem, vel ui-
num mutetur in corpus,sed neutrum po-
test existere sine reliquo.de hoc iam dice
tur. ¶Sed†quæritur, quid demonstrauit. 44
Christus, quando dixit, Hoc est corpus
meum,per hoc pronomen, hoc, non ui-
detur quod panem, quia panis non erat
corpus Christi, nec etiam corpus, quia

nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nondum illa verba protulerat,ad quorum prolationem panem mutauit in corpus. Super hoc dicunt quidam, quod per hoc pronomen nihil demonſtratur, ſed illud materialiter ponitur. Sed ſecundum hoc quomodo per dictionem nihil ſignificantem fit tranſubſtantiatio? Præterea, Dominus vtebatur illa uoce ſignificatiuè, & nos vtimur materialiter, ergo non facimus,quod ipſe fecit. Alij dicunt,q̃ ea vis data eſt ipſis uerbis, q̃ ad ipſorum prolationem fit trãſubſtantiatio. Item, ideo ſacerdos ea non profert ſignificatiuè, quia non poſſet ſic ea proferre. Mentiretur,ni ſi diceret,hoc eſt corpus meum Verũ à præmiſſæ quæſtionis laqueo facile ſe abſoluit qui dicit,q̃ Chriſtus tunc confecit quando benedixit,de quo dictum eſt ſuper uerbo benedixit. Nam ſi opponatur de ſacerdote qui tunc conſecrat, cum illa uerba pronunciat. Reſpondetur,quod ſacerdos nil demonſtrat, cum illis verbis nõ vtatur enunciatiuè,ſed recitatiuè,quẽadmodum & cum ait. Ego ſum uitis uera,ego ſum lux mundi, & innumera talia. ¶ Rurſus
45 †quæritur,quid demonſtrauit,cum dixit. Mãducate ex hoc omnes, licet in nullo quatuor euãgeliſtarũ hoc legatur de corpore,ſed tñ de ſanguine inuenit dictum, Bibite ex hoc omnes. Cum n.iam panem fregiſſet, ſi demonſtrauit aliquid fragmentorũ,illud non debebant omnes comedere,ſed ſingulis debebat ſingula diſtribuere.de conſecra.diſt.2.ſinguli. & capit.ſeq. ſi demonſtrauit corpus,nõ poterant ex illo,ſed illud comedere,quia corpus Chriſti non mãducatur per partes, ſed integrum. Sanè frequenter in ſacra ſcriptura uidetur agi de uno, ſed agitur de diuerſis, ut eſt illud, benedixit,fregit,& dedit. benedixit panem,fregit formam,& dedit corpus. Eodem modo cum dixit. Manducate ex hoc omnes, pronomen oſtendit integrum corpus, præpoſitio innuit formam diuiſam, vt iſte ſit ſenſus. Comedite corpus, integrum ſub forma diuiſa. Nã ſola forma per partes diuiditur,& totum corpus integrum manducatur. Simili modo poteſt intelligi, quòd ſubiunxit.
Hoc eſt corpus meum, ideſt illud, quod
46 præbeo ſub hac forma. ¶ Quæritur †etiam ſi additio, vel ſubtractio, uel tranſpoſitio vel interpoſitio,vel mutatio fiat in illa forma uerborum, quæ Chriſtus expreſſit vtrum ſi effectum conſecrationi impediat, vt ſi dicatur addendo,hoc eſt corpus meũ, quod aſſumpſi de virgine,uel ſubtrahẽdo, hoc eſt corpus, non dicendo meum, aut tranſponendo, vt dicendo, corpus meum hoc eſt,vel interponendo,vt, hoc eſt vtiq; corpus meũ,ſiue mutando,ut hoc eſt corpus Ieſu. Sanè grauiter peccat, qui quodlibet horũ quomodolibet attentauerit, præſertim ſi formam intendãt mutare,vel hæreſim introducere,de cõſecra.di.4. retulerunt,quia forma verborum, quam Chriſtus expreſſit, per oĩa debet illibata ſeruari,quamuis(ſecundum Philoſophum)nomina & uerba tranſpoſita idem ſignificent.extra de reſcrip.neque utile per inutile uitietur,& non uerbũ ex uerbo,ſed ſenſum ex ſenſu trãsferẽdum. extra de verb. ſignifi.præterea. ¶ Quid ſi inter prolationem formæ panis, & uini interponatur ſpatium, & quidem nihilominus fit tranſubſtantiatio? de hoc tamen dubium non eſt,ſecundum illos, qui duas aſſerunt eſſe formas,ut iam dicetur.de hoc not.de cõſecra.di.4.ſi non ſanctificatur. ¶ Sed cum
47 ad †prolationem iſtorum uerborum Hoc eſt corpus meum, panis mutetur in carnem.de conſecr.diſtin.2.panis,& ad prolationem illorum. Hic eſt ſanguis meus,ui-num mutetur in ſanguinem, uidetur, q̃ panis ſine uino, uel uinum ſine pane ualeat conſecrari, ut præmiſſum eſt. & ita ſi poſt prolationem iſtorum,& ante prolationem illorum impedimentum accidat ſacerdoti, quo minus procedere ualeat, videtur, quòd panis ſit mutatus in carnẽ uino in ſanguinem nõ mutato. Nunquid ergo hoc caſu alius ſacerdos totum repetet à principio & ſic ſuper panem iterabitur conſecratio, an uero ab eodem loco tantum incipiet, in quo ſacerdos ille dimiſit,& ſic diuiditur myſterium unitatis. extra de elect.quod ſicut. Super hoc ita legitur in concilio Tholetano.5. quæſt.1.nihil. Cenſuimus conuenire,ut cũ à ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur,ſi ægritudinis accidit cuiuſlibet interuentus, quo cęptũ nequeat conſecrationis explere myſterium, ſit liberum epiſcopo,vel presbytero alteri conſecra-

crationem exequi, cœpti officij, vt præcedentibus,ſupple.qui deferunt,libenter alij pro cõplemento ſuccedent, de hoc etiam dicetur in 7. particula ſup verbo. Nouũ & æterni ad finem. Verum,cum inter theologos de tempore conſecrationis ſit diuerſa ſententia,quibuſdam dicentibus, quod cũ totum eſt dictum, totum eſt factum, alijs aſſerentibus,q̃ panis ante mutatur in corpus,poſtea vinum mutatur in ſanguinem, vt dictum eſt,ideo plerique tutius inceden tes affirmant,quod alius ſacerdos repetere debet cõſecrationem atque perficere, quoniam dicitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. extra de ſacra. non ite. c.1. tamen ne vlla fiat iteratio, vel diuiſio ſacramenti, ne aliquis ſcrupulus erroris vel dubitationis remaneat, conſultius iudicatur, vt illa talis oblata ſtudioſiſſimè pro infirmis recondetur, & ſuper alijs ſpeciebus panis, & vini totus canon repetatur, & præmiſſa
48 hoſtia conſecrata in fine miſſæ à miniſtro vel alio ſumatur. ¶ †Sed ſi vinum inueniri non poſſit, vel aliquo caſu intercedente defuerit, quæritur, vtrum neceſſitate cogente, vel caſu intercedente,ſola panis materia poſſit in euchariſtiam conſecrari, ſicut & ſub ſola panis ſpecie debet Euchariſtia reſeruari? Sunt ſanè,qui dicunt, quòd eum verbum & elementum conficiant ſacramentum,nec forma verborum nec materia rerum,quas Chriſtus expreſſit mutari, ſiue dimidiari poteſt, quia ſicut vinum ſine pane, ſic panis ſine vino minime conſacratur, vnde ſiue aqua pro vino mittatur in calicem, ſiue ordeum pro frumento formetur in panem,ſicut neutrum per ſe, ſic neutrum cum alio tranſubſtantiatur in carnem, aut mutatur in ſanguinem. Nam ſi panis ſine vino, vel uinũ ſine pane mutari poſſet in carnẽ, aut ſanguinem in ijs regionibus, in quibus alterutrum inueniri non poteſt, licite poſſet alterum ſine altero conſecrari, minus enim ignorantia, quam neceſſitas,vel negligentia,quàm difficultas excuſat. Alij verò dicunt,quòd cũ Chriſtus prius conuertit panem in carnẽ, & poſteà mutauerit uinum in ſanguinem ſicut euangelicæ lectionis textus oſtendit, & ſine vino panem, & ſine pane vinũ conſecrari contingit. Graviter tamẽ offendit, qui negligenter, vel ignoranter alterutrã ſpecié prœmittit. Grauius qui ſcienter, aut ſponte,maxime ſi formam intendit mutare,uel hæreſim introducere. ¶ Quid ergo 49
faciendum eſt ſacerdoti, ſi uinum poſt cõſecrationem comperiat prætermiſſum. Reſpondeo,ſi hoc ſtudioſe cauſa introducendi hæreſim factum eſt,non eſt ſacramentũ corporis. Si uerò per obliuionem,uel negligentiam. nihilominus facta eſt conſecratio corporis,ut præmiſſum eſt de conſecr. diſtin.4.retulerunt. Tunc enim ut dicunt aliqui,uinum apponere debet,& ſuper illud ſolum uerba ad conſecrandum ſanguinem repetere,ſcilicet ab illo loco. Simili modo &c. uſque in finem, omiſſis tamen crucibus duabus, quæ fiunt ſigillatim ſuper panem. Alij dicunt quod uino appoſito in calice panem conſecratum debere immittere,ſicque abſque aliqua repetitione ſumere ſacrificium,ſicut fit in die paraſceue. Alijs uidetur,quod non debet uinũ apponi nec ſcãdalum generetur. Sed quod primi dicunt, uerius eſt,nam utilius ſcandalum naſci permittitur, quam ueritas omittatur,extra de regul.iur.qui ſcandali zauerit. Si enim hæc ueritas prætermittatur, ſcilicet quod uinum non apponatur non poteſt uere dici hoc ſacramentum commiſtio corporis & ſanguinis, nec corpus Chriſti ſine ſanguine ſumi debet, de conſec.diſt.2. compertmus, uel hoſtia ſeruetur, & ſuper alijs ſpeciebus canone peragatur, ut præmiſſum eſt, Veruntamen, ſi ſacerdos aquas guſtata ieiunium ſoluerit, illa die non iteret ſacramentum. Si autem ante uerbis tranſubſtantiationis, ſcilicet. Hic eſt calix noui teſtamenti &c. aduerterit uinum fore prætermiſſum, uel etiam utrunque,ſ.uinum & aquam, tunc illa apponat in calice, & in conſecratione procedat reincipiens ab illo loco. Hanc igitur oblationem, &c. Si uerò uinum ſine aqua apponatur, non ideo minus eſt ſacramentum,ut dicetur in ſequẽti particula, ſuper uerbo, Noui, & æterni teſtamenti. Quid ſi aliquid de ſanguine ſtillauerit, de hoc dicentur etiam ſuper uerbo. Qui pro multis. ¶ Verum †cum interdum uni.pon- 50
tifici multi ſacerdotes concelebrant,prout dicetur in 6. parte ſub quinta feria cœnæ domini,ubi agitur de oleo infirmorum, ſi forte non ſimul omnes conſecratoria uerba pro

Universidad de Deusto Biblioteca

ba pronuncient,quæritur, an ille solus conficiat,qui primus illa pronuntiat,& an cæteri iterent sacramentum?Si.n.hoc concedatur, poterit contingere, quod ille non cõficit,qui principaliter celebrat, & ille cõficit, qui secundario celebrabit, & sic pia celebrantis intentio defraudatur. Sanè dici põt,qa siue prius,siue posterius proferãt sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instans prolationis episcopi, cui principaliter concelebranti concelebrant,& tunc oés simul consecrant & conficiunt. Quanquam nonnulli consentiant q̃ qui primus pronuntiat, ille consecrat, nec aliorum defraudatur intentio, quia factum est, id qđ intenderant. Consueuerant autẽ presbyteri cardinales Romanum circũstare. Pontificem, & cum eo pariter celebrare,& cõsumato sacrificio de manu eius cõmunionem accipere, significantes Apostolos,qui cum domino pariter discumbentes sanctã de manu eius eucharistiam acceperũt, & in eo,qđ concelebrant,ostendunt Apostolum tunc à domino ritum huius sacrifi-
51 cij didicisse. ¶ Sanè dictis † verbis illis, Hoc est corpus meum, sacerdos eleuat corpus Christi. ¶ Primo, vt cuncti astãtes illud videãt,& petant,qđ proficit ad salutem. Iuxta illud. Ergo si exaltatus fuero à terra,&c. Ioan. 12. ¶ Secundò ad notandum, quod non est aliud dignum sacrificiũ, imo est super omnes hostias. ¶ Tertio,exaltatio eucharistię in manu sacerdotis, signat Christum verũ panem,per prophetas in scriptu-
ris exaltatũ,quando, scilicet incarnationem
Esa.6. prophetizabant,Vnde Esa. Ecce virgo concipiet, & hunc cibum fore cæteris excellẽtiorem. Similiter & de potu. ¶ Quarto,significat resurrectionem ¶ Quinto, hostia eleuatur, vt populus non præueniens consecrationem, sed ex hoc cognoscens illam factam esse, & Christum super altare venisse, reuerenter ad terram prosternãtur.
Phil. 2. Iuxta illud,ad Philippenses,In nomine Iesu omne genu flectatur &c.& illum corde & ore adorent. Iuxta illud Apostoli ad Ro-
Ro.10. manos. Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem ¶ Alia ratio ponetur prope finem si particulæ canonis. ¶ Licet igitur fides sufficiat ad salutẽ, iuxta illud Aug. de consecr. distin. 2. ut quid. Crede & manducasti, non tamẽ superflua est eleuatio, tũ propter causas præmissas, tum † quia ibi tempus & locus agendi se 52
offerunt, fides sine operibus, secundum Iaco. mortua est. propter easdem quoq; cau- *Iaco. 2.*
sas calicis eleuatio, licet sanguis videri nõ possit, superflua non est. Verum autem calix coopertus debet eleuari, vt dicetur in sequenti particula, super uerbo. Qui pro vobis, & tam corpus, quàm calix, cum utra que manu eleuantur, propter maiorem reuerentiam & securitatem Et exinde stringit pollices & iudices. prout dicetur super verbo. Et memores. ¶ † In eleuatione aũt 53
vtriusque squillã pulsatur, nam & in uetere testamento Leuitæ pro tempore sacrificij tubas clangebat argenteas, vt earum sonitu populus præmonitus foret ad adorandum dominum præparatus. Et propter causam eandem squilla pulsatur, dum corpus Christi ad infirmum portatur. Multa etiam capellam domini Papæ baiulans, squillam fert ob reuerentiam reliquiarũ, quas portat, tunc etiam cærei accenduntur propter causam in secunda parte subti. de acolyto, scriptam.

S V M M A.

1 *Sacramentum quare sua vtraque species sumatur.*
2 *Christus Pascha typicum celebrauit cum Apostolis luna primi mẽsis ad vesperã.*
3 *Christus idem & totus in cœlo, idem & totus hic, & vbique est.*
4 *Christus non finit nos tentari vltra vires nostras.*
6 *Testamentum dicitur etiam promissio.*
5 *Aqua posita cum vino in calice an conuertatur in sanguinem.*
7 *Christus resurgens an totum sanguinem sicut resumpserit effusum in cruce.*
8 *Christi præputium adseruari in Lateran. Basilica.*
6 *Aqua prætermissa an quod gestum in calice sit irritum.*
10 *Vinum optimum sumendum est, aliud tamen non violat sacramentum.*
11 *Vinũ si fuerit gelatum in calice, qd agat sacerdos. Et quid si musca, vel aranea, quid ne aliud ceciderit in caliceẽ, n. 12.*
13 *Eucharistia nõ est dãda agroto vomenti. Itẽ nec ebrioso, insano, hæretico epileptico, &*

20. & similibus 14. Item de alijs accidentibus nu. 15. 16. 17.
18 *Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda propter sanguinem fusum, uel hostiam sacramenti quomodolibet maculatam. Ex decreto concilij Aurelianens.*
19 *Sanguis si profluat a naso sacerdotis, quid agendum.*
20 *Sacramentum corporis Christi quomodo sit mysterium fidei.*
21 *Sacramentum corporis Christi tria hãt.*
22 *Corporis & sanguinis Christi substantia est sacramentum.*
23 *Sacramentum, an unum tantum, an diuersa. & nu. 24.*
25 *Signorum diuersitas.*
26 *Sacramenta legalia, & euangelica differunt.*
27 *Sacramentum dicitur actiuè & passiuè.*
28 *Sacramentum consistit in tribus.*
29 *Sanguis Christi pro quibus sit effusus.*
30 *Peccatum remittitur & quo ad culpam & quo ad pœnã per sanguinem Christi.*
31 *Sacramentum altaris cur quotidie Ecclesia repetat.*
32 *Passionis Christi triplex habemus memoriale.*

De Septima parte Canonis. Cap. 42.

1 SIMILI † modo &c. Septima pars. licet sub vtraque specie sumatur utrũque, scilicet corpus & sanguis, utraq; tamen species consecratur & neutra superfluit, de consec. di. comperimus, ut ostendatur quod Christus humanam naturam assumpsit, sicilicet corpus & animam, ut totum redimeret. Panis enim fertur ad carnem, & vinũ ad animam, quia uinum sanguinem operatur, in quo sedes est animæ. 23. q. 2. Moses. *Leui.7.*
Vnde legitur in Leuit. Anima carnis in sanguine. Moses quoque testatur, quod caro pro corpore, sanguis autem offertur pro anima, quo circa panis, & uinum in sacrificio offeruntur, quod ualet ad tuitionẽ corporis, & animæ, ne sub specie panis sanguis sumatur cum corpore, & sic sub altera tantum specie sumatur ad alterius tantum putetur peruenire salutem. Et quamuis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore, & sub specie uini sumatur corpus cum sanguine, secundum Inno. III. nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie uini bibitur, aut comeditur, quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur. ita neutrum sub specie panis bibitur, aut sub specie uini comeditur. Etsi concessibile videatur, q̃ corpus bibendo & sanguis comedẽdo sumatur. Est ergo, secundum eum modũ sumendi carnem & sanguinem, quo neutrum mãducatur, aut bibitur. Et ideo rectè statuitur in canone, de cons. dis. 1. comperimus q̃ corpus Christi sacerdos sine eius sanguine nõ sumat. Vnde in quibusdam locis post sumptionem corporis & sanguinis Christi aliquid de ipso sanguine reseruatur in calice & superinfunditur vinum, purum, vt ipsi cõicantes inde sumant, non.n. esset decens tantum sanguinem conficere, nec calix ca- *Luc.22.*
pax inueniretur. Verum aũt per cõtractũ sanguinis, vinũ appositum efficiatur sacra- 2
mẽtum, dicetur super verbo, Hic est calix. ¶† Sequitur. Postea quã cœnatum est &c. 14. luna primi mensis ad uesperam Christus secundum legem, typicum Pascha cũ Apostolis celebrauit, de quo cum dixisset. Desiderio desideraui hoc Pàscha mãducare vobiscum, ante quam patiar. cum hoc diceret statim ostendit, ut ueteri Paschæ finem imponẽs noui Paschæ substitueret sacramentum. Accipiens n. panem, benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens. Accipite & comedite, Hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis noui testamenti, q̃ pro vobis, & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum, hoc facite in meã cõmemo. Hac igitur institutione formati celebramus iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, nam vbi veritas uenit, figura cessauit, Christus enim post cœnam, corpus & sanguinem suum dedit Apostolis, ut hoc sacramentum uelut ultimum testatoris mandatum arctius memoriæ comendaretur. de consecratio. distinctione secunda; liquido. unde nouissimum condens hæredibus testamentum, dixit, Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis, & ego dispono vobis regnum, sicut pater meus mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi disposuit, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Et licet
1.Cor.1. Apostoli Eucharistiam, non ieiunij acceperint, non ideo calumniandum est, quod pransi debeant hoc sacramentum recipere, sicut faciebant illi, quos Apostolus arguit, dicens: Conuenientibus nobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare, vnusquisque enim præsumit cœnam suam ad manducandum, & alius quidem esurit: alius ebrius est. Item ex hoc verbo, postquam cœnatum est, videtur quòd sacerdos communicare debet prius, quàm transeat ad calicis consecrationem. Sed de hoc dicetur sub ti. de communicatione sacerdotis. ¶Sequitur, Accipiens & hunc præclarum calicem &c.
3 ponitur continens † pro contento. Nam & vnus & idem, & nunc & hic & alibi sacrificatur ab omnibus: totus est in cœlo; totus in altari, simul & sedet ad dexteram patris, & manet sub specie sacramenti, sicut tactum est in 6. particula super verbo Eleuatis oculis. ¶Quod autem vinum
Mar.ul. in calice consecrauerit, patet ex eo, quod
Mat. 26 ipse subiungit. Non bibam amodo de hoc genimine vitis &c. Et fiunt istæ consecrationes cum signo crucis, vt dictum est in 6. particula, super verbo. Benedixit, quia virtute crucis & verborum fit transubstantiatio naturarum. Hæc autem sunt verba. Hic est calix mei sanguinis, idest, continens sanguinem meum, vel sanguinis, significans passionem. ¶No-
4 ta † quod passio dicitur calix, vel a calida potione, vel quia mensurate sumitur. Fidelis enim Deus, qui non sinit nos affligi, plusquam portare possumus. 1.Cor.10. De calice dictum est in parte prima sub titu. de picturis, hic autem parum eleuato calice sacerdos illum deponens, non deserit eum, ad notandum, quod quilibet Apostolorum sic calicem accepit, quod vnicuique Dominus ministrauit. ¶Sequitur, Noui & æterni testamẽti &c. Sub
Heb.9. audi confirmatio noui, dicit, quia nos innouat per fidem Christi, æterni, dicit, quia lex noua non est transitoria, sicut antiqua, extrà de celebra. missa. cap. cum Marthæ. Vetus enim testamentum. quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, promittebat homini temporalia, & transitoria. Nouum uero, quod Christi sanguine fuit consecratum, promittit æterna, & ideo testamentum, scilicet, illud fuit verum & transitorium, hoc autem nouum est & æternum. De nouo habetur Luc. 22. Dispono vobis regnum &c. ut supra, vel inde probarur æternum, ideſt, perpetuum, unde asseritur nouum, ideſt, ultimum. Nouissimum enim hominis testamentum immobile perseuerat, quia testatoris morte firmatur. Iuxta illud Apostoli. Heb.9.
Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin non ualet, dum uiuit, qui testatus est. ¶† Porrò testamentum non 5
solum dicitur scriptura, sed & promissio, vt dicetur in procœmio 6. partis, & secundum hunc modum dicitur, Hic est sanguis noui & æterni testamenti, ideſt, confirmatio, nouæ & æternæ promissio- Ioan.6.
nis, sicut Dominus ipse promittit. Qui manducat corpus meum, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, unde nec primum testamentum, ut inquit Apostolus, sine sanguine dedicatum est. Heb.9.
Lecto enim uniuerso legis mandato Moses accipiens sanguinem hircorum, aut uitulorum, ipsum librum, & omnem populum asperſit dicens, Hic est sanguis Exo.12.
testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Ecce, quòd propriè Moses uerba præce- Heb.9.
pit, quibus Christus usus est in cœna. ¶Quæritur, utrum aqua † cum uino con- 6
uertatur in sanguinem? De quo etiam infra dicetur. Si enim conuertitur. ergo aqua est sacramentum sanguinis, imo uidetur, quod populi. Nam aquæ multæ, populi multi. Et ob hoc aqua miscetur uino, ut Christo populus adunetur. Nam & de latere Christi sanguis exiuit, & aqua, prout tactum est sub titu. de oblatione. Si uero non conuertit, quæritur ubi post consecrationem existat, & quomodo separatur a uino, cui fuerat in unum commista. Si autem post consecrationem aqua pura permanserit, secundum hoc non bibit solum sanguinem sacerdos in sacramento, & sic post unam sumptionem iterum eodem die cõmunicare non debet, ac si prius aquam bibisset. Nam idcirco sacerdos postquã perfudit eodem die, iterum non sacrificat,

ficat: quia vinum purificationis sumit.
An forte dicetur, quod sicut vinum mutatur in sacramentum redemptionis, sic & aqua transit in sacramentum ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt quis hoc audeat diffinire. ¶Nam & il-
7 lud inquiritur, vtrum Christus resurgens † a mortuis sanguinem illum resumpsit, quem in cruce effudit? Si enim capillus de capite nostro non peribit, quanto magis sanguis ille non perijt, qui fuit de ueritate naturæ; & tamen ille
8 in plerisque Ecclesijs, dicitur consecrati. ¶Quid etiam de circuncisione, præputii uel præcisione vmbilici dicetur, an in Christi resurrectione rediit ad veritatem humanæ naturæ, & ad locum glo-
9 rificatum. Sed † melius est totum Deo committere, quàm aliud temere diffinire. Creditur tamen præputium in Lateranen. basilica conseruari, licet a quibusdam dicatur, quòd illud fuit in Hierusalem delatum ab angelo Carolo Magno, qui transtulit illuc, & posuit Aquisgrani honorifice in Ecclesia beatæ Mariæ, sed postea Carolo Caluo positum est in eccle sia, scilicet Saluatoris, apud Crosium, sed si hoc verum est, mirandum est. Cum enim caro illa de veritate humanæ naturæ fuerit, creditur, quòd Christo resurgente ad locum suum glorificatum redijt. Aliqui tamen dixerunt, quòd hoc verum esse posset, iuxta opinionem eorum, qui dicunt id solum esse de veritate naturæ humanæ, & resurgere, quod ab Adam traductum est. Illud autem omnino nefas, est opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, uidelicet, aquam in phlegma conuerti. Nam & de latere Christi non aquam, sed aquaticum humorẽ, ideſt, phlegma, mentiuntur exiisse, extra de celebra. missa. in quadam. Duo namque præcipuè Ecclesiæ sacramenta de Christi latere effluxerunt, videlicet sacramentum redemptionis in sanguine, & sacramentum regenerationis in aqua. Non
Ioan.3. enim baptizamur in phlegmate, sed in aqua, iuxta illud euangelij, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, nõ introibit in regnum cœlorum. Quibusdam tamen non videtur absurdum, quòd aqua cum vino transeat in sanguinem, ea videlicet ratione, quòd aqua per admistionem transit in vinum, & vinum per consecrationem transit in sanguinem, vt in cap. cum Marthæ & nota. de consecratione di. secunda, cap. 1. & c. non oportet. Aqua nanque transit in vinum, cum multo vino modicum infunditur aquæ, alioquin tota uini substantia propter guttam aquæ mutaretur, vt quoddam fiat ex illis confusum, quod nec sit aqua, nec uinum, & tota fontis vel fluminis aqua propter modicam vini stillam in confusionis speciem mutaretur, nec panis ille posset in cibum mutaretur, nec panis ille posset in eucharistiam consecrari, qui factus est de frumento. cui forte commistum fuerit vnum granum ordei, vel auenæ. Sic ergo, si plus apponatur, aquæ, quàm vini, erit irritum sacramentum. oportet quidem, ut tantum vini ponatur ibi, q aqua commistum, saporem vini retineat. extra de celebratio. missa. cap. pen. de hoc dicetur in sexta parte sub quinta feria cœnæ Domini, ad finem. Si autem post calicis consecrationem aliud mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum corpori, quod sub eis latet, vndique circũfunditur non madidans circunfusum, extra de celebrat. miss. cap. cum Marthæ. ipsa tamen accidentia uinum appositum uidenter afficere, quod inde conficitur, quia si aqua pura fuerit apposita, uini saporem assumpsit. Quidam autem uoluerunt adstruere, quòd sicut aqua pura per aquæ benedictæ contactum efficitur benedicta, sic & uinũ per sacramenti contactum efficitur consecratum, & transit in sanguinem, quorum assertioni minimè ratio suffragatur. extra de cons. eccle. uel alta. cap. quod in dubijs de quo etiam dicetur sub quinta feria cœnæ Domini. Sed nunquid irritum † est, quod geritur, si forte aqua præ- 9
termittatur, & videtur quòd sic, ex his quæ sub titu. de oblatione facta sunt. Cautum quoque est in canone Cypriani, de consecratio. distinct. 2. sicut in sanctificando, quod non potest calix Domini esse aqua sola, neque uinum solum, nisi vtrumque misceatur. Et sicut calix Domini non est aqua sola, neque vinum solum, sic nec corpus Domini potest esse farina

sola nisi vtrunque fuerat adunatum,& panis vnius compage solidatum,& hoc quidam constanter affirmant,asserentes, q; sicut aqua sine uino consecrari non potest, sic nec vinum sine aqua transubstantiari valet,quia de latere Christi simul vtrumque manauit. Alij vero concedunt,quòd si quisque non intendens hæresim introducere,obliuione, vel ignorantia ptermiserit aquam,non fit irritum sacrm. Illam tamen pro obliuione prætermittentes venialiter peccat,per negligentiam mortaliter,& est grauiter puniẽdus,& semper potest apponi ante transubstantiationem, & qd prædicitur vnum solũ, non posse offerri intelligunt,nisi fiat simpliciter vel ignoranter,vel non pot,ideſt,non debet. Nam & gtæcorum Ecclesia dicitur non apponere aquam in sacramento,ait enim Cyprianus,de conse. dist.2. scriptura.Si quis de antecessoribus, vel ignoranter, vel simpliter non obseruauerit, quod nos Dominus facere exemplo,& magisterio docuit, potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi, nobis vero non potest ignosci, qui nunc à Domino instructi sumus vt calicem Domini cum uino misto, ideſt, uinum cum aqua in calice mistum,secundum quòd dominus obtulit,oferamus.Ex qbus verbis aperte colligitur quod vinum aquæ mistum Christus in cęna discipulis tradidit.Si verò vinum prętermittatur, de hoc dictum est in sexta particula, super verbo, Hoc est corpus.

10 ¶Porrò licet diligenti † studio vinum optimum pro sacrificio sit quærendum, vitium tamen vini non maculat mundiciam sacramenti, quocirca siue nouum vinum quod mistum appellatur,siue etiã accidũ q; appellatur acetum,offertur,sacramẽtũ conficitur & diuinitus consecratur,vitãdum est tamen,ne tale vinum mistum vel coctum,vel rosatum, vel speciatum in calice ponatur. Sunt tamen qui dicunt acetum non esse vinum, cum propria mutauerit naturam,nam vinũ est calidum,illud frigidum, & ideo ex eo confici non posse,sicut nec ex agresta. Quod concedi potest in aceto ex alio, quam ex vino facto Nam si ex tũno factum fuerit secus, cum eadem proprie sit *vσία*,ideſt substantia.ff. de contrahen. emptio & uenditio. de consse. distinct. 2. ego C. de sum. tri. inter clara. §. omnes vero. Iulius quoque Papa, dec5 secra. di. 2. cum omne,& c. præcedenti, dixit,quòd cum lacte confici non potest Botrus autem uuæ in necessitate comprimi, & inde cõfici potest,sed de ipso botro non compresso,non potest communicari. Non potest etiam confici cum aqua, cum qua panis in musto intinctus lauatur. ¶ † Illud 11
autem notandum est, quòd si vinum in calice congelatum fuerit, debet tandiu exhalare sacerdos, donec glacies soluatur,quòd tũ si sic solui nequierit, adhibeat ignem. ¶ † Si autem musca uel arã- 12
nea, uel aliquid tale ceciderit in calicem prolici debet vinum illud in piscinam, & aliud vinum & aqua apponi. Si uero post transubstantiationem ibi ceciderit, uel sanguinem tetigerit, sanguis sumatur, & illud prius in aliquo calice super vino perfundatur, & quanto diligentius & cautius fieri potest,abluatur, & demũ super piscinam cremetur,quia uix posset absque horrore & uomitu sumi,Ablutionem uero ipsam sacerdos post consecrationem, uel minister sumat.Sed & si quis statim Christi corpore sumpto, nauseam patitur,uomitus similiter super piscinam cõburatur, & puluis in piscinam mittatur. Si tamen aliqua bestiæ particula uideatur ibi, uel si corpus Christi infirmo datum, reiicitur illud reuerenter suscipiatur, & contritũ cum uino in calice sumatur,si integrum nequeat recipi. & si horror sit illud sumere, pro reliquiis custodiatur. ¶Non est 13
igitur danda eucharestia ægroto uomenti,sed credat,& manducauit,de consse. dist. 2. ut quid.Sed & si quis adeo ægrotus est, ut masticare non possit, tũc tantum sumat aquã,à Christi corpore tactam, minimam tñ particulam sumens totum sumit,ut prę missum est. ¶Non est etiam danda ebrioso, in sano,hæretico, expilerico & similibus nisi infirmitate cessante 26.q. nultis, qui leproso tñ dari potest,& muto,& ægroto compoti sumenti post confessionem, & absolutionẽ a peccatis.Qualis aũt pœnitẽtia imponenda sit ei,qui propter ebrietatẽ uel uoracitatem,uel infirmitatem euchariſtiam euomit,in canone Bedæ habetur,de consse. distinct. 2. si quis per totum.Et nota quòd is,qui communicauit,si cõmodè, &

absque

absque uiolentia naturæ potest, debet abstinere à sputo, alioquin post horam conuenientem spuere potest, saltem in loco, ubi sputum nequeat pedibus conculcari.
Si quidem homo spiritualis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur, & omnia
15 munda sunt mundis. Quod si † super lignum, uel lapidem, uel terram eucharistia,uel aliquid de sanguine ceciderit, sanguis lingua lambendus est, & deinde radendus,& extergẽdus est ipse locus & puluis in sacrario,siue cum reliquijs reponendus. Si uerò super corporale ceciderit, sugatur, sicut diligentius fieri poterit, & lauetur ter in calice, & aqua lotionis post missam sumatur; deinde corporale recondendum est, & loco reliquiarum seruan-
16 dum est. † Si uerò palla altaris intincta fuerit,& eodem modo ipsa particula intincta incisa est pro reliquijs seruanda.Si autem super casulam uel albam deguttet, similiter fiat. Si super quodque prophanum vestimentum, comburenda est pars illa, & cinis in loco sacro reponendus, ut dicunt. Pius tamen Papa statuit, de
17 consecr.distinct 2. si per negligentiam, ut si aliquid de sanguine stillauerit in terrã, lingua lambatur. Si uero fuerit tabula, locus corrodatur,ne conculcetur, & rasura igne consumatur, & cinis intra altare condatur,& si super altare stillauerit, sorbeat minister stillam,quantum poterit. Si † super linteum altaris,minister lauet lin-
18 teamina,quæ stillam tetigerunt, tribus uicibus.calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur in calice,& iuxta altare recõdatur. ¶Ibidem † etiam sequitur,qualis pœnitentia sacerdori, cui hæc contingerent sit prius,quam celebret imponenda.Et nota,quod si ante transubstantiationem effusa fuerit pars, mutentur pallæ sub silentio & celebrans suum officiũ exequatur, si totum effusum sit, tunc præmissa confessione minister, denuo reincipiat officium ab illo loco. Hanc igitur oblationem &c. Si uero post transubstantiationem pars effusa est, tunc similiter officium exequatur. Si totum, ita quod nihil hauserit, quod ualde enorme est, tunc ponat hostiam super propitiatorium, & minister denuo ponat uinum & aquam, & reincipiat. Hanc igitur oblationem &c. confessione tamen præmissa, & hostia seruata sumatur post modum à ministro in fine missę,uel seruetur pro infirmis. Rursus concilium Aurel. de consec.distin. 2. statuit, quòd qui non bene custodierit sacrificium, ut mus, uel aliud animal illud comederet.40. dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, uel pars eius ceciderit, & inuenta non fuerit 30. dies pœniteat. In eodem etiam capitulo,ita sequitur,in Bucardo lib.quinto. Vnde scriptum est, per fundens aliqd super altare de calice, quando offertur,sex dies pœniteat,aut si abundantius,7. dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem, dum missæ solemnitas celebratur,40.dies pœnitebit. Si uerò missa celebrata presbyter neglexerit accipere sacrificium,similiter 40. dies pœniteat. Et qui pollutus nocturno tempore acceperit sacrificium, 7. dies pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit,ut a uermibus consumptum, ad nihilum deuenerit, tres quadragesimas cum pane, & aqua pœniteat. Si integrum inuentum fuerit, & in eo uermis, comburatur, * cinis super altare recondatur. Et qui neglexerit. quaternis diebus suam negligentiam soluat. Si cum amissione saporis sacrificium dulcoratur, 20. dies ieiunio expleantur. Qui uero conglutinatum miserit. 7. dies pœniteat, si sacrificium fuerit sordida uetustate perditum, igne comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendus,sicut legitur in Bucardo, lib. 5. ca. omne. ¶Item etiam notandum est, quod si à naso sacerdotis † celebrantis sanguinis 19
exierit, uel nausea superuenerit, recipiatur in aliquo uasculo, ne sancta contaminentur & terso naso, uel ore abluto, recipiant sub silentio, ubi dimisit. Si uero infirmitas superuenerit, inuitatur super crepedinem, siue oram altaris, uel sedeat,donec conualescat, & sic incipiat, ubi dimisit, sed si nullo modo potest consumare ministerium, alius sacerdos paratus incipiat, ubi ille dimisit, prout dictum est in 6. particula super uerbo. Hoc est corpus meum. Sed si incertum est ubi ille dimisit,tunc quia periculosum esset uerba sacramẽti iterare,uel prætermitere, posita oblata illa super propitiatorio minister denuo, ut prmissum est. ¶Se-

quitur, mysterium fidei &c. Ideo dicitur mysterium fidei, qa aliud uidetur, aliud intelligitur, hoc credere iubemur, discutere, non audemus, fides enim non est, nisi de occultis. Iuxta illud, Fides non habet meritum &c. ut supra, Grego. de consecr. distin. 2. quid sit ad fidem, dicit quod ideo dicitur mysterium fidei, quia credere debemus, quòd ibi salus nostra consistit, uel quia sine fide non fit hoc sacramentum, ideſt, sine ea illud intelligi plenè non potest. Dicitur autem mysterium, quia secretam & reconditam habet dispensationem. 1. q. 1. multi μυστήριον, autem Græcè, dicitur secretum latinè, & secundùm Inno. 3. de celeb. miss. c. cum Marthæ, nullus euangelistarum dixit hæc verba. Ex his autem & alijs scripturæ uerbis, quidam dixerunt in sacramento altaris ueritatem corporis & sanguinis Christi nõ esse, sed imaginem tantum, & speciem, & figuram, pro eo, quod scriptura memorat aliquoties id, quod in altari suscipitur, esse sacramentum, & mysterium, & exemplum. Sed hi profecto laqueum erroris incurrunt, De quo etiam tactum est in 6. particula super uerbo, fregit. Nunquid enim ideò sacramentum altaris ueritas non est, quia figura est? Absit omnino, si tamen hoc esset, ergo nec mors Christi ueritas est quia figura est, resurrectio Christi veritas non est, quia figura est, nã morte & resurrectionem Christi figuram & imaginẽ, & similitudinem esse manifeste declarat Apostolus, dicens, Christus mortuus est *Rom. 8.* p delictis nostris, & resurrexit propter iu- *1. Pet.* stificationem nostram. Et Petrus Apostolus, Christus passus pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Ergo mors Christi exemplum fuit, ne in peccato moriamur, & resurrectio eius exemplum fuit, ut iustè uiuamus. Si. n. ueritas, non fuit, ergo Christus uerè mortuus non fuit, & uere non resurrexit, sed mors eius & resurrectio eius, uera non *Psl. 53.* fuit. sed an sit hoc. Nam propheta de eo p̃dixit, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentum est ueritas & figura. ¶Tria
21 † quippe sunt in hoc sacramento discreta uidelicet. ¶Forma uisibilis. ¶Veritas corporis. ¶Et uirtus spiritualis de consec. distinct. 2. corpus forma panis & uini, ueritas carnis & sanguinis, virtus charitatis, & unitatis. Primum oculo cernitur. Secundum animo creditur. Tertium corde percipitur. Primum est sacramentum, & non res. Secundum est sacramẽtum, & res. Tertium uero res & non sacramentum. Sed primum est sacramentũ geminę rei. Tertium est res gemini sacramenti. Secundũ autem est sacramentum unius, & res alterius. Nã forma panis utranque Christi carnem significat, ideſt, ueram, & mysticam, sed ueram carnem & cõtinet & significat. mysticã uero significat, sed non cõtinet. Sicut. n. unus panis ex multis grauis conficitur, & unum ex diuersis racemis confluit, sic & corpus Christi ex multis mẽbris cõponitur, & unitas eucharistiæ ex diuersis personis consistit, scilicet in prædestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis. Nã quos Deus p̃destinauit, hos & uocauit, & quos *Rom. 8.* uocauit, hos & iustificauit. Vnde & Apostolus. Vnus panis, unum corpus, multi sumus. In cuius rei typum facta est arca Do- *1. Cor. 10* mini de lignis, Sethim, quæ sunt imputribilia, & albæ spinæ similia. ¶Pater † ergo, 22 quod substãtia corporis & sanguinis Christi est, sacramentum & res, sed alterius sacramenti est res, & alterius rei est sacramẽtum & res, sed alterius sacramenti est res, & alterius rei est sacramentum. Est enim res primi, quia figuratur, & continetur à primo, uidelicet a forma uisibili &c. Et est sacramentum tertij, quia significat, & efficit tertium, ideſt unitatem Ecclesiasticam. Dicitur ergo hoc mysterium fidei, quoniam aliud ibi cernitur, & aliud ibi creditur. Cernitur enim species panis, & uini & creditur ueritas carnis & sanguinis. Quod autem hic dicitur, mysterium fidei, alibi dicitur spiritus, & vita. Spiritus enim est my- *2. Cor. 3.* sterium, secundum illud, litera occidit, *Ro. 1.* spiritus autem uiuificat, & fides est uita, *Ioan. 6.* secundum illud, Iustus ex fide uiuit. Hinc ergo Dominus ait. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Verũ cum consecratio perficiat sacramentum, & post consecrationem non fit altari panis, aut uinum, quæritur, quis panis est corporis, aut quod uinum est sanguinis sacramentum. Nam si dicatur, quòd panis, qui fuit, uel uinum quod extitit, profecto nec ille corporis, nec illud est sanguinis sacramentum, quia panis transiuit in corpus, & vinum in sanguinẽ. Si uero dicatur, quod sit species illa, quæ remansit. Illa quidem nec extitit granis, nec confluxit ex racemis quoniam ex his non prouenit accidẽs, sed substantia. Quam ergo similitudinem assignabimus inter sacramentum rei, & rem sacramenti? Nam si sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sunt sacramenta, proprie sacramenta non dicerentur, sicut sacramentum baptismi, quod est ablutio carnis exterior, similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior. Sacramentum istud in eo gerit similitudinem corporis, in quo panis similitudinem representat, species ergo panis sacramentum est corporis non solum ratione rei significatæ, verum etiam ratione cõtentæ. ¶Queritur autem, utrum species
23 † panis, & ueritas corpori sint sacramentum, an diuersa? Et uidentur diuersa. Cum enim diuersa sint signa, uidetur quod diuersa sint sacramenta. Præterea, scriptum est, proficiant in nobis quæ sumus. Domine tua sacramenta &c. quæ uerba sub titu. de oratione nouissima exponitur. Sed videtur contra, quod sint solum vnũ. Cum enim eandem rem sacramenta significent, uidetur, quod idem sint sacramentum. Præterea legitur, præsta ut hoc tui corporis & sanguinis sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam. Super hoc dicunt quidam, quod forma panis & nisi sunt vnum sacramentum non propter vinum significatum, sed propter vnum cõtentum. Species autem panis ueritas corporis sunt vnum sacramentum, non propter unum contentum, sed propter vnũ significatum. Hi debet concedere, quod sicut diuersæ res propter idem, & vnum significatum, idem sunt sacramentum, sic eadem res propter diuersa significata, diuersa sunt sacramenta. Quibus obijcitur, quòd si species panis, & veritas corporis idem sunt sacramentum, cum species panis sacramentum, sit corporis, ergo ueritas corporis idem est sacramentum, & ita idem est sacramentum sui. Sed hoc non procedit, quia species panis, & est, quoddã sacramentum, quod est ueritas corporis: Est quoddam quod non est illa, quoniam

sunt duo sacramenta diuersa. † ¶Alij verò 24
dicunt, quod siue diuersa sint significata, siue diuersa significantia, semper diuersa sunt sacramenta, quod oportet concedere, quod in altari sunt ad minus quatuor sacramenta, uidelicet species panis, & species vini, veritas carnis, & ueritas sanguinis. Præterea, cum panis, & uini diuersa sint accidentia; ut sapor, & odor, pondus, & color, quantitas, & figura videtur, quòd singula per se sint uaria sacramenta, qua enim ratione potius vnum, quam aliud dicendum est sacramentum. Sed cuius rei sacramentum est odor, aut sapor? Ad hoc potest non incongruè responderi, quòd omnia simul accepta sunt unum Eucharistiæ sacramentum, eo quòd nullum per se solum significet, sed omnia simul panis speciem representant, quæ corpus Christi continet & significat. ¶Signorum autem alia sunt naturalia, alia positiua. Naturalia sunt, quæ secundum naturam significant, quorum quædam sunt, quæ per antecedens signant consequens, ut in rubore vespertino significatur serenitas matutina. Alia sunt, quæ per consequens significant antecedens. vt fumo, uel cinere scilicet significatur ignis fuisse. Positiua sunt illa, quæ secundum impositionem significant. *Num. 21* Quorum alia sunt signa rei sacræ, ut serpens æneus, erectus in eremo, alia sunt signa rei non sacræ, ut arcus triumphalis erectus in biuio. Porro signorum rei sacræ alia sunt sacra, ut baptismus, alia non sacra, ut agnus paschalis. Sacra sunt signa noui testa. non sacra uetteris quamuis enim utraque sint signa rei sacræ, ideſt, rem sacram significantia, non tamen utraque sunt sacra, ideſt, iustificantia, licet non nulli dixerunt sacramenta legalia iustificasse. Hæc enim est † differentia inter legalia 25
& euangelica sacramenta, quia illa significabant tantum, hæc autem iustificant & significant. Verùm quandoque largè quandoque strictè sacramentum accipitur. Large, secundum quòd omne signum rei sacræ siue sit sacrum, siue non sacrum, dicitur sacramentum, unde signa legalia, sacramenta dicuntur. Strictè secundum quod sacrum solummodo signum dicitur sacramentum. de consecrã. distin. 2. sacrificium, & cap. signum, & c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 ſpecies, 1.q.1. multi ſacramentum † aũt dicitur actiue & paſſiue, quaſi ſacrũ ſignans, uel ſacrum ſignatum. Nam omne ſacramẽtum quandoque ſignum rei, quãdoque res ſigni uarie nuncupatur, ſecũdum q̃ ſacramentum accipitur pro ſigno rei. Sacramẽtum dicitur a ſacro, & ſignum quaſi ſacrũ ſignum, ſed ſecundum quod ſacramentum accipitur pro re ſigni, ſacramentum dicitur a ſacro, & ſecreto, quaſi ſacrum ſecretum. Species ergo panis dicitur ſacramentum actiue, i. ſacrum ſignant, unitas autem eccleſiæ dicitur ſacramentum paſſiue, i. ſacrum ſignatum. Corpus vero dominicum vtroque modo dicitur ſacramentum, i. & ſacrum ſignans, & ſacrum ſignatum. ¶ Sa-
28 cramentum † verò conſiſtit tribus, ſ. in rebus, in factis, in uerbis, ſecundum proprietatem, ſimilitudinem, & interpretationem. Ideo nanque ſecundum proprietatẽ ſignat diabolum, vnde: Aduerſarius veſter diabo-
1.Pet.5. lus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Seminare, ſecundum ſimilitudinem ſignificat prædicare. vnde, Exijt,
Luc.8. qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, aliud cecidit in terram bonam, & aliud ſuper petram, & aliud inter ſpinas, Emanuel, ſecundum interpretationem ſignificat Chriſtum. Vnde & vocabitur nomen eius
Eſa.7. Emanuel, quod interpretatur, nobiſcum Deus. Res, vt aqua baptiſmi, factum, ut ſignaculum crucis verbum, ut inuocatio Trinitatis. Singula reperiuntur in hoc excellentiſſimo ſacramento, res. i. corpus, & ſanguis factum, ideſt, eſca, & potus, uerbum, hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. ¶ Sequitur. Qui pro uobis, & pro
29 † multis effundetur in remiſſionem peccatorum &c. Pro ſolis prædiſtinatis effuſus eſt quantum ad efficaciam, ſed pro cunctis hominibus quantum ad ſufficientiam. Effuſio quippè ſanguinis iuſti, pro iniuſtis, tam fuit dines ad pretium, ut ſi uniuerſitas crederet in redemptionem, nullum omnino uinculum diaboli retineret, verbum enim effuſionis abundantiam notat; 26.q.1. reuertimini. Peccatum au-
30 tem duobus † modis remittitur, uidelicet quo ad meritum culpæ, & hoc per ſanguinis fidem, qua iuſtificatur à culpa, & quò ad debitum pœnæ, & hoc per ſanguinis pretiũ, quo redempti ſumus à pœna. Omnes enim quaſi oues erauimus. uniuſquiſque in uiam ſuam declinauit, & Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrũ. Vnde vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore, eius ſanati ſumus. Vere languores noſtros ipſe tulit &c Eſa. 53. Quia ergo iuſtus iniuſte punitus eſt, iniuſti iuſtè ſunt liberati. Aſſumpſit enim in ſe pœnam pro omnibus, ut daret ſemper gratiam uniuerſis. Hic autem ſacerdos eleuat calicem, ut illum populo oſtendat, nec eſt ſuperflua hec eleuatio, ut dictum eſt in fine particulæ præcedentis. Et eſt notandum, quod quædam eccleſiæ duas habent pallas corporales, & ibi eleuatur calix coopertus eum altera earum. In quo oſtenditur, hoc ſacramentum occultiſſimum fore, & difficiſſimum ad intelligendum, quòd répore inſtitutionis huius ſacramenti ſanguinis Chriſti inuiſibiliter erat, qui inter uenas eius exiſtebat. Aliæ uero eccleſiæ unam tãtum habent pallam, & ibi eleuatur diſcoopertus abſque uelamine. Primo, ad deſignandum quod poſt inſtitutionem huius ſacramenti ſanguis Chriſti factus fuit uiſibilis, per ipſius effuſionem in cruce, unde hic dicitur. Hic eſt ſanguis meus &c. In eo enim quòd calix non eſt coopertus cum palla, ſuper qua eſt hoſtia conſecrata, deſignatur, quod ſanguis Chriſti à corpore effuſus eſt, & ſeparatus eſt. Secundo, quia hoſtia eſt ſuper pallam corporalem, nec bono modo poſſet alibi poni. Tertio, quia propter uenti flatum, periculoſum eſt coopertum cum palla leuare. ¶ Et nota, quòd ſacerdos actus Chriſti repreſentans, dum dicit: Accipiens calicem parum eleuat calicem, deinde benedicit, & ut ſine periculo calicem benedicat illum in altari deponit. Subſequenter etiam dicit, accipite, parum tenet eleuatum uſque dum in altũ eleuet ut illũ populo oſtendat. Sequitur. Hoc quotieſcũq; feceritis &c. Hæc clauſula quia cõſecrationẽ tã corporalis q̃ ſanguinis reſpicit, poſt depoſitum calicem, debet dici. Sane in perceptione corporis Chriſti & ſanguinis magna eſt nobis adhibenda diſcretio. Canendum eſt. n. ne ſi nimium differatur, mortis periculam incurratur. Domino proteſtante, niſi manducaueritis carnem

Ioan.6. nem filij hominis, & biberitis eius ſangui-
1.Cor.2. nem, nõ habebitis uitam in nobis. Si verò quis indignè ſuſcipit, ſecundum Apoſtolum, iudicium ſcilicet dãnationis ſibi manducat & bibit, de conſe. di. 2. qui ſceleratè, c. ſeq. ideoq́ue ſecundum eundem Apoſto-
1.Cor.2. lum, probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, &c. Dicet ergo quiſquam communicandum eſſe quotidie. Alius uero dicet econtra. Faciat igitur vnuſquiſq; ſecundum quod piè crediderit faciẽdum, non enim ligauerunt adinuicem, nec alter
Mat.1. alteri ſe propoſuit, Zachæus ſcilicet, & ille
Luc.10. Cẽturio cum alter eorum. Gaudens Chriſtum in domo ſua ſuſcepit, & alter dixit, Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, & hoc eſt, quod Augũ. ait. 12. di. illa de conſec. di. 2. quotidie alij quotidie cõmunicant corpori & ſanguini Domini, alij certis diebus accipiũr, quod liberam habet obſeruantiam, de hoc ſub titu.
31 de oſculo pacis dicetur. ¶ Et † no. quod licet Chriſtus ſemel credentes ſua morte redemerit. Eccleſia tamen hoc ſacramẽtum quotidie neceſſariò repetit, ob tres præcipue cauſas. Primo, quia in uinea laborantes, eo quotidie reficiuntur. Secundo, ut neophyti per illud incorporẽtur Chriſto. Tertiò, ut memoria paſſionis Chriſti quotidie mentibus fidelium, ad imitandum infigatur, quotidie enim egemus, ideoque panis quotidianus uocatur. Quotidianum ergo ſacrificium, ut probat Paſchaſius Papa. de conſecra. di. 2. cum iteratur, eſt commemoratio, nõ iteratio paſſionis. Et ideo ſequitur: In mei memoriam facietis, ideſt, in hoc ſacramento vobis quotidie mortis & paſſionis Chriſti memoria renouabitur. de conſe. di. 2. corpus, & c iteratur. Vnde 1. ad Cor. 10. Quotieſcunque mãducaueritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annunciabitis, donec ueniat, propter quod ipſe dicebat Apoſtolis, hoc facite in meam commemorationem. Hanc ultimam nobis memoriam Dominus reliquit. prout dictum eſt ſuper uerbo: Poſtquam cœnatum eſt. ¶ Et nota, quòd habemus triplex memoriale Domi
32 nicæ paſſionis. † Primum, quantum ad uiſum in imaginibus & picturis, & propterea crucifixi imago depingitur in libro, & in eccleſijs. Secũdum, quantum ad auditum, ſcilicet paſſio Chriſti prædicata. Tertium quantum ad guſtum, ſcilicet ſacramẽtum altaris, in quo Chriſti paſſio patenter exprimitur, & propter hoc præmiſit, & memoriam ve. Et ſequitur unde & memores. Qui autem calicem diſcoopertum eleuãt, illum in hoc loco cũ palla corporali cooperiunt, innuentes, quòd ſepulto Domino aduoluto lapide, clauſum eſt otium monumenti, ut d. Mar. &c.

SVMMA.

1 *Canonis pars octaua. Et eius interpretatio. Et nu. 4. 9. 10.*
2 *Deus propter nos proprio filio non pepercit.*
3 *Sacerdos quare brachia extẽdat in octaua parte canonis.*
5 *Digiti conſecrati a ſacerdote conſtringuntur in octaua parte canonis, trib. de cauſis.*
6 *Cruces quinq; ſup hoſtia, quid ſignificent.*
7 *Signa cur fiant ſuper Euchariſtia.*
8 *Hoſtiam puram &c. illa pars canonis, quã uarie exponatur.*
11 *Offerre Deo quid, & qualiter debeamus et in quo peccauit Cain Deo offerendo.*
12 *Abrahæ ſacrificium gratum Deo. Item Melchiſedech nu. 13.*

De octaua parte canonis. Cap. 43.

VNDE & memores &c. Octaua † pars, quia dominus ipſe præceperat in cap. Simili modo, & hoc in ſui memoriam faciemus. Idcirco in hac parte tria ſibi commemoranda proponit eccleſia, ſcilicet tam beatam paſſionem, necnon & ad inferis reſurrectionem, ſed & in cœlos glorioſam aſcenſionem, quorum primum, ideſt, paſſio excitat charitatem, ſecundum, ideſt, reſurrectio corroborat fidem, tertium, ideſt, aſcenſio lætificat ſpem. Quid † enim in nobis magis charitatem accendit, quàm quòd proprio filio ſuo non pepercit Deus? Roma. 8. Quid magis in nobis fidem confirmat, quàm quòd Chriſtus reſurrexit à mortuis? Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Chriſto omnes uiuificã- 1 2 1.Cor.15 Pſal.67 Ioan.12

viuificabũtur. Quid magis in nobis amplificat spem, quàm quòd Christus ascẽdens in altum captiuã duxit. cap. de do. ho. ut ubi
3 ipse est, illic sit & minister eius. ¶†Sacerdos igitur hoc representans dicendo: tam beatæ passionis, manus in modum crucis extendit, ut habitu corporis manuũ Christi extẽsionem in cruce representet, quod
Luc. 22. tamen alij faciunt, quando dicunt. Hanc igitur oblationem representantes crucifixionem statim secuturam. Et quia Christus prolixius orans factus est in agonia: ideo agoniam illam habitu oculorum, & faciei quodammodo representat. Dicens
Abac. 3. autem, Necnon & ab inferis resurrectionem,
Act. 1. illas ad se, ut prius reducens, eas patrũ exigit: vnde in cantico Abacuc altitudo manus suas leuauit, & hoc in signũ, quòd Christus inuictus leo surrexit a mortuis. Item dicens, sed & in cẽlos gloriosæ ascensionis, eas exigit æqualiter vsque ad humeros; in signum, quod Christus eleuatis manibus ferebatur in cœlũ, & sedet ad dexte-
4 ram Dei patris. †Quod igitur dicitur, un-
Mar. ul. de & memores &c. sic est intelligendũ q. d. nos esse sacerdotes profitemur, & plebẽ tuam memorem esse testamur. Christi filij tui &c. sacerdotes quidem memores & instructi esse debent: quia ipsi missam celebrant, & sacrificium Christi exemplo offerunt. Plebs etiam sancta memor esse debet: quia Christus non solum pro sacerdotibus, uerum etiam pro plebe passus est quæ sancta dicit: quia fide & baptismo per-
5 cepto sanctificata est. ¶Item †ex nunc stringunt digiti, scilicet pollices, & indices nec disiunguntur, nisi quando oportet hostiã tangi, uel signa fieri, quòd fit primò ob reuerentiam sacramẽti, ne videlicet: aliquid tangant, post tactum corporis Christi.

¶Secundò, uidelicet in signum, quod in hoc sacramento secundus accedit primò, idest, filius patri obedit. & ideo subijcitur. Vnde & memores tam beatæ passionis, resurrectionis, & ascensionis.

¶ Tertiò, digiti, qui corpus Christi tetigerunt, iunguntur ad ostendendum, q. fideles illud fide & deuotione tangentes, dẽt esse charitate coniuncti, & sicut digiti in tangendo, & signando ab inuicem ad orã diuiduntur, & sic fidelium operationes in hac uita, cum expedit, separantur, quoniã quandoq; per contemplationẽ ad spiritualia eleuantur, & quandoq; pro mundanis necessitatibus temporalia administrant.

¶Quartò digitorum coniunctio indicat quod corporis, & sanguinis Domini nostri sacramento, & mẽs & corpus sacerdotis inseparabiliter esse debent affixa.

¶Quintò stringuntur, ne puluis, seu particula hostiæ illis forte adhærẽs cadat. Quia verò ecclesia dixit se memoré † dominicæ 6
passionis, ideo statim acerbiorem speciem ipsius passionis commemorat, recolens in quinq; crucibus quinq; plagas, sicut enim subsequens expositio declarabit, ad hinc vsq; dum corporale desuper calicẽ remouetur, dominicæ, passionis ordo memoratur. Nam ubi dicit sacerdos, hostiam purã hostiam sanctam, hostiam immaculatam panem sanctum uitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ, quinariũ crucis signaculum imprimit super oblatam & calicem significãs quinque Christi plagas, videlicet duas manuum, totidemq; pedum, & vnã lateris, vel quinque cruces significãt, quòd Christus quinque secula redemit. Tres autem cruces communiter facit sacerdos super oblatam & calicem, quoniam in tribus uerbis utrumque pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis signaculo panis separatur à calice, nisi cum separatim nominantur in canone, & quando hostia collocatur à ministro in latere calicis, recta pars crucis solummodo super panem, transuersa verò usque ad calicem debet protendi, quoniam recta pars crucis corpus Christi sustinuit, transuersa verò brachia distendit. Duæ verò cruces separatim factæ animam Christi separatam a corpore significant. Sed cum iam plene & perfecte sit consecratio celebrata, nam materia panis, & uini iam tranfit in substantiam carnis & sanguinis; nec ulterius potest deteriorari uel meliorari, & sacerdos ulterius utitur suis, non Christi sermonibus, de consecr. distin. 2. panis est. ¶Quæritur † quare sup Eucharistia adhuc bene- 7
dictionis signum imprimitur, aut aliquod consecrationis verbum præfertur? Præterea quædam subiunguntur in canone inuenta, quòd nondum sit transsubstantiatio consumata. Super hoc dicunt quidam, de consecr. distin. 2. vtrum quòd scriptura

ptura non attendit hic huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cum non possit simul multa proferre, agere, ita loquitur & agit, ac si tempus staret, & essent ad hæc facienda, quæ in principio sermonis nondum erat facta, & verba & signa non ad tempus suæ prælationis, sed ad conceptionẽ loquentis sunt referenda Innocentius Papa III. dixit, quod in canone aliud verba significant, & aliud signa ꝓtendunt. Nanque verba principaliter spectãt ad Eucharistiam cõsecrandum, signa vero principaliter pertinent ad historiam recolendam, nam verbis vtimur ad consecrandum panem, & vinum in corpus, & sanguinem Iesu Christi, signis vtimur ad recolẽdum ea, quæ per hebdomadam ante pascha gesta sunt circa Christum. Patet ergo, quod quantum ad ordinem Eucharistiæ consecrandæ, c. illud, qui pridie, quam pateretur &c. in fine canonis subijci debuisset, quia in eo consecratio consumatur, sed quoniã impediisset ordinẽ historiæ recolendæ, qa quod fuit gestum in medio, ponetur in fine. Prouidis canonis ordinator, ut ordinẽ seruaret historiæ, quasi quadam necessitate compulsus capitulum illud, Qui pridie &c. quasi cor canonis in medio collocauit, ut quæ sequuntur, intelligantur præcedere, secundum illam figuram, quæ sæpe fit, ut quæ narratione succedunt, intellectu præcedant, vel potius, ut tam literæ, quam historiæ suus ordo seruetur. Dicatur itaque, quod pertinent signa ad historiam passionis ad recolendum, quia significant quinque sensus, qui tunc re uera patiebantur in Christo, vel quinque eius plagas, ut dictum est, sed verba non pertinent ad Eucharistiam consecrandam, imo pertinent ad Eucharistiam consecratam, hoc modo nos serui, videlicet sacerdotes, sed & plebs tua sancta, scilicet populus Chri-
Mat. 23 stianus. Nam quod populus agit voto sacerdotes peragunt ministerio, Offerimus Præclaræ maiestatis tuæ, idest præ cæteris claræ. Nam si iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, quanto clarius maiestatis diuina præfulget? De tuis donis id est, de frugibus segetum, & hoc quantum ad panem, qui est consecratus in carne, Ac datis, idest, de frugibus arborum, & hoc quantum ad vinum, quod est consecratum in sanguinem, De †his inquam 8
& illos offerimus hostiam puram, hostiam sanctam hostiam immaculatam, ideſt, Eucharistiam immunem ab omni culpa originali, veniali, & criminali. Vnde dicatur hostia, dictum est in sexta particula super verbo, Quia pridie, Vel puram, quantum ad cognitionem, quasi puro corde, sanctam quantum ad locutionem, immaculatam quantum ad operationem, quia peccatum *1. Pio. 2.* non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, supple hoc est, panem sanctum, i. sanctificantem, supple, datorem vitæ æternæ, quantum ad stolam carnis, & calicem salutis perpetuæ, quantum ad stolam animæ *Ioan. 6.* secundum illud. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Pos- 9
sunt † etiam secundo modo hæc verba exponi, vt videlicet Christus dicatur hostia pura, qui conceptus est sine peccato, dicatur panis vitæ æternæ, quia est refectio angelorum, & calix salutis perpetuæ, quia refectio est hominum. Vel tertio modo, hostiam puram, quia Christus oblatus est, vt nos liberaret de fœditate originalis peccati, Sanctam, quia vulneratus est, vt superfluerent sacramenta, quibus ecclesia sanctificatur. Immaculatã, quia mortuus est, vt nos liberaret de morte æterna. Panem vitæ æternæ, quia est nostrum viaticum, quasi via, Et calice salutis perpetuæ, quia est refectio angelorum, inebriãs in patria. Vel sic quarto modo, de tuis donis ac datis. Dona sunt in re æterna, data in opera temporalia. Offerimus hostiam puram, scilicet corporis, hostiam sanctam. s. sanguinem hostiam immaculatam, quo ad vtrũque. Vel puram, i. ab alijs separatam, sanctam, ideſt sanctificatam, immaculatam, ideſt à maculis emundatam, hostiam de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. ¶Sequitur, supra quæ &c. Cum autẽ orauerit pro hostia transubstantianda, eamq; iã transubstantiatam patri obtule- *1. Tim. 2.*
rit, nunc orat pro ipsius acceptatione, ut eam ad instar antiquorum sacrificiorum acceptet, propitio (supple) nobis, ac sereno vultu, ideſt, aspectu placabili digneris respicere, non quod vultus eius mutetur aliquando, sed tunc Deus vultum suum super nos illuminat, & serenat,

cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum misericordiam suam super nos exhibet, & declarat secundum illud Psal. Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Item per hoc quod dicit, digneris respicere ſ notatur, q̃ sacerdos noster vultum habet versum ad propitiatorium, de quo in proœmio huius partis dictum est, & tunc aspergit intus tabernaculũ, dum per misericordiam Dei quærit eius propri tiationem, ut habeat Deus illa munera accepta, sicut habuit munera Abel iusti: Vnde sequitur. Sicut accepta † habere dignatus es munera Abel &c. Hoc autem ad verbum, sicuti, similitudinem innuit, non exprimit qualitatem. Multo quippe acceptius est hoc sacrificium Deo, quam quod obtulit Abel, quod obtulit Abraham, qđ obtulit Melchisedech, uater enim amplius res, quam umbra, ueritas quam figura. Ipsam ergo similitudiné magis, quã quantitatem debemus ædere. Offerẽdo † igitur, fimiles sumus Abel, recte quidem offerẽtes, recte nihilominus diuidamus, quod quia Cain non egit, peccauit, sua nanque recta, cui debebat, obtulit Deo, sed retinẽs sibi seipsum, & cor suum subtrahens Deo male diuisit, Abel autem acceptum Deo intus in corde obtulit holocaustum, quia non se sibi retinuit, sed Deo totum se subdiuidit & impendit. Et ideo legitur in Gene. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain uerò & ad munera eius non respexit. 14. q. 5. scriptum. Prius respexit ad Abel, & postea ad munera eius, quia non offerentes à muneribus, sed munera offerenti placuerunt. † Similiter & Abraham egregius fide, tantum prius se offerebat altissimo, & propterea cum sua ducebat offerenda, placidas ei hostias offerebat, quod ut nos scientes imitaremur, pater nos ab illo Deus exegit affectus. Tolle (inquit) filium tuum unigenitum, quẽ diligis Isaac, & offer eum in holocaustũ super unum montium, quem monstrauero tibi. Statimque promptum & obẽdientem inuenit, imo nobis ostendit. Melchisedech. † quoque, nisi se prius acceptum Deo sacrificium obtulisset, futurorum causas minime præuidisset, quarum intuitum mysticum panis & uini primus obtulit sacrificium, erat enim sacerdos Dei altissimi. Nominantur igitur, isti tres partes ueteris testamenti; quia illi eorum sacramentum specialis cæteris hoc sacramentum præsignauerant. Quid enim per manus Abel offerentis de primogenitis gregis, nisi Christus primogenitus in multis fratribus exprimitur, qui malitiosè occisus est a populo Iudæorum, sicut ille inuidiosè à fratre suo? Nam secundum Apostolum, Ipse est agnus Dei, qui occisus est ab origine mundi. Quid per sacrificium Abrahæ, delictum & unicum filium offerẽtis, nisi Christi passio designatur? de quo dicit Apostolus, Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hic est (inquit) filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Oblatio quoq; Melchisedech tam propriè nouum sacrificium præsignauit, ut inde prædictum sit. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech, qui secundum Apostolum assimilatur per omnia filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Abel dicitur puer, non tam a pueritia, quam a pueritate secundum illud. Ecce puer meus, dilectus, quem elegi, posui super eum spiritum meum. Abraha dicitur Patriarcha, non ita Israeliticæ plebis, quam populi Christiani, illius per carnem huius per fidem, secundum illud. Nõ ultra uocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituite Melchisedech interpretatus est rex iustitiæ, deinde rex Salem, ideſt, pacis propter illud, quod legitur, Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna, sanctũ sacrificium, immaculatam hostiam, hoc addidit in canone, Leo Papa primus.

Ps.66. Gen. 4. Gen. 22. Gen. 14. Gen. 14. Gen. 14. Ro.8. Apoc. 5. Ro.8. Mat.17. Ps. 109. Gen. 17. Ps.17.

SVMMA.

1 *Christus quõ sanguinem suum aspergit.*
2 *Sacerdos cur se inclinet ut dicturus, Supplices &c. cætera.*
3 *Cruces tres facta à sacerdote super oblatam, quid significent.*
4 *Sacerdos cur se inclinet cancellatis manibus ante pectus in nona parte canonis.*
5 *Diaconus manus in nona parte canonis lauet.*
6 *Sacramenti dignitas, & excellentia.*
7 *Canonis inter ratio in nona parte. & n. 9.*
8 *Angelis ad stat sacerdoti celebranti.*

De

De nona parte canonis. Cap. 44.

SVPPLICES te rogamus &c. Nona pars pontifex, vt lex iubebat, & i proœmio huius partis dictũ est, aspregebat tabulam & aram, & exterius sacrum sanguine pacifico, & Christus toties † aspergit patrem sanguine, quoties eũ placat per carnẽ assumptã, aram aspergit quandiu numerum restaurat angelorum, Exterius sacrum aspergit, dum homines sanctificat, & patri, qui in terris sunt, reconciliat. Sacerdos eosdem aspergit, quia hoc sacrificium placat Deum, & veniam impetrat, & sic etiam super hos aspergit nam qui nos emundat, augmentat numerum ciuium supernorum. Aspergit etiã intus tabernaculum, prout in præcedenti particula dictum est. Dum autem hic nominat sublime altare commemorat sancta sanctorum. ¶Sanè hymno dicto post cœnam exiuit Iesus in montem Oliueti trãstorrentem Cedron, & progressus pusillum cecidit in faciem suam, orans, & dixit. Pater, si fieri potest, transfer calicem hunc a me. Sed & secundo, & tertio abijt & orauit eundem sermonem dicens, & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tunc venit ad discipulos suos dicens. Surgite, eamus, ecce appropinquat, qui me tradet. Traditor autem dedit eis signum, dicens, quem ósculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et cõfestim accedens ósculatus est eum. Quia ergo Iesus † procedit orans, & dicens. Pater si fieri &c. ideo sacerdos se inclinans orat, & dicit. Supplices te rogamus &c. vel sacerdotis inclinatio significat emusionem spiritus Christi, prout dictum est in proœmio canonis. De inclinationibus dictum est sub titul. de confes. Item dicens, ut quotquot ex. hac altaris, &c. ósculatur semel altare. per quod representatur ósculum proditoris, postquam Dominus ab oratione surrexit. Quidã ter ósculantur agẽtes gratias Trinitati, quæ per passionem Domini genus reconciliauit humanum. Alij bis, ad notãdum geminam in Christo naturam, seu ipsam in anima & corpore passum. Quia vero in agonia prolixius orabat, tertio dicens eundem sermonem, ideo † sacerdos facit tres cruces. Primam super ablatam dicendo, sacrosanctum filij tui corpus, & secundam super calicem dicendo & sanguinem, tertiam signando seipsum in facie, dum dicit. Omni benedictione cœlesti, fortè propter sudorem corporis crucem imprimens super corpus, & propter guttas sanguinis crucem imprimens super sanguinem, quia procidit in faciem suam orans, ideo imprimit sibi crucem in facie. Vel potius crux, quæ fit supra corpus designat vincula, quibus est ligatum corpus ille quæ fit super sanguinem designat flagella, q̃bus alius est, & sanguis eductus. De vinculis legitur. Ministri Iudæorũ comprehenderunt & ligauerunt. uinciẽtes duxerunt & tradiderunt Pontio Pilato. De flagellis legitur. Apprehendit Pilatus Iesũ & flagellauit, cuius liuore sanati sumus. Per tertiam verò crucem, quæ fit in facie, recolitur illud, quod expuebant in faciem eius, & palmas in faciem eius dabãt, & velantes faciem eius dicebant, prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit. Tertiò, crux quæ fit supra corpus, martyrium Christi, quæ fit supra sanguinẽ, martyrium Sãctorum designat. Quartò primo duæ cruces significant, q̃ Christus, p̃ duobus populis passus est. Tertia, quæ fit in facie, quod in corpore suo passus est. Alij uerò non faciunt præmissas duas cruces. Considerari † etiam oportet, qđ sacerdos dicẽdo supplices &c. stat inclinatus, cancellatis manibus ante pectus, ad designandũ, quod orationis humilitas per inclinationem designata tunc demum & non alias exaudiri digna est, si ex fide procedat pectoris ideſt mentis. Fide, dico, per dilectionem operante, quæ operatio per manus intelligitur. Quia uero quædam sunt opera vitæ actiuæ, quędam uero vitæ contemplatiuæ, sed opera uitæ actiuæ quodammodo cancellatim ad opera contemplatiuæ vitæ sicut sinistra ad dexteram comparantur, eo quod operæ actiuæ sicut suppositæ seu inferiora ad opera contemplatiuæ disponunt, & opera contemplatiuæ sicut superpositæ & altiora illa perficiunt & confirmant, & ideo in ipsa manuum cancellatione dextra superponitur sinistræ. Rursus

1 2 Heb.9. Ioan.8. Mat.26 Luc.22. Ma.26. Luc.22. 3 4 Mar.12 Io.16. Ma.26.

orat

orat cancellatis manibus ante pectus, quasi ipso facto. Obsecro te per crucem, & passionem tuam, vt iubeas hæc perferri &c. Cancellatio enim manuum passionē Christi figurat, & dextera, per quā resurrectio læuæ, per quam passio designatur, superponitur, vt per hoc Christi resurrectio à mortuis insinuetur. ¶Verum in nonnullis ecclesijs † diaconus infra actionē lauat manus, significans primò, quòd Pilatus se lauit, cum se mundum a Christi sanguine proclamauit. Vel secundò, quòd nostra sordida opera Christi passione mūdātur. Tertiò, quòd nullus nisi mundus ad percipienda fidei sacramenta procedat. ¶Sequitur, Iube hæc perferri &c. tantæ sunt profunditatis hæc verba, vt intellectus humanus uix ea sufficiat penetrare. Vnde beatus Gregor. de consecr. distinct. 2. quid sit sanguis, & in fine † dialogi, tanti sacramenti dignus interpres de illis tanquam de re ineffabili penè, ineffabiliter loquens, quis inquit, fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri? in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis infima sociari. terrena cœlestibus iungi, vnumque ex inuisibilibus atque visibilib⁹ fieri? Idem etiam alibi dicit. Vno eodemque tēpore ac momento in cœlum, ideſt, cœlestem naturam rapitur, ministerio Angelorum, consociandum corporis Christi, scilicet mystico, & ante oculus sacerdotis in altari videtur. ¶† Saluo tamen occulto cœlestis oraculi sacramento, possent hæc verba licet simplicius, tamen securius sic exponi. Iube. ideſt fac. hæc. s. vota fidelium, ideſt supplicationes & pces, perferri ideſt præsentari, per manus sancti Angeli tui. i. per ministerium Angelorum, qui sunt administratorij spiritus, & vota nostra corā Deo offeruut. Iuxta illud. quod ait Raphael Angelus ad Thobiam. Thobiæ duodecimo. Quādo orabas cum lachrymis, obtuli orōnem tuam Domino. Ex hoc† ergo euidēter apparet, quod Angelus sacris mysterijs adesse credendus est, non vt cōsecret, quia hoc non potest, sed vt orōnes sacerdotis & populi Deo representet, secundum illud Apoc. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu Angeli, quæ sunt orationes sanctorum. In sublime altare tuum, supple, hoc est in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. ideſt in cōtemplatione maiestatis, & curiæ tuæ cœlestis; nam ipse Deus dicitur altare sublime. Exod. vigesimo. Non ascendas ad altare meū per gradus, ideſt, in Trinitate non facies gradus. ¶Porro sicut beatus Augustinus determinat, non dicitur Angelus offerre orationes Deo, quasi tunc primo Deus nouerit, quid velimus, quia Deus omnia nouit antè, quā fiant, sed quia necesse habet rationalis creatura tēporales causas ad æternitatem referre, siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo quid facit, aut quid Deo iubent implendum esse cognouerit, hoc nobis, vel euidēter, uel latenter, reportet. ¶Possunt etiam secundo modo præmissa verba sic exponi. † Omnipotens Deus iube hæc, scilicet panem & vinum, perferri, ideſt, transmutari, in sublime altare tuum, ideſt, in corpus & sanguinem filij tui, super choros angelorum exaltari, quia corpus domini dictum est altare iuxta illud. Altare de terra facietis mihi, per manus Angeli tui, ideſt per ministerium sacerdotis. Non enim secundum Augustinum deposcit ob illud illic deferenda, nisi ut intelligatur, quòd illa fiant, ideſt transubstantietur in eo sacerdotis, ideſt in eius mysterio, virtute Spiritussancti. Sed cum iam transubstantiatæ sint, exponi possent tertio modo sic. Iube hæc, ideſt, corpus Christi mysticum, s. ecclesiam Christi militantem perferri, ideſt, associari, in sublime altare tuum, ideſt, in ecclesiam triumphantem, quæ dicitur altare secundum illud Leuiticum. Ignis in altare meo semper ardebit, ideſt, seruor charitatis in ecclesia triumphabit, & hoc per manus Angeli tui ideſt per operationem & virtutem Christi filij tui, qui est magni consilij Angelus. Esaiæ nono. Ipse enim corpus suum mystico Deo patri coniungit, & ecclesiæ triumphanti. Quarto modo hic Angelus magni consilij. Consiliarius ille, cuius consilio pater mundum creauit & recreauit sublime altare, in conspectu Dei est Christus crucifixus, sedēs in dextera patris. Igitur Angelus fert hæc sacramenta in sublime altare in conspectu Dei dum ei catrices ostendens interpellat apud patrem pro nobis, hæc sacramenta conficientibus.

Hebr. 1.
Apoc. 8.
Dan. 13
Leuit. 6

tibus. Quæ verò sint illa, quæ petit in sublime altare pferri, determinat Dominus dicens: ut quotquot &c. per hoc enim demonstratur corpus Christi mysticum, qđ Christus quotidie ad se trahit per membra, vnde Gieremias, patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

Hie. 3.

S V M M A.

1 *Canonis decima pars. Et interpretatio. & num. 4.*
2 *Ecclesia orat in Missa pro defunctis.*
3 *Dormientes, hoc est mortui, resurgent.*
5 *Quiescentes in Christo qui dicantur.*
6 *Paradisus locus refrigerij.*

De decima parte Canonis. Cap. 45.

1 MEMENTO etiam Domine &c. † Decima pars. Hæc coniunctio etiam cōtinuat sequentia proxime præcedentibus vel dici potest quòd superfluit. Nam in antiquis codicibus præcedebat immediate quædam oratio, incipiens. Memento mei, quæso Domine &c. in qua sacerdos pro se orabat, vt digne posset offerre: vnde tunc recte sequebatur: Memento etiam domine famul. &c. Sed quia in multis modernis codicibus oratio illa non inuenitur, ideo secundum illos istud etiam supfluit, vel quod melius est, respicit aliud Memento, quod præcedit in quo rogauit pro viuis, hic autem orat pro defunctis.

2 ¶Orat † ergo pia mater ecclesia, non solum pro viuis, verumetiam pro defunctis, & eos Deo patri sacræ oblationis intercessione commendat certissimè credēs, quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuētium: verumetiam ad absolutionem valeat defunctorū. Ideoque Gabilon. concilium de consec. distinct. 1. visum. statuit, ut in omnibus missarum solennis loco competenti, videlicet in hoc loco secretæ, vel in diebus non solennibus in dominica enim die ob resurrectionem dominicæ animæ requiem creduntur habere. Ecclesia pro defunctis Dominum deprecetur, iuxta illud August. Nō sunt prętermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana catholica societate laudamus. Et quia quandoque desunt defunctis parentes, filij, cognati, amici, qui supplicationes pro eis effundant, vna & pia mater, ideſt, tota ecclesia omnes defunctos sub generali commemoratione suscipit, tacitis illorum nominibus, & eis exhibet commnnionem. Innocen. quoque Papa statuit, eadem distin. de nominibus. vt ante consecrationem hostiæ non recitentur communia defunctorum: possent enim populo recitari: sed Deo, quem nihil latet, necesse non est, qui cùm signo fidei nos præcesserunt, scilicet ad dominum. 13. quæstio. secunda quam præpōsterum. in fin. non quod ibi sit fides, aut spes, vbi spes est & res, nam fides euacuatur, charitas nunquam excidit, sed signū fidei pro charactere fidei Christianitatis accipitur. de pœniten. distinction. secunda charitas, q fideles ab infidelibus discernūtur, secundum illud. Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel, & dormiunt in sommo pacis, secundum illud. In pace in idipsum dormiam, & requiescam: Frequēter enim sacra scriptura defunctos dormiētes appellat, pro eo quia sicut † dormientes euigilant, ita mortui resurgent, propter quod dicit Apostolus. Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui spē non habent. Et Dominus inquit in Euāgelio: Lazarus amicus noster dormit. ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus in hoc loco sacerdos; quorum maluerit defunctorū debet agere memoriam specialē. Finita est: n. memoria mortis domini. & ideo sequitur. Mors nostra Christus præcessit, & nos eius vestigia seqmur. ¶In Christo quiescentibus. ¶Sed nonne q decesserunt cū fide & dormiunt in somno pacis, de qbus pmissum est, quiescūt in Christo, & sic videtur hoc supfluere. Sed quia sacerdos post verba illa, in somno pacis, fecerat specialem memoriam pro aliquibus, ideo subijcit. pro ipsis Dominus & mox non incompetenter supponit clausulam generalem, & omnibus in Christo quiescentibus, de quibus præmisserat.

Apoc. 4.
Ps. 4.
3
1. The. 4.
Ioan. 2.

Hic

Universidad de Deusto Biblioteca

9 Hic † autē vocantur quiescentes in Christo, qui in charitate mortui sunt, habentes tamen aliqua purgabilia, eo q̄ non plene satisfecerunt pro peccati confessis propter quod ad locum purgatorij descenderunt, vbi existens suffragio indigent ecclesiæ militantis, tāquam nondum habentes in re pacem, & refrigerium gloriæ, licet habeāt certa & infallibile spe locum refrigerij, in quo non est ardor pœnarum, lucis in quo non est obscuritas tenebrarum, & pacis, in quo non est conflictus pugnarum. Nam absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, sed nec vllus do
Apoc.21 lor, quoniam priora transierunt, sed delectabuntur in multitudine pacis, cum placebunt coram Domino in regione viuen-
6 tiū † Paradisus dicitur ergo locus refrigerij, ppter ardorē ignis purgatorij, p quem
Psal.66. animæ transeunt, iuxta illud Ps. Transiuimus per ignem, & aquam &c. Locus lucis contra tenebras inferni, de quibus Matth. 23. Mittite eum in tenebras exteriores.
Esa.66. Locus pacis propter menti tranquillitatem quæ est ibi, contra uermem conscientiæ eorum, qui salui nō erunt. Vnde Esa. Vermis eorum non morietur, nec ignis eorum extinguetur.

S V M M A.

1 *Sacerdos quare percutiat pectus suum in undecima canonis parte & n. 2. 3.*
4 *Peccatum negare in nobis non possumus.*
5 *Misericordia & miserationes Domini magna, & multa.*
6 *Præmium gloriæ æterna an unum idemque sit omnium.*
7 *Ioānes cur denuo repetatur in undecima parte canonis atque præmittatur. Matthia & Barnabæ Apostolis.*
8 *Canonis undecimæ partis interpretatio. et sūma et n. 9. 10. 12. 13. 16. 18. 21. 22*
11 *Calix cooperitur, hostia non. Et qd ita.*
13 *Christus crucifixus sexta feria.*
15 *Sacerdos faciens cruces manus sup mēsa altaris extendit, & qua id significatione.*
19 *Sacrificium septem uicibus signatur in canone, & quia idipsum.*
20 *Sensus quinque exercentur in Eucharistia sacramento.*
23 *Christi passione quatuor impetrantur. Et quot digitos sacerdos celici leuando adhibeat. Quidque illud notet.*
24 *Diaconus osculetur humerum sacerdotis in ultima parte canonis.*

De vndecima parte Canonis. Cap. 46.

NOBIS quoque &c. Vndecima pars, hæc autē oratio protēditur usque, Per omnia secula seculorum. Ec hæc verba † proferendo sacerdos, paululum ex- 5
pressa voce percusso pectore silentium interrumpit, representans contritionem & confessionem latronis in illo passionis dominicæ articulo increpantis alterum, & dicentis, Nos digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit, & dicebat ad Iesum, Luc. 23. Domine, memento mei, dū 1
veneris in regnum tuum, propter quod dixit illi Iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Rursus † per 2
exaltationem vocis, & percussionem pectoris exprimitur illud, quod Centurio & qui cum illo erant, uisis his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes. Vere fi- *Mat.27*
lius Dei erat iste, & omnis turba quæ simul aderant ad spectaculum illud, percurientes pectora sua, reuertebantur Notiuero eius & mulieres, quæ Christum secutę fuerant a Galilæa, stabant a longe, hæc videntes, quos significant ministri, scilicet, diacon⁹ & subdiaconus retrostantes qui ad hanc vocem erecti, in os sacerdotis vel episcopi intuentur. Præmissa † autem pectoris vnica tunsio significat 3
q̄ secundum Apostolum ad Roman. 7. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, & fit cum tribus digitis, scilicet, sine pollice & indice, ut Trinitas in unitate notetur. Pectoris quoq; tunsio quādoque pœnitentiam designat, prout sub titulo de confessione dictum est. ¶ † Peccatoribus 4
ideo dicit. Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est, de
1.Io.1 peniten. distinct. 2. si enim inquit. Licet enim omni tempore debeamus ex corde nos recognoscere peccatores. 6. distinctio, testamen-

testamentum præcipuè tamen cum pro remissione peccatorum sacrosanctum mysterium celebramus. ¶ De multitudine mi-
Psal. 50 serationum tuarum sperantibus: iuxta q̄
5 Ps. inquit: Secundum † multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et nota q̄ una tantum est Dei misericordia, non aliud quidem, quam ipse misericors: sed multa sunt eius effectus,
Psal. 24 qui miserationes dicuntur: undē. Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quæ a seculo sunt. Partem aliquam & societatem donare digneris, sed cum ipse Deus sit omnia in omnibus, salus, & præmium, & gloria singulorum iuxta illud populi ego sum: quid est, quod dicitur aliquam societatem, &c. tanquam non omnes sint eundem denarium accepturi? Sanè licet unū
6 & idem sit † præmium singulorum: uidelicet ipse Deus, in cuius cognitione salus æterna consistit, secundum illud quod
Io. 17. ipse dicit in Euangelio: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum: & hūc quem misisti Iesum Christum: tamen secundum differentiam meritorum alij plus, alij minus, diuina uisione fruuntur:
1.Co.15 nam & stella differt a stella in claritate, p
Io. 14. pter quod ipse Dominus ait. In domo patris mei mansiones multę sunt. de pœn. di. 4. in domo sicut unus sol est, cuius lumine participant uniuersi: alij plus, alij minus secundum differentiam intuentiū.
7 ¶ Cū † Ioannes, Stephano, Matthia, Barnaba. In hac secunda commemoratione sanctorum magna ex parte supplentur, qui de primitiuis sanctis deesse uidebātur in prima. Sed quare Ioānes reperitur, & Stephanus sociatus Ioanni prēmittitur Matthiæ & Barnabæ Apostolis? Sup hoc dici potest, quod Ioannes in prima cōmemoratione disponitur, & cum cæteris numeratur, ppter dignitatē apostolatus. In hac autem commemoratione reperitur & cū Stephano sociatur, propter priuilegium cœlibatus: virgines. enim sunt & sequuntur agūm quocunq; ierit: propterea cæteris præmittitur. Virginitas nanq; Ioannis
Apo.14. inde maximē commendatur: quia Christus in cruce matrem uirginem discipulo
Io.19. virgini commendauit, & ex illa hora ac-
Act.6. cepit eā discipulus in suam. Stephani ue rò uirginitas ex eo maxime cōprobatur: quia ipse deputatus est sub Apostolis, ad ministerium uiduarum, & in eo, quod fœminis est prępositus testimonium meruit syncerissimæ castitatis. Posset autem non Euangelista, sed Baptista Ioanne intelligi, nisi præmitteretur, cum tuis sanctis Apostolis ac martyribus: unde conuincitur q̄ Apostoli tantum ac martyres subnotantur: quamuis & Ioannes Baptista merito posset inter martyres numerari. Enumerat ergo sacerdos sanctos, quorum societatem petit: quia & sacerdos legalis nomina filiorum Israel habebat scripta, ut supra dictum est. Et aduerte quōd hic octo uirt., & septem mulieres computantur: quia per hoc sacrificium septem chrismata gratiarum, & octo beatitudines iungun
tur in nobis. ¶ Sequitur: † Non æstimator 8
meriti quia non secundum exigentiam *Ps. 101*
meritorum retribuit, sed mitius puniendo, uel magis remunerando, quàm quis- *Lu.6.*
quam meruit. Vnde non ſm peccata nostra fecit nobis, neque ſm iniquitates nostras retribuit nobis, alibi: Mensuram bonam & confertā & cogitatā, & superfluentem reddēt in sinū uestrū. ¶ Per Christū dominū nostrū. Hic nō respōdetur, Amēcū quia Angeli, q̄ semper assistūt, respondēt, put in fine tertiæ particulæ dictū est tum q̄a hęc tacitè dicunt: nec respōdentes audire possunt: tum q̄a uerba sequētia pquē omnia &c. istis cōiungunt, & ab eis dependēt, ita q̄ nihil interponi potest. Hoc āt loco benedicunt uiæ, put dicet in vij. par. sub 5. feria cęnæ Dñi, ubi agit de diurno officio. In canone apostolorū in bucardo lib. 5. c. offert ita legit. Offerri nō liceat ad altare. l. ad benedicēdū pter nouas spicas & uuas & oleū, & fabas, & thymiama ad incēsū tpe, quo sancta oblatio celebratur. ¶ Sequit. † Per quem hęc omnia &c. 9
ideo dicit oīa, q̄a p filiū oīa creata sunt. unde Io. 1. Oīa p ipsum facta sunt, & sine ipso factū ē nihil. & uidit Deus cūcta, quæ fecerat, & erāt ualde bona. Creas igit cōdēdo naturā: sanctificas, cōsecrādo materiā: uiuificas, trāsubstātiādo creaturā, benedicis, accumulādo gratiā. Quod aūt dī, hæc omnia, ē simplex, pnominis demōstratio, sicut tēpus uerbi cōfusū. Nā præsens confusū præsentis nō tenet usum, & ē sensus:
Gene. 2.

hæc omnia ſ. panẽ & vinũ, & aquã, ſemper bona creas ℈m cauſas canonicas primordiales, & ſanctificas ℈m cauſas ſacramentales: viuificas, ut tranſeat in carnem & ſanguinem, & benedicis, ut cõſeruent vnitatem & charitatem. ¶ Rurſus in eo, quod dicit ſanctificas, notatur quod † quodcunque ſanctificatur, per gratiam Chriſti ſanctificatur. De plenitudine eius omnes accepimus: vnde Ioannes. 16. Pater ſanctifica eos in ueritate, ideſt, in filio. In eo quod dicit viuificas, notatur qđ quicquid viuificatur, per filium uiuificatur. Ioã. 2. Ego ſum uia, veritas, & uita. 8. diſtin. qui contempta. In eo, quòd dicit benedicis, in ſinua, quod benedictio cœleſtis, datur nobis per fructum virginis benedictum: vel creas, ut ſint: ſanctificas, tibi deputando: viuificas, animãdo, benedicis, vt vtilia ſint: præſtas ut pro ſint. Fiunt autẽ tres cruces ſuper dictis uerbis. ſanctificas, viuificas, benedicis. In quibus eccleſia primitiua repreſentatur, quę fidẽ Trinitatis ſuſcipit. De hoc tamen aliter iam dicetur. Siquidẽ ſacerdos dicturus: præſtas nobis: vel diaconus remouet corporale deſuper calicem, ad notandum quòd quãdo Chriſtus emiſit ſpiritum, velũ tẽpli ſciſſum eſt à ſummo vſq; deorſum, & aperta ſunt nobis ea, quæ prius obſcura erant in lege, & clauſa, ſicut dicitur in Euangelio, de quibuſdã: & erat abſconditum uerbum iſtud ab eis, ubi enim ſumpto aceto conſumatum eſt: reuelatum eſt: & calice diſcooperto accipiens hoſtiam dicit: Et præſtas nobis.

Ro. 1. Mat. 27 Luc. 18. Io. 19.

11 ¶† Dubitari autem uidimus, quare calix, & nõ hoſtia cooperitur. Ad quod quadruplex poteſt ratio aſſignari. ¶ Primo, propter periculũ, quia ſanguis facilius poſſet recipere immunditiã quàm hoſtia. Secũdò, quia in calice & ſanguine magis ſanctificatur paſſio Chriſti, quã in hoſtia: unde illud: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte, & in cano. in forma ſanguinis poni tur actus effuſſionis, ibi: Qui pro uobis effundetur &c. quia ergo in calice & in ſanguine magis ſignificat chriſtus mortuus, quàm in corpore: ideo ſicut & mortuus, panis, & lapidibus operitur, ita & calix panno, & ſanguis calice, & corporali cooperitur. ¶ Tertiò, ſanguis in calice cooperto repreſentat corpus Chriſti in ſepulchro clauſo & ſignato: hoſtia verò corpus chriſti extra ſepulchrum. ¶ Quartò ſanguis Chriſti calice cooperto repreſentat Chriſti corpus in ſyndone inuolutũ: hoſtia verò, non inuolutum. ¶ Sequitur, Per ipſum &cęt. Sicſ absque alicuius uerbi uel temporis interpoſitione coniungas præmiſſa uerba: Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Per quem hæc omnia &c & facis punctum ibi: Et præſtas nobis plana eſt litera. Dic ergo per ipſum, ideſt, tanquam per mediatorem cum cœqualis: quia ipſe cœqualis patri. In ipſo tanquam in conſubſtãtiali: uel in ipſo, ideſtj mẽbris eius; in parte quippe notatur authoritas, propter principium; in filio, æqualitas propter medium, in Spiritu ſancto communitas propter conſortium. Sanẽ. ſexta feria † crucifixus eſt Chriſtus, hora tertia linguis Iudæorum, quod narrat Marcus: hora ſexta manibus Gentilium: quod narrat: Ioannes circa horam autem nonam inclinato capite tradidit ſpiritum. Ad recolendam igitur crucifixionem hora. 3. factam ex linguis Iudæorum clamantium ter: Crucifige, crucifige eum: & rurſus. Tolle, tolle, crucifige eum Sacerdos facit tres cruces ſuper oblatam & calicem, dum dicit. Sanctificas, viuificas, & benedicis. Ad recolendam verò crucifixionẽ, quæ poſt interuallum triũ horarũ eſt facta manibus Gẽtilium, cum militẽs crucifixerũt Ieſum: ſacerdos facit iterũ tres cruces, cũ hoſtia, ſup calicẽ, ſuper præmiſſis tribus uerbis. ſ. per ipſum, cum ipſo, & in ipſo. ¶† Poſtmodũ autẽ ad deſignandũ diuiſionem carnis & animæ Dñi moriẽtis, facit duas cruces cũ ipſa oblata ũ ore calicis dũ dicit: Eſt tibi Deo patri omnipotẽti in unitate Spiritus ſancti. Cũ .n. in Chriſto tres ſint unitę ſubſtãtiæ videlicet diuinitas, corpus & anima fuerunt in morte diuiſę: nã diuinitas à neutra ẽ diuiſa & ſeparata, & ꝓpterea nõ tribus crucibus, ſed duabus mors Dñi deſignat. ¶† Cę terũ ſacerdos faciendo cruces manus ſup mẽſam altari extẽdit, qa & Chriſtus ſup arã crucis manus expãdit: iuxta illud propheticum Eſa. 45. Expãdi manus meas ad populum non credentem mihi. Secundo etiam præmiſſæ tres cruces cum corpore ſuper nudum calicem † factæ ſignificant tres

Mat. 26

12 13 14 15 16

tres cruciatus, quos Chriſtus in nuda cruce ſubſtinuit, videlicet paſſionem, propaſſionem, & compaſſionem, paſſionem in corpore, propaſſionem in mente, compaſſionem in corde. De paſſione corporis ait Dominus per prophetam, O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Foderunt enim manus meas, & pedes meos, & denumerauerunt omnia oſſa mea. De paſſione mentis, Dominus inquit Apoſtolis, Triſtis eſt anima mea, uſque ad mortem. Cœpit enim Ieſus tædere & pauere, cœpit contriſtari & mæſtus eſſe. Ex compaſſione vero cordis, pro crucifixoribus orauit ad patrem, dicens, Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt, ſi enim cognouiſſent, nunquã Dominũ gloriæ crucifixiſſent. Et ideo ſacerdos facit has cruces cum hoſtia ſuper calicem quia Chriſtus ſuſtinuit huiuſmodi cruciatus in corpore ſuper patibulũ. Per calicẽ enim paſſio deſignatur, ut iam dictũ &c. Tertio † modo, tres cruces cum hoſtia ſuper calicem factæ, ſignificant fidem Centurionis dicentis Mat. 27. Verè filius Dei erat iſte, & ita cognouit eum vnũ in Trinitate, ſcilicet Chriſtum Deum & hominem. Duæ vero, q̃ fiunt in ora ſeu latere calicis deſignant duo ſacramẽta, quæ de latere Chriſti profluxerũt, videlicet aqua regenerationis. & ſanguis redẽptionis, iuxta teſtimoniũ Io. dicentis. Vnus multum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua, & ideo immediatè poſt has duas cruces latus calicis, in quibuſdã eccleſijs cũ hoſtia tangitur per q̃ percuſſio lateris Chriſti cũ lancea militis deſignat. Quartò tres prẽmiſſæ cruces in quibuſdã eccleſijs ſita fiunt & bene. † Nam prima quę fit ſuper ipſum, fit ſupra os calicis exterius, ſignificant, quòd Deus extra omnia, non excluſus. Secunda, quæ fit ſuper, cum ipſo, fit parum inferius ſub prima, videlicet à labio calicis, in labium, ſignificans qđ Deus eſt ſuper omnia, nõ elatus. Tertia, quæ fit ſuper, in ipſo, fit inter os calicis, circa mediũ cõcauitatis eius, ſignificans quòd eſt inter omnia non incluſus. Quarta, quæ fit ſuper Deo patri, fit à medio oris calicis recto diametro cõtra faciẽ ſacerdotis, ſignificans, quòd omnia quę in miniſterio miſſæ occultè aguntur, in fine nobis ante oculos ponẽtur. Quinta, quæ fit ſuper in vnitate Spiritus ſancti, fit a latere calicis, inter ipſum calicem & ſacerdotem, videlicet deſcendendo a ſummitate calicis cõtra pedem, ſignificãs quòd Deus eſt ſuper omnia, non compreſſus ſeu proſtratus, quidam tamen de his duabus vltimis non faciunt, niſi vnam. Quinto dictæ tres cruces, ſignificãt tres cruciatus, quos Chriſtus ſubſtinuit tẽporibus, videlicet ante mortẽ alapas, flagella, ſputa, & huiuſmodi: in morte crucifixionẽ, & poſt mortẽ, lateris perforationẽ. Prima ſignificat primũ, ſecũda ℈m, tertia, tertiũ, quarta vero ſignificat ſeparationẽ animę a corpore Xpi, quinta deſcẽſum in limbũ, vel crucitũ in pedibus. Sextò quinque ordines ſignorũ, quæ fiunt ante ſextum, ſcilicet ante tactum calicis cum hoſtia, qñ videlicet de duabus vltimis non fit niſi vna, ſignificant quinque ætatis mundi, quæ fuerunt ante Chriſti natiuitatẽ. Sextũ uero videlicet ipſe tractus ſignificat, ſextũ tẽpus, ſcilicet à Chriſti natiuitate, vſque ad finẽ mũdi. Ipſe .n. vnicus tactus ſignificat Dominũ ſemel aſcendiſſe crucẽ, ut finẽ haberet. Ipſa ãt res eſt cruciatus, q̃ per dictas quinque ætates omnibus hominibus fiebat. ¶ Notãdũ † igitur eſt, qđ ſacrificiũ ſeptẽ vicib' ſignatur in canone. Prima vice ter, vbi dicitur, Hæc dona, hæc munera &c. Secũda vice, quinquies, ubi dicitur. Quã oblationẽ tu Deus &c. Tertia uice bis ſemel, ubi dicitur, Qui pridiè, &c. Tibi gratias agens benedixit &c. & iterũ, ubi dicitur, Similiq; modo &c. ibi Itẽ gratias agens &c. Quarta vice quinquies, vbi dicitur Hoſtiã purã &c. Quinta vice, bis, ubi dicitur, Sacroſanctũ filij tui corpus &c. Sexta uice ter, ubi dicitur, Sanctificas, viuificas &c. Septima uice quinquies ubi dicitur. Per ipſum &c. prout in ipſis locis dictũ eſt. Inter quas ſeptẽ uices ſacrificiũ ſignificatur duabus uicibus bis, & duabus uicibus ter, & duabus uicibus quinquies, ſeptima uero vice bis & ter. Signat ergo ſimul oĩbus uicibus, iunctis quinquies quinque, q̃ ſunt ſimul. 25. quo numerus p ſe ductus ſemper in ſeipſũ reducit. ſi ducat in infinitũ quãtũlibet. n. multiplicet Euchariſtiæ ſacramentum, ſemper eſt idem ſacrificiũ Augu. ta-

Yſa. 1. Mat. 27 Mar. 14 Luc. 23. Mat. 26 Io. 19.

17 18 19

mien, de consecratione distinctione secunda semel dicit, quòd si tantum semel signum crucis fieret super panem, & uinum, sufficere posset, quia semel Dominus crucifixus est.

20 ¶† In hoc etiã sacramento quinque sensus corporis, scilicet visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus exercentur, scilicet circa coloré, saporem, odorem, fractionem, & sumptionem, ut quinque sensus animę spirituales exuberent, scilicet uisus intelligẽtiæ, auditus obediẽtiæ, odoratus discretionis, gustus dilectionis, & tactus operis de quibus reperitur in Euangelio, Domine quinque talẽta tradidisti mihi, ecce alia
Mat.25 quinq; superlucratus sum. Sed & binarius & ternarius bene cõgruit sacramẽto, binarius propter carnem, & sanguinem ternarius propter panem, & vinum, & aquam. Item binarius, propter duplicem modũ edendi, scilicet sacramentalẽ sub specie panis, & vini, & spiritualem, in fide cordis. Et ternarius, ꝓpter tria, quæ sunt in hoc sacramẽto discreta, uidelicet forma uisibilis uini, panis, ueritas corporis & sanguinis, & virtus spiritualis unitatis & charitatis, de quibus est in 6. partic. sup. uerbo. Mysterium fidei, ut ita ternarius binariũ, idest, fides trinitatis per dilectionem Dei, & proximi operetur. Fiũt igitur tres cruces, quæ quatuor habent angulos sup sacrificium, quia Christus dum in cruce pendit, quatuor climata mũdi redemit, & septem ordinibus ordinantur, ad notandum septiformẽ Spiritus sancti gratiã, quæ in hoc mysterio necessaria est, & fere in quolibet ordine, p numerũ imparé
Mat.27 signacula disponũtur, quia corpus Christi unum manens nõ scinditur, omnis honor tanquam domino, & gloria tanquã Deo.

21 ¶Sequitur, Per † omnia secu. secu. non solum crucis impressio, verum etiã uocis expressio, & pectoris percussio, quæ gesta sunt iuxta crucem insinuat, prout dictũ est super verbo, Nobis quoque. Quia ergo Iesus clamans uoce magna, tradidit spiritũ, ideo sacerdos dicẽdo. Per omnia, se. se. exaltat uocem & aliquãtulum calicé eleuat. Vel dicitur alte ad incitationem populi, ut sciens finem canonis, respõdeat Amen. Vel ideo, quia Cẽturio clamauit, Vere filius Dei erat iste, qa uerò mulieres lamentabantur, flentes Dominũ, ideo chorus quasi lamentando, respondet, amẽ representans fideles, qui Dominũ contri- Gen.4.
to corde lugebant, uelut quõdam Abel inuidi fratres furore occisum parentes eius lamẽtabãtur. ¶† Cõsequẽter diaconus ac 11
cedit & exaltatũ parumper sacrificiũ seu calicẽ cũ corpore de altari tam ipse, quã sacerdos deponit, quia ut legit Ioã. 20. Venerunt Ioseph ab Arimathia, & Nicodemus, & impetratum corpus Iesu a Pilato, deponẽtes sepelierunt. Sacerdos ergo eleuans, Nicodemus representat, ipsa uero eleuatio, Christi depositionẽ de cruce de positio collocationẽ in sepulchro demõstrat. Et aduerte, quia sacerdos dicẽs, Præceptis salutaribus moniti, calicé simul & hostiã deponit. ¶ Ad cuius rei euidẽtiã notandũ est, quòd Christi corpus & sanguis bis in sexta feria eleuata, & deposita fuerũt semel in cruce leuata, de cruce aditerã deposita, & semel de terra eleuata; & in sepulchro collocata. primũ representatẽ in prima eleuatione, & depositione corporis; & sanguinis Christi q̃ fit statim post eorũ consecrationẽ, alia representatur in eleuatione & depositione, q̃ fit in hoc loco. Cõgruè igitur, dũ hæc uerba proferuntur, fit corporis & sanguinis eleuatio, & depositio, designantes eleuationẽ corporis Christi de terra & locationẽ eius in sepulchro, quia Ioseph, qui illud de cruce, & de terra leuauit, & in sepulchro locauit, monitus & instructus erat præceptis salutaribus Christi sicut fidelis discipulus eius. vñ de eo legitur in Marco, Et ipse Mar.15
erat expectãs regnũ Dei, Simul ãt eleuãtur corpus & sanguis iam cõsecrata, quia ipse Ioseph (ut aiunt quidã) simul corpus cũ sanguine in sepulchro locauit. Adhuc in ipsa eleuatione tenetur hostiã cũ quatuor digitis. ¶ Cũ † enim expectemus, & 13
necesse habeamus impetrare quatuor principaliter p merita passionis Christi, scilicet, potestatẽ contra diabolũ, humilitatẽ contra mundũ, castitatem contra corpus proprium, & subiectionem ac dilectionem, quo ad Deũ & proximum, ideo ad hoc representandum merito cum quatuor principalibus digitis hostia tenetur. Quædam tamẽ Ecclesiæ in tribus primis petitionibus Dominicæ orationis tenent calicem

calicem eleuatum: & tunc calicis eleuatio aliud significat, prout ibi dicetur. In quibusdam ẽt ecclesijs dum calix parũper ab altari eleuatur, quidam puer stans ultimus, post diaconum, habens cappam extrauerso, ad designandum, quod caput, idest Iudæi expectantes Messiam, i. Christum, cum iam uenerit, transierunt est in
Ioan.19 caudam. Quia uerò Nicodemus sepulto Domino aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, ideo diaconus super os depositi calicis corporale deponit: diaconus quoque calicem cum corporali inuoluens, repræsentat Ioseph: qui corpus
Mat.27 Domini syndone munda inuoluit. ¶ Rursus, quia in pace factus est locus eius: diaconus † secundum morem quarundam ecclesiarum mensam osculatur altaris, & 24
quia factus est principatus super humerũ eius, osculatur dextrum armum pontificis, ut in utroque significet Christum
Psal.4. quieuisse post mortem iuxta quod ipse
Osee.13 prædixit in Psal. In pace in idipsum, dormiam & requiescam. & alibi O mors ero
Phil.2. mors tua, morsus tuus ero inferne. Christus enim per mortẽ triũphauit de morte; nam quia factus est obediens usque ad mortem; mortem autem crucis; ideirco Deus exaltauit illum &c. Hoc ipsum etiã significat, ꝙ Christus sibi crucem super humerum baiulauit. Secundo diaconus osculando dextram sacerdotis, significat ꝙ vult esse particeps laboris, ut sit socius æternæ retributionis. Tertio, per hoc innuit, ꝙ Ioseph deponens corpus; illud fuit osculatus. In quibusdam ecclesijs sacerdos hic etiam hostiam osculatur, innues quod Nicodemus idem fecerit, quod Ioseph, uel potius per Domini passionem, factam esse nostram reconciliationem. Post osculum huiusmodi, diaconus retrocedit a facie sacerdotis, repræsentans mulieres sepulto Domino a monumento recedẽtes.

SVMMA.

1 *Missæ tertia pars.*
2 *Sacerdos populum precibus iuuat.*
3 *Oratio dominica tãquam summa & maxima, subijcitur a sacerdote, amplectenda a populo.*
4 *Orationis dominicę nis. Et commendatio à quatuor causis.*
5 *Orare nos uult Christus, licet uil sit nescius eorum, quæ nobis cõferunt. Et maxime ob rationes quinque.*
6 *Orationis dominicæ summa.*
7 *Orationis dominicæ septem petitiones. Et earum distributio. nu. 8.*
9 *Oratio dominica, duplici ordine distincta.*
10 *Dona septem. Virtutes septem num 10*
Beatitudines septem. nu 11.
12 *Vitia septem capitalia, cui respondens numera. septem populi Cananeorum.*

De oratione dominica, Pater noster &c. Cap. 47.

SEcundum eos, qui dicunt quod tertia pars missæ, quę dicitur † postulationes 1
incipit hic. Oremus præceptis salutaribus, &c. & ꝙ durat usque ad collectas. Hæc pars continet quinquæ clausulas. ¶ Prima, est ipsa præfatio. s. Oremus præceptis: quod addidit beatus Gregorius. ¶ Secũda est Pater noster. ¶ Tertia, libera nos ꝙsumus, domine ¶ Quarta, Pax dñi Quinta, fiat communicatio. Quia ergo Iesus uoce magna clamabat, In manus tuas dñe commendo spiritum meum, ideo sacerdos, & Luc.23.
non totus populus, prout Græci faciunt, eleuata facie pronunciant. Oremus præceptis &c. Non n. dr sub silentio, sed palã; quia est de Euangelio, ad notãdum ꝙ rex cœlorum in noua lege palam loquebatur & sine uelamine prædicauit. Ab hoc ideo hæc dominica oratio, & ẽt Credo in unũ Deum, alta uoce dicuntur, ut omnes illã dicant, & addiscãt. Alia ẽt ratio posita est sub titu. de prędicatione. Sed tertia clausula, s. libera nos &c. sub silentio dr, in signũ ꝙ Christus interdũ a prædicatione siluit; aliter tamen ibi dicetur: Sed & proferẽs, Pater noster &c. iterum sicut prius extẽdit, ac sursum eleuat manus. Primo enim dicens; Præceptis salutaribus &c. actus Ioseph, de quibus in prędcenti columna dictum est, quos prędcepris salutaribus monitos & diuina institutione formatos gessit, repręsentauit. Quia igit doctrina au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diendo meditãdo, & in quiete docẽda est. 5.q.4. in loco. ideo uerba ista depositis super altare manibus protulit dicens: Pater noster, &c. Christum populum orare docẽtem representans, ideoque Mosi orãtis exẽplo manus extendit, & sursum eleuat, ut feruorẽ cordis & rectam ad Deum intentionem ostendat 37. distin. si quis uult. Rursus dicendo: præceptis salutaribus &c. calicem simul & hostiam deponit
2 ut præmissum est. ¶ Sanè legalis †põtifex regressus ad populum lauabat uestes: immundus tamen erat usque ad uesperam: sicut in ꝓmio huius partis dictũ est. Sic & Christus qui intrauit in sancta sanctorum redit. ad ecclesiam, compatiendo & auxiliando: & lauat uestes suas, idest, sanctos mundificat: & tamen usque ad finem mundi membris eius aliquæ maculæ adhærent. Sacerdos etiam redit ad popu-
1 lum, quia dum rursus alta uoce multiplicat preces, foras exire uidetur, & precibus uelut aquis uestimenta sua, idest, populum lauat & mundat: & tamen immundus iudicatur, quia usque ad mortem erit in omni homine, quid lauetur. Oraturus ergo & ostensurus se causam suam agere coram Deo, & quæ quotidie petere debemus, monet populum orare
3 †dicens. Pater noster &c. quæ oratio hr Matt. 6. c. Fiducialiter enim orare possumus, ut filij patrem: quos ipse Dominus ad sic orandum informauit, & ipse uice uniuersalis ecclesiæ quam repræsentat, oratine tñ sua authoritate, & quasi præsumptiuè petere uideatur, ꝑmittit quasi loco prefationis, ꝑceptis salutaribus &c. Dicit ãt præceptis, & diuina institutione: quia dñs & hanc rõnem instituit, & Apostolos sic orare præcepit, & ex tunc maximè, pstrati orare debemus, usque in finẽ dominicæ orationis, saltẽ in profestis diebus, in festiuis uerò stantes. Tres autẽ articuli sequentes. s. ꝑceptis salutaribus: pater noster; & libera nos, significãt tres dies dominicæ sepulturæ. ideoq; & his dũtaxat, utimur in paraseeue. In quibusdã ecclesijs, dũ sacerdos dicit; Pater noster, à diacono, & dũ prælatus dat benedictionẽ solennẽ post Pater noster, manus eius à diacono, & sacerdote sustentatur, in quo repræsentatur, ꝙ Hur, & Aaron, sustentabant Manus Mosi orantis, de quo sub. tit. de oratione dictum est. ¶ Beatus Greco. oratiõnẽ dñicam post canonem super hostiam censuit recitari, asserens in registro incongruum esse, ut super Eucharistiã diceretur oratio, quã scholasticus cõposuerat, & illa omitteretur, quam dominus ipse dictauerat, & Apostoli dicere consueuerant. Et cantatur apud Græcos a toto popolo, sed apud nos à solo sacerdote.
†Illud autem notandum est, q. hęc oratio cęteras orationes propter quatuor antecellit, scilicet authoritate doctoris, breuitate sermonis, sufficientia petitionum, & fœcunditate mysteriorum. Authoritate doctoris, quia fuit ipsius saluatoris Apostolos orare docentis ore prolata, & inde dicitur oratio. Dominica. Breuitate sermonis, quia facile dicitur & profertur. Iuxtà illud; Cum oratis, nolite multum loqui. &c. Sufficientia petitionum, quoniam utriusque uitę necessaria continet. Fœcunditate mysteriorum, quia immensa continet sacramenta. ¶ Verum licet sciat dominus, quid uelimus; uult tamen nos orare uocaliter pro
5 pter multa. ¶ †† Primo, pro excitanda deuotione, quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronuntiatio deuotioni. vnde, ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. ¶ Secundo, pro aliorum instructione, ut cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat, ueni, extra de sacra. unctio cap. primo. Vnde; Luceat lux uestra corã hominibus. ¶ Tertiò, ꝑ linguæ obsequio, ut quod lingua peccamus, lingua satisfaciamus, unde. Sicut exhibuistis membra uestra seruire iniquitati, ad iniquitatem, ita exhibete ea seruire iustitiæ in satisfactionem, 47. distinct. omnes. ¶ Quarto, pro rei petẽdę commemoratione, qa facilius obtinetur, quod instãtius postulatur. de pœnit. dist. 1. importuna. 43. distn. pulsate, & aperietur uobis. ¶ Quinto, pro impetratę rei custodia, quia quod sępius requiritur, diligentius custoditur, unde tẽ ne quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. ¶ Sanè in hac oratione oratur pro bonis adipiscendis, & pro malis uitandis. Pro † bonis temporalibus, ꝑ spiritualibus
6 & ęternis. Pro malis prętęritis, præsentibus

Exo. 17.

Mat. 6.

Psal. 65.
Exo. 36.
Apo. 22.
Mat. 5.
Rom. 6.

Luc. 40.

Apo. 5.

bus & futuris. De bonis æternis dicitur ueniat regnum tuum. De bonis spiritualibus. Fiat uoluntas tua sicut, in cœlo & in terra. De temporalibus. Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie. Aeterna petuntur in præmium: spiritualia in meritum: temporalia in substentaculũ. De malis prætęritis. Dimitte nobis debita nostra, &c. De præsentibus, sed libera nos à
1 malo: De futuris. & ne nos inducas &c. Præterita sunt dolenda, præsentia sunt
7 vincenda, futura sunt præcauenda. ¶ Septẽ † sunt orationis dominicæ petitiones propter captionem beneuolentiæ, quæ significant septem uerba Christi in cruce. Primũ fuit; Pater ignosce illis: Secundum; Ecce mulier filius tuus. Tertium: Ecce mater tua. Quartum. Hodie mecum eris in
Luc. 1. paradiso. Quintum. Eloi eloi. Sextum. Pater, in manus tuas. Septimum. Consummatũ est. Vel significat septem uerba quę
Ioan. 2. tantum beata uirgo legitur de Christo dixisse. Primum fuit discretionis, quomodo fiet istud. Secundum humilitatis: ecce ancilla Domini. Tertium salutationis. ecce, ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis. Quartum gratiarum actionis.
Luc. 2. Magnificat anima mea Dominum. Quintum compassionis, fili, uinum non habent. Sextum institutionis quodcunque dixerit uerbis, facite. Septimum amoris. Fili, quid feciſti nobis sic? Prima autem petitio est: sanctificetur nomen tuum. Secunda, Adueniat regnum tuum. Tertia, Fiat uoluntas tua. Quarta panem nostrũ quotidianum. Quinta, Et dimitte nobis debita nostra. Sexta, Et nenos inducas in tentationẽ. Septima, Libera nos à malo. Et
8 hæ septẽ † petitiones ſm Apostolũ. septẽ postulationes dicunt, quarum primæ tres spectant ad uitã æternã siue ad patriam, & ideo sacerdos in quibusdam locis eleuato calice dicit eas, & præfationem, præceptis salutaribus &c. dicens uero, Sicut in cœlo, parum magis eleuat illũ, & dicens, & in terra, deponit illum. Tres ultimæ ad præsentem uitã siue ad uiam, pertinẽt, & ideo depositio calicis, dicit eas, media uero, s. panę nostrũ pertinent, &c. ad utrunque. Porrò tres primæ succedunt ordine temporis, sed præcedunt ordine dignitatis. Tres ultimæ succedũt ordine dignitatis, sed præcedunt ordine temporis. Duplex igitur † ordo est in dominica oratione no 9
tandus. vnus in ascendendo, qui conuenit cum uirtutibus, alter in descendendo, qui concordat cũ donis. dona nanque de summis ad ima descendunt, unde. Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus &c. Virtutes uero de imis ad summa *Esa. 11.* condescendunt. vnde: Beati pauperes spiri *Matt. 5.*
ritu. quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites &c. Nempe Dominus in oratione de ipsa secutus est ordinem dignitatis, qui est artificialis: ut de maioribus ad minora descender. Sed doctores ĩ illus expositione sequunt ordinẽ tẽporis, qui est naturalis, ut de minoribus ad maiora, ideſt, de tẽporalibus ad ęterna conscendant, quẽ modã seruabimus exponẽdo. Et fit hic adaptatio septẽ petitionũ septem uirtutum, septẽ donorũ Spiritus sancti, & septem beatitudinum contra septem uitia capitalia, septẽ uirtutibus opposita. Nã dona petitionibus, uirtutes do *Esa. 2.*
nis & beatitudines uirtutibus obtinẽtur. Septem dona sunt hæc sapientia, intellectus, consilium, fortitudo scientia, pietas, & timor, de qbus dicit propheta. Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum
10 spiritus timoris Domini. ¶ Septem † uero uirtutes sunt hæ: paupertas spiritus, mansuetudo, luctus, esuries iustitiæ, misericordia munditia cordis, & pax. ¶ Septẽ † quo
11 que beatitudines sunt istæ: regnum cœlorum possessio terræ, consolatio, saturitas, misericordiæ consecutio, uisio Dei: filiatio Dei, de qbus cõiunctim dominus ait. De prima, Beati pauperes spiritu quoniã ipsorum est regnum cœlorum. De secunda, Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. De tertia, Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur. De quarta, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. De quinta, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. De sexta, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. De septima, Beati pacifici: quoniam filij Dei uocabuntur. Septem uero uitia † capitulis sunt, 12
inanis gloria, siue superbia, ira inuidia, acidia, auaritia, gula, luxuria, quæ significa-

Universidad de Deusto Biblioteca

ta fuerunt in septē populis, q̄ terrā Israel p̄ missā tenebāt: videlicet Etheus Gergeæus, Amorrheus, Cananeus, Ferezeus, Eueus, & Iebuseus. Gomo igitur est ægrotus. Deus medicus, vitia sunt languores, petitiones sunt plāctus, dona sunt antidota: virtutes sunt sanitates, beatitudines sūt felicitates & gaudia. Hæc septem uitia p̄ septem petitiones huiusmodi fugantur orationis, prout inferius ostendetur. ¶ Ad orationis ergo ipsius expositionem ueniamus. Et nota, q̄ in quibusdam ecclesijs dum hæ septem petitiones dicuntur, diaconus stat inclinatus communionem expectans, in quo significat Apostolos, qui post morte Dñi per septē hebdomadas cōfirmationē spiritus expectauerūt. Subdiaconus uero quiescit, quia mulieres in sabbato, quæ est dies septima, siluerunt.

S V M M A.

1 *Orationis Dominicæ expositio.*
2 *Pater quis dicatur. Et cur Deus, dicatur pater noster quamq; varie.*
3 *Beneuolentia captatur à tribus.*
4 *Cœlum, unde dicatur.*
5 *Malū est triplex à quo petimus liberari.*
6 *Timor, quo auertimur à malo est triplex*
7 *Tētamur à tribus Deo homine, et Sathanāque uariè.*
8 *Tentatio Dei in hominem.*
9 *Peccata, sūt debita pœnæ. Et quotuplicia sint debita, quæ petimus nobis remitti*
10 *Debitorum uenia petenda diuersus modus, perfecti hominis, & imperfecti.*
11 *Peccatum in Deum, uel in proximū, an debeamus remittere, an uero potius punire.*
12 *Panes quinque sunt nobis necessarij.*
13 *Panē supersubstantialem quē petimus.*
14 *Voluntas Dei, dupliciter intelligitur.*
15 *Voluntas Dei, qualiter fiat in cœlo et in terra.*
16 *Patrem, filium, & Spiritum sanctū, quo modo debeamus diligere.*
17 *Regnū Dei quod petimus aduenire quod dicatur. & nu. 18. Et quā uaria regna*
19 *Nomen Dei Patris, quatuor modis sanctificatur.*
20 *Amen, omnes ferè orationes claudit. Et quid significet. Et qualiter accipiaī in oratione Dominica. Et qualiter ālibi. Et cur in eadē oratione, p̄seratur à sacerdote, et cū secus fiat aliās, n 21.*

De expositione Dominicæ orationis. Cap. 48.

DAter noster &c. Ordinem temporis, ut præmissum est in † huius orationis 1
expositione, seruantes à fine eius initium sumamus uerius principium, ordine retrogrado procedendo. Siquidem *Iob. 7.*
homo multis malis circundatus, primo 1. *Io.* 1.
petit liberari à malo, quia uero sine tentatione non est uita hominis super terrā, ideo liberatus à malo, petit in tentationē ne inducatur. Et quia dum in hac uita cōsistit, semper est in quocunque peccato: nam dixerimus q̄a peccatū nō habemus, ueritas in nobis non est, ideo petit, ut debita, idest, peccata sibi dimittantur. Cum autem liberatus fuerit à malo, cum uicerit tentationes; cum debita fuerint ei dimissa, quia qui per se stare non potest, necessarius est ei spiritus fortitudinis, ne præmium expectando deficiat, ideoque petit ut panis quotidianus sibi donetur deinde cum fuerit liberatus à malis, & roboratus in bonis, petit ut fiat uoluntas Dei sicut in cęlo & in terra. Et qm̄ p̄missa in hac uita plectē fieri nō possent, mox petit ut regnū adueniat, in quo nomē patris sanctificet in cęlis, ut nunquam de cætero possit à sanctificationis gratia separari. ¶ Post quā petitionū cōtinuationē p̄misimus, mox ad eorum excisionē ueniamus. Præ notandum † tamē est, quod illud, q̄ 2
in oratione præmittitur; uidelicet pater noster, qui es in cœlis, captatio beneuolentiæ est, ut iam dicetur. Nępe πατηρ Grecē, dicitur genitor Latine, & hebraice abba, * & dicitur Deus, pater, à patrando si *
ue perficiendo; quia per eum omnia facta sunt; Deus autem & generaliter, & specialiter & singulariter dicitur pater. Generator omnium per creationem. Specialiter *Eph.* 3.
iustorū per adoptionē. Singulariter Christi per generationem. Per creationem, ut ibi. Flecto genua mea ad te Deum patrē omnipotētem, à quo omnis paternitas in cœlo

cœlo, & in terra nominatur. Per adoptionem, ut ibi: Si uos, cū filis malī nostis bona data dare filijs uestris, quāto magis pater uester de cęlo dabit uobis spiritū bonum petentibus se? Per generationem ut ibi: Nemo nouit filiū, nisi pater, & patrē, nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Per hoc quod dicit: Pater noster qui es in cęlis: dehortatur nos à duobus, uidelicet à lupbia, ne dicamus pater mi. quasi reputantes propriū, quod est commune, & ab indignitate, scilicet ne reddamur indigni tanto patre, qui cōsistit in cęlis. Deus enim solius christi est pater, per naturam cui soli cōpetit dicere pater mi fidelib ūt est pater, per gratiā, quibus competit dicere, Patēr noster. Ille dicit pater mi, si possibile est, transfer à me calicem hunc. Isti dicunt pater noster, q̄ es in cœlis, sanctificetur nomē tuum. & ipsemet dicit. Vado ad patrem meum, & ad patrē uestrum meum quidem, per naturam, uestrum, p̄ gratiā. ¶ Hortatur etiā nos p̄ hæc ad duo, scilicet ad seruandum gratiā adoptionis, cum dicit pater, & unionem fraternitatis cum ait noster. ¶ Rursum per hoc quod dicit pater: quod est nomen pium, notatur bonitas eius, & ecclesiæ deuotio, quæ ipsum patrem appellat. Per hoc uero, quod dicitur, noster, ostenditur dilatatio charitatis. Per hoc, quod dicitur in cœlis, idest in sanctis, quoīū conuersatio à fæce mundi remota est, Dei pietas designatur. Quia igitur captatio beneuolentiæ in
4 hac † ratione permittitur, sciendum est, quod beneuolentia captatur à tribus, scilicet, a persona cognitoris, peritoris, & assessoris, cognitor est Deus, peritor est homo, assessor est angelus. A persona cognitoris, cum ait pater: petitoris, cum ait noster: assessoris, cum ait qui es in cœlis, idest, in angelis, uel in sanctis. de quibus habetur; Cœli enarrāt gloriam Dei, unde spes nobis attribuitur ut sanctos nos faciat. Vel in cœlis, idest in secreto maiestatis diuinæ, per quod datur fiducia obtinendi bonum occultum. Quod ocu-
Esa. 44. lus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Dat ergo fiduciam impetrādi bonū uſ nō dicit; Dñe cui seruit timore, sed pater, cui amore, q.d qa pater es, uis, q̄a in cęlis es, potes, ergo libera nos à malo. ¶ Et † nota, q̄. cęlum dī à celando, 4
quia celat diuina secreta, uel à celsitudine, quia altius est terrenis rebus. Sed libera nos à malo. Triplex est † malum, à quo pe- 5
timus liberari, innatum, auditum, & inflictum. Primum contrahitur: scilicet originale. Secundum, committitur, scilicet actuale. Tertium, sustinemus, scilicet pœ- *Eccl. 4.*
nale. Malum autem uitamus per spiritum timoris. Nam (ut inquit scriptura) Timor Domini expellit peccatum. Porro triplex est † timor quo cessimus à malo, seruilis, 6
initialis, & filialis. Timore seruili, cessamus à malo formidine pœnæ. Timore filiali, cessamus à malo, amore iustitiæ. Initiali timore cessamus à malo, partim formidine pœnæ, partim amore iustitiæ. Seruilis timor, est incipientium. Initialis proficientium. Filialis, perficientium. Dicit ergo: Sed libera nos à malo. q.d. dā nobis spiritus timoris & paupertatem spiritus, ut per spiritum timoris uitemus mala, per paupertatem spiritus addiscamus bona; quarenus exclusis uitijs, & contemptis terrenis habeamus æterna, scilicet regnum cœlorum, quod lucifer & primi parentes per inanem gloriam siue superbiā amiserunt. Per hoc ergo, q̄ se humiliādo, petit liberari à malo, quod fit p̄ donum timoris, figuratur superbia, quæ opponit timori, & sic finis orationis concordat cum principio, ubi ab humilitate contra superbiā incepit, ut præmissum est. ¶ Et ne nos 7
inducas in tentationem, scilicet diabolicam. Nota, quod tentat nos Deus, tentat homo, tentat diabolus. Deus tentat, ut probet, homo, ut sciat, diabolus, ut fallat. De primo legitur. Tentauit Deus Abraham. De secundo, Tenta nos obsecro diebus decem. De tertio; Cur Sathanas tentauit cor tuum. ¶ Porro duobus modis tentamur interius per delectationē, & exterius per suggestionem; interior tentatio parum efficit; exterior multum proficit, si non consentiatur, sed resistatur. Scriptum est enim; Tentatio uos non apprehendat, nisi humana. Rursus Beatus, uir, q̄ suffert tētationem; quia cum probatus fuerit accipiet coronam uitæ. Cum igitur citra consensū tētamur, ducimur in tētationē; cum cōsentimur, in tētationē inducimur; sicut piscis ante capturā ducit in rete. Cū ūinducitur,

ducitur, capitur & tenetur: tũc impletur, quod Iacobus Apostolus ait: Tentatur ãt vnusquisq; à concupiscentia sua mala abstractus, & illectus: deinde, concupiscentia cum cõceperit, parit peccatum: peccatum uero cum consummatum fuerit, generat mortem. Verum cum idẽ Apostol. dicat, quia Deus est intentator malorum. Quid est, quod petimus, ne Deus nos inducat in
8 tentationem? Sed† dicendum est, q̃ Deus quodãmodo tentat & quodãmodo nõ tẽtat. tentat vt ꝓber, iuxta illud; Proba me Deus, & tenta me, non tentat ut sallat: iuxta illud: Deus neminem tentat. Petimus ergo, ne nos Deus in tentationẽ inducat, ideſt, ne ꝑmittat induci: quia sicut dr: Nõ est malum in ciuitate, quod Deus nõ faciat, ideſt quòd fieri non permittat. Scriptum est. n. Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, quasi dicamus: Da nobis spiritum pietatis, & mansuetudinem spiritus, ut per spiritum pietatis vincamus tentationes, exercendo nos ad pietatem, & per mansuetudinem vincamus iram, non reddendo malũ pro
Ro. 12. malo. Vincamus ẽt inuidiam, quæ opponitur pietati, ut ita possideamus terram viuentium, quã per spiritum pietatis, & per mãsuetudinem spiritus obtinebimus. Nam pietas promissionẽ habet vitæ, quæ nunc est & futuræ, & beati mites, quoniã
Psal. 36 ipsi possidebunt terram, Vnde Psalmista. Mansueti possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. ¶ Dimitte
9 nobis debita nostra &c. debita † dicuntur peccata, quæ nos debitores pœnæ constituunt. non enim hic agitur de debitis pecuniarũ, sed offensarum. Tria aũt sunt debita, quæ petimus nobis dimitti, scilicet peccatũ ī Deũ, peccatũ ī proximũ, & peccatũ in nos, vñ peccauimus cũ patribus nostris, iniustè egimus, iniqtatẽ fecimus. vñ Psal. 105. Peccauimus cũ patribus nostris in Deum, iniuste egimus in proximũ, iniquitatẽ fecimus in nosmetipsos. Et quia peccauimus in Deum: ideo petimus, ut ipse dimittat nobis debita nostra, quia peccauimus in nos, ideo petimus, ut dimittat nobis debita nostra, quia peccauimus in proximum ideo petimus, ut dimittat no-
Mat. 18 bis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc pacto ergo & ea cõditione nobis dimittuntur, si nos dimittamus detoribus, alioquin ẽt dimissa reuocantur in debitum, ℔m illud euangelij: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, q̃m rogasti me, nonne ergo oportuit et te misereri cõseruo tuo, sicut & ego misertus sum tui? Et iratus Dominus eius tradidit eũ tortoribꝰ quo ad usque redderet vniuersum debitum, sic & pater meus cœlestis faciet uobis si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris, Vt ergo Dominus euidenter ostenderet, qđ nullus est totius orationis fructus, nisi debitoribus dimittamus, in fine eiusdẽ euangelij subiũxit ad omnia, Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet vobis pater vester cœlestis peccata uestra. Si autẽ non dimiseritis hominibus peccata eorũ, nec pater uester dimittet uobis peccata vestra. His ergo, qui debitoribus non dimittunt, hæc oratio nõ prodesse uidetur, sed obesse. Nam qui sic petit sibi dimitti sicut debitoribus suis ipse dimittit, profecto si non dimittit ipse debitoribus, videtur petere, ut sibi nõ dimittatur. de cons. distinct. 2. panem. ¶ Sed quæritur, quid † tenetur illi dimittere, qui nec satisfacere vult: nec ueniam postulare? Sanè distinguendum est inter perfectum & imperfectum. Is, qui uiam perfectionis arripuit, etiam non petenti ueniam omnibus modis indulgere tenetur, unde in canone Inno. de pœ dist. 5. c. fin. legitur. Falsa est pœnitentia si penitens offenso non satisfaciat: aut si offenderit offensus non indulgeat. Qui uero nondũ pfectionis uotũ assumpsit, tenetur quidem rancorẽ cordis deponere, sed non tenetur satisfactionem debitam cõdonare: unde in canone Fabiani. 23. q. 4. cum in lege. ita canitur. Si quis contristatus reconciliari noluerit fratri suo, satisfaciente eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs, usq; dum gratãti animo satisfactionem recipiat. Quãquã omnes uniuersaliter teneamur diligere inimicos nostros, & benefacere his, q̃ oderunt nos, & orare pro ꝑsequentibus & calumniantibus nos. 90. distin. si quis. Quia uero sunt culpæ in q̃bus culpa est relaxare uindictam. 28. distin. quæ sunt. & si
11 † peccatum in nos teneamur dimittere; peccatum tamen in Deum & in proximũ debe-

debemus punire. Quisquis ergo laborans odio vel inuidia, grauatur magis hac oratione, quam iuuetur, nisi iam propositum habet dimittendi. Veruntamen non in sua quisque sed in totius ecclesiæ uidetur persona orare: unde non dicit, dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto debitoribus meis, sed dicit: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quidam etiam uolunt ita illud intelligi, dimitte nobis, &c. ideſt sic dimitte nobis debita nostra ut & nos dimittimus debitoris nostris. q.d. Da nobis donum scientiæ, luctum & virtutem, quatenus tam nostra, q̃ aliena peccata cognoscamus & defleamus, ut nobis debita nostra, dimittas: & ita consolationẽ habebimus aduersus inuidiam, quæ facit hominẽ dolere, & de alieno bono tabescere, aductus iram, quæ est contraria scientiæ. quia ira impedit animũ ne possit cernere uerum, 11. q. 3. illa. & capitu. seq per scientiã n. & luctũ in præsenti remissionẽ accipimus, & in futuro consolationẽ habebimus: iuxta illud quod legitur: A delicto meo mũda me. q̃n iniquitatẽ meam ego
Psal. 50. cognosco, & beati qui lugent, q̃m ipsi cõ-
Matt 5. solabuntur. Panẽ nostrũ quotidianũ, &c.
Ioan. 6. Vnde in Euangelio Ioãnis: Domine semper da nobis panem hunc παν autẽ Græce, interpretatur latine omne. vnde: Oramus ut omnipotens pater omnem uictũ spiritualem, & carnalem & corporalẽ omni tẽpore largiri dignetur. ¶ †
12 Quinque autẽ panes sunt nobis necessarij, in uita quatuor, & quintus in patria, corporalis ad sustentationem, spiritualis ad informationẽ, doctrinalis ad eruditionem, sacramentalis ad expiationem, & eternalis ad fruitionẽ.
Deu. 6. De primo legitur: Non in solo pane viuit
Matt. 4. homo. De secũdo: Amice, accõmoda mi-
Luc. 11. hi tres panes. De tertio: Venite, comedite
1. Co. 11 panem meum. De quarto, Qui panẽ Do-
Ioan. 6. mini mãducat indignè reus erit corporis Domini. De quinto: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Postquã enim fuerint homini peccata dimissa, necessarius est ei spiritus fortitudinis, ut ꝑmissum est ideo dicit: Panem nostrum quotidianum ideſt, nobis quotidie necessariũ, alioquin quod nostrum esset, nobis dare non posset, nisi prius desineret esse nostrum: extra de fide instruc. inter. Da nobis hodie. q.d. da nobis spiritum fortitudinis: qui multiplici pane roborat animã. ne deficiamus in presenti, esuriendo iustitiam, per quã expellentes accidiam & tædiũ de bono, plena iustitia saturabimur in futuro. secundũ illud: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã quoniã ipsi saturabuntur. Mat. dicit † Pa- 13
nem nostrũ supersubstantialem: quod duobus modis potest intelligi, uelut vna sit dictio: quasi da nobis panem nostrum supersubstantialem, ideſt Christum qui est supersubstantialis, ideſt, super omnem substantiam, scilicet creatam, qui panis est in altari: uel ut sint duæ dictiones, quasi da nobis panem nostrum, ideſt, Christum, qui est proprius cibus fidelium: & hoc super panem, ideſt, præter panem substantialem ideſt necessarium ad sustentationem. q.d. Da nobis utrunque, scilicet mẽtis & corporis. Lucas dicit: Panem nostrum quo- *Luc. 11.*
tidianum, quod tam de corporali, quam de sacramentali pane potest intelligi, uidelicet de uiatico. Græcus habet ἐπιούσιον quod interpretatur supersubstantialẽ. de consec. distin. 2. in calice, in fi. Hebræus uero segola, quod interpretatur egregium, uel peculiarem. Ob hoc fortè Lucas uidens Matthæum dixisse segola, quod sonat peculiarem, dixit quotidianum. Græcus autẽ interpres Matthæi, q̃a nidit eum dixisse segola, quod sonat egregium, dixit ἐπιούσιον scilicet supersubstãtialem ¶ Fiat uoluntas tua. Hoc † roga- 14
mus, ut quomodo Angeli uel omnes sancti inculpabilis Deo seruiunt, ita & nos absque graui peccato illi seruiamus in terra. ¶ Volãtas Dei, dupliciter intelligitur. s. & beneplacitum Dei æternum, & signum beneplaciti temporalis. Beneplacitum Dei
Rom. 9. æternum, semper impletur. unde: & uo-
Ps. 134. luntati eius quis resistet? & omnia quæ-
Ps. 109. cũque uoluit Dominus fecit. Signa beneplaciti tẽporalis sunt quinque, præceptio, prohibitio, permissio, consilium, & operatio, unde, Magna opera Domini, exquisita in omnes uoluntates eius. Hæc nõ semper implentur, sed ut impleãtur, oratur, unde dicitur; Fiat uoluntas tua, ideſt, opere cõpleatur, quod præcipis, quod cõsulis, q̃d suades, quia non sufficit nolũtas, nisi adsit facultas. lxxxvj. di. nũ satis. ¶ Sicut ī † cælo 15
& in

& in terra, ideſt, ſicut illi qui ſunt in cælo, voluntatem eius faciunt, ſic & nos in terra faciamus. uel ſicut in cœlo & in terra, ideſt, ſicut in angelis, ita & in hominibus, vel ſicut in perfectis ita & in conuerſis.

Vel ſicut in Chriſto, ita & in eccleſia, uel *Gal. 5.* ſicut in mente, ita pariter & in carne, ut caro non concupiſcat aduerſus ſpiritum, ſecundum illud: cor meum & caro mea *Pſ. 37.* exul. mꝝd. 5. diſt. da nobis ſpiritum cõſilij, *Matt. 5.* ut faciamus voluntatem tuam, maximè miſericordiam, quæ perimit auaritiam, quatenus miſericordiam conſequamur, ſecundum illud: Beati miſericordes, quoniam miſe. conſe. Sicut enim auaritia cõſiſtit in acquirendo, & retinendo: ita miſericordia conſiſtit in dando & dimittendo, huius petitionis, & aliarũ duarũ impletio, inchoatur in uia, & conſumatur in patria, ubi nil velle poterimus, niſi q̃ Deum uelle ſciemus, tunc diligemus Drũ ex to
16 to corde, & ex tota mente, & ex tota anima. ¶ Et ex† corde, ideſt, intellectu, diligimus filium, toto. i. ſine errore. Ex mẽte ideſt memoria, diligamus patrẽ, tota, ideſt ſine obliuione. Ex anima, i. voluntate diligimus ſpiritum ſanctum: tota, ideſt, ſine contrarietate, patrem potentem, filium ſapientem, Spiritum ſanctum benignum, id eſt trinitatis potentiam, ſapientiam, & bonitatem. Aduenias regnum tuum. Hoc rogamus ut ſemper Chriſtus regnet in nobis & non peccatum, ut nos paratos inueniat, quando animam a corpore iubebit
17 exire. ¶ Regnum autem Dei dicitur, & † militans eccleſia, quia regitur, & triumphans eccleſia, quia regnat. Item regnum Dei dicitur, & gratia fidei, & gloria ſpei. Rurſus regnum Dei, dicitur & intellectus
Matt. 13 ſcripturæ, & locus patriæ. ¶ De Regno mi-
Mar. 8. litantis eccleſiæ ſcriptum eſt, Exibunt an-
Lu. 17. geli meſſores, & colligẽt de regno ei⁹ om-
Mat. 25 nia ſcandala. ¶ De regno triumphantis ec-
Mat 21 cleſiæ reperitur: uenient & recumbent cũ
Mat. 17. Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlo-
Lu. 11. tum. ¶ De regno fidei dicit ſcriptura: Regnum Dei intra vos eſt. ¶ De regno ſpei Dominus ait: Percipite regnum, quod uobis paratum eſt ab origine mũdi. ¶ De regno ſcripturæ legitur. Auferetur a nobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructus ei⁹. ¶ De regno patriæ reperitur: Fulgebunt iuſti, quaſi ſol in regno pãtris eorum, ſed etiã ipſe Chriſtus dicitur regnũ Dei, ſecundum illud: Si ego in digito† Dei
18 eiicio dæmonia, profecto uenit in uos regnum Dei. Aduenias igitur regnum tuũ, ideſt, aduenias regnum ad regnum, militans ſcilicet ad triumphantẽ. Vel regnum tuum aduenias, ideſt, ad uidendum te ue-
niat, ut regnum fidei ad regnum ſpei tranſeat, quoniam hæc eſt uita æterna, ut cognoſcamus te ſolum, uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. quaſi *Ioan. 17.* dicat, Da nobis ſpiritum intellectus, quo *1. Co. 1* mundati corde intelligamus te in præſenti regnare, per fidem, & in futuro, uideamus te regnantẽ in nobis per ſpem. Tunc cognoſcemus, ſicut & cogniti ſumus, uidentes nunc quaſi per ſpeculum in ænigmate, ſed tunc facie ad faciem eum videbimus quomodo uidebimus Deum Deorum in Sion. Quod eſt *Oſe. 4.* contra gulam, de qua propheta. Vinum (inquit) & ebrietas auferet cor. Per intellectum enim deſinit homo carnaliter uiuere. Vnde Hierony. Ama ſcien-
tiam ſcripturarum, & carnis uitia non 19
amabis. ¶ Sanctificetur nomen tuum. †. Hoc rogamus, ut nos ſãcti ſimus, & iuſti, & recedamus a malo, & ſemper faciamus bonum. Et nota, quod nomen patris quatuor modis ſanctificatur in filijs, duobus modis in uia, & duobus in patria. In uia, per efficientiam & perſeuerantiam: in patria per conſummationem & effectionẽ. In uia nanque nomen patris ſanctificatur in filijs, quando ſanctificationis effectum operatur in eis. Vel, quando ſanctificatio, quam acceperunt in nomine patris, perſeuerat in illis. In patria uerò, nomen patris ſanctificatur in filijs, quia ſanctificatur & *Aug.* confirmatur in eis: ut nunquam poſſit a filiationis gratia ſeparari. hic eſt quaſi mobile nomen patris in filijs. Nam & Iudas quandoque fuit filius, & quandoque non fuit, pro qua poſſibilitate mouendi, dixit Apoſtolus & habetur 3. q. 7. §. quod reſtatur. Caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Ibique nomen *1. Cor. 9* patris ſanctificatur in filijs, quia ubi tales ſunt filij, in quibus pater ſanctus apparet: tunc erunt manifeſti, qui nũc ſunt occulti ſecun-

Sap. 1. ſecundum illud, Nos inſenſati uitã illorũ æſtimabamus inſaniam, & finem illorũ ſine honore, & ecce, quomodo computati ſũt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Dꝰ ergo, ſanctificetur nomen tuũ, quaſi dicat: Da nobis ſpiritũ ſapiẽtiæ, ꝓout dꝰ a ſapore, ideſt, iucunditatẽ æternam, ut guſtemus quã ſuauis eſt Dominus, generans in nobis pacẽ, ideſt, motuũ interiorum quietem, ut caro noſtra non *Pſal. 33,* concupiſcat aduerſus ſpiritũ, quia non eſt *Gal. 5.* pax oſſibus meis a facie peccatorũ meo-*Pſal. 37.* rũ, ut ita ſanctificetur nomen tuũ, id eſt patẽr in filijs quatenus in præſenti difficile, in futuro nequa quã a filiationis gratiã ſeparemur, qđ eſt manifeſte cõtra luxuriã, quia qui laborat, non iucundatur in ea, & *Iob. 1.* qui pacem mentis nõ habet filius Dei nõ eſt, ſed iumento aſſimilatur, quia quaſi iumentum in ſuo ſtercore computreſcit, guſtato enim ſpiritu deſinit omnis caro.

20 ¶ In † fine Dominicæ orationis ponitur Amen, quod ad omnes petitiones referẽ. Hebræus autem ponit in fine, unũ ex his tribus amen ſcla, ſcilicẽ, quæque ſonant uere ſemper pacem. De amen, dictũ eſt ſub titulo de ſaluratione ad populũ, licet autem amen, quandoque affectum optantis exprimat, hic tamen concluſionis affirmationem oſtendit. Vñ gloſſa Matth 6. Amẽ ſignificat in his omnibus petitionibus indubitãter, a Domino tribui, quod petiũ ſi ultimæ conditionis pactũ ſeruauerimus, unde ſubdit, Si dimiſeritis &c. & ió amen hic nõ a populo, uel a clero, ſed a ſacerdote profertur, cum enim ipſe ſit mediator inter Deũ & hominem, quia eius eſt vota populi Deo offerre, & ipſius uoluntatem populo renuntiare, ſicut legitur Exod. 19.
21 Magis † cõgruit illud a ſacerdote proferri, a quo cõuenit petita a domino fuiſſe cõceſſa affirmari, quã a populo cui huiuſmodi renuntiatio ipſo mediante fieri debet. In alijs uerò orationibus, quæ in officio eccleſiaſtico dãr, Amen exprimit potius affectũ optantis, quàm concluſionem affirmantis, ideoque in illis cõgruè profertur a populo, a quo optatur, quod in illis a ſacerdote orante poſtulatur. Profert tamen hic ſacerdos amen, ſub ſilentio. Primò in ſignũ, quòd Dominus vult orãtes latere, quòd a Domino exaudiri ſint, ne poſtmodum repeſcãt. Secundò, quia ſi alte pferret, amen, quo† firmatur oratiõ dominicam exauditam eſſe, iudicari poſſet præſumptio, & quędam oſtentatio ſacerdotis.

ADNOTATIO.

* Abba] Vel ſeruans pueros, παῖδας ἢ πάροχον. ſi uerbum compoſitum explices.

SVMMA.

1 *Miſſa tertia pars, ubi incipiat.*
2 *Embolismus duplex.*
3 *Embolismorum & præfationum conſuetudo.*
4 *Pacem potens ſacerdos, quorum precibus innitatur, & ſuffragijs. & nu 5.*

Tertia pars miſſæ de ſilentio, poſt dominicam orationem. Cap. 49.

TERTIA pars miſſæ incipit in hac oratione. Libera † nos quæſumus Do 1
mine &c. Quæ oratio, dicitur ἔμβολισμος uel ſuper excreſcentia, & eo q̃ nihil in ea petitur, qđ in præcedenti oratione dominica petitum non fuerit, nec tamen ſuperfluit, quoniam eſt repetitio & expoſitio nouiſſimæ petitionis illius. Illa enim dicit, Libera nos a malo, iſta dicit. Libera nos quæſumus &c. Et ſubdit, a quibus malis, ſcilicet a præſentibus, præteritis & futuris, ſubditur etiam tranſitus ad orationem, pro pace ibi, Intercedente beata &c. Vel dicitur ſuper excreſcentia, quia in primitiua eccleſia multo tẽpore dicta nõ fuit. ¶ Et not. quod † du- 2
plex eſt ἔμβολισμος, uidelicet quotidianꝰ & annuus, quotidianus eſt hęc oratio, cũ h. amen ſit finis dominicę orationis, & illud reſeruatur ſacerdoti, a clero dicente, ſed libera nos a malo, ut præmiſſum eſt, patet q̃ hæc oratio intelligitur embolismus, nõ ſolũ quotidianus, uerũ et dominicę orationis. Embolismus et quotidianus, ſunt præfationes, ut uere dignũ &c. Et communicantes &c. & hanc igit oblationẽ offerri, &c. te igitur clementiſſime

pater.

pater. Annus uerò emboliſmus, eſt cõſecratio olei infirmorum, de qua dicetur in ſexta parte ſub titu. de cœna Domini, & benedictio vuarum & agni paſchalis & huiuſmodi, & etiam frugum & fabarum primatum, quæ ex inſtitutione Euthiciani Papæ ſuper altari benedicuntur.

¶Emboliſmo finito non concluditur, per
3 Dominum. ¶†Hęc enim eſt emboliſmorum & præfationum conſuetudo, ſed ei continuatur oratio. Da propitius pacem &c. Da pacem inquam pectoris. ut ſimus a peccato liberi. Da pacem temporis, ut ſimus ab omni perturbatione ſecuri, nõcet enim infirmis pturbatio, & eccę quã apertè enodatur à quib. mali erui deprecemur. Hæc autẽ oratio Libera nos &c. ſub ſilentio dicitur, prout dictũ eſt ſub titu. de pater noſter ſuper uerbo, Oremus præceptis, quod ſilentium ſignificat ſabbatũ, quo corpus Domini in ſepulchro quieuit, tũc enim nullus fidem prædicauit. Vn
Luc. 23. de Luca teſtante, Mulieres quę parauerãt unguenta, ſabbato quidem ſiluerunt. ſecũdum mandatum legis. Chriſtus tamen nõ ſiluit, imo ipſe qui ſecundũ carnem in ſepulchro quieuit, ſecundum animam deſcẽdit ad inferos, ut fortior ſuperueniens ſuperaret fortẽ armatũ, ad quod ſignificandũ eccleſia Romana, dicit ipſã orationẽ alta uoce in die paraſceues, & Mediolanẽſis ſemper, & tunc momordit infernũ, ducens ſuos unctos de lacu, in quo nõ erat aqua, liberans eos de malis præteritis, præſentibus, & futuris, & dans eis perpetuam pacem, in qua ſunt ſemper & a peccato liberi, & ab omni perturbatione ſecuri. Vñ de hoc lacu liberari ſe, & totam eccleſiã orat presbyter dicens, Libera nos &c. Et
4 †qa nos indigni ſumus uenia de præteritis & ꝓſentibus atq; futuris ꝓmereri, niſi nobis donet orõne beatæ uirginis, & beatorũ Petri & Pauli atque Andreæ & aliorum ſanctorum, ideo hic eos in noſtrũ patrocinium inuocamus, Ad impetrandum ergo pacis gratiã, imploratur mater Salomonis, ideſt viri pacifici, & Michael nũtius pacis, & Baptiſta præco pacis, & tres Apoſtoli teſtes pacis, & nõ plures, quia in ore duorũ uel triũ teſtiũ ſtat omne uerbum. Prius ergo oramus, ut liberaremur à ma-
Mat. 12. lis, nũc uerò ꝓ pace oramus. Rurſus licet omnes Apoſtoli ſuperius fuerunt propter authoritatem apoſtolatus cõnumerati, in hac tñ orõne, quæ triduã, quo Dominus in ſepulchro iacuit, deſignat, tres repetuntur & ſpecialiter iſti tres propter aliquas eorum prærogatiuas, uidelicet ꝓp priuilegiũ ꝓrogatiuæ dignitatis, quo ad Petrũ, propter priuilegium prædicationis & immẽſi laboris, quo ad Paulũ, & propter priuilegium nimiũ concupitæ crucifixionis, quo ad Andreã. Adhuc† in hac oratione 5
eſt intentio inuocare non ſolũ Apoſtolos, uerũ ꝓ metiã omnes ſanctos, qui ꝓ triplicẽ ſtatum diſtinguuntur, ſicut & omnes qui ſũt in eccleſia militante, aut enim fuerũt, vel ſunt in ſtatu coniugali, q̃ per Petrũ, aut in ſtatu cõtinentiæ, aut uiduali, q̃ per Andræam, qui ſecundũ Chryſoſtomum creditur in uiduali ſtatu fuiſſe, aut in ſtatu uirginali, qui ꝓ Paulũ deſignat, ad quẽ ſtatum etiam Aⁿgeli reducunt, quia uirginitas eſt ſoror Angelorum, & de beata Maria ẽt fit mẽtio, tanquã de porta miſericordiæ. ¶Poſtremo nota q̃ poſt ſecretã tria dicuntur ad myſteriũ conſecrationis corporis Domini ꝓficiẽdũ, uidelicet, Præceptis ſalutaribus, & oratio dominica, & hæc oratio, Libera nos quæſumus, & hoc ꝓp tres dies, quibus dñi corpus iacuit in ſepulchro, ſiue propter triplicem legẽ, ſcilicet naturalem, Moſaicam & Euangelicã.

S V M M A.

1 *Patenam tradit ſacerdoti diaconus, ſumpta oratione dominica.*
2 *Patena cur ſe ſignet ſacerdos.*
3 *Sacerdotis manum ſeu humerum dextrum diaconus oſculatur. Et quare id.*
4 *Patenam ad quid oſculetur ſacerdos.*

De reſumptione patenæ. Cap. 50.

QVIA poſt paſſionis triſtitiam ad reſurrectionis gaudium peruenitur, iuxta illud, Ad ueſperũ demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, ideo ſubdiaconus interea dum chorus reſpondet, ſed libera nos

1 nos a malo, accedens †ad diaconum, tradit illi patenam inuolutam, diaconus vero illam recipiens eam reuelat, & reuelatam repreſentat, & tradit ſacerdoti, oſculando illius manum, aut humerum dextrũ. Sacerdos vero cum ea ſignum ſanctæ crucis ſibi facit in facie, & eandem poſtmodum oſculatur. Hi quidem tam numero quàm obſequio ſanctas illas mulieres ſignificant, de quibus narrat Euangeliſta
Mat. 28 Matthæus, quòd veſpere ſabbati, quæ lucęſcit in prima ſabbati, uenit Maria, & altera Maria videre ſepulchrum præſentantes patenam, ideſt, cor patens latitudine
Mar. vl. charitatis, in obſequium ſepulturæ. Iuxta, quod legitur, quod mulieres emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum, & ualde mane vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum orto iam ſole, & dicebant adinuicem, quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumẽti? Acceſſus igitur diaconi, qui Marias ſignificat in tradẽdo patenam, ſignificat illud quòd Mariæ venerunt videre ſepulchrũ, & reſurrectionem Chriſti fatẽ credentes, eam Apoſtolis nuntiauerunt, qui demũ Domino ſuæ fidei latitudinem obtulerũt, & ideo de ma
Ioan. 20 nu diaconi patenam, ideſt, latitudinẽ charitatis accipit ſacerdos, ideſt, Chriſtus acceptat. Vel per ſubdiaconum intelligitur. Nicodemus, qui etiam late credidit & obſequium exhibuit Saluatori. Quòd uero patena prius inuoluta, de hinc reuelata ad altare deportatur, hic eſt Moſes de ſicella ad regiam perductus domum Exod. 2. Lex quidem quæ latuit, ſed cognitis myſterijs, ab eccleſia exaltata, ad Chriſtum aſcendere de Ægypto docens.

¶Quod vero ſacerdos †ſuper patenã ſi-
2 bi à miniſtris oblatam ſignum crucis facit repreſentat illud, quod in Matthæo legit quod principes ſacerdotum, & Phariſei ſignauerunt lapidem cum cuſtodibus, ſed nec ratio iſta nec ſignum ſanctę crucis, ne ceſſitatis ſunt. Item, quod patenam oblatam recipit, ſignificat q̃ Chriſtus omnes ad ſe ex charitate redeuntes cũ deſiderio recipit, quod etiam ex eo patet, quòd ſtatim Mariæ perſeueranti & alijs cõparuit. De hoc etiam dictũ eſt ſub titulo de oblatione ſacerdos. Poſt traditam diacono patenam, ſubdiaconus manipulam, qui patenam tenuerat inuolutam plicatã non ſuper pallã altaris, ſed alibi deponit, in quo ſignificatur illud, quod legitur Ioan. 20. quia Petrus in monumentum intrans, vidit ſudarium, q̃ ſuper caput Chriſti fuerat non cũ linteaminibus poſitũ licet ſeparatim in vnum locum inuolutum. †Dia 3
conus autem manum ſeu humerum dextrum ſacerdotis oſculatur, ad notandum, qđ ipſe vult eſſe ſocius in paſſione, ut ſocius ſit in regno, extra de ſepulch. cap. primo ſecundum quod dicit Apoſtolus. Si compatimur, & conregnabimus.

¶Rurſus, quod oſculetur dextrum illius humerum, ſignificat, quòd Deum hic videre non poſſumus, niſi per ſpeculum & in ęnigmate, in futuro vero videbimus eũ, ſicuti eſt, quia vero crucifixus ardenti deſiderio quærebatur, iuxta quod Angelus in 1. Ioã. 3.
quit mulieribus, ſcio, quia Ieſum quęritis Mar. 28
crucifixum, idcirco cum patena ſignatur crux in facie ſacerdotis, in qua maxime vires animę uigent, & vt hoc ſigno munitus poſſit Dei ſeruitiũ, ſine impedimento conſumare. Statimque ſacerdos oſculatur patenam, oſtendens, quod Chriſtus confeſtim impleuit deſiderium mulierũ. Mox
enim occurrit illis, dicens, auerte, quæ pro Mat. 28
cidẽtes tenuerunt pedes eius, & adorauerunt. Nec eſt dubium, quin pedes eius fuerint oſculatæ, de hoc ſub titulo de oſculo pacis dicetur. Oſculatur etiam patenam, quaſi petens a Deo pacem corporis & animę. Oratur etiam pro pace temporali, q̃ fit ſpecialiter in quibuſdã eccleſijs, oſculũ etiã huiuſmodi charitatẽ ſignificat, ꝓ ut dicetur ibidem. ¶†Rurſus ideo ſe ſignari 4
cum patena, & oſculatur poſt illam, ad notandum, quod ſi per paſſionem filij reconciliamur Deo patri, erimus, & hæredes regni cœleſtis, uel ſignum crucis, cum oſculo ſignificat gloriationẽ Chriſti in cruce cum charitate. Quidam etiã cum patena ſe ſignant, ante pectus per quod ſignificat ſyncera affectio, quę ꝓ partes corporis & cordis in ſacra ſcriptura ſignificatur. Quidam autem prius oſculantur patenam, cũ dicunt: Da propitius pacem, & poſtea cũ oſculata patena in vltima clauſula, ſcilicet ab omni perturbatione ſecuri, ſe ſignant, quia per crucem, q̃ hoc ſacrificiũ & odorẽ eius omnia in cęlis, & in terris pacifi-

cata

cata denuntiant. Quidam quoque consequenter osculantur summitatem, & pedē calicis, q̄ osculum prætendit intimū effectū ad monumentū seu sepulturam Christi exēplo Magdalene, quæ ex affectu stabat ad monumentū foris ploratus, ut dicitur in Ioanne. Osculum quoque pedis calicis, significat osculum pedum Christi, de quo iam dictum est. Aliqui etiam cum patena summitatem, latus & pedem calicis tangunt quod similiter ex affectu intimo faciunt, quasi totum monumentum amplectentes, quod per calicē & patenam representatur. hoc enim proprium est ferventer amantium, q̄ non satiantur dilectum ex omni parte corporis sui tangere, & etiam res dilecti, quod maxime ostēdit Magdalena, quæ a monumento non recedebat. Tactus quoque cum patena in summitate, & latere, & pede calicis, significat tres cruciatus Domini, scilicet in capite, in latere, & in pedibus.

Ioan. 20

SVMMA.

1 *Hostiæ fractio, quō fieri debeat. & nu.* 2. 3. *&* 10. 11. 12. 13. 15. 16. 18. 19.
4 *Hostia fractio, ad quid fiat.*
5 *Hostia primò per mediū frangitur. & quare idipsum.*
6 *Hostiæ altera dimidietas cur iterum diuidatur.*
7 *Hostia particula, post subdiuisionem remanens in sinistra cur coniungatur parti super patenam posita.*
9 *Beatorum tres ordines.*
14 *Sacerdos cur dicit in missa sub fractione hostiæ, Pax Domini sit semper vobiscum.*
17 *Hostiæ particulæ, cur mittat in sanguinē.*
20 *Hostia cur dividatur in tres partes.*
21 *Hostiæ tres partes, quid significent. & nume* 22.
23 *Benedictio solennis cur dē ab epō. In missa verò pro defunctis, minus, num* 24.

De fractione hostiæ. Cap. 51.

FINITA oratione præmissa, scilicet, Libera nos & resumpta patena diaconus discooperit calicem, inde removens corporale, & super calicem, sedulo intuetur. Deinde sacerdos intendens hostiam † frangere, ipsam de altari leuat, supponens illi patenā & super ora eius collocat, inde tollens eā super calicem per medīū frangit, dicens, Per eundem Dominum nostrū. Et in quibusdā ecclesijs partem, quæ post fractionem in dextera manu remansit, ponit super patenam, dicendo q̄ viuit &c. Partem uerò, quæ in sinistra remansit, iterum per medīū frangit, & particulam, quæ post subdiuisionem in sinistra manu remansit, coniungit parti prius super patenā positę dicēdo, in vnitate sancti Spiritus &c. Alteram uerò particulā in dextra remanentem, tenet super os calicis, cū duobus digitis, scilicet cum pollice & indice, & erecto calice simul & ipsa particula, parum cū ambabus manibus eleuatis alta uoce, dicens, Per omnia secula seculorum, quo dicto, calicem simul cum hostia deponit proferens, Pax Domini sit sēper vobiscum, & hoc dicēdo, producit ter signum crucis super calicem, cū dicta hostiæ particula, deinde mittit particulam illam in calicem, dicens. fiat commistio corporis &c. & postea per episcopū datur benedictio solennis. De singulis igitur est videndum, & primo quare diaconus discooperit calicem, & in eum discoopertum intuetur.

1

¶Circa quod dicēdum est, quod os calicis, in hoc loco ostiū significat monumēti, de quo diaconus corporale remouet, & in eo sedulo intuetur, significans quòd Angelus Domini lapidem ab ostio monumenti reuoluit, & linteamen amouit, & in sepulchro diligenter aspexit.

¶Secundò uidendū est, quare sacerdos hostiam super patenam locat, & inde eam tollens super calicem frangit. Circa q̄ dicendum est, quod per calicem Christi passio, uel etiā æternæ beatitudinis fruitio designatur. uñ Psal. Et calix meus inebrians quā præclarus est, & iterum, inebriabuntur ab ubertate domꝰ tuæ &c. Per patenę rotunditatē, bonorum operum perfectio significatur. sacerdos ergo uolens hostiam † frangere, primo eam super patenā locat, ut inde illā tollens super calicem frangat ad significādū, q̄ nemo passionibus mūdi meritorie ualeat exponi, uel ēt ad æternæ beatitudinis fruitionē admitti, nisi prius in bonorum operū perfectione fuerit solidatus

2

lidatus: unde Apostolus ad Ephe. 6. Accipite armaturā Dei, ut possitis resistere in die mala, & in omnib' pfecte stare. Ad hoc patena † hostię supponit, & super calicem frāgitur, ad significādum qđ Christus ex latitudine charitatis p patenę dispositionē significatę se supponit passioni. Rursus sup calicē frāgitur, ne minutię spargunt, sed in eius cōcauitate caute recipiantur. Alibi tamē super patenā postea frangitur, ut ipse panis viuus qui de cœlo descēdit fractus, pro nobis in ara crucis rememoret. Alibi quoque hostia comedenda de altari tollitur: nā in ueteri testamēto sacerdos panes propositionis de altari sublatos comedebat: prout dictū est sub titulo de oblatione sacerdotis ¶Tertiò uidēdū est quare hostia † frāgitur: & quidē, quia in lege iubebatur simulago frustratim offerri: sed & redemptor noster bene dixit panē & fregit: fractumq̄ discipulis distribuit, & iō sacerdos & legē, & Christum sequēs, panem sacrosanctum in tres partes partitur: ut in fractione panis Dominum agnoscamus, sicut & illi duo discipuli, Dominum cognouerunt, quibus ipse resurrectionis die euntibus in Emaus apparuit Dum enim, sicut ait Prosper de cōsecratione distin. 2. frāgitur historia & sanguis in ora fidelium infunditur, immolatio corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis eius de latere designatur. ¶Quārtò, quare per † medium hostia frangitur? Circa quod notandum est, quòd in duas medietates frangitur, iuxta duplicem prę destinatorum statum, scilicet æternæ glorię, & temporalis miseriæ ideoq̄; una medietas subdiuiditur in duas partes: quarū una est de prædestinatis, qui purgantur in purgatorio, alia p illis, q̄ adhuc uiuūt in hoc mundo caduco: prout ipsa dicet. ¶Quinto, quare pars hostiæ post fractionem manu dextra remanens, potius ponitur super patenam, quàm quæ in manu sinistra remansit? & quidem pars ipsa, quę dextra manu remansit, designat p̄destinatos, qui iā sunt in gloria, & iam tenet illā rectitudinem, cui nulla rectitudo admisceri poterit, & ideo merito in parte dextra tenetur. Altera uero pars designat illos p̄destinatos, qui adhuc sunt in temporali miseria: ubi musca obliqua, & pauca recta inueniuntur: quare merito in sinistra tenetur. Illa igitur, quæ est in dextra, cum diuidēda non sit, ut iam dicetur, super patenā deponitur, quæ uerò est in sinistra, cū diuidenda sit, non deponitur: sed diuidēda retinetur. ¶Sextò quare pars † q̄ in sinistra remānsit iterum subdiuiditur? Ad quod dicendū est, quòd illi qui sunt in gloria, uniformē statū tenēt, & una beatitudine fruūtur, ideo pars in dextra manu retenta, & super patenā collocata, quæ illos ut p̄missum est, signat, non frangitur, sed illi, qui sunt in temporali miseria, in statu, & miseria, sunt diuisi. Nām alius est status miseriarum, eorum qui adhuc uiuunt in corpore, & alius est eorum, qui purgantur in purgatorio igne, ideo pars, quæ in sinistra tenetur, illos significans, diuidi debet. ¶Septimò, quare † particula post diuisionem remanens in sinistra, coniungitur parti super patenam prius positę? Ad quod dicēdum est, quod secundū Augu. Deus duas habet manus, scilicet dextram, qua miseretur, & sinistrā qua punit illos, qui sunt in purgatorio, inquantum ibi purgantur. respōdet sola punitio, & ideo particula, quę in sinistra tenetur, illos figurat. Hi uero, qui sunt adhuc in præsenti uita, in qua est status merendi, consequi possunt misericordiam, & ideo ipsi per aliam particulā, quæ est in dextra, signantur. Quia ergo de his qui sunt in purgatorio, nullum est dubiū: sicut de illis, qui sunt in paradiso: quantum ad futuram gloriam, ideo meritо particula, quę erat in sinistra, eos designans, coniungitur parti prius super patenam positæ: quę illos qui sunt in paradiso designat, quoniā isti illis indubitanter sūt conjungendi: de hoc tamen aliter infrā dicetur. Sed particula, quę in dextra parte remansit, & designat eos, qui sunt in uita præsenti, illi parti quæ est super patenam, non coniungitur, sed in sanguinem mittitur: quia illi adhuc egēt meritis passionis Christi: quæ merita processerunt ex effusione sanguinis agni immaculati. ex præmissa autem duarum partium cōiunctione duo resultant quasi in modum lunæ cornua connexionem utriusque testamenti in Christi passione facta designantia, &

3 Mat. 26. Luc. 24. 4 Ioan. 6. 5 6 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa uersus calicem corrigenda sunt, quasi sibi incorporent sanguinem, siue quo corpus non est. In hac etiam coniunctione representatur, quod postquām aliqui tā p̄sentibus, q̄ futuris præsuris purgati fuerint, ipsi Deo, qui nostra beatitudo, perfectissima vnione iungentur. ¶ † Octauo quare præmissæ duæ partes extra calicem, super patenā reseruantur: super quo aiunt quidā q̄ tres partes hostiæ, tres status † beatorum figurant, scilicet qui sunt in cælo, qui in purgatorio, & qui in mūdo uersantur, vt iā dicetur. Per calicē autem, secundum aliquē respectum, ipsa æterna fruitio, ut præmissum est figuratur. Quia ergo tā illi, qui uersantur in hoc seculo, q̄ illi qui sunt in purgatorio, nondum ad illam fruitionē admissi sunt, ideo ipsæ duæ partes extra calicem reseruantur donec sumantur. Sed hæc ratio non concordat p̄ omnia cū p̄missis, & ideo alia ratio inferius assignatur. Potest etiam dici, quod duæ hostiæ partes ideo super patenam ponuntur, quoniam si omnes partes super os calicis ambabus manibus tenerentur, multa quidem pericula contingere possent de facili enim posset cadere, & pars nō mittēdi in calicem mitti, uel propter manuum tremorem partes possent in calicem cadere. Sacerdos etiam taliter impeditus, non posset quę incumbunt libere expedire, & similia. Alij tamen omnes partes supra os calicis tenent, ne forte propter illarum deportationem seu translationē aliqua inde particula cadat, aut remaneat in patena: de quo etiam sub titu. de communicatione sacerdotis dicetur. ¶ † Nono, quare particulam, quæ remansit in dextra, sacerdos super calicis tenet. Ad quod dicēdum est, quod particula ipsa, vt præmissum est, representat illos, qui adhuc in corpore viuētes indigent misericordia Dei, sine prædictis meritis passionis Christi & sanguinis eius effusionis præcedentibus. Tenetur ergo ipsa particula, supra os calicis respectu directo ad sanguinem, ut detur intelligi intētio, necnon expectatio & consideratio viuentium, quo ad merita & passionem Christi, q̄ tenetur cum pollice, per quem uirgo virtutis, & cum indice, per quē mentis discretio significatur: ad ostendendum, q̄ cum fidei vigore, & mētis discretione hæc consideranda, & expectāda sunt. Vel cum duobus digitis tenetur: ad designandum duplicē naturā, quæ fuit in corpore Christi: diuinitatē, scilicet & humanitatē. Et cōiungitur sanguini ad ostendendum, quòd qui digne & cum fide merita & passionē Christi cōsiderāt, & expectāt eius passione & meritis iuuant. ¶ De primò, quare † sacerdos dicturus, p̄ omnia secula seculorum se erigit? Et est dicēdū, q̄ cum ipse petere velit perpetuam existētiam Domini nobiscum, & omne donum perfectum de sursum sit. i. quæst. 2. quam pio, merito ad Deum se tunc corpore & mēte erigit, sperans se accepturum, quod petit. ¶ † Vndecimò, quare uerba ipsa proferens vocem suam exaltat, & parum calicem eleuat. Super quo dicendum est, quod sacerdos Christi vicarius, hostia, ut præmissum est, fracta mox pacem annuntiaturus, vocem exaltat, vt populus pacem desiderans hoc intelligens dicat: Amen. xxxviii. distin. sedulo, & calicem parum ab altari eleuādo ostendit, quod Christus qui per passionem quę per calicem designatur, descēderat eleuatus per resurrectionem a mortuis pacem, postmodum discipulis timentibus nunciauit, dicens eis: Pax vobis. Potest etiam dici, quod quemadmodū p̄missum est: particula, quæ super os calicis tenetur representat viuentes, & credentes, & expectantes iuuari meritis passionis, effusionis sanguinis Christi. Sed, ut credamus duo. Primum scilicet Christū, uerum fuisse Deum, & sanguinem & corpus nunquam fuisse a diuinitate separata. Secundum, Christum fuisse uerum hominem & corpus verum, & sanguinē uerū, dicta non cōsequimur: propter hoc ergo calicem, & dictam particula parum simul eleuat, ut ostendat, q̄ firmiter credimus primum, & eam statim deponit, ut ostendat, q̄ etiam eodem modo credimus secundum. ¶ † Duodecimò, quare dicta eleuatio, & depositio, fit cum utraq; manu, & non cum altera tantum? Ad quod dicēdū, quòd hoc fit, ut per hoc detur intelligi, quod sicut præmissa duo credit intellectu, ita amat & appetit affectu & toto conatu.

nātu. Fit etiā hoc modo, vt securius & decentius fiat. ¶ † Decimotetiò quare mox dicit altiori voce, Pax Domini &c. Et quidē, qua nō solū p̄ signa, verumetiā p̄ verba resurrectionis est gaudiū exprimēdū, ideo sacerdos per lętitiā de resurrectione habitā, p̄cedēs statim depositō calice altiori uoce dicit. Pax Domini sit semper vobiscum. representans, q̄ una sabbatorū Iesus postq̄ surrexit à mortuis, stans in medio discipulorū, dixit eis: Pax vobis & itē: Pax vobis Io. 20. quasi dicat. Do vobis pacē pectoris in via & pacē æternitatis in patria. Idē ergo innuit sacerdos dicēs: pax Domini, idest, pax pectoris sit semper uobiscū, idest, in p̄senti hic, & pax æternitatis in futuro. Hæc quidē pax est illa, q̄ tūc iustis data est, quādo anima Christi in infernū descendens inde omnes fideles eduxit, abstergens omnem lacrymam ab oculis eorum, ut amplius nō sit eis dolor, sed pax qua cum eo viuant in æternum, uel illa, quæ data est corporis Christi, quando anima eius ad corpus rediit, ut sic nunquā anima turbata est, pro corporis morte, ita nec ipsū corpus vlterius de sua mutatione turbetur, sed vtraq; pace fruatur, & semper de æterna beatitudine lætetur. ¶ † Decimoquartò, quare dicēdo pax Domini, &c. facit signum crucis supra sanguinem, cum dicta hostiæ particula? Ad hoc dicendum est, quòd tres cruces significāt triduum, quo Christus fuit in sepulchro, uel quòd tres mulieres q̄rebant Christū crucifixum ad hostium monumenti: vnde illud, Quem q̄ritis viuentem cum mortuis. ¶ † Decimoquintò, quare dicto. Pax Domini &c. chorus respondet: Et cū spiritu tuo, & quidem hoc dicendo, optat pacem ipsi sacerdoti, & petit etiam pacē sibi dari, & ut dignus sit illam recipere, prædicit ter Agnus Dei. Veruntamen Papæ celebranti in ecclesia Sanctæ Mariæ maioris in vrbe, & dicenti Pax Domini. respondetur, put in vj. parte sub titu. de pascha dicetur. ¶ Decimosexto, quare † dicta hostiæ particula immittitur in sanguinem? Nempè sit hæc commistio. Primò, ad notandum, quòd Christi corpus non fuit sine sanguine, nec sanguis sine corpore. Secundo, ad designādum, q̄ vnū sacramentum conficitur ex speciebus panis & vini. Tertiò, corporis & sanguinis post trinum crucis signū permistio, est animæ, ad corpus reditio. Omnibus. n. cœlo & in terra pacificatis uirtus Trinitatis animā crucifixi reduxit ad carnē, ne derelinqueret animā ei⁹ in inferno, nec daret carnē eius uidere corruptionē. Iuxta, q̄d ipse dicit in Psa. Ego dormiui & somnū cepi exurexi: quia Dominus suscepit me. significat ergo unitatē & animę & carnis, q̄ i resurrectione Christi denuo sunt unitę. Nā ut p̄missum est panis ad carnem & uinum refertur ad sanguinem, quia secundum Philosophum in sanguine est sedes animæ. 33. q. 2 Moses. de hoc etiam sub titu. de oblatione dictum est. ¶ Decimoseptimò, quando immissio fit facienda, & quidem aliqui infundunt particulam ipsam in calicem, postquam dicunt: Pax Domini &c. quoniam manifestum est pacem datā esse hominibus bonæ voluntatis, per resurrectionem quam uerba ipsa significant. Alij uero, dicto, Pax domini &c. & dicto ēt prius, Agnus Dei &c. demum immittunt ipsam in sanguinem, ut eorum oratio efficacior sit pro eo quòd tenentes eā in manibus, dum dicunt. Agnus Dei &c. oculo corporali & mentali reuerenter intuentur. Tertij uero eā immittunt cum dicunt. da nobis pacem. Cum enim ter dicatur, Agnus Dei: & in primis duabus uicibus dicatur miserere nobis. in primo dicitur, miserere nobis: quātum ad animam, q̄ maximè fundatur in sanguine. In secundo quantum ad carnem: patet, quod ista duplex oratio diuisim dicitur, & ideo illa pars hostię per quā caro significatur, & sanguis per quem anima intelligitur, non debent coniungi: dum illis duabus uicibus, dicitur Agnus Dei, sed solū in fine tertij Agnus Dei, ubi repetitur, Pax. secundum utrunque scilicet secundum corpus, & secundum animā. Ipse enim lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo. † Quarti rectius & usitatius agūt, quoniā dicto Pax Domini, & priusquam dicant Agnus Dei &c. immittunt. certū est autem q̄ Agnus Dei post salutationem representat illud, quod Dñs fecit, postquam discipulos uisitauit: quādo uidelicet dedit eis potestatē

dimittendi peccata, & ideo sacerdos illud representans post immissionem particulę hostię in sanguine, dicit Agnus Dei, q̃ tollis peccata mundi, miserere nobis; ad designandũ, q̃d sicut ipse corpus sanguini coniungit: ita nos cõiunctos eidẽ sanguini suis meritis ex eius effusione, peccatis suã pietate à peccatis emundet. Et imittendo dicit verba illa, fiat cõmixtio corporis, &c. q̃ verba referenda sunt ad species panis, & vini, quibus corpus Christi & sanguis continẽt. Dicũt aũt Agnus Dei calice iã cooperto, ad notandũ, q̃ Christus in domo, ostijs clausis, dedit apostolis potestatẽ dimittendi peccata. ¶ Decimooctauò quare
20 fiunt † tres partes? Ad quod dicendum est q̃ frangitur in tres partes. Primo in memoriã Trinitatis. Secũdò, in memoriã triplicis status Christi. Primus, fuit in hominibus manens. Secundus, fuit mortuus in sepulchro iacens. Tertius, est immortalis, in cœlo existens: Tertio vero, in memoriã & signũ, q̃ Christus passus fuit in triplici parte sui, idest, in pedibus, in manibus & in latere: Quartò, in signũ, q̃ tres sunt partes mystici corporis: prima est in cœlo, siue in patria, ſ ecclesia triumphans. secũda est in terra scilicet ecclesia militãs tertia est in purgatorio, & hæc dr̃ purgãs. Quintò in typum trium pſonarũ euntiũ
Luc. 24. in Emaus, scilicet Christi & Cleophæ, & vt quidã dicunt, Lucę ¶ Decimonono, q̃d
21 partes ipsæ significant, uidendũ † restat, & quidẽ primũ secundum Gelasium Papã pars ī calice posita, significat corpus Christi q̃ de virgine traxit: pars sicca comesta significat omnes fideles: pars reseruata vsque in finem missæ secundum antiquum ecclesiæ Romanę morẽ, p̃ ministris uel infirmis, significat omnes mortuos Secunda pars in calice posita, siguificat ecclesiã militãtẽ: pars reseruata, eos, q̃ sunt in purgatorio Tertiò Sergius Papa de consecr. dist. 2. triforme, ita dicit: Triforme est corpus Domini. pars oblatæ in calice missa, corpus Christi q̃d iam resurrexit monstrat: pars à sacerdote comesta, ambulantem adhuc super terram: pars in altari vsque ad missæ finẽ remanẽs, corpus Christi. Vel secundum alios, corpus fidelium latẽs in sepulchro: hæc pars remanet in altari, vsque ad finẽ missæ, quia vsque in finẽ seculi corpora sanctorũ in sepulchris erũt, sed q̃ pars vsque in finẽ missæ remanet, nõ est in vsu. Quartò ẽt modo, potest hoc mysteriũ explicari. est. n. corpus Christi vniuersalis ecclesia, scilicet cũ mẽbris, iuxta illud Apostol. Vnus panis, & vnũ corpus, multi sumus: Et inueniuntur in isto *1.Co.10* corpore, quasi tres partes, ex quibus totũ consistit, una pars est ipsum caput: videlicet Christus qui caput est, & pars corporis: altera pars, sunt illi, quorũ corpora requiescunt in tumulis, & animæ q̃ regnant cum Christo, & sunt quasi simul iunctæ. Hæ duę partes caput scilicet, & hęc corporis pars altera: sicut scriptũ est: Vbicũque fuerit corpus, illic congregabunt & aquilæ. Propterea in altari super patenã duæ partes coniunctę extra calicẽ reseruãtur, quasi extra passionẽ, q̃ per calicẽ designatur. Christus enim resurgens à mortuis, *Rom. 6* iã nõ moritur: mors illi nõ dominabit, & qui cum ipso sunt sancti, non esurient, neque sitient amplius, non cadet super illos sol: neque vllus æstus, quoniã priora transierunt. Tertia pars in calice ponitur, signi- *Apo. 7.* ficans sanctos, qui adhuc in mũdo viuũt, passionesq̃ passuri sunt, donec de hac vita migrãtes ad caput suum transeãt: ubi nec moriãtur amplius, nec ullatenus patiãtur: unde uersus. Tres † partes factę de 22
Christi corpore, signãt. Prima, suã carnem sanctosque. secũda sepultos. Tertia viuentes hæc est in sanguine tincta. Martyrij calicẽ gustant in carne fideles. Quinto modo, ſm magistrum Gulielmum Antissiodorens. pars q̃ in sanguine mittitur, significat viuos. una illarum, eos qui sunt in purgatorio: alia uero illos, qui sunt in paradiso. Orat enim Ecclesia pro uiuis: ut in bono conseruentur: pro eis, qui sunt in purgatorio: ut citius liberentur, & purgentur. pro eis qui in cœlo sunt ut orent pro nobis. Sextò etiam modo secundum Augusti. pars in calicem mittitur uel ponitur, pro non sancte uiuentibus, qui uoluuntur in sanguine & in peccatis. Aliq̃ uerò duæ, pro mortuis offeruntur. Vna pro sanctis, qui iam sunt in requie, & illa est gratiarũ actio: quia nihil restat in eis purgãdum: altera pro illis animabus, quę licet

licet saluãdæ sint, tamen adhuc sunt in pęnis, ideo pars illa dicitur oblatio. Sane particula hostiæ ī calice dimissa, statim calix cũ palla corporali cooperitur, q̃a Christi corpus de cruce depositũ, latuit ī sepulchro syndone inuolutum, quæ per ipsam pallam significatur. ¶ Vigesimo loco uidẽ-
23 dũ est, quare nũc solennis benedictio datur. Et quidẽ hoc loco, scilicet ante pacẽ solennis episcopalis benedictio dar̃, ad notandum, quòd paçem nullatenus hẽre possumus, nisi Dñs noster Iesus Christus p̃ueniat nos in benedictionibus dulcedinis, quæ sunt benedictiones gratiæ ipsius, *Ps.20. F.3.ſ* quia secundum Ps. Dñi est salus, & super populum tuũ benedictio tua. Dũ aũt episcopus se ad populum benedicendum cõuertit populis reuerẽter genu flectit, qua *Ps.66.* si ipso facto dicat, Benedicat nos Deus Deus noster, & metuãt eũ oẽs fines terrę, nã ipse est Dominus qui ad illius inuocatio- *Ps.147.* nẽ benedicit. Vnde Psal. Bñdixit filijs tuis in te. Et licet hæc soleniter benedicatur, nihilominus quidã in fine missæ iterũ soleniter benedicũt. de qua benedictione ibi dicetur, tũ quia postquã Dominus saluauit Apostolos, iterũ dixit eis. Pax vobis, ut iam dictũ est, dicetur sub tit. de pacis osculo, tum quia sicut nõ possumus bene incipere, vel pacẽ acq̃rere nisi diuinæ benedictionis gratia p̃ueniat, ita nec ī bono pficere nec ī pace finaliter pseuerare, nisi benedictionis suę gratia subsequat.
24 In † missa vero p̃ defunctis, pontifex solenniter non benedicit, tum quia in ea oẽs solennitates cessant, tũ quia hæc solennis benedictio sit non solũ pro venialium deletione verũetiã pro populi excitatione, ut in Domini adiutorio cõfidat, & benedictum in secula confiteatur, ac defuncti ve lut absentes excitari neq̃unt, licet possint nostris suffragijs adiuuari, tum quia gaudium non dẽt luctui admisceri. Illud autem notandum est, quòd per mortẽ, & in morte Domini fidelis aĩa benedictionem percipit. Vnde circa mortis officium ritè diacon⁹ ad eã humiliari inuitat, dicẽs. humiliate vos, ad benedictionẽ, & statim põtifex benedicit. Quidam asserunt hoc officium non esse de septem officijs missæ, eo quòd has benedictiones Romana nõ inuenit ecclesia, vnde nec vtitur eis, & ideo nõ hic, sed in fine missæ benedicit. Sed quicũque inuenerit, rectè in hoc loco ponunt, *Gen.49.* vbi Christus ad inferos descendisse repre- *Dsu.33* sentatur, scilicet p̃xime ante resurrectionẽ cum eductis de carcere æternã tribuit benedictionem. Has benedictiones p̃figurauit Iacob, qui filijs suis, & Moses qui filijs Israel, & Christus qui discipulis moriens, benedixit.

S V M M A.

1 *Agnus Dei cur dicatur.*
2 *Agnus quid significet. Et quare ter dicatur.*
3 *Christus ad tria uenit.*
4 *Pax, est quadruplex.*
5 *Requies triplex optatur defunctis.*
6 *Sergius Papa.*

De Agnus Dei. Cap. 52.

QVIA Iesus statim, vt salutauit Apostolos, vt iam præmissum est, dedit eis potestatem remittendi peccata, dicens, Quorum remiseritis, peccata, remittuntur, & † quorum retinueritis, re- 1
tenta sunt. Ioan. 20. idcirco chorus clamat ad Deum & postulat, Agnus Dei qui *Ioan.ī.* tollis peccata mundi miserere nobis. Siquidem Ioan. videns Iesum ambulantẽ dixit, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quare autem cum vocauerit agnum determinat subdens, qui tollit, id est, qui venit, ut tollat peccata mundi, quia pro peccatis tollendis pascha nostrũ immolatus est Christus. Nempe in vete. testa. offerebatur agnus, p̃ peccatis populi, & in nouo testam. Christus obtulit seip- *Apoc.* sum Deo patri, ut humanũ genus liberaret, & lauaret à peccatis in sanguine suo. Merito ergo, dum corpus & sanguis Dñi sumitur, Agnus Dei cantatur, vt oẽs credamus, q̃a ipsi⁹ agni corpus & sanguis tũc sumit, qui peccata mundi moriẽdo tulit, & vitam æternã nobis resurgendo, donauit Iesus Christus Dominus noster, & vt oremus ipsum nunquã desistere misereré

nobis, qui in passione misertus est nostri.
2 † ἁγνὸς autem Græcè, Latinè purus & castus, dicitur, quòd sit hostia pura, & immolationi apta. * qa ipse verus agnus sola pietate sua se obtulit hostiã ꝓ nobis, & nos redemit. Dicitur etiã agnus ab innocẽtia, qa agnus nec hominibus, nec bestijs nocet. In ꝓmissis ergo verbis, Agnus Dei, qui tollis peccata mũdi, miserere nobis. est quædam deprecatio, vt videlicet innocẽtis agni misericordia peccata irruẽtia & subitanea auferantur. Tertio modo dicitur agnus, ab agnoscendo, quoniã in magno grege solo balatu matrẽ agnoscit, sic & Christus in ara crucis donans nobis prius pacẽm, agnouit nos cura, vt iam dictum est. Agnouit etiam patrem obediẽtia, Iuxta illud Apostoli ad Philipp. 2. factus est obediens vsque ad mortẽ. Agnouit etiam matrẽ cura, quã de ea habuit. Vnde illud Ioan. 20. Ecce mater tua. Ob hoc ergo in altaris immolatione terdr, Agnus Dei, quasi Agne, qui agnouisti patrem, miserere nobis. Agne, qui agnouisti matrem, miserere nobis, Pie qui rede misti mundũ, & qui obtulisti te ꝓ nobis, dona nobis pacẽ. Vel ideo ter dicitur, vt triforme corpus Domini intelligat, videlicet ambulans in terra, quiescẽs in sepulchro, & residens in cẽlo. Potest etiam dici, quòd Christus ad tria venit.

3 ¶Primo vt nos † liberaret a miseria culpæ Secundò, ut nos redimeret à malo pœnę. Tertia, ut nobis daret de plenitudine gratiæ suæ. quãtum ad prima duo, bis dicitur miserere nobis. Quantũ ad tertiũ, dicitur, dona nobis pacẽ, quæ petitio pacis sequitur statim, postquam Agnus Dei dictum est ter, ad notandum, quod ex benevolentia Trinitatis agnus missus est, vn
Is.16. de Esa. Emitte agnum Domine, &c. Nam
Apo.5. sicut in Apoc. legitur, Christus est agnus, qui occisus est ab origine mundi. Et attẽde, quia quidam sacerdotes dicũt Agnus Dei. manus super altare depositis ostẽdẽtes in hoc quòd ad ea, quæ proferũt tota mẽte intendunt. Intentio enim propriè per linguam exprimitur, non per manus, ideoque loquẽte lingua manus quiescẽt, quodque ipsam misericordiam & pacẽ cęlestem pro populo petunt, non autem terrenam, quod in manuum depositione significatur. Alij vero stant manibus iunctis parum super altare inclinati, ostendẽtes in inclinatione humilitatẽ, quæ in oratione necessaria est, & in manuum coniũctione, vnicam & non variam intentionẽ. Porrò secũdum antiquam consuetudinẽ scholæ cantorum, in ecclesia Romana, q̃ adhuc ipsa schola obseruat, nullatenus variatur sed tribus vicibus vniformiter dicitur Christe, miserere nobis. propter tria genera peccatorũ, quæ petimus remitti, cogitationis in corde, locutionis in ore, & actionis in opere. Vel in honorem Trinitatis, vel propter tres ordines fideliũ in ecclesia, q̃ sunt Noe, Dauid, & Iob, quos Ezechiel vidit visione saluandos. Postmodum aũt multis, ac varijs ecclesiæ aduersitatibus ingruẽtibus, cœpit ad Dominũ de tribulatione clamare, dona nobis pacem, & vt clamor eius facilius audiat, ideo in ipsa immolationis hora clamat, & hæc varietas non discrepat à consuetudine veter. test. ubi cum secundò repetatur Parce Domine, parce populo tuo, tertio variatur, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium. Dicamus ergo miserere nobis, quantum ad animam. Item miserere quantum ad carnem, & dona nobis pacẽ, quantum ad vtrunque, vt habeamus pacẽ pectoris spiritualem, & pacẽ corporis tẽporalem. † Est enim pax peccatorum, pax iustorum, pax temporis, & pax æternitatis, vnde & ter oratur in missa ꝓ pace, de quo dictũ est sub quarta particula canonis, super verbo, Diesque nostros. & quia Deus non dat pacem, nisi illis quorũ miseretur, ideo vltimo dicit, dona nobis pacem Ecclesia etiam Laterañ. nunquã dicit, dona nobis pacem, sicut nec schola cãtorum, sequens vt præmissum est, morẽ antiquum. Vnde nec valet, nec vera est ratio dicentiũ, quòd in ecclesia Lateraneñ. ideo non dicitur dona nobis pacẽ, qa omnes aliæ ecclesiæ ab illa, q̃ primo fuisse dicitur consecrata, sumere debent pacẽ, nõ ipsa ab illis. In feria quinta cœnæ Domini, Agnus Dei, ter dicitur, cum miserere nobis, vt ibi dicitur. ¶ Rursum in missa pro defunctis dicitur bis, Agnus Dei, cũ, Dona eis requiem, tertio additur, Sempiternam, nec dicitur dona nobis pacẽ, quia tũc imitamur exeqas Saluatoris. Vltimo

Ezc.14

Ioel.2

4

ergo

ergo Agnus Dei, tũ adiungitur sempiternam. Super quo notandũ est, q̃ pro fidelibus defunctis triplex requies dẽt optari.
5 ¶† Primò, vt auferatur ab eis pœna, in qua est eis labor non requies. ¶ Secundo, vt est gloria animæ cõferat, qa tũc veraciter requiescent in bono desiderato, s. in ipso Deo. ¶ Tertio, vt dotent gloria corporis, ne illud vlterius miserijs exponatur. ¶ Prima nõ est requies sempiterna, qa pœna sublata adhuc desiderãt gloriã. Secunda ẽt, non est totaliter requies sempiterna, ꝓm Aug. ante resurrectionẽ corporũ, semper inest animabus quidã naturalis appetitus resumẽdi corpora quo aliqualiter corpora retardant, ne totaliter ferant in Deum. Sed tertia requies cũ ꝓmissis est verè requies sempiterna, qa animæ quæ Deũ ꝓ sentialiter vident resumptis corporib. in ipsa vlterius, & æternaliter & pfectissimè requiescẽt, ideoq; solum in tertia vice, & nõ in duabus p̃cedentibus congruit dicere, requiẽ sempiternã. Sergius † Papa primus constituit agnus Dei inter cõmunicandum inter à clero & populo decantari.

ADNOTATIO.

*Apta: ἁγνὸς verbũ est cę quocũ. Præter. n. hic datã significationẽ, est virex, genus arboris, qua vitę oẽs ornabãtur Athenis, in festo Palladis. Sed prior significatio optissima est huic loco. N. Doar.

SVMMA.

1 *Pax, qua datur immissa, quid significet. Et vnde id præsignatum, nu. 4. Et cur non in missa pro defunctis. nu. 8.*
2 *Christiani in primitiua ecclesia, quotidie communicabant. paulò post, omni Dominica, tandem aliquando rarius.*
3 *Populus cur se osculetur in missa, & nume. 5. 6. 7. Mulieres non. & quid ita, nume. 9.*
10 *Osculum, quatuor sacramenta significat*
11 *Episcopus, solemniter celebrans, quoties osculetur & quos.*
12 *Episcopus bis Codicem osculatur.*
13 *Papa in septem locis osculum accipit.*

De pacis osculo. Cap. 53.

POstquam Dominus salutauit Apostolos, vt præmissum est, iterũ, dixit eis. Pax vobis, ostendẽs, quòd non solum debemus pacem habere in ore, verum etiam in pectore, ne simus ex illis, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, ideoque cum hæc dixisset Apostolis, insufflauit in illos, & dixit, Accipite spiritum sanctum, ad quod designandum vtique sacerdos facta † commistione & finita oratione accipit in quibusdam ecclesijs pacem ab Eucharistia, siue ab ipso corpore Domini, vel secundum alios, ab ipso sepulchro, idest, calice vel altari, & mox præbet oris osculum ministro, scilicet diacono. Qui ab ipso corpore accipiunt, hoc faciunt in signum, q̃ pax spiritualis à Christo data est humano generi. Alij etiam idẽ signãt. Diaconus verò dat pacem alijs, & alij inter se signum, quòd omnes debent pacẽ habere, præsertim filij ecclesiæ. Ipse verò diaconus pacem à sacerdote accipiens, reuerenter se inclinat, & pectus osculatur ipsius, secundum morem quarundam ecclesiarum. & planetam extendit, vt per pacis osculum, & per planetæ extensionem Charitas extendenda monstretur, quam per planetam in parte. iij. diximus designari. Quia ergo charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, per Spiritum sanctũ, qui datus est nobis, ideoque pacis osculum, per vniuersos fideles in ecclesia diffunditur. Nam Apostolus admonet. Salutate vos inuicem, in osculo sancto.

Ps.84. 1

Io.20.

Ro.5.

¶ Rursus, quod sacerdos † pacem populo tribuit, ꝓ figuratum fuit à Iosue, qui hostibus superatis terram obtinuit, quam sortem diuisit, & in pace possedit, & Christus resurgens, diabolo superato, pacem & dona dedit hominibus, Pontifex vero primo dat pacem ministro, qui prius erat à sinistris, sed pacẽ recepturus accedit ad dexteram eius, per quã signat populus Gentilis, qui primus in pace transiit à sinistra infidelitatis, ad dextram fidei, & æternitatis, & per hũc pax ad populum descendit. ¶ Cæterũ in primitiua ec-

2

1.Co.16

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 clesia,omnes,qui † celebrationi missarum intereãt singulis diebus communicare solebant,eo,quòd Apostoli omne de calice biberunt,Domino dicente, Bibite ex hoc omnes.de consecra.distinctio.secũda.non iste. Offerebant enim magnum panem,& Mat.10. omnibus sufficientem,quod adhuc Græci seruare dicuntur. Sed excrescente filẽtiũ multitudine, traditur institutum, vt tm diebus dominicis cõmunicarent ea. distinctione quotidie de quo dictum est,sub septima particula canonis super verbo,hoc quotiescunque.Postmodum autem, quia nec dignè hoc potuit obseruari,tertia secuta est istitutio,vt ter saltẽ in anno quilibet Christianus acciperet Eucharistiã,ea. distinctio.& si non frequentius. vel hodie ad minus in pascha,sextra de pẽnitent. & remissione,omnis.hoc inuento remedio, vt videlicet pro eo, quòd singulis diebus communicabatur, singulis diebus osculũ pacis daretur,p̃ ministerio vnitatis,quod sacerdos dans ministro dicit in quibusdã locis.Sumite vinculum pacis, & dilectionis,ut apti sitis sacrosanctis mysteriis,quasi dicat.Sumite ex hoc omnes,& diuidite inter uos,& pro communione, quæ singulis,diebus dominicis fieri solebat,dareẽt in diebus dominicis panis benedictus sanctæ communionis uicarius,qui & εὐλογία dicitur. Sed & loco quotidianæ communionis.in quadragesima dicitur in fine missæ oratio,super populum,eui prædicitur.Humiliate capita vestra Deo. Sanè populus se se in missa osculatur.

¶ †Primò, quia cùm,sicut præmissum 4
est,per immolationem hostiæ salutaris,dimissis peccatis reconciliemur altissimo rectè pacis osculum dari decreui ecclesia,cũ pro peccatis immolaẽ hostia salutaris,Homines igitur osculum, ideſt pacis signum sibi inuicem dant,vt ostendant se coniunctos esse in corpore Christi per quam facta est pax in cœlo & in terra.

5 ¶ †Secundò Innocent.primus,qui osculum in ecclesia dari decreuit,quod etiam Leo Papa II.primo statuerat.de cõsecr.distin. 2.pacem.ita dicit, Pacé afferitis ante consecta,ideſt,consecrata mysteria,quosdam populis impetrare,vel sibi inter se sacerdotes tradere cũ post omnia, ideſt post consecrationem,quæ aperire non debeo, ideſt, non possum, pax sit necessario, id est,causa mysterij inducenda, per quam, ideſt, quia per eam constat populũ ad omnia,quæ in mysterij aguntur,ac in ecclesia celebrantur,præbuisse cõsensum,ac finita esse pacis cõcludentis.ideſt, determinãtis signaculo demonstratur. ¶ Tertio,ideo se † populus inuicẽ osculatur. quia Domini 6
sui gratiam, & Angelorum concordiã per mortem eius se promeruisse gratulatur.

¶ Quarto,quia in osculo caro carni, & spiritus spiritui iungitur.vt nos qui carnis propagine de Adam cõiungimur,ẽt charitatis vinculo connectamur. qui ergo se odientes,osculantur,Iudæ proditoris osculum imitantur.¶ Quinto,propter præceptum † Apostoli,de quo præmissum est. 7
¶ Rursus ideo prius,quam cõmunicemus 1.Cor.16
pacem damus,vt inter nos esse concordiã ostendamus,& cum illa corpus Domini sumamus,sine qua munera nra non recipiũtur à Deo.¶ † In missa vero pro defunctis 8
pax non datur,quia fideles animæ tã non sunt,nec vlterius erunt in turbatione huius mundi,sed quiescunt iam in Domino, vnde non est eis necessarium pacis osculũ quod est pacis & concordiæ signũ,& ideo in missa illa non dicitur oratio illa,Domine Iesu Christe qui dixisti Apostolis tuis pacẽ &c.nec sacerdos recipit pacẽ ab altari.De hoc dicetur in sexta parte sub titu. officio mortuorum. Hinc est,quòd etiam inter monachos pax non datur, quoniam mundo mortui reputantur.de consecra.distinctio.secunda.pacem.

¶ Viri † quoquẽ & mulieres non sibi in- 9
uicem osculũ in ecclesia porrigunt,ne forte aliquid lasciuiæ surrepat,quia ibi carnales fugiendi amplexus,& casti sic spirituales actus habendi, propter quod ẽt in ecclesia situ sequestrantur locali. Odia pax pellit,castrum pax nutrit amorẽ. ¶ † Sanè 10
osculũ in sacra scriptura significat vnionẽ, charitatẽ,pacem & reuerentiam.De osculo vnionis dicit sponsa in Canticis,Osculetur me osculo oris sui. De osculo charitatis Isaac inqt ad filiũ. Accede ad me,& da mihi osculũ fili mi. De osculo pacis dicit Apostolus. Salutate vos inuicẽ in osculo sancto. Deus autẽ pacis,& dilectionis &c. De osculo reuerẽtiæ Dñs inquit ad Simonem. Osculũ mihi nõ dedisti, hæc aũt ex quo

Cant.1.
Gen.27.
1.Co.16.
Luc.7.
Heſt.5.

quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Et Hester in signum reuerentiæ summitatem virgę regiæ dicitur osculata esse. ¶ Ad designandum igitur tres vniones in Christo,scilicet vnionem diuinitatis ad animam,diuinitatis, ad carnem, & carnis,ad animam,vel vnionem,qua vnita est in Christo humana natura, sancta ecclesia,& fidelis anima. Et sacerdos ter osculatur altare,vt dictũ est sub quarta particula canonis super verbo diesque nostros,ad designandum triplicem pacẽ,scilicet temporalem spiritualẽ, & æternam.

11 † Episcopus solenniter celebrans ,iuxta morem quarundam ecclesiarum ter osculatur,semel ministrum,& secundo diaconum,& tertio sacerdotem.Sed & in missa ter oratur,pro pace vt dictũ est super verbo,Diesque nostros.¶ Rursum ad notãdũ duorum testamentorũ cõcordiam episco-
12 pus duabus † vicibus codicẽ osculatur,qa rota cõtinet in medio rotæ,& duo Cherubin se se recipiunt versis vultibus in ppitiatorium. Ad notãdam ẽt charitatem, sacerdos osculatur patenam.quę designat cor patens in latitudine charitatis. Vnde, Exo.2. Luc.24. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis dũ loqueretur nobis in via In signũ verò reuerentiæ subdiaconus & diaconus pedes & manus summi ponti.osculanẽ,pedẽ sub diaconus osculatur post epistolã lectã, & diaconus ante legendũ Euangeliũ, manũ verò subdiaconus osculaẽ offerẽs ampullam cum aqua calicemq; cum vino,& diaconus offerens patenã cum hostia,& turibulum cũ incenso vterque etiã de manu summi pontificis Eucharistiã, vt dicẽt in
13 titu.seq. ¶ Illud † quoque vacare non creditur mysterio,q̃ summus pontifex septem modis accipit osculum,videlicet ad os,ad pectus,ad humerum, ad manus, ad brachia,ad genu, & ad pedes.

S V M M A.

1 *Missa quarta pars de communione. Et qualiter ea fiat & nu.3.4.*
2 *Sacerdos quare in communione non accipit calicem per se,sed à diacono.*
3 *Papa uolens communicare, quare accedat ad sedem suam. Et quando communicet in altari.n.6.Et qui Eucharistiam accipientes,ab eo osculum recipiant.nu.7.Et de communione,eiusque forma.latè nu.8.9.*
10 *Sacerdos quid agere,dicere,aut meditari debeat ante corporis & sanguinis Dominici sumptionem.Quid post.nu.14.*
11 *Communicandi corporis & sanguinis Dominici legitimum tempus.*
12 *Sacerdos sumens sanguinem debet tenere calicem,utraque manu.*
13 *Communicaturus,debet esse ieiunus. Et cur ita.*

Quarta pars missæ, & primo de communione sacerdotis. Cap. 54.

HIc incipit quarta pars missę,post pacis etenim osculum sacerdos communicat hoc modo.Nam † sicut 1
in Nicensi concilio xciij. distin.peruenit. Legitur Eucharistiam confectam per se de altari siue de patena sumit & comedit.Calicem verò cum sanguine non ipse,sed diaconus eleuat de altari, & porrigit ei. † Vnde in 2
canone Hiero.ead.distin. diaconi sunt.inter cæteraita legitur.Sacerdotibus etiam propter præsumptiones nõ licet de mẽsa calicẽ Domini tollere,nisi eis traditus fuerit à diaconis. Ideo autẽ sacerdos corpus Christi,per se sumit,& nõ calicem cũ sanguine,qa sumptio corporis,significat corporum nostrorum restaurationem,quam Christus nullius ministerio pfecit,& futuram resurrectionẽ, quã sua virtute absq; omni ministro faciet.Sũpuo vero sanguinis redemptionem animarũ siue peccatorum significat, q̃ fit intercessionibus aliorum. Hoc tamen,& si iure cautũ sit,non tñ seruari videmus. ¶ † Sanè sacerdos ip- 3
se oẽs partes hostię comedit.In quibusdã tñ ecclesijs ipse vnam partem sumit,& reliquam Eucharistiæ mediętaté super patenam in duas partes diuidit, quas ministris, scilicet diacono & subdiacono comedendas impendit, insinuãs illud quod Lucas commemorat,qa Iesus in Emaus accepit panẽ,& fregit sup mẽsã.Et ẽt(vt aiũt quidã)comedit corã duobus discipulis,sumensque reliquias dedit illis Ipse quoq; postmodũ partẽ piscis assi, & fauum mellis

Luc.24.
Io.21.

lis mãducauit,& reliquas discipulis dedit, & ideo postquã diaconus & subdiaconus communicarunt,clerici & religiosi ad cõmunicandum accedunt, vt ipsi parte sanctæ communionis accipiant.Postmodum cõmunicat populus, quia Christus comedit nõ solum cum paucis Apostolis verũ Actu. 1. etiam ascensurus in cœlum , comedit cũ multitudine discipulorum. Vnde & sumptio corporis,ascensionẽ significat Saluatoris.¶† Illud autem præmittendum,non est , q̃ vt perceptione corporis,& sanguinis Christi nulla possit fallacia suboriri , sed in vtraq; pceptione veritas euidẽter appareat,summus põtifex nõ statim partem culã hostiæ permittit cadere in calicẽ,sed eam post trinum crucis signaculum super patenam reponit, & post osculũ pacis, ad sedem ascendens,ibique cõsistens,vniuersis cernẽtibus maiorem partem oblatæ suscipit de patena,quam subdiaconis apportauerat de altari,ipsamque dẽtibus subdiuidens,vnã particulam eius sumit,& aliã in calicẽ mittit, & de sanguine cũ calamo haurit.Deinde alteram particulam tradit cũ osculo diacono,aliamque subdiacono, sine osculo,quem diaconus ministrãs ei , ad altare calicem osculatur , & tunc subdiaconus residuum, sanguinis cum particula immissa in calice sumit.

5 ¶Romanus†itaque pontifex ideo non commnnicat,vbi frangit , quoniam ad altare frãgit,& ad sedem communicat,quia Christus in Emaus corã duobus discipulis fregit,& in Hierusalem coram discipulis duodecim mãducauit.In Emaus enim fregisse legitur, sed nõ comedisse legitur. In Hierusalem vero fregisse non legitur , sed legitur comedisse, secũdum Innocen. III.Ascendens igitur sedem, ibi communicat . Siquidem secundum Apostolum Luc.24 Christus caput est ecclesiæ , caput aũt in Col.1. corpore sublimius & excellentius sui perfectionem cæteris membris collocatur . Per calicem vero,secundum quendam respectum,æterna beatitudo seu ipsius fruitio designatur , quia in ecclesia militante summus pontifex, sicut Christi vicarius , & caput omnium prælatorum perfectius Christum representat cõgruum est,vt ipse non in altari,sed in loco sublimiori cõmunicet,ostendens quòd Christus etiam in sua humanitate perfectius & copiosius participat illa ineffabilia gaudia,vtpote in bonis portioribus collocata.Cum vero celebrat pro defunctis,tunc super altare cõmunicat,quia tunc specialiter membrorũ Christi hinc fideliter decedentium gloriã representat ac membra Christi cum ad illam gloriam perueniunt, inferiorem post Christum gradum obtinent , sicut mẽbra post caput.In parasceue quoque ad altare communicat,tum ob†reuerentiam passio 6
nis Christi, tum quia tũc quasi exequias celebrat Iesu Christi, tum & iam tunc solus cõmunicat , quia in Christi passione omnibus discipulis fugientibus ipse solus remansit. Alii autem prælati non sic, sed super altare communicant , quia non ita propriè Christũ caput ecclesia representãt. Ministri autem representãt pontifici oblatam & calicem quia discipuli obtulerunt Christo partem piscis assi , & fauum Io.21. mellis,pars piscis,assi, est corpus Domini crucifixi,qui fuit in ara crucis assatus. Fauus mellis,est sanguis Christi, super mel Ps.18. & fauum dulcis faucibus animæ diligentis, ambo de manu Papæ communicant, quia & Apostoli de manu Christi communicauerunt .

¶† Ad notandum vero distinctionẽ in- 7
ter sacros ordines , & non sacros, Diaconi qui & superioris ordinis sunt, cũ recipiunt Eucharistiam,osculum suscipiũt ab ipso Acolytus & qui sunt inferiorum ordinum, non suscipiunt. Subdiaconus etiã qui caractere huiusmodi quondam inter nos sacros,nũc aũt inter sacros ordines reputatur in perceptione corporis nõ suscipit osculum à pontifice,sed in pceptione sanguinis suscipit osculũ à diacono , ut sic qui nõ sacri sunt minus , & qui sacri sunt amplius , honorentur, quanuis & in hoc mystica ratio possit assignari.

¶† Ipse autem sumit illam Eucharistię 8
partem,p̃ quàm prout sub tit.de fractione hostiæ dictũ est,caput ecclesiæ scilicet Christus intelligitur,cuius typũ ipse specialius gerit,quòd facit hoc modo.Ea nanque dentibus subdiuisa,particulam in ore remanentem sumit,alteram vero inter digitos residentem in calice dimittit,ad notandum,quod Christus resurgens,qui secundum Sergium Papam per partẽ in calice

lice immissam significatur , quòd infernũ momordit. & suos inde sumptos ĩ paradisum misit iuxta illud Oseę vlt.cap.Exod. mors tua &c. Alia verò pars ex qua minister cõmunicat , significat membra magis ipsi Christo conformia, & ideo ipsi communicãt de illa, ad offerendũ mysterium vnionis.Eucharistię enim sacramentũ est 9 maximæ unionis.Parte verò in†calice intinctã quæ significat mẽbra p̃pter Christũ passionibus subiecta , Dominus Papa nõ recipit. Primò q̃a ipse magis quã alij Ro.8. representat in officio missæ Christũ cui mors vltra nõ dominabitur;secũdo, quia ipse illorũ typũ gerit in ecclesia, qui p̃p eximiam sanctitatẽ a uita actiua remoti p̃ contẽplatiuã iam Christo sociantur. Sed ministri illã sumũt,quia typũ actiuæ communiter representãt, & præcipuè subdiaconus eam sumit.pro eo, q̃a ipse vltimus Io.21. communicat,& vltimi est reliquias sumere,& calicẽ purificare. Vnde & dominus reliquas dedit discipulis , vt præmissum est. Potest etiam mystice dici , quod pars intincta,significat partem corporis mystici,quæ iam regnat cũ Christo.Cum ergo Dominus Papa expresse represẽtet Christum , qui realiter & sacramentaliter incorporatus est patri ipsius mystici corporis,ideo ipse non recipit illam nec etiam diaconus, qui legem euangelicam, quam pronuntiat,representat, quæ est lex amoris,propter amorem enim charitatis quilibet incorporatur Christo capiti , & omnibus partibus corporis eius mystici.Sub- 1.Ioã. 4.
diaconus verò representat veterem legem,quam sepæ pronunciat?quæ fuit lex timoris,sed timor nõ est incharitate, imo eum foras mittit, & ideo ipse particulam in sanguine missam sacramentaliter, siue in signũ recipit,quia immissio ipsius partis cum sanguine dictam incorporationẽ figurat , quam non faciebat lex illa ; licet 10 eam figuraret.¶ Hoc autem breuiter†notãdum est,quod sacerdos ante perceptionẽ corporis & sanguinis Christi debet dicere orationes à sanctis patribus institutas:deinde meditari debet in incarnatione in passione, in virtute huius sacramenti,dicens; Panem cœlestem accipiam &c. Sed cum statim post verba ipsa subiũgat: Domine non sum dignus &c. videtur cõtrarius sibiipsi.absit tamẽ hoc:sed dicens; Panẽ &c.seipsum incitat ad deuotionem, reducẽs ad memoriã,quid est, q̃ sumere debet,quia pauẽ,qui de cœlo descẽdit,& Ioan. 6.
qualiter sumere debet, quia nomen Dñi inuocando,vt sic cũ maiori sumat reuerẽtia & timore.Dicẽdo verò subsequenter; Domine nõ sum dignus &c.ex humilitate sua ,p̃fitetur indignitatẽ:at exercitatio ad deuotionẽ,& ,p̃fessio humilitatis, contraria nõ sunt. † Legitimũ itaque cõmu- 11
nicãdi tp̃s est ante vltimã orationẽ quæ dicitur ad cõplendũ, q̃a ibi maximè petitio pro eis est qui communicant. Deinde corpus & sanguinẽ Domini sumpturus, se cum illis ante faciẽ cruce signat. Sicut enim prius cruces faciendo actiuè, tãquã minister illa sanctificauit, sic se eis nunc cruce signando,passiuè petit sanctificari . Dicto itaque,corpus Domini custodiat,& cætera,sumat Eucharistiam,deinde iũctis manibus inclinans sanguini dicat; Quid retribuam &c. Et dicens.Calicem Domini accipiã.& nõ prius accipit,& eleuat calicem de altari. Postea verò dicens. Laudans inuocabo Dominum. se signat cũ illo;quo versu expleto , sanguinem sumit. Ps.27.
Sanè quia circa maiora cautius est†agen- 12
dum, sacerdos sanguinem sumẽs propter maiorem securitatem & reuerentiam,calicem cum vtraq; manu tenere debet,sed in sumptione perfusionis sufficit alterã tã tũ duobus digitis alterius adiunctis quasi per hoc inuẽs iã sanguinẽ ibi nõ esse.Sed & sanguinem sumendo ter haurit:Trinitatem designãs,perfusionem vero, sumẽdo bis, vt per hoc charitas quæ inter duo cõfistit significetur,seu etiam quoties nouerit expedire . Rursus qui eadẽ die debet iterum celebrare, nõ sumat vinum perfusionis,vt dictũ est in proœmio huius partis Sed cum in canone dicatur.Similiq; modo post quam cœnatum est, accipiens & hũc præclarum calicem,&c. videtur ex hoc,quòd sacerdos statim hostia cõsecrata,illam debet sumere prius,quam in calicis consecrationem procedat, quia omnis Christi actio,nostra debet esse instructio. xii.q.1.exemplum.Sed ad hoc dicendum est, quòd ecclesia instituit illam post vtrã que consecrationẽ sumi;ad ostendẽdum , quòd solũ hostiã recipiẽs,nõ plenũ sacramentaliter

mentaliter recidit sacramentum. Et si
13 enim † in hostia consecrata Christi sanguis sit, non tamen est ibi sacramentaliter eo q; panis corpus, et non sanguinē, & vinum sanguinem significat, & non corpus. Quia ergo sub altera tantum specie non est completum sacramentum, quo ad sacrameutum vel signum, debet hoc sacramentum compleri prius, quàm presbyter eo vtatur. Vrrum tamen cum vnum sine reliquo, nec sit, nec vnquam fuerit, nisi in solo triduo ante pascha, in quo Christi corpus mortuum fuit, in quo triduo si quis de apostolis hostiam consecrasset, sanguis ibi non esset, si vinum, caro tibi non esset, quia, vt præmissum est, nec panis sanguinem, nec vinum significat carnem. secundum hoc nunc Christi sanguine intra venas eius existente, vnū sine reliquo propter vnionem seu mistionem huiusmodi recipi non potest, quod tāmen non est ratione sacramenti, vel si-
14 gni quod idem est. Post † sumptum sacrificium non est spuendum, de consecrat. distinct. 2. vt quid, prout dictum est sub septima particula canonis, super verbo noui & æterni, sed nec eucharistia sicut alius cibus est masticanda, sed discrete, moderatè ac leniter anterioribus dentibus tenenda, & lingua molificanda, ne que eius particula dentibus adhæreat, quam forte postmodum emitti screando contingat, post communionem illico, calix de altari aufertur, Circa quod' notandum est, quod corpus Domini remanet super altare, vsque dum tria capitula compleantur, scilicet prologus Dominicæ orationis, & ipsa oratio & libera nos quæsumus, quia Dominus tribus diebus in sepulchro quieuit. Postea verò commisto Domini corporē cum vino simul, quia pace annuntiata aufertur corpus Dominicum de altari, quoniam in tertia die anima eius, quæ descendit ad inferna, vt liberaret iustos & membra vitificaret, redit ad corpus, nec amplius inuentum est corpus dominicum in sepulchro, quia ergo Christus totus homo resurrexit, simul, ideo ad hoc notandum illico simul cum oblatione corpus Domini de altari auferetur, & sumitur, & inde calix & corporale de altari totaliter eleuantur, prout dictum est sub tit. de pallis & corporalibus. Postremo † notandum 15
est, q; quisque qui communicare debet, corporea carnalibus escis ieiunus esse debet. Cum animæ spirituales sint & immortales spiri ualia primitus alimenta vitæ æternę sumere debent.

S V M M A.

1 *Communione facta, cur sacerdos lauet digitos & in quo altaris cornu nu. 3.*
2 *Manuū sacerdotis ablutio, quid significet.*

De perfusione Cap. 55.

POst sumptum Eucharistiæ sacrificium, sacerdos †digitos abluit, & perfundit, 1
ne quid forte incaute remaneat seu adhæreat, ex contractu diuini sacramenti, non quod quicquam immundum ex ipso contractu contraxerit, sed vt potius suam commemoret indignitatem, qui se indiçat tantis sacramentis celebrandis indignum iuxta illud quod Dominus ait. Cum omnia benefeceritis, dicite, serui inutiles sumus sicut & sacerdos legalis immundus erat, vsque ad vesperam, post immolationem vitulæ rufę, vnde omnia vestimenta sua lauabat. Indignum quidem existeret, vt manus quæ corpus corruptibile contrectarunt, corpus corruptibile contingant, vel ad res communes tangendas accedant donec studiose lauentur. Et propter hoc etiam quidam missa finita, exutis sacris vestibus, iterum manus lauant. Perfusionis autem aqua, debet in locū mundum & honestū diffundi, vt altitudo sacramenti reuerenter honoretur. ¶ Trina † ergo sacerdotis 2
ablutio, quæ fit in principio, in medio, & in fine designat mundationem cogitationis, locutionis, & actionis, vel purgationem peccati originalis, venialis, & criminalis, siue quod agitur per ignorātiam, & negligēciam & industriā ad quorum mūdationem offertur sacrificium salutare. de consec. dist. 2. cum omne. in princ. Hæc tamen ablotio referri potest ad ablutionē baptismi, cuius formā Christus post resurrectionem

rectionem instituit, dicēs: Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti: q; crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ¶ Sane sa-
3 cerdos † digitos perfundit, & perfusionem sumit in dextro cornu altaris, uel saltem reuolutus ad illud. Primo, pp rationē tactam sub titu. de manuum ablutione. Secundo, quia ipsum cornu iudaicum populū, ex quo humanam naturam Christus assumpsit, significat. Sicut autē ab illis naturā accepit: sic & ab eis illius naturę purgationem ab omnibus defectibus quos assumpsit, habuit: qñ ab eis occisus fuit, ad quam mortē secuta est resurrectio, in qua oēs defectus dimisit, & eis appositas virtutes accepit: Ad hoc igitur repræsentandum in dextro cornu altaris, uel saltē reuolutus ad illud sacerdos perfundit, & pfusionē sumit. Tertiò, quia ut aiunt quidam, hæc purificatio designat ablutionem manuum, quam Pilatus fecit ad perditionem sāguinis iusti super iudæos per dextrum cornu altaris significatos. Ad hoc quidam hausta purificatione inclinant calicem, ad ostendendū sepulchrum esse uacuum, quia surrexit, & inde prodijt Xps.

S V M M A.

1 *Postcommunio, cur sic dicta. Et quid. n. 3.*
2 *Postcommunio, quid denotet.*

De postcommunione. Cap. 56.

ANtiphona, quæ postcommu 1
nio à pluribus † nuncupatur: ideo sic appellata est quoniam post communicationem fuit in signum, quòd communicatio expleta est, concinitur. In primitiua namq; ecclesia omnes fideles qualibet die corpore, & sanguine Christi cōicabāt: prout dictum est sub tit. de cōicatione sacerdotis, & statim post cōicationem cantus iste fiebat, ut populus ostēderetur gratias & laudes agere de Christi corpore & sanguine susceptis. Verū propter circunstans nos peccatum, sequenti tempore statutū est, ut ter in anno cōionem, & sacerdos quotidie pro omnibus sacramēta-
Heb.
liter sumat, prout sub tit. de pacis osculo dictū est. Quis āt specialiter introduxerit *Ioan. 20*
vsum cātandi hanc antiphonam, ignorāt. ¶ Hec aūt antiphona Apostolorum gau- 2
diū † de Christi resurrectione significat, iuxta illud. Gauisi sūt discipuli uiso dño, & prę gaudio mirabātur. Quod uerò reciprocādo, in q̄busdam ecclesijs cantatur, insinuat q; discipuli resurrectionis gaudiū
fibi mutuo nuntiabāt. Vnde duo discipuli *Luc. 24.*
cū inuenissēt cōgregatos undecim & eos qui cū ipsis erant, dicentes: Quia resurrexit Dñs uere, & apparuit Simoni, narrabant quæ gesta erāt, in uia, & qūo cognouerunt eum in fractione panis. Canitur ēt ab omnibus, ut notetur cōitas gaudij & q; omnibus discipulis apparuit dominus Est
ergo † communio gratiarum actio, iuxta 3
illud: Edent pauperes, & saturabuntur, *Psal. 21*
& Laudabunt Dominum. Proprie tamen nouissima oratio, de qua infrę dicetur, postcommunio dici potest.

S V M M A.

1 *Communione peracta, sacerdos osculatur altare.*
2 *Postcommunio, quæ contineat.*
3 *Orationes dicuntur ad dextrum cornu altaris, communione facta.*
4 *Postcommunio, quæ dicatur mense Septēbris sabbato quatuor temporum.*
5 *Missa finitur tribus, diuersisq; illis periodis. Secundum modum uide nu. 7.*
6 *Tertium. num. 8. Et quid significent illi num. 9.*
7 *Ite, Missa est: periodus Missa. quid significet. aut moneat.*

De oratione nouissima: & de, Ite Missa est. Cap. 57.

PRacto communionis † 1
mysterio: pontifex seu sacerdos osculatur altare, innuens se credere firmiter, & consentire *Es. 10.*
his, quæ circa sacrificium acta sunt, & conuersus populum salutat, & deinde redit ad dextrum cornu altaris, significans, quòd in fine mundi

post

post Antichristi mortem Christi prædicatio siue Christus rediturus est ad Iudeos, quos iam reprobauit. Tunc enim conuertétur,& reliquiæ Israel saluæ fient. Et eleuatis manibus,ultimam orationem, quæ ꝓprie posteōmunio uocatur, exequitur, 2 in † qua rogat,& gratias agit de sacramenti pceptione, dicens collectas ꝑ numero secretelarum. Orat.n.pro his,qui ad hāc cōionē eucharistiæ accesserunt. Hæc aūt oratio, significat orationem capitis nostri Iesu Christi qui ꝑ nobis interpellat quotidie apud patrem. Significat ēt, ꝙ Apostoli post ascensionē Domini, in oratione perseuerauerūt. Finis'uerò illius orationis vbi dicitur, Per Dñm nostrū Iesum Christum filium &c. significat, ꝙ aduocatum 1.Io.2. in cœlo apud patrem. ¶Illud autē cōsiderandum est, quòd sacerdos dicturus post cōmunionem, præmittit Dominus uobiscum,& Oremus,stans ante medium altaris,deinde transiens ad dextrum cornu altaris,ubi pronunciat orationem,qua finita rediens ante altaris medium, dicit Per Dominum,prout tactum fuit sub tit. 3 de salutatione. ¶† Circa quod notandum est,quòd dextrum cornu altaris,significat populum iudaicum, sinistrum uero gentilem. Prædicatio Christi, & Euangelium eius,incœpit a Iudæis,& transiuit ad gentiles,& iterum redire debet ad Iudæos,ad quod significādum sacerdos à dextro cornu altaris,transit ad sinistrum. & econuerso. Merito ergo postcōio,quę est quasi finis missæ dicitur in dextro cornu altaris. Quia uero altaris medium, repræsentat fidem Christi, & ipsum Deum, in quem uterque populus unitur, reducit & finit: ideo per Dominum nostrum &c quod est quasi finis postcōmunionis ibi dicitur: Ipse etiam est,qui utrunque populum ad se petendum inducit, & illuminat, & ideo Dominus uobiscū ibi dicitur. Per ipsum etiā,quicquid boni oratione petimus,impetramus, & ideo ibidem pronunciatur. Oremus. de hoc dictum est sub tit. de mu 4 tatione sacerdotis. ¶Et nota † ꝙ in sabbato quatuor temporum mēsis Septembris dicitur postcommunio illa: Perficiant in nobis quęsumus Domine tuæ sacramenta,quod cōtinet,& quæ nunc in spe gerimus,rerum varietate capiamus. Cuius ultimam partem Greg. exponens de consecra. dist. 2. species. ita dicit, postulat quippè sacerdos,ut corpus Christi quod sub specie panis & uini nunc geritur, manifesta uisione sicut re uera est, quandoque capiatur,quanuis non improbabiliter quidā exponant hoc loco carnis & sanguinis ueritatem ipsam eorundem efficientiam, id est,peccatorum remissionem. De hac etiā oratione dictum est,sub septima particula canonis,sub uerb. Mysterium fidei. ¶Sanè oratione finita, iterum populū salutat dicens. Dominus uobiscum. Circa quod notandum est, quòd Christus post resurrectionē, bis legitur discipulos salutasse,di- Ioan.20 cens: Pax uobis,in signum duplicis pacis, uidelicet pectoris & æternitatis,qui secūdum prophetam est pax super pacem, de qua Dñs inquit Apo. Pacem relinquo vobis,pacem meam do uobis. hanc duplicē Io. 14. pacem per duplex osculum sacerdos insinuat,cum uidelicet prius osculatur ministrū,& posterius osculatur altare. Prima ergo salutatio,quæ fit ante orationem significat benedictionē illā, quā Christus ascensurus in cœlum legitur dedisse discipulis suis. Namque(ut Lucas commemo Luc. 24. rat)eduxit eos foras in Bethania,& eleuatis manibus,benedixit eos,& cum benedixisset,recessit ab eis, & ferebatur in cœlū. Vnde post salutationem nouissimam,quā sacerdos oratione expleta facit ad populum,qui significat uitam æternam,diaconus alta uoce pronunciat, Ite missa est: re presentās,quod dictum est ad Apostolos, Hic est Iesus,qui assumptus est a uobis in cœlum. ¶Notandum †: est autem, ꝙd 5 missa tribus modis finitur,primò per, Ite missa est,& hoc in solennitatibus, quoties cātatur. Te Deum laudamus,& Gloria in excelsis Deo, prout dicetur in proœmio vij. partis, quasi dicat, Redite ad propria, quia missa seu oblata est Deo hostia salutaris,pro genere humano,prout tactū est in proœmio huius partis. Vel annuntiat populo,quod missa seu preces sunt finitę, quoniam statutum est in concilio Aurelian. de consecr. distin. 1. cum ad celebrandum quòd nullus exire debet de ecclesia, donec annūciatum sit per ministrum. Vel est

est sensus. Ite: missa est,scilicet ite, post Christum, & sequimini ipsum. Non est enim in hoc mundo stādū,sed ad patriam per bona opera festinandū, qđ leuiter facere possumus, quia missa est ad Deū patrē placā dum hostia ꝑ quā fracta sunt tartara, & reserratus paradisi introitus. Dicēs autē,Ite missa est dirigit vultū ad populum,quia ad eos,quos p̄sentes licentiamus,sermonem dirigimus,& eis: ad quos sermonem dirigimus, faciem representare solemus,sicut fit,qñ dicitur, Dominus vobiscum,uel, Orate fratres prout dictū sub titulo de inclinatione sacerdotis. Sed dicens benedicamus Domino, uel requescant in pace,uel oremus, non stat uersus ad populum,quia illum distincte non alloquitur,sed dirigit faciem ad orientem, & 7 mentem ad Deum. ¶Dicto † autem Ite, missa est. clerus & populus gratulando respondent,Deo gratias. imitantes Apostolos,qui adorantes ingressi sunt in Hierusalem,cum gaudio magno,& erāt in tēplo, laudātes & benedicentes Deum. Etenim, prout quidā asserunt,Deo gratias interiectio gratulatiua,uel cōgratulatiua. & hoc sumptum est de Esdra, nō secundum uerba,sed secūdum sensum, quoniā populus Israel per iussum Pharaonis licēciāte Cyro de Babylonica captiuitate ad Hierusalem reuersus,gratias egit Deo. Sed Apostoli post ascēsionē Domini, regressi sunt in Hierusalem, benedicentes Dominum: sic & nos vltima benedictione accepta ad cœlestem patriā ibimus, ubi semper erimus in gratiarū actione,Apostoli quoque p̄dicantes,dicebant,gratias agite, sine intermissione orate. Pōt etiam dici,quod sacerdos incipiens. Gloria in excelsis Deo. significat angelū annūciantem pastoribus ineffabile gaudiū de Christi natiuitate. Ite,missa est. designat accessum pastorum ad locū natiuitatis Christi, prout dicetur in proœmio 7. partis. Chorus respōdens, Luc.2. Deo gratias: representat,ꝙ sicut Lucas refert ibi: Pastores reuersi sunt glorificātes Deum,in omnibus,quæ uiderat, & audierant. ¶Secundo † modo, missa terminatur 7 per Benedicamus Domino,& uidelicet in profestis diebus, & generaliter quando præmissa cātica lætitiæ non dicuntur per quod populus ad gratiarū inuitat actiones,quia post omnia,debemus Deo humiliari: & est sumptum de Apostolo uel de Psalmista,uel de hymno triū puerorū vbi dicitur: Benedicamus patrē & filium & respondetur. Deo gratias. ꝙ ad gaudiū Apostolorū,de quo præmissum est refertur. De hoc dicetur prope finem,in proœmio 5. partis. Et populus Deo gratias agendo, ad propria rediēs, significat discipulos cū gratiarum actione post passionem Domini in Hierusalem reuertentes. Circa hoc ēt dicendum est; ꝙ in primitiua ecclesia cum ministri ecclesiæ missam sine populo celebrabant,claudebatur missa, per Benedicamus quando uero populus erat p̄sens, quia alias nesciebat ille quando finita esset,dicebatur. Ite missa est. Quia ergo in profestis diebus ministri,ut plurimum, quasi soli sine populo missas dicunt, ideo iuxta morem antiquum in illis diebus dicunt Benedicamus. in solēnitatibus uerò, quia tunc populus cōuenit,dicit,Ite,missa est. Prima tamen missa in natali Domini in quibusdā locis clauditur per Benedicamus Domino: eo ꝙ Saluatoris natiuitas de qua in illa agitur paucis ab angelo nūtiata est,scilicet pastoribus, qui ministros ecclesię esse figurāt. Et præterea sępe quasi solo ministri in illa præsentes sunt. Alia tñ ratio scribit in vij. parte, sub tit. de Aduentu, & quia recedere nō debēt. sed interesse ēt secūdæ missæ in aurora. In diebus quoque ieiuniorum,claudit missa ꝑ Benedicamus. ad notādū, ꝙ si Domino semper benedicendum sit multo fortius hoc tēpore,id facere debemus. Significat autē benedicamus idem, quod benedictio: de qua iam sub tit. de benedictione dicetur. ¶Tertio † finitur missa ꝑ, Requiescant in 8 pace,scilicet missa pro defunctis,& tunc respōdetur, Amen,ideſt, fiat. Optatur enim requies † Rursus finis missę,finem mun- 9 di significat, Ite, missa est, vel Benedicamus domino, libertatem quæ dabit iustis in patria,ubi semper Deum benedicent.

S V M M A.

1 *Sacerdos,quo consilio aut intentione osculetur humerum Episcopi. Et quidem in Roma. ecclesia. num. 2.*

Quare

Universidad de Deusto Biblioteca

Quare sacerdos humerum pontificis osculatur. Cap. 58.

1 DIcto, Ite, missa † est sacerdos, qui adsistit Episcopo ad altare in quibusdam ecclesijs mẽsam altaris ad armum dextrum pontificis osculatur, ostendens hunc illum esse pontificem, cui secundum legis figuram dexter armus separationis debebatur de hostijs salutaribus & pacificis. ¶Sane per humerum exprimitur principatus, secundum illud propheticum: Factus est principatus, super humerum eius. *Esa.9.* *Lu.1.* *Ps.44.* Principatum uero Saluatoris uerè expiessit uox angelica, prophetica, & legalis. Angelus enim dixit ad uirginem. Dabit ei Dominus sedẽ Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Prophera dixit. Sedes tua in seculum seculi, uirga regni tui: propterea unxit te Deus deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Moses inquit in lege. Lætamini simul cum eo cœli, & adorent eo omnes angeli Dei. Ad q̃ designandum in ecclesia Romana ter †
2 humerum pontificis osculatur, in signũ reuerentiæ: uidelicet primicerius, in principio, diaconus, in medio, & sacerdos in in fine missæ.

SVMMA.

1 *Benedictio super populum quorsum fiat. Et nu.3.4. Et qualiter n.2. Et unde ea profecta ratio benedictionis nu.5.*
6 *Benendictio a quo regulariter fiat.*
7 *Benedictio episcopi, qualiter fiat.*
8 *Missa absoluta quid agendum, cum à sacerdote, tum a populo. & nu.9.*

De benedictione nouissima. Cap. 59.

1 ALtari seu humero osculatis, episcopum vel sacerdos † populum benedicit. Ritè quidẽ post communionẽ benedicitur: quoniam sicut legit Luc. vlt. postquam Christus in cruce orauit, & coram discipulis manducauit & reliquias eis dedit eleuatis manibus benedixit eis. Vnde statuit concilium Aurelianẽ. de consecrat. distinct. 1. cum ad celebrandas. &c. præcedenti. vt populus ante benedictionem episcopi, uel ubi ipse abest. sacerdotis, de ecclesia non discedat. Hæc autẽ ultima benedictio, super populum, missionem spiritus sancti significat, quem Dominus ascendens in cœlum de cœlo misit in Apostolos iuxta quod ipse promiserat eis. Accipietis (inquit) virtutẽ superueniẽtis in uos Spiritus sancti, ut iã dictum est sub tit. de oratione nouissima. Vnde hæc benedictio p uerbum oris & signum crucis exprimitur quoniam illa † missio personam aeris & 2
linguam ignis innotuit: iuxta illud: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis & apparuerũt illis dispertitę linguę tanquam ignis, &c. Et licet Spiritus sanctus specialiter missus fuerit in Apostolos: quia tamen indiuisa sunt opera trinitatis, missionem illam tota fuit trinitas operata. Ideoque benedictionem istam facit episcopus in nomine trinitatis, auctoritate Psalmistæ dicentis. *Act.1.* *Psal.66.* Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus. ¶Secundo †hæc ultima benedictio significat illam vltimam benedictionem: Venite benedicti patris mei, &c. 3
¶Tertio illam quam Christus ascensurus †in cœlum discipulis dedit, unde ea facta 4
sacerdos se ad orientem vertit: quasi se Christo ascendit commendãs. Cæterum benedictionis formam †legis expressit au thoritas, dicente Domino per Mosen: Inuocabis nomen meum super omnes filios Israel, & ego Dominus benedicam. Et iterum per prophetam. Effundam super uos spiritum gratiæ. & precum. Item Aaron, *Mat.25* *Zac.12.* postquam sacrificauerat, extendens manũ supra populum, benedixit Leui. 1x. Item Moses & Aaron expletis hostijs & holocaustis intrauerũt tabernaculum testimonij. & postea exeũtes benedixerunt populo: Leuit. 11. in fine. Huiusmodi ergo fina- *Gen.49.* les benedictiones a vet. test. sumunt, quoniã & Iacob in fine uitę suę filijs benedixit, & Moses populo ante mortẽ, sicut & *Deu.33.* Christus discipulis ante ascensionem, ut *Luc.24.* prædictum est. Et inde est, quod cùm separamur, comitiuam & protectiuã quæri-

mus

tus benedictionem: sumuntur etiam ab eo, quod Dominus præcepit dari benedictiones in monte Garizim super. legis obseruatores, sicut econuerso maledictiones
Deu.27. in Hebal, super trãsgressores, a quibus excommunicationes originem habuerunt.
6 21. distin. denique, Regulariter † autem maior minori benedicit. Vnde Abraham
Ge. 14. a Melchisedech benedicitur, & non econuersò. Nullus ergo sacerdos maiore suo non inuente, benedictionem dare nitatur, imo Episcopo missam audiente, sacerdos celebrans in cunctis illius licentiam & benedictionem exposcit. Sacerdos tamẽ missam celebrans potest benedicere etiam Episcopo præsente, & permittente, ac benedicere volente, aliter non, prout in ꝑmisso concilio Aurelian. cauetur Nam secundum Hero. 95. dist. eadem. presbyter populum benedicere potest, qui Christũ non metuit consecrare, illud autem quod in Carthagin. concilio legitur. 26. q. 5. ministrare presbytero, benedictionẽ super plebem fundere non licet, de solenni † benedi-
7 ctione soli Episcopo competenti, quæ fit per verba ista, Sit nomen Domini benedictum &c. est intelligendum. ¶ Rursus benedictio. Episcopalis sit per modum manus impositionis. Vnde & Episcus eos benedicens, tenet manum more Aaron su per populum eleuatam, & exẽplo Christi, qui, vt præmissum est, coram discipulis
Act.1. manducauit, in cœlum ascensurus eleuatis manibus eis benedixit. Quia ergo soli Episcopi manus imponunt, quia sicut legi
Act.6. tur in actibus Apostolorum, soli Apostoli manus imponebant, & nullus alius discipulus, ideo solẽnem benedictionem solus Episcopus dat. Sanè post benedictionem solennem, quæ sit per Episcopum, ante Agnus Dei, iterum benedici solenniter in fine missæ non oportet. In missa tamen pro defunctis non benedicitur, prout sub
8 ti de fractione hostiæ dictũ est. ¶Placeat
Luc.14. tibi &c. quia Luca testante, Actu. 1. †
Act.1. Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, benedicens illis assumptus est in cẽlũ, sedet ad dextram Dei, ideò sacerdos non ad Christum solum, quem, nubes suscepit ab oculis eorum, sed ad totam Trinitatem sermonem dirigit dicens, Placeat tibi &c. Qua oratione finita osculatur altare ostẽ-

dens per hoc, se præmissis omnibus deuote toto mẽtis & corpore assentire affectu, quo facto recedens à conspectu populi ingredi tur vestiarium, vel cortinam interponit, representans, ꝙ, vt præmissum est, Christum in cœlum ascendẽtem nubes suscepit eum ab oculis intuentium, & sicut legitur Luc. vlt. recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Si verò Episcopus missam sacerdotis audiuerit, sacerdos ipse osculato altari, & depositis sacerdotalibus vestibus mox accedit ad Episcopum, & genua flectens coram illo osculatur eius manum. In hoc figurans magnam filij obedientiã, qui patri obediuit in incarnatione, in passione, in ascensione, & in alijs, quæ idem sacerdos in officio missæ representauit, & ostẽdens se illi fidem veram habere & cõsentire. Pontifex vero illi benedicit, quasi dicat, Hic est filius meus benedictus &c. Deinde statim dicuntur hymni illi, bene-
9 dicite † & Laudate, vel in totum vel in partẽ, quia Deo pro omnibus beneficijs gratias agere debemus, quem in æternum laudabimus. Vnde in concilio Agathẽ. de cõsec. distin. 5. conuenit. ita legitur. Post cõsecr. distin. 5. conuenit. ita legitur. Post cõclusionem matutinarum vel vespertinarum missarum, idest, quæ dicuntur manè, vel circa nonam, post hymnos, idest, post quam sacerdos dixit, Benedicite & Laudate, capitula de Psalmis dicãtur, scilicet Cõ *Ps.144.* fiteantur tibi Domine omnia opera tua &c. & plebs collecta oratione & orationis causa, ad vesperam ab Episcopo dimittitur, cum benedictione. Per hoc autẽ, quod dicit ad vesperam innuitur, quod loquitur Dominus de missis, quæ in Quadragesima dicuntur, post quas statim vesperæ decantantur, de consec. dist. 1. solet, Et sic innuit, quòd Episcopus vel presbyter non debet tunc benedicere, donec vesperæ sint cantatæ, quod tamen in vsu non est. ¶ Postremò non extra † propositum 10
notandum est, quod benedictio mensæ dupliciter inchoatur. Primò; quia maior incipiens dicit, Benedicite. & cæteri respondent, Dominus; quia sicut debemus Domino per gratiarum actiones benedicere, ad quod maior dicẽdo, benedicte, hortatur, sic & indigemus benedici à Domino suæ gratiæ infusione, quam illi optantes postulãt respondẽdo, Dominus, supple

nos benedicat suę gratiæ infusione. Secundo modo maiore incipiente: Benedicite, cæteri similiter respõdent, benedicite, ad ostẽdẽdũ, q̃ ad Dei benedictionẽ debem⁹ mutuò nos hortari. Põt ẽt dici, q̃ in priori modo reuerentia Dei consideratur. Cum enim rñdetur, Dñs supplendum est, benedicat, q̃a nos digni non sumus benedicere. In secundo verò reuerentia superioris. Cùm.n. respõdetur, benedicite, supplendũ est, vos pater, q̃a minor maiore præsente benedicere nõ dẽt, deinde maiore versum inchoãte cęteri coadiuuant ad dicendũ, ad notãdũ, q̃ inferiores coadiutores sũt ꝓpositorũ in oneribus supportãdis. In nonnullis ecclesijs pueri bñdicũt mẽsas ẽt ꝓlatorũ, ꝓ eo q̃ lectoris officiũ est bñdicere panẽ. Cõueniẽtius tñ fit ꝓ prælatos, exẽplo Christi, q̃ in Emaus mẽsã corã duob. discipulis benedixit. Post oĩa in quibusdã ecclesijs benedicitur à sacerdote panis populo distribuẽdus, exẽplo Christi, q̃ in deserto quinq; panes benedixit, & ex eis quinque milia hominũ satiauit, de quo pane subti. de pacis ośculo dictũ est, deinde sacerdos, & alij ad ꝓpria reuertũtur: Sacerdos q̃dẽ ad ꝓpria rediens est Christus, qui legatione peracta, in gloriã pacis ascẽdit. Et fideles ẽt reuertũtur, dum de carceris exilio liberati in gloriæ libertatem eripiuntur. Luc.24. Ioan.2.

LIBER QVINTVS.

SVMMA.

1 *Diuina officia colere debemus, exemplo & typo Hierusalem cælestis ducti.*
2 *Esdras populum Israeliticũ ad Dei laudes erudit. Ibiq; horæ canonicæ subijciuntur.*
3 *Nocturnum tempus refert tempus tenebrarum, scilicet ante aduentum Christi.*
4 *Horæ septem canonicæ representãt septem hominis ætates.*
5 *Horis quatuor diei tantum cur laudemus Deum & nominibus.*
6 *Horæ singulæ canonicæ respondent singulis actibus passionis Christi.*
7 *Daniel induxit primus horas tres canonicas cantari, tertiam, sextam, et nonam.*
8 *Maria virgo iure laudanda est horis canonicis.*
9 *Mariæ virginis officium ab Vrbano Papa institutum.*

ARGVMENTVM.

De diuinis officijs, tam nocturnis, quàm diurnis in genere. Cap. I.

IN Exodo legitur. 25 c. in fine, Dominũ dixisse ad Mosen Omnia fac secũdum exẽplar q̃d tibi in mõte monstratũ † est, quo circa nos cõformari conuenit illi cœlesti Hierusalẽ, quæ Dñm laudare iubetur, & quæ, sicut ait Apostolus ad Galatas quarto. desursum est, & mater nostra est, ꝓsertim insimul laudãdo Deũ, iuxta illud: Super muros tuos Hierusalẽ cõstitui custodes, q̃ tota die & nocte nõ cessabũt laudare nomẽ Dñi. Et in Apoc. 4. cã hẽtur, q̃d animalia requiẽ nõ hẽbãt, dicentia: Sanctus, Sãctus, Sanctus &c. Veruntñ militãs ecclesia imitari plenè nequit triũphãtem, quia sicut legitur in libro Sapiẽtię c. 9. Corpus q̃d corrũpitur, aggrauat aiam. Neq; mus. n. infirmitate nostra ꝓpediẽte in singulis 12. diei horis iugiter diuinis insistere laudibus, q̃m necesse hẽt homo aliquãdo necessariis corpori intẽdere, iuxta illud Gen. 3. ca. In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. 50. dist. in capite. & ideo facimus, q̃d possumus certis diei naturalis horis Deum laudãdo. Vnde Esdras † ꝓpheta populũ Israeliticũ de Babylonica captiuitate reuersum docuit Deum laudare quater in nocte, & quater in die, vt vnũquodq; quatuor elemẽtorum, ex q̃bus homo cõstat, ꝓ competẽtes horas obsequio se offerat creatori, videlicet de nocte in vesperis, in cõplectorio in nocturnis, in diluculo, i. in laudibus matutinis. De die verò, in prima, in tertia. in sexta, in nona horis. Vespertinum igitur officium Esa. 26.

officium, quod est cuiuscunq; officij initium, ad noctem pertinere probatur, quod secundũ Isid. lib. Etymologiarum dicitur a nesperà stella, quæ surgit nocte oriente. Verum Dauid inquit, Septies in die laudem tibi dixi, & rursus, Media nocte surgebam ad confitendum tibi &c. Quem ordinẽ concilium Agathen. extra de celebr. miss. cap. 1. approbati. & sancta ecclesia seruat quoniam nocturnũ officium media nocte canitur. Reliquæ verò septem canonicæ horæ de die dicũtur, videlicet laudes matutinæ, quæ olim in aurora dicebantur licet hodie cum nocturnis coniungantur, prima, tertia, sexta, nona, vesperæ, & completorium, quæ septem horæ vocantur canonicæ, quasi regulares: extra de pœn. & remiss. q̃d in te. quia regulariter a sanctis patribus obseruatæ sunt, Nam κανον græcè, regula dicitur latinè missæ autem oblatio, propter tanti sacramenti excellentiã, quod in ea conficitur, super alias laudes est, & est laus per se, nec sub numero comprehenditur aliarum. Propter quod & in hoc Opere tractatũ per se obtinent specialem, quamuis nonnulli asseruerunt illam fore de officio tertiæ siue nonæ, pro eo, quia in his duabus horis solet regulariter celebrari. ¶Sanè nocturnum † officium tempus miseriæ, quo genus humanum a diabolo tenebatur obsessum, representat, diurnum verò nostræ redemptionis, & liberationis per Christum solẽ iustitiæ, factæ tempus significat, qui charitate suæ diuinitatis tenebras illuminauit, & a seruitute diabuli nos eduxit. Qui ergo tantum bonum dono septiformis gratiæ Spiritus sancti adepti sumus. meritò septies laudem Deo cantamus. ¶ Secundò, quia † dies naturalis representat vniuscuiusque ętatẽ, non quam quilibet homo habet, sed quam, si non peccasset, haberet. Quæ naturalis dies septem habet varietates. Prima est infantia, quæ per matutinas laudes representatur. Secunda, pueritia, quæ per primam. Tertia adolescentia, quæ per tertiam, Quarta iuuentus, quæ per sextam. Quinta senectus, quæ per nonam. Sexta senium, quæ per vesperas. Septima decrepita ætas, siue finis vitæ nostræ, quæ per completorium designatur. In his ideo singulis ætatibus creatorem nostrum super iudicia iustitiæ suæ laudare debemus. De infantia beatus Nicolaus nobis ostẽditur in exemplum, q̃ quarta & sexta ferijs, iurture abstinentiæ materna vbera non sugebat, nisi semel in die, de alijs quoque ętatibus satis liquet. ¶ Tertiò, quia secundum Salomonẽ septies in die cadit iustus per negligentiam, de pœn. distinct. 3. septies, ideo meritò septies, ut per orationis vigilantiam resurgere valeat, diuinum debet subsidium inuocare. ¶ Quartò: quia numerus septenarius vniuersitatis est. Prou. 24. Psal. 118.

¶ Cęterum cum 12. horæ diei † attribuantur, in quibus omnibus laudãdus esset Dominus: quare in quatuor tãtum diei horis in ecclesia psallitur? Respondeo, cũ in singulis horis, vt præmissum est, diuinis iugiter insistere laudibus nequeamus, quod in alijs minus fit, in prima, in tertia, in sexta, in nona horis suppletur. In earum nanque qualibet dicuntur tres Psalmi. & sic in quatuor horis numerus Psalmorum, respondet numero horarum, Et quilibet psalmus continet versus octonarios, octauam resurrectionis significantes, de quibus sub titu. de completorio dicetur, per octonarios siquidem in horis psallimus, quia de resurrectionis gloria exultamus. Rursus in qualibet horarum ipsarum dicitur ter super psalmos Gloria patri &c. vt quot diei horæ nobis pro corporis sustentatione ad laborandum concessæ sunt, toties in ipsis horis, & Gloria patri dicatur, ut per hoc in Dei seruitio omni hora nos esse monstremus. Siquidem tres, glorificationes, quæ in hora prima, indicant nos esse in Dei famulatu, in prima, secunda, & tertia horis, & tres, quæ sunt in tertia, nos protegunt in quarta & quinta horis, & sexta, tres quoq; quæ sunt in sexta, nos muniunt contra insidias diaboli, in septima, octaua, & nona horis. Nona verò cũ suis glorificationibus nos protegit in decima, vndecima, & duodecima horis. Posset ẽt non incõpetenter dici, quod sub prima duæ horæ cõpræhenduntur, videlicet ipsa prima, & secunda, sub tertia similiter tres s. ipsa tertia, quarta, & quinta, sub sexta similiter tres, scilicet ipsa sexta, septima, & octaua, sub nona duæ. s. ipsa nona, & decima, vesperæ verò representãt vndecimam, & completorium duodecimam,

Sed in præmissis sex diei, horis, videlicet in prima, tertia, sexta, nona, vesperis, & completorio, ideò specialiter Deũ laudamus, & non in secunda, quarta, quinta, septima, octaua, & decima, quia illæ in aliquibus præ alijs sunt priuilegiatæ, prout in principio tractatus cuiuslibet earum ostẽdetur, propter qđ meritò in illis diuinũ celebratur officiũ. ¶ Nempè in nocte Christus est comprehensus, † mane illusus, & hora prima gẽtibus traditus, tertia flagellatus, voce crucifixus, sexta cruci affixus, nona mortuus, vndecima de cruce depositus, in duodecima sepultus. Item in nocte spoliauit infernum, manè surrexit. In prima hora Mariæ apparuit, tertia de monumento redeuntibus obuiauit, sexta Iacobo, nona Petro, vesperà duobus discipulis euntibus in Emaus scripturas aperuit, & se manifestauit. In completorio Apostolis, pax vobis dixit, & cum eis manducauit. ¶ His autem horarum laudes qualiter absoluere debeamus, ostendit Bernardus, dicens, Fratres mei, immolantes hostiam laudis, iungamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatem, maturitati humilitatem, & humilitati libertatẽ. ¶ Præterea, diuinæ psalmodiæ ideo à prima, tertia, sexta, & nona, & non ab alijs nomen sumpserunt, vt per eas Dei seruitium agamus, quoniam paterfamiliàs cõmemoratur in Euangelio exisse illis, conducere operarios in vineam suã, q̃ sanctam significant Ecclesiã. Sunt etiã, qui dicunt morem cantandi tertiam, sextam, † & nonam fuisse à Daniele sumptum, qui intellecto, quòd Nabuchodonosor statuã erexisset, quã oĩbus adorandã præceperat intra domum suam, & apertis fenestris ter in die genua flectebat versus Hierusalem, quod Hiero. exponens dicit, hinc habet Ecclesiastica traditio, quod ter in die genua sunt flectẽda, s. in tertia, sexta, & nona. ¶ In eisdem quoq; † horis beatam virginem laudare debemus, scilicet in nocturnis siue matutino, quia tali hora quædam stella apparet in cœlo, quæ tranmontana vocatur, cuius ductu nautæ perueniunt ad portũ, & ipsa beata virgo est stella transmontana, quia & si eam dignè laudauerimus, nos qui sumus in hoc seculo, ducet ad portum salutis. Item, in prima, nam tunc apparet quędam stella, quæ Diana vocatur, quam sequitur Sol, & ipsa beata virgo est vera stella Diana, quæ verũ solẽ scilicet Christum nobis portauit, quæ illuminat totum mundum. Item in tertia, nã hora tertia cõsueuimus esurire, & ipsa potauit nobis panem verũ, scilicet Christum, cũ quo est omnis satietas. Itẽ in sexta, quia illa hora magis ferner, & calefacit sol, & ipsa laudanda & roganda est, ut nos frigidos calefaciat in charitate, per solem Christum quem genuit. item in nona, quia illa hora sol declinat ad occasum, & ipsa iuuat nos, & protegit, cũ ad occasum, ideſt ad senectutem declinamus. Item in vesperis, quia tunc incipit dies finiri, & ipsa laudatores suos in hora mortis defendit, Item in completorio, nam tali hora dies est completa, & ipsa in complemento vitæ nostræ pro nobis intercedit, & in æterna tabernacula recipi facit, vbi completum est gaudium electorum. ¶ Officium † beatæ Mariæ instituit Vrbanus Papa cantari, vt dicetur in tit. de tempore Aduẽtus. Nocturnale autem officium nobis ad memoriam reducit tempus ab Adam vsque ad Noe. Matutinale tempus à Noe vsque ad Abraham. Prima, tempus ab Abraham, vsque ad Mosen. Tertia à Mose vsque ad Dauid Sexta, tempus à Dauid vsque ad aduentum Christi. Nona, tempus sequens vsque ad secundũ audentũ, quando vẽturus est reddens vicem pro abditis. Per vesperas recolimus sabbatum, ideſt requiẽ animarum post exitum à corporibus vsq; ad diem iudicij. Per completorium vero recolimus repletum numerum, & consummatum gaudiũ sanctorum, quod complebitur in die magnæ festiuitatis, quando benedicti percipient regnum Dei. In hac igitur parte, de officijs Ecclesiasticis in genere tractare intendimus, videlicet de his quæ in officio cuiuslibet Ecclesiæ dicũtur. De nocturnis. De laudibus. De matutinis De prima. De tertia. De sexta. De nona. De vesperis. De completorio.

Mat. 20

6

7

8

9

SVMMA.

1 *Officium, quid.*
2 *Officiũ in primitiua ecclesia, primũ cuilibet liberũ, & ungũ fuit ac solutum. Idem*

dem postea a Hierony. presbytero, procurante Theodosio Imper. & mandante Damaso Papa, ordine, canone & legib. est distinctum & ornatum. nu. 3.
4 *Officij ecclesiastici compilatoris.*
5 *Officium Gregorianũ per uniuersam ecclesiam diuulgatũ fuit, & Ambrosianũ solum Mediolani celebrari concessum. idque post multas, multorum doctorum eorum, conciliorum, & Imperatoris altercationes, ac tandem missus sortes.*
6 *Oratio Dominica in principio & fine horarum canonicarum dicenda est.*
7 *Horarum singularum initio cur ꝓponatur Deus in adiutorium meum intende.*
8 *Hora tribus modis incipiuntur, eo quòd tribus modis contingit peccare.*
9 *Dæmones non secus timẽt signum crucis, quam baculum quo percussi fuerunt.*
10 *Crux Christi multipliciter & varie prefigurata in ueteri testamento.*
11 *Crucis signo armatur ecclesia, confunditur ciuitas diaboli.*
12 *Crucis signum tribus digitis est imprimẽdum.*
13 *Crucis signum quàm uarie fiat. & nume. 14. Et ubi sic faciendum nu. 15.*
16 *Crux est quadripartita, & quid denotet ea forma.*
17 *Gloria patri in principio omnium horarum dicendum. Excepto mortuorum officio. nume. 18. Et quid ille uersus protendat. num. 19. 20. Et quot uicibus dicatur in nocturnis festiuitatum. num 21.*
22 *Gloria quid.*
23 *Hymnus unde natus primum. Et quid.*
24 *Hymni an et ubi præcedant Psalmos aut econtrà.*
25 *Hymnus, Psalmus & Canticum, an & quid differant.*
26 *Antiphonæ unde ortum habuerint. Et unde dicantur, nu. 27. 30. 31. Et qualiter cantentur. nu. 28. 29.*
32 *Neuma quid. Et quid differat a dictione pneuma. 33.*
34 *Adæ & Euæ nomen nascentes hodie exprimunt quamuis fuerit mutatum.*
35 *Neuma ubi maxime sit usus.*
36 *Psalmi cur dicantur alternatim.*
37 *Psalmi dicuntur sex in diuinis horis.*
38 *Psalmus idem cur in diuersis solemnitatibus legatur.*
39 *Psalmi graduales quot. & unde dicti.*
40 *Versiculi in diuino officio cur dicantur, & unde dicantur.*
41 *Versiculi cur dicantur ante lectiones in nocturnis.*
42 *Versus quid notet.*
43 *Lectiones matutinales quid significent.*
44 *Benedictionem petens ante lectiones cur dicat domne potius quàm Domine.*
45 *Genu vtrunque flectendum in ecclesia, Dominis autem alterum est tantum.*
46 *Lectionibus finitis dicitur, Tu autem Domine, & cur ita.*
47 *Lectionum pluralitas quid notet.*
48 *Ordines duo sunt in ecclesia, & lectionum duo modi siue forma.*
46 *Lectione quotuplici fine terminentur.*
50 *Lectio nona cur instituta nomine Trinitatis.*
51 *Capitula cur dicantur in officijs.*
52 *Lectionum author cur non exprimatur in nocturnalibus siue in diurnalibus.*
53 *Responsorium unde dicatur.*
54 *Cantica unde dicantur. quid. Et quot habeant uersus.*
55 *Orationes cur dicantur in singulis horis.*
56 *Nocturnum cur oratione & benedictione non concludatur.*
57 *Orandum est uersus orientem multis de causis.*
58 *Ecclesia, domus orationis. Et an alibi merito orari possit fusissime.*
59 *Adorandi quomodo sint Pater, Filius, & Spiritus sanctus.*
60 *Deus qualiter sit adorandus.*
61 *Adorationis, duæ species.*
62 *Benedicamus Domino, dicitur finita oratione, & unde sumptum. Et quid significet. Item, Deo gratias, num. 63.*
64 *Sanctorum suffragia quorsum fiant.*
65 *Cantandi usum unde accepit ecclesia.*
66 *Sonorum tres species.*
67 *Musicorum tres species, in tres partes officij diuiduntur.*
68 *Cantus ecclesiasticus cęlestem lætitiam significat.*
69 *Tholetani concilij decretum de psallendi & ministrandi consuetudine.*

Quid sit officium, & de eius institutione & partibus. Cap. 2.

1 EST autem † officium, secundum Isidorum, proprius vel congruus actus vniuscuiusque personæ, secundum mores ciuitatis, vel institutæ professionis. Alia nanque habent instituta monachi: alia canonici, alia eremitæ, & sic de reliquis. Et dicitur officium, secundum Hierony. in libro de officijs, ab efficiendo, quasi efficium, ab efficio efficis, una litera in aliam propter decorē sermonis mutata. Vnicuique etenim conuenit suum efficere officium. Vel secundum Isidorum. officium dr, vt quisque illa agat, quæ nulli officiant, sed omnibus prosint. ¶ † Cæterùm in ecclesia generaliter nil canendum, aut legendum est, quod à sancta Romana ecclesia canonizatum & approbatum expresse, aut per patientiam non sit. In primitiua tamen ecclesia diuersi diuersa quisque pro suo velle cantabant, dum modo, quod cantabant, ad Dei laudem pertineret. Quædam tamen officia obseruabantur ab omnibus ab initio constituta, uel ab ipso Christo ut oratio dominica, vel ab Apostolis, vt symbolus. Succedentibus verò temporibus: quia ecclesia Dei propter hæreses scissa est, Theodosius Im-
3 perator, hæreticorum † extirpator, rogauit Damasum Papam, vt per aliquē prudentem, & per catholicum virum ecclesiasticum faceret officium ordinari. Vnde idem Papa præcepit Hier. presbytero, tūc in Bethlehem cum Paula & Eustochio, & alijs virginibus moranti, qui prius sub septem Apostolicis Romæ rexerat, quatenus officium ecclesiæ ordinaret. Ipse nanque nouerat linguas quatuor, Hebraicam Græcam, Caldaicam, & Latinam: quod ille obtemperans fecit. Ordinauit itaque quantum de psalmis in dominica quātum in secunda feria, & quantum in tertia feria, & sic deinceps legeretur. Euangelia quoque epistolas &c. quæ de nouo & veteri test. in ecclesia leguntur, præter cantum, magna ex parte ordinauit, cuius operis exemplum idem Hiero. Romam misit, & à Damaso Papa canonizatum est, & præceptum à cunctis ecclesijs obseruari, & appropriatum est ipso Damaso, propter authoritatem suam, quam interposuit, C. de vete. iu. enu. l. 1. §. alia oia. Consequēter † tñ B. Gregorius, & Gelasius orōnes, 4
& cantus addiderunt, & lectionibus & Euangelijs responsoria coaptauerunt, Gradualia verò, Tractus, & Alleluia Ambrosius, Gelasius, & Gregorius ad missam cantari instituerunt. Plerique quoque alij doctores ecclesiæ aliqua alia supraddidisse noscuntur. Sancti. n patres non simul omnia ad decorem officij pertinentia, sed diuersi diuersis temporibus ordinauerūt. Vnde & missæ inceptio tres habuit uarietates, Aliquando. n. a lectione inchoabatur, prout fit hodie in sabbato sancto. Postea Cœlestinus Papa psalmos ad missæ introitū dici instituit. Gregorius verò introitus cum cantu ordinauit. ¶ Legitur † in uita beati Eugenij, quod dum adhuc 5
officium Ambrosianum magis, q̄ Gregorianum ab ecclesia seruaretur, Adrianus Papa concilium conuocauit, ubi statutum est, quod Gregorianū deberet vniuersaliter obseruari, ad quòd Carolus Imperator omnes clericos minis & supplicijs per diuersas prouincias cogebat libros Ambrosia in officij comburere. Beatus verò Eugenius ad concilium quoddam pp hoc conuocatum veniens, inuenit ipsum conciliū per triduum iam solutum, inducens, Domi num Papam, q̄ oēs prælatos, qui concilio interfuerunt, & iam per tres dies recesserant, reuocaret. Concilio igitur iterum congregato, omnium patrum fuit una sententia, q̄ missale Ambrosianum & Gregorianum super altare sancti Petri Apostoli poneretur, plurimorum eorum sigillis munita, & fores ecclesiæ claudarētur, & ipsi, tota nocte orationi insisterent, ut Dominus per aliquod signum indicaret, quod horum magis ab ecclesia seruari uellet, sicque per omnia factum est. Manè igitur ecclesiam intrantes, vtrunque missale super altare apertum inuenerunt, vel alij asserunt, missale Gregorianum penitus dissolutum, & huc illucque dispersum inuenerunt, Ambrosianum verò solummodo apertum super altare in eodem loco, vbi positum fuerat inuenerūt. Quo signo edocti sunt diuinitus Gregoria-

gorianum officium per totū mundum dispergi: Ambrosianum uerò tantum in sua ecclesia obseruari debere, & sic usq; hodie seruatur. Siquidem tēpore Caroli Imperatoris officium Ambrosianum præcipuè dimissum est, & Gregorianum imperiali authoritate plurimū ad uuāte diuulgatum. Ambrosius enim multa instituit iuxta ritum Græcorum, ut dicetur infra,
6 ubi de hymnis agetur. ¶ † Vt autem muscę morientes abigantur, & mens orationis serenetur, ut dignè cum Deo loquatur ut si mente non orauerit, Dominus in furore non irascatur, sed misereatur, ideo laudabili cōsuetudine inductum est, ut sacerdos ante canonicarum horarum initia, & in fine dominicę orationis, & ante horas beatæ Mariæ, & in fi. Aue Maria &c. uoce submissa præmittat. Vnde in concilio Gerungin. de consec. distin. 5 id semper statum est ut etiam post singulas horas dicatum, ne diabolus de corde sacerdotis rapiat si quid boni ibi seminatum est. Vnde in primitiua ecclesia post quamlibet horam alta uoce absque alia oratione dicebatur. quod adhuc ecclesia Lateran. dicitur obseruare. Quidam etiam in fine horarum dicunt. Dominus det nobis suam pacem.
De hac dominica oratione sub prima, &
7 sub uesperis dicetur. ¶ † Quia uerò Domi-
Ioan. 15 nus ait in Euangelio. Sine me non potestis facere quidquam, ideo in singulis diurnis horis sacerdos incipit, Deus in adiutorium meum intende, & singulæ finiuntur, per Deo gratias, & sic initium & finis referuntur ad idem. s. ad Deum, qui est α & ω. i. principium & finis, 35. di. ab exordio dicendo igitur. Deus in adiutorium meum intende, mater ecclesia inuitat homines. Iuxta illud, Venite filij & audite me, qđ ideo introductum est, quoniam dum arca Dñi ad portandum leuabatur, dicebat Moses: Surge Domine, ideſt, surgere fac, & dis-
Psal. 33 sipentur inimici tui, & fugiant, qui odeNu. 10. runt te à facie tua. Sic et sacerdos noster dicit Deus in adiutorium meū intēde. hoc est, præsta mihi auxilium in resurgendo à peccatis, & cōtra uarios inimicos, qui tuam circundant ecclesiam. Per arcam enim intelligitur ecclesia, quę usque in finem circundabitur à persecutoribus, siue apertis siue occultis, sicut arca ab inimicis circundabatur. Orat ergo sacerdos, ne inimici prænalere ualeant, aliquos à cætu fidelium per astutiam forsitam separando. Cum enim persecutio iusti sit à leone, ideſt, à diabolo, impetu, ideſt, manifestè sæuiente, uel a dracone, ideſt à diabolo, in insidijs ideſt occultè persequente, omnes clament Deus in adiutorium meum intende. 7. q. 1. §. cum uerò præterea, cum secundum Apostolum in Dei nomine omnia facien- Ro. 3.
da sint. 16. q. ult. non obseruetis. merito est ab eo inchoandum. ¶ Circa hoc notandum est quod contingit tribus modis peccare, uidelicet corde, ore, & opere, ideoq;
† tribus diuersis modis horæ inchoantur. 8
uidelicet completorium per Conuerte nos Deus, cōtra peccatum cordis. Matutinum, per Domine labia mea aperies, cōtra peccatum oris. Aliæ uero oēs diei horæ, per Deus in adiutorium, contra peccatum operis. Et quoniam in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideo in omnibus horis tam diurnis, quàm nocturnis dicit, Deus in adiutorium meum intende, contra peccatum operis: Monachi uerò dicunt primo in nocturnis, Deus in adiutoriū meum intende. Postea. Domine labia mea aperies; quia sine adiutorio Dei, nec cor, nec labia ad ipsius laudem aperire ualeant. Io.
15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Interea uerò sacerdos cū dicit: † De⁹ in adiuto 9
rium meum intende. signo crucis se munit, ad effugandam illius uirtutem scilicet, quamlibet diaboli uersutiam, & potestatē. Valde. n. timet signum crucis. Vnde Chrysostomus, Vbicunq; dæmones signum crucis uiderint, fugiunt, timentes baculum, quo plagam acceperunt. Stephanus quoq; Papa de conſ. dis. 5. nunquid. ait: Nunquid non omnia chrismata, ideſt, sacramēta, quę cum chrismatis unctione præstantur, sacerdotalis ministerij crucis figurāt, ideſt, signo perficiūtur? Nunqd baptismatis unda, sine cruces sanctificata, peccata relaxat? & ut cætera ptereamus, sine crucis signaculo, quis sacerdotij gradus ascēdit? Baptizādus quoque signo crucis signatur in fronte, & in pectore. De profundo quidē crucis mysterio dicetur in 6. parte sub ti. de paraſceue, & hic etiam aliqua supponamus. ¶ † Sane crux domini multipliciter 10
fuit in ueteri testamento præfigurata. Legitur

gitur siquidem, q̄ Moses ad mandatum Domini ęneum serpentem erexit in palo in deserto pro signo, quem aspicientes q̄ percussi fuerūt à serpentibus, illico sanabantur. Num. 20. quod ipse Christus exponens inquit in Euāgelio. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari
Ioan. 3. oportet filium, hominis, ut oīs qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitā ęternam. Legitur etiam, q̄ cum Ioseph applicuisset Manassem & Effraim ad Iacob
Ge. 48. statuens maiorem ad dexteram & minorem ad sinistram, ut eis secundum ordinē benediceret. Iacob manus commutans, i. in modum crucis cancellans, dextram po-
Deu. 28. suit sup caput Effraim minoris, & sinistram super caput Manasse maioris, & dixit. Angelus, quī eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis &c. Item Moses ait: Die ac nocte erit uita nostra pendens, & uidebitis & cognoscetis. Christus enim nocte fuit in cruce pendens, quia tenebrę factæ
Mat. 27 sunt ab hora sexta usque ad nonam. Quod etiam fuerit pendens, certum est. ¶ Rursus legitur Ezechielis 9. Ezechiel audiuit Dominum dicentem ad uirum uestitum lineis, habentem attramentarium scriptoris ad renes. Transi per mediam ciuitatem, & signa Thau in frontibus uirorum dolentium, & gementium & post hæc dixit 7. uiris. Transite per mediam ciuitatem & percutite omnem, super quem non uidebitis Thau, nemini parcet oculus uester, Item
Esa. 9. Hiere. Congregabo omnes gentes, & erit eis in signum Thau. Itē alibi, Et erit principatus eius super humerū eius. Christus enim portauit super humeros crucem, in qua triumphauit. Ioannes quoque uidit
Apoc. 7. Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiui, & clamabat uoce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus quousque signemus seruos Dei in frontibus eo-
Eso. 15. rum. Itē lignum missum in Marath, aquas dulcorauit amaras, & ad lignum missum in Iordanem ferrum, quod inciderat, enarauit, hoc est lignum uitæ & in medio paradisi, de quo sapiens protestatur, benedictum lignum, per quod fit iustitia, q̄m re-
11 gnauit in ligno Deus. Hoc † ergo crucis signo se armat ecclesia in pectore, & in frō-

te significans crucis misterium esse corde *Ge. 23.*
credendū, & manifestē ore confitendum. Per hoc enim signum confunditur ciuitas diaboli, & triumphat ecclesia, terribilis ut castrorū acies ordinata, iuxta illud, Terribilis est locus iste &c. alibi, Vidi ciuitatē magnam sanctam Hierusalem, nouam, &c. *Sap. 18*
Augustī. dicit 11. dist. ecclesiasticarum, quod nulla scriptura noui testamenti, uel uete. docet fideles crucis signaculo insigniri. ¶ † Est autem signum crucis tri- 12
bus digitis exprimendum, quia sub inuocatione Trinitatis imprimitur. De qua propheta ait. Qui appendit tribus digitis molem terræ. Es. 40. Pollex tamen supereminet; quoniam totam fidem nostram ad Deum unum & trinum referimus, & mox post ipsam inuocationem Tri *Ps. 85.*
nitatis potest dici uersus ille; Fac mecum Domine signum in bonum, ut uideant q̄ me oderunt, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuasti & consolatus es me. Iacobitę uerò asserentes sicut & Euticiani unam tantum naturam, scilicet diuinam esse in Christo, & sicut una est persona, uno tm̄ digito se signare dicuntur, quorum error in canonibus extirpatur, duodecima distin. cap. primo, & secundo. 14. quæstione tertia, quidam uer. Euticiani.
¶ † Verum quidam signant se a frōte deor- 13
sum, in quo illud exprimitur mysterium, quod inclinauit Deus cœlos & descendit in terra. Descendit quidem, ut nos de terra eleuaret in cęlum. Deinde à dextra *Psal. 1.*
ad sinistram, primò ut æterna, quæ per dextram, temporalibus, quæ per sinistram significantur, præferendo designent. Secundò ad notandum, quòd Christus de Iudæis transiuit ad Gentes. Tertio, quia Christus à dextra, ideſt, à patre ueniens, diabolum, qui per sinistram significatur, in cruce peremit. unde, Exiui à patre, & ueni in mundum. Alij uerò signum crucis à sinistra, producunt in dextram, fulti authoritate illa. Egressus eius à patre, excursus usque ad inferos, recursus ad sedem Dei. Incipiunt enim se signare à parte superiori, quæ patrem significat, & descendunt ad inferiorem, quæ mundum designat, deinde à sinistra parte, quæ infernū, producunt ad dextram, quæ cœlum significat. Nam Christus descendit de cœ-

lo

lo in mundum, de mundo ad infernum, ab inferno ascēdit in cælum ubi sedet ad dexteram Dei patris. Secundò hoc faciunt, ad insinuandum, quia de miseria transire debemus in gloriam, & de uitijs, quæ per sinistram, ad uirtutes, quæ per dexterā significantur, ut legitur in euangelio Matth. nam & Christus de monte transiuit ad uitam. Tertio, quia Christus à temporalibus
14 ad ęterna p̄ fidē crucis nos eleuat. ¶ † Considerandum autem est, q̄ q̄ a sinistra producunt in dexterā seipsos, & alios pariter cōsignāt, sed tunc super illos signum crucis à dextra in sinistram, producunt, quia non consignant eos, quasi uertentes dorsum, sed quasi faciem præsentantes, sed & cum super alios principaliter signum crucis imprimunt, etiam seipsos a sinistra in dexteram, sed alios a dextra in sinistram consi-
15 gnant. ¶ † Sane regulariter in omnibus euangelicis uerbis debemus facere signū crucis, ut in fine euangelij, symboli, dominicæ orationis, gloria in excelsis Deo. Sanctus. Agnus. Būdictus dns̄ Deus Israel, Magnificat, & Nunc dimittis, & In principio horarum, & in fine missæ, quando sacerdos dat benedictionem, & etiam ubicunque de cruce, uel crucifixo mentio fit, quæ ēt omnia stando, sicut & euangelium audire debemus. In omni ēt actu nostro signū crucis facere debemus. Vnde Ambr. ad omnē actum incessumve manus impin-
16 gat in crucem. ¶ † Et aduerte, q̄m crucis figura quadripartita est, uel propter quatuor elementa, quæ in nobis uiciata, Chr̄s sua passione curauit, uel propter homines quos ex quatuor partibus orbis ad se traxit, iuxta illud. Si exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad meipsum. Vel & hęc quadratura pertinet ad moralitate, hēt. n. longitudinem, latitudinē, sublimitatē, & profundum. Profundum est acumen, quod terræ infigitur, longitudo est inde ad brachia, latitudo est in expansione, latitudo seu sublimitas, est à brachijs usq; ad caput. Profundum significat fidem, quæ est posita in fundamento, altitudo, spem, q̄ est reposita in cælo, latitudo charitatē, quæ est ad sinistrā, & ad inimicos extenditur, longitudo perseuerantiam, quæ sine fine concluditur. De hoc dicetur in sexta parte sub tit. de parasceue. De signo crucis, q̄ fit in principio, & in fine euangelij, dictum est in quarta parte, sub ti. de euangelio.
¶ Post Deus in adiutorium meum intende &c. statim † in singulis horis subijcitur, 17
Gloria patri & filio. Sicut erat &c. quos duos uersus beatus Hieron. scripsit inter opuscula, quæ Papæ Damaso misit, & ipsius rogatu idem Damasus illos in fine psalmorum cantari instituit, ipsum tamen uersum, Gloria, Nicęna synodus dicitur edid isse. Quia n. Dominus dixit. Adhuc te loquente ecce adsum, ideo quasi iā nos intellexerimus exauditos esse, gratiarum actiones Trinitati tribuimus, dicētes Glō-
ria patri &c. ¶ † In exequijs tamē mortuo- 18
rum nec Deus in adiutorium, nec Gloria patri dicimus, q̄a in illis Saluatoris exequias imitamur, in quibus hæc cessant. prout in sequenti parte sub ti. de quinta feria cęnæ Domini dicetur. Similiter post unumquemque psalmum dicitur, Gloria
patri &c. quia † uersus iste totius Trinita- 19
tis simplex laus est. Psalmus namq; bonam operationem significat, qua finita merito Deo gloria danda est, qui pro omni opere bono laudandus est, & nunc, & semper, sicut laudandus erat in principio, quando cęlum & terram creauit. Sicut enim sibi soli laus est de creatione cęli, & terræ, sic & ei laus est de omni opere bono nunc & semper. In præmisso quidē uersu. Sicut erat in principio &c. multiplicium temporum uarietas demonstratur, uidelicet, in, Sicut erat in princip. præteritum, in, & nunc p̄sens, & in, semper, futurum & æternum, in, & in secula seculorum, longitudo magna, Vnde Orige. Quoties secula seculorum nominantur, fortasse licet nobis ignotus, tamen à Domino statutus
aliqs terminus indicatur. † Legitur, quod 20
Ildebrandus prior Cluniacen. factus Papa, Gregorius, dum in minoribus agens legationis officio fungeretur archiepiscopum Ebredun. de simonia accusatum & accusatores oēs corrumpentem, ita ut conuinci non posset, miraculosè conuincit, p̄cepit enim illi, ut diceret uersum, Gloria patri & Filio &c. Ille uero licet expeditè diceret, Gloria patri & Filio, tamen & Spiritui sancto proferre non poterat. quippe quia in Spiritum sanctum peccauerat. Reatum ergo suum confessus, & de-

posítus

positus : mox expeditè & Spiritusancto pronunciauit. Et nota, quòd gloria patri
21 dicitur 24.uicibus in nocturnis † festiuitatum, prout dicetur in sexta parte sub titulo de feria quinta cœnæ Domini, quod fit in honorem duodecim Apostolorum, qui sunt 12. horæ diei, ideſt Christi, a uero sole illuminatæ, & sunt 12. horę noctem. i. ecclesiam illuminantes, qui Dominũ gloriæ in nocte huius seculi prædicauerunt.
22 Tullius † dicit, quod gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Ambro. dicit, quòd gloria est clara cum laude notitia. Augustinus dicit in 5. distin. de ciuitate Dei, de gloria seculi, quòd gloria est iudicium hominum bene de hominibus opinatum. Et post, gloria patri, subijcitur, alleluia: de quo sub titul. de Prima dicetur.
23 Hymni † quoq; tam ex institutione Gelasij Papę, quàm ex approbatione conciliorum Tolletani, & Agathen. de consec. distinct. 1. de hymnis. & dist. quinta. conuenit. in singulis diuinis officijs canuntur. Est autem ὕμνος Græcè, Latinè laus Dei, cum cantico, uel uox humana in laudem Dei metricè composita. Canticũ uero est exultatio mentis habita de ęternis, in uocem humanam prorumpens, quia uerò psalmi sunt hymni, unde & psalterium dicitur liber hymnorum; ideo in quibusdam ecclesijs hymnos non cantant, quod tamen approbandũ nõ est, quoniã nõ sine causa sunt à sanctis patribus instituti, & præterea non omnis hymnus psalmus est, ut quando uel operando, Deum cum mentis exultatione laudamus, propter quam laudem exprimẽdam hymnus cantatur. Psalmi uerò opera bona significant, ut infra dicetur. ¶ Illud
24 † autẽ notandum est, qđ in diuinis officijs hymni ꝓcedunt psalmos. in nocturnis uerò, ſin uesperis completorio, & laudibus matutinis econuerſo. Dies enim pertinet ad ſpirituales, qui habent gaudium conſcientiæ, nox ad pœnitentes, qui habent remorſum cõſcientię, illos exultatio inducit
Ps. 32. in operationẽ, quibus dicit. Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in uociferatione. Istos per operationẽ oportet uenire ad exultationẽ. Idcirco in diuinis officijs hymni præcedunt psalmos. In nocturnis uerò econuerſo, in uesperis autem & in prima, quo loco hymni cantentur, ibi Dicetur. Rursus ſtando hymnos cãtamus, in erectione corporum, oſtendentes, qđ in laudando Deum corda ſurſum erecta habere debemus. Veruntamen, niſi mẽs conſonet linguę, certum est, uocem quantumlibet clamoroſam Domino non placere.
¶ † Differentiã ergo est inter psalmũ, hym- 25
num, & canticum. Nã in psalmo opera, in hymno laus, in cantico mentis exultatio intelligitur, de quo dicetur ſub tit. de laudibus matutinis. De his trib. dicit Apoſtolus ad Coloſſ. 3. In psalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes & pſallentes in cordibus uestris Domino. 93. dist. cantantes. & in his tribus uarietatib. omne genus muſicorum accipi potest, prout iam dicetur: in no. test. Hilarius Pictauien. epiſcopus primus hymnorum carmine floruit, & post eum Ambro. ideoque hymni Ambroſiani dicuntur, quia eius tẽpore plurimum in ecclesia Mediolã. cantari cęperũt. Postea uerò in ecclesijs occidentalibus, quæcunq; carmina in Dei laudẽ benedicuntur, hymni uocantur, Aug. dicit in li. confeſſionũ, qđ cũ Ambroſius a Iuſtina Imperatrice Ariana perfida damnata, perſecutionem pateretur, & intra ecclesiam cum plebe catholica inſidijs urgeretur, inſtituit hymnos, & psalmos ſecundum morem orientalium decantari, ne populꝰ męroris tędio contabeſceret, quod ad omnes fuit postmodum deriuatum. Et aduerte, quòd in quibuſdã ecclesijs hymnus natalis Domini, & feſtorum illius ſeptiman ſub eodem cantu dicuntur. Ratio est, qm̃ ſicut membra ad caput, ſic ſancti ſe habent ad Chriſtum, à quo, ſicut à capite influentiæ æternæ beatitudinis participare noſcuntur. Quia igitur hoc inchoatum exiſtit in eius nariuitate, & conſummatũ in reſurrectione; quia tunc chirographus damnationis deletus est, & reſeratum cęlum qđ tot annis manſerat clauſum, idcirco præcipuè tempore ſolennitates Sanctorum ſub cãtu ſolennitatis Chriſti rationabiliter recoluntur. Hoc autem non contingit in cãtu hymnorum paſchalis temporis, in quo ſignificatur, quod ſanctorum gloria in ipſis nondum totaliter est perfecta, propter appetitum reſurrectionis corporum ſuorum, & ideo ipſi Chriſto nondum totaliter conformantur. ¶ Antiphonæ quoque

26 que † in ſingulis horis ex inſtitutione B. Ambroſij dr̃, pro eo ꝙ B. Ignatius tertius a B. Petro Antiochenus epꝰ audiſſe legitur in tripartita hiſtoria ſuper quendam montem angelorum choros antiphonas canentes. Inde enim Græci primo antiphonas compoſuerunt, & eas cũ pſalmis in choro, quaſi in chorea cantari ordinauerunt, qui mos ad uniuerſas tranſiuit eccleſia, ut iam vbiq; antiphonæ decantarentur. Dr̃ autem antiphonæ reſpectu ad pſalmodiam, cui reſpondent, ſicut & reſponſoria, reſpectu ad hiſtoriam, vnde & antiphona dicitur, quaſi ante pſalmum
27 ſonans. † Inchoatur. n. ante pſalmum, qui opus ſignificat, ipſa verò ſignificat charitatis copulam, ſeu mutuam dilectionem, ſine qua opus non prodeſt, & per quam opus incipit meritorium eſſe. Rectè igitur, ſecundum eius tonum melodia pſalmi informatur: quia dilectio opera nr̃a informat & ſ̃m hoc dr̃ ab anti, quod est contra, & ſonos, quod est ſonus, quia pſalmus ſecundum melodiam eius intonatur, & manus operatur, ſecundum quod charitatis igniculo excitatur. Pſalmus autem antiphonæ intermiſcetur, quia fides per dilectionem operatur. Verum ante pſalmum imperfectè, & poſt perfectè dr̃, quia charitas in via imperfecta hr̃, ſeu hic initiatur, ſed in patria per bona opera, quæ hic ex cha-
Eſa. 31. ritate fiunt, perficietur iuxta illud Eſa. Vinit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus in Hieruſalem. In præcipuis tamẽ feſtiuitatibus, etiã ante pſalmum perfectè dr̃, ad notandum, ꝙ in illis perfectiores in bonis operibus nos exhibere debemus.
28 † Inchoatur quoque ab uno unius chori, & finitur a pluribus utriuſque chori. primo, quia charitas ab uno ſcilicet Chriſto incipit, & in membris eius conſummatur
Ioan. 13 ab ipſo, ſicut ipſe dicit in euanglio Ioan.
1. Ioã. 4 Mandatum nouum do uobis &c. Deus enim prior dilexit nos, & vnde & nos cõiter dilectioni eius correſpondere debemus. Secundo ad notandum ꝙ uox prę dicatorum, quæ ſemper ad unitatem tendit, nos monet, ut quod unuſquiſque ſingulariter operando acquirit, alteri per dilectionem porrigat, ut ſi unus addiſcit in ſcholis, & alter ſeminat in campo, tpe fructus doctor ſeminanti doctrinam porrigat, & ſator doctori panem. ¶ † Cęterum 29
antiphona poſt pſalmos cõiter ab oibus cãtatur, quia de dilectione cõmune gaudium ſurgit. Cantatur etiam a duobus choris alternatim, ad notandum mutuam dilectionem, ſiue charitatem, quę in paucioribus quã duobus conſiſtere nequit. Coniungit ergo antiphona duos choros, ut charitas per bonum opus coniungat duos fratres.
Iſidorus dicit in lib. 6. eth. † qđ antifonõ. 30
græcè, interpretatur latinè uox reciproca, quia duo chori ſiue de uno ad unum reciprocando, uiciſſim melodiarum cantus alternant, quaſi duo Seraphin duoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia. Vnde clerici antiphonas cantantes, non uertunt vultus ad altare, ſed ſe ad inuicem uerſus vultibus reſpiciunt, quod genus canendi græci adinueniſſe traduntur. Est † itaque antiphona quædam can- 31
tilena diuinis laudibus ad recreationem inſerta. Nihil. n. amplius charitate recreat animos, quæ quia modulando cantatur, mentis iucunditatem ſignificat, iuxta illud Pſalmiſtæ, Pſallite ſapientes, tunc. n. Pſal. 46
iucunditas ſapida est, cum de Deo est. Tunc etiam manus ſub penis ſunt. Ezechielis 1. & in Prouerb. Beatus uir qui in- Prou. 3.
uenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, quia qui habet iucunditatem mentis de æternis, de facili affluit prudentia, id est bonis operibus, quibus ſibi prouidet in futuro. Vel ſm Moſen, antiphona est quędam vox, qua ſibi inuicem angeli colloquuntur. Sex autem antiphonæ, quæ diebus feriatis añ pſalmos nocturnales dr̃, de pſalmis ſumuntur & bonorum operum perfectionem, uel ſex opera miſericordiæ deſignant, qm̃ ſenarius numerus perfectus est. Ille verò, quæ dr̃ ſuper Benedictus in laudibus, & ſuper Magnificat in
ueſperis, de euangelijs dierum in quibus dicuntur, ſumuntur, ẽxceptis illis, quæ in quinta feria dicuntur, prout dicetur in ſexta parte, ſub quinta feria ſecundæ dominicæ Quadrageſimæ. ¶ † Rurſus in qui- 32
buſdam eccleſijs in fine antiphonæ fit neuma ſeu iubilius: quia beatus populus qui ſcit iubilationem. Est aũt neuma, ſeu iubilus ineffabile gaudium, ſeu mẽtis exultatio habita de æternis. Ideoq; in diebus iciuniorum & afflictionum non debẽt fieri, ſicut

ri, sicut nec in luctu citharizari, & sit neuma in vnica, & finali litera antiphonæ, ad notandum quod laus Dei ineffabilis, & incomprehensibilis est. Ineffabile namque gaudium per πνῦμα significatum, quod hic prægustatur, nec penitus exprimi. nec penitus taceri valet, quare meritò Ecclesia verbis omissis iubilando cum neuma quasi in admirationem profilit, ac si dicat quæ vox q̃ poterit lingua retexere &c. Verba.n. hæc non sufficiunt, nec intellectus capit: nec amor etiam dicere sinit. Quis n.plenè enarret, qđ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Neumatizando ergo expressius quodammodo sine verbis dicit, q̃ per verba innuat, quantum sit illud cęli gaudium, ubi verba cessabunt, & homines omnia scient. Verum quia perfectorum tantum iubilus est in magnis festiuitatibus, non tã maiores, quàm etiam minores exultant, inde est, quòd in quibusdam ecclesijs, in quibus neuma non dicitur, vox nõ significatiua in vocé significatiuam cõuertitur, quia loco iubili & neumæ trophi & sequentiæ decantantur, ad quas laudes & minores & maiores passim admittuntur, & ideo cõiter ab omnib. decãtantur. In quibus antiphonis dicãt neuma, seu iubilius, & quare hoc potius sit in tempore Paschali, dicetur sub ti. de laudib. matutinis. Iubilus autem diuersa significat, & in diuersis locis in eodem responsorio sæpe fit, prout dicetur in 6. parte sub natali. Item de neuma, quæ sit per alleluia, in 4. parte sub ti. de alleluia dictum est. Item in quibus antiphonis dicatur alleluia, in sequenti par-
34 te sub festo Natalis dicetur. ¶ † Et nota, quod neuma, neumæ sine p, & in fœminino genere est iubilus, de quo dictũ est, sed πνεῦμα Græcè, scriptum per π, in neutro genere est Spiritussanctus, vtrunque tamẽ pro fœminino sæpè ponitur in scripturis. Sanè neumæ, quæ in missa fiunt representant gaudium, quæ potius fieri solent in e, vt in Κυριὲ ἐλέησον, uel in a, vt alleluia. quam in alijs uocalib. ad notandum gaudium spirituale, quòd nobis restitutum est in partu virginis, cui facta est mutatio huius nominis Eua in Aue, dicente angelo Aue Maria &c. & ibi. Mutãs nomen Euæ,
35 Significatio † nãque huius nominis Euæ, manserat vsque ad angeli salutationẽ. Illã autem significationem Adæ, & Euæ, nascẽtes infantes exprimunt. Nam fœmina nascens proferte, masculus uerò a, vnde versus, Et dicunt, e, vel a, quotquot nascuntur ab Eua. illæ ergo neumæ non significant dolorem, quem nobis attulit transgressio Adæ & Euæ, prout quidam scripserunt, sed gaudium nobis in præmissa salutatione virginis restitutum. ¶ Rursus considerandum est, quod ferè vbicunque in cantu scribitur Hierusalem, neuma producitur, vt cęlestis hierusalem, iubilatio figuretur, exemplum habetur in alleluia Te decet, qđ cantatur dominica 10. post Pentẽ Idem etiam quoties alleluia duobus uersibus infigimus, vt de stola duplici gaudeamus, exemplum est in alleluia, Pascha nostrum, quod dicitur in die Resurrectionis, & in Alleluia Angelus Domini, quod dicitur in sexta feria, tunc sequenti. Vtrumque enim Alleluia, duos habet versus, prout graduatia antiqua ostendunt, & sic de alijs. In quibusdam tñ festiuitatibus quidam versiculi in nocturnis antiphonas præcedunt, de quo in sequenti parte sub dominica de Trinitate dicetur. Post antiphonas in singulis horis diurnis & nocturnis ex institutione Damasi Papæ psalmi ad antiphonæ symphoniã canũtur, & significat tẽpus bonam & diuinã operationem. Vnde Da- *Ps.143* uid, in psalterio decachordo ¶ psallam tibi. In tali enim instrumento psallebat innuẽs, q̃ in psalterio spirituali spiritu viuificato per fidem debemus psallere Deo, decem legis mandata implendo. Ipse autem, † Damasus instituit, vt chori in duas par- 36 tes diuisi psalmos canerent alternatim, & dicũtur psal. alternatim ad notãdum alternam sanctorum ad bene operandum exhortationem. Priscis namque temporib. confusè, & quasi in chorea dicebant, ideoque sancti patres ordinauerunt, vt alternatim dicerentur, idest una pars chori vnum versum, & altera alium diceret qđ beatus Ignatius Primus statuisse fertur in ecclesia Antiochena, pro eo, quod in visione audiuit angelos antiphonatim psalmos psallentes, de hoc ẽt dictum est in prima parte sub ti. de ecclesia. Dicuntur etiã alternatim ad notãdũ, q̃ alter alterius onus ferre dẽt Psalmos quoq; stando dicimus, ad ostendendum

dendum, quod stantes in bonis operibus vincimus. Dum enim populus Israel cum Amalech pugnabat, quãdiu Moses manus leuabat, populus vincebat, quando verò manus dimittebat, populus vincebatur. 37. distim. si quis vult. **Eleuatio** igit ad stãdum significat **mentis** nostræ deuotionem vt statu corporis, mentis affectionem monstremus, videlicet nos paratos esse, siue ad domandum carnem, siue ad exercitium operis. Lectiones verò, quæ sunt doctrina nostra, in silentio & sedendo audimus, quoniam doctrinam sedendo, & quiescendo recipimus, vnde ecclesiasticus. Sapientiam scribe in tempore ocij, & qui minoratur, actu, percipiet eam. Et iterum, verba sa-
Ec. 38. pientiæ in silentio, & quiete discuntur. Et propheta ait: Erit cultus iustitiæ silentiũ.
Esa. 32. 5. q. 4 in loco. Sanctos quoque stantes oramus, significantes eos in perpetua lætitia fore. Iuxta illud. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. ¶ † Sane in
37 diuinis horis sex psalmi dicunt, per quos sex opera misericordiæ denotantur, qui b.
Ps. 121. in vinea Domini laborantes intendere debent, quasi piè, & mundo corde exercemus nos, & à seruitute diaboli liberati ad libertatem vitę perueniemus, & retributionem diurni denarii recipiemus. Verum tamen sub tribus glorificationibus dicuntur, ad insinuandum fidem sanctæ Trinitatis, ad quam diuina sunt opera referenda. In vesperis verò quinque dicũtur, prout ibi dicetur, & sunt psalmi horarum inuariabiles, prout sub completorio dicetur.
38 ¶ † Illud quoq; prætermittendum non est, quòd vnus atq; idem psalmus in varijs festiuitatibus cantatur pro eo, quia ibi versus pertinentes ad illas inueniuntur, verbi gratia. In natiuitate Domini cantamus psalmum: Eructauit, propter versum illum Speciosus forma. Cantamus etiam illum, in festis virginũ propter versum. Adducẽtur regi virg. &c. & etiam in festo Apostolorum, propter versum. Pro patribus tuis &c. Item psalmus. Quare fremuerunt gentes, cantatur in natiuitate, propter versum, Dominus dixit ad me. Et in passione Domini, propter versum. Astiterunt gentes terræ, & sic de alijs. Præterea, vnum, & idem vocabulum sæpe diuersimode accipitur. verbi gratia. Hoc nomen templum significat corpus Christi, vt ibi. Soluite templum hoc. Aliquando significat templum materiale. inde est, quod psalmum illum. Magnus Dominus &c. cantamus in natiuitate, propter versum illum: Suscepimus Deus &c. intelligimus enim ibi de templo corporis. Cantamus etiam eundem psalmum in purificatione, & ibi accipimus de materiali templo, in quo fuit eadem die præsentatus. De psalmodia tam nocturna, quàm diurna in suis locis dicetur. ¶ Et no. secundum Hieronym. de consecrat. distinctio. quinta, non mediocriter. quod melior est quinque psalmorum cum cordis puritate, & serenitate spirituali, & hilaritate decantatio, quàm totius psalterij cum anxietate cordis atque tristitia modulatio.
¶ † Postremò notandum est, quòd psal- 39
mi graduales sunt quindecim, qui signati sunt per quindecim gradus, quibus ascendebatur ad Templum Salomonis, quod erat in monte. Hos quindecim gradus vocant quidam canticum graduum, eo quòd in quolibet præmissorum quindecim graduum singuli psalmi de cantabantur, & verbum graduum. casus genitiui est. De dictis gradibus dictum est in prima parte. sub tit. de altari. Significati sunt etiam dicti quindecim psalmi per alios quindecim gradus Ezechielis, quibus visum est ei ascendere, in ciuitatem Dei, de quibus habetur de pœn. distinct. 2. dum scientiam, & Ezechielis 10. vbi primo habetur de septem gradibus, & posteà de octo. Nempè quindenarius numerus constat ex numero septenario, & octonario, septenarius refertur ad vetus test. quia aliqui septimum diem, septimũ mensem, & septimum annum celebrant, octonarius ad nouũ testamentum refertur propter resurrectionem vnicam, quæ octauo die facta est. Quindecim ergo psalmos psallimus ostendentes, quod vtriusque testamenti præcepta obseruare debemus, quinque psalmi, quinque corporis, sensus, per quos peccamus, significant, & ideo in aliquo illorum non dicitur Gloria patri, quia illa peccata, quæ per quinque sensus corporis committuntur, nobis non Deo imputare debemus, sed dicitur post illos requiem æternam, quia n

in illis

in illis pro defunctis oramus, ac si dicatur. Oramus Domine, ne p peccatis illis, que committūtur corporis sensibus, uita negetur æterna, sed per Dei misericordiam requies concedatur æterna. In sequentibus decē psalmis nobis, & nostris proximis, & congregationibus, & prælatis Dei misericordiam imploramus, & Gloria patri subiungimus, quia q a catena peccatorū absoluimur, q te Deum toto corde perquirimus, q tuum decalogum obseruamus, nō
Ps.113. nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam exibemus. ¶Rursus numerus decem ex septenario & trinario constat. Trinarius ad præcepta primę tabulæ, quę ad Deum spectāt, septenarius verò ad præcepta secundæ tabulæ, quæ ad proximum spectant, referitur ac si dicat, q decalogus obseruatur, per Deum est. Versiculi etiam in singulis dicuntur horis. Legitur enim in libro Numeri, q dum arca Dñi, quæ ecclesiam figurabat, in tabernaculo reponebatur, dicebat Moses, Reuertere Dñe, ad
Nu.20. multitudinem filiorum Israel. Sane reuersio Domini ad Israel, nihil aliud est, quam vt reuerti faceret Israel ex toto corde ad se, Deus.n. cui omne tēpus præsens est nō habet, ad quos reuertatur, sed intelligitur reuertere, ideſt fac nos reuerti ad te. Iux-
40 ta illum ergo † morem versiculi dicuntur, vt si fortè mentes nostræ cogitando vana præ nimio psalmorum opere deuiauerint, audito versu conuertantur ad orientem,
Zac.6. ideſt ad Christum, qui est noster oriens, seu ad meutem, secundum versus significationem, qui ab ipsa reuersione nomen traxit, nam dicitur a verto, vertis, & inde est q dum ver. dicitur, ad orientem siue ad altare nos vertimus. Rectè ergo uersus, qui significat fructum boni operis, alta & acuta voce dicitur, ad excitandum pigros, qui in laudando Deum & intelligendo diuina, torpent, ut reuertantur ad cor, vt videlicet eo audito omnis cogitatio, quæ fortè videndo temporalia, foras exit, reducatur intra nos. ¶Rursus versus nocturnalis significat, quia ab officio psalmorum siue a labore tunc nos vertimus ad officia locutionum, siue ad quietem, vt qui psallendo stabat, nunc ad lectionem sedeat. Vnde versus dicitur a uertendo, de hoc dictum est in 4. parte sub tit. de graduali. Et no. q in quibusdam ecclesiis in die dominica post primum nocturnum dicitur iste versus, Memor fui nocte nominis tui Domine. Post secundum dicitur. Med a nocte surgebam. Post tertium. Exaltate Domine. Primus siquidem versus, scilicet Memor fui &c. ad quid ecclesia de lecto suo surrexit ostendit, quo verò tempore surgendum sit, notat. Secūdus, scilicet Media nocte &c. & ad quid surgendum sit, ostendit, quod sequitur. Ad confitendum nomini tuo. Verum quidam nolentes mentiri, *Psal.17* quia non surgunt in media nocte, loco huius versus ponunt illum. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Quòd tamen media nocte surgendum sit, ostendit Dauid dicens, Media nocte &c. & alibi. Præueni immaturitate & clamaui, quod idē est, nā immaturitate vnica est dictio. Vnde & quidam libri habent in matutina & sonat immaturitate, quasi tempus non apertum operi. Alia tamē litera habet præueni intempesta nocte, quia tēpestū apud antiquos idem erat, quod opportunum, a tempore vel a tempestate vocabulo dicto. Vnde in antiquis historiis sæpe ita legitur, hoc factum est in illa tempestate, i. in illo tempore, vnde intempestiuum vel intempestum, aiunt, tempus inopportunum, ideſt nocturnis actionibus non opportunum. Tertius autem versus, s. Exaltare Domine &c. manifestè pertinet ad nouum testamentum, in quo Saluator noster, secundum humanitatem fuit exaltatus, quidam tamen dicunt tunc. Ego dixi *Psal.20* Domine miserere mei, quia ad gloriam quæ data est tempore noui testamenti, non peruenitur, nisi per remissionem peccatorum. ¶†Sed quæritur, quare versiculi 41 in nocturnis ante lectiones dicuntur, in aliis verò horis post capitula? Respondeo in nocturnalibus lectionibus propter earū vniuersitatem, & magnitudinem sedere solemus. Ne igitur propter longam sessionem, aut propter lassitudinem, siue otium obliuiscamur doctrinæ Domini, quam lectiones significant, cogitando fortè inania, aut dormiendo, vel confabulando, ideò versu præcedente lectiones audiendas incitamur, in aliis verò horis, quia nec tot, nec tantæ sunt lectiones, non est necesse sedere, nec versiculos præmitti. Vel ideo

ideo in alijs horis versus post lectiones dicuntur, ad notādum, q propter interualla horarum doctrina Domini non negligitur. ¶Rursus versus sæpe a pueris cātatur, ad notandum seruitium nostrum cum innocētia præstitum Domino fore gratum. De versiculis, qui in vesperis, seu laudibus
42 dicuntur, sub illis locis dicetur. Et † vide quia versus debet notare, aut statum temporis, aut officij. Statū temporis notat versus primæ, s. Exurge Christe adiuua nos; vbi cum dicitur, exurge, innuit initium operis. Similiter in versu tertiæ. Adiutor meus esto Domine, ne derelinquas me: cū dicitur, ne derelinquas me. notatur status pugnę. Similiter in versiculo sextę, scilicet Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit, significatur status perfectus, & perfectionis. In versiculo nonæ, scilicet. Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo status demonstratur frigescentis dilectionis. Statum quoque temporis innuunt versiculi, qui passione & resurrectione cantātur. Sed versus vespertinalis officij statum officii insinuat, vt vespertina oratio &c. & Dirigatur Domine oratio &c. Ex quibus verbis colligitur, quòd vespertina oratio actitatur. Post versum sequitur oratio dominica, & post eam preces, de quibus di-
43 cetur sub nocturnis. ¶† Lectiones quæque in singulis horis, tam nocturnis, quàm diurnis dicūtur. Et dicitur lectio, quia non cantatur, vt psalmus, vel hymnus, sed legitur tantùm: Illic enim modulatio, hic sola pronunciatio quæritur. Siquidem lectiones nocturnales sunt doctrina nostra; quia per eas docemur opera nostra retorquere ad Deum. Obtinent ergo vicem lectionū, quas doctores faciunt ad ignaros, per eas quoq, sanctorum opera imitamur, & earū commemoratione ad Dei laudem compungimur, & ideo, ut præmissum est, sedēdo, & in silētio audiūtur. Lecturus autem lectionem, ad libri pulpitum ascendens, super gradū ascendit, quia doctor perfectiori vita vulgus transcendere debet. Et presbitero, vel Episcopo benedictionem, tanquam legendi licentiam postulat, dicens. Iube domne
44 benedicere, per quod principatus † Ecclesiæ, quoq; nullus, nisi a maiore iussus, debet in ecclesia legere, designatur. & dicit, domne & nō domine, quia solus Deus verè Dominus est. Hinc est, quòd presbyter seu Episcopus non p se benedictionem largitur, sed discrete a Deo postulat illam dari dicens. Benedictionem perpetuam tribuat nobis &c. In fine verò dicit, Tu autē Domine miserere &c. Quia tunc sermonem ad Deum dirigit, qui verè Dominus est. ¶Rursus ideo in principio imperfecto, & syncopato vocabulo pronunciat, quia tunc ad imperfectum, videlicet ad hominem sermonem dirigit, iuxta illud Prophetæ, Imperfectum meum viderunt oculi tui. Quod etiam monachi communiter obseruant, dicentes: Dominus a- *Psal.38.* bas. Hac quoque consideratione simuli dominis seruientes alterum genu tantum, scilicet sinistrum flectere debent, per quā partē corporalis seruitus significatur, quæ tantum hominibus, & non spiritualibus
45 † debetur, sed in ecclesia vtrumq; genu flectendum est, non alterum tantum, ne Iudæis assimulemur. Nam & Christo omne genu flectetur, ad Philipen. 2. ca. extrā de immu. eccle decet. Salomon quidem pro populo orans utrumque genu in terram figebat, & manus ad cœlum expandebat, prout legitur 3. Reg. cap. 8. Eadem etiam ratione, non est inclinandum principi seculari, facie recta, siue secretè sibi loquendo, siue auscultando, sed duntaxat ab aure sinistra, capite flexo. In fine verò perfectè & completè pronunciat, quia ad perfectum, & perfecto vocabulo dignum, videlicet ad Deum dirigit sermonem. Porrò Episcopo volenti legere & dicēti. Iube dōne benedicere, nullus minor benedicere debet. 21. distinct. deinde. Vnde & in quibusdam ecclesijs nihil ei respondetur, in aliis verò respondet vnus presbyter, Ora pro nobis pie pater ad dominum. Et tunc Episcopus dicit; Magnificate Dominum mecum. Tunc autem Episcopus habet perfectè pronūtiare. Iube Domne benedicere, quoniā ad Deū, qui perfectus est, sermonem dirigere intelligitur. ¶In nonnullis verò ecclesijs, legere volente Episcopo sacerdos dicit. Iube Domne benedice. & ipse episcopus data benedictione legit. Cum enim legere lectionem, non sit sacerdotis, vel episcopi officium, sed lectoris, si nullus alius episcopus vel sacerdos adsit, potest

alius

Universidad de Deusto Biblioteca

álius inferioris ordinis tanquam lecturus in persona ecclesiæ dicere. Iube Domne bene. & ipse sacerdos vel Episcopus lecturus in personam Christi, ei reddit benedictionem, uel legat absq; Iube Domne benedi. In quibusdã ecclesijs ipse episcopus dicit. Iube Domne, & minor cui voluntarie in hoc se ex humilitate subijcit benedicit. secunda, quæst. septima non sum 2. quæ
46 stio. 5. mandastis. Lectione† finita dicit lector tu autem &c. quod neque de lectione est, neque ei cõtinuatur: sed ille ad Deum sermonem dirigens, se excusat, quasi dicat Domine peccaui, legendo forsan modulate, pronuntians cupidine laudis humanæ, vel captando uentum humani fauoris, & audientes similiter forsan peccauerunt, vanis cogitationibus intẽdentes, uel a lectione auditum auertentes, autem, pro sed. tu Domine miserere nostri. Quod vero respondetur a cunctis Deo gratias, non ad Tu autem, sed ad lectionem refertur. Est enim vox ecclesiæ Deo gratias exoluentis, ac si dicat. Deus pauit nos verbis salutis, quæ sunt cibus animæ, & pro huiusmodi beneficio Deo gratias, supple exoluimus.
47 † Rursus pluralitas lectionum pluralitatem significat prædicatorum, qui sunt in tempore gratiæ, sicut & paucitas in professis, raritatem significat tempore legis & vicissitudines lectorum, sunt successiones legatorum, qui dum Iube Domne benedicere, dicunt licentiam proficiscendi petunt, dum is benedicitur, licentia datur, in quo innuitur, quòd nullus prædicare debeat, nisi missus, quomodo enim prædicabunt, nisi mittantur? Ipsa enim lectio est iunctæ legationis executio. Tu autẽ Domine, legati reuersio. vbi in eo quod misericordia imploratur, innuitur ipsum legationis uel prædicationis officium non sine alicuius leuis culpæ plures peragere posse. Vnde Aug. Verbum prædicationis securius auditur, quã dicatur. Prædicator enim per terra ambulat, & difficile est ei qui per terra ambulat, pedes nullo pulnere sordidare, & prædicatorem, cum se bene prædicare senserit, nullius spiritu elevationis erigi. Et attende, quod sicut in
48 ecclesia duo sunt † ordines, & sapientes, & insipientes, sic duæ sunt lectionum maneries. In illis enim lectionibus, quæ ad missam leguntur, sapientes instruuntur, in his vero quæ in nocte dicuntur, insipiẽtes eruditur, vnde & exponuntur. Et no. quòd terminantur lectiones quatuor modis. ¶ Primò, † generaliter per, Tu autem. ¶ Secundo, in aduentu, & natiuitate, & in epiphania lectiones de Esaia finiuntur per, Hæc dicit Dominus, conuertimini ad me &c. Qui in natiuitate hoc dicunt, mouentur ex illo c. Esaiæ quod tũc legitur. Primo tẽpore alleuiata est, ubi dicitur. Et in omnibus his non est auersus furor meus, & populus meus non est conuersus, & ideo ecclesia hortatur in persona Christi populum peccatorem ut conuertatur. Hoc idẽ etiam fit propter eandem causam in quibusdam ecclesijs, quando legitur de Hieremia exprobãte duritiam peccatorũ, qui p pœnitentiam non conuertuntur. Tertio modo lectiones, quæ leguntur in triduo ante Pascha, de trenis Hieremiæ, finiũtur per Hierusalem, Hierusal. conuer. &c. prout ibi dicetur. ¶ Quarto lectiones pro defunctis finiuntur suppliciter, sine aliquo præmissorum, in quibusdam tamen ecclesijs finiuntur per. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. quod sumitur ex fine cuiusdam sermonis, quem Aug. de mortuis compilauit. ¶ Hoc etiam not. quòd in tertio nocturno legitur euangelium, & homilia euangelij eiusdem dici, quia tertius nocturnus designat tẽpus gratiæ, in quo euãgelium recitatũ est, & in quo euangelica prædicatio celebratur, prout in tit. de nocturnis dicetur. ¶ † Non est etiam omit-
50 tendum, quod antiquis temporibus eliminatis hæresibus, quæ veritatem Trinitatis impugnabant, sancti patres ad hoc, ut sancta Trinitas magis nota esset, ordinauerũt, q̃ nona lectio semper de Trinitate legeretur, & nonum rnsorium similiter de eadem cantaretur, & quod etiam in prima feria, missa de Trinitate diceretur. Quo diutius obseruato, & Trinitate cũtis innotescente, ecclesia lectionem de Trinitate omisit. Sed responsorium de Trinitate, & et alleluia in missa in dominicis diebus, vel propter solitum usum, uel propter dulcem cantilenam in plerisque locis retinuit, & ita nunc improprie vocatur responsorium quia lectioni præcedenti non respondet. Diurnæ uerò lectiones a quibusdam, eo quòd

q̃ breues sunt, lectiunculæ nuncupantur, à pluribus uerò capitula, eo quod ut plurimum de capitibus epistolarum illorũ dicerum, quibus dicuntur, sumunt. Hæc siquidem post psalmos & antiphonas, in singu-
Nu. 21. lis horis dicũtur, prout itarutum est in concilio Agathen. de consec. dist. 5. conuenit. q̃ modus ab Esdra sumptus est, ut præmissum est, & significant capitula doctrinam. Ne. n. propter psalmodiã audientium animus sibi fastidium ingerat, sicut Iudæis, qui mãna fastidiebant, pp quod Deus misit in eos serpentes ignitos, qui eos interficiebant, ideò præmittitur capitulum, idest, breuis lectio sumpta a nouo uel ueteri testam. prouocãs ad deuotionem, quæ fastidio contraria est, & exhortans ad perseuerantiam in bono, iuxta illud. Hortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis In nocturnis autem copiosius, quam diurno officio, lectionibus uacamus, quia tunc eis aures liberius accommodamus. Et dicuntur huiusmodi capitula, siue exhortationes in plerisque ecclesijs per pastorem, ad domesticos, & scientes, quia sicut ligna lignis adijcimus, ut ignis magis ardeat ita ignitis domesticorum cordibus ignita pastorum uerba adijciuntur, ut magnis igniãtur. Leguntur etiã hę lectiones, sine Iube Domne benedi. & absque benedictione, q̃n ut plurimũ, Eps uel sacerdos, q̃ uicem Christi gerũt, & quorum officiũ tanq̃ maiorum, est exercitare pigros, illa legũt; cuius pprium est licentiã & benedictionem dare, & non petere, nã maior minori benedicit & non ecõtra. Nocturnales uerò lectiones à minoribus leguntur, ideò a superioribus licentiam & benedictionem petunt. In his etiã diurnis lectionibus non dicit in fine, Tu autem, sicut fit in nocturnalibus, quia sacerdos debet esse pfectus, & qui diabolicis suggestionibus de facili non succumbat, & quia in breui sermone, & inter familiares uix est, quin uentus humani fauoris captetur, prout quandoq; fit in nocturnalibus lectionibus, ut præmissum est. Respondetur tamen, Deo gratias, pp causam in nocturnalibus lectionibus allignatam. Ad hoc in capitulis horarum officia diuidentes, per p̃cedentia laborem, per sequentia premium significamus, ideoq; p̃cedentia cõsistunt in psalmis, sequentia in hymnis & canticis. ¶ Notãdum † vero est, 51
q̃ pulcherrimus mos in ecclesia moleuit, ut quater in die, & quater in nocte, p singulas diurnæ siue nocturnæ psalmodiæ horas, lectio una, siue capitulum de ueteri siue nouo testamento dicatur. Quædã tamen ecclesiæ non dicunt capitulum in prima, nec in completorio. Sed quia ẽm hoc lectiones nostræ nõ erant octo, sicut erant secundum Eldram in ueteri test prout præmissum est, ideo illæ ecclesiæ post primam legunt in capitulo lectionẽ in prima prætermissam. Dicit enim aliquis, Iube Domne benedic. & sacerdos benedicens respondet. Regularibus disciplinis &c quæ sequuntur. Et ante completorium legunt prætermittendũ in cõpletorio. scilicet Fratres estote sobrij &c. uel legitur de dialogo, uel huiusmodi. de hoc sub ti. de prima dicetur. Quæritur autem, quare in nocturnalibus † siue diurnalibus lectionibus non 52
pronuntiatur author earum, prout fit in his, quæ in missa leguntur? Rndeo, hi qui super lectionibus & diuinis obsequijs insistunt, ut sunt ministri & domestici ecclesiæ, earum authorem ex ipsis lectionibus agnoscunt, q̃a igitur illi nocturnalibus lectionibus adsunt officijs, non est necesse nomen authoris exprimi lectionũ. In missa uerò ideo exprimitur; quia ibi conueniunt bubulci, operarij, & agricolæ, ut si q̃s eorum fortè pro eo, q̃ raro talia audit incognitam habet historiã, audiat eius authorem, qui fortè non est ei cognitus, ut ex illius authoritate firmius infigãtur uerba lectionis in corde. in quibusdam tamen nocturnalibus lectionibus q̃nque author ipsarum exprimitur, puta in sermonibus & homilijs Gregorij & Augustini, & aliorũ, de quo in proœmio septimę partis dicetur Porrò in concilio Maguntinensi, in Bucardo lib. 8 ca. laicus statutum est ut laicus in ecclesia non recitet lectionem, nec alleluia dicat, nisi psalmos tantum & responsoria, sine alleluia. Responsoria quoque post lectiones subijciuntur cum. n. per lectiones doctrinales, per responsoria verò bona opera significẽtur, ritè post lectiones responsoria subijciuntur, q̃a per bona opera doctrinæ respõdere debemus, ne cum seruo pigro, qui pecuniã Domini sui abscondit, in tenebras exteriores mit-

53 tamur. Dicitur nãque † responsorium, quia lectioni respõdere, ideſt, consonare debet, vt si fortè lectiones sunt de actibus Apostolorum, responsoria sint similiter de eodem, vnde nonum responsorium respondere solet nonæ lectioni, quæ olim erat de Trinitate, prout iam dictum est. Hoc tamen fallit in respõsorijs de historijs, quę post euangelium in nocturnis cantantur, quæ euangelicis lectionibus non respondent, de hoc etiã dictum est in quarta par. sub ti. de graduali. Dicitur quoque responsorium, quia vni cantanti cęteri concorditer rñdent. Iuxta illud Apostoli 1. Cor. 1. Vt id ipsum omnes dicamus, & non sint in nobis scismata. Cantauit enim unus, s. Christus, & Petrus, & cæteri eum secuti sunt, uel quia choro illud cantanti uersus respondetur ab uno. Isidorus dicit, q. Italici responsoria tradiderunt, quæ inde rñsorios cantus uocant, quia alio desinente id alter respondeat. ¶ Porrò responsoria
54 nocturnalia † spritualibus cãticis comparantur, dicuntur enim cantica, quia cãtantur, & sunt spiritualia, quia ex iubilatione spiritualis mentis procedunt. Cantãtur verò, ut recitatione lectionum ad supernæ patriæ concentum mentem nr̃am incitent subleuari, quod etiam insinuat. Gloria patri, quod in unoquoque rñsorio canitur. Cæterum responsorium ab uno incipitur, ut ab alijs concinatur, per quod fratris ad fratres exhortatio ad seruiendũ Deo intelligitur. Per uersum verò responsorij qui totus ab uno canitur, singularis ad Deoum deprecatio denotatur. Adhuc rñsorium cantando quasi per tubam uocem exaltamus, excitando fratres ad altiora, vsque adeò, ut ad laudem sanctæ Trinitatis perueniamus, dicentes. Gloria pr̃i & Filio &c. Quandoque ãt responsorium tres habet versus, prout in sexta par. sub
Ge. 19. prima dominica de Aduentu dicetur. Responsorium quoque post versum imperfectè recantatur, ad notandum, quòd si in monte, ideſt, in statu perfectionis saluari non possumus, saltem in Segor, ideſt, alia via saluemur, in statu videlicet imperfectionis. Adhuc semiplene, siue pro parte reperitur. Ad notandum, ea quæ viuentes facimus, imperfecta esse, & fit primò repetitio à remotiori, quo ad finem, & postea a minus remoto, & ultimo Gloria patrī, & Filio & dr̃, prout sub dicta dominica de Aduentu dicetur. In festiuis verò iterũ totum perfectè repetitur, ad notandum lætitiam & perfectionem Sanctorũ. ¶ † Orationes similiter in singulis horis dicuntur, 55
per quas promissio impetranda est. Oratio nanque petitio est. Nam orare, petere est, sicut exorare, est impetrare. Et secundum Greg. veraciter orare, est amaros in compunctione gemitus, & composita uerba sonare, oratio autem Dei misericordiam significat, quæ & pcedit & subsequitur hominem in bonis operibus, & ideò dicitur in principio missæ & fine. Est autẽ vltima oratio Domini, ad operarios benedictio. Quod orationes in fine dicuntur, ab actibus sumitur Apostolorum, qui quando diuungebantur, positis genibus suis orabant. Siquidem oraturus sacerdos, populum salutat, dicens Dominus vobiscum, & hoc ideò, ut illum animet ad orandum pro ipso, q. eius oratio sit accepta Deo, quodque Deus gratiam suam sibi donet. Oratione autẽ finita, iterum orat dicens, Dominus vobiscũ, de quo sub tit. de prima dicetur.
56 ¶ † Et nota. q. omne officium præter nocturnum, oratione & bñdictione concluditur, ad notandum q. dum in hoc seculo sumus, necesse habemus presbyterorum orationibus muniri. Et mos est quando cũ famulis Dei familiare habemus colloquium, cũ ab illis separamur, benedictionem ab eis poscimus. In nocturnis verò hoc non fit, qa ibi nõ fit separatio, sed matutinum, & matutinæ laudes de Deo coniunctim canuntur. ¶ † Porrò licet Deus sit 57
vbique tamen sacerdos in altari & in diuinis officijs debet ex institutione Vigilij Papæ versus orientem orare. Vnde in Ecclesijs ostium ab occidente hũtibus, missam celebrans, in salutatione ad populum se uertit, quia quos salutamus facie ad faciem præsentamus, prout in quarta part. sub ti. de salutatione dictum est, & deinde oraturus, se ad orientem conuertit. in Ecclesijs uerò ostia ab oriente habentibus, vt Romæ, nulla est in salutatione necessaria conuersio, sacerdos in illis celebrans semper ad populum stat conuersus. Templum quoque Salomonis, & tabernaculum Mosi, leguntur ab oriente ostia habuisse.

Exod.

Exod. 34. Versus orientem ergò oramus, primo memores, q. ille, qui est splendor lucis æternæ sedẽtes in tenebris illuminauit, quoniam uisitauit nos moriẽs ex alto, de quo legitur, Ecce uir oriẽs nomẽ eius.
Mar. 1. Cuius argumẽto, in libro Sapientiæ dicitur, Oportet ad ortũ lucis adorare, & non
Sap. 16. quod diuina maiestas localiter in oriente consistat, quæ potẽtialiter & essentialiter
Hier. 23 est ubique, iuxta illud, Cœlum & terram ego impleo, & Propheta. Si ascendero in
Psal. 38. cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, sed quia Deum timentibus oritur sol iustitiæ, qui illuminat omnem ho-
Ioan. 1. minem venientem in hunc mundum. Secundò ideo versus orientẽ oramus, ut animus noster se ad potiora conuertere ad moneatur. ¶ Tertio, quia qui Deũ laudare volunt, non debent ad illum uertere terga. Quartò, secundum Ioannẽ Damas. qui quatuor sequentes orationes scripsit in quarto libro Can. 5. c. vt patriam nostram nos requirere ostendamus. ¶ Quinto, vt Christum crucifixum, qui verus est oriẽs, & ad quem oramus, directè respiciamus. ¶ Sexto, vt venientem iudicem nos expectare mõstremus. Ait enim idem Damas. ibidem. Deus paradisum secundum orientem plantauit. vnde homines trangressum exulem fecit & ante paradisum ex occidente habitare fecit, antiquam igitur patriam derelinquentes, & ad ipsam aspicientes, Deum ad Oriẽtem adoramus. ¶ Septimo, quia Dominus crucifixus ad orientem respiciebat, ideo & nos oramus ad eum respicientes. sed & ipse in cœlum assumptus ad oriẽtem sursum ferebatur, & ita ipsum Apostoli adorauerunt, & ita veniet, quemadmodum viderunt eum euntem in cœlum, ipsum igitur expectantes, ad oriẽtem
Act. 1. adoramus. Daniel quoq; in Babylonica captiuitate, & Iudæi similiter versus templũ orabant. Aug. tamen. 2. distin. ecclesiasticarum. dicit, q. nulla scriptura nos docuit versus orientem orare. Adhuc stantes oramus sanctos prout iam præmissum est,
58 ubi de psalmis agitur. ¶ Orandum † autem est in Ecclesia, quæ ad hoc inuenta est, prout in prima parte sub ti. de ecclesiã dictum
Psal. 28 est. Vnde Psalmista. In Ecclesijs, benedicite Domino Deo de fõtibus Israel, & alibi,
Psal. 5. Adorate Dominum in aula sancta eius, & illud, Introibo Domine ad domum tuam, Psal. 94.
adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Item præceptum est, coram altari hoc adorabis. Item propheta, Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster, Deus, ideſt, creator. Dominus, ideſt, Redemptor, noster, ideſt, Saluator. Sed cum Deus sit ubique, ut præmissum est, quare potius in tẽplo, quàm alibi est, adorandus? Prætereà legitur Ioan. 4 c. quod cum mulier Samari- Ioan. 4.
tana solutionem quæstionis, quæ de loco adorationis inter Iudæos & Samaritanos sæpe vertebatur, à Christo quæsiuisset. Patres (inquit) nostri in mõte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Respondit illi Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis, supplendum est, tãtum adorabitis patrem, sed ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate, quasi dicat, non præfero locum in adorando, vbi cunq; adoretur Deus, dũtaxat in spiritu, i. pro spiritualibus, & ueritate, ideſt ęternis. Vnde Christus inquit, Tu cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuũ. Sed licet ubique sit Deus ado Matt. 5.
randus specialiter tamen in Ecclesia, alioquin frustra tanto studio, tãtoque impendio templum Domini fieret, nisi gratius in eo adorari acceptaret. Vnde Salomon in templo constructo, & dedicato orauit 4. Reg. 8
ad Dominum, ut quicunque illud ascenderet, pro peccatis suis, vel pro quacunque tribulatione, clamans ad Dominum, in his, quæ iustè postularet, exaudiretur, quam orationis formam sequitur Ecclesia in oratione quam dicit in Ecclesiæ dedicatione. Adsistunt. n. angeli, ibi adorantibus, vt deuotas eorum orationes Domino offerant, secundum illud, In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctũ Ps. 137.
tuum, ad confitendum nomini tuo Domine. Hinc angelus ad Thobiam, Ego obtuli orationem tuam Domino. Requiescunt ẽt ibi Sanctorum reliquiæ, quæ nobis de Tho. 50.
uotè Deum adorãtibus, suis precibus assequuntur, quod nos meritis nostris nõ ualemus. In plateis verò, & in publico, more Pharisæorũ orare à Domino prohibemur,

Tim.2. Quod vero Apostolus ad Tim. inquit Volo vos orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, ad internam pertinet orationē. In omni enim loco orat, q̄ per charitatis officia, & operū bona vbique manus cordis mundas ad Deum leuat. Cæterum, adorandus est pater, filius, & spiri-
59 tus † sanctus quoniā omnes & singuli sunt vnus solus & verus Deus, licet enim alia p̄sona sit pater, alia filius, & alia Spiritussanctus, tamen patris & filij & Spiritussancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Vna igitur, & æqualis totius indiuiduæ Trinitatis est, oratio, de qua sanè potest intelligi, quod ait Dominus:
Io. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate, nam qui Deum veraciter adorat, ipse quidem adorat patrem in spiritu, & veritate, ideſt in filio, qui de se dicit,
Io. 14. Ego sum uia, veritas, & vita. ego sum, inquit, in patre, & pater in me est, ideò pater adorandus est in filio, & filius in patre, & Spiritussanctus in vtroque. ¶ Est autem
60 Deus adorandus de † corde puro, conscien-
2. Ti. 2. tia bona, & fide non ficta. De corde puro
Psal. 48. non vt quidam faciunt, qui in prosperitate
Psal. 58 Deum glorificant, sed eum in aduersitate
Psal. 49. blasphemant, de q̄bus propheta. Confite-
Luc. 22. bunt tibi, dū benefeceris eis. si verò nō fue-
Es. 29. rint satiati, murmurabūt, De cōsciētia bona, non ut quidam faciunt, qui contra Deū grauissimè peccant & postea temerè illi sacrificāt, de quibus Propheta, Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentū meū per os tuū? 3. q. 8. quod testatur illud vtique testamentū de quo veritas ait, Hic est sanguis meus noui testamenti. De fide non ficta, nō vt quidam adorant, qui rectè dicunt, sed praue viuunt, quibus Dominus improperat, dicēs. Hic populus labijs me honorat, cor autē eorum longè est à me. Dicunt enim &
Mat. 15 non faciunt Adorandus est itaq; Deus corde, per deuotionem, ore per confessionem, & opere per venerationem. ¶ Sunt autem
61 duæ spēs † adorationis. scilicet * λατρεία quæ sol Deo debetur, & * δουλεία quæ in quibusdam creaturis adhibetur, vt dictum est in quarta parte sub quarta particula canonis, super verbo, Seruitutis. Rursus canonicæ horæ in ipsis horis diei dicendæ sunt. Nec obstat illud Psalmist. Benedicam Dominum in omni tempore nec illud Apostoli: Sine intermissione orate, quoniā benedicere Dominū in omni tempore est illum semper digna cōuersatione laudare. Sine intermissione orare, est omnia in Dei laude seu gloria agere sicut idem Aposto. air, siue manducatis, siue bibitis, siue aliqd aliud faciatis, in gloriam Dei facere. 26. q. vt non obseruetis. Cæterum orationem salutatio præcedit, & sequitur ad illam responsio, prout sub prima parte dicitur. ¶ Formaliter autem post orationem dicitur, Benedicamus Domino quod † sumptum 62
est de Apostolo, vel de psalmo, vel de Hymno trium puerorum, vbi dicitur. Benedicamus patrē & filium &c. Et dicitur quādoque à pueris qui sunt imperfectæ ætatis ad notandum omnia opera nostra imperfecta esse iuxta illud, Imperfectum meum viderūt oculi tui &c. de cons. dis. 4. tulerunt. & quod omnis laus nostra, puerili, & imper- *Psal. 38.*
fecta est, ad comparationem Dei quē laudamus, quicquid enim hic dici potest, minus à laude Dei est. Ac si dicat ecclesia, laudamus, sed laudando non sufficimus, quia supereminentia Dei eloquium nostrum, & intellectum superat, quia accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Vnde ab omnibus consequenter dicitur Deo gratias, quasi placet sicut piū est in Dei laude superari. Dicitur etiam à pueris ad notandum, quod solum pueri, ideſt puri à malitia, dignè laudant Deum, & gratias agunt. Dicitur etiam quādoque à maioribus ad significandum, quod in æterna beatitudine cū Domino pfecti erimus laudatores, quia in hac vita non possumus esse perfecti. ¶ Rursus post suffragia dicitur alia oratio, quæ misericordiam Dei significat, quæ p̄cedit & subsequitur hominem in bonis operibus. Dicit etiā iterum: Benedicamus, & Deo gratias, quia sicut *Mat. 28*
Dominus postquā iterum post resurrectionem suā salutauit discipulos suos, benedixit eis, & illi gratias referendo, illū adorauerunt, ita & presbyter, vel alius iterum dicta oratione, dicit. Benedicamus Domino & est subaudiendū, cuius membra sumus & in quo benedicimus, & etiam benedicit. †Chorus uero gratias agēs, dicit Deo gratias, quod sumptum est de Apostolo, per 63
quod significatur, quod vsque in finē vitæ nostræ

nostrę innocentiam debemus seruare: & Deo benedicere, ei pro beneficijs gratias exoluendo. vel Benedicamus Domino, cū Deo gratias, est laus finalis, & exultatio ineffabilis, quæ erit in gloria, cum gratiarum actione: uel Deo gratias, est de cōsummato cursu gratiarum actio. de hoc etiam dictum est in quarta parte sub ti. de oratione nouissima. Sed videtur, quòd potius debet responderi Amen, i. fiat, seu ita sit, scilicet q. Deus sit benedictus, sed respōdetur Deo gratias, vt notetur, quòd hoc ipsum, quòd Deo benedicimus, ab ipso Deo habe-
64 mus. ¶ Porrò, quia † quandiu uiuimus, in lubrico positi sumus, & à dæmonibus im-
Psal. 143. pugnamur, quare semper Sanctorū suffragijs indigemus: idcirco in plerisque Ecclesijs in singulis horis post Benedicamus, suffragia Sāctorum subijciuntur. Et nota, quòd quia totum tēpus a Natiuitate Domini usque ad festum purificationis est de infantia Saluatoris: ideo vt quidam dicunt non debent fieri tunc commemorationes, præsertim de cruce: Iuxta illud: Non coques hœdum in lacte matris suæ. nec etiā à dominica de passione vsque in sabbatum post pentecost. vbi dicetur. ¶ Hoc etiā sciendum est, qđ quia Petrus & Paulus in uita, & in morte non sunt separati, prout cantat Ecclesia, ideò nec in commemorationibus separantur, quæ simul fiunt & communiter de utroque. ¶ Vltimò notandum est,
65 quòd cantandi † vsus à veteri testamento sumpsit initium: sicut in Esdra legitur, de quo in parte secunda sub tit. de cantore, & ita in 4. parte sub ti. de allelhia dictum est & Eccl. cap. 47. Dedit illis contra inimicos potentiam, & stare fecit contra altare cantores, & in sono eorum dulces fecit modu-
Psal. 32 los, & Psalm. Cantate ei cāticum nouum, bene psallite ei in uociferatione. Celebratur itaque ei cantus, ut ostendatur hominem debere refundere gratias, & laudes Deo, dnm manibus cęterisq; membris satagunt agere opera, quibus valeant Deo placere. Vsum tamen cantandi quidam reprobant, prout dictum est in proœmio quartę partis. Ordinem cantilenæ in diurnis, siue in nocturnis horis creditur beat⁹ Greg. plenaria ordinatione distribuisse, cū multi & ante & post eum, orationes, antiphonas, & responsoria composuerint.

¶ Et † not. secundùm Hug. de sancto Victore, quòd tres sunt species sonorum, quę tres modulos faciunt. fit enim sonus pulsu, flatu, & voce, pulsus ptinet ad citharā, flatus ad tubam, & organum, uox uerò ad cantum. Hęc genera musicorum antiquus populus in laudem Dei exercebat, hæc autem consonantia sonorum assignari potest concordiæ morum, si ad pulsum citharę manuū operatio. ad flatum organi, mentis deuotio; ad cantum uocis, sermonis exhortatio referantur. Bernar. inquit. Quid prodest dulcedo uocis, sine dulcedine cordis? frangis uocem, frange & voluntatem, ferua consonantiam uocum, serua concordiam morum, ut per exemplum cōcordes proximo, per uoluntatem Deo, & per obedientiam magistro. De organo, dictum est in quarta parte sub ti. de sanctis. ¶ Rursus †hoc triplex genus musicorum ad triplicē 67
differentiā beneficii ecclesiastici refertur secundum Richard. Episcopum Cremon. in mitrali. Nam ipsum officium Ecclesiæ consistit in psalmis, in cantu, & lectionib⁹, Primum musicorum genus est, quod fit pulsu digitorum, ut in psalterio & simili- *Ps. 150.*
bus, & ad id pertinet psalmodia, Iuxta illud, Laudate eum in psalterio & cithara. Dicitur enim psalterium, à * τὸ ἅλλειν, græcè, quod est tāgere; siue pulsare latinè. Secundum est quod fit voce, scilicet humana & ad istud pertinēt lectiones, vnde Psalmista, Bene psallite ei in uociferatione. Et Apostolus lectionem, uocem uocauit, di- *Act. 13.*
cens. Ignorantes Iesum, & vocem prophetarum, quæ per sabbatum leguntur. Tertium est, quod fit flatu, sicut in tuba, & ad istud pertinet cantus, unde Psalmista, Laudate eum in sono tubæ. Sanè rationa- *Ps. 150.*
biles diuersorum sonorum concentus, & concordiam varietate compactam benè, & ordinatę ciuitatis unitatem significant. Suauis vero cantus fit ex diuersis, sed non ex aduersis uocibus. ¶ Rursus † cantus 68
in ecclesia, lætitiam cœli significat, voces verò graues, acutæ, & superacutæ, innuunt tribus modis prædicandum esse tribus Ecclesiæ ordinibus, propter tricesimum, sexagesimum, & centesimum fructum, vel iuxta tria volumina Salomonis, significat ordinem incipientium, proficientium, & perfectorum, de cho-

ro dictum est in prima parte sub titulo de
69 ecclesia ¶ Sanè † statutũ est in concilio Toleta. & Gerunden. de consec. dist. 2. institutio, & dist. 1. altaria. & 12. dist. c. fi. quòd tam missæ ordo, quàm psallendi & ministrandi consuetudo seruetur in omnibus ecclesijs, quæ si ecclesia metropolitana seruatur. Abbatibus quoque vel monachis curam animarum habentibus non licet publica officia aliter celebrare, quàm in ecclesia episcopali, quamuis Augustin. dicat duodecima dist. illa Quod neque cõtra fidem neque contra bonos mores esse conuincitur indifferenter habẽdum esse, & in ecclesiasticis sacramentis sit de iure cõsuetudo seruanda, de consecratione distinctione quarta, de cœna. extra de celebra. missa. ca. penul. 12. dist. catholica.

ADNOTATIO.

* Composita.) Hymnorum vsus fuit in nouo testamento, vt testatur beatus Augustinus, & patet Matthæi capitul. 36. ad Ephes. 5. Quod & Concilium Toletanum confirmauit, concil. quarto. cap. 12. Et Eusebius libr. 1 cap. 16. & 17. refert in singulis locis consecratam orationis Domum, quæ appellabatur Σεμνεῖον, vel μοναστήριον. N. D.

ADNOTATIO.

* Τάλλιν) Theodoritus scribit libr. 5. capi. 32. temporibus Constantij Imperatoris, Flauianum & Diodorum eo tempore aduersus Arrianos multum pro dogmatibus Christianis laborantes, primas psallentium choros in duas partes diuisisse, tãdem Dauidi eam melodiam cantare docuisse, idque in Antiochia primum fieri cœpisse, & dispersum ad terminos totius orbis peruenisse. Similiter & in singulis choris vni ex ipsis hoc datum fuit munus; ut quod cantẽdum erat, prior ordiretur, reliqui succinerent. Quæ consuetudo tempore Basilij magni fuit, ut patet ex eius epistola ad clericos ecclesiæ Nicæos, quod etiã hodie Ecclesia Christiana obseruat. N. D.

SVMMA.

1. *Officij celebrandi tempus quando incipit.*
2. *Officium nocturnum, media nocte celebrandum quinque de causis.*
3. *Ecclesiæ ministri in primitiua Ecclesia ter noctu interpellatim surgebant ad diuinum officium.*
4. *Hostes Ecclesiæ quatuor.*
5. *Noctis vigiliæ quatuor.*
6. *Officium nocturnum quare in quatuor partes est diuisum.*
7. *Nocturna quid.*
8. *Ecclesiam ingredientes cur ad altare nosmet inclinemus.*
9. *Officium nocturnum vnde auspicetur sacerdos.*
10. *Inuitatorium, quid significet. Et qua voce dicatur num. 11.*
12. *Inuitatorium cur aliquando integrè, aliquando imperfectè reperitur.*
13. *Hymnus cur sequatur inuitatorium.*
14. *Oratio dominica post versus in officio dicitur. Et quæ partes sequantur illam. Et quorsum nu. 15.*
16. *Nocturnos tres aliquando, aliquando vnum tantum dicimus. Et quo id fiat.*
17. *Excubiæ tres interpollatæ in primitiua ecclesia.*
18. *Officium dominicale in primo nocturno. Et quid primum nocturnum referat. numero 19.*
20. *Patrum veteris testamenti, adaptatio cum Psalmo primi nocturni Dominicæ, & nu. 21. 22.*
23. *Nocturnum secundum, dominicæ denotat tres ordines Mosaicæ legis. Et quid in tertio recolamus nu. 24.*
25. *Ordines tres sub lege euangelica.*
26. *Ficulnea euangelica & eius expositio.*
27. *Nocturna ferialia, & eorum formæ, & num. 28.*
29. *Nocturnum di æta.*
30. *Campanæ pulsantur, vbi cantatur Te Deum lauda. Et quid id ipsum. Et quinam hymnum illum composuerit. nu. 31.*
32. *Benedicti institutio circã diuinũ officiũ.*
33. *Monachi an & quando nouem lectiones dicant.*
34. *Monachi cur dominicam orationem dicat sub alta voce in diuino officio.*
35. *Monachi cur se toto corpore ab occidente ad orientem commouet.*
36. *Monachorum ordo, figuram Cherubin tenent velatarum sex alis.*
37. *Monachorum cuculla vnde sumpta.*

De Nocturnis. Cap. 3.

INCIPIT ecclesiastica † officia à vesperis incipiant. Iuxta illud. De vespera in uesperam celebrabitis sabbata uestra, extra de ferijs c. 2. quia tamen ordo cõueniens est, ut à tenebris procedamus in lucẽ, & non è conuerso, ideo à noctis officio inchoemus. Tempus autem nocturnum significat vitam nostram in peccatis. Nocturnũ officium nostri exilij seruitiũ, laus matutina pœnitentiæ suffragium per quam tendimus ad lucis gaudium, & libertatis. Vel tempus ante nocturnum, significat tempus ante legem mortis, in quo omnes silebant à laudibus Dei. Tempus nocturnum, significat tẽpus legis datæ Mosi. Tempus laudis matutinæ significat tẽpus gratiæ à resurrectione, usque ad finem mũdi, in quo tempore Deũ laudare tenemur de bonis naturæ, quæ in illa hora nobis cõtulit creando, de bonis gratiæ, quæ in illa bonis contulit, resurgendo, & de bonis gloriæ quæ in ea nobis dabit resuscitando.

2 ¶ Sanè nocturnale † officium media nocGen. 35. te canitur, propter quinque rationes. Primo; quia primogenita Aegypti de nocte interfecta sunt, & primogenita Israelis saluata. Exod. 12. ut igitur Dominus seruet nobis primogenita nostra, ideſt, hæreditatem regni cœlestis, quam nobis primogenitus Dei filius acquisiuit, ideo ei canimus officium nocturnale, ne simus, sicut Esau, qui pro edulio lenticulæ ruffæ perdidit primogenita sua 8. q. 1. quàm periculosum. Secundo, quia Dei filius fuit media nocte natus, iuxta illud Sapientiæ. cap. 19. dum medium silentium tenerent omnia, & nox &c. usque à regalibus sedibus uenit Iesus si. tu. ut ergo ipsius Natiuitati gratisimus, eum de nocte laudamus, & gratias
Mat. 25 de ipsius natiuitate agimus. Tertio: quia
Luc. 22. Christus in nocte hac hora captus, & illusus est à Iudæis, ea etiam hora spoliauit in fernum, largè noctem accipiendo, scilicet ante lucem, mane vero surrexit, media etiã nocte, ad iudicium venturus asseritur. Vnde statutum fuit, ut in die vigiliarum paschæ ante noctis medium, dimittere non liceat populos expectantes Christi aduentum, ut dicetur in 6. parte sub Sabbato sancto. Ideo hac hora Deũ laudamus gratias agẽte de ipsius captione, & patrum liberatione, eius etiam aduẽtum solicitè expectantes. Quartò, ut noctes delictorum nostrorum illuminarentur. Vnde Paulus & Sylas in vinculis existentes, media nocte orantes, hymnum cunctis audientibus di-
Actu. 16 xisse memorantur, ubi terræ motu facto repente ianua spõte patefacta est, & eorum uincula illico sunt soluta. ¶ Quintò propter carnis illecebra, psallendo & orando hebdomadas, quia sicut dicitur Eccle. 18. Vigilia honestatis domat carnes. ¶ Sciendum † autem est, quod in primitiua eccle 3 sia ministri ecclesiæ ter de nocte interpolatim surgebant ad diuinum officium celebrandum, tria in hoc tempora designantes videlicet tempus ante legem, tẽpus sub lege, & tempus gratiæ. Surgebant enim primò circa primum somnum, quando vulgus solet ire domitum, secundò circa mediã noctem, tertiò paululum ante diem, sic ordinantes officio nocturnum, ut finitæ lectiones, cum suis responsorijs perfectè essent, priusquam lucesceret, apparente verò aurora pulsatis campanis cantabant.
Luc. 20 Te Deum laudamus, & matutinas laudes. Ad primum nocturnum pontifex & ministri ecclesiæ surgebant. Quæ sine inuitatorio cantabatur, pro eo: quia nullus ad hanc inuitabatur. Et uocabatur vigilia; quia habuit initium à pastoribus vigilias noctis super greges suos seruãtibus, in præcipuis tamen solennitatibus populus tota nocte in dei laudibus perstitebat, sed illud sublatum est, & ieiunium loco illius uigiliæ ordinatum. prout dicetur in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ, de aduentu. Ad secundum nocturnum surgebant ministri simul, & coniugati, tam mulieres, quàm uiri quæ cũ inuitatorio dicebatur, ad significandũ angelos inuitãtes pastores ad uidendum regem natum, Ad tertium surgebant omnes communiter, sed postea algescente charitate cum omnes tam ministri eccle-

Universidad de Deusto Biblioteca

się, quàm populis surgere ad nocturnum officium pigritarent, statutum est ut omnes media nocte surgerent, iuxta illud prophetæ. Media nocte surgebam &c. Et totum noctis officium continuè cantaretur, & plures adhuc illa hora surgunt. Quia vero quidam nocturnis delicijs plus, q̄ Dei seruitijs uacantes, institutionem huiusmodi non seruabant, consequenter statutum est, ut saltem tempore ultimi nocturni omnes surgant. ¶ † Potest etiam dici, q. quatuor sunt Ecclesiæ hostes, superiores, i. dæmones malignantes, inferiores, i. homines aduersantes; interiores, i. concupiscentiæ carnales, & exteriores, idest illecebræ seculares. ¶ De primis inquit Apostolus Ephes. 6. Non est uobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. ¶ De secundis Psalmista. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem sibi. ¶ De tertijs Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus etiam aduersus carnem. ¶ De quartis Ioan. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ sunt in mundo; quia quicquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia uitæ. Aduersus hos quatuor hostes rectores ecclesiæ debent † quatuor noctis uigilias solicitè custodire, nam pastores custodiebant uigilias noctis supra gregem suum, uidelicet, conticinium, gallicinium, intempestum. & antelucinium, in quibus obsessæ ciuitatis custodes uigilant alternatim. Primam ergo uigiliam custodire debent contra fallacias primorum hostium, secundam contra uersutiam secundorum, tertiam contra tertias, quartam contra quartas. Et ideò nocturnum officium in quatuor † est partes distinctum, scilicet in tres nocturnos, & matutinales laudes; quod per quatuor noctis uigilas contra dictas quatuor hostium persecutiones, antiquitus Ecclesia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis consuetudinis & deuotionis antiquorum, in tempore æstiuali celebrat ecclesia nocturnum officium in tempore primæ nocturnæ, licet quandoque tempestiuius (quod quidam uigilias sub antiquo nomine uocant) & specialiter in festiuitatibus beatorum Ioannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & assumptionis beatæ Mariæ, quæ sunt præcipuè illius temporis solennitates, & hoc facere incipiunt in ipso festo beati Ioannis hie in crepusculo, pro eo, quòd ipse fuit finis ueteris testamenti, & initium noui. Romani etiam adhuc in præcipuis festiuitatibus totius anni, in sero dicunt tres psalmos, & tres lectiones, quos vigilias uocant, & in nocturnis idem repetunt, & totum officium matutinum perficiunt. Rursus in memoriam dictæ deuotionis antiquorum ter in nocte surgentium, tres nocturnos dicimus, qui & inde nomen & originem habuerunt. Et † nota, quòd nocturna, næ, ponitur pro hora, sed nocturni nocturnorum pro officio, uel nocturna, nocturnæ, est collectio psalmorum, qui dicuntur ante lectiones in dominica, uel in profestis diebus. Nocturnæ in plurali, dicuntur tempora, in quibus psalmi cantantur. Nocturni, nocturnorum, dicuntur nouem psalmi, & nouem lectiones cum responsorijs in solennitatibus. Sane per nocturnas excubias diaboli uitamus insidias, & ideò nocte surgentes, currimus campanis auditis, ad ecclesiam, ueluti exercitus ad militiam audito clangore tubarum, Aulam igitur regiam, idest ecclesiā † ingredientes ad altare inclinamus, qui quasi regem milites adoramus: æterni enim regis milites sumus. Inclinantes autem, trinam facimus orationem, dicentes ter, Pater noster &c. sermonem ad patrem, & filium, & ad Spiritum sanctum dirigentes, cum ad patrem loquimur, ad medium altaris intentione cordis, & statu corporis nos præsentamus, propter patris potentiam, & nostram perseuerantiam: cum ad filium loquimur, ad sinistram altaris partem nos conuertimus, propter ipsius exinanitionem, & nostri lapsus offensionem: cum ad Spiritum sanctum, ad altaris dextram transimus, propter ipsius benignitatem, & nostram gratiæ consecutionem. Quidam tamen adhuc habent speciales orationes, deinde quidam psalmos graduales incipiunt, de quibus dictum est in procœmio huius partis. Sacerdos † itaque nocturnum inchoans officium, à Domino qui est, α & ω, idest, principium & finis, & bonorum largitor omnium incipit, & quoniam

Psal.118 4 5 *Luc. 2.* 6 *Gal.6.* *1.Ioā.2.* 7 8 9

quoniam scriptū est Io. 15. Sine me nihil potestis facere, etiam os apriri petit. ante omnia, fiducialiter ab eo, qui dicit. Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, vt ei os aperiat ad digne ipsum laudandum dicens. Domine labia meā aperies, & os meū annuncia. &c. quia non est speciosa laus Dei in ore peccatoris, nisi ipse in laudem Dei sui ipsius os aperire dignetur. Iuxta prophetam. 3. q. 8. §. quod testatur: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum; Finit etiam hoc officium in ipso Deo; dum dicitur: Deo gratias, ut initium & finis circulariter referantur ad eum qui est α, & ω, quod dicitur, Aperies, ponitur tempus pro tempore, idest aperi. Rursus petit sua labie aperiri, quoniam pridem in completorio nos Deo commendauimus. & os & pectus signo crucis munientes, conclusimus, quare meritò nunc eum precamur, ut labia clausa aperiat ad laudandum. Chorus verò ad notandum harmoniam, non mutata persona respondens, dicit. Et os meum annunciabit laudem tuam, est enim verè harmonia, vt sit credentium cor vnum, & anima una. Actu. 4. & in tali vnitate Deus laudatur, quia verò diabolus Dei laudem abhorret, propter quod Deum laudare uolentem, satagit impedire, nam contemptus Pharao, idest, diabolus, surgit in scandala: ideò Ecclesia, ne succumbat, statim impetrata loquendi licentia, orat, dicens alta voce, Deus in adiutorium meum intende. Chorus aut respondet, dicens. Domine ad adiuuandum me festina &c. ¶ † Sanè præmissis duobus habitis, uidelicet gratia per quam os aperitur, & diabolo per auxilium Dei repulso, nihil aliud restat, nisi laudare. unde statim Ecclesia laudans subijcit. Gloria patri &c. de quo in procœmio dictum est. Verum, quia non sufficit Deum laudare, nisi etiam ad laudandum alios inuitemus, ut qui audit, dicat. Veni. Apoca. ultimo, extra de sacr. unc. c. unico. &c. cortina cortinam trahat, Exod. 20. ideò sequitur inuitatorium & inuitatorius Psalm. Venite exultemus, ubi multiplex causa redditur, quare Deo exultare & iubilare debemus, dum ibi dicitur. Quoniam Deus magnus &c. & ultimo assignatur causa, ne ingrati simus, sicut iudæi, qui propter suam ingratitudinem & malitiam terram promissionis non intrauerūt. unde dicitur ibi. Si introibunt in requiem meam q.d. non, Inuitatorium † autem alta uoce dicitur, quasi mater Ecclesia per illud, inuitet homines ad confitendum Domino. Iuxta illud, Venite filij. audite me, quod notat secundus uersus. Præoccupemus &c. Hinc est, quod in quibusdam Ecclesijs iacentes ad orationem ante matutinum ante singula altaria statim cum audiunt cantari. Venite exultemus, chorum intrant. Incipiens enim inuitatorium est quasi præco, tanquam tuba exaltans uocem suam. Præmittitur quoque inuitatorio uox humilis, sed cum uenit ad psalmum, inuitatorium exaltatur, quia Ecclesia primò secreto, quasi ostio clauso, laudat Deum propter se, sed postea manifestè propter alios, ut ardor accendat proximos. Hinc ergo est, quòd in præcipuis festiuitatibus inuitatorum quasi uoce ualde demissa inchoatur. Sed cum uenitur ad uersum. Hodie si uocem eius audi. nolite &c. exaltatur, ne quis corde fortè obduratus de uoce non audita causetur, Vnde Esaiæ. Quasi tuba exalta uocem tuam. rursus uoce demissa inchoatur, ad notandum, quod in primitiua Ecclesia populus clā ad fidē & ad Christum colendū inuitabatur, sed postea uox exaltatur. ut ostēdatur, q̄ hodie liberè inuitatur, prædicatur & adoratur. ¶ † Itē inuitatorium ipsum ad aliquos uersus illius psalmi, Venite, repetitur integrè, & ad alios imperfectè, quia licet oēs p ipsum inuitatoriū ad laudes, & gloriā Dei inuitentur, aliqui tamen perfectè, & aliqui imperfectè hanc inuitationem recipiunt. Dicitur autē sexies integre, quia illi integre inuitationem recipiunt, qui perfectè laudes Deo referunt, perfectè autē laudes Deo referunt, qui nil q̄ non sit laudis, interponunt. Quia ergo senatius est primus numerus perfectus, quod patet, quia constat ex suis partibus aliquotis scilicet uno, duobus, & tribus, ideò sexies integrè repetitur. Tertiò verò imperfectè repetitur propter illa tria hominum genera, qui ad cœnam inuitati inuitationem non receperunt, scilicet auari, superbi, & luxuriosi, ut dicetur in sexta parte, sub secunda dominica post Pent. uel propter nostram in

Ezec.2. *Psal.50.* *Psal.49* *Apo.1.* *Psal.94.* 10 11 12 *Psal.38.* *Esa.58.*

in tribus, scilicet in corde, in ore, & in opere imperfectionem. Cæterum epiphaniæ officium inuitatorio caret, prout ibi in sexta parte dicetur, & etiam mortuorum officiũ nisi funere præsente: quia in illo officio Christi exequias imitamur, nõ enim in parasceue dicitur. Adhuc, quia non sufficit Deum ore laudare, nisi & mente laudetur, ideo post inuitatorium subijcitur hymnus
13 laus Dei. ¶ Item quia post inuitationem consequenter multi Deum cũ lętitia laudant. Iuxta illud, Audiuit; & lætata est Siõ, ideò post inuitatorium cantatur communiter hymnus. Tertiò dicitur hymnus in signum, quia sicut in actibus apostolorum gentes gauisæ sunt, quia ad fidem uocatę sunt, porrò, quia iterum non sufficit laus oris & cordis, nisi & opus sequatur, quia fides sine operibus non prodest, imò mor-
Iohc. 20 tua est, ideo post hymnum sequuntur psalmi, qui bonam operationem designant. Dicuntur etiam antiphonæ, quæ significant charitatem, sine qua opus non perficitur, &
14 uersiculi de quibus in proœmio dictum est. † Post versus ante lectiones, per quas doctrinam habemus, dicitur oratio dominica.

¶ Primò adnotandum, quòd qui eget sapiẽtia, & intellectu doctrinæ, postulet illam à Deo, qui secundum beatum Iacobum dat,
Iacob. 1. affluenter omnibus, & non improperat.

¶ Secundo ut ipsius orationis auxilio proficiat in nobis versus intentio. ¶ Tertiò ut per illam diaboli tentationes pellantur. Ille enim sentiens nos velle lectiones legere, in quibus sanctorum victoriæ contra ipsum habitæ leguntur, satagit nos acrius impugnare, unde nos illa oratione munimur. Dicitur autem secretè, per quod secretum regis cõsilium intelligitur, ut propositæ similitudinis prosequamur exemplum, & ut diligentius capiatur, uel quia in eo loquimur Deo. Vltima tamen pars patenter concluditur, ut pateat ad quid oratio ipsa dicatur, scilicet, ne lector per phantasiam tentationum offeratur, & auditor lectionis intellectu, & profectu fraudetur, de hoc
15 sub ti. de prima dicetur. † Per preces verò quæ dominicam orationem ante lectiones sequuntur, imploratur sanctorum intercessio, ad obtinẽdum quod in ipsa oratione postulatur. Dramus enim Dominũ
Luc. 10. ut mittat operarios in messem suam, & aperiat cor nostrum in lege sua, & in præceptis suis, ne semen, uerbum Dei, quod auditurí summus, aut uolucres comedant, aut spinæ suffocent, aut in petra, quæ non habet humorem, arescat, consequenter lectiones, quæ sunt doctrina, subijciuntur, & post lectiones responsoria, quæ bona opera significant, de quibus in proœmio dictum est: illud autem cõsiderandum est, †quod in diebus festiuis, & dominicis tres 16
dicimus nocturnos, in ferijs, unum, siquidem in trium nocturnorum officijs tria tempora repræsentamus, scilicet tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ, quorũ quodlibet tribus distinctionibus uariatur. Tempus ante legem has distinctiones habuit, prima fuit ab Adam usque ad Noe, secunda a Noè usque ad Abraham, tertia ab Abrahã usque ad Mosen. Ips sub lege has distinctiones habuit. Prima a Mose usque ad Dauid, secunda a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, tertia a transmigratione Babylonis usque ad Christum. Tempus uero gratiæ has distinctiones habuit, prima distinctio fuit Apostolicæ & euangelicæ prædicationis. Secunda tempus impugnationis per hæreses emergentes. Tertia tempus pacis, quando uidelicet hæreses eliminatæ sunt. Recte autem tres nocturni, patres seu fideles utriusque temporis significant, qui vigilantes per Dei laudem ad æternam peruenient laudem, unde Apostolus ad Corinth. 1. Omnes stabimus ante tribunal iudicis, & nos, qui viuimus, & qui resi-
dui sumus, non præueniemus eos qui dormierunt. Quia ergo illi, bonis insistentes operibus, bene uigilauerũt meritò & nos, ut eorum meritis Trinitati placere, & nouẽ ordinibus angelorũ sociari possimus, in nocturnali officio sub antiphonarum, psalmorũ, uersum, lectionum, responsoriorum nouenario, Deo laudes canimus, antiphonæ ad dilectionem, psalmi ad actionem, uersus ad exercitationem, lectiones ad *Ro. 14.*
Dei cognitionem, responsoria ad gaudiũ, *2. Cor. 6*
& cantum pertinent angelorum. Nouena- *1. Th. 4.*
rij, uero antiphonarum, psalmorum, lectionum, & responsoriorum pro eodem accipiuntur, quantum ad nostram significationem. De hoc etiam dicitur in 6 parte sub festo natalis, & sub feria quinta cœnæ Domini,

mini, & sub ti. de septẽ diebus post pascha. In quibusdam tamen Ecclesijs quando dicitur, Te Deum laudamus, nonum responsorium non dicitur. Præmissis itaque triũ temporum nouem diuersitates, seu distinctiones inueniemus in nocturnis solennitatum sanctorum & dominicarum, in solennitatibus enim sanctorum tres nocturnos celebrantes, imitamur excubias cœlestis Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, & conseruatur per angelorum excubias, qui ter trinas distinguunt, idest, ter tria Trinitati concinunt, sic & nos, qui in illã credimus, tres nocturnos celebramus. Imita-
17 mur † etiam in hoc primitiuæ Ecclesiæ tres interpolatas excubias, quæ ter in nocte surgebat ad confitendum Domino, ut præmissum est. Siquidem canimus nouem lectiones, nouem psalmos, nouem antiphonas, & nouem responsoria, uidelicet in utroque nocturno tres, siue tria, ad notandum omnes electos, qui fuerunt ante legem, sub lege, & sub gratia, associatos esse in cognitione sanctæ Trinitatis nouem ordinibus angelorum, & in cœlis ipsi Trinitati congaudere, & usque in finẽ sociabuntur. Sicut autem angeli priores electi fuerunt, ita & psalmi lectiones præcedunt. In dominicis quoque diebus, in quibus aliud festum non occurrit, tres nocturnos cele-
18 bramus. ¶† Et dicuntur in primo nocturno duodecim psalmi, & tres antiphonæ, quarum quælibet respondet quatuor psalmis & impleriſque locis, unũ Gloria patri, quatuor psalmis respondet. Sanè dominicã diem Dominus sua resurrectione glorificauit, & in ea angelorum consortia promeruimus. Vnde dominica uox dominicam resurrectionem nobis ad memoriam reduceet, & etiam resurrectionem omnium fidelium, qui ab initio mundi fuerunt, & usque ad finem seculi futuri sunt, quia in resurre
19 ctione Domini omnium electorum resurrectio significata est. ¶† Primum nocturnum recolit tempus ante legem, scilicet tẽpus legis naturalis. Duodecimus psalmus illius recolit resurrectionem omnium sanctorum illius temporis, præsertim duodecim patriarcharum, qui tũc maxime uigerunt, & uigilauerunt, à quibus populus Domini in duodecim tribus fuit propagatus, qui fuit Domino populus peculiaris, sicut in tẽpore gratiæ duodecim Apostoli præ cæteris præfulserũt. Quaternarius psalmorum numerus, quatuor principales seu cardinales uirtutes prætendunt, uidelicet prudentiam, iustitiam fortitudinem, & temperantiam, quas uirtutes credimus sanctos patriarchas suo tempore præ cæteris habuisse, & alijs exemplo demonstrasse. Tres antiphonæ fidem sanctæ Trinitatis, siue delectationem in ea ostendunt. Quarũ quę libet respondet quatuor psalmis, nam quilibet tenens fidem Sanctæ Trinitatis, quatuor præmissis uirtutibus est quadratus. Ciuitas enim in quadroposita est, sicut habetur Apoca. c. penul. Idem autẽ quatuor psalmi sub uno Gloria, dicuntur, nec separantur, quia quatuor præmissæ uirtutes inseparabiles sunt, sed qui habet unam, habet omnes, sicut probat Augustinus. Item in eo, quod sub uno Gloria, patri, siue glorificatione Trinitatis quatuor psalmi copulantur, ostenditur dictos patriarchas in una fide Trinitatis dictas quatuor uirtutes habuisse, & cæteris exempla monstrasse. Verum quidam omnes psalmos primi nocturni sub una antiphona cantãt, ad notandum delectationem, quam habent in cognitione Trinitatis. Quidam etiã ad quemlibet psalmum dicunt Gloria patri, sed per antiphonas eos distinguunt, quia qũlibet tenetur ex suo domno reddere laudes Trinitati ex hac delectatione, quã habet in cognitione Trinitatis. ¶† Et at- 20
tende, quia in prima distinctione temporis ante legẽ uigilauerũt Abel, Enos, Enocus, & Lamech, quòd in primis quatuor psalmis inuitur. Beatus uir, cantat Abel, qui tãquàm lignum plantatum secus decursus aquarum dedit in tempore suo fructũ iustitiæ, dum pro iustitia conseruanda succubuit. Quare fremuerunt cantat Enos, quia Domino in timore seruiuit, dum nomen domini inuocauit. Domine, quid multiplicati sunt cantat Enoc, quem dominus suscepit, dum eum ad paradisum transtulit. Domine, ne in furore. cantat Lamech, quem dominus exaudiuit, dum ei talem filium dedit, qui genus humanum à furore Dei in arca saluauit. Quia igit quatuor duntaxat psalmi dicuntur, ideo duo psalmi de matutinali officio subtrahuntur, uidelicet. Cum inuocarem &c. Verba mea

& ideo,

& ideo illi potius, quam alij: quia primus semper in completorio, & secundus in se-
21 cunda feria ad laudes dicitur. In secũda † vero distinctione primi temporis vigilauerũt Noe, Sen, Heber, & Thare Domine Deus meus cantat Noe, quem dominus in illa generatione iustum inuenit, & ideò aquis persequentibus saluum fecit, Domine Dominus noster, cantat Sen, quem Dominus gloria & honore coronauit, dum eũ super fratres patris benedictione sublimauit.
Confitebor tibi, cantat Heber, qui mirabilia Dei narrauit, cum ciuitatem gygantium dissipauit. In domino confido, cantat Thare, qui in vrbe Caldæorum positus, in domino confidit, cuius pars calicis ignis sul
22 phur extitit. In † tertia distinctione primi temporis vigilauerunt Abraham, Isaac, Iacob, & Ioseph, quod sequentes psalmi declarant. Saluum me fac. cantat Abraham, quam Deus saluum fecit, in cuius tempore sanctus defecit, quia idolatriæ seruiuit. Vsque quo cantat Isaac, quem dominus in sacrificio respexit. Dixit insipiẽs. cãtat Iacob cui spes dominus fuit, vnde ibi dicitur.
Exultauit Iacob, & lętabitur Israel. Domine quis habitabit. cantat Ioseph. qui fuit sine macula dum adulterium recusabit. Secundum verò nocturnum dominicale, siue tres psalmi, qui nunc dicuntur cum tribus antiphonis, & tribus glorificationibus recolunt resurrectionem eorum
23 qui sub lege Mosaica fuerunt. ¶ † Et licet tunc multi sancti fuerint, tamen tres ordines fuerunt, scilicet legislator, cum suis imitatoribus, & psalmista cum suis, & prophetæ. ¶ Fuerunt nanque aliqui aliqua doctrina legis contenti. Fuerũt etiam aliqui qui cum Dauid, vel ad modum ipsius domino psalmos decantauerunt ante arcam eius. Fuerunt & prophetæ quibus datum fuit corrigere populum doctrina, & sapientia sibi à Deo data; & prædicere eis futura. Propter hos ordines tres psalmos dicimus, & quia isti seruierunt Trinitati cũ dilectione spirituali, ideo ad singulos dicimus. Gloria patri cum antiphona. Qui autem omnes psalmos primi nocturni dicunt sub vna antiphona, & omnes secundi nocturni sub tribus, hoc attendunt, quia & si illis qui fuerunt tempore legis naturæ, reuelata fuerit aliquantulum veritas, illis tamen qui fuerunt sub lege Mosi magis, & inde eis maior est exultatio, quod notat antiphonarum triplicatio. Præterea, illis qui fuerunt sub lege naturæ, promissa fuit hæreditas, sed his, qui fuerunt sub lege Mosi, collata. ¶ Et nota, q̃ in prima distinct. temporis legis vigilauerunt Sacerdotes, vt Aaron. cum docuit, quos exprimi Psalmista: Conserua, me quorum Dominus pars fuit hæreditatis & calicis. In secũda Iudices, ut Gedeon, dum iudicauit, quos exprimit Psalmista: Exaudi domine iustitiam meam. quorum iudicium prodijt de vultu omnipotentis. In tertia Reges, vt Salomõ, dũ populũ texit, quos insinuat Psalmista. Diligam te quos Dominus constituit super gentes. ¶ † In tertio verò nocturno 24
tres psalmos dicimus, recolentes resurrectionem omnium illorum, qui tempore gratiæ, siue in nouo testamento, in tribus mundi partibus, scilicet Asia, Africa, & Europa viguerunt, & vigebunt. Et quia tempore gratiæ maximè facta est reuelatio & impletio veritatis, ideo psalmi illi cantantur, sæpius cum antiphonis habentibus alleluia, ad magis gaudium designandum, prout plenius in sexta par. sub Natali dicetur. Hinc etiam est, quod in quibusdã ecclesijs semper in omni tertio nocturno siue dominicali, siue festiuali, lectiones ex nouo testamento subijciuntur, scilicet expositiones euangeliorum. & dicitur. Te Deum laudamus. Et attende † quoniam in 25
prima distinctione tẽporis gratię uigilauerunt Apostoli, qui exprimuntur in psalm. Cœli enarrant, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. In secunda Martyres, quos declarat psalmista, Exaudiat te, quia dominus protexit eos in die tribulationis eorum. In tertia, Confessores, quos innuit psalmista. Domine in virtute, qui nõ sunt fraudati voluntate labiorum suorum. Illud ergo interest inter duodecim psalmos primi nocturni, qui sine antiphonis dicũtur, quia non quilibet eorum habet antiphonam, & tres psalmos aliorum nocturnorum, qui cum antiphonis dicuntur, quod interest, inter duodecim Patriarchas, qui peregrini erant, & sperabant hæreditatem, quam posteri eorum possederunt, & eorũ posteros; qui terram patribus eorum promissam hęreditauerũt. Inter illos quoque

tres,

tres psalmos tertij nocturni, qui dicuntur cum antiphonis, habentibus alleluia, & illos secundi nocturni, qui dicuntur cum antiphonis, sine alleluia, illud interest, quod interest inter illos, qui habuerũt testamentum imitandum, & eos, qui habent non imitandum, maior namq; est gloriatio noui quàm ueteris test. & de perceptis
26 quàm de promissis. Præmissi igitur † tres nocturni sunt illi tres anni siculnęę, quam Dominus inutilem inuenit, dicens de illa, Dimitte me, ut succidam, & responsum est ei, adhuc dimitte eam hoc anno, ut circũfodiam eam, & mittan stercora. Cantamus enim in primo nocturno, ut recolentes facta patrum, qui sub lege naturæ fuerunt, non inutiles inueniamus. Cantamus etiam in secundo & tertio, ut recolentes facta patrum qui sub lege Mosaica, & qui etiam ante nos fuerunt sub lege gratiæ, non inutiles inueniamur, & si inutiles fimus. oportet, quod pater noster fodiat circa nos, dicens, reducendo nobis ad memoriã mortem illorum, quos uidimus paulo ante florere. Fili uide, quàm fortis fuit ille, quàm nobilis, quàm diues, quàm potens, & ecce ad momentum transiuit, oportet etiam ut stercora ponat, peccata uidel cet ante oculos nostros ponendo, & si hoc non habet effectũ, dicat, in proximo est, q̃ Dominus ad radicam arboris securim ponet, & si te inutilem inueniet, in ignẽ ęternũ, ubi per
27 petuo combureris, procijciet. ¶ † Dicto de nocturnis festiuitatum, & dominicarum, nunc de nocturnis ferialibus, siue non solemniũ dierum pauca dicamus. Et quidem in illis dicimus duodecim psalmos, ut nos Deo debere seruire in duodecim noctis horis ostendamus, cuilibet horę unum psalmũ attribuentes, cũ non possumus iugiter Deo seruire, prout in prœmio dictum est. Olim quidem varij psalmi canebantur, nã alij quinquaginta, alij plures, alij pauciores dicebant, sed angelo reuelante patres conuenerunt, ut duodecim dicerẽtur, qui psalmi bini, & bini dicuntur, ad notandum, q̃ sine charitate, q̃ ad minus inter duos consistit, laudes nostrę uel opera nostra nihil prosunt. In quibusdam tamen ecclesijs in diebus festis inter duos psalmos Gloria patri &c. interponitur, ad notandum, q̃ Christus est Dei & hominum mediator. In alijs uero ecclesijs duo psalmi sub una Gloria terminantur, ad notandum q̃ laudes nostræ tũc Deo acceptæ sunt siin charitate maneam⁹, & sic inter duos psalmos. nihil interponunt, q̃a inter Deum & proximum, in quorum dilectione charitas proprie consistit, medium non habetur, & secundum hoc in duodecim psalmis sexies tantum Gloria patri dicitur, sicut sex sunt mundi ętates. Præterea, sicut hominum a natiuitate usquæ ad finem uitæ, sex ętates naturaliter accidunt, ita in quotidiano nocturno sexies dicitur, Gloria patri ut recolamus, quia usque ad finem in dilectione perseuerare debemus, propter eãdem causam, tunc sex antiphonæ dicuntur, q̃ quid significent, in prœmio dictum est, uel propter sex opera misericordiæ, quæ si obseruauerimus, de tenebris huius noctis uel mortis ad ueram lucem, & vitã peruenie-
28 mus æternam. Tres † quoq; lectiones, quę tunc dicuntur doctrinã electorum trium temporum significant, & cum ipsis interpolatè tria responsoria dicuntur, ad notandum, quod quicquid electi in tribus temporibus docuerunt. & quicquid in tribus ætatibus agimus, ad Domini Trinitatẽ referimus, & Trinitatem in fide, spe, & charitate glorificamus. Responsoria enim a respondendo dicuntur. Ad hæc tres lectiones dicunt. q̃a Dominus posuit tres uigilias, dicens. Si in prima, si in secũda si in tertia vigilia uenerit & ita inuenerit, beati sũt illi Quę tres uigiliæ, tres ętates designãt, scilicet pueritiam, iuuentutem & senectutẽ, in q̃bus bene uigilando, Deum laudare debemus. Et nota, q̃ † psalmodia trium 29
nocturnorum tã dominicalium, quàm ferialium dicta uocatur. Vnde Exod. 3. cap. Viam trium dierum ibimus in solitudine Sane Gregor. Septimus cõstituit, ut in die resurrectionis usq; in sabbatum in albis, & die Pente. usq; ab sabbatũ eiusdem tres psalmi tantum ad nocturnos, tresq; lectiones dicantur. Omnibus uero alijs diebus per totum annum, si festiuitas est, nouem lectiones legantur. Alijs uero diebus scilicet in festis duodecim psalmi, & tres lectiones. In dñicis uero diebus exceptis dominicis paschę, & penthecostes, decẽ & octo psalmi, & nouẽ lectiones dicantur. Illi autẽ qui singulis diebus prẽter hebdomadas

paschæ

paschæ & pentecostes tres tantum psal-
mos,& tres lectiones dicunt,non ex regu-
la sanctorum patrum, sed ex fastidio hoc
30 facere cõprobantur. Nocturnis finitis ſcam
panæ pulsantur, & Te Deum lauda alta
uoce cãtatur, ad notandum quod manife-
stè & mirificè ecclesia tempore gratiæ, lau
dat Deum, & ad signandum q̃ si bonis
operibus doctrinę sanctæ bene respondè-
rimus, ad cœlestem laudem cum angelis
peruenicmus. Cantus quoq; tunc alta uo-
ce factus, gaudium mulieris de drachma
perdita inuenta significat. Quod uerò fi-
nis eiusdem cantici ibi. Per singulos dies
&c. & alij uersus sequentes alius canunt,
signficat congratulationem uicinarum,
quã mulieri propter drachmam repertam
fecerũt. Compulsatio uero cãpanarum, cõ-
uocationem uicinarum repræsentat. In
quibusdam etiam ecclesijs luminaria ac-
cenduntur, nam & mulier ipsa lucerna ac
censa totam domum euertit. Hoc etiã si-
gnificat, quod ecclesia Catholica p Chri-
stum trahit de inferno. Vel ipse hymnus
futurũ gaudium & lætitiam representat,
quam ecclesia requiescens à laboribus
31 suis est in die iudicij consecutura. ¶ † Et
est sciendum, q̃ cum Beatus Ambr. Bea-
tum Augu. de Manicheis conuersum bap-
tizasset, dixit. Te Deum laudamus. Aug.
verò respondit, Te Dominum confitemur.
& illo dicente, Te æternum patrem ille re-
spondit. Tibi omnes angeli &c. Et sic to-
tũ illũ hymnum alternatim composuerũt.
Post Te Deum laudamus, uel quando il-
lud non dicitur post omnes lectiones, &
responsoria dicitur uersus à sacerdote, per
quem excitat audientes, ut in Dei laude
permaneant. Et dicitur uoce magis demis-
sa, ad notandum, quòd non prodest cla-
32 mor uocis, nisi adsit clamor cordis. Verum
beatus † Benedictus aliter officium noctis
ordinauit, non tamen dissentiens à præmis
sa ecclesiæ ordinatione, uel illi in aliquo
contradicens, sed Ordini suo quiddam pe-
culiare constituens ipse namq; instituit se-
mel dici, Deus in adiutorium meum inten
de, & ter, Domine labia mea aperies. pro-
pter reuerentiam unitatis, & Trinitatis.
Deinde psalmũ, Domine quid multipli-
cati, eò quod à somno surgens, dicit in
eo: Ego dormiui, & somnum cœpi &c.

Deinde in 1. nocturno sex psal. & quatuor
lectiones cum totidem responsorijs canta-
ri instituit, & totidem in secundo, per
hoc uitam contemplatiuam innuens, &
actiuam. Senarius enim psalmorum nu-
merus uitam designat actiuam, in qua sex
opera misericordiæ conuenit exerceri, si
quis ad contemplatiuæ uitæ perfectionem
uoluerit peruenire, quæ per quatuor euan
gelia designatur, & per quatuor lectiones
similiter figuratur, quaternarius quidem
numerus apud monachos quadratam sta-
bilitatem, & euangelicam in sanctis exprì-
mit, seu quadruplicem sensum scripturà-
rum propter quadrias Aminadab, idest,
historialem, allegoricum, tropologicum,
& anagogicum. In tertio uero nocturno
tria cantica cantari instituit in laudem
Trinitatis, à qua nobis uitæ perfectionem
dari cum charitate credimus & speramus.
Cantantur autem illa cantica cum alleluia,
quod est canticum cœlestis lętitiæ, ut
per hoc totam Trinitatem esse dignã cæ-
lesti laudé ostendatur, & ad quam plene
laudãdum non sufficit laus humana. Qua-
tuor verò lectiones de euangelio, quæ se-
quuntur, significant, quòd laudatores Dei
per quatuor euangelistarum doctrinã, de-
bent esse quatuor uirtutibus insigniti, per
quatuor etiam responsoria, laudantium
alacritas designatur. Sed ne hoc bonum
agentes, illud sibi adscribãt, sed totum Dei
laudi attribuant, & se illius seruos osten-
dat, subiungitur. Te Deum laud. postea
legitur euangelium, quod significat de-
narium, idest, uitam æternam, quæ dig-
nè Deum laudantibus in fine redderetur,
ad quod sequitur, Amen, idest, fiat nobis,
quod ex euangelio credimus, & spera-
mus, hymnus uerò, qui sequitur, scilicet,
Te decet laus &c. gaudium, quod sancti
post laborem habent de remuneratione
denarij, significat. Monachi autem † nun- 33
quam nouem lectiones dicunt, nisi in exe-
quijs mortuorũ, unde & in triduo aũ pas-
cha 9. dicũt, quasi exequias Domini repre
sentantes. Ad laudes autem instituit psal-
mum illum, Deus misereatur nostri primò
absque antiphona decantari, tum quia te-
nebris fatiscentibus, diluculo matutinæ
laudes cantantur, ideo in eo dicitur. Illu-
minat vultum suum sup nos, tum qa hoc
officium

officium ad Domini pertinet resurrectio-
nem, per quam accipimus misericordiam
34 & benedictionẽ. ¶ † Rursus monachi do-
minicam orationem sublata uoce dicunt,
propter simplices, qui eã non intelligunt,
aut obliuiscuntur, & propter uersutos, q̃
spinã odij gerẽtes in corde, fratres odiunt,
nolentes dicere: Dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris. Hoc igitur dicere compelluntur
in publico, ut purgentur ab illo uitio, tam
in fine noctis, idest, in matutinis laudibus,
q̃ in fine diei, idest, uesperis, ut noctẽ aut
diem non pertranseat sine reconciliatione
fratris. In alijs autem horis non dicunt su
blata uoce, quia sæpè contingit fratri fra-
trẽ irasci, & quoddam furoris impetu com
moueri, qui licet statim animum non co-
hibeat, expectandus tamen est ad ueniam,
sufficit enim si sol non occidat super ira-
cundiam eius. Dñt etiam quatuor solum-
modo psalmos ad uesperas, put in sexta
35 parte sub titulo de tempore Aduentus di
cetur. ¶ † Non uacat a mysterio, quòd mo-
nachi se toto corpore ab oriente ad occi-
dentem girant signantes Deum ubique
adorandum fore, quasi ubique præsentem
uel quia rationabili motu ab ortu nostrę
natiuitatis usque ad occasum mortis eum
sequi tenemur, sicut & firmamentum na-
turaliter uertitur ab oriente in occidẽtẽ,
hoc etiam quædam designant ecclesię, in
quibus dicentes Gloria patri, se inclinat
ad orientem, & subdentes, Sicut erat &c.
se uertunt in occidentem. Deuotio nãque
in diuinis officijs est seruanda. Quia uerò
monachorum officium ad nos nõ ptinet,
ad præsens de illo sufficiat nobis ad hoc
36 usq; dixisse. ¶ † Vltimò no. q̃ monachorum
ordo figurat Cherubin, qui inter angelo-
rum ordines eximior prædicatur habere,
probatur. Nam sicut Cherubin, ita & mo-
nachi sex alis uelantur, dicente scriptura
Sex alæ uni, & sex alæ alteri, duæ quidem
Esa. 7. in caputio, quo caput tegitur demõstretur
4. Reg. 1 illud uerò tunicæ quod brachijs extendi-
tur, siue dextra & læua alas duas dicimus
esse alas, & ante & retrò alias duas, & sic il
lud, quo corpus tegitur, sex alarũ numerũ
implere asseritur. Habitus quoque eorum
habitum imitatur Sãctorum, de Helia nã-
Heb. 2. que legitur uir pilosus, & zona pellicea ac
cinctus renibus, & de ipso, & de illis simi-
libus dicit Apostolus. Circuierunt in me-
lotis, & in pellibus caprini & de Ioã. Ba-
ptista inquit Euangelista, zona pellicea
circa lumbos. Adhuc cuculla † monacho 37
rum sumpta est a collobijs Apostolorum,
qua ut dalmatica formabantur, & in eis
forma crucis præferebatur, quia illi se ui-
tijs & concupiscentijs crucifigebant; eius
nigredo est mundi contemptus, longitudo
perseuerantia in bono.

S V M M A.

1 *Matutinæ laudes quo consilio inductæ. Et unde dictæ laudes nu. 2.*
3 *Sacrificium inge in ueteri testamento.*
4 *Officium uespertinum in quo sit dignius matutino.*
5 *Alleluia, quando cantetur, quandoue intermittatur. & nu. 6.*
7 *Psalmi quinque in matutinis laudibus quid signent, quos ordine subijcit et examinat.*
8 *Psalmi octo qui dicuntur in laudibus, respondẽt octo ordinibus ecclesiæ quos uide per nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*
15 *Psalmi duo. Deus meus, & Deus misereatur cur coniungantur & combinẽtur.*
16 *Ecclesia cũ iubilet, cur nos inuitet ad iubilandũ illo Psalmo. Iubilate Deo &c.*
17 *Psalmus. Dominus regnauit, cur dicatur dominicis & festiuis diebus, & psal. Miserere ferialibus.*
18 *Psalmi qui dicantur in officio feriali mysterialiter, loco illius Iubilate.*
19 *Cantica sex, quæ in sex ferijs dicantur loco psalmi Benedicite.*
20 *Canticum an et in quo differat a psalmo. Et quis primus canticum iustituerit.*
21 *Psalmi, Deus meus, & Laudate dominũ de cœlis cur nunquam mutentur.*
22 *Mane in sex diuiditur.*
23 *Psalmi qui per singulas ferias mutantur, & cantica, quæ in illis dicuntur, quomodo inter se conueniant, & temporis gratia successibus coaptentur, uide late per discursum.*
24 *Corona benignitatis Dñi, ubi consistat.*
25 *Psalmus sexta feria.*

Psal-

26 Psalteriũ diuersimode portãtia diuersis.
27 Capitula sequitur antiphonam. Et quare
28 Cantica Benedictus, & Magnificat, cantanda sunt flexio.

De matutinis laudibus. Cap. 4.

1 SVnt † nonnulli, qui Esdræ ordinem sequentes, de quo in principio huius partis dictum est, matutinas laudes à nocturnis diuidunt, illas fore per se officium asserentes, & mane aurora rutilante illas dicentes, prout in tit. proximo dictum est. Tali nanque hora Christus uictor a mortuis resurrexit. Vnde Marcus. Surgens Iesus mane prima sabbati, uel saltem eius resurrectio in matutino notificata est. Tali etiam hora super mare ambulauit. Meritò ergo in hac hora laudandus est, utipse, qui nos per suam sanctam resurrectionẽ saluauit, suprà mare huius seculi nos ire faciat sicco uestigio, sicut Petrum. Hac etiam hora mundum & Angelos, creauit qui statim post creationem suam, cantico laudes Creatori suo iubilauerunt. Laudes ergo matutinas rubescente aurora dicunt, scilicet in quarta uigilia quam lucifer totam illustrabat. Quæ & matutina dicitur a mane, quod est lumen, quia nobis mane lumen reducit ad coronam gloriæ obtinendam, iuxta illud. Non fit uobis uanum mane surgere ante lucẽ, quia promisit Dominus coronam uigilantibus. Quid autem significet tempus matutinæ laudis, dictum est in principio præ-
2 cedentis Tractatus. Dicuntur autem† laudes, quod illud officium laudem præcipue sonat diuinam, quam ei facimus, pro eo, quod a tenebris erroris nos ad lucem, seu uiam ueritatis reduxit, & tentationes diaboli expellendas. Vnde Esaiæ 25. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis est. De hoc matutinali officio dicit Prophera. Ad te de luce uigilo Deus. ¶Sane matutinum
3 † & uespertinum officium ideo canimus, *Psal.62* quasi Domino iuge sacrificium offeramus. Offerebant enim Domino in ueteri testamẽto iuge sacrificium, ideſt mane & uespere. Sed uespertinum dignius erat matutino, quia pinguius, ut Iudæi dicunt, prout sub uesperis dicetur. Nos autem per matutinum officium intelligimus legem, per uespertinum, Saluatoris passionem, qui in uespera mundi, scilicet in sexta ætate obtulit se Deo patri pro nobis. Vnde eleuatio manuum mearum, sacrificium uespertinum. Respondet autem hoc sacrificium illi, quia ibi psalmi ponuntur sub quinque distinctionibus, per Gloria patri, sicut & hic. Item ibi & hic hymnus cum lectione, & uersi- *Ps.140.*
culo, ibi etiam canticum Mariæ, & hic etiam canticum Zachariæ. Quia uerò
4 † officium uespertinum dignius est propter rem digniorem, quam significationia in maioribus solennitatibus, & in uespertino solennius cãtamus, quam in matutino, responsorium interponentes. Isidorus dicit in lib. ethymologiarum, quod officium matutinum est lucis initium, sic appellatum a stella lucifero, quæ oritur mane inchoante, ut dictum est, hoc officium laudum plenum est laudibus, prout dictum est in principio præcedentis tituli, ad quas sacerdos per uersum, quem præmittit, excitat auditores, qui est quandoque. In matutinis meditabor in te quãdoque. Excelsus super omnes gentes Dominus. Vel alius, & deinde diuinum implorat auxilium, dicens. Deus in adiutorium meum intende: postmodũ chorus ad idem festinans auxilium in summa Trinitate glorificat Deum, dicens. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. deinde antiphona inchoatur. Circa quod notandum est, q̃ quædam ecclesiæ in dominicis, quæ sunt a prima dominica post epiphaniam, usque ad Septuagesimam, & ab octaua Pentecostes usque ad Aduẽtũ Domini canunt ad laudes alleluia, loco antiphonæ pro omnibus psalmis, tum quia, vt præmissum est, hoc officium laudibus est plenum: alleluia. n. laus est angelica: tum quia vt dominici dies resurrectionẽ Domini representant. Sicut ergo in tempore paschali, quod est resurrectionis, alleluia multiplicat, sic merito & in eis debet multiplicari. Et est † attendendum, q̃ 5
in dominicis, quæ sunt ab octaua epiphaniæ usq; ad Septuagesimam, concinunt alleluia, iuxta cantum quarundam antiphonarum

narum ad natiuitatem Domini pertinentium, in dominicis uerò, quæ sunt ab octaua pentecostes usque ad aduẽtum, cantãt alleluia iuxta cantum ferialem antiphonarum, quæ dicũtur ad Benedictus, & de ipso sumuntur. Quia igitur in singulis dominicis pro uarietate antiphonarum ipsarum etiam cãtus in alleluia uariãtur, ideò iuxta breuitatem uel prolixitatem cuiuslibet antiphonæ, iuxta cuius cantum multiplicatur uel minuitur in singulis dominicis numerus alleluia. Adhuc ideo certus numerus in alleluia non præfinitur, qm̃ deuotæ animæ certus numerus uel modus in laudando Deũ præfigi non potest. ¶† In alijs
6 verò Ecclesijs passim in omnibus dominicis ad primos tres psalmos loco antiphonæ, quasi ad inchoandum psalmos bis concinunt alleluia, ad insinuandum, q̃ in Dei
1.Co.13 laudem, ex charitatis feruore procedunt, nec cantant illud iuxta alicuius antiphonæ cantum, ad notandum, q̃ iuxta Apostolũ charitas non æmulatur. Ad psalmum uero, Benedicite, cantant antiphonam tres pueri. cui nec iubilus, nec alleluia subijcitur propter rationes infrà scriptas. Ad psalmum verò, Laudate Dominum ter dicunt loco antiphonę, alleluia, non iuxta alicuius antiphonæ cãtum, sed duntaxat ad inchoãdum psalmum. Tertio autem dicitur. Primò, quia respondent tribus psalmis sub ipso psalmo Laudate, contentis. Secũdò proper triplicem ordinẽ iustorum Deum laudantiũm, de quo infrà dicetur. ¶Porrò in
7 laudibus † matutinis quinque psalmi dicuntur, vt quinque sensuum reparatio notetur, & propter quinque status Ecclesię. Primus psalmus est, Dominus regnauit, in quo laudatur Deus, qui firmauit orbem terræ, scilicet in fide & resurrectione, ideo hic psalmus pertinet ad regnum Christi. Secundus est, Iubilate, qui pertinet ad Cõfessores, vnde ibi dicitur. Introite portas eius in confessione, & recte incipit à iubilo, quoniã confessio valde placet Deo. Tertius est Deus, Deus meus &c. qui significat statum Martyrum qui sitiunt ad Dominũ, unde dicitur ibi, Sitiuit anima mea. & quoniam tota nostra fitis & intentio esse debet in Trinitate & ad Trinitatẽ. ideo sequitur psalmus; Deus misereatur nostri, in quo tota Trinitas notatur, dum ibi dicitur, Benedicat nos Deus, Deus, noster &c. dicitur enim ter Deus propter patrem, & filium, & Spiritum sanctum. Quartus est canticum trium puerorum. Benedicite, quod est Danielis cap. 4. significans statum antichristi, ut iam dicetur, & in fine huius psalmi non dicitur Gloria patri. Primò, quia propter confessionem fidei, proiecti sunt tres pueri in caminum ignis, in quo facto, maximè Deo, & trinitati derogatum est. Secundò quia ultimus uersus illius psalmi idem dicit, quod Gloria patri, & in diuinis scripturis nihil debet superuacuam esse. Tertiò, quia in ipso psalmo distinctè tota Trinitas notificatur, & laudatur Deus in creaturis. ¶Rursus; dum psalmus iste dicitur, nec sedere, nec genua flectere debemus, sicut dicitur sub sabbato quatuor temporum primæ hebdomadæ quadragesimæ. Quintus psalmus, Laudate dominum. in quo status ille notatur, quando post mortem antichristi conuertentur Iudæi, ut iam dicetur, & in fine eius dicitur Gloria patri. ad ostendendum, quòd per bonam operationem sociabimur angelis, qui incessanter Deum laudant. Potest† etiam dici, quòd in laudi- 8
bus octo psalmi dicuntur; quia officium istud mysticè recolit statum Ecclesiæ ab initio Apostolicæ stabilitatis usque ad perfectionem electorum, qui in fine mundi futuri sunt, sub quo statu octo ordines Ecclesiæ, siue electorum in Ecclesia sancta per Baptismum saluati reperiuntur, sicut in arca Noe octo animæ illos significãtes, per eam saluatæ sunt. Per diluuium enim baptismus, per arcam vero Ecclesia significatur. ¶† Primus ordo fuit Ecclesiæ pri- 9
mitiuæ, in Iudaico populo conuersantis, quæ per Christi prædicationem reformata, & ædificata est sicut monstrat ille primus psalmus, Dominus regnauit. In primo eius uersu; ubi de Saluatoris regno, & ipsius agitur potestate. In secundo uersu agitur de fundatione Ecclesiæ, quæ tunc cœpit fieri super illud fundamentum, quod est Christus, iuxta Apostolum. De quo etiam fundamento in titulo eiusdem partis supra habetur. Cantatur ergo hic psalmus in laudibus, qui continet laudes Christi. ¶† Secundus ordo 1.Cor.3.
fuit primitiuæ Ecclesiæ intrantis ad gen-

tes per prædicationem Domini,& Apostolorum monentium omnem terram, i. omnem gentem ad iubilandum Deo, quod monstrat secundus psalmus, Iubilate Deo
11 omnis terra. ¶Tertius† ordo fuit credentis Gentilitatis,quam tertius psal. Deus Deus meus, demonstrat offerre gratias,& benenolentiam Apostolorum vocationi.
12 ¶† Quartus erit resipiscentis Iudaici populi,per Enoc & Heliam conuersi quem ille quartus psalmus, Deus misereatur nostri, monstrat ad Deum reuersum poscere misericordiam eius, & tunc gaudebunt se cognoscere viam Dei,quam in Gentibus esse
13 cognoscent.¶Quintus† erit eorum qui futuri sunt tempore antichristi, cuius figurã præcessit Nabuchodonosor, qui licet tribulauerit Sanctos vtriusque populi,nõ tamen desistent benedicere Deum, ad instar trium puerorum, quos Deus liberauit de camino ignis ardẽtis,qui per illud quintum canticum, Benedicite recoluntur, eo enim tempore iusti purgabuntur, velut in camino ignis, non tamen vrentur, sed ibi accipient formam auri, unde Ioannes in
Apoc. 1. Apoc. vidit pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti,vnde ritè sequitur ille psalmus. & propter tribulationẽ,quam designat antiphona illius sine alleluia, & ipse sine Gloria patri canitur. Hymnus autem ipse tres habet distinctiones: in prima inuitantur superiores creaturæ ad laudem creatoris,scilicet, quæ sunt supra cœlum, quæ in cœlo, & quæ in aere. In secunda inuitantur ad hoc creaturæ terrenæ, & quæ mouentur in aquis In tertia inuitantur omnes spiritus, & animæ,vt cum omni creatura Domino benedicamus, quia sicut tres pueri,Nobuchodonosor,& camini ignis,sic nos diabolum, & inferni incendium euasimus. Cæterùm hoc canticũ bene conuenit diei dominico, & cuilibet festiuo; quia in prima die Dominus vniuersa creauit, & per suam resurrectionẽ postmodum innouauit,ideoque in ea die,& in festis,quæ resurrectionem Dominicã imitantur,dicitur,in quo die creaturæ ad creatoris laudem inuitantur. Hinc etiam est, quòd eædem laudes sunt in dominicis, & festiuitatibus sanctorum,& in tempore Paschali, quia representant gaudia resurrectionis Christi,& nostræ. ¶ Sextus, septimus, & octauus erit eorum, qui vniuersaliter ex tribus mundi partibus, scilicet ex Asia, Aphrica, & Europa,conuertendi, & colligendi sunt. qui post antichristi persecutionem, & eius mortem maiore pace fruentur,vsque ad diem iudicij, quam nũc habeat ecclesia, tunc enim erit senectus in misericordia vberi, in qua quiete triplex *Psal.10* ordo iustorum,scilicet coniugati,continentes,& virgines, quos Iob, Noe, & Daniel *Ezec. 4* exprimunt, & generaliter vniuersi sancti, quibus aureola debetur, qui in tribus mundi partibus de tribulatione euadent regnaturi cum sponso Ecclesiæ, celebrabunt laudes Dei, quæ continentur in illis tribus psalmis, Laudate Dominum de cœlis. Cantate Domino canticum nouum, & Laudate Dominum in sanctis eius.
¶† Quæritur autem, quare hi tres psalmi 14 sub una antiphona,& etiam sub uno Gloria patri dicuntur. Respondetur ideo, quia præmissi sextus,septimus & octauus ordines electorum, qui ex dictis tribus mundi partibus colliguntur, sine aliquo interuallo simul erunt, & pariter glorificabuntur. Continent etiam ipsi tres psalmis triũphũ de mundo, carne, & diabolo, & quoniam vnum sine alio non habetur, ideo meritò coniunguntur.¶ † Quæritur etiam,quare 15 præmissi duo psalmi,s. Deus Deus meus,& Deus misereatur nostri. combinantur, & sub vno Gloria patri, & sub vna antiphona dicuntur? Ad quod quadruplex est responsio.¶Primò quia psalmus,Deus Deus meus significat sitim ad Deum,in ps. Deus misereatur nostri, Trinitas notatur, vt supra Ad significandum igitur sitim, & desiderium continuum ad Deum,hoc fit.
¶Secundò,ad notandum, q̃ ante persecutionẽ antichristi populus credentis gentilitatis,qui recolitur p̃ psalmũ Deus, Deus meus & Iudaicus populus resipiscẽs. q̃ recolitur per ps. Deus misereatur nostri. vnũ erunt in fide,& postquã hi cõiuncti erunt, veniet antichristi tribulatio,vt præmissum est. ¶Tertiò, quia primus psal. illorum significat dilectionem Dei, vnde ibi dicitur, Sitiuit in te anima mea &c. Secundus verò *Psal.62* dilectionem proximi,unde ibi dicitur, Vt cognoscamus in omnibus gentibus salutare tuum,quæ connexæ sunt,vt una sine altera in Christiana professione non habeatur.

beatur. ¶Quartò,quia gratia quam ecclesia in primo psalmo sentire videtur, in secundo collata esse monstratur, vnde ad gratiarum actionem inuitatur, cũ dicitur ibi: Confitentur tibi populi Deus &c. ¶Rursus ideò in fine ipsius psalmi, Deus Deus meus,non dicitur Gloria patri, quia in eo agitur de miseria humani generis, vnde ibi dicitur, Sitiuit anima mea. Non .n. omnes psalmi de miserijs, & alijs aduersitatibus tractantes,laudant illum, pro illis. quod tamen deberent,sed sequenti psalmo,scilicet Deus misereatur nostri, subijcitur Gloria patri. quia in eo agitur de misericordia Dei, per quam generi humano bona cõseruntur,& mala remouẽtur. Cæterùm præ dicti duo psalmi, & psalmus Laudate Dominum. nunquam variantur,ad designandum,quòd sine fide, & desiderio Trinitatis, quæ in præmissis duobus psalmis vnitis exprimũtur,& sine laude Dei, quæ per psalmum Laudate, designatur, nunquàm Christiani esse debemus. ¶ Quæritur etiã
16 † quare Ecclesia in psalmo illo,Iubilate,ad iubilandum uos inuitat,& tamen ipsa non iubilat? Ad quod dici potest,quòd officiũ laudum Domini resurrectionem significat,quæ iam completa in capite,scilicet in Christo, adhuc est in membris implenda. Ad notandum igitur, quòd iam in parte impleta est,non dicitur iubilus in fine antiphonarum,præsertim illarum quæ dicuntur super psalmos, in quibus fit mentio de resurrectione, est enim iubilus cantus spe gloriæ conceptus. Quia verò resurrectio adhuc in membris implenda est, ideo in quibusdam antiphonis iubilus dicitur. Vnde & in tempore paschali in versiculis, & responsorijs, & in alleluia iubilamus propter nostram resurrectionem, quam speramus, quam quia non videmus, nec adhuc plenè exprimere possumus, ideo per uocem non significatiuam iubilamus. In antiphonis ergo non fit iubilus propter resurrectionem Domini, quæ impleta est, nec etiam in antiphonis laudum, in quarum psalmis fit mentio de resurrectione Domini,ut in tribus primis psal. nec in fine antiphonæ quarti psalmi, quia Nabu-
Dan. 3. chodonosor videns tres pueros, in camino ignis positos,uidit & quartum cum eis,scilicet Christum, eos consolantem. Qui enim sunt in tribulatione hoc solũ orant, ne deficiant,& potius est tunc locus timendi,quam sperandi. ideoque in fine antiphonæ huius psalmi non dicitur iubilus, præsertim, quia in tribulatione Sanctorum, gloria Dei non apparet. Sed in fine antiphonæ,quæ dicitur super psalmum Laudate Dominum, dicitur iubilus, quia in illo non fit mentio de resurrectione,sed de spe gloriæ, quam expectamus,ex qua iubilus. De hoc iubilo dictum est in proœmio huius partis. ¶Porrò † primus psalmus in do 17 minicis,scilicet Dominus regnauit,qui est psalmus lætitiæ; commutatur in ferijs in psalmum Miserere mei Deus, qui est psalmus pœnitentialis. Circa quod notandum est,quòd dies dominicæ, & festiui recolũt resurrectionem Sanctorum, qui fuerũt ab initio,& erunt vsque in finem seculi. Vnde in dominicalibus, & in festiuis laudibus recolentes regnum Domini, post resurrectionem eius à morte corporis, siue gloriam resurrectionis electorum, canimus psalmum, Dominus regnauit. qui tamen dicitur in dominicis ad primam, à Septuagesima vsque ad Pascha,prout ibi dicetur. Dies vero feriales recolunt peregrinationes ipsorum Sanctorum, & pœnitentiam, & ideò in ferialibus laudibus dicimus primum Psalmum, scilicet Miserere mei Deus, recolẽtes nostram resurrectionem à morte animarum per pœnitentiam, siue electorum peregrinationem, & pœnitentiam, siue conuersionem. Quia enim Iudæi ad Petri prædicationem compuncti corde, & conuersi illum frequentabant, inde inoleuit vsus,vt & nos, qui de Gentili errore conuersi sumus, illum in officijs frequentemus, quatenus ad conuersionem & pœnitentiam prouocemur,per quam resurgere valeamus, de hoc etiã psalmo sub prima dicetur. Adhuc † loco secundi psal- 18 mi, scilicet Iubilate, qui in dominicis, & festiuis diebus dicitur,sex psalmi in sex ferijs dicuntur, quia sicut primitiua Ecclesia Sanctorum prædicatione hæreditatem accepit, & post ad Gentes intrauit, sic & Gentilitas credidit, & sicut Iudaicus populus Sanctorum prædicatione resipiscet in fine, & qui sub tempore antichristi futuri sunt, persecutionem & tribulationem euadent, & populi post eius

prædicationem ex tribus mundi partibus colligentur, vt præmissum est, ita & in loco psalmi Iubilate, qui sanctorum prædicationem continet, dicitur in secunda feria Psal. Verba mea, qui est vox Ecclesiæ ad hæreditatem Domini vocatæ. In Septuagesima verò Psal. Confitemini, prout ibi dicetur. Et in tertia feria psal. Iudica me Deus, qui recolit, quando primitiua Ecclesia intrauit ad Gentes. Et in quarta feria psalmus, Te decet, qui cantatur in figura Gentium, quæ ab idolis conuersæ sunt ad Deum. Et in quinta feria psal. Domine refugium. qui sic intitulatur. Oratio Mosi hominis Dei congruentis respiscentiæ Iudæorum. Et in sexta feria psal. Domine exaudi orationem meã, quem Dauid cantauit, quando filius suus eum persequebatur, persecutionem antichristi significans.
19 Et sabbato psalmus, Bonum est † confiteri Domino, qui sic intitulatur psal. Cantici in die Sabbati, idest, in die quetis, figurans Sanctos à tribus mundi partibus collectos post antichristi persecutionẽ fore in quiete mansuros, & Domino confiteri; & psallere: Præmissi ergo sex psalmi, ideo ita ordinantur, ut in eis notari possit ordo Christianæ conuersionis. Verum: loco psalmi † Benedicite, sex cantica in sex ferijs dicuntur, quia sicut psalmus ille continet gratiarum actiones trium puerorum, Ita & in canticis continentur gratiarum actiones electorum. Talis enim est differẽtia inter canticum, & psalmum, qualis inter bonam operationem & gratiarũ actiones. Moses autem legitur primus instituisse cantica; quando Pharao submersus est. Exo. 15. deinde Delbora non ignobilis fœmina in libro Iudicum 5. post ea viri & fœminæ. Canticum est vox humana, psalmus verò est, quòd cantatur ad psalterium. Item psalmus demonstrat opera electorum illius ordinis, quem significat, acta post conuersionem, canticum verò ostendit laudem Dei, pro eiusdem operibus. de canticis dicitur in sexta parte sub Sabbato sancto. Rursus ideo per singulos dies feriales septimanæ secundus & quintus psalmus mutantur, quia sex psalmi, & sex cantica, quæ per sex dies septimanæ commutantur concordãt in significationibus octo psalmis, qui cantantur in matutino dominicali, seu octo ordinibus electorũ, de quibus præmissum est. Non incongruè igitur de die in diem ordinatim canuntur quemadmodum & psalmi dominicales matutini canuntur, seu quemadmodum ordines electorum, quibus concordant numerantur, ut per eos electorum ordines in nouo testamento de tempore in tempus sic ordinatim fuisse ostendatur. Psalmus † verò 21
Deus, Deus meus, & Laudate, nunquam omittuntur nec prætermittuntur, quia nullum fuit tempus, nec erit, quo animæ iustorum non sitiant ad Deum fontem viuum, & quo laudent Dominum in excelsis. Vt autem hæc clarius pateant, notandum est, quod quilibet dictorum sex psalmorũ habet in se hoc vocabulum mane, vel æquipollens. Manè autem in sex † diuiditur sci- 22
licet in mane temporis, in mane pectoris, in mane nostræ redemptionis, in mane hominis, in mane æternitatis, & in mane mundialis prosperitatis. Mane temporis est initium, & fundamentum fidei, de quo dictum est. Et factum est vespere & *Gen.1.*
mane dies vnus. Mane pectoris est initium gratiæ, cum scilicet gratia incipit lucere in corde, vnde emitte lucem tuam, & *Ps.46.*
mane exaudies vocem meam. Mane nostræ redemptionis, est matutinum tempus, in quo Dominus noster surrexit, uel eius resurrectio innotuit. Vnde: Exitus matu- *Psal.64*
tini, & vesperæ delectabilis. Mane hominis, est pueritia eius, vel adolescentia, in qua viret floret. Vnde: Mane, sicut herba transeat, mane flor. & tran. vespere decidat, induret, & arescat. Sæpe autem est, q homo mane pueritiæ transeat, idest, moriatur. Si verò contingat eum venire ad mane adolescentiæ, in quo viret & floret, sæpe est, quòd & tunc transit, quod si fortè eum contingat venire ad vesperam senectutis, tunc absque dubio in mortem decidit, induratur vt cadauer, & arescit in puluere; Mane æternitatis, est initium æternæ gloriæ. Vade, Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, ideſt, uocem *ps. 142.*
misericordiæ tuæ, scilicet. Venite benedicti &c. Mane mundialis prosperitatis, est ipsa prosperitas: Vnde, Ad annuntiandum mane misericordiam tuam &c. *Psal.91*
Penitus ergo solicitus de anima sua, mane temporis surgat ad orationẽ, vt possit dicere,

cere. Mane adstabo tibi, & videbo, mane
Psal. 5. exaudies uocem meam, quod habetur in
Psal. 43 primo psalmo. Verba mea. Verũ, quia oratio eius non habet effectum sine mane pectoris, i. sine gratiæ initio, ideo dicit: Emitte lucem tuã, quod habetur in 2. Psalmo Iudica me Deus &c. Sed quia mane pectoris pendet ex mane nostræ redemptionis ideo dicit: Exitus matutini &c. quod est
Psal. 64 in 3. Psal. Te decet &c. Et quia habito mane pectoris, quod effectus est mane redemptionis, homo incipit sibi vilescere, sequitur mane, sicut herba trãseat &c. quod ha-
Psal. 89. betur in 4 psal. s. Domine refugium. Sed quia quanto sibi quisque magis vilescit, tãto magis mane æternitatis affectat, idcirco dicitur: Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quod habetur in 5. Psal.
Psal. 142 Domine exaudi orationem meam. Et quia nemo ad hoc pucnit, nisi qui laudat Deũ in aduersitate, & prosperitate, ideo adiunxit, ad annuntiandum mane misericordiã tuam &c. quod habetur in 6. psal. Bonum
Psal. 91. est &c. ¶ Rursus 6. Psal. qui † per singulas
23 ferias mutantur, & cantica, q̃ in illis dicuntur, inter se conueniunt & congruè possunt temporis gratiæ successibus coaptari. In secunda namque feria recolitur status primitiuæ ecclesiæ, quæ sanctorum prædicatione hæreditatem accepit, ut dictum est, unde in illo psal. Verba mea orat ecclesia pro æterna hæreditate, quam per Christũ percepit, quare in tit. eiusdem psalmi. dicitur in fine, pro ea, quam consequitur hæreditate. In cantico uero gratias agit, dicens, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me, quod est Esa. 12. cap. Reuera ira Dei permansit usque ad possessionem saluatoris, sed tunc conuersus est Dominus à furore consolatus est ecclesiam, aperiens ei ianuam cœlestis regni, cum omnes prius ad inferos mitterentur. Item in
Psal. 5. psal. solicitudinem suam ostendens ecclesia,
Esa. 1. dicit, Mane astabo tibi & uidebo &c. in cantico uero confidens, dicit, Fortitudo mea, & laus mea Dominus ideſt, ipse per quem sum fortis, & quem laudare teneor. Ad totam igitur pertinet ecclesiam, quod dicitur, Verba mea &c. sed specialiter ad primitiuam, cui per Apostolos primo facta est promissio æternæ hæreditatis, & tunc uexillum crucis cœpit in nationibus eleuari, ad quod pertinet canticum, sicut ex his, quæ præcedunt canticum in Esa. manifeste apparet, Dicitur enim in lib. paulo superius, In die illo, radix Iesse, qui *Esa. 2.*
stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Et paulò post, Eleuabit, signum in nationes, & congregabit profugos Israel &c. Saluator noster est radix Iesse, & ipse stat in signum populorum, quia ad Deum respiciunt gentes, & ipsum deprecantur, eius sepulchrum fuit gloriosum. Licet peccatis nostris exigentibus ad tempus sit ignominiosum, & ipse per Apostolos, & alios primitiuos leuauit in nationes crucis signum, in quo est uictoria, ut sciant omnes in quo diabolus est victus. Sed ante hoc congregauit ipse profugos Israel, quando in die pentecostes erant uiri religiosi in Hierusalem ex omni parte, uel natione, quæ sub cœlo est, & ex illis crediderunt una die tria millia, & alia die quinque millia. Nam eis dicit *Act. 2.*
Paulus in actibus Apostolorum. Primum oportet Iudæis loqui uerbum Dei. In tertia feria illud tempus recolimus, quando ab impijs ecclesia persecutionem patiebatur, à Iudæis primò, & postea à diuersis Imperatoribus Romanis præsertim à tempore Neronis, usque ad tempora Diocletiani & Maximiniani Imperatorũ. Quę autem tunc passa fuerit ecclesia, indicat
psal. Iudica me Deus, & discerne causam *Psal. 43*
meam de gente non sancta, & ostendit tristitiam cum dicit: Quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Sed quia ab hac persecutione liberata est, cantat canticũ. Ego dixi quod est Esa. 38. cap. quod cantauit Ezechias, post liberationem Sennacherib, & post infirmitatẽ, quam incurrerat, ne eleuaretur cor eius in superbiam. Vel quia eleuatum erat, propter inopinabilem triumphum de exercitu Sennacherib. Sicut enim ille liberatus, reddidit gloriam Deo, sic & ecclesia, prius tamen quasi desperans dicit, Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis ideſt, saluatorem meum, per quem mihi quies deberet esse, immo cum uidebat suos passim interfici, dicebat, Generatio mea ablata est, & iterum præcisa est, velut a texente uita

mea cum adhuc orditer, succidit me. Tamen sperans Ecclesia dicit, viuens, supple, nunc in protectione tua, viuens scilicet post in futura quiete, ipse confitebitur tibi sicut & hodie ego, supple, liberata ab hostibus, & ego ita ago sicut pater bonus, qui notam facit filijs veritatem suam.

¶ In quarta feria recolitur illud tempus, quo ecclesia cœpit exaltari super inimicos suos, scilicet reddita sibi pace per Imperatorem Constantinum, unde cantat; Te decet hymnus Deus in Sin. Sion interpretatur speculatio, siue contemplatio, quia tempore quietis potuit ecclesia vacare contemplationi. Ad hoc etiam pertinet titulus, scilicet Psalm. Dauid, canticum Hieremiæ, *Psal. 94* & Ezechielis, de populo transmigrationis, vel verba peregrinationis, cum inciperet exire. Sicut enim populus ille de Babylonia exire cœpit, recepta licentia a Cyro, ita & ecclesia de Babylonica persecutione, p Constantinum Ro. Imperatorem liberata, quã patiebatur sub diuersis Imperatoribus, habet spem proficiendi in melius, quousq; perueniet in cœlestem Hierusalem. Vnde recolens præteritam persecutionẽ dicit; Verba iniquorũ prævaluerunt super nos, & profectũ suum ostendens, dicit, Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.

24 Corona anni benignitatis tuę, est tempus gratiæ, quod per circulũ dierum vsque in finem mundi decurrit, in quo campi, id est illi qui sunt pleni tumore superbiæ, carentes vbertate gratiæ repellentur, p̃p hanc liberationem cantat ecclesia canticum Annæ matris Samuelis, quod cantauit liberata de persecutionæ suæ æmulæ Fenennæ, scilicet, Exultauit cor meũ in Dño, quod est 1. Reg. 2. c. Cum enim respublica cepit per angelicos viros, & Imperato. Christianos ministrari, potuit ecclesia dilatare os suum super inimicos suos, scilicet Iudæos, Paganos, & Hæreticos. Vnde sequitur; Dilatatum est cor meũ &c. ¶ Eadẽ quoq; pace, qua gaudent Gentiles conuersi, gaudeant & Iudæi conuersi. Vnde in persona Iudaici populi cantamus in quinta feria, Domine refugium factus es nobis. Quod aũt iste psalmus ad Iudæos pertineat, titulus ostendit, s. Oratio Mosi hominis Dei. Ad idem etiam pertinet canticum Mosi. Cantemus Domino, quod est Ex. 15. c. in prin. Sicut enim exultauerunt Iudæi, interempto Pharaone cum exercitu suo, ita exultant hodie Christiani deiectis diuersis Imperatoribus, qui ecclesiam persequebantur odio nominis Christi. ¶ In † sexta 25 feria fit commemoratio passionis Domini. Vnde cantatur ille Psal. Domine exaudi orationem meam. cuius titulus est, Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius eius Absalon. Sicut autem Dauid habuit plures filios, sed vnus illorum, s. Absalon, persecutus est eũ, ita & Dñs noster plures habet filios, de quibus nũc dicit; Non possunt lugere filij sponsi, quousque cũ illis est sponsus, sed vnus illorum, s. Iudas persecutus est eum, qui dicitur Absalon, quasi Abassalon, id est pax patris, propter osculum, quod dedit Domino, quod est signum pacis. Ad idem pertinet canticũ, Domine Audiui auditum tuum &c. quod est Abacuch. 3. c. in prin. In quo dicitur cornua in manibus eius, ibi Abscõdita est fortitudo eius a. f. e. i. mors. Per cornua, regna intelligere consueuimus, & est sensus. Cornua in manibus eius, id est regnum in potestate eius. Hanc autem potestatem meruit sibi dari, uel potius sibi datam notificari per passionem, de qua ipse dicit. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Per cornua enim conuenienter secundum hoc intelliguntur duo cornua crucis. Vnde videtur secundum hoc, quòd potius esset dicẽdũ, manus eius in cornibus, quàm cornua in manibus eius. Maluit tamen sic dicere Abachuch prophera, vt ostẽderet, q̃ in potestate & in uoluntate eius fuit eũ crucifigi, sicut ipse dixit, Nemo tollet a me aĩam *Mat. 9.* *Esa. 53.* meam, sed ego habeo potestatem ponendi animam meam, & iterũ sumendi eam, ibi; Sin cruce abscondita fuit ad tẽpus fortitudo eius, quia reputatus est tanquã percussus a Deo, & humiliatus, & ante faciem eius ibit mors, quia mors per eius mortẽ destructa est. Et nota, quòd hæc dies est quinta a secũda feria, in qua agitur de passione Saluatoris, sicut in dominicis nocturnis quinto loco ponitur canticum in quo ponitur contemptus Nabuchodonosor, & victoria trium puerorum in camino ignis, ubi aspectus quarti erat similis filio Dei, vel sicut hẽt alia translatio. filio hoĩs, quia in passione Saluatoris facta est destru-

ctio diaboli, & victoria Christiani populi de tribus partibus orbis collecti per eum, qui est verus filius Dei, & verus filius hominis. In sabbato vero fit commemoratio victoriæ populi Iudaici, qui erit coniunctus ecclesiæ Dei, in fine seculi, & cantabit cum ecclesia psalmum. Bonum est confiteri Domino, ad annuntiandum mane, s. prosperitatis, misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. s. aduersitatis, qui psalmus intitulatur laus cantici Dauid in die sabbati, vnde conueniens est, vt in die sabbati cantetur Psalmus ille, in quo agitur de persecutione Iudæ, qui persecutus est Christum in figura Absalon, qui persecutus est patrem, & qui intitulatur in die sabbati. Quòd autem Psalmus iste pertineat ad Iudaicum populum conuincitur ex illo versu; In decachordo psalterio cum cantico. Psalteriũ decachordũ dicitur lex propter decem mandata legis. ¶ Et nota, 26 q̃ hoc psalterium † quidam portant, sed in eo nõ psallunt, ut Iudæi perfidi, qui nobis sunt in codicibus testes, in cordibus hostes. Quidam portant, & psallere videntur, non tamen psallunt, vt falsi & praui Christiani, qui cum tristitia, & corde iniquo aliquando bona opera operantur. Quidam portant, & in eo psallunt, ut illi qui cum hilaritate bonum operantur. Hoc autem erit in populo Iudaico, cum vnum erit cum ecclesia. Qualiter canticum Mosi; audite cœ- *Ps. 132.* li, quod est Deuter. 32. c. pertineat ad sabbatum, & ad populum Iudaicum ex verbis Bedæ habeti potest, qui dicit super Lucam, q̃ in diebus sabbati Iudæi ad synagogas cõfluebant, ad meditanda diuinæ legis mãdata, postpositis mundi negotijs, iuxta illud, Vacate & videte, q̃m suauis est Dominus. In memoriã ergo pristinæ religionis canticum ipsum Deuter. sabbato cãtatur in quo statu illius populi, quem habuit offenso, vel propitio Deo describitur.

27 ¶ Post antiphonam † sequitur capitulũ, per qd̃ fit exhortatio, ne deficiamus in via. Et dicitur quandoque Benedictio & claritas. Apo. 7. c. & quãdoq;, Fuistis aliquãdo tenebræ. Eph 5. & quandoq;, Nox præcessit. ad Rom 13. c. vbi hortamur in fide perseuerare, misericordiæ operibus intendere, & opera tenebrarum abijcere, & arma lucis induere, & consolamur per repromissionẽ gloriæ. Et post capitulum sequitur responsorium. In quibusdam tamen ecclesijs non dicitur responsorium. Videtur. n. hoc superfluere propter responsoria in nocturnis dicta; quia hodie nocturnæ & laudes matutinæ vbique coniunctim cantantur. Hæc tamen ratio cessat, si laudis matutinæ officium fit per se. In omnibus tamen alijs horis post capitulum sequitur responsorium. Post capitulum seu responsorium chorus exhortationi assentiens hymnum resonat. Post hymnum sequitur versus; Quia. n. p canticum Zachariæ, quod statim sequitur promissio notatur, & nos tardi sumus ad credendum promissionibus, ideo præmittitur versus alta uoce vt excitemur ad credendum Dei promissa. Et dicitur in quibusdam ecclesijs versus; Repleti sumus mane misericordia tua, in quo recolitur tempus quo iustis recõpẽsabitur merces post huius seculi laborem. Vnde dicit Beda, Repleti sumus mane, præteritum ponens pro futuro, prophetali certitudine, quia in mane æternitatis misericordia Domini reple- *Psal. 66* bimur, iuxta illud, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. In alijs verò ecclesijs dicitur *Psal. 67* in matutinis, Domine meditabor in te. Consequenter chorus versu incitatus subijcit canticum Zacharię, siue Benedictus, quod est Luc. 1. cap. quod semper dicitur iuxta quod ait Apostolus, Seruiẽdum est Deo in psalmis, & hymnis, & cãticis, id est, corde, ore, & opere. Siquidem per hymnum exprimitur lætitia, quam de consecuta libertate habemus. Et quia Christus hanc nobis lætitiam acquisiuit, idcirco nẽ de huiusmodi beneficio ingrati esse videamur, in laudem Dei cantando prorumpimus, antiphonam incoantes. Et quia nos liberauit et grates referimus, alta voce cantando canticum ipsum, & quare? quia visitauit nos existentes in miseria, & fecit redemptionem plebis suæ. Quare etiam hoc canticum alta voce dicatur, in 6. parte sub 6. feria cœnæ Domini dicetur. Vel ideo post psalmos, & lectiones, & versum, canticum ipsum dicitur, ut recordemur, quod finito tpe noui testamenti, quod per præmissos matutinales psalmos significatur, remuneratio Abrahæ promissa nubis dabitur, si doctrina Christi imbuti, quod per lectionẽ, & ad Dei seruitiũ visitati, quod per uersum

uersum significatur, sine timore, in sanctitate & iustitia, omnibus diebus seruiamus
28 Deo. ¶ Rursus ideo Pſ. Benedictus, hoc loco dicitur, quia in eo agitur de precursore illius, qui in sexta ætate uenit. Et iste est sextus psalmus in laudibus. Et no. q; quia hoc canticū, & canticum Mariæ, ſ. Magnificat anima mea Dominum &c. euangelia sunt, ideo ea stantes cantamus. Cæterum, hæc duo cantica, non cantantur in ecclesia eo ordine, quo edita sunt, quem ordinē ponit magister in historijs, vbi agit de ortu præcursoris. Nam canticum Zachariæ prius cantatur, & tamen secundo editum est; quia. n. ibi legitur; Et erexit cornū salutis nobis, quod est factum in resurrectione; Et quia loquitur ad puerum, qui fuit aurora solis, ideo cantatur in laudibus. Cāticum autē uirginis, quia legitur ibi: Respexit humilitatem ancillæ suæ, Ecclesiæ, respsius Mariæ, quod quidem factum est sexta ætate, & agit de incarnatione ibi, Suscepit Israel puerū suum: ideo canitur ad uesperas, ſ. in sexto officio diurno. Tertio canticum Simeonis, quod sequitur, canitur in septimo officio, ſ. in cōpletorio, quia orat se dimitti in pace, quod erit in septima quieſcētium. ¶ Rursus in tribus horis, tria dicimus euangelia, ſ. in aurora, Benedictus, quia ibi uera lux nunciatur. In uespera. Magnificat; quia in fine mundi, prout ibi dicitur, Deus superbos disperdet, & humiles exaltabit. In completorio, Nunc dimittis. quia post iudiciū Sancti in pace regnabunt. Finito cantico, antiphona, quæ dilectionem siue deuotionē, quam in laudando Deum habere debemus, significat, repetitur. Dum autem uersus ante ipsum canticum dicitur, offertur incensum, vt notetur deuotio ab igne charitatis egrediēs, quæ in omni laude esse debet. Turribulū. n. est cor hominis. ignis charitas, incensum
Pſ. 111. oratio, fumus in altum tendens est deuotio, quā sursum tendere debet, iuxta illud: Dirigatur oratio mea &c. De hoc in quarta parte in tit. de accessu Pōtificis ad altare dictum est, & dicetur sub uesperis. Primo aūt offertur incensum circa altare: nā & sacerdos legalis mane intrabat templū, vt sic per altare incensum offerret, ut dicetur sub ti. de uesperis. Offertur itaque incēsum, circa altare, ut notetur canticum to-
to cordis affectu esse proferendum. Et ne nobis accidat, quod contigit Zachariæ, cui dum incensum offerret, apparuit angelus, dicens q; ei nasceretur filius, quod quia ille non credidit, obmutuit. Credamus igitur de promissionibus Dei, ne a laude eius *Luc.* 2.
muti efficiamur. Alia ēt ratio sub uesperis dicetur. Post canticum sequitur oratio, per quam est impetranda promissio, de qua dictum est in proœmio huius partis. De laudibus matutinis, quas monachi dicunt in præcedenti titulo dictum est.

S V M M A.

1 *Prima principium diurni officij, quæ sum instituta.*
2 *Hymnus nunquam mutatur in Prima. Et qui dicta.*
3 *Antiphonam sequūtur Psalmi in prima.*
4 *Psalmi tres in prima. Et quid significent.*
5 *Psalmi, Beati immaculati excellentia.*
6 *Psalmi nouem quare dicantur die dominica in prima.*
7 *Responsorium horæ primæ.*
8 *Preces quæ dicenda in prima.*
9 *Κύριε ἐλέησον, in prima.*
10 *Oratio Dominica dicitur in horis submisse. Et cur ita. Et cur etiam perinde symbolum Apostolorum.* 11.
12 *Obsecratio quid.*
13 *Ecclesia pro quatuor obtinendis orat.*
14 *Prostrationes cur fiant in horis canonicis. Et quando.* nu. 15.
16 *Genuflectitur, et in priuatis orationibus.*
17 *Oratio Dominica est sal officiorum diuinorum.*
18 *Pretiosa antiphona, an in matutinis, an potius in prima locum habeat.*

De Prima. Cap. V.

POstquā de nocturnali præmissum est officio, conuenit aliqua dicere de diuino. Et primò de hora prima, in qua Deum laudare debemus, tum quia est initiū diei, & nobis, dedit noctem cum salute, & sine Satanæ impedimento transire, prout

prout in completorio rogauimus ipsum;
Mar. ult. tum quia tali hora Christus à Iudæis Pilato traditus est, & etiam angelus nuntiauit mulieribus ad monumentum orto iam sole uenientibus, eum surrexisse, eadem etiā hora uisus est in litore maris à discipulis
Ioan. 21 piscantibus, dicens illis: Pueri habetis aliquid pulmenti? Tum quia eadē hora Dominus conueniebat in templo, & populus manicabat, id est, mane expectabat, uel, id est ad eum mane festinabat. Tum ēt quia
Luc. 21. scriptura dixit; Primum quærite regnum Dei merito ergo ecclesia in hac hora Dominum laudat & eum inuocat dicēs, Deus in adiutorium meum intende, cum glorificatione sequenti, & inde petit liberari & à persecutione mundi, & à tentationib. diaboli, vt patet in hymno; Iam lucis orto sy-
2 dere &c. ¶ Est autem notandum, quod in prima hora hymnus ipse inuariabilis est, quoniam quolibet die præmissa liberatione egemus, similiter & in cōpletorio hymnus; Te lucis &cet. in quo petit ecclesia à phantasmatibus liberari, qua etiam liberatione semper egemus, prout sub cōpletorio dicetur. Quædam etiam ecclesiæ nunquàm uariant antiphonam ad primā. Cū. n. Deus sit inuariabilis, qui est α & ω, id est, principium & finis, idcirco quia semper à nobis primitias & decimas exigit, tāquā semper sōluentes primitias diei, nunquam uariant antiphonam, sed semper dicunt illam de Trinitate, nisi aliquod festū
Apoc. 1. accidat, quia tunc fit de ipso festo. Aliæ tñ ecclesiæ uariant antiphonam, & hymnum, & in dominicis, & in ferijs, & in festis Dei,
3 & sanctorum. ¶ Post antiphonam sequuntur psalmi, & ex continentia præcedentis hymni euidenter apparet, quare dicatur primus Psal. Deus in nomine tuo, &c. in quo ecclesia orat a periculis, & ab inimicis liberari, deinde se armat, primò contra hostes cingulo castitatis, cum dicit, Beati immaculati in uia &c. Secundò galea salutis, ſ. spe, cum dicit; Retribue seruo tuo &c. de quibus dicetur sub sexta. Tertio etiam scuto fidei, cum dicit; Quicunque vult saluus esse &c. in quo fides nostra continetur, ut iam dicetur, quæ est scutum & munimen nostrum, & victoria contra carnem, mundum & diabolum, & eius omnes tentationes, unde Petrus, Cui resistite fortes
in fide, &c. Quarto, sumit gladiū spiritus, quod est verbum Dei, dum dicit capitulū, siue lectionem, quæ pertinet ad doctrinā, q a oportet, ut præcedant bona opera, quæ per psalmos significantur, & tandē sequatur doctrina de spiritualibus & secretioribus, iuxta illud, Cæpit Iesus facere, & docere. ¶ Sūt ergo tres psalmi, ſ. Deus in no- 4
mine tuo saluum me fac. Beati immaculati in uia. Retribue seruo tuo, ut in tribus *Act.* 1.
horis munitrentum contra impugnationes interiores, & exteriores habeamus. Et dicuntur sub tribus glorificationibus, eo q; Trinitas in nostris operibus glorificatur. Secundus Pſ. est Beati immaculati in uia usque Retribue seruo tuo. Tertius est, Retribue seruo tuo, usque, Legē pone mihi Domine, uiam iustificationū tuarū, qui ex octonarijs uersuum constituuntur. Habet unusquisque sex decim uersus, quorum duodecim significāt duodecim prophetas, alij quatuor designant quatuor maiores, ſ. Hieremiam, Esaiam, Danielem, & Ezechielem, siue duodecim Apostolos, & quatuor Euangelistas. Dicuntur ergo illi duo psalmi ex sexdecim uersibus constituti, ut ostendatur, quod ea, quæ duodecim prophetæ & quatuor maiores, siue duodecim Apostoli, & quatuor euangelistæ dixerūt, pro posse obseruare debemus De octonarijs dicetur sub tit. de completorio. Sunt ēt quodammodo quinque psalmi habito respectu ad diuisionem octonariorum uersuum, cuiuslibet psalmi, significantes, q; ecclesia petit, ne mors ingrediatur per fenestras quinque sensuum nostrorum, seu ut quinque sensus nostri per diem diuinitus muniantur. Primus est; Deus in nomine tuo saluū me fac Secūdus; Beati immaculati in uia. Tertius, in quo corrigit. Quartus, Retribue seruo tuo. Quintus, Adhæsit.
¶ Et est sciendum, q; à psalmo Beati im- 5
maculati in uia usque ad psalmum; Ad Dominū cū trib. cla. est unus psalmus cōtinens duodecim capitula, qui secundū Ambrosium est paradisus pomorum, & apotheca Spiritussancti, ideo ecclesia ruminat illum q; horas, uelut species aromaticas paradisi, ut sit species aromatica Deo & mundo.
¶ Sed quæritur, quare psalmus ille, Deus in nomine tuo saluum me fac. dicatur ad primā, quē Dauid cecinit, dū Cyphei eū

Saul

Saul tradere uolebant? Respondeo, ideò quia per cypheos, qui interpretantur florentes, intelligitur diabolus, qui caducam floriditatem suis ostendit. Ipse.n.siue per se,siue per membra sua, insidiatur nobis, & nos aperte persequitur, ut nos æternæ tradat morti. Ad uitandum ergo eius calliditatē iste psalmus in prima hora, siue diluculo cantandus est, quē Dauid cantabat, ut ab inimicis saluaretur. Post illum dicitur psalmus; Beati immaculati in uia. qui plenus est moribus; quia oportet, ut hi, quos Deus liberauit de uinculis, & carcere inimicorum, moribus bonis, & in omni
6 deuotione adsistant. ¶†In diebus uerò dominicis, in quibus matutinale dicitur, & hi
Psal. 21 storia mutatur, dicuntur ad primam quinque psalmi, qui sunt in fine ipsius nocturni dominicalis, s. Deus Deus meus, respice &c. qui psalmi quare in prima dicātur, sub completorio dicetur. In quibusdam tamen ecclesijs dicuntur solum in dominicis à Septuagesima, vsque ad Pascha, quo etiam tē pore dicitur ad primam, Dominus regnauit pp rationem ibi scriptam. In præmissis etiam dominicis dicitur ad Primā psalmus, Confitemini Domino, ne aliquid de psalterio prętermittatur, quin totum in septimana dicatur, & quia ibi præsertim in uersu illo; Hæc est dies, quam fecit dominus &c. agitur de resurrectione, ad quam dies dominici pertinent, & secundùm hoc in dominicis dicuntur ad primam nouem psalmi, ut cum nouem ordinibus angelorū in resurrectionis gaudio Trinitatem laudare possimus. In primis quinque, scilicet Deus Deus meus, respice, & sequentibus de Christi passione cantatur per psalmū; Cōfitemini. & tres quotidianos, innuitur quòd in quatuor mundi partibus doctrinam quatuor euangelistarum laudare debemus. In psalmo; Deus in nomine tuo saluum me fac. petimus erroris depositionem, in, Confitemini, exhortamur ad laudis confessionem, in, Beati immaculati, ad laudis operationem, in, Retribue, ad mandatorum retributionem. Verum quia fides est fundamentum mandatorum. & victoria quæ uincit mundum; quia cętera sine fide frustrantur, ideo subditur symbolum fidei; Quicunque vult, quod Athanasius Alexandrinus episcopus rogatu Theodosij Imperatoris ad eradicandum inualescentem hæreticorum perfidiam, & fidem catholicam diuulgandam, edidit, & singulis diebus dominicis ecclesia constituit cantari ad primam, quia populus ex tunc maximè ad Ecclesiam conuenit, uel quia fides principium salutis existit. Quidam tamen ex curiositate illud omittunt in illis diebus, quibus in missa Credo in unū Deum, dicunt, quidam autem dicunt, ꝙ dictus Athanasius fugiens a facie Constantini Imperatoris in Treueri illud composuit, quandoque non dicitur in Ecclesia ex primaria Ecclesiæ institutione. Et aduerte, quia in hoc symbolo duæ principaliter sunt partes, scil. cet de Trinitate, & de incarnatione uerbi, sed de libero arbitrio prætermittitur. Quicunq; vult. ¶Posteà sequitur capitulum in quo pastor oues,& paterfamilias operarios, ne in calore & labore deficiant, cōsolatur, de quo iam dicetur, & dē quandoque capitulum. Gratias uobis, & pax à Deo, ad Gal. 1. & quandoque Pacem & veritatem Zachariæ, 8. distinct. ¶ Post capitulum sequitur responsorium, Christe† fili Dei uiui &c. ut Ecclesia ostendat se innuere,& applaudere his, quæ in illo dicta sunt, nihilominus tamen orat pro se. Vnde posteà subijcitur uersus: Exurge Christe, idest, fac nos exurgere. Exurgere autem a uitijs, nihil aliud est, quàm ad Dominum redire. Sciendum est autem, ꝙ quædam Ecclesiæ omittunt responsorium illud: Christe fili Dei uiui. in Aduentu & Septuagesima, quia licet tam patres, qui fuerunt ante legem, quàm qui fuerunt sub lege, sperarent per Christum à miserijs liberari, tum quia ipse in illo tempore nōdum uenerat, idcirco cum tempora illa recoluntur, misericordia Christi minimè inuocatur. In festiuitatibus tamen Sanctorum, quæ in illis temporibus occurrunt, illud dicunt, quia in illis tempus gratiæ representatur. Quędam tamen Ecclesiæ non dicunt capitulum, nec etiam respōsorium; sed solum uersum. Exurge: uolentes mortem Apostolorum imitari, quos legimus post Ascensionem ante aduentum Spiritussancti, in orationibus, & bonis operibus perseuerasse. sicut Lucas dicit, quod ipsi adorantes reuersi sunt in Hierusalem, *Luc. 24.* cum gaudio magno, & erant semper benedi-

cedentes in templo, & laudātes Deum. Nec legimus eos tunc fecisse sermonē ad populū, sed in die Pentec. datos eis spiritu Sancto; hora tertia cœperunt tanquàm cōfirmati ad populum loqui, in quo instruimur, quòd vsque ad horam tertiam bonis operibus & orationibus vacare debem⁹, & tunc tandem alios docere. quod notat ipsa lectio, seu capitulum, nam psalmus ad opera: lectio verò pertinent ad doctrinam. Propter hoc ergo lectionem in prima subtrahūt & per consequens responsoriū, qđ ei responderi debet. ¶ Rursus per primam pastoris opera intelliguntur. Vnde & tunc dicitur, Respice Domine in seruos tuos, & in opera &c. qui pastor, Christi exemplo, debet prius operari, vt in alijs horis alios ad operam valeāt exortari, ideoque non dicunt capitulum, quod est exhortatio seu consolatio, post psalmos, per quos opera significantur, sed post Primam dicitur lectio, vt dictum est in prœmio huius partis. ¶†Subsequenter dicuntur preces quoniam in concilio Agathen. de consecra. dist. 5. conuenit statutum est, vt preces, siue capitula in singulis horis dicātur. Dñr autē ,ppter tria. Primò, ad resecandas superfluas cogitationes. Secūdò, ad impetrandam misericordiam propter oues errantes, & operarios satiscentes. Tertio, ad postulandum auxilium contra tentationes, vt possimus in dominica oratione patrem securius inuocare. Et dicuntur hoc
Eccl. 20. modo. Primò nanq; dominica oratio dicitur, in qua sunt 7. petitiones, propter septem dona Spiritussancti habenda, vt iam dicetur. Sed quia muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, præcedit ipsum, Κύριε ἐλέησον. Oportet† enim tale
9 quid præcedere, quod inanes cogitationes repellat à mente, vt dicēdo ipsam orationem dominicam, mens quæ inuisibilia loquitur, sola inuisibilia cogitet. In diuinis siquidem officijs ante ipsam orationē dicitur ter vel semel Κύριε ἐλέησον, post semel χριστὲ ἐλέησον, & iterum ter vel semel Κύριε ἐλέησον, dicitur ter Κύριε ἐλέησον, ad notandum tres status diuinitatis & diuinæ maiestatis, quos aliquo modo in Ecclesia celebramus. Sed semel dicitur, propter vnam substantiam. Primus status fuit ante assumptum humanitatetem, quando Trinitas inuocabatur sine copulatione humanæ naturæ, & dicebatur Dominus, quia Dominus nomen illi. Secundus, post assumptam humanitatem, scilicet quando Christus videbatur in terra, & nihilominus credebatur a suis Deus, & filius Dei, propter assumptam enim humanitatem, quæ vncta est oleo spirituali, vocatur Christus. Vnde in medio statu dicimus, χριστὲ ἐλέησον, Quando igitur ter dicimus Κύριε ἐλέησον, ostendimus eum nūquam fuisse separatum a substantia sanctę Trinitatis, licet fieret homo. Sed quando semel, ostendimus eum fuisse solum inter homines, & neminem sibi per omnia similem habuisse. Tertius status fuit ex eo tempore, quo voluit clarificari assumptam humanitatem plus, quàm esset quandiu mortalis erat, quia ergo in illa clarificatione ostensa est Trinitas, ideo dicimus ter Κύριε ἐλέησον, semel verò dicitur ,ppter vnā substantiam. de horum verborum efficacia dictum est in quarta par. sub titu de Κύριε ἐλέησον. ¶ Et nota, quòd præmissi status dicūtur propter nos, non propter Deū, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. ¶ Post Κύριε ἐλέησον. sequtur dominica oratio in qua sunt septē petitiones propter habenda 7. Spiritussancti dona. per quæ merentes septem virtutes, & per istas a septem vitijs liberati ad octo beatitudines peruenientes. ¶ Et dicitur *Iac. 1.* voce demissa, & secretè. ¶†Primò ut per 10 hæc verba humilitatis, & orationis deuotio significetur. ¶ Secundò, ut quasi ad interiora reuersi, ipsa res cum magna diligentia mente capiamus, quas verbis pronuntiamus. Tertiò, quia in ea Deo loquitur, qui non tantum verba, sed renes scrutatur & corda. ¶ Quartò, ad notandum, quòd oratio ipsa potius habet efficaciam in deuotione cordis, quàm in clamore oris: Licet enim Moses ad Dominum non clamaret ore, tamen Dominus, qui magis attendit clamorem cordis, quā oris, inquit ei, quid clamas ad me. Exod. 14. cap. Finis tamen ipsius orationis altè pronunciatur, vt ab omnibus confirmetur, & vt auxilio precum adstantiū responden
tium, Amen, a tentatione liberemur, quia sicut ait August. impossibile est multitudinem non exaudiri. Principium quoque

cius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius publicè pronunciatur, vt per hoc populi adstantes ad orandum inuitentur.
¶ Sanè dominica oratio dicitur, vt vita spiritualis animæ impetretur, propter quod immediatè illa dicta, sub silentio dicitur. Viuet anima mea, & laudabit te &c. deinde sequit. Erraui sicut ouis, quæ &c. in quo fit confessio. Non enim potest in Deo viuere qui
11 non confitetur. ¶ † Consequenter dicitur: Credo in Deum, in quo fides nostra cõtinetur, sine qua impossibile est Deo placere, & per quam contra omnia aduersa armamur, qui per dominicam orationẽ mũdantur. Et dicetur voce demissa, finis uerò alta, ad notandum, q̃ corde creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem, extra de sacra unct. de quo in quarta parte dictum est, ubi de symbolo agitur. Posteà sacerdos quasi suspirans dicit. Et ego ad te Domine clamaui &c. Iusta illud Dauid: De profundis clamaui ad te Domine, quia uerò non est speciosa laus in ore peccatoris, quia peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuum? 3. q. 8. §. quod instatur. ideo petit sibi gratiam confitẽdi, qua repletus possit digne laudare, dicens, Repleatur os meũ laude. ¶ Subsequuntur etiam posteà multæ preces, quibus Ecclesia obsecrat, orat, postulat, & gratias agit, iuxta doctrinam Apostoli ad Tim. Obsecrat, dum dicit. Domine auerte faciem tuã
12 à me &c. † Propriè autem obsecratio est, quando cum adiuratione petitur, ut cum dicitur, per passionem tuã libera nos Domine, Orat, dum bona sibi dari petit, ut ibi, Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectũ. Postulat dum a se mala sibi contraria remoueri petit, ut ibi. Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire. Gratias uerò agit pro iam receptis, cũ dicit, Benedic. anima mea Domino, de hoc etiam sub tit. de tertia dicetur. ¶ Potest ét & aliter dici, quoniam oratio dominica cũ sequentibus precibus, & cum psalmo. Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam, ideo dicũtur, quoniam sunt intra Ecclesiam nostram, qui minima & qui maxima committunt, pro minima committentibus, & pro seipso sacerdos orat, quando Κύριε ἐλέησον, & orationem dominicam dicit, in qua nemo se excusare potest, nisi ueraciter, dicat dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit. &cæt. pro maiora committentibus, & per pœnitentiam resurgentibus, dicitur psalmus, Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam qui propriè pertinet ad pœnitentes, prout dictum est sub titulo de laudib. maturinis, & Viuet anima mea &c. quia anima mortua fuit post mortale peccatum. Errorem etiam suum exponit dicens, Erraui sicut ouis, quæ perijt &c. Medicinam quærit, ubi dicit, Quære seruum tuum Dñe, quia mãdata tua non sum oblitus, ideò paratus sum adimplere. ¶ † Rursus in his precibus Ecclesia orat pro peccatis, & prælertim pro quatuor orat, scilicet, pro immunditia remouenda, & pro munditia conferenda. Pro tristitia, q̃ est ex morsu conscientiæ, remouenda, & pro lætitia conferenda, pro quibus dicit quatuor particulas illius psalmi, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Pro immunditia remouenda, dicit, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quasi dicat, noli ea æternaliter punire, sed quia posset esse quòd homo non curare ea deleri, ex quo in præsenti non puniretur ideo addidit. Et omnes iniquitates meas dele, pro munditia uerò conferenda dicit. Cor mundum crea in me Deus. Sed quia etiam collata munditia, homo eam sibi collatam ignorat, & ad huc cõscientiæ morsu torquetur, ideò addidit, Ne proijcias me a facie tua & Spiritum sanctum tuũ ne auferas a me. Deinde pro lætitia conferenda dicit, Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali &c. Sed quia adhuc restant inimici qui nos ad mala trahere nituntur, q̃ sunt tres, scilicet caro, mundus, & diabolus, idcirco contra inimicos ponit tres uersiculos, scilicet, Eripe me Domine ab homine malo, & alios duos sequentes. Inimicis uerò repulsis, iam laudare potest, unde dicit sic. Psalmũ dicam nomini tuo &c. & quia omni tempore laudandus est, adiungit, Et reddam uota mea &c. & etiam in omni loco ideò adũgit; Exaudi nos Deus salutaris noster: Adhuc, quia per passionem redempti sumus, & per eam nostra oratio recipit efficaciam, ideò reducimus ad memoriã, quæ in passione Domini legimus & cã

temus

tamus, uidelicet: Sanctus Deus, Sanctus, fortis, Sanctus & immortalis. Inde hortamur animam nostram ad benedicendum sibi propter beneficia nobis collata, ibi. Benedic anima mea Domino &c. consequenter verò, ut pura fit oratio, communem facit confessionem, per quam a uenialibus mundamur, sine quibus communis uita facile non ducitur. Et quia hominis confessio nihil ualet, nisi interius conuertatur, ideo subiungit, Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuã a nobis. Præterea, quia in principio diei est, orat a peccato per diem liberari, dicens, Dignare Domine die isto sine peccatis nos custodire, sine quo uix potest esse ad momentum humanitatis fragilitas. Et quia necesse est, ut misericordia Dei sequatur, sicut præuenit, idcirco addit: Fiat misericordia tua Domine super nos &c. demum orat pro diuersis gradibus Ecclesiæ, & tandem concludit per psalmum, Miserere mei Deus, secundũ magnã misericordiam tuam, post quem noster opilio solus orat pro omni-
14 bus in collecta. † Dum autem sacerdos orat seu preces huiusmodi dicit in diebus profestis, se ad terram prosternit, ut maiorem in se & alijs excitet deuotionem, sed finito psalmo, Miserere mei Deus surgit, cæteris prostratis manentibus, & stans orationem dicit, quoniam vicem gerit illius sacerdotis, qui in cælo est, qui pro nobis quotidie interpellat. Primò ergo iacendo cum
Rom. 8. cæteris orat, sicut & Dominus, cuius vicarius est, prius quàm resurgeret, cum peccatoribus conuersatus, & in cruce prostratus est, postea à stando orationem dicit, ut illius resurrectionem recolat, cuius uicem gerit. In quibusdam tamen Ecclesijs omnes, illo surgente, surgunt, in quo significant se spẽ recepisse à peccatis resurgendi. ¶ Et nota, quòd sola Ecclesiæ unitas adorando in fa-
15 ciem cadit. ¶ † In profestis ergo diebus quandoque prostrati oramus, in quo octo significantur, Primum, infirmitas corporalis, quia de puluere sumpti sumus. Secundum, infirmitas animi; quia per nos non erigimur. Tertium, est erubescentia quia non audemus oculos in cœlum leuare. Quartum prudentia, quia uidemus, ubi cadimus, id est, in terrenis affligimur. Quintum, ut cordis contritionem significemus. Sextum, quia Christum adorantes, eum ad terram descendisse, & carnem de terra credimus induisse, & hoc etiam quidam figurant, qui uolentes sibi signum crucis imprimere, prius inclinati terram manu tãgunt. Septimum, quia reducimur ad memoriã, licet in paradiso Angelici creati fuerimus corpora tamen nostra propter lapsum nostrũ inter animalia bruta iacere, & animã corporali mole grauari. Octauum, ut ipso 1. Cor. 18.
actu confiteamur nos esse peccatores, & terrenis desiderijs inhærere, uentrem terræ, & animam pauimento infigimus, & hoc est introductum ab Abraham, qui cadens in terram, Dominum adorauit, quem prophetę imitati fuerunt. Vnde Origenes 3. Reg. 8.
in homilia illius euangelij, Erant Ioseph Eph. 3.
& Maria mirantes super his &c. ita dicit, Sancti prophetę quando angustius aliquid contemplabantur, cadebant in facies suas, ut peccata per ruinã corporis plenius purgarentur. † Quandoque etiam in priuatis 16
orationibus genua flectimus, ut Salomon. & Apostolus dicens. Flecto genua mea ad pa. do. no. extrà de immu. Eccle. decet, ut per hoc omne genu Christo flecti innuamus; sed tunc non prostrati, sed facie erecti stamus, quasi ipso actu dicentes, trahe me post te. ¶ Quid dicere debemus, dum Cant. 1.
genua flectimus, in sexta parte sub titu. de ps. 121.
Pascha dicetur, Et quãdoque stamus, quasi lætantes quod in domũ Domini ibimus. In primo quidem modo exprimimus cõditionem nostram, in secundo desiderium, in tertio spem. In diebus uerò dominicis, & in paschalibus genu flectio non fit, nec dicitur per horas, Κύριε ἐλέισον, nec oratio dominica, sed stantes oramus propter lætitiam resurrectionis, quã tunc recolimus de quo in sequenti parte sub festo paschæ dicetur, nec in diebus Penthe. quibus recolimus libertatem per aduentum Spiritus sancti nobis datam, nec in alijs festiuis die- Mat. 28
bus propter lætitiam ipsarum festiuitatũ, in quibus recolimus sanctam societatẽ angelorum & sanctorum, quæ iam est in lætitia sempiterna, nisi pro præsentia corporis & sanguinis Christi. In his tamen diebus stantes, capite inclinato orare debemus, sicut & deuotæ mulieres ad monumentũ secerunt, & nunc etiã huiusmodi flebiles præces vitæ præsentis emittimus, ad notandũ

quod

quòd in futura resurrectione, ubi erat uera libertas,& uera societas, nulla precatio exercebitur pro miseris. de hoc dicetur in sexta parte sub ti. de sabbato post Pentec.

17 In † quibusdam tamen Ecclesijs in omnibus officijs dicitur dominica oratio, licet stando,nam illa est sal & condimentum sa- *Iean.20* crificij. Et sicut in ueteri testamento nullũ sacrificium sine sale fiebat, ita & nullũ officium nostrum sine illa fieri debere uidetur, de hoc etiam dictum est in proœmio huius partis. ¶ Sanè,preces huiusmodi, mystice humilitatem significant, prout suò cõpletorio dicetur,uersi. ad orientem illas dicimus, de quo dictum est in proœmio huius partis. ¶ Vltimo subijcitur oratio,quã salutatio.s.Dominus uobiscum præcedit.& etiam sequitur, quia sicut Dominus postquã resurrexit salutauit Apostolus,dicens, Pax uobis. & posteà locutus est eis,& post locutionem iterum dixit, Pax uobis, ita presbyter eius uicarius, postquàm surrexit ab accubitum,salutat fratres,dicens,Dñs uobiscum, & pro eis orat, & post orationem iterum dicit,Dñs uobiscum. q. d.Si gratiã Dei impetrastis, in illa perseuerare,& iterũ populus dicit,Et cum spiritu tuo. Ac si dicat, Orasti pro nobis, & nos pro te oramus.de hoc dictum est in quarta parte,sub ti.de salutatione ad populũ.Nouissimè dicitur, Benedicamus, de quo dictum est in proœmio huius partis. Postquam uerò Ec-

18 clesia dixerit †orationem ad Dominũ, implorat orationes Sanctorũ,dicens. Pretiosa in conspectu &c.quod non est de prima, inde est q̃ quidam dicunt illud post matutinas laudes. Etiam quidam interponunt inter primam, & pretiosa. primã de Beata Virgine,& quidam missam animarum, & quidam religiosi hoc in capitulo dicunt. Aliqui tamen dicunt esse de prima,secundum ea, quæ dicta sunt in proœm.ubi agitur de lectione, continuantes illud cũ prima,deinde sacerdos ad honorem Trinitatis orat generaliter pro se,& pro omnibus, dicens ter, Deus in adiutorium &c. Vel dicitur ter, ut petat auxilium contra insidias diaboli, carnis,& mundi,uel ad honorem Trinitatis. Et ideò subijcitur, Gloria patri &c. Nec post Gloria patri, sequitur alleluia pro eo,quòd locus,in quo hæc dici consueuerunt,puta capitulum,sacer non est. Sicut enim sacer locus significat illam Hierusalem,in qua uox illa angelica, scilicet Alleluia auditur, ita locus ille non sacer, peregrinationem nostram repræsentat,in qua peccamus, deinde quia dum in hac uita sumus, peccamus, ideo subiungimus,Κύριε ἐλέησον,& Pater noster, & postea; Respice Domine in seruos tuos &c. ubi dicitur,Et dirige filios eorum, Filij nostri sunt cogitationes, quæ de mẽte nostra nascuntur,quas ad opera Domini implenda rogat dirigi, opera verò manuũ nostrarum sunt opera exteriora, quæ inferius a cogitationibus procedunt.Sed quia omnia ad unum tendunt, ideo posteà dicit opus singulariter,cum dicit,Et opus manuũ nostrarum dirige. Et iterum opilio,siue pastor pro omnibus ouibus orat generaliter, dicẽs,Dirigere dignare Domine,&c.Oratione uerò seruitium concluditur, ut diuina gratia, quæ actiones nostras præcedit, etiam ipsas subsequatur.

S V M M A.

1 *Oratio cur fiat hora tertia. Et quã uarie, pro loci,& regionis,& professionis conditione.*

2 *Oratio,obsecratio,& postulatio, quid differant.*

De Tertia. Cap. VI.

HOra tertia Deo laudes exoluimus, quoniam in illa secundùm Marcum Iesus linguis Iudæorum † morti adiudicatus 1
est, & a Pilato ad columnam ligatus est,& fla gellatus. Meritò ergo hora illa oramus, ut sicut, sab Adam per diaboli suggestionem separas est, ita per Christi crucifixionem dignetur eadem hora Spiritussanctus in cordibus nostris infundi. In hac etiam hora repromissus Spiritussanctus datus est Apostolis: & visibiliter Dei magnalia loquebantur, unde in Actibus Apostolorum. Num isti ebrij,cũ *Act.2.* sit hora tertia diei? propter quod dicitur *Psal.* 18 hymnus. Nunc sancte nobis spiritus &c. *Leui.* Dicitur etiã Psalmus, Legẽ pone,quia tũc lex

lex noua data est Apostolis.Quia verò homo per legem Dei a morbo peccati sana
Sap.16. tur,Iuxta illud Sapientiæ; Nec herba,nec
Ps.26. malagma sanabat eos,sed tuus sermo Dñe &c. Ideo in quibusdam Ecclesijs capitulũ illud dicitur.Sana me Domine &c. Hier. 17.c.responsorium. Sana animam meam &c. Et quandoque dicitur; Charitas Dei diffusa est. Roma. 5.c.& quandoque illud. Obsecro vos fratres,per misericordiã Dei. Roma.12.c. Rursus, quia non pòt sanari,
Psal.26. nisi cõseruetur,ideo sequitur uersus,Adiutor meus esto &c. quasi dicat,quãuis liber & sanus in uia tua sim constitutus: tñ non sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illam meridiem de qua dicitur;Indica mihi ubi paschas, ubi cubas in meridie,unde dicitur. Adiutor meus esto Dñe,& subiungitur, ne derelinquas me.i. inceptũ meũ ne intermittas; quia sine te nihil est conatus meus,neque despicias me,i.ne cõtemnas, q̃ ego mortalis te æternũ audeo querere, quia tu es Deus meus,qui me creasti & recreasti salutaris meus,ideſt, qui sanas pla-
2.*Ti.2.* gas peccati mei. Deinde oẽs ad orationem prosternuntur; & prosequitur Sacerdos modum orationis,quem Apostolus docet, dicens.Primo omnium fiãt obsecrationes, orationes, postulationes & gratiarũ actiones pro oĩbus,& pro his qui in sublimitate
2 sunt.†Obsecratio fit cum adiuratione pro malo remouendo. Oratio,pro bono impetrando,uel pro malo superando. Postulatio, pro bono adipiscendo, siue cumulando. Gratiarum actio pro bono iam collato conseruando. Obsecratio,est ibi; Ego dixi Domine &c.ubi petit uulnera sanari,&me
Ps.131. dicinam dari. Oratio ibi, Fiat misericordia tua Domine,uel ibi, Ostende nobis domine.Postulatio ibi,Conuertere domine usquequo,ubi postulamus,ut per domini auxilium omnia nobis aduersa remoueãtur: Gratiarũ actio ibi, Sacerdotes tui induantur &c. & hoc ꝓ nobis oĩbus Itẽ orat pro Regibus,& ꝓ his qui sunt in sublimitate, dicen.,Saluũ fac regẽ,& oremus pro Põtifice nostro,& pro oĩbus uiuis, dicẽs Saluũ fac populũ tuũ &c. Et ꝓ defunctis dicens; Oremus ꝓ fidelibus defunctis.Sequitur ẽt Miserere mei Deus,pro his qui sunt ĩ gra uioribus peccatis,sicut præcessit dñica oratio,pro his qui sunt in quotidianis. Post hoc surgit opilio,siue sacerdos,& omnibus prostratis manentibus orat pro uniuersis, de quo dictum est sub prima.

S V M M A.

1 *Sexta ad quid instituta.*

2 *Dei dilectione quanta quis magis rapitur tanto a terrenis deficit.*

De sexta. Cap. VII.

HOra sexta pro nobis † cru- 1
cifixus, & clauis confixus est Christus, quare tenebræ super omnem terram factæ sunt, ut sol in monte Domini sui lugens, se quasi nigris tegeret uestibus, ne illum crucifigentibus lumen præberet. Hac etiam hora.in die Ascensionis cum discipulis discubuit.Meritò ergo ecclesia illa hora Deo laudes exhibet, gratias ei agens,quia pro ipsa Christus pati uoluit, propter quod ipsum diligit uehementer. Vnde in canticis,Nunciate dile- *4.Cant.*
cto,quia amore langueo,& ob hoc tunc di- *Ps.118.*
citur Psalmus, Defecit in salutari tuo ani- *psal.39.*
ma mea &c. dicitur etiam responsorium; Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo; supple,quia dignatus est pati pro me, ideſt, pro salute animæ meæ.Hac enim hora Adam de paradiso eiectus est. Recte ergo illa hora *Gen. 4.*
Deũ deprecari debemus, ut unde ille propter superbiam eiectus est,illuc per humilitatẽ, & bonam operationem redeamus. Sanè officium Sextæ statui temporis respondet.sicut & officia aliarum horarum. In prima nanq; hora est inchoatio.In tertia profectus In sexta consumatio, secundum quòd sol in prima incipit lucere. In tertia magis calet. In sexta est in summo feruore, quod indicant uerba hymnorum quæ in ipsis horis, & etiam in nona præmittuntur.Inchoationi respondent uerba quæ dicunt ad primam in psalmo: Deus in nomine tuo saluum me fac, & in uirtute tua libera me, ideſt separa me a Cyphæis. In principio nanq; nostræ cõuersionis incipimus a malo separari,unde ibi merito petimus, qui tandem loco & præmio separati sumus. Ad idem pertinet, quod

dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit secundus Psalmus. Vtinam dirigãtur uiæ meę,& quod dicit tertius psalmus. Retribue seruo tuo,quod exponitur,ideſt ſſe quenter tribue, & ubi dicit. Viuifica me, &c. ſupplendũ eſt,qui præmortuus erat p peccatũ,unde petit per gratiã iuſtificari. Ad profectũ pertinet,quod dicitur in principio tertiæ,Legẽ pone mihi Domine,uiã iuſtificationum tuarum: & exquiram eam ſemper. Sibi enim poſito in uia petit dari legem correctionis. Ad conſumationẽ pertinet,quod dicitur in principio ſextæ, Defecit in ſalutari tuo anima mea, poſita in ſalutari tuo,defecit à terrenitate, uel defecit in ſalutari tuo, ideſt, anima mea tendens in ſalutare tuum,defecit,in terrenitate.† Quantò enim quis magis tendit in dilectionem Dei, tantò magis deficit a terrenis, & quaſi præ nimio deſiderio languet, Iuxta illud Cant. 2 Fulcite me floribus,ſtipate me malis,quia amore lãgueo. Per flores quidem initia bonorum operum, per mala perfectio accipitur, quæ etiam alios accendens quodammodo conſolatur; non tamen hic plenam recipit conſolationem, ſed potius affligitur ex dilectione. Vnde ſequitur. Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum,& in uerbum tuum ſuperſperaui. Et in ſecunda parte. Quomodo dilexi legem tuam domine. Et in tertia, Oculi mei defecerunt in ſalutari tuo anima mea, quoniam exaudiſti &c. ad hanc perfectionem pertinet reſponſorium. Benedicam Dominum.& uerſiculus Dominus regit. Nam ſicut habet alia translatio. Dominus paſcit me, nihil mihi deerit in loco paſcuæ, ibi me collocauit, ideſt Dominus eſt paſtor meus, in quo ſum totus & ſufficiens. Vnde ſequitur. & nihil mihi deerit, ſpiritualem enim ſubſtantiam credit a Deo ſibi cõferendam, qui iam ſcit ſe eſſe collocatum in loco paſcuæ, ubi fideles in fide plenius corroborantur. Vnde dicit ibi me collocauit. Quem enim Dominus paſcit in aduentu Spiritusſancti, eundem regit. i. in bonis operibus facit eum delectari, & per rectũ iter ducit ad tutiſſimam ciuitatem Hieruſalem, tali nihil deeſt, teſte Apo. qui dicit, Oĩa in eo poſsũ, q me confortat. Dicit aũt qñq; capitulum illud; Alter alterius onera portate, ad Galath. 6. Quãdoque illud. Nolite conformari huic ſeculo. Rom. 12. cap.

Pſ.118.

Paul.2.

S V M M A.

1 *Nona quorſum inſtituta & eius forma.*
2 *Temporis ſtatus inſinuat uirtutum ſtatũ.*
3 *Reſponſoria Dominicarum in tertia. Sexta,& nona conuenienter reſpondent reſponſorijs ſerialibus.*

De Nona. Cap. VIII.

HOra Nona Chriſtus clamans emiſit ſpiritũ.† Mori enim uoluit ꝓ homine illa hora,in qua homo deparadiſo expulſus eſt. Et in eadem hora per mulierẽ & lignum redemit,quos per mulierem & lignum decepe rat hoſtis, ut ars artem falleret, & medellam ferret,unde hoſtis læſerat. In eadem quoque hora miles latus Chriſtus aperuit ex quo duo noſtræ ſaluationis ſacramenta, ſcilicet aquam baptiſmi, & ſanguinem noſtræ redemptionis nobis eduxit, & uelum templi ſciſſum eſt,& monumẽta aperta ſunt. Eadem hora inferna penetrans inextricabiles tartari tenebras confringẽs, ſerasq́ eius comminuens, captiuitatem Sanctorum ſecum tranſuexit ad cœlos, igneaq́ romphea ſubmota antiquum in colam in paradiſo reſtituit. Eadem etiam hora cœtus apoſtolorum ad orandum conuenire conſueuit,& Petr.& Ioan. aſcendebant in templum cauſa orationis. Petrus quoque eadẽ hora aſcendit in cœnaculum oraturus;qñ raptus eſt i extaſim, & linteo lum plenum reptilibus de cœlo ante ſe dimitti uidit,audiens,Petre macta & mãduca. Meritò igitur ꝓpter has prærogatiuas hac hora Deum Eccleſia laudat, dicens Pſalmum. Mirabilia &c. reſponſorium Redime me Domine, orans pro ſua redemptione, ne oblita eſſe uideatur, quòd tali hora redempta eſt. ¶† Illud autem conſiderandum eſt, quòd in hora nona iam ſol declinauit a centro. ſtatus ergo temporis innuit ſtatũ uirtutum,innuit enim feruorem uirtutum, in quo animus prius erat, propter tentationes eſſe tepefactum, nam ut ait Beatus Gregor. uitia nos tẽtãt, uirtutes nos humiliant. Cum.n. uir perfectus tentatur ab altitudine intimi gaudij, deſcendit ad conſiderandum ſuam fragilitatem,& ad uidendum,quam facilis ſit ad caſum,ut patet in Apoſtolo, qui dicebat. Ne magnitudo reuelationum extollat me Gaudebat c. Paulus de reuelatione, debat de tentatione Vnde ipſe dicit, ꝓpter quod ter dominum rogaui &c. Niſi n. ſibi moleſta eſſet tentatio, non rogaret, ut tolleretur, Non eſt tamen ſublata, quia per infirmitatem uirtus, cui gaudium debetur perficitur. Has tribulationes & anguſtias notant aliqui uerſus pſalmorum nonæ, ut in 1. par. Tribulatio & anguſtia &c. Et in ſecũda Multi qui perſequuntur, Et in tertia, Erraui &c. Ab eiſdem petimus liberari in reſponſorio Redime me, i. fac ut effectũ redemptionis tuæ, quæ facta eſt in ſanguine tuo, ſentiam in tribulationibus meis, hoc idem eſt in uerſu. Ab occultis meis munda me, i. repelle a me malam cogitationem,& compeſce ſuaſorem, ſecundũm Aug. ¶† Et nota q reſponſoria dominicalia in tribus horis, ſ. tertia, ſexta, & nona cõ uenienter reſpondent reſponſorijs ſerialibus. Nam in reſponſorio feriali ad tertiã, ſ. Sana animam meam &c. Petitur ſanitas uulnerum, quæ præterita peccata fecerũt, & in reſponſorio dominicali. Inclina cor meum &c. Et in uerſus, Auerte oculos &c. Petitur cautela de futuris, quod fit in impletione diuinorum mãdatorum. Item in feriali reſpõſorio ſextæ. Benedicam dominum &c Fit iugis diuinę laudis promiſſio. In dominicali reſponſorio. In æternũ domine &c. Fit promiſſi impletio, ibi n. promittit ſe laudaturum,& hic laudat. In reſponſorio uerò feriali nonæ. Redime me dñe &c. Petitur redẽptionis effectus, quo fit, ut uis mẽtis, i. amor, ſit directꝰ ad Deũ. Et in reſponſorio dominicali, clamaui &c. Promittitur effectus pedis, i. amoris. ſ. clamor ad Deum, ex amore, eſt. n. clamor cordis. In pluribus tamen eccleſijs ſunt eadem, tam in ſerialibus, quàm dominicalibus. ¶ Et eſt notandum, quòd uerſus, qui dicuntur in tertia, in ſexta, & in nona neumam habent, ad deſignandum, quòd in nulla hora exprimere ualemus gaudium, & brauium ſempiternum. Capitulum, quandoque dicitur. Omnia probate. Theſſal. 5. cap. & quandoque. Sicut in uno corpore multa membra habemus, Roman. 12. cap.

1

2

Iohan.19.

Actis 3.

Act. 10.

Pſal.25.

1. Co. 11

Pſal.18.

1

2

S V M M A.

1 *Veſpere ad quid inſtituta quid referant. Et quot pſalmis conſtent.nu.1.*
2 *Officium diei ſequentis incipit a veſperis, & cur ita.*
4 *Officium matutinum & veſpertinum præferuntur alijs pſalmorum numero.*
5 *Thimiama quid notet. Et a quo offerendum*
6 *Maria canticũ promiſſa Dei continet. Et eius expoſitio. n. 7. Et cur potius in veſperis cantetur, quàm in alijs horis nu. 8.*
9 *Lampades cur accenduntur in veſperis maximè ſub canticum Mariæ.*
10 *Officium mortuorum ad quid careat ſecũdis veſperis.*
11 *Religioſi collationẽ completorio præmittunt. Et qua id ratione, aut exemplo.*

De Veſperis. Cap. XI.

IN hora ueſpertina ſignificat eccleſia primum † aduentũ Domini, qui fuit uergente mundi ueſpere, ideſt, ultima ætate, de quo pſallens reddit gratias Deo, iuxta illud Apoſtoli. Nos ſumus, in quo fines ſeculorum deuenerunt. de pen. diſt. 3. ſic. n. in fi. Præterea Chriſtus in ueſpere de cruce depoſitus fuit, cadẽ quoque hora, in cœna ſacramentũ corporis & ſanguinis inſtituit, pedes diſcipulorũ lauit, diſcipulis euntibus in Emaus in habitu peregrini infractione panis ſe manifeſtauit. Meritò ergo eccleſia catholica Chriſto in hac hora gratias agit. Eſt tamen duplex mũdi ueſpera, prout in 6. par. ſub Epiphania dicetur.

¶ Sanè, ſicut † ait Sicardus epiſcopus Cremonenſis in mitrali, officium diei ſequentis incipit in ueſperis, quia ueſpertina ſinaxis, i. hora, primum eſt officium, ſecundum Eſdræ cõſuetudinem in quaternario numero, prout dictum eſt in prœmio huius partis. Vnde ueſpertinum officium a ueſpere ſtella nominatur, quæ in principio noctis oritur. Præterea licet ab initio mundi dies præcederet noctem, in nocte tamen dominicæ reſurrectionis nox cœpit præcedere diem, ut dicetur in ſexta parte, ſub Sabbato ſancto, in principio.

1. Co. 10

Ioẽ. 103. Luc. 24.

1

2

Universidad de Deusto Biblioteca

Dicit autem ecclesia in hac hora quinque psalmos. ¶† Primò propter quinque Christi vulnera, qui pro nobis obtulit sacrificiũ in uespera mundi. ¶ Secundò, ad correctionem, ut uidelicet defleamus, & petamus ueniam peccatorum, quæ in die per quinque sensus corporis committuntur, & ad nos
Hier. 9. intrant. Iuxta illud Hie. Mors intrauit per fenestras nostras. Quis enim est, qui visu nõ concidat uel capiatur? Tertiò, per ipsos quinque Psal. munit se ecclesia contra nocturnales tribulationes. Hæc enim hora inuinat fletum eorum, quibus occidit sol iustitiæ, & ita sunt in uespera, de quo dictũ
Psal. 29 est. Ad uesperam demorabitur fletus, qui durabit usque ad matutinum id est, quousque sol fidelibus oriatur, qui ceciderat peccatoribus, secundum quod legitur. Et ad matutinum lætitia, & propter easdem etiã causas pectus quinque digitis tundimus. Rursus seculares dicunt quinque psalmos, religiosi uerò quatuor, propter rationem tangendam in parte sub tit. de Aduentu.
4 ¶ Et no. † quòd uespertinum, matutinumque officium cæteris horis in numero psalmorum præferuntur, eo quòd in senaria operum distinctione uespere & mane solummodo memorantur, & in ueteri lege matutini, & uespertini officij antiquitas commendatur. Quinque ergo psalmi in uespertinis hebdomadæ officijs dicuntur, & cantantur psalmi secundum materiam diei, ut ecce in septima die, s. in sabbato, propter resurrectionem, quæ sequitur, agimus de uictoria, & laude Dei, quæ sequitur uictoriam. unde in 1. Psal. s. Benedictus Dominus, ad literã agitur de uictoria Dauid contra Goliam, quantum uerò ad spiritualem sensum de uictoria nostra, qua diabolum superamus, quia ergo post uictoriam nihil restat, nisi laudare Dominum, per quem uictoriam habemus, ideo sequũtur quatuor psalmi, qui sunt de laude. In primo enim laudem præmittit ecclesia. Exaltabo te Domine. In secundo se ipsam incitat. Lauda anima mea Dominũ. In tertio alios inuitat. Laudate Dominum. In quarto congratulatur cœlesti Hierusalem dicens. Lauda Hierusalem Dominum &c. Et sic de alijs ferijs & psalmis. In quibusdã ecclesijs statim post psal. sequitur hymnus, & post hymnũ lectio, siue capitulum in quibusdam econuerso, & in quibusdam hymnum non cantant. Qui post psalmos immediatè hymnum cantant, congruum ordinem seruare uidentur, quoniam primò est in corde dilectio, quæ per antiphonam designatur, deinde sequitur bona operatio, quam psalmus designat, postea mentis exultatio, quæ per hymnum notatur. Sed quia exultatio sæpe negligentiam parit, idcirco sequitur lectio, seu capitulum, quæ hominem ad cor reuocat. Qui uero lectionem hymno præponunt, uolunt hymnum loco responsorij obtineri. Vnde cum in festiuitatibus responsorium post lectionem cantatur, hymnum prætermittunt.
¶ Ad maiorem tamen exultationem notãdum est, q̃ in quibusdam ecclesijs utrunq; cantatur, & tunc responsorium præcedit hymnum, ad notandum, q̃ tunc maximè respondere debemus exortationi per præcedens capitulum factæ, post quod statim sequitur responsorium. Tamen generale est, q̃ quandocunque cãtatur responsorij, præcedere debet lectio, cui respondere debet. Qui uerò hymnum non cantant, illud attendere uidentur, q̃ canticum beatæ Mariæ sequitur, quod excludit responsorium, cuius locum tenet hymnus. Nã si canticũ Zachariæ in laudibꝰ matutinis excludit responsorium, multo magis canticum beatæ Mariæ Virginis excludere debere uidetur in uesperis. Et nota, quòd ad uesperas dicitur ad capitulum. Benedictus Deus & pater. 2. ad Corinth. 2. & illud, Dominus autem dirigat. 2. ad Tess. 3. ¶ Post hymnum sequitur uersiculus, uidelicet in sabbato. Vespertina oratio &c. In alijs diebus Dirigatur Domine, & uterque uersus uespertinum tempus designat, in quo cantatur, quod sonat uerba illa, quæ in psalmo sequuntur, scilicet. Eleuatio manuũ mearum sarcificium uespertinũ. Optat enim *Psal. 140.* ut oratio dirigatur ad Dominum, quod de ueteri testamẽto tractum est, ubi habetur q̃ hora uespertina sacerdos intrabat sanctum tabernaculũ, uel templum, ut offerret thymiama super altare incensi, sicut mane intrabat, ut offerret incensum. Hoc thymiama significat suauitatem odoris. Hinc habet cõsuetudo, ut dũ dicitur uersiculus, sacerdos turificet altare ad implendum iuge sacrificium, sic enim fiebat in lege,

ge, in qua duo agni offerebantur, vnus mane, & alter sero, & hic pinguior, & ad notãdum q̃ vis charitatis crescit, ideo ergo turificatur, vt simus semper bonus odor Deo proficiendo in scia, & doctrina, & ẽt quia pp promissiones Dei debemus tales esse, vt simus ei boni odoris. Vel ideo in uesperis, & matutinis post psalmos, & lectionem, dum versus dicitur, incensatur, ad notandum, q̃ nemo potest bonum odorem Deo reddere, vel bonum exemplum operandi alijs dare, quod per incensum significatur, nisi prius in Dei seruitio operetur, quod p psalmos, & alios doceat, quod per lectionẽ notatur. Vnde mos inoleuit, q̃ in præcipuis festiuitatibus antiphona ad Magnificat, & Benedictus, ter dicitur, siue tòties canendo protelatur, donec omnis populus, qui interest, incensi repleatur odore Et vltimò dicitur cum neuma, uoce quidem nõ significatiua, prout dictum est in proœmio huius partis. Sacerdos autem, qui maior est in ecclesia officio, ut qui vicem tenet Aaron debet incensum offerre, vt sit thymiama sempiternum coram Domino, & suaue fragrans odor, iuxta illud. Dirigatur Dñe ad te oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo. De hoc dictum est sub laudibus matutinis. Dicitur ergo in uesperis versicu
Psl. 140. lus exhortationis, scilicet vt excitet pigros ad intelligendum promissa Dei, quæ con
6 tinentur † in cantico illo beatæ Mariæ, Ma-
Gen. 9. gnificat anima mea &c. quod est Lu. 1 cap.
Gen. 22. Prima promissio facta fuit Noe. Vnde Ge-
Psal. 88. Ponam arcũ meũ in nubibus cœli, & hæc impleta est. Secunda Abrahæ, & Dauid. Abrahæ dictũ est: In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Dauid dictũ est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuã, & hęc impleta est in beata virgine, q̃ notatur in cantico suo ibi. Recordatus misericordię suę. Et per hoc ergo certi sumus, q̃ dabit nobis vltimã. s. paradisum. Ideo autem canticum ipsum quotidie dicitur, vt frequentior dominicæ incarnationis memoria animas fidelium in opere Dei, & in doctrina se exercentium, ad deuotionẽ operis incœpti accendat. Cùm enim in cantico ipso notentur cogitationes, sicut in Psal. Opera, si diligenter beatæ Mariæ actus & dicta sæpe recolimus, obseruantia castitatis, & virtus operationis semper ad ipsius operationis imitationem perseuerabit in nobis. Nec etiam nos mouebit fauor humanus indebitus, non temporalium immoderatus appetitus, non temporalis affectio, nõ de impetranda commissorum venia desperatio. Nempe non nos mouebit indebitus fauor humanus; quia cum beata virgo commendaretur à beata Elisabet, dicente, Vnde hoc mihi, vt ueniat mater domini *Luc. 1.* mei ad me &c. non ipsa mota fuit humano fauore, sed seruans humilitatem clamauit. Magnificat anima mea Dominum. & tandem adiecit. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Et no. quòd † dicit respexit humi 7
litatem, & non dicit respexit virginitatem, innuens mẽtis virginitatẽ præualere corporis integritati. Iterum, ideo dixit humilitatem, quia Deus superbis resistit, eosque à beatorum sorte secernens, per varia pœnarum loca pro peccatorum impietate dispergit. Non nos mouebit immoderatus temporalium appetitus; quia sicut ipse di- *Iac. 4.*
xit iudex noster, Diuites diuisit inanes, & Deposuit potentes de sede. Non temporalis afflictio nos mouebit. Deus exaltat humiles. In hoc enim cantico exemplo humilitatis eius reformamur, & filij Dei incarnatio, per quam deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, ad memoriam reducitur, ut fidei nostræ deuotio excitetur, non desperatio de commissorum impetranda uenia, quia misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.
¶ Beda dicit, quòd inde inoleuit consuetudo, in officio uespertino cantetur canticum beatæ Mariæ virginis, & potius in uespertino, quàm in alijs officijs.
¶ Primò, quia in ipsa uespera mundi suo singulari assensu mundo succurrit perdito.
¶ Secundò, quia per hoc fit incarnationis in uespera mundi factæ iugis recordatio. ¶ Tertiò, quia ipsa est stella maris, quæ in huius mundi uespere nobis lucere cepit, sicut uespera stella, de qua dicitur uespertinum officium, in initio noctis lucere incepit. ¶ Quartò, vt mens nostra per diem varijs fatigãt cogitationibus, imminente quietis, scilicet noctis tempore, recolendo dicta Dei genitricis, quicquid superfluum, uel nociuum diuturna euagatio contraxerit, totum hoc precibus, & lachrymis ea intercedente mundetur.

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Quintò; quia virgo portauit Dominum in vespera mundi. ¶Rursus canitur in sexta laude, quia Dominus in sexta ætate venit, sicut & canticum Simeonis in septima propter septimam ætatem quiescentium, prout tactum est sub laudibus matutinis. Cæterum hoc canticum est exultatio labrātium, quorum spiritus exultat in Domino, quia fecit eis magna, qui potens est, cuius misericordia est in secula. ¶ Ob hanc 9 † exultationem representandam lampades accenduntur in vesperis, uel pro hoc cantico principaliter accēduntur, eo quòd de euangelio est, uel ut nos de numero adolescentium & quinque prudentū, curramus
Mat. 25 cum lampadibus bonorum operū in odorem unguentorū beatæ virginis, intrantes cū ea in gaudiū Domini nostri. Et quia opera nostra non sunt in lampadibus radiantia, nisi fuerint charitate informata, ideo canticū clauditur ab antiphona, per quam charitas designatur. ¶Recantata antiphona, in profestis diebus prosternit se ecclesia in oratione prolixius orans, quā in alijs officijs, quia specialiter orat pro his, quibus occidit sol iustitiæ, licet & pro alijs oret, & faciat ea, quæ dicta sunt superius sub tit. de tertia, vbi de precibus agitur. ¶In solennibus verò diebus statim dicitur collecta, & quasi stantes oramus. De quo, & in quibus officium vespertinum cum hora prima conueniat, ibi etiam dictum est.

10 †¶Mortuorum officium incipit à vesperis, non tamen habet secundas vesperas, ad notandum, quòd hoc officium finem habebit, quando animæ saluandorum ab omni pœna liberatæ æterna beatitudine fruentur. Sed sancti, de quorū glorificatione in anima iam certa est ecclesia, primas & secundas uesperas habent, si in festo eorum nouem lectiones dicantur. Primas enim habent, pro glorificatione animæ iam percepta. Secundas, pro glorificatione corporis quam habebunt, quæ nunquam finem habebit. Si verò habent tantum tres lectiones, primas vesperas habent tantummodo, non, quia & ipsi duplicem stolam habituri non sint, cum hoc omnibus electis conueniat, sed ecclesia, ad ostendendum differentiam præmiorum illis & istis debitorum, magis solennizat pro illis, de quorum ma-
Cor. 15. ioribus meritis sibi per miracula, vel per alia documenta constat, quamuis ad plenū certa esse non possit. Nam & stella differt in claritate à stella. Vnde Aug. ait in sermone de beato Stephano. Cum pretiosa sit mors sanctorū, quid dicitare inter martyres pōt? præcipuus esse videtur, qui primus est. Aliqñ tamē in uesperis præcedentibus dicitur solummodo antiphona, & collecta de festo sequenti, put dicetur sub vigilia Natalis ¶Postremo notandum est, q religiosi 11 ante cōpletoriū præmittunt collationem, quæ à sanctis patribus originē traxit, qui dictis vesperis cōuenire, & de scripturis sacris conferre solebāt, ad instar operariorū, ad recreationē adinuicem confabulantiū, ideoque tūc vitas uel collationem patrum, & his similia, quæ potius sunt ad recreationem & delectationem, legunt, & eruditiores, si dubium occurrerit interrogant.

S V M M A.

1 *Cōpletoriū cur aut qua significatione admonitioneve institutū. Ite unde dicatur.*
2 *Completorij officium incipit à psalmo Cōuerte nos & cur ita.*
3 *Completorium quatuor psalmis constat,*
4 *Psalmus, Qui habitat, dicitur cōtra nocturnas tentationes.*
5 *Psalmi In te Domine speraui quare dicuntur tantum sex versus.*
6 *Psalmos an debeat hymnus sequi in completorio.*
7 *Symeonis canticū cur cātetur in cōpletorio*
8 *Horarum canonicarum partes omnes.*
9 *Preces cur dicantur in completorio.*
10 *Symbolū Apostolorum, cur dicatur in prima & completorio.*
11 *Officia diurna in psalmis non variantur nocturna sic. Et cur ita.*
12 *Psalmi quinque, cur in prima. & versus In manus tuas &c. in completorio potius quam in alijs horis ponuntur.*
13 *Numerus undenarius quid signet.*

De Completorio. Cap. X.

IN hora † completorij Christus 1
oranit patrē. Eadē quoq; hora
orās sanguineas guttas sudauit,
& etiā corpus eius in sepulcro
positum fuit, & custodes deputati, meritò igitur

igitur in hac hora ecclesia Deo laudes & gratias agit. Illam etiam in memoriā æterni gaudij celebrat. Nam completo electorum numero in illa hora, cōplebitur gaudium electorum in die generalis retributionis. Et inde est, quod completorium significat gaudium. Dicitur autem completorium, quia in eo complerur communis vsus locutionis, cibi & potus, & aliorum, quæ necessariò pro cōporis sustentatione sumuntur, & secundum hoc etiam signifi-
2 cat finem vitæ præsentis. ¶ Sanè hoc officium incipit præter morem aliorum offi-
Ps. 118. ciorū. Conuerte nos Deus &c. Quia enim quasi tota die psalmodiæ insistimus, & pe-
Prou. 18 nè impossibile est, quin aliquem peluerem superbiæ contraxerimus, & quia sæpe erramus. Iuxta illud. Errauī sicut ouis quæ perijt. Inde est quòd nos humiliantes dicimus, Cōuerte nos Deus &c. Præterea, quilibet quantumlibet perfectus & bonus æstimare se debet imperfectum siue insipientem, iuxta illud, Iustus accusator sui est,
1. Io. 1. ideo dicit sacerdos. Conuerte nos &c. Et in his uerbis indicans se peruersum Bonarum quippe mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. dist. ad eius de pœniten. dist. 2. si enim, in prin. Nam & si dixerimus, quòd peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Hinc est q etiam consequenter inuocamus diuinum adiutoriū, dicentes, Deus in adiutorium meum intēde, vt, Conuerte nos, referatur ad præterita mala tollenda, & Deus in adiutorium, ad bona opera futura facienda, quia sine Dei adiutorio quicquam boni facere non valemus, quia verò totum ad laudem Trinitatis faciendum est, ideo sequitur, Gloria patri. Rursus incipientes per, Conuerte nos Deus salutaris &c. oramus, vt nos à malis conuertat, & iram suam à nobis auertat, & quia merita nostra non sufficiunt, eius adiutorium postulamus, dicen-
3 tes, Deus in adiutorū &c. ¶ Dicuntur † autem quatuor psalmi ad obtinēdam remissionem peccatorum, quæ committimus dum sumus in hoc corpore, ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus, vel complexionibus composito extrà de celebra. missa. in quadā, seu quia corpus ipsum ex his compositum contra pericula phantasmata noctis munimus & Deo commenda-
mus, ideoque tunc dicitur. In mānus tuas Domine commendo spiritum meum, & Custodi nos &c. Et incipit ecclesia à voce perfectionis. dicens. Cum inuocarem exaudiuit me &c. hoc enim perfectorū est. Sed quia perfecti se debent reputare imperfectos. extrà de purga. cano. accepimus de pœniten. dist. 2. si enim prope prin. Iuxta illud Iob. Etiam si simplex fuero, hoc *Iob. 9.* ignorat anima mea, ideo sequitur in eodem Psal. miserere mei, supple, Domine, & exaudi orationem meam, quod est dicere imperfectorum. Postea alijs admonitis ad bonum, facit in eodem psalmo mentionem de pace æterna ibi. In pace in idip- *Psal. 3.* sum, idest, quæ inuariabilis, quām pacem semper in memoria debemus habere, & maximè, dum corpus quiescere debet in lecto, mens debet quiescere in Deo, debet etiam quiescere in spe. Vnde sequitur secūdus psalmus. In te Domine speraui &c.
Sed † quia spes non est sine timore, aliter 4
enim præsumprio esset, ideo sequitur tertius psalmus de tentatione, scilicet. Qui habitat in adiutorio altissimi &c. in quo Deus promittit liberare ecclesiam. Diabolus enim est quasi fur de nocte incedens, & ideo nocte imminente dicit ecclesia illum psalmum contra nocturnas tentationes. Dicitur ergo ille Psalmus, vt à quatuor tentationibus liberemur, scilicet à timore nocturno, à saggita volante in die, à negotio perambulente in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano, idest ab incurrente dæmonio. ¶ Prima est leuis & occulta. ¶ Secunda est leuis & manifesta. ¶ Tertia grauis & occulta. ¶ Quarta grauis & manifesta. In quarto verò psalmo, scilicet. Ecce nunc benedicite Dominum &c. benedicit ecclesia Deum, pro liberatione tentationum nocturnalium ibi. In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite Dominū. Dicit enim August. super hunc psalmum. Nox res tristis est, dies læta est. Ergo per noctem intelligitur ad-
uersitas, per diem prosperitas. in aduersita *Iob. 1.*
te benedicēdus est Dominus, sicut & in prosperitate, exemplo Iob, qui amissis filijs, & rebus omnibus dicebat, Dominus dedit, Dominus abstulit &c. Sit nomen Domini benedictum. Vnde & hic dicitur. Benedicite Dominum. ¶ Sed quæritur, † quare

dicuntur tãtummòdo sex versus illius psalmi, In te Domine speraui, non confundar in æternum. Respondetur, ideo, quia Dominus dicendo sextum uersum, uidelicet, In manus tuas Domine cõmendo Spiritũ meum, sexta ætate mũdi, sextoque die came obijt, ut iam dicet. Recte ergo sex uersus tantũ eiusdémque psalmi in completorio cantamus, ut in hac sexta ætate, in qua per eum redempti sumus, sicut habet finis vltimi uersus ibi, Redemisti me Domine Deus ueritatis, conformemur dormitioni eius, ut scilicet membra quiescant, & cor uigilet: Sicut caro eius in sepulchro quie-
6 uit, & diuinitas uigilauit. ¶† Notandum autem est, quòd in quibusdam ecclesijs statim post psalmos dicitur hymnus, ea fortè ratione, quia per bonam operationem peruenitur ad exultationem absque omnis purgationis medio, ab his qui purgati transeunt ab hac uita, alia etiam ratio iam dicetur. Et sic prius dicunt hymnum, quàm capitulum, ad ostendendum mystice, quòd illi, quibus completa sunt significata præcedentium laudum, seu perfecti, qui per completorium significantur, præueniunt exhortationem, quę per capitulum significat. Nec tamen capitulum prætermittunt, quia hic semper utilis est exortatio ad perseuerandum in bono, quia nec nocet admisso subducere calcar equo. In alijs autẽ ecclesijs inter psal. & hymnum interponũt antiphonam, uel alleluia, per antiphonam sequentes ordinem beati Ignatij, de quo in proœmio dictum est. In alijs uerò ecclesijs statim post Psal. & antiphonam, uel alleluia, sequitur lectio, siue capitulum cum responsorio. In manus tuas Domine &c. Vel alio, quia (ut dicunt) in omni officio dici debet lectio. Postea adijciũt hymnum. Te lucis &c. In quo optant protegi in nocturnis tribulationibus. Alij uerò non dicunt lectionem, prout in proœmio huius partis dictum est, sed statim post Psal. dicunt uersiculum, tum quia tempus illud dormitionis non aptum est ad doctrinam, tum quia post completorium non solum cibi & potus, uerum etiam doctrina quæ per lectionem significatur, referenda non est. Hinc est, quòd statuit beatus Benedictus, ut post completorium nemo loquatur. Dicitur autem capitulum. Tu autem in nobis es Domine. Hiere. 14. c. Religiosi in hoc officio ante omnia lectionem præmittunt, dicentes, Fratres, sobrij &c. Ne ordinem Esdræ excedere videantur, re presentantes in hoc etiam Mariam Magdalenam, de qua Dominus dixit. Præue- *Mat. 26.*
nit ungere corpus meum in sepulchro, id est hoc fecit, quod factura erat mortuo, si licuisset, ita hæc lectio, quasi ungit reddendo animas attentas ad uigilandum ante cõmendationem dormitionis. Post hymnum subijcitur uersiculus. Custodi nos Domine uel alius, qui notat totius officij effectum. Postulat enim Domini custodiã contra noctis pericula. Et dicitur acuta uoce, & cum neuma, ex quo excitati, & memores facti ineffabilis gaudij, quod erit merces laboris nostri, canimus canticum Symeonis. Nunc† dimittis &c. Quod est lu- 7
cæ 2. c. ¶ Primò, ut illius exemplo pacem inuenientes, mereamur uidere lumen, qđ est Christus. Secundò, ideo istud canticum canimus, quia sicut sanctus Symeon cupiens ex hac uita in alteram transire, illud cecinit, sic & nos cum dormire debeamus, quasi morituri; quia somnus est quasi mortis imago, illũ canimus, per quem nos Domino commẽdamus. ¶ Tertiò, propter causam sub uesperis dictam. ¶ Quarto, quia canticum illud est de utroque aduẽtu. Vnde merito illud dicimus, ut ꝑmissionibus alliciamur, & a vitijs quiescamus. Consideradum est autem, †quod cum septem sint 8
partes cæterarum horarum, scilicet uersus, cum Gloria patri hymnus, psalmus, lectio, cantus, preces, & oratio, in tribus tamẽ horis, scilicet in matutinis, laudibus, & uesperis, & in completorio additur & octaua, uidelicet canticum, euangelicum, quoniam hæ tres horæ pertinent ad octauam, idest Domini resurrectionem, quia mane surrexit. In uespere se discipulis manifestauit. In completorio discipulis ait, Pax uobis. Ea propter in hls tribus horis hymnus, qui est exemplum lætitiæ, ipsum sequitur, ut continetur in Euangelio gratiæ. Euangelium gratiæ huius officij est canticum Symeonis, scilicet Nunc dimittis. in quo pacem rogamus æternam, ut sicut Symeon transire cupiens, postquam uidit Christum, dimitti rogauit, & sic & nos post lumen fidei peruenjamus ad splendorẽ spei,

ubi

9 vbi erit pax æterna. ¶† Consequenter oratio dominica & preces dicuntur, quibus ẽt contra noctis phantasmata nos munimus. Subijcitur etiam symbolum, in quo nostrę fidei professio continetur, ut si fortè nos mori contigerit, in confessione fidei moriamur. Fit etiam in quibusdam ecclesijs, *Iac. 5.*
sicut & in prima, cõfessio generalis. Alterna enim confessione inuicem nos emendamus, Iuxta illud, Confitemini alterutrum peccata uestra, ne demus requiem temporibus nostris, donec inueniamus locũ Domino. Precibus & oratione completur hoc officium, Iuxta illud Apostoli, Orantes pro inuicem, ut saluemur. ¶ Rursus preces mystice humilitatem significant, quæ in fine debet esse, quia sicut in principio ipsa necessaria est, ad quod significandum uoce humilima hoc seruitium inchoatur, ita in consumatione eadem humilitas mostranda est contra superbiã, in qua ceciderunt
Psal. 35. omnes, qui operantur iniquitatem. ¶ Post preces opilio noster, siue sacerdos, commendans Domino gregem suum, dicit collectã. Vnde non est conguum, vt post hoc officium aliqd aliud fiat, nisi qđ pertineat
10 ad quietẽ. ¶† Et attẽde quoniam ad primã & ad cõpletorium Apostolorum symbolũ non dimittimus, quia cuncta opera nostra in eius nomine incipimus, & concludimus, in quem credimus. Similiter ad vtrunque officiũ confessionẽ, & Miserere mei Deus, adijcimus, vt qcquid in nocte peccauimus, aut in die deliquimus, per confessionem & pœnitẽciã diluamus, adimplẽtes illud, Cõfitemini alterutrum peccata uestra. Respicientes etiã illud, quod olim sacerdos farinæ assariũ offerebat, in die vicis suæ, mediẽte in mane, & medietatem post meridiẽ. Sacrificiũ autem nostrũ est spiritus humiliatus. ¶ Vltimò notandum est, qꝺ omnia
11 † officia diurna quantum ad Psalmos, inuariabilia sunt, nocturna verò variabilia. Per noctem.n. intelligitur mundus iste, qui uariabilis est, per diem verò illæ æternus, qui est inuariabilis de quo scriptum est. Ordinatione tua perseuerat dies. Et est verior litera, perseuerat, in singulari, quàm perseuerãt, in plurali, licet aliter quasi cõiter ꝺferatur. Hoc etiam officium in quibusdam ecclesijs, quantum ad hymnum, inuariabile est, prout sub titu. de Prima dictum est & etiã quantũ ad psalmos, lectionem, preces, & collectã, ita qꝺ pro nullius Sancti solennitate, sicut nec officium primæ uariatur, pro eo, quia in illa de pace, & specialiter de illa, ad quam suspiramus, agitur, quę (ut præmissum est) inuariabilis est, hoc dũtaxat excepto, qm̃ in dominicis diebus dicunt ad primam illos quinque psalmos, s. Deus Deus meus, respice in me &c. Et sequentes psalmos, Confitemini, prout ibi dictum est. ¶† Sed quare illi quinque psal- 12
mi in prima, & versus. In manus tuas Domine &c. in cõpletorio potius, quã in alijs horis ponũtur? Respõdeo. Christus cui in his horis canimus, qui est principium & finis, in cruce pendens, legitur incepisse psalmũ illum. Deus Deus meus, & omnes psalmos sequentes seriatim, vsq; ad dictũ versum dixisse, & ibi finiuisse, & spiritum emisisse. Meritò igitur & nos in passionibus huius seculi cõstituti, ad ipsius imitationẽ in hora prima, quæ est in principio horarũ diei, & non alibi dictos quinque psalmos, & in completorio, qđ secundũ aliquã cõsiderationẽ est finis, siue vltima horarũ diei. debemus dicere versum ipsum. Quòd verò hoc officium ad vltimam diei horã pertineat, hac consideratione apparet. Nam in prima dicis quatuor octonarios versuũ in psalmis, duos pro prima, & duos pro secunda horis, & in tertia sex: duos pro tertia, duos pro quarta, & duos pro quinta, & in sexta sex, duos pro sexta, duos pro septima, & duos pro octaua: & in Nona sex, duos pro nona, duos pro decima, & duos pro vndecima. Restat vltima hora. s. duodecima, ad quam pertinet completorium, quod notat hymnus. Te lucis ante terminum. Præmissos aũt octonarios combinamus, si duo charitatis præcepta obseruamus, facimus vndecim combinationes, vt pro quauis hora diei, in qua deliquimus, vnum Domino legis & charitatis binarum offeramus, vt pro prima, Beati, pro secunda, Retribue. pro tertia, Legem pone. pro quarta, Memor esto. ꝓ quinta, Bonitatem, pro sexta. Defecit. pro septima, Dilexi. pro octaua. Iniquos, pro nona, Mirabilia, pro decima. Clamaui: pro vndecima, Principes. Fiunt ergo vndecim combinationes ad emendandum vndenarium nostræ trãsgressionis, & in quolibet octonario aliquid

de lege Domini memoratur; quia per eam vinea collitur, & denatius æternitatis acquiritur. Sunt ergo 22. octonarij, qui per horas diei dicuntur, pp rationem sub tit. de Prima, dictã. Et dicuntur bini & bini, & sic duplicati fiunt 6. Vndenarius†. n. numerus significat transgressionem, sicut denarius perfectionem, Dicuntur ergo per vndecim, vt ea quæ in illis dicũtur transgressioné mandatorum suorum nobis relaxet. 13

LIBER SEXTVS.

SVMMA.

1 *Annus solaris quatuor temporibus distinguitur.*
2 *Annus magnus huius mũdi quatuor tẽporũ varietate mensuratur. & nu. 3. 4. 5.*
6 *Tempus Hiemis & diuiationis representat ecclesia à Septuagesima usq; ad Pascha*
7 *Tẽpus Veris et renouatiõis, i Aduẽtu Dñi.*
8 *Tempus Aestatis & reconciliationis in tẽpore paschali.*
9 *Tempus Autumni, et peregrinationis à pẽtecoste vsque ad aduentum.*
10 *Tẽpora quatuor huius mũdi cõsiderãtur iuxta quatuor diei sũmas partes. Item iuxta quatuor sũmas Christi actiones, & nu. 11.*
12 *Officia cur ecclesia inchoet à temporis Veris siue renouationis.*
13 *Libri quinã legẽdi p totũ anni circulũ in ecclesia, uide per discursum n. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*
20 *Testamẽtum duplex, vetus & nouum. Et quid testamentum.*
21 *Scripturæ cur dicãtur uetus testamentũ. Et quare scriptura nouum nu. 22.*
23 *Officium ecclesiasticum in quibus cõsistat.*
24 *Libri ecclesiastici tres sunt.*
25 *Graduarius liber quid, Quid trophonarius nu. 26.*
27 *Libri lectionum plures sunt, quos percurrit nu. 28. 29. 30. 31. 32.*
33 *Dauidis, Pauli, et Matthæi scriptura cur frequentius utatur ecclesia.*
34 *Psalterij triplex vsus. Et quoties à Hieronymo versum.*

ARGVMENTVM.

De officijs dominicarũ specialiter, & quarundã feriarũ, & festiuitatũ Domini, & ieiuniorum quatuor temporum. Cap. I.

IN ꝓxima præcedẽti parte, de diuinis officijs in genere diximus, nunc autem de specialitatibus & diuersitatibus eorũdẽ per anni circulũ ostendamus, videlicet de officijs dominicarũ, & quarũdã feriarũ, & festiuitatũ Dñi, & de ieiunijs quatuor tẽporum, & de cõuenientia ipsorũ officiorũ tam nocturnalium, quàm etiã Missæ, non vnius duntaxat ecclesiæ, sed diuersorũ offi-
1 cia prosequentes. ¶ Ad † quorũ euidentiã est distinctio tẽporũ præmittenda. Siquidẽ annus solaris quatuor temporũ successione dilabitur, s. hyemis, in quo semina iacIuntur. Veris, in quo seminata ꝓdeunt, & in spicas acuuntur. Aestatis, in qua messes albescunt, & falce succidũtur. Et autumni, in quo ꝓ vẽtilationẽ grana à paleis separata in horreis reponuntur. Sic & magnus vitæ præsentis annus durans ab initio seculi vsq; ad finẽ mundi, quatuor tẽporum uarietate mensuratur. ¶† Primum tẽpus fuit 2
deuiationis in genere humano, uidelicet ab Adã vsque ad Mosen, in quo declinauerunt hoĩes à cultu Dei, qui vera lux est facti idolatræ, & nil illuminationis doctrinæ hẽntes, & simul inutiles facti sunt, & non fuit q̃ faceret bonum, vsq; ad vnum. Tunc .n. hõ reliquit creatorẽ suũ, & de lapide dixit, Tu es Deus meus. Hoc tẽpus, quia fuit ignorantiæ & cæcitatis, bene cõcordat hyemi, in quo obscuritas regnat. ¶ Secundum † tempus fuit reuocationis, siue renouatio 3
nis, uidelicet à Mose vsque ad natiuitatem Christi, quo edocti sunt hoĩes ꝓ legẽ & ꝓphetas de Aduẽtu Xp̃i, de curatione peccati & dilectione vnius Dei. Tunc Dñs dixit ad Israel, Audi Israel, Dñm Deum tuum adorabis & illi soli seruies, & doctus est homo, quid sibi ipsi, q̃d Deo, quid ꝓximo facere *Deut. 6*

cere teneretur. Postmodum ob eandẽ cãm suscitauit ꝓphetas, ut, s. prædicatio hominem magis ab erroribus reuocaret. Hoc tẽpus cõcordat cũ uere, q̃d hẽt aliquid luminis, sed multum obscuritatis. ¶†Tertium 4
tempus fuit regressionis, siue reconciliationis, & visitationis, uidelicet, a Natiuitate Christi usque ad Ascensionem eiusdem, per quã facta est gratia hominibus, & prę- *1. Cor. 6. Luc. 1.*
dicatio euangelij, de quo dicitur. Ecce nũc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis. Hoc est tempus gratiæ, quia oriens nos visitauit ex alto, in quo tempore Dominus, qui est sol iustitiæ, mundum sua præsentia uisitauit, & propria doctrina sufficiẽter illustrauit. Hoc tempus concordat cum
5 ætate, in qua claritas regnat. ¶†Quartum est peregrinationis, uidelicet ab Ascensione Domini usque ad diẽ iudicij, ubi erit cõsumatio seculi, quod tempus est habẽs multum luminis, quia Dei misericordia reuelata sunt diuina mysteria: habet tñ aliquid obscuritatis nostra negligentia faciente, & sic concordat cũ Autumno, qui habet aliquid obscuritatis, sed amplius claritatis. In primo tẽpore uigor fidei, flos spei, fructus charitatis, frigore infidelitatis exaruit. ¶In secundo, uinea Domini aliquatenus viruit, & floruit. ¶In tertio, uirens & florens fructus uberrimos attulit. ¶In quarto cadentibus foliis uerborum decolorari cẽpit. ¶Rursus tempus deuiationis dictũ est tempus culpæ, & pœnæ. Nam propter ipsam deuiationem homo subiectus est culpæ, & propter culpã pœnæ. Vnde dicit Do- *Luc. 18.*
minus: Putas, cum uenerit filius hominis, inueniet fidem super terram. Tempus renouationis dicitur tẽpus doctrinæ, & prophetiæ propter decalogum per quod docuit Deus genus humanum Tempus recõciliationis dicitur tempus libertatis, & gratiæ, atque lætitiæ. Tempus peregrinationis dicitur tempus luctus & pœnæ, siue laboris, & pœnitentiæ, q̃d nos facimus declinationis, & negligentiæ. Primum fuit desperationis ¶Secundum respirationis. ¶Tertiũ liberationis. ¶Quartum exercitationis. Hæc quatuor tempora representat ecclesia singulis annis, siue status ecclesiæ per hæc quatuor tẽpora uariatur. Tẽpus hye-
6 mis † & deuiationis, in quo mors regnauit, repræsentat ecclesia, a Septuagesima usque ad Pascha, recolens casum, & pœnam primorum parentum propter eorum culpam; & ideo cantica lætitiæ excepto Gloria patri, subticentur, prout sub ti. de septuag dicetur. Siletur. n. Gloria in excelsis Deo, q̃a in testimonium pacis auditum est, quando veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. ¶Tempus † Veris & renouationis representat ecclesia in aduentu Domini, per quem omnia renouata sunt vsque ad natale Domini. Vnde ad notandum, ꝙ patres illius temporis habuerunt aliquid 7
luminis, sed multum obscuritatis, respectu sequentium, minora cantica lætitiæ cantat, Gloria patri & alleluia, sed maiora supprimit, scilicet, Gloria in excelsis. Te Deũ, laudamus, & sequentias, prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempore peccatum regnauit non propter ignorantiã, ut mors prius, sed propter carnis infirmitatẽ, ideo canitur alleluia, quia patres huius temporis sub lege fuerunt, sed Gloria in excelsis filetur, quod signum est pacis & iustitiæ quàm lex dare nequiuit. ¶†Tempus æsta- 8
tis & reconciliationis, siue regressionis repræsentat ecclesia ab octaua paschæ usque ad octauam Pentecost. quia per paschalem agnum reconciliamur Deo, omnia cantica lætitiæ, & fere post omnes dictiones, alleluia multiplicamus, ad significandum habitum gaudium de nostra resurrectione, Significat enim tempus illud statum fælicitatis æternę, tunc & Gloria in excelsis canitur, quia in resurrectione iustitia, i. charitas perficietur, & plena pax dabitur. Duplex enim alleluia canitur in albis, & in dominicis illius temporis, & stantes tunc oramus. In priuatis uerò ferijs Gloria in excelsis & duplex alleluia non canitur. licet sæpè alleluia præter quàm in 6o. dicatur, prout sub titu. de septem diebus post pascha, & in sequenti tit. dicetur. ¶† tempus autumni & peregrina- 9
tionis repræsentat ecclesia ab octauis pentec. usque ad aduentum Domini, quia nobis Deo reconciliatis non restat nisi ut nos peregrinos reputemus cum Psalmista dicente. Aduena ego sum & peregrinus &c. Cantat omnia lætitiæ cantica ad designandum gaudium his, quibus sunt diuina mysteria reuelata, quandoque tamen aliqua cantica subticet, nec multiplicat alleluia,

alleluia:sicut fecit in tempore præcedenti. Ad significandum declinationem à bono, quam nobis negligentia nostra parit,& cãtat alleluia in specie resurrectionis, & Gloria in excelsis,pro iustitia reddita.Itẽ quotidie dicit alleluia, sed non Gloria in excelsis, ut dicetur sub tempore Aduentus. Cantat etiam alleluia, post graduale in signum laboris per quem ad patriam vitæ transeundũ est. ¶Ex præmissis colligitur euidenter,q̃ rectè in principio hyemis homo,quasi desperans,dicit: Circundederunt
Psal. 17 me gemitus mortis. In principio Veris, quasi respirans dicit, Ad te leuaui animam. In principio æstatis architectus ecclesiæ
1.*Pe.* 2. Petrus renatis per baptismũ, & illuminatis per gratiam dicit: Quasi modo geniti infantes &c. In principio autumni exultãs Dei misericordiã dicit: Domine in tua misericordia speraui, sed attẽdens miseriam, in quam ex sua negligentia lapsus est, statim subiunxit uersiculum,Vsque quo Domine obliuiscéris me in finem ? & graduale. Ego dixi Domine, miserere mei,sana
10 animam meam,quia peccaui tibi. ¶†Rursus hæc quatuor tempora considerãtur secundum quatuor principales diei partes, quæ sunt nox,pertinens ad tempus deuiationis. Nox enim obscura est,& idolatræ cæci erant.Aurora pertinet ad tempus reuocationis. Meridies pertinet ad tẽpus reconciliationis,siue regressionis. Et uespera
11 pertinet ad tẽpus peregrinationis.¶†Designantur ét per quatuor principales Christi actiones,quæ sunt, Natiuitas,passio,resurrectio,& aduentus ad iudicium. Ad Natiuitatem pertinet circuncisio, apparitio, baptismus,& purificatio. Ad passionem ieiunium,& tentatio. Ad resurrectionem, Ascensio in cœlum,& Sancti Spiritus emissio. Ad aduentum ad iudicium, Transfigu-
Mat. 7. ratio,& miraculorum operatio. Item,passio comparatur hyemi:natiuitas ueri,resurrectio æstati,aduẽtus ad iudicium autumno,quando antiquus dierum sedebit,tenẽs uentilabrum in manu sua,& mũdabit aream suam &c.¶Item Natiuitas Christi concordat tẽpori renouationis. seu renouationis propter prophetas, qui eum multis modis prędixerunt, passio Christi tempori deuiationis propter pœnam culpæ priorum parentum. Resurrectio tempori regressionis propter lætitiam. Aduentus ad iudicium tempori peregrinationis, quia huiusmodi tempus durabit usque in diem iudicij,unde Propheta , Aduena ego sum apud te,& peregrinus, sicut omnes patres mei. Tem- *Ps.* 38.
pus ergo renouationis, quæ facta est per legem & prophetas , durat usque ad Natale Domini tantum, ut præmissum est,Alij tamen dicunt,quòd usque ad Septuagesimã, & ibi incipit tempus deuiationis. Sed secũdum primum dictum quæritur de tempore,quod est à Natali Domini usque ad 70. sub quo dictorũ temporum contineatur. Super quo dicunt quidam, q̃ tempus a natali usque ad octauas Epiphaniæ pertinet ad tempus regressionis , quod est tempus gaudij,sicut & illud:unde & in quibusdam Ecclesijs tunc albis vtuntur vestimentis,sicut & tempore Paschali:neque tũc ieiunatur , nec genua flectuntur. Reliqua uerò pars, scilicet ab Octauis Epiphaniæ usque ad 70.sub tempore peregrinationis continetur,& licet Esaias legat in die natalis Domini, non ideò dies illa est , secundùm ipsos , de tempore reuocationis. Alia enim consideratione hoc fit,& ante euangelium in nocturnis , & ante epistolam in Missa. Supponitur enim tunc basis columnæ , ut per utrumque testamentũ Natiuitas Christi probetur.¶†Item quæritur,quare a tẽ- 12
pore ueris, siue renouationis incipiunt ecclesiæ officia.Videtur enim quod deberent incipere à tempore hyemis, siue deuiationis,quia prius est deuiatio, quàm a deuiatione reuocatio. Præterea in tempore deuiationis legitur primus lib.theologiæ,scilicet Genesis . Super hoc dicunt quidam, quòd facit ecclesia , ne incipiat ab errore. Sed certè non dicitur tempus illud deuiationis , eo quòd ecclesia illo tempore deuiet,sed quia errorem priorum parentum recolit , ut nos ad pœnitentiam trahat , & ideo hæc ratio non placet. Est ergo ratio; quia per aduentũ Domini omnia noua facta sũt.Vnde Apo.Ecce noua facio omnia, ideo in honorem aduentus Domini à tẽpore renouationis incipit ecclesia officiũ suum.Præterea,si inciperet ab hyeme,uiẽs uerbis desperationis, posset homo illa audiẽs desperare.Meritò ergo incipit a vere, ut cũ postea audierit verba desperationis, non desperet, quia præcessit certa promissio

sio veræ liberationis, quæ fit in aduentu. Incipit ergo a tempore renouationis , seu
13 reuocationis,in quo tenet rem.¶†Qui autem libri,quibus temporibus legantur breuiter est uidendum. Et quidem in plerisq; locis ab aduentu domini usque ad natale eius , legitur Esa. qui quanto de Christo urbanius cæteris prophetauit , tanto natiuitati eius legitur vicinius, præter quam in ieiunijs quatuor temporum, quæ proprias habent lectiones. In ipsa etiam natiuitate non solum de illo legitur & cantatur, sed etiam de causis ipsius festiuitatis. prout in oĩbus fieri solet festiuitatibus, quod fit ad ostendendum magnum gau-
14 dium nobis cœlitus datum.¶†In prima verò dominica post natale legitur in quibusdam Ecclesijs de epistolis Pauli ad ipsam pertinentibus natiuitatem . In octaua Natalis de sermonibus, & de homilia euã gelij eiusdem diei.In epiphania de Esa.secundùm Gelasium Papam. 25.distinct.sancta.in palea.In octaua epiphaniæ de homilia eiusdem diei. Ab octaua epiphaniæ usque ad 70. canitur de psalmis & leguntur epistolæ Pauli , in quibus legitur de labo-
15 re & luctu,& pugna eius. ¶†In Septuagesima uerò usque ad dominicam ante ramos palmarum legitur Pentateucum.Septuagesima enim tempus nostræ captiuitatis,& pœnæ , & culpæ designat, de qua mysticè ad Hierusalem redire debemus,sicut per Hebræos olim de Babylonica captiuitate exeuntes figuratum est. Vt ergo memores sint captiuitatis suæ,qui sursum tendunt , legitur primò de Adam , qui in principio mundi factus est, & de eiectione eius de paradiso,deinde de diluuio,& quo modo Abraham exiuit de terra sua,& de mundi huius laboribus, exemplum patientiæ . Et sicut olim Hebræi captiuati ducti in Babiloniam,in tristitia fuerunt ferè usque ad finem septuagintà annorum.& concessa sibi licentia repatriandi gauisi sunt,licet non plenariè,ita & nos fere usque ad finem septuaginta dierum, scilicet in Septuagesima tacemus voces,& cantica lętitię,ut præmissum est,& sub tit.de tempore aduẽtus dicetur,quindecim tamen diebus,ante pascha legitur Hie.quia ille apertius, quã alij de passione tractauit,& in propria passione,Domini passionem præsignauit . Ab octauis verò paschæ quindecim diebus vel secundum alios, usque ad quartam dominicam post paschã, Apoca. legitur & cantatur,propter mysteria passionis, & resurrectionis,quæ Ioanni reuelata sunt, & Apostoli prædicauerunt.In Apoc.enim fit mẽtio de ciuitate noua Hierusalem. ¶† Dein 16
de usque ad Ascensionem legũtur epistolæ canonicæ & Actus Apostolorum,& cãtatur de psalmis,quia & Dauid prophetauit de passione & resurrectione & ascẽsione,& Apostoli prædicauerunt,quæ a Domino didicerunt , usque ad ascensionem. eius corporali præsentia perfruentes. Inter ascensionem uerò & pentecost. cantatur de ipso festo:quia discipuli sursum subleuati ,promissa patris munera expectabãt. Ab octauis pentecost. usque ad Calendas Augusti legũtur libri Regum & Paralipomenon , & cantatur Deus omnium , quia sicut Samuel,Saul,Dauid , & alij pro lege Domini pugnauerunt,sic & nos postquam accepimus donum Spirituſſancti in baptismo , uirtute debemus pugnare contra dæmones formati,nati,nutriti,& armati . 17
¶† A Calendis Augusti,usque ad Calendas Septembris legitur, & cantatur de Sapientia , quia in pugna maximè necessaria est Sapientia , uel quia Augustus sextus est mensis,& in sexta ætate,qua Deus uenit, debemus propter eius præsentiam sapienter viuere ; quia inter nos audita est sapientia ipsa,quæ ex ore altissimi prodijt. ¶Rursus mensis ille calidus est, & medius in anno. Per quod media hominis ætas designatur , & in media ætate , vbi quisque ab æstu vitiorum plus accenditur,plus succurrere debet sapientia . In Septembri legitur & cãtatur de Iob, Thobia,Esdra,Iudith,& Hester, quia hi aduersa patienter sustinuerunt , & ecclesia in fine mundi aduersa omnia pro Domino tolerabit.¶†A Calẽdis Octobris vsq; ad No 18
uembrẽ leguntur libri Machabæorũ, & cãtatur de eis, quia iste octauus mensis lætitiam resurrectionis mysticat,quia sicut Iudæi finitis pręlijs & restaurato templo iu hymnis & cõfessionibus benedicebãt Dominũ,sic in gloria resurrectionis & magnę festiuitatis,deuictis prælijs diaboli , sancti & iusti in Domino festinabũt & gaudebũt iuxta illud . Beati qui habitant in domo

tua

tua Domine. ¶ † A Calendis Nouembris vsque ad aduentum Domini leguntur Ezechiel,& Daniel,& duodecim prophetæ minores cum responsorijs. Vidi Dominũ &c. Ezechiel enim vidit quatuor animalia in figura quatuor Euangelistarum,qui natiui tatem,passionem,resurrectionem, & ascensionem docuerunt. Isti ergo ideo ante aduentum leguntur,quia clarius Christi aduentum prædixerunt. Denique Aurelius Papa in Bucardo,lib.3.c.hi. qui. statuit ut qui intenti fuerint libros famosos,& ignotos in ecclesia legere,uel cantare, excommunicentur. Ex præmissis ergo liquet q̃ in ecclesia libri noui & ueteris testamenti leguntur,quod etiam in suis locis dicetur. de ordine etiam aliorum librorum dicetur sub Dominica 2 post Pentec. ¶ † Et est notandum, quod testamentum dupliciter accipitur. Nam promissio ipsa, scilicet id quod testatur seu legitur, dicitur testamẽtum. Vnde nouũ test. dicitur gratia fidelibus p̃missa,s. fides & charitas. Cæteræ uirtutes siue uita æterna in futuro,& virtus i præsenti vita,& Apostolus, ideo nou. test. testator est, ut repromissionem accipiant, qui uocati sunt,hæreditatis æternæ. extra de cele. miss. c. cũ Marthæ §. cæterum. Scriptura etiam qua illa p̃mittũtur, dicitur testamentum. Vnde nouum testamentum dicitur scriptura noui test. & vetus testamentum dicitur scriptura veteris testa. de consecra. dist. 4 sicut in sacra. in princi. Et hæc quasi humana similitudine dicuntur. Sicut enim qui testamentum condit,hæredem instituit, chiropraghum facit, testes aduocat,agenda per hæredem indicit, sic & Deus pater uolens filios Israel in terra promissionis hæredes instituere,chirographum fecit,idest legem dedit,testes acciuit,scilicet Mosen & Aarõ, & agenda per illos edixit,& hoc est uerus testa. Sed quia in eo transitoria & temporalia repromittebat,extra de cele. miss. c. cum Marthę. §. cæterũ,ideo Christus volens Christianos, scilicet fideles, æternæ hæreditatis hæredes facere,cõsequẽter nouum test. cõdidit, s. euangelium,aduocauit testes, s. Apostolos,eisque agenda indixit,quod testamentũ tandem morte propria consecrauit. Prę tereà,testamentũ est testatio mentis, qua quisque,quod mente concipit,ore testatur & per scripturam corrobari iubet. 14. q. 2. § sit illud. Vnde de hac etiam similitudine hic, & illa scriptura dicitur testamentum. ¶ Cæterum ideo illa scriptura dicitur vetus testamentum. ¶ Primò quia uetera ideſt terrena, scilicet ad veterem hominem pertinentia promittebat,dicens. Si hæc & illa feceritis,bona terræ comedetis, & iterum,Terram fluentem lacte & melle dabo vobis,& similia. Vnde illud verus & transitorium fuit. ¶ Secundo dicitur uetus test. quod per veterem hominẽ, scilicet p Mosem ueterẽ vetustate peccati ministratum fuit. ¶ Tertiò, quia nouo superuenien te cessauit & desijt tanquam aliquid vetustum. vnde Apostolus, Vetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia. ¶ Quarto, dicitur vetus respectu noui, quia eo fuit antiquius tempore. ¶ Quintò quia a vetusta te peccati nos liberat. ¶ † Hæc uerò scriptura nouum dicitur testamentum. ¶ Primò, quia noua, ideſt cœlestia, scilicet ad cœlestis hominis conseruationem pertinentia promittit dicens. Qui agrum, aut domum &c. Centuplum accipiet, & uitam æternã possidebit. ¶ Secundo, dicitur nouum, quia per nouum hominem, ideſt ab omni peccato immunem, scilicet per Christum ministratum est. ¶ Tertiò, dicitur nouũ, ideſt vltimum, quia nouissimum homini testamentum immobile perseuerat. quod testatoris obitu cõfirmatur, ut extra de celebr. miss. c. cũ Marthæ §. cæterũ & 13. q. 2. cap. vlti Hinc enim dicitur æternum, ideſt perpetuum quasi durabile a immutabile, de quo dictum est in 4. parte sub septima particula secreti, super verbo, Noui, & æterni. Christus enim iã non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, de consecr. dist. in. secunda, semel. ¶ Quartò, dicitur nouum respectu veteris, quia illo magis est nouũ tempore, uel quia uetus lex est quasi radix, ipsum uerò nouum testamentum est quasi fructus. Quintò, quia innouat, non enim illud dicunt nisi homines renati ex uetustate per gratiam pertinentes iam ad nouum testamentum, quod est regnum cœlorum ¶ † Circa libros ecclesiastici officij, sciendum est, quod ipsum officium consistit in cantu & in lectione, de cantu tres sunt libri, de lectione sex. Sunt etiam quidam alij libri ecclesiastici, prout in secunda

Heb.9.

Rom.5.

1.Cor.5.

20 21 22 23

cunda parte in 5. tractatus de sacerdote dictum est. ¶ † Sane tres libri de cantu sunt antiphonarius, graduarius, & trophonarius. Antiphonarius à digniori, uidelicet ab antiphonis nomen sumpsit, quas beatus Ignatius patriarcha audiuit per angelos decantari, cum tamen ibi sint responsoria atque uersus. In pleriſque tamen locis liber iste responsonarium a responsorijs,quæ ibidem continentur, appellatur. ¶ Graduarius dictus † est à gradualibus, quæ in eo continentur, qui a pluribus officiarius nuncupatur, ab officijs seu introitibus, qui ibi continentur. Graduale dictum est a gradibus prout dictum est in quarta parte sub titulo de graduali. De intitulatione graduarij, antiphonarij,& lectionarij,in sequenti ti. dicetur. ¶ † Trophonarius est liber continens τρόπους, ideſt, cãtus, qui cum introitu missæ dicũtur, præsertim a monachis. Vocantur etiam τροπάρια, sequẽtiæ, siue prosæ Κύριε ἐλέησον, & neumæ. Et dicitur a τρόπος, quod est conuersio, de quo in eadẽ parte sub ti. de introitu dictũ est. Quidam etiam hunc librũ prosariũ à prosis appellant. Vitalianus cantũ Romanum instituit, & organo concordauit. ¶ † Cæterũm libri lectionum sunt isti. Primus est bibliotheca. Secundus homiliarius. Tertius passionarius. Quartus legendarius. Quintus lectionarius. Sextus sermologus. ¶ Bibliotheca à græco nomen accepit, & est nomen æquiuocum, s. locus, in quo libri reponũtur, & uolumen ex omnibus libris ue. & no. test. à Hie. compositũ. ¶ † Homiliarius est liber continens sanctorum homilias, & legitur in dominicis, & in natali, & in festis sanctorũ propria euangelia habentium, & in Pascha & in Pent. cum ferialibus eorundem Homilia autem idem est, quòd bona laus, siue uerbum ad populum. Et no. quòd plures fecerunt homilias. Videlicet Aug. Hiero. Beda, Orig. Greg. & alij, Beda tamen alias non compo suit, nisi quas Augu. composuerat, sed suis uerbis easdem superstituit, nam August. verba disputationis habuit. Beda uero ttylum sermonis, & lectionis. Quare Beda uocatur uenerabilis, ut in septima parte sub eius festo dicetur. Item non omnes homiliæ authenticæ sunt, ut quædam Origenis, qui ad hæresim dicitur declinasse. Aliquæ tamen homiliæ ipsius a beato Hier. teste Papa Gelasio leguntur fuisse correctæ seu approbatæ. 15. dist. sancta. in palea. Et quandoque illæ in ecclesia leguntur, nomen authoris, propter hæresis infamiam subticetur, sicut & nomen Salomonis, qui deceptus fuit à mulieribus, tacetur in lectionibus propter infamiam idolatriæ, sed dicitur, lectio libri Sapientiæ, sic etiam quia Moses hæsitauit ad aquas contradictionis, quia Dominum exacerbauit, non dicitur lectio libri Geneſis Mosi legislatoris, sicut dicitur lectio libri Apocal. beati Ioannis Apostoli. De hoc agitur in proę mio. 5. partis, & sub sabbato paschali. Volunt tamen quidam, quòd in principio homiliarium ipsius dicatur Homilia Origenis correcta seu approbata a Hieron. & in sequentibus dici debet homilia eiusdem. ¶ † Passionarius est liber continens passiones sanctorum, & legitur in festis martyrum. Plures autem sunt passionarij quorum quidam canonizati, quidam uero teste Papa Gelasio 15. dist. sancta. in palea sunt apocryphi, ut de B Georgio & Cyrico, & Iulita, & alij quidam, quos hæretici compilasse dicuntur quare in ecclesia legi interdicuntur Antheros Papa statuit martyrum gesta scribi, & in ecclesijs haberi, & hoc propter maximum presbyterorum numerum martyrio coronatum. ¶ † Legendarius autem uocatur liber ille, ubi agitur de uita & obitu confessorum, ut Hilarij, Martini, & aliorum confessorum, & legitur in festis eorum, dum tamen authenticatus sit. ¶ † Lectionarius est in quo lectiones epistolarum Pauli, & aliæ leguntur, qui quandoque epistolarius dicitur, & etiam legendarius dici potest. ¶ † Sermologus est liber continens sermones, quos Papa, & alij plures Sancti composuerunt, & legitur in festis confessorum à natali usque ad octauas Epihaniæ in purificatione beatæ Mariæ, & in festo omnium sanctorum, & in pluribus alijs. ¶ † Considerandũ est quoque trium scripturas præcipuè in ecclesia frequẽtari, scilicet Dauid ,pphetæ, qui fuit homicida, proditor & adulter. Matthæi Apostoli, qui fuit publicanus, & in hoc ipso infamis & Pauli, qui fuit crudelis Christi, & ecclesiæ persecutor, & etiam Augustini, qui fuit Manichæus, & tempo-

24 25 26 27 28 29 30 31 32 33

re

re Theodosij Imperatoris conuersus est. Quod fit in exemplũ, uidelicet ut alij peccatores non desperent, sed sperent, si tamen pœnituerint, posse ueniam consequi, quantumlibet graui noxa perplexi sint, & orationes & eleemosynas eorum post penitẽ-
34 tiam posse Deo complacere. ¶† Et est sciendum, q̃ beatus Hiero. tempore Damasi Papæ correxit psalterium 70. interpretũ, qđ tunc cantabatur ubiq; & adhuc iuxta ordinationẽ Gregor. Papæ qui postremò officium ecclesiasticum ordinauit, secundum illud, antiphonas, responsoria, alleluia, tractus, & alia quædam in Ecclesia decantamus. Subsequẽter uerò psalterio ipso itera to corrupto, idem Hieron. illud de nouo integrè ex græco tranttulit in latinũ, prout ipse in ipsius psalterij proœmio attestatur, quod nouũ dictus Damasus rogatu ipsius Hie. instituit decantari, & vulgariter & gallicum appellatur, & quasi ubique legitur & ferè communiter cum suo proœmio in textu Bibiæ habetur. Prœmissum uero psalterium secundũ 70. Romanis remansit, & hodie illo vtuntur. Denique idem Hieron. attendens, q̃ Iudæi nobis improperabant, q̃ psalterium falsificauerimus, quoniam à suo uerbo discordabat, tertiò psalterij de uerbo ad uerbum ex hæbreo transtulit in latinũ, quod in pluribus à gallico discrepat ac Romano, pauci tamen illud habẽt, quãuis ab omnibus & in textu bibliæ deberet haberi. ¶ Et no. quòd quidam portant psalterium, sed in eo non psallunt, prout dictũ est in titu. de laudibus matutinis. Quæ sint dominicæ, & dies priuilegiati, & principales, & qualiter dies dominica maior est aliis diebus, quibus nominibus dies septimanæ appellentur, & qui sint dies profesti, q̃ festiuitates, siue solennes in proœmio 7. partis dicetur. Greg. Pa. 92. d. c. fina. instituit, ne ecclesia Romana diaconi cantare debeant, sed solum euangelicæ lectionis officia inter missarum solennia exoluant. Psalmos uerò ac reliquas lectiones subdiaconi, uel si necesse fuerit minores ordines exhibeant, siue dicant.

S V M M A.

1 *Aduentus est initium officij Ecclesiastici.*
2 *Petrus Apostolus Aduentũ instituit, in horẽ quadruplicis Dominici aduentus.*
3 *Aduentus primus Christi, quid attulerit homini, quid secundus, quid tertius, quid quartus.*
4 *Aduentus per quot septimanas celebretur.*
5 *Per tres aduentus hebdomadas accipimus trium temporum partes.*
6 *Aduẽtus ieiunium est exultationis partim & partim mœroris.*
7 *Vrbanus Papa Secundus officium beatæ Mariæ quotidianum instituit.*
8 *Antiphonæ laudum Dominicarum aduentus quare terminentur per alleluia.*
9 *Aduentus quo tempore incipiat. Et quot diebus constet, nu. 10.*
11 *Aduẽtus prima Dominica unde inchoet.*
12 *Aduentus intitulatio cur duplex, & cur duplex inchoatio. Rationem vide ibid. & nu. 13. 14. 15.*

De tempore Aduentus. Cap. II.

QVoniam, sicut premissum † est ecclesiastica officia ad Aduentum Domini, quod est tempus renouationis incipiunt, meritò ad hoc tempore ducimus initium assumendum. ¶ † Prænotandum igitur est, quòd beatus primò instituit tres septimanas integras ante Natale uenerari, in commemorationem aduentus Christi, & quartam, quæ tamen nunquam perficitur, quia uigilia nãtalis non est de aduentu, ut infra dicetur, Agitur ergo aduentus Domini per quatuor septimanas ad magnificandum, quòd est quadruplex aduentus filij Dei, sed ultima nunquam finitur, quia sanctorum gloria, quæ dabitur in ultimo aduentu, scilicet ad iudicium nunquã terminabitur. ¶ Primus aduentus est in carnem scilicet in utero Virginis assumptam, de quo dictũ est. Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nõie Domini. Secundus in mentẽ, qui descensus fit quotidie in cordibus fidelium per Spiritum sanctum, de quo Ioan. 14. cap. ad eũ ueniemus, & apud eum mansionem faciemus, & dicit Sap. 9. Domine, emitte sapientiam tuam ut mecum sit. De his habetur Abacuch. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens

1
2
3

ueniens uenict & non tardabit. ¶ Tertius aduentus est in morte cuiuslibet, de quo
Iac. 6. dicit beatus Iac. Patientes estote usque ad aduentum Domini: & Matth. 23. Si sciret paterfamilias qua hora ueniret fur &c. ideo & uos estote parati &c. & iterum. Si in prima uigilia uenerit, idest, in iuuentute, & in secunda &c. & ita inuenerit, scilicet in pœnitentia, beati sunt serui illi.

¶ Quartus erit in maiestate, qui erit in die iudicij. De illo legitur Eia 4. cap. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus
3 populi sui. ¶ † Et no. quod primus aduent⁹ liberauit animas a diaboli seruitute. Secundus liberat eas a peccato. Tertius a pœna. Quartus corpora liberat. Veruntamen ecclesia non celebrat nisi duos aduentus scilicet in carnem, & ad iudicium. Nam primum & secundum reputat pro eodẽ, ideo enim uenit in carnem, ut ueniat in mentẽ, ideoq̃ dictum est: Veniens veniet, & nõ tardabit: ueniens, scilicet in carnem, ueniet scilicet in mentem, & iterum quia uterq; misericordiæ est. Similiter tertius & quartus habentur pro eodem, quia uterque est iustitiæ ratione unius effectus. Celebrat ergo ecclesia aduentum huiusmodi sub binario, ut filijs suis generet timorẽ & amorẽ Dei: unde in psalmo: Eiecuamini portæ æternales &c. Timor Domini sanctus, qui
Psal. 23 permanet in ætern. & amor, scilicet ipsius,
Psal. 16 qui similiter in æternum durabit. Vnde ad Cor. 13. cap. Charitas. nunquam excidit. de pœnit. distinct. 2. charitas. timorem autem debemus ei, ut domino, amorem ut patri. Vnde Malach. 2. Si ego sum pater vbi est amor? & si Dominus, ubi est timor? Celebratur ergo aduentus per quatuor se
4 ptimanas. In † prima specialiter de primo aduentu cantat ecclesia. In secunda & tertia de secundo, & hoc ideò quia antiqui patres primum aduentum tamen exspectauerunt. Secundum uerò antiqui & moderni. In quartà verò septimana recolit ecclesia tempus, in quo Dominus de-
Esa. 65. scendit in uterum Virginis. Vnde tunc Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Itẽ tempus a primo aduentu vsq; secundum recolit ecclesia inter pentec. & aduentum Dñi, in quo cantat alleluia in spe, resurrectionis, & Gloria in excelsis Deo pro iustitia reddita, & dicit quotidie allel. quia spes eius non infirmatur. Sed Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonę uoluntatis; non dicit quotidie. sed tãtum in festis, quia semper in fide, non semper in operibus laudat. Quotidie enim offendit, licet semper in fide iustitiã teneat. De hoc est dictum in proœmio huius partis, dicetur sub tit. de septem diebus post
5 pascha. Cæterum per tres aduentus hebdomadas trium temporum patres accipimus. ¶ †† Primi fuerũt ante legem, qui procul a Deo remoti clamabant; Ad te leuaui. ¶ Secũdi sub lege, qui doctrina legis instructi, & ideo ad lumen proprius accedẽtes, in introitu populus Sion appellantur. ¶ Tertij fuerunt prophetæ, præsertim illi, quos inuenit Christi natiuitas; ut Symeon, quibus quia Redemptor est prope dicitur in introitu, Gaudet. Asserũt etiã quidam, quòd in officio primæ hebdomadæ agitur de uocatione Iudæorum. In officio secundę de uocatione Gẽtium, unde ibi dicitur. Ad saluandas omnes gentes, in officio tertiæ de uocatione utriusque populi. Vnde ibi dicitur. Nota sit omnibus hominibus. ¶ Rursus cantatur in prima in persona Ioannis. In secunda prophetarũ. In tertia Apostolorum. In quarta in persona Doctorum. Tempore aduentus tacetur Gloria in excelsis, quod pertinet ad natiuitatem, ut in nocte natiuitatis deuotius & auidius decantetur, ad notandum hunc hymnum primo fuisse nocte illa ab angelis decantatum, quanquam maior gloria Christi est in ecclesia tempore noui testamenti, quam fuerit in veteri. Tacetur etiam, Ite, missa est quod pertinet ad resurrectionem. Meritò autem tacetur utrũque in aduentu, quia tunc utrunque expectatur. Pari ét ratione tacetur. Pax uobis, quod similiter pertinet ad resurrectionẽ. Tacetur etiam, Te Deum laudamus, quia nondum præsens est, quem expectamus, & ad præsentes tantum hoc cantico uti solemus. ¶ Et no. quòd hæc tria non semper se concomitantur, ut dicetur in proœmio 7. partis, Sed quare Alleluia nõ tacetur hoc tempore, cum sit canticum lætitiæ, nam in aduentu est ieiunium, nec tunc nuptiæ celebrantur. Præterea, aut est ieiunium mœroris, aut exultationis. Si mœroris, omnia

nia cantica exultationis debent taceri. Si exultationis, omnia debẽt dici, ergo & Gloria in excelsis Deo. Solutio. Hoc ieiunium est partim exultationis, & partim mœroris. Exultationis est, ratione primi aduentus, scilicet in carnem, de quo mentio fit in hoc tempore. Mœroris est, propter secũdum aduentum, scilicet ad iudiciũ, de quo fit etiam ibi mentio, & ideo in eo quædam cantica lætitiæ dicuntur propter aduentũ misericordiæ & exultationis, & quædã subticentur, & ieiunatur propter aduentum seueræ iustitiæ, & mœroris. Alleluia ergo non subticetur, quoniam tempore aduentus aliquid est lætitiæ, propter spem quam habuerunt de Christi incarnatione, & propter nostram certitudinem, quam habemus per primum aduentum de futura glorificatione, sed in Septuagesima non sic, quia totum tempus illud mœroris est, & ideo tunc non dicuntur cantica angelorũ, sed hominum, ut ibi dicetur. ¶In festis verò nouem lectionũ, quæ occurrũt in aduẽtu, debet celebrari missa de festo solenni, in tertia, cum Gloria in excelsis &c. Ite, missa est, & deponuntur cappæ nigræ, seu violaceæ, & assumuntur solennes à ministris & sacerdote, prout festum requirit. In hora uerò nona de ieiunio missa dicitur, & tunc dalmaticæ & subtilia, siue tunicellę dimittuntur; & competentes tempori & ieiunio reiumuntur, sicut in tertia parte subtil. de dalmatica dictum est. In hoc quoque tempore officium beatæ Mariæ Virginis non dicitur in ecclesia, quia totum officium huius temporis ad laudem eius pertinet. ¶†Et nota, quòd Vrbanus Papa Secundus, q fuit creatus M. 78. & sedit annis. 12. mensibus quatuor, in concilio apud Claromon. celebrato, statuit. ut officium beatæ Marię uirginis quotidie diceretur; & in die sabbati solenniter fieret, in quo officio matutino dicuntur illæ lectiones. O Beata Maria, quis digne, sumptæ ex isto sermone August. Loquimur dilectissimi &cæt. hoc etiam tempore non debet fieri specialiter commemoratio alicuius sancti præcedentis Christi aduentum, quia omnes illi in infernum descenderunt, & ideo ecclesia occidentalis pro eis non solennizat, nec etiam sequentium, quia cum hoc tempore ecclesia de aduentu filij Dei solennizet, non est aliorum solennitas admittendã, imo minor cepit maiori, quia adueniente principe cessat magistratus; ideirco cum ipse sit præmium & corona sanctorum omnium, & sit omnia omnibus & sufficientia singulorum, superfluum foret recurrere ad aliorum suffragia mendicata C. de pala. sacra. largit. l. sermeis. in prin. lib. 12. Generalis, tamen commemoratio omnium sanctorum bene fit. quoniam licẽt sancti ex aduentu filij Dei speciale gaudium & præmium assecuti fuerint, maius tamẽ ad generale gaudium eorum extitit, quia creaturam rationalem ex unione ad diuinam naturam uiderunt ineffabiliter sublimatã, quia ergo bonum commune præponderat particulari, & per consequens generale gaudium eorum gaudio speciali, quia illud, quod præmissum est, fuit omnibus sanctis utriusque testamenti ad gaudium, ideirco conueniens est, ut tempore ipsius aduentus eorum gaudium communiter & generaliter recolatur, & in generali omnium sanctorum commemoratione singulis diebus dicitur antiphona illa. Ecce Dominus ueniet, & omnes Sancti eius cum eo, & erit lux magna in die illa, alleluia, quæ pertinet ad quartum aduentum, in quo apparebit gloria sanctorum. Dicitur ẽt cum ipsa antiphona oratio illa Conscientias nostras quæsumus Domine uisitando purifica &c. in qua similiter cõcordando cum antiphona, fit generaliter commemor. de omnibus Sanctis, dum dicitur ibi, ut ueniens cũ omnibus sanctis, & tunc pertinet ad quartum aduentum, s. in maiestate. In multis tamen locis subtrahuntur uerba illa, cũ omnibus sanctis, & tunc pertinet ad secundam aduentum, s. in mente. Non fit etiam commemoratio de cruce, sicut fit in alijs temporibus, ne prius uideat Dominus passus, quam natus: & iterum, ne fiat contra illud præceptum. Exod. 23. & 24 non coques hœdum in lacte matris suæ, ideſt, Christum non crucifiges, dum adhuc tener & lactans est. Contra hoc præceptum fecerunt tunc Iudæi, qui Christum eadem die, ideſt, eadem sexta feria, in qua ut quidam dicunt, conceptus est, crucifixerunt ¶†Notandum autem est, quod tempore aduentus omnes antiphonæ dominicales in matutinis laudibus terminantur per

per alleluia, ad significandum gaudium de certitudine aduentus Saluatoris, habitũ ut in matutino officio sit quasi prædictio, & in matutinis laudibus potetur exultatio. Itẽ i prima, secda & tertia hebdomada repetũtur responsoria dominicalia, sed in 4 sunt specialia, qui per hebdomadã cãtantur, & sunt quindecim, quia ille expectatur uenturus, qui instituerat uetus testamentum, & erat instituturus nouum. Quindenarius. n. numerus constitit ex septenario, & octonario: at septenarius ad uetus octonarius uerò ad nouum refertur testamẽtũ. In singulis quoque septimanis cantus renouatur propter
Psal. 38. gaudiũ proficiẽtiũ, q proficiũt de uirtute
9 in uirtutẽ, ut uideant Deum deorum in Sion. ¶†Illud ẽt notandum est, q prima dominica aduentus nunquam esse põt ante quinto Calendas Decembris, nec ẽt post tertio Nonas Decẽbris, sed quæcũq;, illarũ septem litterarũ, quæ interdictas Calendas & Nonas includuntur, repræsentauerit dominicam, ibi est prima dominica aduentus, sed & in dominica proximiori festo beati Andreę, uel Calendis Decẽbris siue ante, siue retro, est semper initium aduentus, & si ipsum festum cadit in dominica, ibi etiã est initium ad-
10 uentus. †Aduentus cõtinere dẽt 21. diem ideſt tres septimanas integras ad minus, pter uigiliam Natalis Dñi. Veruntamen cum aduentus incipiat a die domincia, si forte cõtingat similiter Natale in die dominica uenire, oportet tps aduentus per quatuor hebdomadas protelari, alioquin uigilia Natalis & sabbatum quatuor temporum concurrerent in eadem die, quod esse nõ põt. 71. di. de leui. quia utrumque illorum proprium habet officium, & ad diuersa tempora pertinent. Nã sabbatum est de aduentu, sed uigilia ad tempus gaudij pertinet, cum non sit de aduentu, sed de natali, & sic aduentus nõ hẽret uigilii unum diem, excepta uigilia natalis sicut dictum est, Quod uigilia natalis ptineat ad tps gaudij, patet ex ipsa ordinatione Gregorij, qui ultimas aduentus antiphonas posuit de euangelio. s. Cõpleti sunt dies. & ecce completa sunt oia. Quando ergo natale est in dominica, quatuor tẽpora celebrãtur in penultima hebdomada. Si ãt natale uenerit in secunda feria, uel deinceps usque in dñicam, tunc post uigiliã unum diem habebit, in quo fiat uigilia, & qñ festum uenerit in secunda feria, fiet officium de uigilia in die dñica, quæ proprium non hẽt officium, & tunc pp dñicã cantabitur alleluia, sed ieiunabitur in sabbato præcedenti, tam pro uigilia natalis, q pro ieiunio quatuor tporum. De hoc etiam dicetur sub titulo de capite ieiuniorum. ¶†Nõ est etiam ignorandum; 11
quod licet in principio, siue in prima dñica aduentus cãtetur introitus. Ad te leuaui animam meam Deus, si quis tamen diligenter attendat in Dominica præcedenti illa præparatio aduentus Dñi quoad quędam inchoatur, quod ostendit epistola, quæ tunc secundum quosdam legitur. Hier. 23
Ecce dies ueniunt, dicit Dñs. Et suscitabo Dauid germen iustum &c. finis euangelij eiusdẽ dici, si Abiit Iesus trans mare Tyberiadis, quod est Ioannis xi. c. Hoc idẽ insinuat, ubi dicitur. Hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum, ut redimeret populũ &c. Satis. n. cõuenięs est, q in præcedenti dominica inchoãt, quia nõ respiraret desperãs, nisi certa promissio uerę liberationis præcederet, qua audita respirans clamat. Ad te leuaui animam meam Deus meus &c. In q nta igit hebdomada ante natiuitatem Dñi inchoatur pparatio aduentus quoad quædam. Vnde & in antiqs gradualib' & lectionarijs titul' est talis. Quinta dominica ante natiuitatẽ Domini, nam ab illa dominica usque ad natiuitatẽ Domini sunt quinq; officia dominicalia, quinq; epistolæ, & q̃a que euangelia. In quarta uero dominica ante natiuitatem Domini inchoatur præparatio aduentus quo ad officium matutinale, & quo ad multiplicẽ officiorũ uarietatẽ & innouationẽ. q̃a ergo quatuor sũt officia dominicalia, ab illa dominica usque ad natiuitatem, & ideo in antiphonarijs nouis intitulatur quarta dominica.
†Quadruplex autẽ ratio huius duplicis in 12
titulationis librorum, & inchoationis aduẽtus reddi cõsueuit. ¶Prima; q̃a p lectionarium recolimus aduẽtum Domini in mundũ, significatũ esse per quinq; mundi ætates, Per antiphonariũ uero recolimus aduentum Domini nuntiatum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quatuor ordines librum, scper legem, per prophetas, per psalmos, & per initiũ euangelij narrantis Domini conceptionem. Initium euangeli vocamus, q̃ quid est in libro Lucæ, qui historiam ante natiuitatem Domini plenius cæteris prosecutus est, sicut de angelo à Zacharia misso annuntiante natiuitatem præcursoris & sicut de prophetia illa, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redẽptionẽ plebis suæ. Et de Gabriel archangelo ad Virginẽ misso, & similibus.

13 ¶ † Scđa est, qa actor lectionarij nos hortat, ut purgemus hospitium nostri corporis, quod per quinque sensus sordidatum est, ad suscipiendum Deum, quia in sordib. habitare despicit Rex uenturus. Actor uerò antiphonarij nos docet purgare corpus nr̃m, constans ex quatuor elementis, facientes dignam mansionẽ Deo regi uenturo. Iuxta illud. Ego & pater ad cum ueniemus, & mansionem apud cum

14 faciemus. ¶ † Tertia est, quia in quarta dominica aduentus, quæ ad spirituales, & non in quinta dominica, quæ ad seculares pertinet, vt dicetur in ti. sequẽ. innouantur cantus. Spiritualium enim est canticũ nouũ cantare, & non secularium, qui cum adhuc quasi veteres sint, & mala eorum adhuc recentia, potius lugere, q̃ gaudere debent. Renouatus quidem cantus gaudium electorum significat, qui proficiũt de uirtute in virtutẽ, in qua

15 videbitur Deus deorũ in Sion. ¶ † Quarta est, quia in ecclesia duo sunt ordines hominum expectãtium Domini aduentum, & studentium, ad digne suscipiendum Deum uenturum. Vnus ordo in seculari conuersatione studet. alter in spirituali. Seculares q̃ reb. trãsitorijs studẽt

Ioan. 6. quæ quinque corporis sensibus administrantur, per quinq; hebdomadas intelliguntur, iuxta illud, euãg. Io. 6. Erant viri quasi 5. millia. Si quidem quinque millia viri Deum secuti designant eos, qui in

21 seculari adhuc habitu positi exterioribus quæ possident, bene uti nouerant: ipsi nãque saturantur quinque panibus, quia legalia instituta eis proponenda sunt, qui per quinarium numerum propter quinque libros Mosi intelliguntur. Per quatuor verò septimanas spirituales intelligũtur, qui reb. transitorijs abiectis nudi nudũ sequuntur Christũ, qui per quatuor euãgelia ad potiorem perfectionem excitãtur. Quod etiam ad istos quaternarius numerus pertineat, apparet in alio euangelio, in quo quatuor milia hominum, qui sunt euangelica perfectione sublimes leguntur refecti septem panibus, idest, septiformi gratia eruditi & repleti. Hanc distinctionem figuranit Dominus Mosi quando in ingressu tabernaculi iussit poni septem columnas, & ante oraculum unam, ante sancta sanctorum quatuor. prout legitur Exod. 26. & 32. cap. Siquidem quinque columnæ exterius positæ sunt seculares, qui in exterioribus maximè versantur, quatuor columnæ ante sancta sanctorum sunt spirituales, qui quasi interius positi Domino deuotius obsequuntur. Vna columna ante tabernaculum vnitatem fidei, quam tam isti, quam illi colunt, designat, & propter hanc causam clerici seculares in vespertinis officijs quinque psalmos cantant. Monachi verò, & religiosi qui altiorem elegerunt viam, non nisi quatuor, in quo se perfectiores ostendunt. Quod autem quadratum est, ex quacunque parte vertatur, manet idẽ & firmum. Similiter & perfectus quocunque loco & tempore, idem immobilis manet.

SVMMA.

1 *Dominicæ primæ Aduentus officium.*
2 *Responsorium Dominicæ primæ Aduentus & eius expositio.*
3 *Hominis magna ignorantia.*
4 *Responsorium primum Aduentus habet tres uersus. & cur & nu. 5. 6. 7.*
8 *Responsorium secundum Aduentus. Tertium nu. 10. Quartum 11. Quintum, Sextum, Septimum nume. 12. Octauũ & Nonum nu. 14.*
9 *Visio est triplex.*
15 *Missa in Aduentu introitus, prima Dominica.*
16 *Dei facies intelligitur diuina cognitio.*
17 *Euangelium de Aduentu in Hierusalẽ, cur hodie legatur.*

De

De prima Dominica aduentus Domini. Cap. 3.

1 PRIMA Dominica † de aduentu, quæ est quarta à natali Domini, & in qua sedm quosdam inchoatur officium aduentus, pertinet ad spirituales. Et ideo in ea innouantur cantus, præcedens uero, quæ quinta est, ad seculares, sicut in præcedenti ti. dictum est. Ad spirituales pertinent duo uersiculi, quorum vnus sequẽtur in uespertino officio, scilicet Rorate cœli desuper. Alter in matutino, s. Vox clamantis in deserto. In primo ostenditur, quid facere debeant, in secundo exequuntur. Ipsi sunt cœli rorantes, & nubes pluentes, ros est subtilior, &

Is. 1. pluuia grossior. Tunc sunt rorantes, quãdo de incarnatione Saluatoris subtilia dicunt ut illud, Verbum caro factum est, & similia, tunc sunt pluentes, quando grossiora, i. intellectu faciliora dicunt, si-

Mat. 1. Luc. 2. cut est, quod Maria despõsata est Ioseph, & quod puer natus est in Bethleem, & reclinatus in præsepio, & huiusmodi. Isti faciũt, quod aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ. Ad literam, terra est virgo Maria, quæ aperta quantum ad fidem cordis sine damno virginitatis concepit, & peperit Saluatorem. Sed moraliter, terra est cor humanum, quod uiri spirituales sua prædicatione aperiunt, vt germinet Saluatorem, id est, Christus in eo reformetur, iuxta illud Apostoli. Filioli mei,

Es. 40. quos iterum parturio, donec Christus reformetur in vobis. Isti sunt vox clamantis in deserto, idest, in mundo, parate uiã Domini, rectas facite semitas eius. Viæ sunt opera, semitæ sunt cogitationes quas debemus parare in aduẽtu Saluatoris. Hanc præparationem notat oratio, quæ post communionem hac die in Missa sequitur. Suscipiamus Domine misericordiam tuã in medio &c. & ex eo, quod in fine illius orationis dicitur. Congruis honoribus præcedamus. Viam ergo parare, est pœnitentiam agere, & prædicare. Semitas rectas facere, est post mandata consilia obseruare. Sane huius dominicæ totum matutinale officium pertinet ad primum aduentum, ut præmissum est. Legitur enim in Esa. qui de aduentu loquitur apertius quam aliquis alius pphetarum. unde in 2. cap. ipsius habetur. Ecce mons &c. in primo uero habet de nequitia Iudæorum. Primum responsorium † est, A- 2
spiciens à longe, quod est de primo aduẽtu, & non sumit de aliquo libro Theologiæ, nec compilatum est à Gregorio ordinatore matutini officij, sed à quodã eius monacho, quod inde apparet, quia illud intra hebdomadã non repetitur, sed oĩa alia responsoria sic, quæ ab ipso Gregor. edita sunt. Etsi obijciatur, quod illo dempto, non remanent nisi octo responsoria illi dominicæ. Respondetur, quod nouem sunt, computato illo, Ecce dies veniunt quod secundum ordinem Grego. nonum est, & cantatur in uespera sabbati præcedentis. Cantatur autem hoc responsorium in persona Ioannis Baptistæ, uel sponsæ, dicentis, Aspiciens à longe, à terra uideli cet ad cœlum, uideo Dei potẽtiam veniẽtem, & licet proprie patri potẽtia assignetur, hic tamen per potentiam accipe filiũ Dei, cui data est potestas in cœlo & in terra, qui est potens Dominus in prælio, cui propheta, Accingere gladio tuo su- Psal. 43
per femur tuum potentissime. Hic uenit dum se uisibilem monstrauit, & nebula totam terram tegentem. Hæc nebula est Dei misericordia, quæ præstat refrigerium contra æstum uitiorum. Hanc Moses intrauit, cum ad suscipiendum legem ascendit. Hanc Petrus intellexit, cum in nube lucida uidens Dominum, Mosen, & Mat. 17
Heliam dixit, Faciamus hic tria tabernacula. Hæc populum in desertum deduxit & abigne protexit. Hæc est uirtus Luc. 1.
altissimi, quæ uirginem obumbrauit, quæ totam terrã regit, quia misericordia Domini plena est terra. Hæc etiam nebula est humanitas filij Dei, quæ totum mundum saluat. Medicina enim omnium infestinatione nebulæ. Nebula etiam potest dici infidelitas seu ignorantia. ¶ Ignorabat enim † homo Deum, seipsum, natale solum; & concupiscentiam esse peccatum. Hæc nebula totam terram regebat, 3
quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Ite obuiam ei, & dicite Nuntia nr̃. t. es, qui regnat. es in populo

23 Y 2 Israel.

Israel. Similia dixit Ioannes discipulis Pa
Ioan. 1. rate viã Domini, & p discipulos ad Chri-
stum, Tu es qui venturus es, an alium ex
pectamus? obuiam sponso, scilicet per uiã
charitatis, & dicite, Nũtia nobis, quasi di
cat, Reuela nobis per tuam præsentiam si
tu es Messias in lege promissus, & si re
4 gnaturus es in populo Israel. ¶ Porro † in
solito modo primum responsorium habet
in quibusdã Ecclesijs tres versus, sicut &
responsorium primum natalis Domini.
¶ Primò, ad significandum, q̃ iste aduen
tus Domini saluat homines trium tẽpo
rum. s. illos, qui fuerunt ante legẽ & sub
lege, & sub tempore gratiæ, & pp hoc ẽt
fit triplex repetitio, prima à remotiori
quò ad finem, & postea à minus remoto,
& postea à propinquiori, ad ostendendũ
quod patres primi temporis remotiores
fuerunt ab aduentu Christi, q̃ patres secũ
di, & tertij, & patres secundi teporis, ma
gis remoti quàm patres tertij, deinde re
incipitur, responsorium ad denotandum
desiderium, & ad significandum, q̃ debe
mus attribuere finẽ & principium bo-
Apoc. 11 ni operis ei, qui est, α & ω 35. dis ab exor
dio. Vltimò, dictis uersibus subiungitur
Gloria patri. q̃ a omne desiderium & ser
uitiũ ad Deum trinum est referendum,
& ibi non fit reiteratio partis, sed totius
responsorij, quia post uitam præsentem
omnia opera consumentur, & tunc erit
dominus omnia in omnibus, & consuma
tio, & sufficientia omnium. ¶ Secundò,
5 ideo † præmissum responsorium tres ha
bet uersus, & unum Gloria ad designan
dum quatuor aduentus, de quibus in ca.
præcedenti præmissum est, & ad designan
dum quatuor tempora, scilicet tẽpus an
te legem, tempus legis, prophetiæ, & gra
tiæ. Alloquens enim ecclesia omnes ho
mines, qui fuerunt ante legem, quorum
pauci secuti sunt unum Deum, dicit pri
mò versum. Quiq; terrigenæ &c. idest
O uos omnes mali, boni, diuites & pau
peres, ite obuiam ei & dicite. Iudica no
bis, si tu es ipse, qui regnaturus es in po
pulo Israel. in secundo uersu in persona
hominum, qui fuerunt sub lege, in qua
aliquid fuit imperfectionis, quę data fuit
infirmis, alloquitur ipsum legislatorem.
Qui regis Israel intende, quasi diceret, q̃
populum Israel in lege tua regis, & sicut
pastor ouem deducis, iudica nobis, si tu
es ipse; qui regnaturus es in populo Is
rael. In tertio iam ex dictis prophetarum
certificari de aduentu Saluatoris ex desi
derio clamant, Excita potentiam tuam,
& ueni, qui regnaturus es in populo Is
rael. In alijs, uero Ecclesijs est tertius uer
sus. Tollite portas. In quarto gratias
agens Saluatori de aduentu suo, qui dig
natus est uenire, imo toti Trinitati di
cit, Gloria patri. ¶† Tertiò, responsorium
6 ideo tres habet uersus, quoniã lex, & Psal
modia, & prophetia hũc Saluatoris aduen
tũ prænunciauerunt. ¶ Quarto, tres uer
7 sus patres trium puerorum significant.
Patres quidem ante legem hunc aduen
tum præsiderunt. Patres sub lege desi
derauerunt. Patres gratiæ prædicauerunt.
Dicit ergo Ioannes Baptista, uel ecclesia,
Vos patres ante legem quique terrige
næ & fi. h. s. in s. d. & pauper, ite obuiam
ei. Terrigenas uocat malos, q̃ terrena se
quuntur filius hominum dicit, bonos di
uites, subdit, quos terrigenas appellaue
rat, pp pauperes quos filios hominum.
Vos ergo quiq; idest quilibet terrigenæ
malitia diuites, & filij hoium spũ paupe
res, q̃ estis simul in unũ, in uno ouil agni
& hædi, ite obuiam ei, ut uos mali per in
gressum incipiatis, uos boni per progres
sum proficiatis. Vos etiã patres sub lege
dicite. Qui regis Israel, intende, qui dedu
cis uelut ouem Ioseph, Nuntia nobis &c.
qui regis Israel, idest Iudaicum populũ p
doctrinam legis Domini uidentem. Qui
deducis, idest, de uirtute ducis, uelut ouẽ,
idest innocẽtẽ. Ioseph, idest populum Gẽ
tilẽ, augmentatum per frumentum mor
tificatum, intende super nos, i. lumen pie
tatis infunde, & Nuntia nobis &c. Vos
quoque patres sub gratia dicite. Tollite
portas principes uestras, & eleuamini por
tę æternales, & introibit rex gloriæ. Qui
regnaturus &c. ò principes, & potestates
aeris huius. Et o genimina uiperarũ toll
lite, idest auferte portã mortis, i. uitia per
quæ diabolus intrat ad corda. Et ò por
tę æternales, idest, uirtutes ad æternitatẽ
ducẽtes, eleuamini contra uitia, & p uos
introibit, & habitabit in uobis rex glo
riæ, qui regnaturus est in populo Israel.

Et

Et no. quòd tertium uersum non respon
detur, Nuntia nobis, quia patres noui te
stamenti certificati sunt de aduentu Chri
patres gratiæ certi sunt de introitu regis
gloriæ. Verum quia nunquam sufficit,
nec sufficiet fides incarnationis sine fide
Trinitatis, ideo sucinitur, Gloria Patri &
Filio & Spiritui sancto, & quia qui uenit
in humanitate, uenturus est etiam in
maiestate ideo responsorium denuo re
petitur. In repetitione uero, nebulam, ac
Mat. 13 cipias ad literam iuxta illud. Veniet in nu
Ps. 96. bibus cœli, & sicut nubes suscepit eum,
& alibi. Nubes & caligo in circuitu eius
8 ¶ Secundum † responsorium est, Aspiciebã
in uisu noctis, sumptum per Gregorium
de Dan. c. 7. Christum uenturum prophe
tante, qui his uerbis mysterium incarna
tionis uerbi quod in principio erat apud
Deum, apperuit dicens, Aspiciebam in
uisu, aut uisione noctis. Triplex quidem
9 est uisio †. s. noctis ante gratiam, diei sub
gratia, & lucis in gloria. In Nocturna ui
derunt patriarchæ & prophetæ, qui sub
nube fuerunt, & hoc Daniel aspiciebat
in uisu noctis. In diurna uiderunt Apostoli,
quibus Christi humanitas apparuit. In
lucida uidebunt filij Dei facie ad faciem.
Ioan. 8. Hanc distinctionem ueritas in euange-
Luc. 10. lio innuit, dicens: Abraham exultauit
vt uideret diem meũ, uidit & gauisus est.
Iterum, multi reges, & prophetæ uoluerunt uidere, q̃ uos videtis, & nõ uiderunt.
Sequitur, Et ecce in nubibus cœli filius
hominis ueniebat, Nubes cœli caro uer
bi. de qua Esa. 19. Ascendit dominus super
nubẽ leuem. Et datũ est ei regnum & ho
nor scilicet nomen, quod est ab æterno da
tum sed in tempore manifestatum, & om
nis populus, tribus, & linguę seruient ei. nã
vt Esaias ait curuabuntur ei omnia ge
nua, & iurabit omnis lingua in domino.
10 ¶ Tertium responsorium, † Missus est an
gelus Gabriel, quibus uerbis Lucas te
11 xuit ordinem annuntiationis. † ¶ Quar-
Cap. 1. tum est Aue Maria, gratia plena, quibus
idem Lucas modum conceptionis annexuit, dicens, Spiritussanctus superueniet
in te, & uirtus altissimi obrumbrabit tibi:
Superueniet in te, inquam in protegendo te, & ab omni sorde purgando, & exin
de uirtus altissimi, scilicet uerbum Dei
obumbrabit tibi, ex te carnem sumendo, quod enim ex te nascetur sanctum,
vocabitur filius Dei. Christus enim qui
non est conceptus ex uirili semine meri
to nascitur, & filius Dei appellatur. Se
quitur versus, Quomodo in me fiet istud? interrogatiuè, & sic quomodo sunt duæ
dictio. uel admiratiuè. & est una dictio.
Quintum responsorium est, † Saluato- 12
rem. In quo incarnatio per Apostolum
confirmatur. ¶ Sextum est, Ecce uirgo
concipiet. ¶ Septimum. Ecce dies ueni
unt, in quibus hoc idem per prophetas
roboratur. ¶ Octauum, obsecro Domi- 13
ne, in quo idem propter legem compro
batur. ¶ Nonum est. Audite uerbum, in
quo idem per prophetas comprobatur.
¶ † Laudes matutinæ utrumque sonant 14
aduentum. Non enim agitur aliquãdo de
vno aduentu, quin & de alio misceatur,
sed pauca de secundo habentur, & hoc
propter representationem gaudij, ne spes
luxuriet in præsumptionem. Siquidem
prima antiphona quæ de fine Iocis sumi
tur, est aperte de primo aduentu. Vnde
ibi dicitur in illa die, scilicet quando Mes
sias venit Mõtes, idest Apostoli seu magni
prædicatores, stillabunt dulcedinem. s. uer
bi Dei, & colles sicut minores prædicato
res, fluent lac, scilicet simplicis doctrinæ
minoribus, & maioribus. Secunda. s. Iucun
dare, partim est de Esaia, partim de Zacha
ria. Tunc enim iucundata est secundum
Zachariam Sion, idest, ecclesia de Iudæis,
& exultauit Hierusalem. idest, Ecclesia
de Gentibus. Tertia, s. Ecce Dominus ue
niet, est de secundo aduentu, scilicet in
maiestate. Quarta est, Omnes sitientes.
Tunc enim omnes, idest, de omni gene
re sitientes, scilicet salutis & scientiæ
doctrinam. venerunt; secundum Esaiam
ad aquas baptismatis & doctrinæ. Quin
ta est, Ecce ueniet propheta magnus, &
ipse renouabit Hierusalem, scilicet dan
do legem, & noua condendo præcepta.
Hoc tempore dicitur per horas capitu
lum illud, Egredietur uirga. Esa. 11. capitulo. illud. In diebus illis. Hieremia ui
gesimo tertio capitu. & illud, Erit in no
uissimis. Esaia secundo capitu & illud.
Ecce uirgo. Esaia 7. capitulo & illud.
Venite ascendamus. Esaia secundo capi.

15 ¶ Ad missam † uerò introitus est, Ad te leuaui &c. quia per aduentum Domini in carnem spes maximè eleuatur. Sic enim Ioan. 13. Deus dilexit mundum, ut filiũ suum unigenitũ daret, & iterum, Proprio filio non pepercit &c. Et nota, q̃ si quidam excitentur, alij tamen somno torpent. Ideo cantor incipiens, Ad te leuaui animam meam, exaltando uocem ab inferiori ad superius procedit, quod proprium est excitantis, quod etiam notatur in epistola ubi dr. Hora est nos iam de somno surgere. Rom. 8. ¶ Sequitur uersiculus, Vias tuas Domine demonstra mihi, quia Christus ueniens nobis uias suas indicauit. unde Esai. Esa. 2. Erit mons domus Domini &c. Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos uias suas. q̃ aũt sint uiæ illæ, ostendit epistola, Ro. 13. quæ est ad Rom. decimotertio cap. Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. In eo enim quod ibi dicitur. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, assignatur effectus, quia factus est dies, quando natus est sol, & ideo sequitur sic, ut in die honestè ambulemus, scilicet in omnib. operib. bonis, & induamus nos in similitudine Christi, ut sic filij Dei, simus, quia propter hoc filius Dei factus est homo, ut homo fieret filius Dei. Orationes primum aduẽtũ respiciunt & possunt etiã ad aptari cõgrue ad secundum. Postea sequitur spes, quæ facta est in ortu solis: uniuersi, qui te expectant &c. Sequitur alleluia. Vnde se &c. quia tunc ostendit dominos faciem suam quam qui uidet, saluatur. Vnde, cum dixisset Dominus cæco. Quid vis ut faciam tibi? Respondit, Rabboni, ut uideam quam faciẽ non poterant homines ante uidere, quia erant in regione umbræ mortis, sed lux orta est eis, quod possunt uidere. Q̃d aũt dr: Vnde nobis domine faciẽ tuam, est sensus, Da nobis cognitionẽ tuam. 16 Facies † enim Dei in scripturis sanctis non caro, sed diuina cognitio intelligitur, quia p̃ facié cõspectãs quis cognoscitur. ¶ Sequitur in quibusdam ecclesijs euangelium Matth. 21. capit. cum appropinquasset &c. quod ad passionem pertinet, quò ad literam, Ad diem uerò hanc quò ad allegoriam, & spiritualem intelligentiam. Venit enim tunc dominus Hierusalem per Bethphage, quæ interpretatur domus buce, idest ad ecclesiam, quæ parua erat, in qua Christus apparuit p̃ confessionem, & per montẽ Oliueti, per q̃ designat eminentia misericordiæ, per q̃ venit filius Dei in mundũ, & misit discipulos suos dicens: Ite in castellum, idest in mundum & inuenietis asinam & pullum, idest Iudaicum populum qui duræ ceruicis est, & Gentilem sine iugo legis. Item, per huiusmodi animalia ostendit uias suas, humilia enim sunt. Vnde in Matth. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, Legitur etiã ideo, quia ibi habetur, Benedictus qui uenit in nomine domini, q̃d pertinet ad primum aduentum, & propter alia uerba, legitur in alijs ecclesijs illud. Cum appropinquaret Iesus, quod dicitur in dominica palmarum. In alijs uerò ecclesijs legitur euangelium. Principiũ Euangelij Iesu Christi &c. quod est Marc. 1. cap. propter illa uerba: Ecce ego mittam angelum meum ante faciem tuam. Et no. q̃ in textu euangelij non continetur principium, sed initium. Sed ecclesia ponit principium pro eo quod legens euangelium statim præmisit in titulo, Initium sancti euangelij ne idem repeti uideatur. In nonnullis ecclesijs etiam legitur, Erunt signa. Sequitur offertorium de spe. Ad te leuaui animam meã. & post communio de eodem & propter idem legunt euangelium illud, Erunt signa. quod est, Luc. 21. cap. q̃ pertinet ad secundum aduentum, ubi dicitur, Prope est regnum Dei. Cui adaptatur epistola, ubi dicitur, proprior est nostra salus quia prope est regnum tuum Domine, ideo Ad te leuaui, dicit in introitu cantor, idest uetus homo, uel Ioannes Baptista, ut quidam dicunt, dicit, Ad te leuaui animam, Deus meus & ideo uias tuas domine demonstra mihi, & hoc in responsorio: ostende nobis domine misericordiam tuam, & hoc in alleluia & quasi de misericordia certificatus concludit in: post communione, Dominus dabit benignitatem, idest affectum bonum, & terra nostra, s. caro, dabit fructum suum. idest, bona opera.

SVM-

SVMMA.

1 *Aduentus dominica secunda, & quo officio constet n. 2. 3.*
4 *Missa aduentus secunda dominica introitus atque eius interpretatio.*
5 *Euangelium dominica secunda aduentus.*

De secunda dominica Aduentus Do mini.

1 IN hac secunda dominica aduentus, vt præmissum est, agitur † de secundo aduentu, verùm quia gaudere melius est quam flere, & dilectio melior, quã timor, ideo in eo quædam dicuntur pertinentia ad secundum aduentum, & quædam ad vtrunque. Ecce enim in matutinis primum responsorium est. † Hierusalem, cito veniet salus tua, tunc omnes plorabunt, modo est tempus gaudij. aliud est de primo & secundo aduentu. Præterea ibi sunt dua uersus secundum quasdã ecclesias, ad idem exprimendum, sicut & in alleluia, ut iam dicetur. Primus est, Hierusalem, si me audieris &c. utitur Dominus uerbis Mosi, ut intelligatur, quòd ipse est, qui Mosi loquebatur. Aliquando etiam vtitur verbis Salomonis, ut sciamus, quod ipse est sapientia, de qua locutus est Salomon. Istud responsorium sumptum est de Michæa, & etiam illud, quod sequitur, scilicet Bethleem. quædam tamen ecclesiæ illud dicunt dominica sequenti, & est de primo aduentu, & loquitur de generatione temporali Christi & æterna, de temporali autem dicit Bethleem ciuitas Dei summi, quia in Bethleem natus est. De æterna, cum dicit. Et egressus eius, sicut à principio dierum, de alijs responsorijs patet. ¶ In laudibus prima antiphona est de † secundo aduentu. Ecce in nubibus cœli &c. 3 In Missa verò introitus patet ad utrunque hoc modo. Populus Sion, Ecce Dominus ueniet ad saluandas gentes Esa 30. cap. In utroque enim aduentu saluat. Sequitur: Et auditam faciet Dominus uocem laudis suæ. Ipse enim est turtur, cuius uox audita est i terra nostra, q̃a attulit nouum tempus. Vox eius in secundo aduentu erit. Venite benedicti patris mei &c. uersus autem pertinet ad scdm aduentum: Qui regis Israel, intende, qui deducis uelut ouem Ioseph, idest, de hoc, mundo ducis Ioseph, idest augmentum, idest, in bono, sicut ouem, idest, simplicem, & quia in matutinis primum responsorium est Hierusalem, & in missa † introitus est Populus Sion, ideo in hac dominica fit statio in ecclesia quę dicitur Hierusalem. Sequitur oratio: Excita Domine corda nostra ad præparandas unigeniti tui uias &c. quæ est de primo aduentu tantum, Epistola vero de secundo. Quæcunque scripta sunt, &c. ad Roma. 15. capitu. ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, & sic inuitamur ad spem, vt quæ patimur, leuia fiant, responsorium pertinet ad utrunque. Ad primum, dum dicit. Ex Sion species decoris eius. Ad secundum dum dicit. Deus noster manifeste veniet. versus uerò ad primum tantum dicit. Congregate, scilicet ò uos angeli, illos sanctos eius, id est, prædicatores bonos, qui ordinant testamentum eius, scilicet nouum, super sacrificia, idest, vetus testamentum. Prius .n. est, quod animale est, sicut dicit Apostо. Deinde quod spirituale, uel quod dicit, Congregate hoc in primitiua ecclesia, maxime necessarium fuit, scilicet ò nos boni prædicatores, ut Paulus & alij. Deinde sequitur alleluia, quod insolito modo habet duos uersus secundum quasdam Ecclesias, & hoc fit, quia ibi de duplici aduentu agitur. Primus est de primo cum dicitur: Lætatus sum &c. Ante primum enim aduentum Christi desperabant homines de salute, Tunc uero lætati sunt, quando audierunt, quod filius Dei homo factus erat. Secundus versus est de secundo. Stantes erant pedes nostri, idest affectus nostri, in atrij &c. Iam enim in spe & desiderio ibi sumus: Euangelium est Luc. 21. cap. scilicet. Erunt signa in sole & luna &c. & est de secundo aduentu tantum, ibi enim ostenduntur signa, quæ fient ante diem iudicij, quoniam totus mundus turbatione sua iudicium Domini ostendet. Ibi etiam sequitur, His autem fieri incipientibus respici-

te & leuate capita uestrá. Ecce appropinquabit red emptio uestra. Ecce spes. Quædam uerò Ecclesiæ legunt euangelium, Cum audisset Ioannes in vinculis, quòd similiter ad secundum pertinet aduentum ex eo quòd Ioannes quærit, Tu es, qui uéturus est an alium expectamus, cui Dominus. Ecce ego ueni ad redimendum, & rursus ueniam ad saluandum, quod ex signis coniecturare potestis, quia & cęci uident &c. Offertorium est de primo aduentu Post communio. Hierusalem &c. quæ est Baruch. 4. cap. & est de utroque. In tertia uerò & quarta feria, & Sabbato leguntur euangelia de testimonio Christi, scilicet de Ioanne, & de testimonio Ioannis, de Christo & eius aduentu. De quo etiam loquitur epistola, Patientes estote, quæ tunc dicitur.

S V M M A.

1 *Aduentus Dominica tertia & eius officiũ.*
2 *Missa, aduẽtus, tertia Dominicæ introitus.*

De tertia dominica aduentus Domini. Cap. 5.

1 SEQVITVR 3. Dominica, in qua similiter agitur de secundo † aduentu, vnde in nocturnis primum responsorium est, Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, idest, super carnem, quæ erit candida, per gloriam immortalitatis, ut mali timeant in secundo aduentu. Nam in primo aduentu apparuit Dominus super nubem leuem, id est, immunem à peccato. & sumitur hoc responsorium de Apocalipsi, ubi dicitur. Vidi, & ecce nubes candida. Versus èst de utroque aduentu. In laudibus prima antiphona est de secundo aduentu. Veniet Dominus & non tardabit, & illuminabit abscondita tenebrarum. 2. quæstio prima, multi. Oia enim manifesta erunt, quia libri conscientiarum aperti erunt coram eo. ¶ † In missa vero introitus est de secundo aduentu, Gaudete in Domino semper, & iterum dico gaudete, ad Philipp. 3. capitu. Apostolus enim non loquitur de primo aduentu, cum dicit, Dominus prope est, sed de secundo aduentu, vnde inuitat ad gaudium spirituale, per quod firmiter expectamus gaudia secundi aduentus, unde dicit. Gaudete in Domino semper, scilicet expectando secundum aduentum. & repetitur gaudete, quia gaudium spirituale facit nos dulciter sustinere omnia aspera mundi, ut nihil euellat nos à spe æternorum, & ideo, quia ita necessarium est gaudium spirituale, ita repetit, uel propter gaudium de utroque aduentu quod habent Sancti. Huius gaudij custos est modestia, & ideo sequitur, modestia uestra &c. Hoc gaudium, ꝙ est pax omnibus Sanctis, optat ecclesia filijs suis, in versu cum dicit, & pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, s. hominis; ꝙa nullus homo habet totum vsum pacis huius collectæ, scilicet Aurem tuam quæsumus Domine, est de aduẽtu in mente. Audita enim collatione de aduentu Dominum sacerdos orat, ut tenebras, quas patimur in eo, ꝙ falso iudicamur, sua uisitatione illustret Epistola, Sic nos existimet homo &c. quæ est. 1. ad Cor. 4. c. est de secundo, aliæ ecclesiæ dicunt epistolam, Gaudete Domino semper, quæ est ad Philip. 4. c. responso. 1. Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim. i. fructificantẽ in bonis operibus. Beniamin, i. filium dextræ, & Manasse. qui oblitus est terrenorum, hoc fiet in iudicio. Versus etiam. Qui regis Israel, est de primo, qui dicitur ad secundũ alleluia, Excita Domine, etiam est de primo. Euangelium. Cum audisset Ioãnes &c. quod est Mat. 11. c. similiter est de primo. Quidam enim de discipulis Ioannis non credebant Christum esse Messiã promissum in lege, unde misit eos ad Christum, ut interrogarent eum. Tu es, qui uenturus est, an alium expectamus? ut per uisa miracula Christũ iã uenisse cognoscerent, quasi diceret, Ipse multo melius scire deberet, q̃ ego, & dixit eis Iesus, Cęci uident &c. quasi diceret, uos estis magistri non ergo scitis, hoc ꝙ dr̃ in Esa. 35. Tunc saliet sicut ceruus claudus & aperientur linguæ mutorum & loqtur de tempore Messiæ. q.d. facta probant. Offertorium ẽt est de primo aduẽtu. Post communio de scdo. Dicite pusillanimes cõfortamini. oportet enim, quod pusillanimes confortentur ad hoc, ut sustineant tribulationes & sic expectent cum fiducia secundum aduentum.

S V M M A.

1 *Ieiunia quatuor temporum in primitiua ecclesia ter fiebant in anno. Hodie quater. Et cur, ita, nu. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
3 *Anni quatuor temporum qualitas.*
10 *Ieiunia triplicia, item primitiarum.*
11 *Ieiuniorum dies pridem institutus mutatus est à Leone Papa.*
14 *Ieiuniũ tractum est à ueteri lege et n. 13.*

De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum. Cap. 8.

1 IN hac septimana fiunt ieiunia quatuor temporum. Vnde hic primo de illis. Secundo de alijs ieiunijs. Tertio de huius diei officio prosequamur. In † primitiua quidem ecclesia statutum fuit, quòd ieiunia quatuor temporum fierent ter in anno. Sed Calixtus Papa 76. dis. ieiunium. constituit quater in anno fieri, nam & Iudæi quater in anno ieiunabant, scilicet ante Pascha, ante pentecosten, ante Scenophegiam in Septembri, & ante Encænia, de quibus dicetur in procœmio 7. partis. Si enim tantum ter in anno in tres partes diuiso ieiunaretur, forte aliqui remanerent dies, de quibus primitias non redderemus. in istis. n. ieiunijs primitias temporis exoluimus, ut iam dicetur. De Zach. 8. quibus Zacharias ait: Ieiunium quarti, quinti, sexti & decimi, domui Iuda. & Hierusalem dies festos uertet in gaudiũ. Quater ergo ieiunamus in anno. ¶ † Primò, 2 ut quatuor elemẽta in nobis uitiata, idest, corpus nostrum ex eis cõstans, in quatuor anni temporibus castigetur. Homo enim constat ex quatuor elementis quantum ad corpus, & ex tribus potentijs quantum ad animam. s. rationali, concupiscibili, & iracibili, ut ergo illa moderentur in nobis, quater ieiunamus in anno per tres dies, ut quaternarius numerus ad corpus & ternarius ad animam referatur. Si quidem annus diuiditur in quatuor tempora quæ sunt Ver, Aestas, Autũnus, & Hyems quæ propter sua delectamenta à Dei amore nos auertere solent. Ver † calidum, & 3 humidum, tunc ergo ieiunamus ut elementum amoris castigetur in nobis, ne consentiat falsæ pulchritudini eius. Ieiunamus itaq; contra luxuriam ex humore & calore nascẽtem. Aestas calida est & sicca tunc ergo ieiunamus, ut elementum caloris in nobis castigetur, ne consentiat incendio carnali, uel tunc ieiunamus contra superbiam, quia tunc fructus terrarum, qui florent & maturantur, superbiendi materiam prętant: autumnus est frigidus, & siccus tunc ergo ieiunamus, ne aliquo languore animi crescamus & defluamus, & sine pinguedine olei in tabernaculo æterno inueniamur. Vel tunc ieiunamus contra auaritiam: quia tunc messes colligimus, & habemus. Hyems frigida & humida est unde tunc ieiunamus, ne membra nostra fluxu atq; luxu soluantur in commessationibus & potationibus, & per hoc amor Dei negligatur: uel tunc ieiunamus contra pigritiam, quia torpemus frigore. Ieiunamus ergo † in dictis quatuor temporib. 4 anni, ut per ieiunia præseruemur a uitijs & quæ deliquimus, in illis purgentur. Rursus quoniã qdlibet tempus tres habet mẽses, iõ quater ieiunamus in anno tres dies unum diẽ ieiunãtes pro mense, ut sic satisfaciamus in die ꝙ deliquimus in mense. †Secundò, etiam ideo ieiunamus, nam pri 5 mum ieiunium fit in Martio. s. in prima septimana Quadragesimæ, ut in nobis uirtutum germina oriantur, ut in nobis inarescant uitia, quæ nequeunt omnino extingui. Secundũ fit in æstate. in septimanã Pentecostes: quia tũc uenit Spiritussanctus, & nos debemus esse feruentes in Spiritusãcto. Tertium fit in Septẽbri ante festum Michaelis, quando fructus colliguntur, & nos debemus Deo reddere fructum bonorum operum. Quartum fit in Decembri, quando herbę moriuntur quia & nos mundo mortificari debemus. Tertiò † ideo, quia 6 Ver refertur ad pueritiam, ętas ad adolescentiam. Autumnus ad maturitatem, siue uirilitatem, hyems ad senectutem. Ieiunamus ergo in uere, ut simus pueri per innocentiã. In æstate, ut efficiamur iuuenes, per con-

Universidad de Deusto Biblioteca

constantiã In Autumno,ut maturi per modestiam.In hyeme, ut senes per prudentiã & honestã uitam. Quarto ideo in qua
7 tuor † anni temporibus ieiunamus, ut Deus nobis conseruet oĩa, quæ ad hnmanum usum in illis temporib. de terra na-
8 scuntur. Quintò ad † significandum quatuor, quæ fuerunt in illis quatuor tẽporibus.s. conceptio dominis in Vere natiuitas in Hyeme. conceptio Ioannis Baptistæ in Autũno,& eius natiuitas in Aestate. Sex-
9 tò secundum Hier. ob † diuersas plagas, quæ in illis temporibus acciderunt.In quibus autẽ dieb. & quare hæc ieiunia fiant, in 8.parte sub titu.de anno solari dicetur, hæc ergo ieiunia uocantur quatuor tẽporum,quia in præmissis quatuor anni temporibus fiunt. Vocantur etiã ieiunia tri-
10 plicia, † pro eo, quia fiunt tribus diebus, quibus homines ieiunant in septimana. Antiqui.n.ieiunabant eisdem ferijs,& postea superaddita sunt ieiunia ista. Vocantur etiam ieiunia primitiarum, quia cum in lege præceptuum sit, ut primitiæ, & decimæ Deo dentur, placuit sanctis patrib. ut dicit Aug. in li. de doctrina Christiana, soluere decimas, & primitias temporis. vnde pro primitijs instituerunt ieiunia quatuor temporum, & inde dicta sunt ieiunia primitiarum pro decimis verò instituerunt ieiunia Quadragesimæ. ¶ Sciendum † autẽ est, q̃ ieiunia vernalia primo
11 instituta fuerunt in prima septimana Martij, Aestiualia in secunda Iunij, Autumnalia in tertia Semptembris. Hyemalia in quarta Decembris,sed propter multa, quæ inde surgebant incommoda, statuit Leo Papa 76. dist.huius ut hyemale fiat in tertia septimana aduentus. Vernale in prima septimana Quadragesimæ, Aestiuale in prima septimana post pentec. Autumnale uerò fiat secundum ueterẽ institutionem. Quare ieiunia instituta sunt in dictis mensib.& quare in eis fiunt ordinationes, vide in septima parte sub Sabbato post dominicam. 17. & in proœmio secundæ partis. Caue tamen in computatione septimanarum mensis Septemb. quia si ipse mensis incœperit in 1. vel in 2. vel in 3. vel 4. feria, illi dies computantur pro prima septimana illius mensis, & in terria ab illa ieiunium fiet. Si uero mensis ipse inceperit in quinta, uel in sexta,uel in septima feria, tunc in sequenti dominica incipies computare primam septimanam, & in tertia post illum ieiunium fiet, & si dies præcedentes nihil operantur, quantum ad computationem septimanarum. Veruntamen secundum primariam ecclesiæ institutionem ieiunia Veris dicuntur prima, quia fiebant in primo mense,s.in Ianuario, qui apud Romanos primus mensis fuit, ieiunia Aestatis dicuntur quarta, quia fiebãt in quarto mense,s.in Iunio.Ieiunia Autumni septima,qa fiunt in mense septimo, s.in Septẽbri. Ieiunia hyemis decima, quia fiunt in decimo mense,s. in Decembri. Vnde Zacha. 8. c. ieiunium primi ieiunium quarti, & ieiunium septimi, & decimi,s. mensis, erit domui Iudæ in gaudium. 76. dist. ieiunium quarti. Sed cum hæc ieiunia recolant quatuor anni tempora, ut dictum est, quare aguntur in primo mense, & in quarto, & in septimo, & in decimo cum principia temporum non sint his mensibus ? Respondeo, hoc † ieiuninm tractum 12
est de ueteri lege, vnde agitur in illis mẽsib. nostris secundum numerum mensium illius temporis. Iudæi.n.secundũ lunationes ieiunabant, s.in prima, in quarta, in septima,& in decima,& hoc est,quod legitur ieiunium primi, ieiunium quarti, ieiunium septimi, & ieiunium decimi, quia sicut in prima lunatione est principium anni illorum. sic & Martius est principium anni nostri, Quòd autem ieiunia nostra ortum habuerunt à ueteri lege,appareat ex 13
† hoc, quod à ieiunio ueris usque ad æstiuale sunt 14. hebdomadæ, quia tot generationes fuerũt ab Abrahã usque ad Dauid. Item ab æstiuali usque ad autumnale, sunt similiter 14.septimanæ, quia tot generationes fuerunt à Dauid vsque ad Ieconiam. Item ab autumnali usque ad hyemale,aliæ 15. quia tot Reges fuerũt a Ieconia usque ad Christum, computatis regibus illis, quos Mathæus in suo Euangelio prætermisit.

S V M M A.

1 *Ieiunium quid nu. 1.& nume.2.vnde dicatur.nu.*

Ieiu-

4 *Ieiunijs inest authoritas ex tribus.*
5 *Ieiunij comendatio & vis.*
6 *Ieiunium aliud quàm multiplex, & eorum particularis discussio nu. 7.*
8 *Vigilia quid vnde dicta.Et cur sublata.*
9 *Votorum multiplex differentia.*
10 *Ieiunium compassionis. Et quotupliciter fiat ipsa compassio.nu.11.*
12 *Ieiunia quæ ab ecclesia instituta.*
13 *Ieiunare qui teneantur.*
15 *Ieiunium soluere ante horam peccatum.*
16 *Ieiunandum , an sit in vigilijs Apostolorum,& quorum.nu.17.18.19.*
20 *Ieiunijs habẽt inter martyres solus Laurentius,inter confessores, Martinus.*
21 *Ieiunij non soluũt serui pgustantes cibos.*
23 *Piscis caro cur non interdũ in ieiunio.*

De alijs Iciunijs. Cap. 7.

VIA de ieiunijs quatuor temporum mentio facta est consequens est, ut de alijs ieiunijs hic aliqua perstringamus. † Est autẽ ieiunium cõis omnium membrorum satisfactio, vt scilicet membra satisfaciant secundum peccatum, qđ commiserunt,vel gesserunt, ut si gula peccauit, ieiunet, & sufficit, quia enim sola fuit in culpa, sola sit in pœna. similiter si oculus.unde Hiere.Oculus meus depræ- Tren.3.
datus est animam meam, & per fenestrás oculorum meorum mors intrauit in animam.& Aug. Oculo nihil est nequius, &
2 sic de alijs membris. † Vel ieiunium est parsimonia uictus & abstinẽtia ciborum. Aug. dicit: Maximum & perfectum ieiunium est, abstinere ab iniquitatibus, & a carnis uoluptatibus, & delectationibus huius seculi, vnde Pius Papa de cons.dis. 5.nihil.ait,Nihil prodest orare, & ieiunare,nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Et dici-
3 tur † ieiunium a ieiuno, quod est quoddam intestinum in homine, quod semper est uacuum & subtile sic & nos ieiunantes debemus esse vacui a superfluis, &
4 a vitijs tã in corpore q̃ in mente. ¶ † Authoritas ieiunij est ex tribus, ex persona, & ex loco,& ex tempore. Ex persona, qa præcepit Deus Adæ & Euæ, ut abstinerẽt a fructu ligni scientiæ boni & mali. Ex loco,qa in paradiso institutum fuit, & initium habuit. 36. di. 6. Et tpe, qa ab antiquo pceptum est celebrari. creato nãque homine in primo mundi exordio dictum fuit ei De ligno scientiæ boni & mali ne comedas.Et qa fuit celebratum ãñ legem a Mose,& sub lege ab Helia,& in tempore gratiæ a Christo. Moses.n. non comedit, neque bibit 40.dieb. Helias quoque ambulauit 40. diebus, & 40. noctibus in fortitudine subcinericij panis, & Christus 40 diebus & 40. noctibus ieiunauit. Fuit etiam celebratum in sex ętatibus. Nã in ea ętate, quæ fuit ab Adã usq; ad Noe fuit abstinentia carnium, & uini. 30.d.ab exordio.a Noe uerò in posterum fuit cõcessum uinum & carnes, & sic de cæteris ætatibus. † Commendatur ãt ieiunium 5
exemplis, quoniã Eua quandiu ieiunauit & abstinuit, in paradiso & uirgo permansit, Adam, quia ieiunium violauit a delicijs paradisi in summã miseriam corruit: Helias, quia ieiunauit, in cœlum curru igno raptus est Moses post ieiunium,cum Deo locutus est.Hierusalem p ieiunium', liberatur à Sennacherib tẽpore regis Ezechiæ & Esaiæ. Iona quoque prædicante præstatur venia Niniuitis in sacco & cinere,& ieiunio pœnitentiam agentibus. Ieiunamus etiam exemplo Apostolorum,vt dicetur sub 4.feria Pentec. ¶ † Porrò ieiu- 6
nium aliud corporis est & carnis, aliud mentis, aliud auaritiæ, aliud fastidij, aliud dispensationis, aliud deuotionis, aliud votiuæ promissionis, aliud suppletionis, aliud compassionis, aliud inspirationis,aliud circunspectionis, aliud rationabile,aliud irrationabile, aliud qualitatis,aliud quantitatis, aliud numeri, aliud summæ exactionis, aliud alterantis, aliud zerophagiæ,aliud mœroris, aliud exultationis, aliud vanitatis, siue hypocrisis aliud uirtutis, siue charitatis, aliud indictionis,aliud necessitatis, aliud institutionis,aliud uoluntatis,aliud prauitatis.† Sa- 7
ne ieiunium corporis & carnis est, qñ qs abstinet a cibis, ne nimis pinguescat, uel vt ab infirmitate liberetur; uel quia comedere non potest,& hoc nullius est meriti. Ieiunium mentis est, qñ quis abstinet se a uitijs, & etiã a cibis, ne caro pinguescat

Universidad de Deusto
Biblioteca

gueſcat laſciuijs. Ieiuniũ auaritiæ, ut burſæ parcatur. Ieiunium faſtidij eſt, q̃ ſit vt appareat. Ieiunium deſpenſationis eſt, quod celebratur in vigilijs ſolẽnium dierum & magnarum feſtiuitatum, ut nata-
8 lis † Domini, quæ ideo dicuntur vigiliæ. quoniã antiquitus in p̃cipuis feſtiuitatib⁹ duo nocturnalia agebantur officia, & populus qui ad feſta uenerat. tota nocte in Dei laudibus in eccleſia vigilabat, q̃d ad huc Romæ & in pleriſq; locis in magnis feſtiuitatibus, præſertim ſanctorum patronorum eccleſiarum obſeruatur. Sed quia luſores & cantores conueniebant, & turpibus cantilenis & ſaltationibus, & comeſtationibus potationibus & fornicationib. intẽdere cœperũt, propter hæc & multa alia inconuenientia, quę fiebant, hmõi vigiliæ ſunt interdictæ, & inſtitutũ, ut loco earum fiant ieiunia, quę ieiunia adhuc retinent nomen officij, nam cõmuniter vigiliæ & non ieiunia nuncupantur. Si q̃s tñ ieiunaret, & honeſte in eccleſia vigilaret, utiq; bñ faceret, prout ſit in natiuitate Ioannis Baptiſtæ propter eius reuerentiam. Hæc igitur inſtitutio dicit diſpenſatio, quia ieiunium ponitur loco vigiliarum, de hoc dictum eſt in 4. par. ſub ti. de nocturnis, ieiunium deuotionis eſt, ad quod quis neceſſariò non tenetur, quod inferius uoluntarium appellatur. Ieiunium uotiuæ promiſſionis eſt, ut ſi quis uouet, quod certa die ieiunabit, uel a carnibus abſtinebit. ¶ † Et nota, quod nota ex diſcretionis conſenſu, comite ratione emiſſa, Deo reddenda ſunt, iuxta illud. Vouete & reddite Deo uota veſtra: Votorũ autem aliud eſt neceſſitatis, aliud ſpontaneæ uoluntatis. Neceſſitatis eſt, quod eſt fidei annexũ, ut quod fit in baptiſmo, puta fidei catholicæ profeſſio, & Satanæ abrenuntiatio, ut uotum obſeruationis decẽ
9 p̃ceptorum legis & continentiæ, quam quis in ſuſceptione ſacri ordinis vouet & talia uota quiſque inuiolabiliter obſeruare tenetur. Spontaneorum uero uotorũ aliud eſt indiſcretum, aliud diſcretum, Indiſcreta ſunt uota puerorum & puellarũ dum ſunt in parentum poteſtate. Vnde illis vouentibus irritari poſſunt. Si igitur puella intra nubiles annos uouerit caſtitatẽm perpetuã, licitè nubere poterit, parẽtibus, uel curatoribus illam ad hoc cogentibus. Indiſcretum eſt etiã uotum mulieris in poteſtate viri exiſtentis. vnde ſi illo inſcio uouerit peregrinari. uir uotum huiuſmodi poterit reuocare, q̃a ipſa non habet poteſtatem ſui corporis, ſed uir. Indiſcretio etiam attenditur, quãdoque circa proiectos & liberos, ut ſi fortè quis uouerit, ad quod perficiendũ ſufficere nequit, vel in quo natura ita debilitaretur, quod poſſet fieri ſui ipſius homicida, uel quod ſine licẽtia alterius complere nequit, uel quod nõ ex deliberõne, ſed ex iracundiæ calore emittitur, talia potius ſunt ſpernenda, quam executione digna. Ieiunium ſupplectionis eſt, ut ſi quis ultra p̃niam ſibi a ſacerdote iniunctam aliquid ſuppleat de ſuo † Ieiunium compaſſionis eſt, ut ſi ſa 10
cerdos alicui dicat, pro hoc peccato face cantare duas Miſſas, & ieiuna, & ego pro te cantabo, & tres dies ieiunabo, propter hoc tamen debet aliquid recipere, quia ſacerdos debet compati proximo ſuo, & orare pro eo, etiam ieiunare, poteſt dici compaſſio, ut quis petit a ſacerdote pœnitentiam patri ſuo iniunctam, ut pro patre peragat partem illius. † Quatuor. n. modis fit huiuſmodi compaſſio, quandoque per ſacrificia, quãdoque per ieiunia, quandoque per orationes, quãdoque per eleemoſynarum elargitionem: Ieiunium inſpirationis eſt ut in beato Nicolao, q̃ ad huc infans & manens in cunabulis tribus diebus in hebdomada a mamillis matris ſuæ abſtinebat, uel, ut alij dicunt, quarta feria & ſexta ſemel tantum ſugebat mamillas. Ieiunium circumſpectionis eſt, q̃n pro aliqua iminente tempeſtate pro periculo hoſtium, uel pro caſu cuiuslibet angustiæ ieiunamus. Ieiunium rationabile eſt, quando cibum & potum moderate ſumimus, nec naturam debilitamus. unde Apoſtolus. Rationabile ſit obſequium ueſtrum, nõ in commeſſationibus, & ebrietatibus. Irrationabile eſt, ſi quis uelit ieiunare per duos uel per tres dies, uel per totã hebdomadã, quod nõ approbat Deus, vult enim hominem ſic ieiunare, ut cogatur natura uitijs mori, nõ ut cogatur diſſolui. unde ,phibetur ieiunium, q̃d q̃dam faciunt a cœna Domini uſque ad Paſcha. Ieiunium qualitatis eſt, ſi quis vouet

ſe ulterius non comeſturum carnes. Ieiunium quantitatis eſt, ſi q̃s comedat ad põdus, uel ad menſuram, non plus una die, quã altera, uel ſi quis uoueat ſe nõ comeſturum, niſi tãti põderis panẽ. Ieiunium numeri eſt, quando quis uouet q̃ decẽtero non comeder, niſi una uice in die, cogitans quòd comedere pluries in die beluarum eſt, & comedere bis hominum, ſemel angelorum. Ieiuniũ ſummæ exactionis eſt in his, qui non comedunt, niſi olera, radices, & herbas, Ioannes Bap. in deſerto, & Maria ægyptiaca in eremo, quæ cũ duobus panibus tm̃. Iordanem trãſiẽs auſteram uitam in eremo. 47. annis egit. Ieiunium alternitatis eſt, ut cũ quis uno die comedit, & alio die ieiunat. Ieiunium zorophagię, eſt ſicca comeſtio, à ζορὸς, quod eſt uinũ, uel ſiccum, & φάγειν, q̃d eſt comedere unde Priſcianus in zoropha go Biſanti. Sicca uerò comeſtio eſt, ut in fructibus, pomis, piris, & caſtaneis, & conſimilibus, quidam tamẽ ſiccam comeſtionem appellant legumina ſiue cruda, ſiue cocta etiam ſi lixata comedantur cum cocleari. Ieiuniũ mœroris conſiſtit in uno, ſ. in abſtinẽtia ciborum, & ſit ,ppter duo, ſ. propter corporalem abſtinentiam & ſpiritualem ſponſi, hoc repreſentat eccleſia in tribus quatuor temporibus. ieiunium exultationis conſiſtit in duobus. ſ. in abſtinẽtia ciborum, & mundanarũ rerũ & ſit propter unũ, ſ. ,ppter internæ dulcedinis ,pguſtationẽ. Iuxta illud, Guſtate & uidete, hoc repſentat. Eccleſia in vigilia & hebdomada poſt Pentec. utrumque uerò repreſentat in tempore Aduentus, prout ibi dictum eſt. Eſt ergo duplex ieiunium, ſ. tribulationis & gaudij ſiue mœroris & exultationis, ſicut habetur in gl. ſuper illo loco Mat. 9. c. Nunquid poſſunt filij ſpõſi lugere, quandiu fuerit ſponſus cum eis? Ieiunium uanitatis ſiue ſimulationis, uel fictionis eſt in hypocritis. Ieiunium uirtutis ſiue charitatis eſt in ſanctis, & perfectis. Ieiunium indictionis eſt, ut in die beati Marci. Ieiunium neceſſitatis eſt in imperfectis. Inſtitutionis, eſt ieiunium quadr. & alia à ſanctis patribus inſtituta, quæ quare inſtituta fuerint iam dictum eſt, & dicetur ſub titul. de capite ieiuniorum. Et nota, quod ieiunium indictionis neceſſitatis, & inſtitutionis, ad idem referuntur. ¶ † Ieiunia neceſſaria, ideſt per ec- 12
cleſiam inſtituta & indicta, ſunt ieiunia quatuor temporum, & uigiliarum Apoſtolorum, natiuitatis Domini, beati Ioannis Baptiſtæ, omnium ſanctorum, aſſumptionis beatæ Mariæ, beati Laurentij, Quadrageſimæ, ſextę ferię præter illas, quæ ſunt inter Paſcam & Pentec. & præterquam ſi natiuitatem Domini in ea uenirę contingat, niſi tunc aliqui uoto uel religioni ſint adſtricti. Dicunt tamen quidã, quòd ieiunium ſextę ferię non eſt neceſſitatis niſi quo ad carnes, alioquin nõ liceret Ciſtercienſibus illud mutare. Sed ſecundum Leonem Papam licẽt non ſit neceſſitatis ſabbato a carnibus abſtinere, rationabilis tamen conſuetudo, & canon Innoc. aliter interpretat, eo quod in illo triduo poſt paſſionem Domini tota fides in ſola beata Virgine Maria remanſit. Generalia quoq; & ſpecialia ieiunia per epiſcopos in ſynodo, & concilijs inſtituta ſolui non debent † Siquidem ad neceſ- 13
ſaria ieiunia tenentur doli capaces, cum & ipſi delinquere poſſint, diſpenſari tñ poteſt circa hoc cum impuberibus, & etiã conſtitutis in maiori ętate, & cum ſenibus, & infirmis, ac debilibus. Mulieres uerò licet propter uirorum ,phibitionẽ ieiunia uotiua uoluntaria dimittere debeant, prout ſupra dictum eſt, indicta tñ per eccleſiam non licet, & ſi in illis ſacerdos fortè propter ſcandalum eum eis ualeat diſpenſare. Aliter. n. indicta ieiunia redimi pecunia, uel alio modo nequeũt, niſi caſualis neceſſitas ſubſit, tunc. n. bene poſſunt redimi, uel commutari, ſicut & ieiunium feſti, quod eſt die lunę, fit in ſabbato. Vnde & in quibuſdam locis, in quibus ſunt eccleſiæ ſancti Quintini, non ieiunat in vigilia Omnium ſanctorum, ſed die tertia præcedenti, De hoc dictum eſt in pro̅c. ſecundæ partis. Poſſet ẽt ſtatui, ut quidam dicunt, ut in dictis ieiunijs, bis, parum tamen comederetur, ſicut faciunt Cittercienſes operantes, qui ad tollendum ſcandalum, & charitatem ſeruandam aliquid præguſtant, nec propter hoc ieiunium per eccleſiam indictum ſoluere dicuntur. Voluntaria uerò, ſcilicet ad q̃ aliqui uoto uel propoſito ſe adſtringunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel etiã quę ſacerdotes pręter indicta ꝓpter peccata imponunt, licet commutare & redimere, etiam ſi nulla cã ſubſit, dum
15 modo utilior ſit compenſatio. ¶ † Cęterũ comedere ante horam comedẽdi, & ante miſſam in ieiunijs ſtatutis, & neceſſarijs, mortale peccatũ eſſe ſacri canones affirmant. in uoluntarijs uerò ueniale. † Circa
16 vigilias Apoſtolorũ, notandum eſt, quòd ieiunium paritatis; qñ uidelicet paria ſũt ſanctorũ merita, pariter ieiunamus, ſicut patet in uigilijs beatorũ Iacobi & Bartholomæi & aliorum Apoſtolum, qui nõ habent ieiunia inſtitutionis in quibus ieiunamus, pro eo, qđ fuerunt Apoſtoli; quoniã alij Apoſtoli vigilias habent. Cum n. ſint meritis pares, decet ut omnes hẽant ieiunia. unde Cõcil. Bracharenſe dicit, ꝙ omnium Apoſtolorum uigiliæ ſunt ieiunandę, pręter uigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi, & Ioannis Euãgeliſtę. Eccleſia tamen gallicana non tenet, niſi de ſex Apoſtolis, & de quatuor eorum ieiunijs. Petrus & Paulus hñt pariter unum, qa eadem die paſſi ſunt. Simon, & Iudas hñt aliud. Mathæus habet tertium. Andreas quartum, in uigilia iſtorum ieiunãdum eſt, ut ſicut illi paſſi ſunt pro Chriſti nomine, ſic & nos cum eis cõpatiamur, ſi cum eis regnare uelimus. De alijs uerò Apoſtolis inſtitutum non eſt propter aliqua impedimenta. Ecce enim feſtum Philippi & Iacobi eſt inter Paſcha & pentecoſt quod tempus gaudij eſt & lætitiæ ideoque tunc non eſt ieiunium. Si opponatur de ieiunijs litaniarum. Reſpondetur quod neceſſitas interuenit, prout ibi dicetur, uel id nõ eſt ieiunium neceſſitatis, ſed uoluntatis, & de eo, quòd quidã propter expectationẽ Spiritusſancti ieiunãt ab Aſcenſione uſque ad pentecoſt pro eo quòd Apoſtoli dicuntur hoc tẽpore ieiu-
17 naſſe. Reſpõdetur, † quòd nulla ſcriptura authentica dicit. Apoſtolos tunc ieiunaſſe. Vnde tunc ieiunandum non eſt, quia tempus illud eſt de tempore paſchal. In vigilia ſñ pentecoſtes bene ieiunandum eſt ut per ieiunium mundati & purificati Spiritum ſanctum digne ſuſcipere mereamur. Iẽ Iacobus Zebedæi frater Ioannis Euãgeliſtæ occiſus ab Herode in diebus azymorum, quare ieiunium non habet nec etiam tunc de illo feſtum celebratur, prout in ſeptima parte ſub ipſius feſto dicetur. De beato Bartholomęo, cuius feſtum celebratur nono Calendas Septembris, dicitur, quod fuit excoriatus, & ſequenti die obijt, & ſic ſi haberet vigiliã oporteret, quod eſſet tertia die ante qđ eſſet cõtra normã aliorum feſtiuorũ ieiuniorũ. Quidã ãt celebrãt feſtũ excoriationis, alij obitus, & melius. Sed ſicut in cõcilio Bracharenſi cauetur, in hoc cõſuetudo cuiuslibet eccleſiæ eſt obſeruanda. † Bar- 18
nabas autem non habet ieiunium, quia non eſt de numero 12. Apoſtolorum, nec dã Apoſtolus, niſi quia cum eſſet ſocius Pauli, miſſus etiam fuit ad prædicandũ, unde: Segregate mihi Barnabã & Paulũ de beato quoq; Thoma nõ eſt ieiunium ſtatutum, quia eius feſtum eſt in aduentu Domini, ubi continuum eſt ieiuniũ. Matthias etiam ieiunium inſtitutionis nõ habet quia frequenter feſtum illius ſolet cõtingere in Quadrageſima, & ſemp eſt in Septuageſima, & tunc eſt tempus ieiunij, vel quia nõ fuit in primitiuis Apoſtolis, *Act. 1.*
ſed poſt paſſionem Domini ſorte eſt electus, & per electionem aliorum loco Iudæ conſtitutus, unde prophęta. Et epiſcopatum eius accipiat alter. Decretalis tñ *Pſ. 118*
dicit, quod hic habet vigiliã & ieiunium nec eſt uis, ſiue iſtud feſtum fiat in primo die biſſextili, ſiue in ſecunda, prout in 8. parte ſub anno ſolari dicetur. Ioannes Euangeliſta feſtum habet tertia die poſt natale Domini, & tunc non eſt ieiunium, tum propter feſta tunc occurrentia, tum quia ipſe die illa non obijt, imo in die feſti beati Ioannis Baptiſtæ. † Si tamẽ fieri 19
poſſet, bonum eſſet in omnibus Apoſtolorum uigilijs ieiunare. † Beatus Lauren- 20
tius ſolus inter martyres, & ſolus beatus Martinus inter confeſſores ieiunium habent. Porrò, dñt quidã, ꝙ non ſoluit ieiunium, licet peccet qui in ieiunijs indictis pręter quam in Quadrageſima comedit caſeum & oua. Alij contradicunt. Ex cauſa tamen in aliquibus locis hoc poſſet cõcedi 4. diſtinct. deinde. De ieiunio itaque Quadrageſimę Greg. ita dicit. Par autem eſt, ut qui his diebus a carne animalium abſtinemus, ab omnibus quoque quæ ſementinam trahunt originem carnis, ieiu-

nemus

nemus a lacte, uidelicet caſeo, & ouis. Quidam aũt hæretici dicunt, ꝙ Chriſtiani nunquam deberent carnes, caſeum, & oua comedere: quia, vt dicunt, hoc non legitur in nouo teſtamento: imò Apoſtoli iudicarunt abſtinere ab imolatis ſimu- *Actu. 15*
lachrorum, & ſanguine, & ſuffocato. Et *1. Cor. 8*
Apoſtolus. Si eſca ſcandalizauerit ſ.m. *Rom. 14.*
non m. c in æter. Et alibi bonum eſt non manducare carnem, neque bibere uinum &c. Non legitur ẽt, ut dicunt, quòd Chriſtus ex aliqua natura eorum, quæ mouẽtur, diſcipulis ad manducandum daret, nec ẽt ante ſe manducare ſineret pręter piſces, nec ex fructu alicuius, quæ moueat ſe excepto fructũ apum. Electuarijs vero non aliter uti licet, niſi ſicut alio cibo delicato. Secus eſt in medicina curatiua, præſeruatiuam tamen. ubi nullum eſt ſignum inſtantis neceſſitatis, recipere non licet. Quidam tamen dicunt, ꝙ pro nulla medicina, nec ẽt pro electuarijs ieiunium ſoluitur, nec ẽt pro potu an
21 te cibũ, vel poſt † Sic. n. vñ inductum, ex conſuetudine eccleſiæ ieiunãtis, & hoc tolerantis. Seneſcalchi autem, uel quilibet alij ſeruitores, uel portãtes encœnia, non ſoluunt ieiunium, ſi præguſtant cibos ante dominos, fortè de toxico dubitantes: Quibus ẽt raſibus monachi abbatibus ſeruientes, & alij ſeruitores poſſunt carnes præguſtare. Idemque ẽt de medicis præguſtantibus medicinas. Tempore ieiuniorum pretioſæ ueſtes deponuntur & humiles aſſumuntur, & carnes tam
22 ſolidæ, quã liquidæ dimittuntur. † Sed cum piſces, ſint caro, quare hoc tempore comeduntur? Reſponſio Deus non male dixit aquis, quoniam per aquam baptiſmi futura erat remiſſio peccatorum, hoc n. elementum digniſſimum eſt ꝙ ſordes abluit & ſuper quod ſpiritus Domini ante mundi conſtitutionem ferebatur, terræ uerò maledixit in operibus hominis. Vnde eſt ꝙ omne genus carnis, ꝙ in terra uerſatur, tam quadrupedia, quã aues in ieiunijs non licet comedere. Et licet quædã aues circa mare uerſentur, & in aquis, quædã in eis uel lex eiſdem naſcantur, magis tamen ad naturam terræ a qua nutrimentũ percipiunt, quò adhoc pertinere dicuntur. Adhuc cum quidam piſces ſint habentes ex una parte formã quadrupedis animalis, & ex altera piſcis, ut biuerus in ieiunijs põt cõmedi ex parte, quæ piſcis uidetur, ex alia uerò minimè. Adhuc piſcis uſus ſecundum Gre. ita Chriſtiano relinquitur, ut hoc ei infirmitatis ſolatium non luxuriæ pariat incẽdiũ. Deniq; qui a carne abſtinet, nequaquã ſumptuoſiora maritimarũ belluarũ cõuiuia præparet. Vinũ quoque in ieiunio ſic bibere permittitur, ut ebrietatẽ omnino fugiamus. Vnde in pœnitentiali Romano ſtatutum eſt, ut pœnitens paruis piſciculis, & mediocri ceruiſia tẽperate utatur extra de homicid. ca. 2. Poſtremo notandũ eſt, quod ſicut ait Gregor. in homilia illius Euangelij. Hõ quidã diues fecit cenã magnã. refectio corporis in dieb. ieiuniorũ, poſtquam nulla alia paratur nõ prãdiũ, ſed cœna nocat.

S V M M A.

1 *Officium quartæ feriæ ieiuniorum Aduẽtus.*
2 *Lectiones duę, cur legantur quarta feria quatuor temporum. In miſſa una tantum n. 3.*
4 *Diaconus uacat in quibuſdam eccleſijs incenſat 5. feria aduentus. Et quare.*

De officio quartæ feriæ. Cap. 8.

NVnc ad huius diei officiũ redeamus. Siquidem in 1
hac quarta feria examinantur ordinandi, an ſint idonei ad ſuſcipiendos ordines, uel non, quoniam in quarta ætate Leuitæ a Dauid, & Salomone ad templi miniſteria diſtributi ſunt. Et inde eſt, quod duæ lectiones † leguntur ad miſſam, qua- 2
rũ prima, quæ legitur ſub tono nocturnali, ſ. declinanter, ſignificat uetus teſtamentũ, & ſecũda, quæ legitur ſub communi tono, ſ. aſcendente, ſignificat nouum teſtamen. ad ſignificandũ ordinandos in utroque teſtamento debere eſſe inſtructos. Monendi. n. ſunt qui ad ordinem ſacrũ conſcendunt, ut habeant notitiã legis & prophetarum, quib. poſſint alios erudire. Prima lectio erit in nouiſſimis Eſ. 2. Secũda eſt, Locutus eſt dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus Esa. 7. c. Sed & lex & prophetæ in quarta mũdi ętate viguerunt. Doctrinã ieiuniorum habemus a uet. test. ut præmissum est. Semel genua flectuntur, quia tam in lege, quàm in propheris Deus unus coli præcipitur. Quoties ãt in 4. feria duæ lectiones leguntur, toties in proximo sabbato possunt generaliter ordines celebrari, quod sexies contingit, uidelicet ter in Quadragesima, & ter extra Quadragesimam, inde est, quod dictum est in proœmio secundæ
2 partis. † In sextis uero feriis ieiuniorum quatuor temporum una duntaxat lectio ad missam legitur, quia lex & prophetæ, quæ fuerunt in quarta ætate in uno Euangelio in sexta ętate recapitulãtur. Sanè huius quartæ feriæ Euangelium est. Missus &c. quod est Luc. 1. c. in quo paranymphi recitatur annuntiatio, uirginis consensus, & domini incarnatio, quæ propheticis tubis fuerat ante declarata. Vnde cæcinit propheta introitum Rorate cęli desuper, & nubes pluant iustum. Esa. 45 Rorate cæli dicit, & pluere quia descendit uerbum in aulam credulę uirginis, sicut pluuia in uellus. Cœlos dixit, & nubes Angelos & prophetas, qui enarrãt gloriam Dei. In prophetica lectione. Erit in nouissimis diebus, quod est Esa. 2. cap. agitur. de monte Domini, qui de paruo lapide creuit in montem, qui regnabit in domo Iacob in æternum. unde recte subditur in graduali. Tolite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Et quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius. In epistolari lectione. Locutus est dominus ad Achaz. &c quæ est Esa. 7. cap. manifeste agit de beata Virgine Maria, cui rite succinitur graduale. Prope est dominus & nequa turrepat dubitatio. subditur in offertorio Confortamini. Aliæ tamẽ ecclesiæ dicunt, Aue Maria gratia plena: Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus uentris tui, quod sumitur ex dicto Euangelio. Communio est. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, Esa.
3 7. c. in † matutinali uero officio, in quibusdam ecclesijs, psalmodia finita; diaconus & acoliti in albis cum candelabris, & turibulo processionaliter iussu prælati ad pulpitum pergunt, ubi diaconus pronunciat Euãgelium. Missus est Angelus Gabriel a Deo, & eius homiliam, deinde incẽsat altare, & postea ipse & subdiaconus sedent, donec unus colytus incensauerit chorum quod quidem fit ob reuerentiã dominicę annuntiationis, quæ in ipso Euangelio continetur. Nempe prælatus illos mittit ad notandum, quod deus pater prophetas præmisit ad prænuntiandũ domini incarnationem futuram, & Gabrielem Archangelũ misit, ad annuncian dum eam uirgini Marię. Diaconus Euangelium pronuntians est Angelus annunciãs Virgini, quòd conciperet, altaris turificatio est Spũsancti ipsi Virgini obumbratio. Ministrorũ quies, siue sessio, est ipsius uirginis timor, & cogitatio qualis esset Angeli salutatio, Chori uero turificatio est patrum illius tpis de filij Dei incarnatione diu desiderata exultandum gratiarum actio & congratulatio.

S V M M A

1 *Feria sexta unam tantum lectionem habet in missa.*

De sexta feria. Cap. 9.

1 IN † sexta feria una † tantum lectio ad Missam legitur, quia actor noui & ueteris testamẽti de quibus præmissum est. unus solus Deus est, & quia ex utroque testamento unum Euangelium factum. Et est epistolaris lectio. Egredietur uirga de radice Iesse, quæ est Esa. & manifeste 2
de aduentus, & beata uirgine Maria intelligitur, quæ cum esset immaculata uirgo prope fuit. ideoque in introitu ecclesia præcinit, prope esto mihi domine & in uersu. Beati immaculati in uia qui ambulant in lege domini. Et ad idem pertinet Euangelium. Exurgẽs Maria, quod est Luc. 1. Graduale. Oste de nobis domine misericordiã tuã, & offerenda. Deus tu uel secundum alios. Audi Israel. primum respiciunt aduẽtum, quẽ quia cœli enarrauerunt. i. Apostoli prædicauerunt in sẽo aduẽtu, cum domino iudicaturi, idcirco est hodierna statio ad sanc-

Apostolos; de quibus habetur in cantico
virginis, de quo fit mẽtio in p̃misso euan
Luc. 10. gelio, ubi dicitur. Deposuit po. de se. & exal. h.i. superbos scribas, & pharisæos, & exal. hu.i. Apostolos & in communione. Ecce dominus veniet. Zachariæ vlt. c.

S V M M A.

1 *Sabbato quatuor tpoꝝ aduentus, quatuor lectiones tantum veteris testam. leguntur. Et qui dicta. Limit. nu. 4.*
2 *Iustitia beneficium.*
3 *Ieiunium quodnam perfectissimum omnium.*
5 *Lectiones cur Romæ legantur græcè & latinè.*
6 *Euangelium cur dicatur nouiter ordinatum, item cur & epistola.*

De Sabbato. Cap. 10.

1 IN † die sabbati dicuntur 4. lectiones de veteri testamento ante lectionem illam, Angelus domini, quæ sumuntur de lege & prophetis, & in quibusdam ecclesijs prima est, Clamabunt, quæ est Esa. 19. c. secunda est, Lætabitur. quæ est eiusdem 35. c. Tertia est, super montem, quæ est eiusdẽ 60. c. Quarta est Christo meo quæ est eiusdem 35. ca. Ideo autem sunt quatuor, quia quatuor sunt ordines benedicentium Deum, videlicet prælati, clerici, religiosi, & laici, siue populus, quos enumerat dicens, Domus Israel benedicite dominum. per hoc populus. do
Psl. 134. mus Aaron benedicite dominum, per hoc prælati, domus Leui benedicite dominum. per hoc ministri, Qui timetis dominum, benedicite dominum, per hoc religiosi intelliguntur. Prima ergo lectio pertinet ad populum, secunda ad prælatos, tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos. In his enim lectionibus informantur ordinãdi, ut ad exemplar sanctorum patrum dictorum quatuor ordinũ cum eis benedicant dominum, siue, ut benedictio illorum veniat super eos. Vel ideo quatuor legũtur, quia ieiunans debet habere quatuor cardinales uirtutes, scilicet temperãtiam, quia ipsum ieiunium tẽperantium est. Prudentiam, unde Apostolus. Rationabile sit obsequium vestrum. Fortitudinem, unde proverb. vlt. De manu here forti, idest, de ecclesia. Accinxit fortitudine lũbos suos, qa oportet nos mul- Ro. 12.
tum laborare ad hoc, ut caro nostra munda sit, quod cum magna sit pugna, quia valde corrupta est, & spinas, & tribulos germinat, & ideo cum magna attritione venit ad cãdorem, sicut & byssus, Et iustitia, vnde Esaias. Et erit iustitia cingulum Esa. 11.
lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius. de Christo loquitur in membris qñ enim sit iustitia † in terra, recedunt latro- 2
nes, similiter quando iustitia fit a nobis, recedunt praui motus, & non superant, licet in nobis habitent. Si uero non fiat iustitia, non recedunt. vñ Esaias, Quia non facimus iustitiam non recesserunt habitatores terræ, ubi est iustitia ibi pax. Fides autem est cinctorium renum eius: qua, ut dicit Greg. Despectus terrenorũ restringit flectu carnalium uoluptatum. †Vnde si ieiunas a cibis corporis, oportet 3
ut ieiunes a cibis dæmonis, & comedas cibos mentis, qui aũt sic ieiunat, non nocebit ei ignis tribulationis, nec ignis mũdanus, sicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis Babylonis, & ideo sequitur lectio Dan. 4. Angelus Domini. Præcedit autẽ ipsa lectio ordinationẽ clericorũ, ad notandum, q̃ nemo ritè potest ad consecrationem accedere, nisi prius transeat per Eccl. 2.
fornacem, atque in fornace Deum benedicat. Iuxta illud Sapien. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis, quia qui ad sacrum accedunt ministerium, probandi sunt in camino multarum tribulationum & tentationũ. Iuxta illud Apostoli Et hi probentur pri- 1. Tim. 3.
mo, & sic ministrent. Propter ordinãdos enim legitur, ad significandum, quod sic uiuere deberent, ut non noceat eis aliqs ignis regis Babylonis, idest, diaboli, sicut ignis tribus pueris non nocuit. Et sequũ Dan. 3.
tur benedictiones, scilicet hymnus Benedictus es Domine &c. Quia post probationem coronantur, & a Domino bñdicentur & in fine subijcitur uersus Gloria pri &c. In laudem & in honorem Trinitatis. quod non fit post Psalm. Benedicite. tũ quia ibi in ultimo uersu fit mentio de patre, & filio, & Spiritu sancto, tum quia ibi in facto trium puerorum tota Trini-

tas fuit dehonestata,hi vero uersus prece
dentes ad solius pris pertinent laudem,
& inor dinādis Trinitas honoratur. Cho-
ro autem licet sedere, dum lectio ipsa dr,
sed non in cantu aliud.n. significat ipsa
lectio in legendo,aliud in cantando, un-
de nunc stare debet eps & clericus, quo-
niam nō debemus quiescere,quia scimus
pueros illos pro Deo laborasse.Dicuntur
4 †aūt in sabbatis ieiuniorum 7. lectiones
Euangelio cōnumerato, eo q̄ septē sunt
ordines,& quidam dicunt 12. pro eo,qđ
antiquitus Romæ,& adhuc Constantino
poli fieri dicitur,legebantur Grecè & La
inè & legebātur 12. lectiones p̄ 12.lecto
res,quorum sex erant Græci & sex Lati
ni. Erant tamen solummodo sex in sentē
tijs, quoniam illæ sex sine Euangelio, q̄
legebantur Latinè,legebantur & Grecè,
sicut si dixerimus Amen,& postea dixeri
5 mus uerè,non ideo duæ res erunt.†Ideo
autem legebātur dupliciter,quia Romæ
erāt Græci, q̄bus Latina lingua incogni
ta erat.Erant etiā Latini permisti,quibus
græca incognita erat. Vel hoc fiebat, ad
notandum utriusq; populi unionem.Cæ
terum ad orationem, quæ dicitur post le
ctionem,Angelus Domini,s. Deus q̄ tri-
bus pueris &c. non flectit ecclesia genua,
licet in orationibus aliarum lectionū an-
te flecteret,prēter quàm in Octauis pēte
costes,ad ostendendum. quod ecclesia cō
formis est tribus pueris . Fecit enim Na-
buchodonosor statuam, & cogebat oēs
adorare'eam,sed tres pueri cum Daniele
Dan.3. noluerant genua flectere ante statuā,ta-
les debent esse ordinādi,qui ante statuā,
idem,ante mundi gloriam genua non fle
ctant. Quare clerici ordinentur,& quare
in sabbato,dictum est in procœmio secun
dæ partis.Quidam conferunt sacros ordi
nes inter lectionem,Angelus,& epistolā
Pauli,ut post ordinationem ꝓponāt or-
dinatis epistolam & euangelium ad in-
star boni pastoris, qui mittens filium mo
net eum,q̄d & qualiter acturus sit.Ordi
nati. n. per capellas mittendi p epistolam
monentur, ut alios corripiētes bñdictio-
nem q̄ acceperunt custodiant.Per euāge
Mat.28 lium vero dr eis . Euntes, docete omnes
gentes. Nonnulli etiam subdiaconatu an-
te epistolam ratione præmissa pstito,con
tinuè,post eam , diaconatum & sacerdo-
tium præbent,quibus præstitis in uocem
lætabundam erumpunt,dicentes,Benedi
ctus es Dñe,eo quòd hi pśertim ordines
inuitantur ad laudes,& præstantur , citra
euangelium , & quia Moses & Aaron le-
uitas in tabernaculi ministerium ordina
uerunt,& Christus 72.ordinatos ad p̄di- Luc.10.
candum misit . † Debet āt legi epistola.s. 6
Rogamus &c. Quæ est 1. ad Thess. 2 c.
ab aliquo de ordinatis die ipsa , quia eps
debet prius ordinatos admonere , & po-
stea ad maiorem admonitionem epistō-
lam illis tradere. Præterea ordinatus do
ctrinam sibi in ordinatione traditā per
hoc se reducere in opus ostendit. ꝓpter
eandem etiam rationem , unus de noui-
ter ordinatis legit tunc euangelium, An
no 15. quod est Luc.3.ca. Post epistolam
etiam cantatur tractus,qui significat gra
uitatem,quā sacratus seu ordinatus serua
re debet,ne in superbiā elatus,in laqueos
incidat diaboli . Communio est , Exulta
tis , quæ est Zachariæ nono ca.

S V M M A.

1 *Aduentus Dominica quarta , & Missa introitus nu.3.*
2 *Tubarum usus unde.*
4 *Antiphonæ septem incipientes ab eo cur cantentur ante Domini nati uitatem.*
5 *Aduentum Christi liberatus est homo à septem morbis , quos referunt septem antiphonæ,incipientes ab eo.*
6 *Hebdomada proxima natiuitati,præparatio merito nuncupatur'. Et cur sex diebus ante natiuitatem dicātur laudes propriæ.*
7 *Dominica vacans,quæ , & cur sic dicta.*

De Dominica quarta Aduentus Domini. Cap. 11.

IN † quarta dominica ad- 1
uentus primum rñsorium
in nocturnis est , Canite
tuba. quod sumptum est
de Iohele . Antiquitus.n.
Iudæi † canebant tubis 2
ad inuitandum homines ad nuptias & ad
solem-

solennitates & ad mouēdum castra. Vnde
nunc ꝓcipit Dñs prælatis, ut cātent tubis
inuitantes gentes ad nuptias nouī regis,
quarum dies instat,s.dies natalis Domini
in qua Christus desponsauit sibi humanā
Psal.18 naturam,secundum quod dicitur in Psal.
Et ipse tanquam sponsus procedens de
thalamo suo . Canite igitur , qui prope
sunt nuptiæ . & propter præmissam cau-
sam cantores hac septimana altius solito.
uocē suam exaltant in responsorijs , & in
introitibus, ut qui prius sopore negligen
tię oppressi,lectionibus excitari nolumus
saltem uociferationibus & tumultu can-
tuum excitemur . Siquidem in septē an-
nis ante annū iubilei ꝓcepit Dominus
canere tubis,pro ipsius annis instantis læ-
titia. In hac autē historia huius domini-
cæ partim ex prophetis,partim ex Euan-
gelio compilata, communia ex vtriusque
decantantur aduentus,& præsertim uoca
tio gentium,declaratur per Christi aduē
tum,vbi in persona Apostolorum uel do-
ctorum dicitur.Canite tuba,& vocate gē
tes . Sanè gentilitas uidens calciatam fore
3 diuinitatē in vtero virginali , clamat † ad
Ps.105. eam introitus , dicens secundum quasdā
ecclesias, Memento nostri Domine in be
neplacito p.t. hoc est in filio , in quo bene
cōplacuisti ex milibus populi, q̄ fuit tuus
ab initio mundi. Et ideo cōgratulatur al-
teri in epistola , dicens secundum quasdā
ecclesias. Gaudete, quæ est ad Philip. 4.
Sed iuxta considerationem uteri virgina
lis cantat in graduali Dominū prope es-
se,& celerem eius aduētum.In alleluia ve
rò: Veni Domine,in offerenda. Confor-
tamini , & in communione , Ecce virgo
desiderat, & consolatur, & causam cōclu-
4 dit consolationis.¶ † Porrò ad ostenden-
dum desiderium antiquorum patrum, in
fine aduentus cantantur septem antipho
næ , vna quęque secundum ordinem suū
sua die,vsque ad natale, quæ incipiunt ab
O.Prima est: O sapiētia &c.Sunt autem
septem,quia diriguntur ad Christum, in
quo requieuit spiritus sapientię & intelle
ctus,spiritꝰ cōsilij, & fortitudinis &c. Es.
2.per quę septem dona suæ incarnationis
nobis gratiā ministrauit,prout in ipsis se-
ptem antiphonis apparet.Sunt etiam se-
ptem, quæ cantantur in designatione an-
tiquorum patrum,qui septenario seruiē-
tes,aduentum Domini expectabāt.Vnde
in omnibus dicitur:Veni,uel septem sunt
ꝓpter septē dona Spiritussancti, q̄ Chri-
stus, veniens largitus est mundo, & per q̄
expectantes illuminati sunt. Et sunt om-
nes secundi toni.Primò,quia quælibet lo
quitur de vtroq; aduentu. Secundò quia
signāt nobis geminā dilectionem, scilicet
Dei & proximi . Tertiò,propter geminā
Christi,ad quem diriguntur,naturam,vn-
de,Geminę gygas substantiæ . Quarto ;
quia ipsæ antiphonæ notant desiderium
tam antiquorū patrum expectantiū pri-
mum Saluatoris aduentum, quā moder-
norum expectantium secundum. Omnes
ergo sunt secundi toni, in signum q̄ secū-
dum expectamus aduentum.Et aduerte ,
quia illæ quę habent in princ. verba perti
nentia ad diuinitatem,ptinent ad eos,qui
expectant primum , vt O sapientia, & O
adonay.Adonay autē interpretatur. Do-
minus, quia dominabitur cunctæ creatu-
ræ, vel qa oīs creatura dominationis eius
seruit. Illæ verò quæ habent verba perti-
nentia ad humanitatē pertinent ad expe-
ctantes eam, vt O radix Iesse , & O clauis
Dauid. Sunt etiam quædam, quæ vtique
conueniunt,vt O rex gentium. Nam Dei
filius dicitur rex secundum diuinitatem.
Iuxta illud, Deus iudiciū tuū regi da &c. Psal.61.
Et etiam secundum humanitatem. Iuxta
illud, Domine in uirtute tua lętabitur ex Psal.22
&c. Sæpius tñ secundum humanitatem
rex dicitur , quia secundum eā est vnctus Psal.44.
oleo lętitiæ prę participib.suis.¶†Rursus 5
ecclesia in his septē antiphonis ostendit
multiplicitatem morbi sui, & ad quamli-
bet petit remedium sui morbi . Nā ante
Dei filij aduentum in carne eramus igno
rantes siue cęci,pœnis æternis addicti,ser-
ui diabolī,mala peccati cōsuetudine uin-
cti, tenebris obuoluti, exules a patria , &
ex pulsi,Ideoq; indigebam⁹ doctore,redē
ptore liberatore,eductore, illuminatore,
Saluatore , quia igitur ignorantes era-
mus , ideoque ab ipso doceri indigeba-
mus . Vnde in prima antiphona clama-
mus,O sapientia,quæ ex ore &c.Eccl. 24
& Sap. 8.& Es.40.c. Quia verò parū ꝓ
dessēt , si doleremur , & non redimere-
mur,ideo in secūda ab ipso redimi postu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lamus, O adonay, &c. Exo. 6. & 13. & 19. & 27. c. Sed quia nil prodesset si essemus docti & redẽti, & adhuc post redemptionẽ teneremur captiui, ideo in tertia petimus liberari. O radix Iesse &c. Esa. 40. & 52. c. Sed quid prodesset captiuis, si essent redempti & liberati, si tamen nondum essent ab oĩ vinculo absoluti, vt. s. sub peccato essent & vincti, libere, quo vellent, ire non possent, & ideo in quarta ab omnibus peccati vinculis educi petimus. O clauis Dauid &c. Apocal. 3. & Esa. 42. & Luc. 1. c. Præterea, quia hi qui diu fuerũt in carcere, oculos habent obtenebrantes, nec clare videre possunt, ideo post absolutionem à carcere restat nos illuminari, ut videamus, quò ire debeamus, & iõ in quinta hoc petimus. O oriens &c. Zach. 6. Sap. 7. & Malach. vlt. & Luc. 1. c. Sed si essemus docti, & ab inimicis penitus liberati, & illuminati, quid valeret, nisi deberemus ad regnũ perduci, & ibidẽ saluari, & ideo in duab. seq. petimus saluari. O rex gentiũ &c. Aggei. 2. & 1. Pe. 2. Eph. 2. & Gen. 2. c. In qua petimus salutem Gentium, & O emanuel &c. Esa. 7. Mat. 3. & Esa. 33. & Gen. p. c. In qua petimus salutem Iudæorum, in quibusdam verò ecclesijs adduntur aliæ duæ. Prima in honorem B.V.M quæ concepit. secunda pro Angelo, qui ad Virginem introiuit, vel in honorem sancti Thomæ, cuius festum tunc accidit. Duæ quidẽ addũtur, ut perificiatur nouenarius numerus, ad signandum, quia per 7. dona Spiritussancti peruenimus ad nouem ordines angelorũ quorum qlibet desiderabat Christi natiuitatẽ, ut impleretur, numerus ipsorũ, qui de cęlo ecciderũt, Quædã etiam ecclesiæ cantãt duodecim, quæ exprimunt duodecim prophetas, q̃ Christi aduẽtum prædixerunt, q̃ etiã duodecim Apostolorum testimonia roborauerunt. ex quo duodecim tribus, & duodecim mil
Apoc. 7. lia signati saluantur, sed nõ sunt nisi septẽ habentes ueniã Omnes autem incipiunt per, o quod potius admiratiuè ponitur, quàm uocatiuè. Cãtatur in vesperis, quia Dominus venit in vespera mundi. Hic est Helias, q̃ sero carne, & in mane pane nescitur, Dominus, i. noster, qui in ultima ætate mundi carnẽ assumpsit, & in diluculo resurgens in panem angelorum trãsiuit. ¶ Et † nota, quòd hæc hebdomada 6
ꝓxima natiuitati ꝓparatio merito nuncupãt, & ea historia. Clama in fortitudine, cantatur, quæ non ut quidam simplices autumant, ad quatuor tempora, sed ad Domini pertinet proximã natiuitatẽ. Vnde cum sex matutinalibus laud. b. decantatur, quoniã quælibet illius feria propias habet ad laudes antiphonas, quia per sex ætates antiqui sẽ ante aduẽtũ ꝓparauerunt, & nos per sex opera misericordiæ ad secundum etiam præparamur, Veruntamen feriales antiphonas, quæ in illa feria, in qua occurrit festũ sãcti Thomæ scriptæ sunt, octaua die antea quidã canere consueuerunt. Decet. n. ante natiuitatem Domini cantus & omnes antiphonas, & fere oĩa responsoria renouari quia sicut per plures, & frequentiores nuncios magis ac magis mouet animus subditi ad solicitudinẽ honorifice suscipiendi prælatum, sic & renouatione cãtus magis & magis monemur ad curam nostræ ꝓparationis in susceptione Domini, & vt per quotidianam renouationem cãtus excitemur frequẽtius ad turpes, & terrenas cogitationes purgãdas, vt sic dignũ Ro. 13.
habitaculum, & ornatũ venturo regi regnũ pijs cogitationibus præparemus. Potest tamen & totus aduentus præparatio nuncupari, unde in principio legit, Abijciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis &c. q̃ oĩa sunt præparationis in signia. Intitulatur autẽ in antiquis libris dominica † ilta, Dominica vacans. ¶ Pri- 7
mo quia ostẽdit, quòd omnis sanctus uacat ex quo Ioãnes, quo inter natos mulierum non surrexit maior, non est dignus soluere corrigiam calciamenti, sicut dicitur in Euãgelio huius dominicę, ideſt, incarnationis mysteria denudate, & propter hoc Dominus Papa non facit ſtationem Mat. 11.
apud aliquem sanctum. ¶ Secundò dicitur vacans, quia non habet propriũ officium, sed mutat alienum scilicet Rorate cęli &c. & hoc propter ordines ꝓcedentis diei, in q̃bus fuit apostolicus occupatus. Sæpe enim in Decembri cõsueuerũt ordines ab Apostolicis celebrari. ¶ Tertio, q̃ numerũ dierũ aduentus excedit, scilicet. 21 quare inter Dominicas aduentus

non

non debuit computari, sed vacans potius appellari. Quartò, quia apostolicus olim hac die dominica eleemosynis vacabat, & tam ipse, quam sui circa hoc intenti nullam ſtationem faciebãt, propter quod dicta est vacans, scilicet à ſtatione & indulgentia. Quædam ecclesię dicunt in hac dominica Euangelium. Miserunt Iudæi, q̃ est Io. 1. c. & epistolam: Gaudete, quæ est ad Philip. 3. c. Aliæ uero dicunt epistolam: Sic nos existimet. quæ est ad Corinth. 3. ca.

SVMMA.

1 *Natalis Domini uigilia, & officium.*
2 *Officij diurni intentio.*
3 *Prophetia cur præmittatur epistolæ in uigilia natalis Domini*
4 *Psalmi qui dicantur in uesperis uigiliæ natiuitatis Domini.*

De vigilia natiuitatis Domini. Cap. 12.

1 IN † uigilia natiuitatis Domini est inuitatorium. Hodie scietis quia v. d. & m. v. g. e. quod est transumptum de Exod. 16 cap. Ex eo. quod ibi dicitur uespere scietis, quia eduxit uos Dominus de terra Aegypti, & mane v. g. e. Et potest dici, q̃ hæc breuis clausula, ex una parte ad natiuitatẽ, ex alia pertinet ad resurrectionem. sic hodie, s. in vita præsenti scietis, quod veniet Dominus, i. panis viuus, qui de cœlo descendit, & ma. ui. gloriam eius. i. resurrectionis gloriam, non solum humanam, sed etiam gloriam diuinitatis eius. Sanè in hac uigilia ecclesia monet, & inuitat filios suos, ut parati sint ad suscipiendum Dominum. Vnde in nocturnali officio primum responsorium est, Sanctificamini, s. filij Israel, ideſt, uiri spirituales, qui videtis Deum per fidem, & parati estote, ut interſitis ad nuptias, quia non erit in cœna, qui ejicitur a nuptijs. Moraliter non obseruabit consilia, qui præcepta renuit adimplere. Sequitur in uer. sic. Et mane ui. glo. eius, ideſt, aduentum gloriæ eius, vel mane ad literam. Et hæc ultima pars de Exodo sumpta est, sed prima non est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiam capitulum. Gaudete in Domino, Philip. 4. cap. ¶ Diurni † uero officij intentio est 2
ostẽdere, quòd Christus natus sit, & hoc dicit in epistola, Paulus seruus &c. Quæ est ad Ro. 1. c. & in Euangelio. Cum esset desponsata quod est Mat. 1. c. Hac etiam die desponsatio legitur Mariæ, ut sciat, q̃ alij fuit desponsata, scilicet Ioseph, & ab alio fuit fęcundata, s. à Spiritusancto. 3
† Quædam tamen ecclesiæ ad hoc, vt in credulis maior certitudo sit, præmittunt prophetiam. Propter Sion &c. Quæ est Esa. 42. c. in qua ostenditur ipsum fore nasciturum. Natus autem est, ut populum saluum faceret, & terræ iniquitatem deleret. hodie in spe per sacramenta gratię, mane in re, per reuelationẽ gloriæ, hæc patent in introitu, & in graduali. Hodie scietis. Exo. 16. c. & in alleluia. Craſtina. Quidam tamen dicunt alleluia. Aue Maria & hoc, quando vigilia est in dominica. Tũc. n. dicitur alleluia, ꝓpter resurrectionem Domini. Idem ẽt patet in postcommunione. Reuelabitur. quæ est Esa. 40. Sed quia in eius incarnatione erat futura Iudæorum dispersio, ideo in gradua li subditur uersus. Qui regis, i quo ꝓ eis oratur. Quãtus sit, ostendit Psalmus, qui ad introitum cantatur, s. Domini est terra, & plenitudo eius, de quo etiam dicit offerenda. Tollite portas principes uestras &c. ¶ In † uesperis autem uigiliæ na- 4
talis Domini dicunt quidã psalmos Lau Psal. 43
date pueri Dominum, Laudate Dñum omnes gentes. Lauda anima mea Dominum. Laudabo. d. in Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus, & Lauda Hierusalẽ Dominum, Lauda Deum tuũ Siõ, in quibus inuitamur ad laudes. Alij uero dicunt Laudate pueri Dominũ, laudate nomen Domini. Qui cõfidũt. In cõuertendo Dominus captiuitatẽ &c. Memẽto Domine, & Benedictus Dñs Deus, & merito, q̃a primus deuotos inuitat ad laudandum iugiter & prædicãdum. Secũdus monet in Deo cõfidere. In tribus sequentibus reddit causa, quare laudibus sit instandum, & in Domino cõfidendũ, scilicet, quia nostram captiuitatem conuertit, & multum magnificauit, quia promissa cõpleuit, dum fructum uentris

Dauid ſuper ſedē eius inſtituit, quia inclinauit cęlos, & deſcendit, qui demū de alto manum ſuam emittet, vt nos eripiat ab aquis multis,& à filijs alienis: Veſperę autē iſtæ priuilegiatæ ſunt, quia cū cætera officia veſpertina ꝓpter ſuperueniens feſtum mutentur, iſtæ non mutantur. In uigilijs etenim aliorum feſtorū Capitulū, Hymnus, Antiphonæ, & Collecta. In aliquibus etenim eccleſijs totis veſperis diei officijs expletis, ſolūmodo antiphona & collecta de ſequenti feſto dicuntur eo q̄ Dominus in veſperis, i. in vltima ætate mundi venit ad ſaluandum ſaltem reliquias generis humani.

S V M M A.

1 *Natalis Domini officiū quid in ſumma.*
2 *Chriſtus cur in fine anni naſci voluit.*
3 *A natali Domini dies ſenſim creſcunt.*
4 *Natalis Domini feſtum, eadē die mēſis ſemper occurrit. cetera autē feſta Saluatoris non Rationem vide nu. 5.*
6 *Natalis Domini officiū nocturnum. & eius ſignificatio nu. 7.8.9.10.12.16.*
11 *Iubilus quid notet.*
13 *Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini.*
14 *Ioſeph potius, quàm Mariæ genealogia cur computetur.*
15 *Mariæ & Ioſeph genealogia deſcribitur*
17 *Teleſphorus Papa ſtatuit tres miſſas cātari in die natalis Dñi. Et quid eius fuerit inſtitutum de prima n. 18.19.*
20 *Prophetia diei natalis Domini cur præmittantur epiſtolis.*
21 *Miſſa ſecunda natalis Domini cur cantetur ſub auroram.*
22 *Miſſa tertiæ natalis Domini hora tertia cantanda.*
23 *Miſſæ tres inſtitutæ in die natiuitatis Dominicæ quid ſignent ibidem uide, & per nu. 24.26.27.*
25 *Chriſtus quomodo intelligatur primo genitus Mariæ.*

De Officio natalis Dominis Cap. 43.

1 QVęcūq; in officio Natalis Dñi dicū tur, de exultatione † natiuitatis ſunt, quia ſicut cātat in ꝛ̄ſorio, Deſcendit de cęlis Chr̄s, i. de ſinu patris, vt appareret uiſibilis. Vnde egreſſus eius à patre, i. ab occulto & intimo patris. Sequit, introiuit ſ. per aurem virginis. i. per fidem, quæ ex auditu, ſicut legitur in epiſtola ad Rom. Vnde dixit ei Angelus. Spiritus ſāctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, Spiritui ſācto acquieuit. Iuxta illud in canticis, Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo. oſtium deſiderium eſt, peſſulum diſcretio. quaſi per diſcretionē aperui deſiderium meum dilecto meo & hoc audito dixi, Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſm verbum tuum, Non ſicut Eua, quæ fregit peſſulum, quando voluit eſſe ſicut Deꝰ. Introiuit dico in vterū virginis, quo accepit carnem noſtram, & exiuit per portam clauſam in regionem noſtrā. De hac porta dixit Ezechiel. Porta hæc clauſa erit in æternum, & exiuit dē mundo per portam auream ideſt charitatem: quia p̄ crucem. Maiora enim charitatem nemo habet, quàm vt animā ſuam ponat q̄s pro amicis ſuis. ¶ Et † eſt aduertendum, q̄ Dominus in fine anni naſci voluit, ut oſtenderet ſe in vltima mundi ætate venire. in ſexta feria cōcepꝰ in dominica natus in ſexta feria crucifixꝰ fuit & dominica reſurrexit, vt qui hominē in ſexta feria plaſmatum pdiderat, in ſexta feria liberaret, & q̄ dixerat in dominica Fiat lux, in dominica veniens ōtiēs ex alto nos illuminaret. De hoc dicēt ſub ti. de paraſceue, & in nocte natus eſt, vt ſe ſub carne latētem venire ſignaret, vel vt ſe ad illuminandam noctem noſtrā venire monſtraret quoniam habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Vnde ab † eius natali diei prolongantur, quia credētes in eum ad æternitatis lucē uocantur, rationabiliter itaq; nocturna officia celebrantur. Cum autem cætera feſta Saluatoris, † ſcilicet paſſio, reſurrectio, aſcenſio, pentecoſtes, & alia ſint uariabilia, quia non celebrantur ſemper in eiſdem calendis, ſine in eadem die menſis: Quare hoc feſtum eſt inuariabile, cū ſemper eſt in eiſdem calendis, ſiue eadē die menſis? Reſpondeo ſecundum Aug. Hoc feſtum pertinet ad memoriam tantum, unde ſufficit per illud memorari quota dies menſis Chriſtus natus fuit, & idco

Luc. 1.

Cant. 5.

Gen. 1.

Eſa. 9.

2

3

4

ideo ſemper eadem die menſis celebrat. licet ipſa feria varietur p̄p mutationem literæ dominicalis, alia uerò feſta pertinent & ad memoriam & ad ſacramētum verbi gratia, Chriſtus paſſus eſt ſexta feria, ut hominem qui in ſexta feria cecidérat, redimeret, & ſic de alijs & iō oportet, quòd ſub diuerſis calendis fiāt, in eadem tamen feria, ſcilicet in dominica. Præterea, ſemper paſcha noſtrum accipitur dūica prima poſt Paſcha Hæbreorū, quod eſt ſemper 14. luna, quia ergo luna 14. non ſemper eſt eodem tempore, uel eadem die mēſis, imo uariatur ſecūdum annos ſolares, ideo & paſcha noſtrū non ſemper eſt eodem tempore, nec in eadem die menſis, licet ſemper ſub eadem feria ſcilicet in dominica celebretur. ¶ Rurſus
5 † ideo Paſcha, pentecoſtes, & alia feſta variabilia ſunt, nec certæ diei menſis ſunt annotata, ne videamur imitari Iudęos, q̄ ſemper illa celebrant in certis calendis. Alcuinus uerò dixit, quòd ideo hoc feſtū per ſingulos dies variatur, quia natus eſt nobis, qui per ſingulos mundi dies lauat illos, qui per peccatum Adæ ſunt macula
6 ti. ¶ Circa † officium nocturnale ſciendū eſt, quod inuitatorium, ſ. Chriſtus natus eſt nobis &c. in perſona angelorum cantatur, a quibus paſtores, uel potius omnis populus ad adorandum natum Dominū inuitatur. Nouem uerò ſpalmi dicuntur per tria nocturna, ut notetur, quod omnes ſancti patres, qui fuerunt in tribus tēporibus, ſcilicet ante legem, ſub lege, & tpe gratiæ in nouo teſtamento, ſociati ſunt per aduentum Chriſti nouē ordinibus angelorum, ut ſicut Angeli ſanctæ Trinitati congaudent, ſic & illi congaudeant. In primo pſalmo igitur de ęterna Chriſti genitura, & ineffabili. In ſecundo de eius incarnatione. In tertio de laudib. ſpōſi & ſponſę, idque in tribus primus le ctionibus per Eſa. oracula teſtificamur, qui non tam propheticè, quam euangelicè incarnationem Chriſti deſcripſit. Prima eſt: Primo tempore. Eſa. 9. c. Secunda eſt, Conſolamini, conſolamini populę meus, dict Deus ueſter, Eſa. 41. cap. Tertia eſt Conſurge, conſurge. Eſa. 41. cap. in ipſis etiā fit promiſſio, in alijs oſtenditur
7 promiſſionis impletio. † Primus nocturnus recolit tpꝰ ante legem ſeu eos, q̄ fuerūt ante legē, ut Abrahā, Iſaac, & Iacob: ſecundus nocturnus recolit tempus legis ſeu eos, qui ſub lege fuerunt, ut Dauid & prophetas, & alios plures, & ideo in antiphonis, quæ cantanē in illis duob. nocturnis, quæ ad uetus teſtamentum ptinent, non dicitur alleluia. quoniam patres illorum tporum differebātur ab ęterno gaudio, ſ. a patria, in qua iuxta Apocalypſim. cātatur alleluia. Tertius uero recolit nouum teſtamentum, quod habuit initium 5
a baptiſmo, quod tertio tempore, ſcilicet gratiæ, nobis collatum eſt, ſeu eos, q̄ fuerunt in nouo teſtaméto, ut ſunt Apoſtoli, martyres, cōfeſſores, & alij ſācti. ideoque in illis antiphonis quæ eos recolāt, & quæ ex nouo teſtamento ſumuntur, canitur alleluia. quoniā iſtos plus honorauit ſuus aduentus, q̄ precedentes patres, ita ut ſi digni de hoc mundo migrant, illico in cœlum transferantur, & ſocietati ſanctorum iungantur, quod antiqui pręlōgo tempore expectauerunt. murmurātes intra clauſtra inferni. Ante † nocturnos ſolent in quibuſdam locis ſuper altare tres panni poni, ad deſignationem præmiſſorum trium temporum, & in ſingulis nocturnis ſinguli amoueri. Primus niger pro tempore ante legem. Secundus albus pro tpe reuelationis. Tertius rubeus pro tēpore gratiæ propter dilectionem ſponſæ candidæ & rubicundæ. In quibuſdā quoq; eccleſijs ſuſpendunt bo ni pāni. in quibuſdā viles, & in quibuſdā nulli, prout in prima parte dictū eſt ſub ti. de picturis. Sanè, ad primum reſponſorium primi nocturni dicuntur in quibuſdam Eccleſijs tres uerſus, propter causā redditam ſub prima dominica aduentus. & poſt quodlibet trium reſponſoriorum priorum dicitur, Gloria patri &c. hoc ideo, quoniam in tribus reſponſorijs tria † ſignificantur, ſcilicet reſtauratio angelorum, reparatio hominum & modus 9
quo iſta facta ſunt, reſtauratio angelorum notatur in primo, ubi dicitur, Gaudet exercitus angelorū. Reparatio hoīum in ſecō, ubi dicitur, pax uera deſcendit. Modus uero quo & facta ſunt, & potius quo deſcendit ille, qui fecit, inſinuatur in tertio, qđ eſt in quibuſdam locis. Deſcendit

de cęlis. In quo oſtenditur, ut premiſſum eſt, Deum deſcendiſſe a patre in virginé, & ita ad nos, uel per hoc quod in ipſo reſponſorio tãgitur, quod intrauit in regionem noſtram, recolitur liberatio habitantiũ in regione umbræ mortis. Quia ergo hæc facta ſunt ꝑ Trinitatem: idcirco poſt quodlibet illorum trium reſponſoriorũ, Gloria patri cantatur, quod ad laudẽ pertinet Trinitatis. ¶ Rurſus † ſicut manna habebat ſaporem ſimilem cum melle, ita & Chriſtus duo habuit in ſe, videlicet humanitatem & deitatem. Humanitas per ſimilem, Deitas per mel intelligitur. Vnde etiam in hoc ſecundo reſpõſorio dicitur. Hodie per totum mundum melliſlui facti ſunt cœli, quaſi diceret, totus mundus mellificatus, & dulcoratus eſt. In tertio verò reſpõſorio fit triplex iubilus, ſcilicet in Fabricæ, in Tãquam, in Gloria patri, in quo quidem, in tribus Saluatorem cõmendamus, oſtendentes, ꝙ qui ineffabiliter fabricam mundi creauit, & ineffabiliter de virginis thalamo proceſſit, & ineffabiliter æqualis patri, & Spũiſancto permanſit, ſicut fuit ab æterno, ſic nunc eſt, & erit in æternum, & hæc tria triplici iubilo ſignificamus, primum primo, ſecũdum ſecundo, & tertium tertio, & ut expreſſius tertium ſignificetur, in quibuſdã eccleſijs cãtatur Gloria patri &c. & ſicut erat in principio &c. uſq; ad Amen. ¶† Et not. quod fit iubilus ſuper a, & ſuper o. Super a, in Fabricæ, & in Tanquã. Sup o, ſit gloria patri ad notandum, ꝙ cui fit, eſt α, & ω, ideſt, principium & finis. Iubilus aũt quandoque notat expectationem noſtram, ut dicetur ſub tide ſeptem diebus poſt Paſcha. quandoq; noſtram infirmitatem, ut in uerſu. Tanquam ſponſus qñque rei, de qua agitur magnitudinem, ut ibi. Fabricæ mundi, quandoque gaudij immenſitatem, ut in fine reſponſorij. Verbum caro, ibi enim ſignificat immenſitatem gaudii, quod viri ſancti hẽnt de eo, ꝙ verbum caro factum eſt, ꝓplenum gr̃a & veritate. De iubilo dictũ eſt in proœmio quintæ partis. ¶† Reſtat adhuc de ſex reſpõſorijs dicere. Et quidẽ in primis duobus ſecundi nocturni agimus de partu, in tertio de parturiente. In duobus verò primis tertij nocturni agimus de parturiente, & in tertio de partu, in quo cõſuetudiné mulierum imitamur. Cõſueuerunt. n. mulieres viſitare parturiẽtes, & partum, & eis munuſcula ſua dare, & nos parturientem, & partũ quodãmodo viſitamus, cum pro modulo noſtro eos magnificamus. Ipſæ uerò laudes ſunt munuſcula, q̃ offerimus. Dicitur etiam ad horas capitulum. Paulus ſeruus. Roma. 2. & illud Multifariè, ad Heb. 1. c. & illud. Apparuit gratia ad Titũ. 2. & illud, Apparuit benignitas. ibidem 3. cap. In ꝓnocturnali uero officio tria leguntur euãgelia, ut habeat eccleſia quod intendit. Vult enim oſtẽdere vtranque naturam eſſe in Chriſto, ut plures ſint teſtes Natiuitatis Chriſti, & ꝓp hoc etiam leguntur lectiones in quibus Aug. & alii ſancti inducũt ad hoc authoritates infinitas, ſcilicet ab eis qui fuerũt ante legem, ſub lege, & poſt legem, quoniam integrum eſt iudicium. quod plurimorum ſnijs confirmatur. extrà de offic. dele. prudentiam. Legitur & quartum Euãgelium Matt. ſcilicet Liber generationis poſt nonum uerſum, in quo exprimitur eius generatio, ut oſtendatur eũ fuiſſe de genere patrum eorum, quib. eſt facta promiſſio ſcilicet Dauid & Abraham. Dauid in Pſalmo. De fructu uẽtris &c. & 1. Paralip. Cum dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te. Abrahæ uerò Gene. 16. dictum eſt In ſemine tuò benedicentur oês gentes, & ideo dicit in principio, filii Dauid; filii Abrahã, quia illis ſpecialiter facta eſt ꝓmiſſio, & ſic oſtenditur, ꝙ ipſe erat Meſſias, qui ꝓmiſſus eſt in lege & prophetis. ¶ Et no. ꝙ Mat. deſcribit hic genealogiã, deſcendendo uſq; ad Ioſeph. Luc. uero aſcendendo, prout ſub epiphania dicetur. ¶ Sed † quare potius Ioſeph q̃ Mariæ generatio computatur, cum ét Chriſtus nõ fuerit filius Ioſeph? Reſpõdeo, quia ambo de eadem tribu fuerunt. Et tribus, ideſt, genealogia per mares, non per fœminas diſtingui ſolet, & cõputari in ueteri teſtamento. Numerando ergo uſque ad Ioſeph, perinde eſt, ac ſi uſque ad B. Virginem proceſſiſſent. Præterea, Chriſtus maluit filius fabri uocari, q̃ matrem propter ſuſpicionẽ adulterij lapidari. Et reuera filius eſt illius fabri, qui fabricatus eſt aurorã & ſolem.

lem. ¶† Et ſcias, ꝙ natiuitas beatæ Mariæ ex tribu Iuda, ex regia ſtirpe Dauid originem duxit, & traxit, prout ſcriptura ſæpe teſtatur dicens, Chriſtũ de ſemine Dauid deſcendiſſe, qui de ipſa ſola natus eſt. Siquidé Dauid inter cæteros, duos filios habuit, ſ. Natham & Salomonem. Ex catena ſiue gñatione Natham deſcendit virgo Maria. Qm̃ ex catena ipſius Natham Leui genuit Melchi, & Pantherã Pãthera virgo genuit Barpantherã. Barpanthera Ioachim. Ioachim virginẽ Mariã; vt dicitur in 7. par. ſub feſto Philippi & Iacobi Apoſtolorum. Et catena uero Salomonis deſcendit Ioſeph, vir ipſius Mariæ, qm̃ ex catena ipſius Salòmonis Matham ex vxore ſua genuit Iacob. Defuncto aũt Matham. Melchi ex tribu Natham filius Leui, & frater Pantheris nupſit vxori ipſius Nathã ſ. matri Iacob: ex qua genuit Hely: & ſic facti ſunt fratres vterini Iacob & Hely. Mortuus eſt autẽ Hely ex tribu Natham ſine liberis, cuius vxorem accepit Iacob frater eius ex tribu Salomonis, & ſuſcitauit ſemen eius genuit Ioſeph Ioſeph igitur natura eſt filius Iacob. ex deſcenſione Salomonis: ſecundum legẽ uero Hely qui ex Nathã. Nam qui naſcebatur ſm̃ naturam, quidem filius erit generantis, ſed ſecundum legem defuncti. ¶ Deinde cantatur. † Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, in omnium antecedẽtium actiones gratiarum, & ad deſignandum exultare nos cũ angelis & congratulari de drachma perdita inuenta in quibuſdã tamen Eccleſijs finita prima miſſa cantat̃ dictũ euãgelium Matthæi: Liber generationis, & hoc ideo, quia duo teſtes ad minus nobis neceſſarij erãt, primus teſtis erat. Luqui in euangelio miſſæ. Exijt edictum a Cæſare Auguſto &c. narrauit iuxta uerbum euangelii, Deum natum in ciuitate Dauid. Adducitur ergo alius teſtis, dicẽs eum natum de Dauid. Ac ſi dicat nõ tantum eſt natus de ciuitate Dauid, ſed etiã de Dauid, vnde Matthæus prius noĩat Dauid, quam Abraham dicẽs: filii Dauid filii Abraham, quamuis & alia poſſit eſſe cauſa. quare prius Dauid nominatur, ſcilicet, quia Dauid fuit prior Abrahã dignitate, nã ille patriarcha, iſte patriarcha, & rex: audito igitur in euangelio miſſæ vnoteſte ab Eccleſia, quia uix eſt, quod uni teſti ſoli credatur, ideo adiecto alio, ſcilicet. Matthæo, qui etiam generationem dominicam deſcribit, tunc plene confidens Eccleſia exultans clamat. Te Deum laudamus, ut in ore duorum, trium; uel plurium ſtet omne uerbum. extra de teſtib. in omni. 2. q. 4. §. 1. Adhuc, quia uix eſt, ꝙ mi teſti credatur, hinc eſt, ꝙ unus terminat miſſam, dicens in quibuſdã Eccleſiis, Benedicamus Domino. Et eccleſia quaſi uoce demiſſa reſpondet, Deo gratias. ¶ Rurſus finita miſſa dicitur euangelium. Liber generationis, & poſtea, Te Deum laudamus, quia generatio diuinitatis præceſſit generationem humanitatis: Et quia illarum notitia fuit nobis laudis materia, ideo laudes ſequũtur, Miſſa ergo laudes præcedit, ꝙa prius fuit æterna genitura, de qua miſſa illa ſequitur, quam aliqua creatura fuerit, q̃ Deũ laudare potuerit. In laudibus matutinis quaſi choream dicimus. unde in prima antiphona dicimus. Quam uidiſtis paſtores? &c & ipſi reſponderunt, natum uidimus. ¶ Circa † miſſæ uero officium notandũ eſt, quòd Theleſphorus Papa ſtatuit in die iſta debere cantari tres miſſas, ad oſtendendum quod Xp̃i natiuitas ſaluauit patres trium tẽporum, ſcilicet patres ante legem, ſub lege, & poſt legẽ. Prima canitur de media nocte, ad oſtendendum quod illi qui fuerunt, ante legem, nõ fuorum illuminati aliqua lege, & per illum etiam oſtenditur, quod panis q̃ quotidie ſacrificatur & mãducatur in altari, uidelicet Chriſ, natus eſt in Bethleem in media nocte, & in hac ſic. dicit Luc. unde Sapien. 18. Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſ. c. m. iter ha. &c. ꝙ ad literam exponitur de natiuitate Domini, hoc etiam inſinuat euangelium huius miſſæ, & collecta illa, Deus qui hanc ſacratiſſimam carnem tuã &c. & ꝓphetia illa. Populus gentium, qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam. Habitãtibus in regione umbræ mor. &c. & epiſtola & fere omnia, quæ in illa miſſa dicuntur. Idem etiã Theleſphorus Papa. de cõſec. diſtinctio 1. nocte. ſtatuit in hac miſſa † hymnũ angelicum, ſcilicet. Gloria in excelſis

Universidad de Deusto Biblioteca

excelsis. soléniter decantari, ad recolendum, quòd angeli nocte ista illum decantauerunt, in qua ab angelis pastoribus est nunciatus. Vnde in euangelio legitur. Et *Luc. 2.* subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium & dicentiũ, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis &c. † Notandũ 19
est autem, q̃ hæc missa & laudes matutinæ terminantur in plerisque locis una orõne, ad ostendendum, q̃ totum illud officium idem indicat, s. Natiuitatem æternam, & temporalem, unde ipsa missa *Ps. 2.* incipit Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, quod tãtum de generatione æterna, seu de generatione Christi intelligitur, quod vero sequitur, ego hodie genui te, de vtraq; est, & exponitur hodie, ideſt, æternaliter. Nã secundùm Augu. hodie præsentiam significat, & quod ẽternum est, semper pręsens est. versus de tẽporali, scilicet. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? quasi diceret. pro nihilo cum Christus Deus & homo sit. Responsorium de ẽternali in quo dicit. Deus pater, ergo pa- *Ps. 109.* ter sum. Tecum principium. Vnde & ibidẽ sequitur, In die virtutis tuæ, s. in die resurrectionis. In splendoribus sanctorum, scilicet in luce omnium sanctorum, & dicit in splendoribus sanctorum, plura liter, propter diuersos effectus. ex utero, i. ex intima bonitate mea. Ante luciferũ genui te, ideſt ante omnẽ creaturam, quasi diceret ab æterno. Epistola verò, Paulus seruus, quam quidam in vigilia dicunt, & euangelium de temporali. Vñ in epistola dicitur. Ex semine Dauid scdm carnem. In euangelio dr. Exijt edictum à Cæsare Augusto, quod est Lucæ. 2. cap. In aliis uero Ecclesiis dicitur epistola, Apparuit gratia Dei. quæ est ad Titum. 2. c.
20 ¶Ante † epistolam legitur immediate ꝓphetia. ¶Primò, ut basis sit sub columna innitente basi. Non enim quæ dicuntur in euãgelio, crederentur impleta, nisi forent in veteri testõ prædicta. ¶Secundò ideo in vigilia & in hac missa duæ lectiones sine interuallo dñr, una de prophetia, alia de Apostolo, quia Christus pro duobus populis in pariete coniungendis nascitur. ¶Tertiò, quia super basim. Prophetarum fundata est columna Apostolorum. Quartò, qa actiui & contemplatiui per hanc natiuitatẽ in una fide saluãtur. Quintò, qa per utrumq; testamentũ Christi natiuitas cõcorditer prædicatur. Hi sunt duo Cherubin, qui propitiatoriũ regunt, quique in propitiatorium uersis vultibus respiciunt, ut dictum est in pœmio 4. partis. Quidam tñ nullam dicunt prophetiam, significantes quod uetera transierunt, & noua facta sunt omnia, quasi dicat de ipso facto cessat figura, qa veritas venit. ¶Secunda † missa cantatur 21
in diluculo in exordio diei, quando Xps in cunabulis adoratus est a pastoribus, & hoc primo ad ostendendum, quod sancti patres & prophetæ, qui fuerunt sub lege scripta aliquantulum cognitionem Dei habuerunt, sed non tantã, q̃tã nunc habemus, & ideo incipit a promissione, quæ facta est antiquis in veteri lege. Lux fulgebit hodie i domo Domini &c. ¶Secundò ideo, quia sicut dominus à Gabriele fuit nũciatus prius, quàm nasceretur, sic ante initium diei suæ natiuitatis missa canitur. ¶Tertio, ꝓp ortum nouæ lucis, quia ille, qui natus est in ortu suo, tã in utero quam ut ex utero fuit, lux uera. Dicitur ergo in ortu huius talis lucis, quasi ipso facto dicat. Orta est lux. Huic consonat introitus, s. Lux fulgebit, & graduale, in quo dicitur, Deus dominus; & illuxit nobis, & quod sequitur i introitu & vocabitur admirabilis, sumitur Esa. 9, c. A quibusdam tamen dicitur de nocte, eo qd pastores in nocte illa visitauerunt ꝑsepe Domini, quod notat euangelium eiusdem missæ, Pastores &c. Lu. 2. c. Prædicitur etiam tunc in quibusdã Ecclesiis prophetia, Spiritus Domini super me, q̃ est Esa. 41. ca. Deinde dicitur epistola, Apparuit benignitas, quæ est ad Titum 3. cap. Cõmunio est. Exulta filia. Zachariæ. 9. c. ¶Tertia † uero missa, quæ die clara hora 22
tertia, quando illuxit nobis dies redẽptionis nostræ festiuius celebratur, ad tẽpus refertur gratiæ, in quo descendit lux magna de cœlo, quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundum. Velum enim tẽpli scissum est in duas partes. Vnde Sapien. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes. Epistola, Multifariè *Prou. 14*

quæ

quæ est ad Hebr. 1. c. & euãgelium legit de æterna generatione. Vnde dicit in epistola, Filius meus es tu, ego hodie genui te & de temporali habetur ibi, Multifariè multisque modis. In euangelio vero de æterna, unde incipit, in principio quasi dicat. In principio creaturarũ erat verbum, quod est Io. primo c. Dicitur etiam tunc in quibusdam Ecclesijs prophetia. Propter, hęc sciet. quę est Esaię quinquagesimo secundo. capitul. Communio est. Viderunt, Es. quinquagesimo secundo. c. ¶Prima † ergo missa est de æterna gen- 23
itura. Secunda est de promissione antiqs facta, unde cantatur. Lux fulgebit in domo domini. non dicitur fulsit, uel fulget. Tertia est de veritate nobis exhibita, unde cantat, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Esa. nono c. ibi utit futuro ad notandum promissionem hic ꝓterito, ad notandũ ꝓmissionis implẽtionẽ. Et quia æterna gnatio est nobis occulta iuxta illud Esa. gnationem eius qs enarrabit? ideo missa de æterna genitura nocte profunda cantat, Quia vero antiqui patres quibus facta est promissio, certi erant de incarnatione Domini, sed nõ tãtum, quãtum patres noui testamenti, quibus exhibita est veritas, ideo missa de ꝓmissione antiquis facta cãtatur illucescẽte aurora, in qua est modicũ lucis, sed secundum ipsum introitum videtur, quod deberet esse lux fulgens, sed nõ est ita, qa lux in aurora rubet i tertia fulget, in sexta feruet, i uespera tepet. Quia vero tẽporibus noui testamenti manifesta est veritas inde est, q̃ missa, quæ est de exhibi- 24
tione veritatis, clara luce cantatur. † Prima ergo missa pertinentia generationem æternã, s. de patre sine matre, secunda ad temporalem, s. de matre fine patre, tertia compacta est, quia de vtraq; agit & ideo pertinet ad æternã simul & temporalẽ. Notandum tñ est, quòd in missa, quæ est de æterna genitura, legit euangelium de humanitate, s. Exijt edictum à Cæsare Augusto. in alia vero q̃ est de veritate nobis exhibita, legitur euãgelium de diuinitate, s. In principio erat uerbum. ad notãdum quòd ex quo humanitas diuinitati fuit vnita, nec humanitas sine deitate, nec deitas sine humanitate fuit, nec erit. Hãc rationem asserit magister in psalterio, Aiunt quidam, quòd cum in collectis, in lectionibus in euangelio, & in offertorio primæ missæ euidẽter natiuitas de Virgine memoretur intẽtio totius officij ad temporalem potest natiuitatẽ referri, & exponũt in introitu, hodie ideſt hac die ante luciferum stellam, videlicet matutinam, genuite, ideſt, generationem tuam sum operatus, & quòd in euãgelio dicitur. Maria peperit filium suũ primogenitum exponitur † primogenitum, i. au 25
tequẽ nullus extra de uerb. sig. nã & ego
Officium uero secundæ missæ aiunt † cõ- 26
cordare dictis pastorum dicentium, ut legitur in euangelio. Transeamus vsq; ad Bethleem. & 6. quæstione. 5. hoc factum est. Qui gratulantes dicunt in introitu. Lux fulgebit. Orta enim erat stella ex Ia- *Nu. 24.*
cob. Vel dicitur. Lux fulgebit in persona legis, quæ temporalem natiuitatem antiquis patribus repromisit. Et subditur Dominus regnauit decorẽ indutus est. illũ, s. decorem, quo coronauit eum mater sua, hoc est humanitas. Et addũt in graduali, Benedict⁹ qui venit in nomine domini, & in alleluia Dominus regnauit. Et quis & quantus sit, in offerenda supponunt. dicentes Dominus enim firmauit orbem terræ. Et quia primus paries est ex He- *Ps. 44.*
bræis, ideo primitiæ scilicet pastores in communione loquũtur ad eos. Exulta filia Siõ. ideſt ecclesia † Officiũ tertiæ mis- 27
sæ personat mirabilia verbi Dei qđ erat in principio, & icipit esse caro, sicut legitur in euangelio. Hoc uerbum, est puer qui secundum prophetã natus est nobis, vt canimus in introitu, & hoc est canticũ nouum. de quo ꝓpheta in versu. Cantate Dño cãticum nouum. Hoc quoq; ver- *Psal. 95.*
bũ est illud salutare, de quo ꝓtinus canitur in graduali. Viderunt omnes. hæc est lux magna, q̃ descendit in Virginis uterũ quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum. de qua dicit in euãgelio, In principio erat uerbũ &c. Hic demum est ille diues rex, & potens cui *Esa. 5.*
dicitur in offerẽda, Tui sunt cæli, & tua est terra, In fine primæ & secundæ missæ dicunt quidã, Benedicamus Domino ꝓut dictum est sub titulo de aduentu. Ab hac autem die usque ad octauã epiphanię

nlæ responsoria, & eorum versus dicunt eum alleluia, ad representandũ summã lætitiam, quæ aduenit tempore gratiæ.

S V M M A.

1 *Dominica intra octauã natalis Dñi. q̃ fiat officium, & eius expositio. n. 3. 4.*
2 *Silentium est triplex.*
5 *Christus positus in signum tripliciter.*

De Dominica infra octauam natalis Domini. Cap. 14.

1 IN dominica,† quæ intercedit intra octauam natalis Domini, cantatur de natiuitate Domini. Vnde introitus iustæ est. Cum medium silentium tenerent omnia &c. Sap. 18. c. Est triplex
2 †silentium, s. ignorantiæ, desperationis, & gloriæ. Silentium ignorantiæ fuit ante legem, quia ignorabant peccata sua, & ideo non clamabant ad Dominum, ad Rom. 10. Mors regnauit ab Adam vsque ad Mosen, postquã autem lex data est ad cognitionem peccati multo tempore seruauerunt legem, ad vltimum vero desperauerunt, quando scilicet oẽs declinauerunt, simul inutiles facti sunt, tunc fuit silentium desperationis, postquã autem venit Christus, ruptum est silẽtium, Vnde clamant omnes laudes Dei. Silentium gloriæ veniet, quãdo impletum erit totum desiderium nostrum. In silẽtio desperationis veniet Dominus, vt ei attribuatur salus humani generis, qui est ve-
3 rus medicus. Et hoc est, quod dicit† Dum medium silẽtium. Sequitur & nox, ideſt, diabolus in suo cursu medium, ideſt, cõmune iter haberet. Omnes enim cõmuniter ad inferos descendebant. Omnipotens sermo tuus, ideſt, fili⁹ tuus, Domine pater, qui dicitur sermo patris quia per eum natus est, à regalibus sedibus venit quærere, & facere reges, Vel ad literam. dum omnia tenerent medium, ideſt, cõmune silentium, de nocte scilicet quando omnia silent, & nox in suo cursu mediũ iter perageret. Ad literam. Omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus, vel quia media nocte natus est Dominus, & concordat epistola, quæ est Gal. 4. c. vbi dicitur. At vbi venit plenitudo tẽporis, &c. re sponsorium est. Speciosus forma &c. q̃ *Ps. 44.* immunis ab omni peccato, & omnibus virtutibus plenus. Sicut enim habetur ad Col. 3. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ideſt, ad modum trinæ dimensionis, ideſt, communi modo sicut in omnibus est, scilicet essentialiter, præsentaliter, & potentialiter. Item secundum gratiã est in sanctis & secundum vnionem est in Christo, & ideo diffusa est gratia in labijs tuis. Gratia, quia nunquam sic locutus est homo, diffusa est inquam, quia in ore eius fuit lex cle- *Prou. vlt.* mentiæ, ut cum dixit. Mulier nemo te *Luc. 2.* condemnauit, nec ego te condemno, vade, & amplius noli peccare. Et cum dixit. Diligite inimicos &c. Euãgeliũ. Erat Ioseph, Lu. 2. c. similiter ad natiuitatem pertinet quantum ad principium, licet & ad aliud pertineat. Erant pater eius, scilicet putatiuus, & mater mirantes sup his, quæ dicebãtur de eo, scilicet à pastoribus. † Sequitur in euangelio prophetia 4 Symeonis. Ecce positus est hic in ruinam, scilicet infidelium, & in resurrectionem multorum scilicet fidelium, & in signum, ideſt, insignationem, cui contradicetur. q. d. si in viridi hoc faciũt in arido, quid fiet? vel in signum, ideſt in ostensionem, quia per humilitatẽ & paupertatẽ itur in paradisum, vel in signum, ideſt, in signaculum. Vnde Io. 1. quem signauit pater, & misit in mundum, ut eo signaremur. Et Aggeus. Ecce posui te in signacu *Agge. 2.* lum, quia elegite. Et in canticis. Pone me *Cant. 8.* vt signaculum super cor tuum &c. † Posi- 5 tus est ergo Christus in signũ tripliciter s. in significationem, in ostensionem & signaculum. Rursus hoc officium. Dum medium &c. nox est primitiuæ Ecclesiæ ĩ qua recolit domini natiuitatẽ, cuius fructum p̃dicat in epistola, quia de seruitute transiuimus ad adoptionem p ipsum cõmendat secundum sapientiã in euãgelio, ubi dicit. Puer crescebat & confortabatur plenus sapientia, secundũ potẽtiã. In alleluia Domin⁹ regnauit, Et ĩ offerẽda. Dominus n. firmauit sed̃m pulchritudinem. In graduali. Speciosus forma. In

post

posteõmunione Verò. Tollite puerum. Matth. 2. c. tempus fugæ notatur, quo discẽdit Dominus in ægyptum & mystice respicit ad gentilitatis adoptionem, quia Dominus de Iudæa transiuit ad gentes, ut eas adoptaret hæredes.

S V M M A.

1 *Circuncisio cui primum fuerit iniuncta. Et an eius nomine festum inducatur falsò aut temere nu. 13. 14.*
2 *Circuncisio quibus de causis instituta.*
3 *Circuncisio quando & qualiter fiebat.*
4 *Circuncisio cur fiebat in præputio.*
5 *Circuncisio quid conferret.*
6 *Circuncidi cur voluerit Christus causas adfert. nu. 7. 8. 9. 10. 11.*
12 *Circuncisio quibus de causis fuerit mutata in baptismum.*
15 *Comercium quid.*
16 *Circuncisionis dies quinque de causis est solennis.*
17 *Circuncisionis diebus multa superstitio se olim Gentiles & pagani agebant.*

De festo Circuncisionis. Cap. 15.

1 HIc de festo circuncisionis dicendum est. Sciendum † autem est; q̃ circuncisio primo iniuncta est Abrahæ & semini eius. Hebræis ex eo nascitu-
Gen. 17. ris, ut sic probaret, an obediret, uel nõ, sicut & Adã ad probationem obedientiæ mandatũ accepit, ne de ligno uetito manducaret. Fuit autẽ p̃cepta circũcisio pro-
2 pter quinq; causas. ¶† Primò, ut per obedientiam mandati Abrahã placeret Deo, cui per p̃uaricationem Adã displicuerat. ¶ Secundò, data fuit in signum magnæ fidei Abrahę, Credidit enim se habituũ filium, in quo benedicerentur omnes gentes, per fidem, i. per quã spiritualis circuncisio impleretur, ut sic iustificaretur & ipse. ¶ Tertio, ut in hoc signo discerneretur ab omni nationi populus ille.
¶ Quartò, ut circũcisio facta in uirili mẽbro, per quòd generatur creatura mortalis, & in quo libido solet dominari, castitatem corporis, & mentis seruandam, & impudicitiam resecandam indicaret. ¶ Quanto, quia non posset melius significari per Christũ tolli originale peccatũ, cum præputio quippe omnis homo nascitur, quemadmodũ & eum originali peccato. ¶ † In carne præputij ideo est iussa 3 fieri, quia in remedium instituta est, ideſt contra originale peccatum, quòd a parentibus contraximus corrupti concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur, & quia in membro illo culpã inobedientiæ homo prius cognouit, decuit, quòd & in illo signum obedientiæ acciperet. Fiebat † circuncisio die octauo ex le- 4
gis præcepto. Leui. 12. c. & fiebat cum lapideo cultello, ad significandum, q̃ post septenarium huius uitæ in octaua die, id est ætate, quæ erit resurgentium, omnis ab electis per petrã, ideſt Christũ abscinderetur curruptio carnis & spiritus, quãdo liberabimur à seruitute corruptionis, qñ circuncidetur a peccatis anima cuiuscunque credentis in eum. Duæ itaq; res sunt illius sacramẽti, scilicet circũcisio a peccatis in p̃senti, & in circuncisio ab omni corruptione in futuro. Christus autẽ non in digebat circuncidi, ut iam dicetur, Conse rebat circuncisio † suo tempore remissio- 5
nẽ peccatorum, sicut & nunc baptismus. Vnde Greg. de cõsec. dis. 4. quod apud extra de bap. maiores. Qđ apud nos ualet aqua baptismi, hoc agit apud ueteres, uel pro paruulis sola fides, uel p̃ maioribus uirtus sacrificij, uel pro his, q̃ de Abrahæ stirpe p̃dierunt, mysterium circuncisionis. ¶ Sed quare † Christus, qui fuit agnus 6
immaculatus, non habens maculam neque rugam, qui peccatũ non fecit nec inuẽtus est dolus in ore eius, uoluit circũcidi? Respondeo, sicut uoluit in tẽplo præsẽtari, sicut & baptizari, sicut & de agno paschali cũ discipulis epulari, sic uoluit in corpore circũcidi propter nos. ¶ †Secũ 7
do, ne Iudęi dicerent eum nõ esse Messiã in lege promissum, quia non esset circuncisus, nec uiueret secundum legẽ, qui de seipso dixit, Nõ ueni soluere legẽ, sed ad implere. ¶ Tertio † ratione nostri, scilicet 8
propter figuram. Etenim circuncisio illa carnalis figurat p̃sentem spiritualem, q̃ est gratia, & futurã, q̃ erit in gloria, nec

dedit

dedit nobis exemplum carnaliter circũci
dendi,sed ſpiritualiter per uite innouatio
nem.Nam ſecũdum Ber. dupliciter debe
mus circuncidi.ſ.exterius in carne & in-
9 terius in mẽte. ¶ †Quartò,ratione ſui,ut
ſcilicet ſe uerã carnẽ aſſumpſiſſe oſtende-
10 ret. ¶ Quintò,ne dęmones †circunciſionis
myſteriũ agnoſcerent, cum enim illa con
tra originale peccatũ fieret, credidit dia-
bolus, & hunc qui circuncidebatur ſimi-
liter peccatorem eſſe, ꝓpter quam etiam
cauſam uoluit,ut mater eius uirgo perpe
tua deſponſaretur. ¶ Sextò,propter perfe
11 ctam humilitatem †tanquam eſſet pecca-
tor,uoluit hoc fieri, licet non indigeret,
ſicut & ex humilitate uoluit baptizari
ſubdẽdo ſe minori. Vbi ſit caro præputij
Xpi,dictũ eſt in quarta parte ſub ſeptima
particula canonis, ſuper uerbo Noui &
12 æterni. ¶ † Fuit ãt mutata circunciſio in
baptiſmum quatuor de cauſis. Primo,qa
ſacramentum baptiſmatis eſt perfectius.
Secundo quia magis cõe. Mulieres enim
circuncidi non poterant. Tertio,quia ma
gis gratia plenum. Per circunciſionem
namque tantum peccatũ remittebatur,
ſed gratia ad bene operandum per eã nõ
prẽſtabatur,nec uirtutes dabantur,uel au
13 gebantur. †In baptiſmo non ſolum pec-
catum remittitur, ſed gratia cooperandi
confertur,& uirtutes augentur, ideoque
rectè ait Apoſtolus,ꝙ Abrahã accepit cir
cunciſionem tantum in ſignum. Quarto
ꝓp honeſtatẽ. Honeſtius enim eſt aqua
lauari,quam corpore mutilari. Sed uidẽ
quòd de circunciſione non debeat fieri
feſtum,cum dicat Apoſtolus,Circunciſio
nihil prodeſt extra de bap.maiores. Et ite
Rom. 2. rum. Si circũcidimini, Chriſtus nihil uo-
Gal. 5. bis proderit. Præterea cum Eccleſia nõ fa
ciat feſtum de paſſione Domini, uidetur
quòd in circunciſione,in qua incipit paſ-
ſio Domini,quando primum ſanguinem
ſuum fudit,nõ ſit faciendum feſtum, ſed
potiꝰ lamentum,ſicut & in paſſione. Ad
hoc dicitur, quod feſtũ nõ ſit de circunci
ſione,ſed de octaua natalis Domini. Sed
nec aliq̃d impedit nos dicere, quòd fiat
feſtũ de circunciſione,qa ſignificat circũ.
q̃ fiet in octaua reſurrectionis à culpa &
a pœna,& eſt cauſa meritoria illius,& ꝓp
illud gaudiũ Eccleſia ſolennizat. Ad hoc
uerò,quod obijcitur de paſſione,reſpon-
detur, quod alia de cauſa Eccleſia dimittit
facere feſtum in die,qua Dominus paſſus
eſt,quam propter paſſionem, ſ.quia tunc
Dominus poſuit peccata nra in ſtaterã.
Vnde Iob,utinam appenderentur peccata *Iob. 6.*
mea, quibus iram merui & calamitatẽ
quàm patior in ſtatera. Oportuit enim
filium Dei pati pro peccatis noſtris, ut
nos redimeret ab omni peccato, & ideo
luget Eccleſia magnitudinẽ peccatorum
ſuorum, conſiderans quod ſol erubeſcens
propter peccata hominum obtenebratus
eſt,de quo dicetur ſub paraſceue. ¶ † Ce- 14
lebratur ideo hodie octaua natiuitatis, q̃
eſt octaua ſuppletionis, prout dicetur in
prooe. ſeptimæ partis. Eſt etiam hæc octa
ua alterius negotij ſignificatiua. Duplex
eſt enim negotium,quòd in ea figuratur.
unum circunciſio Domini quod in euan
gelio exprimitur,alterum aduentus hoꝰ,
ad Deum. Eſt enim duplex aduentus,ſcili
cet Chriſti ad homines. de quo in Natiui
tate actum eſt, & hoium ad Chriſtum,
de quo in hac octaua agitur quod notãt
antiphonæ laudum, ut illa, O mirabile
commercium. Nam cõmercium eſt, ubi
†aliquid accipitur, & aliquid datur Do- 15
minus namque accepit noſtram humani-
tatem, ut nobis daret ſuam diuinitatẽ ꝙ
notatur in uerbis ibi ſequentibus, ſcilli-
cet aſſumptum corpus ſumẽs de uirgine. Per
hoc enim notatur, quod Dominus accepit,per hoc enim quod dicit. Largitus eſt
nobis ſuam deitatem,notatur, quod dede-
rit. Secunda uerò, & quarta antiphonę
terminantur. Te laudamus Deus noſter.
q.d. ad te ueniemus,laudando te. Tertia
terminatur, Dei genitrix intercede pro
nobis.q.d.intercede, ut filius tuus ſuſcipiat nos,in quinta dicitur illud, q̃ dixit
Io. Baptiſta, Ecce agnus Dei.q.d.ad eum
uenire dẽmus.unde Andreas & alius diſ-
cipulos Ioannis hoc audito ſecuti ſunt
Dñm,in antiphona uerò, quæ eſt ſupra. *Ioan. 6.*
Benedictus dicitur. Innouantur naturæ,
nãe enim natura recedendo a Deo eſt in
ueterata, & redeundo eſt innouata.
¶ †Notandum quoque eſt, quod quinq; 16
ſunt quę hanc diẽ reddunt ſolennem. Pri
mum eſt,qa hac die duo feſta cõcurrunt.
ſ.partiẽtis & partus. Vnde & duę miſſæ ce-

lebrantur. Prima,de pariente. ſ. de beata
Virgine in qua dicitur introitus. Vultum
tuum & cõmunio. Simile eſt regnum cę
lorum homini negotiatori. Mat. 3. c. Se-
cũda eſt de partu,ſcilicet de filio,i qua di
citur introitus: Puer natꝰ eſt nobis,uel in
aliis Eccleſijs, Dum medium ſilentiũ. Vn
de & in quibuſdam gradualibus officium
utrunq; intitulatũ inueniẽ. Et ideo quia
hoc feſtum eſt de beata Virgine, fit hodie
ſtatio apud Eccleſiam ſanctę Mariæ trã-
ſtyberim, quãuis quidam ſcripſerũt quod
ſit apud ſancta ſanctorũ ad Laternum,
pro eo, quòd caro circunciſionis Domini
ibi dicitur cõſeruari prout dictum eſt in
2. parte ſub 7. particula canonis. Epiſtola
eſt; Apparuit benignitas, quæ eſt ad Tit.
4. Euangelium eſt. Poſtquam conſuma-
ti ſũt. Luc. 2. Alleluia. Multifariè Heb. 1.
Secundum, quod facit hanc diem ſolen-
nem,eſt octaua, de qua dictum eſt. Ter-
tium, impoſitio noui & ſalutiferi nomi-
nis,de qua dicetur ſub ti. de Sabbato ſan
cto,ubi agitur de baptiſmo, quod nomen
triplex eſt,ſcilicet filiꝰ Dei, Chriſtus & Ie
ſus ſicut ex euãgelio colligitur,de hoc di
ctum eſt in prooemio ſecũdę partis. Quar
tum,eſt effuſio ſanguinis Ieſu Chriſti ho
die enim primo ſanguinẽ ſuum pro nobis
fundere cępit,qui eum poſtmodum ſæpe
fundere uoluit. Quintum,eſt ſignaculum
circunciſionis,qd Chriſtus hodie pro no
bis dignatus eſt ſuſcipere ꝓpter cauſas p̃
miſſas. in quibuſdam eccleſijs ſubdiaconi
ſortes & iuuenes faciũt hodie feſtum ad
ſignificãdũ, ꝙ in octaua reſurgentium, q̃
ſignificatur per octauam diem,qua circũ-
ciſio fiebat,nulla erit debilis ætas nõ ſene
ctus,non ſenium,non impotens pueritia,
ſed omnes concurremus in uirum perfe-
ctum, cũ hoc mortale inducet immortali
tatem,& hoc corruptibile incorruptionẽ,
ut præmiſſum eſt,de hoc dicetur in ſepti
ma parte ſub feſtis ſanctorũ Stephani &
17 Ioãnis. ¶ †Poſtremò notandũ eſt ꝙ olim
pagani & gentiles in his calendis multas
ſuperſtitiones obſeruabant, quarum ali-
quas Aug. in quodam cõmemorat ſermo
ne. 16. q. vl. nõ obſernet. Credentes. n. (in
quit) Ianum quẽdã Deũ eſſe tunc eũ ue-
nerabãtur, ei duas facies figurãtes, unam
ante, aliã poſt, eo ꝙ eſt principiũ anni ſe-

quentis,& finis præcedentis. Aſſumebant
enim formas mõſtruoſas, alij ex pellibus
pecudum alij ex capitibus beſtiarum, alij
ueſtientes tunicas muliebres, alij anguria
obſeruabant. dantes uel recipientes diabo
licas ſtrenas, alij menſas laute præparatas
tota nocte manere finebant, putantes to-
tum anni ſpatium cõuiuia in tali cibi abũ
dantia perdurare, quę ueritas prohibet
Chriſtianos facere.

S V M M A.

1 *Epiphania quid. Et eius diei officiũ ibid. infra & nu. 10. 11. 16.*
2 *Magi qui & unde dicti.*
3 *Stella, quæ Magis apparuit quid.*
4 *Magis quæ, & cur munera Domino obtulerunt.*
5 *Theophania ſecunda Apparitio.*
6 *Epiphaniæ die non debet quis baptizari, niſi ſumma neceſſitate cogente.*
7 *Bethphania tertia Apparitio, quarta nume. 8.*
9 *Inuitatorium cur non habeat locum in die Epiphaniæ.*
12 *Chriſti genealogia varie tradita per Matthæum & Lucam.*
13 *Epiphaniæ tria euangelia.*
14 *Mundi veſpera duplex.*
15 *Epiphaniæ Miſſæ expoſitio. Et quid ea populo nuntiet in Italia nu. 17.*

De feſto Epiphaniæ. Cap. 16.

SEQVITVR feſtum epi-
phaniæ quod eſt uocabu
lũ † græcum,& ſonat lati- 1
nè manifeſtatio, ſiue ap-
paritio, & eſt idem cum
feſto natiuitatis, nihil.n.
naſci profuit niſi apparuiſſet. Verum pro
triplici apparitione hodie ſolennizat ec-
cleſia, unde & in codicibus antiquis hæc
dies epiphaniarum pluraliter intitula-
tur,& ideo tripliciter nominantur, ſcili-
cet Epiphania, theophania, & bethpha-
nia. Epiphania dicitur quantum ad illam
apparitionem Domini quæ facta eſt Ma
gis per ſtellam. † Magi autem ipſi fue- 2
runt Gaſpar, Melchior, & Balthaſar, &
fuerunt reges, iuxta illud pſalmiſtæ. Ti-

bi offerent reges munera, & iterū Reges
Psal.67. Thar & insul. mu. of. reg. Arabū & Sabb.
Psal.1. do. adducēt, quorum corpora de Mediolano in Coloniam translata fuerunt. Et dñr Magi, a magnitudine sciæ. Per astronomiam. n. cognouerunt, quia stella illa nō erat ex constitutis a principio, sed illa, de qua Balaam magister suus prophetauerat, Nu. 24. Orietur stella ex Iacob, & cōsurget uirga de Israel, & de Iacob exit, qui dominetur, & ideo moti sunt, ut ductu illius stellę uenirent in Bethleem, ut regem natum, quem eis ꝓphetauerit Ba-
Mat.2. laam, adorarent. Et dr epiphania ab ἐπί, q̄ est supra, & φάνεια, quod est apparitio, qa de sursum illa fuit apparitio, s. de cęlo, uel ab ἐπί, quod est super, quia scriptum est. Vique dum nemēs staret supra, ubi erat puer Erat quidē proximior terrę q̄ alię stellę, & hæc facta sunt 13. die a natiuitate Dñi, qua die stella. Magos ad
5 præsepium duxit. Et dicunt quidam † q̄ stella illa fuit Spiritussanctus, qui postea descendit super Dominum baptizatum in specie columbę, & ipsis Magis in spē stellę, Alij, quod fuit angelus q̄ apparuerat pastoribus Iudeis, s. illius tanquam ratione utentibus in forma rōnabilis, istis uerò Gentilibus. tanquam irrationabilib. in specie irrationabili. Alij, & uerius, q̄ fuit de nouo creata, quæ peracto officio suo redijt in primordialem materiā, Alij dicunt, quod cecidit in puteum, ubi adhuc dicitur parere solis tēr uirginibus. ¶ Solet autem quæri quomodo tam cito, uidelicet intra 13 dies de tam remotissimis regionibus Hierosolymam uenerāt, quæ dicitur esse in medio mundi? iuxta
Psal.63. illud Psal. Rex noster operatus est salutē in medio terræ. Dicit. Isid. quod ante natiuitatem stella illa illis apparuit, ut possent ibi esse in tempore opportuno. Hic. dicit, quod in die natalis Domini primo ab eis uisa est. Sed uenerunt in Dromedarijs, iuxta illud propheticum, Inundatio camelorum operiet te, Dromedarij, Madiam & Effa, qui uelocissimē currunt. Vnde & dr, a δρόμος, quod est cursus,
Esa. 6. & οἶκος, quod est uirtus, & sunt minores camelis, sed uelocius currunt, quām illi, scilicet, tēr in uno die, quantum equus in
4 trib. ¶† Quæritur enim, quare Magi uenientes munera obtulerunt? ¶ Rndeo, q̄ secundum Bedam antiquitus nullus ad regem uel dominum uacuus introibat, quod Persæ & Caldæi obseruant. Secundō, secundum Bedam obtulerunt aurum beatæ Virgini propter inopię sustentationem. Thus contra fetorem Myrram, propter membrorum pueri cōsolidationē & uermium expulsionē. ¶ Tertiò, quia aurum ad tributum, thus ad sacrificium, myrra uero ad sepulturā pertinet. Per hæc ergo tria insinuantur in Chro regia potestas, diuina maiestas, & humana mortalitas. ¶ Quartò quia aurum significat dilectionem, thus orationem, myrrha carnis mortificationem, quæ tria offerre Deo debemus. ¶ Secūda apparitio fuit eadem † die in baptismo, multis tñ annis 5
reuolutis scilicet 13. die tricesimi primi anni, unde Lucas. Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorū 30. & ideo hæc apparitio dr theophania a θεός, qd est Deus, & φάνεια, quod est apparitio, qa ibi Trinitas apparuit, pater in uoce, & filius in carne, & spiritus in columba. Quidam autem hæretici dixerunt solū in die epipha-
niæ † baptizari debere, pro eo, quod Chri 6
stus tunc fuit baptizatus, nec dari. Spūm sanctum baptizato in alia die: & græci eadē die baptizant. ob q̄ hæresim extirpandā sancti patres decreuerūt neminem nisi in articulo necessitatis eadem die baptizari debere. ¶ † Tertia apparitio fuit 7
postea similiter eodem die, anno reuoluto, cum esset 30. annorum. & 13. dierum, s. quando manifestauit se esse Deum per mutationem aquæ in uinum, qd fuit primum miraculum apertum, quod Dns fecit in Cana Galileæ, uel simpliciter primum quod fecit. Et hæc apparitio dicr bethphania, a βηθ, qd est domus, & φάνεια, qd est apparitio. qa ista apparitio facta fuit in domo in nuptijs. De his trib. apparitionibus fit solennitas in hac die. Sed quia Ecclesia non potest perfecte de omnibus unam & eādem diem solēnizare, ideo de stella plenè exequitur, & de alijs aliquid admiscet ut notetur, q̄ tres fuerunt in illa die apparitiones, quæ leguntur in euangelio, tanquam sub die eadē factæ: de primo uerò miraculo hodie totum cātat officium: qa in eo specialiter nati-

natiuitas Domini Gentilibus est notificata, de sancto duo responsoria cantantur, scilicet primum, Hodie in Iordane & in columbæ specie, quod a pluribus Ecclesijs ponitur nonum, & ideo primum & nonum, quia baptisma est primum sacramentum nostræ redemptionis, per quod reformamur, & similes angelis efficimur, quorum, sunt nouem ordines. Bruno autem Signen. episcopus corrector officij antiphonarij, dixit, quod in responsorio: In columbæ specie, & in antiphona, Vox de cœlo, quæ dicitur in octa
na ad laudes, non debet esse uerbū istud. Ipsum audite, quia in baptismo non fuit hoc dictum a patre, sed in transfiguratione, & qui agunt festum transfigurationis cantant responsorium, in quo illud continetur. q.d. Ego sum testis, quod hic est ille, qui promissus est in lege. Deut. 18. ubi dixit Moses: Prophetam de gente tua & de fratribus tuis suscitabit tibi Deus ipsum audietis &c. Qui autem uerba eius, qui loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam, De tertio uerò miraculo cum alijs cantatur una antipho-
8 na, scilicet tribus miraculis. ¶ Beda † etiam dicit in commento super Lucam, Quartam apparitionem factam fuisse eadē die anno reuoluto, cum esset 31. annorum, scilicet in fractione quinque panum, & saturatione quinque millium hominum, & illa dicitur phagiphania à φάγειν, quod est bucca, siue comedere. Sed de hac hodie nihil agitur. Preterea dubitatur, utrum hoc contigerit illa die, tum quia in originali Bedæ nō sic legitur, tum quia Ioan. 6. ubi de hoc miraculo agitur, dicit: Erat autem proximum pascha &c. Ideo autem institutum fuit hac die festum de tribus miraculis; quia hæc dies fuit antiquitus celebris in honorem Augusti Cæsaris, propter triplicem eius triumphum, quo suo tempore Romano Imperio tres regiones subiugauit, scilicet Parthiam, Aegyptum, & Mediam. Illam ergo celebritatem Ecclesia in melius commutauit, uidelicet ad celebrandum Christo pro eius triplici miraculo. In quibusdam Ecclesijs non dicitur hac die ad nocturnos: Domine labia mea aperies. nec Deus in adiutorium, nec Gloria patri, nec hymnus, ad notandum promptitudinem Gentium, quæ statim stella apparente uenerunt. Ex abrupto ergo ad nocturnos uenitur, quasi ipso facto dicat Ecclesia, quibus non est narratum de eo, uenichant, & qui non audierunt, contemplati sunt. Esa. 53. cap. Vel potest dici, quod in hoc festo fit præcipuè mentio de Gentilium conuersione, quos illi tres Magi initialiter præcesserunt. Quia ergo conuersio ipsorum Gentilium adhuc erat imperfecta; quia in paucissimis, scilicet in ipsis tribus Magis, idcirco in signum huius Ecclesia omittit cantica, qui iam conuersorum seu perfectorum esse uidentur, sicut Gloria patri. hymnum, & huiusmodi. Hac etiam de causa non præmittitur: Domine labia mea aperies, nec Deus in adiutorium, quia
secundum Apostolum: Corde creditur *Ro.21.*
ad iustitiam, sed prius, ore autem confessio fit ad salutem, scilicet postea, Inuitatorium etiam non dicitur, propter quatuor rationes. ¶ † Primo, ad ostenden- 9
dum quod Ecclesia in primitijs suis uenit de gentibus ad Dominum, non inuitata, uel uocata per preconem aliquem, sed sola stella duce, iuxta illud. Nemo
nos conduxit ut sic incutiatur erubescen- *Mat.20.*
tia eis, qui tardè credunt, cum multos habeant prædicatores. Magi enim non uocati uenerunt adorare Christum.
¶ Secundò, ut nos qui quotidie inuitamus, & excitamur ad adorandum, & deprecandum Deum, uideamur detestari inuitationem fraudulentum Herodis, *Mat.2.*
dicentis Magis, ite, & interrogate diligenter de puero &c. ¶ Tertia est causa: quia ipsa res nos inuitat. scilicet, stella, per quam significatur fides, quę ducit nos ad Deum, & illuminat nos in nocte huius seculi. ¶ Quarta, quia psalmus, Venite, quæ idem dicit, dicitur in nocturnis, & sic idem repeti uideretur, Licet ergo hac die non dicatur inuitatorium, tamen psalmus inuitatorius, scilicet, Venite exultémus domino, in tertio nocturno ad septimam antiphonam dicitur, ad ostendendum, quod in tertio tempore, scilicet gratiæ sufficienter inuitata est. Ecclesia de gentibus & nullus se excusare potest,

quia in omnem terram exiuit sonus eorũ
19. dist. ita & quia tertio tempore, scilicet
gratiæ, data est uniformis gratia in plenitudine. Dicitur quoque ad septimam antiphonam, ad notandum, quòd per baptismũ datur spiritus septiformis. Per hebdomadam dicitur inuitatorium in persona Magorum, alijs, qui non uiderant, nunciãtium, Leguntur autem tres lectiones de Esa. qui expressus loquitur de Christi natiuitate. de qua, siue de nati apparitione
10 hoc festum est. ¶ † Sed quæritur, quare in quibusdam Ecclesijs in principio tertij nocturni huius festi canit Psal. Deus noster refugium, cum antiphona, Fluminis &c. cum ipse præcedat in ordine psalterij ultimum Psal. 1. nocturnæ, & omnes secũdæ? Respondeo, tertium nocturnum recolit, nouum testimonium, quod est tempus gratiæ, quapropter hoc tertium nocturnum habet in capite antiphonã Fluminis, quæ cum dicto Psal. nouum tangit testamẽtum, & ideò dictus psalmus tunc & non prius dicitur. Prætereà, antiphona ipsa habet alleluia, quod non ponitur in antiphonis primę uel secundę nocturnę, ut dictum est sub Natali. Rursus, ideò ponitur in septimo loco, quia pertinet ad septiformem gratiæ spiritum, per eum baptismi collatum. Sequentes etiam antiphonæ cum suis psalmis nouum indicant testamentum, & hi tres psalmi monstrant commotionem Gentium contra prædicationem Apostolorum, subuersionem idolorum & conuersionem fidelium. Romana tamen Ecclesia dictam antiphonam, Fluminis, cum suo Psalm. ponit in primo nocturno, & psalm. Venite in tertio. secundum rectum ordinatum naturalem ordinem psalmorum, & congruè, quia gentes tempore gratiæ venerunt ad fidem.
11 ¶ † Et attende, quod antiphonæ in prima parochiæ siue nocturna, continent sacerdotes, & in secunda reges, in tertia vsque ad angelos peruenitur. Post tertium nocturnum statim cãtatur euangelium Luc. Factum est autẽ. in quo de baptismo Saluatoris plenè agitur, & eius genealogiam describit, quia, ut præmissum est, hoc se-
12 stum de natiuitate est. ¶ † Notandum autem est, quòd Matth. in euangelio, Liber generationis. enumerat generationem illam incipiens ab Abraham, descendendo usque ad Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus &c. ostendens per hoc, qđ à summo cælo fuit egressio eius, & qualiter Dominus ad nos descendit. Similiter Esa. 11 c. Dona Spiritus sancti enumerans ultimò ponens timorem dicit, & repleuit eum spiritus timoris Domini. Sed Lucas in hoc euangelio, Factum est autem illam enumerat ascendendo, quia post baptismum eam enumerat, nec sistit eam in Abraham, sed in Adam, usque ad Deum procedit per gradus sic, qui fuit Hely, ostendens per hoc, qꝙ a baptismo iter est ad Deum, sed hoc quasi per quosdam gradus uirtutum, qui significantur per patres gradatim ordinatos & tangit filios, secundum legem, non secundum naturã, sit, qui fuit Natham, qui fuit Dauid supple filius, scilicet adoptiuus. Vna ergo generatio describitur descendendo, altera ascendendo, quoniam una carnalis, altera spiritualis. In una ponit genuit, ubi carnalis generatio, & temporalis successio exprimitur. In altera ponitur, qui fuit, ut notetur spiritualis generationis adoptatio, & describitur ascendendo, ut notetur spiritualis ascensus. Prima nominata est virginis partu. Secunda nobis inchoatur est per baptismũ. Tria ergo sunt † euan- 13
gelia huius solennitatis, unum est de baptismo, scilicet, Factum est, secundum de Magis, scilicet, Cum natus esset Iesus, qꝙ dicitur in missa, & ibi dicitur. Sic enim scriptum est per prophetam, s. Micheam c. 5. Tertium est de nuptijs, quod dicitur in dominica sequenti post festum Hilarij. Sanè, præmissa duo euangelia de generatione Christi de nocte dicũtur, unum in natiuitate, alterum in Epiphania, quia vtraque Christi generatio fuit in nocte, i. obscura, & priorum sensibus non intellecta. De hoc enim sub natali dictũ est. Post euangelium Ecclesia exultando dicit, Te Deum laud. Parum ergo agitur de baptismo Dñi in nocturnali officio, sed supplebatur in octa. in qua agitur de apparitione facta in baptismo præsertim in antiphonis laudum, qua ostendunt effectum baptismi in nobis, scilicet baptizemur, ut a peccatis per nostrum lauacrum abluamur. Omnes enim unius, & septem tonã

sunt,

sunt, vnius ad notandum Ecclesiæ vnitatem, in qua solum baptisma prodesse potest. Septimi, ad notandum quod in baptismo datur septiformis gratia Spiritus sancti. Vel quia per baptismum peruenitur ad septimam ætatem quiescentium. Si enim aliquis statim post baptismum dignè acceptum decedat, mox recipit primam stolam, quæ datur in septima ætate, idest in secunda vespera. Antiphona vero ad Magnificat. est octaui toni, quia in vespera mundi nobis dabitur stola secunda, idest gloria corporis, quam in octaua ætate nos recepturos speramus. † Duplex est 14
enim mundi vespera. Prima est sexta ętas, secundum quam Dominus in uespera mũdi natus, iuxta illud. Vergente mundi vespere. Secunda est finis mundi, in qua vel postquàm dabitur nobis gratia carnis, de qua dicitur, Ad uesperam demorabitur fletus. Nam vsq; tũc erit fletus miseriæ nostræ, sed tũc erit finis dicitur etiã ad horas capitulũ illud, Surge illuminare &c. & illud, Super te autem. & illud, Inunda-
15 tio. quæ sunt Esa. 60. c. † Missa siue diurnum officium similiter pertinet ad primum principale & præcipuũ miraculum, scilicet ad primitias Gẽtium, & ad munera Magorum, & ad Christi natiuitatem. Vnde introitus, qui sumit de Esa. licet nõ sit ibi continuè, est, Ecce aduenit &c. Ecclesia enim de gentibus electa pro suę vocationis initio gaudens, gratiosum laudis præconium offert Deo pro sua salute. d. Ecce &c. q.d. Ecce, in propatulo est, quod Dominus natura dominator effectu aduenit, ideſt ad nos venit, & carnem assumpsit, vel ut alludamus præsenti dici, ad nos venit, ideſt, qui in carne latebat, per multa signa Deus esse apparuit, ut per stellam, per Magorum munera, per vocem patrem, & per Spiritum sanctum in columba, & propter hoc utitur aduerbio demonstrandi, Ecce, ostendens apparitionem filij Dei quasi ad oculum, per prę missa, Epistola, Surge illuminare, & graduale, Omnes de sabba. &c. sunt de eodem & sumuntur de Esa 60. c. & euangelium de eodem scilicet. Cum natus esset &c. quod est Mat. 2. cap. Ex quo sumunt alleluia, & cõmunionem, Sicut autem in matutino officio fit suppletio in octaua, ut iam ratum est, ita & de missæ officio simpliciter fit suppletio. † Nã introitus missę hodier- 16
næ notat gaudiũ gentium de aduẽtu Saluatoris exultantium, & in collecta hortatur gentes ad cõtemplandum eius speciẽ, quam per fidem cognouerunt. Reliquum totũ est de miraculo huius diei, scilicet de gentibus per stellam ductis. ¶ † Non est 17
etiam prætermittendum, quod in Italia in missa huius diei futurum pascha populis annũtiatur. Sacerdos nanque vel alius post offertorium dicit alta uoce, Annuncio charitati vestrę gaudium magnum qđ erit omni populo, quia Septuagesima erit tali die, & pascha tali. In Concilio vero Bracharen. de consecr. distin. 3. placuit primum. ita legitur, Placuit, ut postquam omnia in concilio sacerdotũ fuerint ordinata, super venturum ipsius anni pascha, quo Calendarũ die, ideſt quo die ante, uel post Calẽdas, uel quoto à lunga debeat suscipi, à metropolitano episcopo intimetur quod cæteri episcopi uel reliquus clerus breuiculo subnotãtes vnusquisque in Ecclesia aduenientę nat alis Domini die post euangelicam lectionem populo annuntiet, hoc tamen nõ ubique seruatur. Rursus in cõcilio Carthagin. ea. dist. placuit. 1. Statutum est, ut dies paschæ formaturum, scilicet literarum subscriptione omnibus intimetur. Dies uero concilij. 11. Calend Nouemb. seruetur. Quidam tamen ultramontani episcopi in synodo, quam celebrant die Mercurij, proximiori festo beati Lucæ, promissa anunciant. Quidã asserunt in uigilia epiphaniæ ieiunãdum fore, eo quod sibi propriũ officium appropriatur, & alleluia in officio, nisi in dominica interueniat, subticetur, & dicitur euangelium, De functo Herode. quod est Mat. 2. c.

SVMMA.

1 *Epiphaniæ octaua. Et quid notet.*
2 *Antiphonæ octauæ Epiphaniæ cur sint de septimo tono.*

De octaua Epiphaniæ. Cap. 17.

DE octaua Epiphaniæ in omni cantu 1
& in lectione Esa. † quæ legitur pro epistola, scilicet Domine Deus meus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

agitur de baptismo. Vnde dicitur, Exultent solitudines Iodanis, ideò quia in Iordane vim generatiuam Dominus contulit aquis instituendo baptismum, & quia gentes, quæ à Deo prius erãt quasi in solitudine deserti, ad eũ redeunt. Octaua ergo epiphaniæ supplectionis est, ut in ti. præceden ti dictũ est, quia sicut in festo recolimus, quomodo Christus baptizatus est, ita in octaua rem, propter quam baptizatus est, antiphonæ illius diei ostendunt, In octaua igitur de secundo epiphaniæ miraculo scilicet de baptismo iubilatur, vt in antiphona, Veterem hominem, & cæteris quæ sequuntur, quæ quia translatæ sunt de græco in latinum, grauius continent in dicta-
2 mine idioma. Et sunt de septimo tono, quia pertinent ad baptismum, ubi septiformis gratia Spiritussancti operatur, & sunt nouem, quoniam per ianuam baptismi peruenientes ad consortium nouem ordinum angelorum, Sunt tamen octo de hoc expressus agẽtes propter veram octauam, ad quã baptismũ ducit. Et meritò baptismi officium ad octauam differtur, quia vicem tenet circuncisionis, quæ in octaua celebratur. Et cantatur hac die inuitatorium, quia prædicantibus Apostolis ad baptismum sunt homines inuitati. Quædam vero Ecclesiæ dicunt hac die ad missam euangelium. Venit Iesus à Galilæa, quod est Matth. 3. Alij dicunt, Vidit Ioannes Iesum uenientem ad se, quod est Io. ca. 1. quæ ambo pertinent ad literam ad baptismum Christi, & epistolam, Surge, illuminare.

S V M M A.

1 *Dominica prima ab Epiphania. Et eius Missę introitus nu. 2. Item totius officij summa ratio.*
3 *Dei thronus ut simus, tria necessario requiruntur.*

De prima Dominica post Epiphaniam. Cap. 18.

1 DE prima † dominica post Epiphaniam, scilicet infra octauas dicturi præmittimus, quòd ab Epiphania vsque ad Septuagesimam possunt esse sex dominicæ ad plus, & vna ad minus, in quibus omnibus intendit Ecclesia in nocturnis officij ostendere apparitionem Domini, ut stella oratur in nobis, quæ ducat nos in Bethleem superiorem, & ferè omnia, quæ hoc tempore dicũtur, ad gaudiũ pertinent. Veruntamen non nisi tres ex ipsis dominicis proprium habent officiũ, & ideo quando quatuor sunt, aut plures, sequens officiũ dicitur in quibusdã Ecclesijs in prima dominica post octauas, quando verò sunt tres dominicę tantũ, dicitur in dominica infra octauas, in hac ergo dominica, scilicet infra octauã, monet nos ecclesia in introitu, vt offeramus domino aurũ qa rex regũ est, & thus, quia Deus deorum & hoc idem facit in duobus sequentibus. † Et est introitus, In excelso throno vi 2
di sedere virum, quem adorat multitudo angelorũ, quod sumptum est de illo loco *Esa. 6.* Esa. Vidi dominum sedentem super solio, &c. quòd enim hic dicit thronum, dici ibi solum, quod idem est, & quod dicitur hic multitudo angelorum, idem etiã est, quod dicitur in Esa. quòd angeli canebãt Sanctus, sanctus, sanctus. Sanè thronus excelsus, est Ecclesia, in qua sedet Deus qui monet nos, vt adoremus Christum sicut verum regem. Epistola verò monet nos, ut offeramus myrrham, dicens, Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem &c. ad Ro. 12. c. & per hoc ostenditur mirrha, quæ intelligitur carnis mortificatio. Euangelium est de apparitione domini. Cum factus esset Iesus annorum 12. &c. Luc. 2. vbi sequitur, Mater eius inuenit eum in tẽplo disputantẽ cum sapientibus & docentem. ¶ † Post etiam 3
dici, quod ad hoc ut efficiamur thron⁹, in quod dominus sedeat, tria sunt nobis necessaria, munditia carnis, humilitas mentis, & exultatio in domino. Ad mũditiam carnis inuitamur in Epistola, ubi dicitur Obsecro vos &c. vt supra. Ad humilitatem mentis in euangelio Christi exemplo, de quo ibi legitur, quod parentibus subditus erat. Ad exultationem in domino in graduali, in quo benedicimus domino, qui fecit mirabilia solus, & in alleluia, & in offertorio, in quo domino iubilare iubemur. Interest tñ inter alleluia, & offertoriũ, quia in Alleluia

alleluia tãtum semel dicitur. Iubilate Deo omnis terra, in offertorio autẽ geminatur sub diuersa melodia, ad notandũ, q in gaudio dñi crescere debemus, qa sumus mysti cũ corpus, unde in euangelio dicitur, Puer aũt crescebat &c. in communione, quæ est Luc. 2. notatur Christi humanitas, secundum quã uocat eũ filiũ, & quasi increpans dicit, Fili, quid fecisti nobis sic? & deitas ẽm quam ipse dicit, Nesciebat, quia in his quæ sunt patris mei, oportet me esse?

S V M M A.

1 *Dominica secunda post epiphaniam, & eius officium.*
2 *Psalmi & epistolæ Pauli cur maxime legantur ab Epiphania, ad septuagesimã vsque.*
3 *Missę officium in secunda dominica post Epiphaniam.*
4 *Augustus Imperator ex glebis terræ ab vniuerso orbe allatis, iussit monticulum fieri Romæ, super quo tandem Ecclesia quædam structa est.*
5 *Nuptiæ spirituales.*
6 *Misericordia opera quę.*
7 *Aquæ mutatio in uinũ quid notet mysticè.*

De Dominica secunda post Epiphaniam. Cap. 19.

1 IN hac secunda dñica, quæ est prima post † octauas in sequentibus dñicis cantatur in quibusdam Ecclesijs ad vesperas in sabbatis responsorium, Peccata mea domine sicut sagittæ infixæ sunt in me, sed antequàm vulnera generent in me. i. peccata alia, sana me &c. & propter eandem causam dicitur in primo responsorio matutinali, Domine, ne in ira. Ostendit. n. Ecclesia suis filijs pœnas ignis purgatorij & inferni, quia comedendus est agnus Paschalis cum lactucis aggrestibus, & ut molamur inter duas molas, s. spẽ & timorem. Quia verò intẽdit Ecclesia nobis manifestare fidem filij Dei, ut dictum est; quod fit melius per epistolas Pauli & Ps. ideo leguntur ipsæ epistolæ & psalmi cantãtur. Oia enim ferè responsoria ab octaua Epiphaniæ vsq; ad septuagesimam sunt de Dauid non debellis, sed de Psalmis. in quibus instrumur de bonis operibus, quia fides sine operibus mortua est, extrà de sacr. vnct. c. 1. & quia maximè in psalmis Dei misericordiam imploramus, & propter hoc quidam legũt de Psalmis hoc tempore, vt sic responsoria lectionibus correspondeant, sed Psalmi legi non debent, nisi prout quidam faciunt triduo ante paschа.

¶ Et † nota, quòd pene omnia responsoria 2
dominicarum huius tẽporis vsq; ad septuagesimã sumuntur de nocturno dominicali, & de qnque psalmis, qui sequũtur, scilicet Deus, Deus meus, respice & alijs responsorijs secũdæ ferię similiter de eius nocturno sumitur, & ita ferè de omnibus alijs, Epistolæ verò Pauli leguntur Primo quia ipse præ cæteris de fide locutus est, p quã quasi p stellã Christus cognoscitur. In illis enim ad pœnitentiam reuocamur. Secundo, quia sicut prophetæ nasciturum Domi nũ prædixerunt, & maximè Esa. vnde Esaiam ante natiuitatem domini legimus, ita & Apostoli Deum natum prædicauerunt, & maximè Paulus, qui plus alijs laborauit, vnde epistolas post natiuitatem legimus, Christum natum ostẽdentes. Breuiter autem notandũ est, quòd pro natiuitate Saluatoris varijs modis à die natiuitatis, vsq; ad octauam Epiphaniæ ostensa exultauimus, verum quia exultationẽ, quæ esse debuit spiritualis, penè omnes conuertimus in carnalem comessationibus, ebrietatibus, & locis inutilibus vacantes, inde est quod in hac dominica, quæ est prima post octauam Epiphaniæ in officio nocturno historia Domine ne in ira &c. cantamus, in qua domini misericordiam imploramus, & per pœnitentiæ lamentum peccata deflemus, & quia quolibet die peccamus, ideo quælibet dies sua debet habere specialia officia, scilicet responsoria. Dies ergo dominicus habet sua, scilicet nouem, & secũda feria habere dẽt sua, scilicet tria, & sic de alijs. Sicut enim in hebdomada ante natiuitatem, ad notandum Saluatoris desiderium singulis diebus singula responsoria, & singulas antiphonas in laudibus cantauimus, ita ad notandum planctum nostrum, & desiderium pœnitendi, singulis diebus post octauas Epiphanię, propria re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

spōsoria deputamus, & tam in nocturnis psalmis, quàm in laudibus matutinis, quolibet die dicimus antiphonas speciales, quæ feriales dicuntur, quia illæ tantum in feriis libus diebus, vel noctibus cantātur, nisi festum impediat: excepto tempore quod est à pascha vsq; ad octauas pēntecostes. ¶ Circa missæ officium sciendū est, quod introitus huiꝰ dominicæ est, Omnis terra &c. & dicitur, ad idem, quod & aliud officium, s. ad ostendendū apparitionem. Sed istūd totum plenū est hac vōce; Iubilate, propter innouationem nostrā: quia nouus rex nouа lex. Apoc. Ecce noua facio omnia. Rursus ideò in hac dominica canitur: omnis
4 terra &c. quoniā† Augustus Cęsar ad gloriā imperij Romani iussit, ut de singulis ciuitatibus orbis aliquis Romā ueniret, afferens inde tantū terrę, quantum pugnus claudere posset, ut per hoc appareret omnes Romano imperio fore subiectos, ex qua terra factus est in urbe quidam monticulus, super quem fabricata fuit quædā Ecclesia à Romanis, ad fidē cōuersis. quę fuit in hac dominica dedicata: quia ergo monticulus ille de omni terra factus est, ideo i festo dedicationis illius ecclesiæ super illū constructæ cāratur, Omnis terra &c. & sicut Cæsar Augustus ab omnibus mundi partibus adorabatur, à quibus terra illa apportata fuit, ita Deus ab omni terra, id est ab omnibus hominibus, siue ab omni genere hominum adoratur. Beatus quoq. Greg. tali die pacē fecit in orbe, & ꝓpter hoc in collecta huius diei posuit, Et pacē tuam nostris cōcede temporibus. Hāc igitur pacem, & Christi veram adorationem operatur vera dilectio proximi, ad quam inuitamur in epistola. Habentes donationes &c. ad Roma. 12. c. in qua monemur, vt donationes à Christo habitas, ad aliorū ædificationem exerceamus. vnde ibi dicitur, Necessitatibus sanctorū communicātes. Ad idem etiā in euangelio inuitamur exēplo dñi, qui sicut ibi legitur, in nuptijs mutans aquā in vinū. magna miracula faciens, necessitatibus eorum subuenit, quotū intereat conuiuentibus ministrare, sed epistola non videtur cōuenire ministerio euangelij quod est, Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. Ioan. 2. c. Sed bene conuenit, quia ad confirmationem nostram facta sūt miracula, & dona data nobis, & tanquā in nuptijs spiritualibus apponit Apostolus viginti fercula principalia dicens, siue prophetiam secundum rationem fidei &c. Cana enim, zelus interpretatur. Galilea† trāsmigratio, quod igitur nuptiæ fac- 5
tæ sunt in Cana Galileæ, significat, quod in corde illius, qui zelum, idest, ardentem amorem habet transmigrandi de vitiis, ad virtutes, de mundo ad patrem, de terra ad cœlum, fiunt nuptiæ, & Christus dominus ibi est cum matre sua, hoc est enim de primis lætitijs, in illo corde, ubi fiunt nuptiæ, quòd Christus natus est de Virgine, ibi mutatur aqua in vinum, idest insipiditas operum in lætitiam spiritualē. Ad has siquidem nuptias celebrādas Inn. Papa III. instituit hac die stationē apud venerabile Hospitale Spiritussancti fieri, vbi tanquam in Cana Galileæ est zelus transmigrandi de vitijs ad virtutes. Ibi siquidem positæ sunt sex hidriæ, ideſt, in
stitutа sunt† & perfectissime exercentur 6
sex opera misericordiæ, quę sunt pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum, ad re incarceratum, & mortuū sepelire, & est ibi marer Iesu, quoniā i honorē beatissimæ Mariæ Virginis illius loci est Ecclesia dedicata. Inuitatur etiam & filius eius Iesus cum discipulis ad has nuptias, quoniam effigies Iesu Christi, quæ iudarium, siue † Veronicа vulgariter appella- 7
tur, hac die ex institutione eiusdem Inn. à Domino Papa & cardinalibus populus fidelibus ad has nuptias pietatis, & misericordiæ celebrandis illuc conuenientibus ibi solenniter demonstratur. In offertorio autem, quasi præ gaudio coreizamus à quod spiritualis facit ebrietas, gemmantes uerba tam in offertorio, quàm in eius versibus, geminamus enim illud. Iubilate Deo omnis terra, similiter illud. Reddam tibi uota mea, & illud, Locutum est os meum in tribulatione mea. Duo enim sūt genera hominum uerba geminantiū, uel multiplicantium, scilicet coreizantes & infirmantes, siue afflicti. Coreizantes, ut hic, infirmantes, ut in versibus offertorij. Vir erat in terra. quod cantatur in dominica. 21. post pentec. Sed in hoc est differentia, quia hic tam in offertorio, quàm in uersibus

uersibus duplicamus uerba, ibi verò tantum in uersibus quasi ridiculosè geminātur. Et est ratio, quia institutor officij loquitur ibi in offertorio tanquam historiographus, rē simpliciter narrās. & tanquam non ægrotans, de Iob in tertia persona loquens, cuius patientia nobis in exemplum commendatur, in uersibus verò eiusdem offertorij loquitur tanquam infirmus prę dolore, multiplicans verba, dicens, Vtinam appenderentur peccata mea &c. Aegrotāti, n. loqui conanti uerba intercipiuntur, & sæpe incepta uix efferuntur, reducens nobis ad memoriam Iob ægrotantē & dolētem cuius verba sæpe repetit more ægrotantis, cui anhelitus non est sanus, neque fortis, & ideo imperfecta uerba sæpe repetere solet. Geminantur ēt uerba in offertorio, qđ dicitur in dominica Quinquagesimæ, & in illo quod dicitur feria 5. post secundam dominicam quadragesimæ.

Ideo aūt hoc præcipuè in offertorio, quia in eo præcipuè ostenditur offerentis affectus. In Postcommunione, dicit Dominus
8 Io. 2. c. mystice ostenditur, ꝙ † Dominus aquam in vinum mutat in nobis, s. aquam timoris in vinum diuini amoris, aquam literæ in vinum spiritualis intelligentiæ, aquā mortalitatis in vinū immortalitatis.

S V M M A.

1 *Dominica tertia post epiphaniam, & eius officium triplex & nu. 3 4.*
2 *Leprosi sanatio quid significet. Et quotuplex lepra.*
5 *Euangelium dominicę tertia post Epiphaniam & nu. 7.*
6 *Naturam mutare solus Deus potest.*
8 *Quadragesimā naturali usque ad purificationē eū lætitia celebrare debemus.*

De Dominica tertia post Epiphaniam. Cap. 20.

1 TERTIA dominica† post epiphaniam nos monet cum angelis adorare unū regem, dicens in introitu, Adorāte dominum omnes angeli eius &c. Monet etiam adorare cum ipsis, quia dixit Ioanni Angelus in Apoca. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Sequitur ibi: Audiuit, & lætata est Syon, i. Ecclesia. Et nota quod iste introitus habet in se festum hypopantis, quando est secundus ab octaua semper uel ipsum contingit, nisi Septuagesima impediat, inde est, quod uerba huius introitus cum uerbis inuitatorij illius festiuitatis conueniunt in introitu nanque dicitur Audiui, & lætata est Syon. in inuitatorio uerò dicitur Gaude, & lætare Syon, occurrens Deo tuo quibus etiam conueniunt uerba responsorij illius festi, s. Adorna thalamum tuum Syon. euangelium. Cū descendisset Iesus. Mat. 8. est de sanatione leprosi, ubi dicitur, Domine, si uis, potes me mundare, ecce fides. unde dicit ei, uolo mundare. Sed epistola quæ est. Nolite esse prudentes &c. ad Roma. 12. c. non uidetur concordare euangelio, sed bene concordat & competit mystico sensui uel intellectui. Nam sanatio† leprosi, 2
significat, quod Deus uult sanare nos à lepra uolatili, quæ est hæretica prauitas, quæ euolat per totum mundum, & ab oī alia lepra, s. ab omni peccato, per stellam, ideſt. per fidem natiuitatis & apparitionis huic intellectui concordat epistola, & primam lepram removet cum dicit: Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. hoc solum, est causa hæresis, ꝙ homo uult proprio sensui inniti in intelligentia scripturarum, extra de const. c. 2. 37. dist. relatum. aliā lepram removet, cū dicit, Nulli malū pro malo reddentes, sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c. Pōt ēt dici, ꝙ in officio huius dominicæ inuitantur angeli ad Domini orationem pro sua reintegratione, quæ est in conuersione Iudæorum & Gentilium, vū in graduali eā redditur, Ad conuersionem gentium ptinet. quod dicitur, Timebunt gentes nomē tuum &c. ad cōuersionem Iudęorū qđ dicitur, Quia ædificauit Dominus Syon. Pro hac remote gratione dicitur in alleluia, Adorate Dominum oēs angeli eius. Ad idem etiā pertinet euangelium, in quo agitur de curatione leprosi, sub figura Iudaici populi & de curatione Cēturionis sub figura Gentilis populi a dño spiritualiter curati, & cum utriusque populi curationem operat dilectio proximi, ideo in epistola inuitamur

ad eam, ubi dicitur, Ne reddamus malum pro malo, sed bona coram Deo, & hominibus exhibeamus. In offertorio Ecclesia de utroque populo collecta Deum laudat, dicés, Dextera Domini fecit uirtutē, &c. Et quia Christus usque in diem iudicij, quantum est ad corpus mysticum semper augetur, ideo cantatur communio in pluribus Ecclesijs, Puer Iesus crescebat &c. licèt in alijs dicatur, Mirabātur omnes &c. Luc. 4. c. Christus enim paruulus fit cum à paucis Iudæis, cognoscebatur & creuit quia non tantum à Iudæis, sed etiā a Gentilibus cognitus est. Illud autem, Mirabantur omnes &c. satis bene conuenit, quia Iudæi & Gentiles videntes mirabilia eius, & audientes dona admirantes conuertebantur. Sanè officia præcedentium trium dominicarum quidam referunt ad tres annos, quibus dicunt Dominum post baptismum prædicasse, & diuinitatem suam miraculis declarasse, Dicunt enim eum tribus annis prædicasse, & partem quarti anni, quantum est a natiuitate usque ad passionem. Primum officium referunt ad hoc, quod angeli leguntur ministrasse
Mat. 4. Domino post baptismum, & post ieiuniū & post diaboli tentationem, unde in officio illo dicitur, Quem adorat angelorum multitudo. Quia ergo angeli in principio istorum trium annorum statim post baptismum, & post tentationem angeli accesserunt ei ministrantes, ideo post epiphaniam in dominica, quæ occurrit intra octauas, cantatur in introitu in excelso, & legitur euangelium, Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Et bene congruit, ut illud post duodecimam diem natiuitatis proxima dominica legatur, q̄ poste annos duodecim constat esse peractum, & si necesse fuerit etiam in sequen-
3 ti Dominica repetatur. Secundum † officium dicunt esse de miraculis, quia in secundo anno miraculis manifestius coruscauit, & ideo in secunda dominica legitur epistola, in qua gratiarum dona scribuntur, & euangelium de initio signorum nomini recitatur. Quod etiā ea congruit ratione, q̄a hoc miraculū sc̄do baptismatis anno legitur esse peractum, quo quia literæ in spiritum, terræ in cælum, corruptibilis in corruptibile mutatio figura-
tur. Ideò quod omnis terra Deum adoraret in introitu iubilatur. Tertium † offi- 4
ciū dicunt esse de conuersione Gentium, & Iudæorum, prout iam dictum est. Quia enim in tertio anno sua nos passione redemit, per quam utrunque populum ab æterna infirmitate curauit, ideò legitur euangelium de infirmo & leproso curatis p̄p quod sit in cantibus uerborum geminatio, ut in introitu: Lætata est Syon & c.s.i. & in graduali, Timebunt gentes & reges, & in alleluia: Exultet terra, & lætentur insulæ. & in offertorio. Dextera Dñi. Et quia per utriusque populi curationem adauctus est numerus angelorum, ideo in introitu inuitantur ad laudes, cum dicitur, Adorate &c. Quia uero non sanatur putridus humor, nisi deponatur superbiæ tumor, ideo dicitur in epistola, ut ad exemplum Christi patientis, & non percutientis, nos simus malum pro malo reddentes. Hæc quidem tria officia nobis insinuant Christi beneficia nobis præstita, ad testificandum corda nostra. Vnde cantamus in offertorijs, Iubilate iubilandum enim est, q̄ nos eduxit de claustris inferni, & liberauit de inferno inferiori. † Quartum 5
autem euangelium, in quo agitur de dormitione Dñi in nauicula, & de excitatione, ad illam partem anni referunt, in quò Dominus obijt & resurrexit. Dormitio nanque Domini in nauicula est eius dormitio in cruce. & eius excitatio est eius resurrectio. quàm suorum uotas citius fieri exegerunt. Quintum euangelium ad hoc refertur, q̄ post Domini resurrectionem sensum suis aperuit, ut scripturas intelligerent, vñ in eo gratias refert p̄ri, quia reuelauit ea paruulis & abscondit a sapiētib. huius seculi. Oēs aūt epistolę huius temporis ad dilectionem Christi pertinēt, quæ facit ut simus inuicem Christi membra, unde *Mat. 12*
dicitur in prima epistola. s. quæ legitur in prima dominica post octauam, q̄ dona- *Rom. 12*
tiones nobis a Deo datas ad ædificationē *Rom. 12*
aliorum exerceamus. In hac secunda di- *Rom. 12*
citur, ne malum pro malo reddamus. In *Rom. 13*
tertia dicitur, ut inuicem diligamus. In *Col. 3.*
quarta dicitur, ut uiscera misericordiæ habeamus. Quod uero dicitur in quinta, hoc facit, vt p̄latis humiliter subijciamur exēplo Christi, qui parentibus subiectus
fuit

Ioan. 2. fuit. Item quod dicitur in primo euange-
Mat. 8. lio, scilicet quod legitur in prima domi-
Mat. 8. nica post octauam hic aquam nobis conuertit in uinum, quod in secundo lepram peccati tollit, quod in tertio Dominum dormientē excitat in nobis, quod in quarto nobis secreta reuelat. Potest etiam & aliter dici, q̄ sicut à die natalis usque ad Epiphaniā apparuit ex officijs humanitas Saluatoris, sic & in his tribus dñicalibus officijs diuinitas manifestaretur eiusdem. Nam in primæ dominicæ euangelio dicitur, Nescietis: quia in his q̄ patris mei sunt, oportet me esse? In quo Dominus manifestè declarat se esse Deū illum, s. cui millia millium seruiunt angelorum, propter quod in introitu dicitur, q̄ eum adorat multitudo angelorum. In graduali col laudant, & ad idem in alleluia, & offertoriū terram inuitāt, dicentes, Iubilate Deo omnis terra. Sed quia labs Saluatoris non bene sonat in labijs peccatorū, ideo Apostolus in epistola præhortatur, & obsecrat vitæ sanctimoniam. Communio uerò consonat euangelio. In secundæ uerò dominicæ euangelio dicitur, q̄ Dominus ad nuptias inuitatus aquam conuertit in uinum quod fuit magnum suæ diuinitatis indi-
6 cium. † Solus enim Deus potest naturam mutare nostrum corruptibile in gloriam reparare, propter quod omnis terra eum adoret, psallat, & iubilet, cōfiteatur, & laudet, & angelos ad laudandum inuitet, ut apparet in introitu graduale, alleluia, & offertorio. Communio uerò consonat euā-
7 gelio. In tertiæ dominicæ euangelio † dicens Dominus, uolo, mundare. benignitatem & potestatem suæ diuinitatis ostēdit, unde leprosus mundatus, quasi cordula tā angelos, q̄ homines ad Dominum adorandum inuitat, dicens in introitu, Adorate dominum, & in graduali. Timebunt gentes. In alleluia verò, & in offertorio dicēs, Dextera Domini. causam reddit. Commu nio consonat Euangelio. Ecce, quia euidenter in his tribus dominicalibus officijs diuinitatis apparet, quæ, ut præmissum est, tres sunt, quia tribus annis Dominus prædicauit. Sunt quoque nonnulli, qui totum huius temporis spatium. s. à natali usq; ad purificationem ascribunt infantiæ Saluatoris, ideo non debent in eo, ut aiunt, fieri commemorationes Sanctorum maximè de cruce, ne obijciatur, Non coquas hędū in lacte matris, & propter hoc etiam in ui- *Exo. 23*
gilijs nocturnis de nouo legitur testamento, propter præsentem uitam eiusdem hominis Christi, quam dies isti significant. Magnus quoque preco, uel præceptor, sanctæ natiuitatis Paulus, in legentium manus accedit, qui cùm ueteri lege nouum conferens gratiam legem sanctorum deprimebat, & legem fidei cum palma iustitiæ subleuabat, & est hoc tempus quędam Quadragesima Christi constans ex duobus pfectis numeris, scilicet ex senario duplicato, & 28. Duplicitas senarij duplicem significat perfectionem. s. humanitatem corporis, & diuinitatem animę, unitas maior numeri perfecti diuinitatis unitatem. † Ideo sicut in 12. diebus, scilicet qui 8
sunt inter natalē & apparitionem iubilatur de apparitione humanitatis, sic in uigintiocto, qui sunt ab apparitione usque ad purificationē de apparitione diuinitatis. Hanc quadragesimam cum gaudio celebramus, q̄a Christi incarnatio fuit gaudium angelorum & hominum. Postquam Quadragesimam sequitur ὑπαπαντη, id est, pręsentatio Domini in templum, per quam excitamur ad pręsentandum nos Deo patri. Quadragiota ergo dies pręsentem statum demonstrat Ecclesia, ubi per
quatuor mundi partes satagimus, ut de- *Ti. 2.*
calogum impleamus, idest, iuste & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum glorię magni Dei. In qua pręsentatione apparebit nos Dominus gloriosus, & ideo his diebus cantatur uersus, Quoniam ædificauit Dominus Syon, & videbitur in gloria sua. Inde est etiam, quòd sicut præmissum est, circa ὑπαπαντην, meritò cantatur introitus. Adorate, quia tunc erit nobis facie ad faciem manifestum choros angelorum Dominum adorare.

S V M M A.

1 *Dominica quarta post Epiphaniam.*
2 *Charitatem habens nihil timet.*
3 *Fides & charitas serenitatem gignt in mente hominis.*

De

De Dominica quarta post Epiphaniam. Cap. 21.

1 QVarta dominica† post Epiphaniam non debet proprium† officium, quia non semper sunt quatuor septimanæ usque ad Septuagesimam. Habet tamen euangelium proprium, quod est, Ascendere Iesu in nauicula. &c. Matt. 8. c. & habetur ibi quomodo Dominus mitigauit, & sedauit tempestatem maris, & dixit discipulis suis: Cur timetis modicæ fidei? q. d. Modica fides est causa timoris & tempestatis cordis. 2 Qui enim† habet charitatem, nihil timet, & hanc habet, qui ueram fidem habet, & ideo de charitate est epistola, Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis &c. quæ est Rom. 13. c. Euangelium significat quod si Christus dormit in nobis, tempestas oritur, qui enim habet fidem, habet Deum. Vnde Augu. Fides in te, & Christus in te. Dormit igitur Christus in nobis, quando in nos torpet fides, & tunc oritur tempestas tentationum in cordibus. Redit autē trāquillitas, si excitatur fides, quæ excitatur per charitatem, & ideo in epistola dicit, Non occides, diliges proximum tuum sicut 3 teipsum. Fides† enim & charitas serenitatem faciunt in mente hominis. His tribus sententijs horum trium euangeliorū, reformatur homo omnibus modis. ¶ Primò enim mundatur sicut leprosus. ¶ Secūdò sedatur tempestas tentationum. ¶ Tertiò fiunt nuptię in corpore ipsius. Sed primò ponitur euangelium de nuptijs, quia dignior est ille status, & hi sunt tres status in hominibus secundum augmentum manifestationis Christi.

S V M M A.

1 *Dominicę quinte post Epiphaniam euangelium, & officium.*

De Dominica quinta post Epiphaniam. Cap. 22.

1 EVangelium† quintæ dominicæ post Epiphaniam sumitur de Matthæo, Conficeor tibi pater cœli & terræ &c. in quo ostenditur, quibus Deus se manifestat scilicet paruulis, & mansuetis, unde dicit, & reuelasti ea paruulis. & post. Venite ad me omnes, qui laboratis &c. & bene conuenit epistola ad Colossē. 3. c. Induite mansuetudinem, & pietatem, idest, induite uos noua uestę, & cum nouo rege non sitis. Noua enim fecit Dominus omnia. Aliæ uerò ecclesiæ legunt euangelium. Simile est regnum cęlorū, quod est Matthæi 13 cap.

S V M M A.

1 *Dominica sexta ab Epiphania, nihil habet proprium mutuatum tamen a duabus præcedentibus.*

De Dominica sexta post Epiphaniam. Cap. 23.

1 SExta dominica† quia rarò contingit non habet proprium nisi orationes tā tummodo. Sed ei à duabus præcedentib. mutuatur.

S V M M A.

1 *Septuagesima tempus est penitentię. Et quot de causis illa instituta. nu. 2.*
3 *Annorum computatio a principio mundi.*
4 *Septuagesimę quinque sunt.*
5 *Septuagesima unde dicta, unde sexagesima unde quinquagesima. Item, unde quadragesima. Et cur non tricesima dicatur consequenter. nu. 6.*
7 *Quadragesima est decima totius anni.*
8 *Peccata septem modis remittuntur.*
9 *Septuagesima finitur sabbato in albis.*
10 *Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis referri.*
11 *Babylonica captiuitatis descriptio, atque etiam mystice.*
12 *Septuagesimę tempore cur subijcientur cantica lętitię. & nu. 13. 14. 15. 16. 17*
18 *Alleluia, cur iteretur sabbato ante septuagesimam.*
19 *Alleluia, quid differat a uersillo, Laus tibi Domine.*
20 *Psalmi duo per dominicas noctes ad laudes*

des mutantur a septuagesima usque ad pascha.
21 *Introitum Missę adaptatio septuagesimę usque ad pascha.*

De Dominica Septuagesimæ. Cap. 24.

1 POst tempus† reuocationis, sequitur tempus deuiationis, & tempus pœnitentię, quod est Septuagesima. Visa namque uia, quæ ducit in Bethleem superiorem per stellam, i. per fidem, pœnitet homo, q̄ deuiet ab illa. ¶ 2 † Prænotandum autem est, q̄ Septuagesima instituta fuit propter tria. ¶ Primò, propter redemptionem sabbati, uel secundum alios quintæ feriæ, in qua sancti patres statuerant ieiunari, prout iam dicetur. ¶ Secundò, propter representationem, q̄n̄ repræsentat 70. annos Babylonicę captiuitatis, prout iam dicetur. ¶ Tertiò, propter significationem, q̄n̄ per hoc tempus significatur deuatio, exilium, & tribulatio totius humani generis ab Adam usque ad finem mundi, quod quidem exilium sub reuolutione septem dierum peragitur, & sub septem millibus annorum includitur, per septuaginta enim dies septuaginta centenas annorum intelligimus. Si quidem ab 3 † initio mundi usque ad ascensionem Domini sex millia annorum computamus. Ex tunc verò, quicquid temporis sequitur usque ad finem mundi, sub septimo millenario comprehendimus, cuius terminorum solus Deus nouit, quia hoc Deus pater in sua posuit potestate. Nec mireris de eo, quod dictum est de sex millibus annorum. diuersimodè etenim anni computantur. Nam & alij dixerūt, quòd ab origine mundi fuerunt solum quinque millia & ducenti anni uno minus, usque ad Christi natiuitatem, uel ſm alios usque ad passionem, secundum alios verò usque ad baptismum eius. Alij dixerunt, q̄ ab Adam usque ad natiuitatē Christi secundum carnem completa fuerunt quinque millia ducenti viginti octo anni. In historijs legitur, q̄ secundum septuagesimam ab Adā usque ad decimumquintum annum imperij Iulij Cæsaris computantur anni quinquies mille ducenti viginti quinque. Sed secundum hebraicam veritatem quatuor millia. Computatio tamē sex millium annorum à Methodio potius mysticè, quam chronicè est uera inuēta. Christus igitur in sexta mundi ætate nos ab hoc exilio in spe æternæ retributionis. reddita innocentiæ stola per baptismum, eripuit. Sed consumato tempore nostri exilij utraque stola perfectè decorabit, ut iā dicetur. ¶ Sciendum autem est, quod quinque† sunt septuagesimæ. ¶ Prima est septuagesima annorum, scilicet Iudaicæ captiuitatis, in qua fuerunt Iudæi captiui in Babylone 70. annis, de qua Hierusalem dicit, Trademini in manu hostili, & seruietis Nabuchodonosor 70. annis, & sic est construendum, Trademini in manu hosti, s. Nabuchodonosor, & seruietis 70. an. non. n. Nabuchodonosor uixit tot annis. ¶ Secūda est 70. dierum, quæ incipit in hac dominica, qua cāratur, Circundederunt, & terminatur in sabbato in albis, secundum alios in paschā, ut iam dicetur. Tertia est septuagesima peregrinationis nostræ, scilicet totum tempus huius uitæ, quod 7. dierum reuolutione agitur. ¶ Quarta est septuagesima hebdomadarum, quę similiter incipit à Circundederunt me, sed terminatur in sabbato quo cāratur, Sitientes. ¶ Quinta est septuagesima ętatum, scilicet 7. ętates, quarum sex sunt morientium, & septima quiescentium. Harum autem septuagesimarum duæ sunt figuratiuæ, scilicet septuagesima ætatum, & septuagesima nostræ peregrinationis, tres sunt figuratę scilicet septuagesima annorum, dierum, & hebdomadarum. De ultimis duabus, primo dicendum est. Nam septuagesima hebdomadarum, figurat septuagesimam ætatem, ut hebdomada pro ætate ponatur. Inde est. quòd in 7. ętate animæ fidelium requiescunt, licet quędam ad tempus sint in purgatorio, & idcirco in principio septimæ hebdomadæ ætatum cantatur, Lætare Hierusalem, ubi ponuntur tria uerba lætitiæ, scilicet lætare, gaudentes & exultetis, quia sancti in septima ætate gaudent de uisione Trinitatis. Et secundum quod uisum est doctoribus, iuxta septuagesimā hebdomadarū factæ sunt ille denominationes,

tiones,ſ. Sexageſima,Septuageſima,Quin
5 quageſima,& Quadrageſima. Vnde † Se
ptuageſima dicta eſt, quia ſeptima eſt ab
illa,in qua cantatur, Lætare Hieruſalem:
Sexageſima qa ſexta eſt ab illa Quinqua-
geſima, quia quinta eſt ab illa Quadrage-
6 ſima,quia eſt quarta. Et ſi forte † quæratur
quare non dicitur triceſima,quę eſt tertia
ab illa? Reſpondetur,quòd ſecundū varios
variè inchoatur abſtinentia. Nam regula-
res incipiūt ieiunare a ſeptuageſima, Græ
ci à ſexageſima, clerici a quinquageſima.
tota militia Chriſtiana à quadrageſima,
additis quatuor diebus hebdomadæ præ-
cedentis. Sed videtur potius debere dici ſe
ptena, quàm ſeptuageſima, quia ſicut di-
ctum eſt, non ſunt niſi ſeptem hebdoma-
dæ à Circundederunt me, vſque ad. Sitien
tes. Sed idcirco hoc fit, vt hæc ſeptuageſi
ma aliquo modo reſpondeat ſeptuageſi-
mæ iudaicæ captiuitatis. Sicut enim mul-
ti ex illis authoritate Cyri, q cognomina
tus eſt Chriſtus, in pr̃ã redierunt, & in fi-
ne oēs, ita & ante finem ſeptuageſimę ęta
tū, quę per ſeptuageſimã hebdomadarum
figuratur, multi ad patriã p Chriſtū redie
runt, & tandē omnes redibunt. Aiunt etiã
quidã quòd ſeptuageſima ſic dicitur, quia
habet exordium 70. dierum, quos cõtinet
ſexageſima, qa hēt initiū 60. dierum, quos
continet, & ſic de quinquageſima & qua-
drageſima. Nunc dicamus de tribus pri-
mis. Nēpe ſeptuageſima dierum repreſen-
tat ſeptuageſimã annorum, & figurat ſe-
ptuageſimam ſiue tempus noſtræ peregri-
nationis, de quo iam dicetur. Viſum eſt au
tem magno Imperatori Carolo, q ſeptua
geſima, ſexageſima, quinquageſima, &
7 quadrageſima † non propter numerum ſic
denominentur, non enim a ſeptuageſima
ſunt 70. dies, ſed tantū ſexaginta quatuor
nec a ſexageſima vſque ad paſcha ſunt 60.
dies ſed tantum quinquaginta tres, ſed ſic
dicta ſunt propter conſequentiã numerā-
di hoc modo. Quia enim in lege præceptū
erat, ut primitiæ & decimæ darētur Deo',
placuit ſanctis patribus ſoluere decimas
dierum, conſtituentes pro hmōdi decimis
quadrageſimam. Nam ab officio, Inuoca-
uit, uſque ad paſcha, dempris dominicis
diebus, ſunt 60. dies, qui ſunt decima tre-
centorum 60. dierum, ex quibus annus
conſtat. Superſunt tamen quinque dies in
anno, qui videntur remanere indecimati,
de quo dicetur ſub quarta feria quinqua-
geſimæ. Et eſt vocatum tps illud quadra-
geſima, quia hēt ſex ſeptimanas, p ut dice
tur ſub prima dominica quadrageſimæ.
Theleſphorus verò Papa IIII. diſt ſtatui-
mus. & duobus conſequen. & Greg. de con
ſec. diſt. 5. quadrageſima, uolentes, quòd
clerici aliquid adijcerent ad penſum ſan-
ctæ religionis, & ut plus q̃ laici ieiunarēt,
adiecerunt ſeptimam ſeptimanã, & voca-
tum eſt tempus illud quinquageſima pro-
pter duas cauſas ſcilicet quia quinquagin-
ta dies, ſunt ab Eſto mihi, uſq; ad diē ſan-
ctã Paſchæ, & ēt propter conſequentiam
numerandi, nam poſt quadrageſimam ſe-
quitur quinquageſima. Præterea, ſicut † p 8
ſex hebdomadas ſex miſericordiæ opera
intelliguntur, ſic & per ſeptem hebdoma-
das, ſeptem modi ſignificantur, quibus cri
mina remittuntur, ſ. per baptiſmum, per
martyriū, per eleemoſynas, per indulgen-
tiam, per prædicationem, per charitatem,
& per pœnitentriã. Poſtea verò, quia prius
ſtatutum erat, quod Chriſtiani deberent
quinta feria ieiunare. Melchiades Papa,
de conſe. di. 3. ieiunium, inſtituit, q nemo
ieiunaret in quinta feria, ſicut nec in pri-
ma, ut ſicut prima feria ſolennis erat pp
Domini reſurrectionem, ita & in 5. feria
eſſet propter eius cœnam, & Aſcenſionē.
Vnde & adhuc die ipſa lautius epulamur,
& idcirco placuit ſanctis patribus addere
octauam hebdomadam in redemptionem
quintarum feriarum, & vocatum eſt tps il
lud, ſexageſima propter conſequentiã nu-
merandi. Nam ſicut quinquageſimus nu-
merus quadrageſimũ, ita ſexageſimus qn
quageſimum comitatur. Si enim oēs quin
tas ferias & primas, i. dies dominicos ſub-
traxeris, ab hoc tempore tantum 40. dies
ieiunabiles reſtant. in quibus non tantum
decimas ſolues, ſed & ieiunij dominici nu-
merum implebis. Inn. quoq; Papa. de con
ſec. di. 3. inſtituit, ne ſabbato ieiunaretur,
eo quod dominus in ſabbato in ſepulchro
quieuit, in ſignũ noſtræ future quietis, in
qua omnis afflictio a nobis excludit. Idem
etiam ſtatuerunt Melchiades, & Siluester
Papę, ne propter abſtinentiam ſextæ natu
ra nimis debilitarēt. Et idcirco addita eſt
nona

nona hebdomada, & uocatum eſt tempus
illud Septuageſima ſimiliter, propter con-
ſequentiam numerandi. Nam ſi ſubtraxe-
ris ab hoc tempore omnes primas ferias,
& quintas, & ſabbata, & diem paſchæ, non
reſtant tibi niſi triginta ſex dies, qui ut di-
ctum eſt, ſunt decim a dierũ. Incipit autem
Septuageſima à mœrore, & terminatur in
lætitia, ſicut & pœnitentia, quam ſignifi-
cat, & ſicut pſalmi pœnitentiales. Item par-
tem habet in triſtitia, & partem in lætitia
ſemiplena, quoniam qui cum pœnitentia
tranſeunt, percipiunt vitam æternam, uel
animarũ beatitudinem, uel ſaltem certam
9 in purgatorio expectationem. † Item inci-
pit à dominica, & terminatur à ſabbato,
eo, q̃ à manſione paradiſi noſtra captiui-
tas inchoauit, & uſq; ad futuram requiem
perdurabit, uel quia, qui per peccatum, à
Domino noſtro receſſimus, per pœniten-
tiam ad requiem reuertemur, & termina-
tur ſabbato in albis, & ſic extendit̃ p decem
hebdomadas, quia per decalogum ad læti-
tiã peruenitur. ¶ Rurſus incipit à Februa-
rio, iuxta Zachariam 1. c. qui dicit, q̃ in
undecimo menſe Sabath in ſecundo anno
Darij factum eſt ad eum verbum Dñi. Sa-
bath quidem noſtra lingua vertitur in uir-
gam, ſonat enim auſteritatem & correctio-
nem, qa in hoc tempore Septuageſimę de
peccatis noſtris, per quæ ſumus à diabolo
captiuitati, nos corripere & emendare de-
bemus. Verũ ſexageſima in quarta feria in
albis, quinquageſima in die Paſchæ, qua-
drageſima in cœna domini terminantur.
Nam duo dies q̃ ſequunt̃, & quatuor qui
ſumpti ſunt de quinquageſima, ſupplēt lo-
cũ ſex dierum dñicarum, ut ſic reſpondea-
mus p̃ modulo noſtri ieiunij ieiunio Do-
mini, qui ieiunauit 40. diebus. A ſeptuage-
ſima quippe, vſq; ad ſabbatũ in albis ſunt
ſeptuaginta dies, & à ſexageſima vſque ad
quartam feriam in albis, ſunt 40. dies, &
ſic de alijs. Decebat enim, ut ſicut fuerunt
tres Iſraelitici populi de captiuitate reuer
ſiones, prima ſub Zorobabel ſecũda & ter-
tia ſub Eſdra, ut iam dicetur, ſic & nos no
ſtra peccata deflentes, & de peccatis miſe-
ricordiam implorãtes tres faceremus ter-
minationes, ſcilicet in Sabbato, in quarta
feria. & in paſcha, ut reuertemur ad gloriã
triũphantis, & quarta in cœna Domini p-
pter quatuor euangelia, per quæ in his for
mamur. Sunt autem ſex dies inter princi-
pium ſeptuageſimę, & principium ſexage-
ſimæ, & ſex inter principiũ ſexageſimæ, &
principum quinquageſimæ, & ſex inter
principium quinquageſimę, & quadrage-
ſimę. Inter finē vero ſeptuageſimæ & ſexa
geſimę duo, & inter finē ſexageſimæ & qn
quageſimæ, duo, & inter finē quinquageſi-
mæ & quadrageſimæ duo ſiūt, & ita habe
mus à principio unũ ſenariũ, & a fine duos
ſenarios. A fine verò habemus duo & du-
plex binarium, quid hoc figuret. Alcuinus
oſtendit, dicens, quòd una fuit mors Chri-
ſti, ſcilicet mors corporis, quam per unum
ſenarium ſignificamus, & mors noſtra du-
plex eſt, ſ. animæ & corporis, quam ſigni-
ficamus per duos ſenarios. Chriſtus autem
per unam ſuam mortem duplam noſtram
deſtruxit. Iterũ una fuit reſurrectio Chri-
ſti, ſcilicet reſurrectio corporis, quam ſigni-
ficat unus binarius, & noſtra reſurrectio
dupla eſt, ſcilicet reſurrectio animæ a pec-
cato, & corporis a corruptione, quã ſigni-
ficat duplex binarius. Et Chriſtus ſua ſim-
pla reſurrectione duplam noſtram muni-
uit. † Septuageſima ergo tempus iudicia- 10
le captiuitatis repræſentat. Siquidem Na-
bucodonoſor populum iudaicum propter
eius peccata ab Hieruſalem in Babylonem
duxit, & ſeptuaginta annis operibus du-
ris affectus eſt. vbi in organis & citharis,
& alijs inſtrumentis, ſicut conuenerat in
Hieruſalem, non cecinit, dicens. Quomo-
do cantabimus canticum Domini terra
aliena? Imo veſtibus miſeriæ fuit vſus.
† Finitis verò 40. annis Cyri, qui & Chri- 11
ſtus dictus eſt, regem Babylonicum ſubiu-
gauit populoq; redeundi liām conceſſit.
Vnde pars ſub Ieſu magno ſacerdote cum
Zorobabel ad patriã rediens tẽplum Hie-
roſolymis cum gaudio reędificauit, pars
autem in captiuitate remanſit uſque ad cõ
pletionem ſeptuaginta annorum, quibus
expletis ſub Dario & Aſſuero, & quidam
ſub Eſdra, q dam ſub Neema, uidelicet, re-
uerſi ſunt, & tunc duplex gaudium habue-
runt. Sane myſticè Nabuchodonoſor eſt
diabolus, Babylonia, mundus, uel infer-
nus, Hieruſalē, paradiſus, Populus, genus
humanum. Nabuchodonoſor ab Hieruſa-
lē populum captiuauit, & diabolus genus
humanum

humanum à paradiso in hũc mũdum, uel in infernum deiecit, vbi 70. annis illum affecit, vel quia pñs uita septem dierum curriculo uoluitur, uel quia septem milibus annorum includitur, prout iã in principio dictum est. Populus cantica lætitiæ suspendit, & genus humanum à canticis exultationem in Deum siluit, populus uestimentis miseriæ vsus fuit, & genus humanum uestimento maledictionis opertum fuit, iuxta illud, Fiat sicut uestimẽtũ, quo operit. populus post sexaginta annos sub Iesu redijt, & genus humanum in sexta ætate per Iesum verum sacerdotem remeauit, quidã sub Esdras, quidã sub Neemia redierunt. Esdras interpretat adiutor. Neemias consolator, quia oẽs verè fideles finita huius temporis captiuitate per Christum adiutorem, & per Spiritumsanctum consolatorem ad patriam sunt redituri, & tunc duplicatum gaudium habebunt in glorificatione corporis, & animæ.

12 ¶† Rursus hęc oia representat Ecclesia à septuagesima vsq; ad sabbatũ in albis. Quia n. populus Israel, siue genus humanũ dejectum fuit in miseriã, idcireo incipit, Circundederunt me gemitus mortis. Itẽ, quia ille siluit à canticis lætitiæ, ideò Ecclesia
Psa. 17. cantica lætitiæ, scilicet alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & Te Deum subticet. Ad huc, quia populus perdidit uestem virtutum, ideò Ecclesia uestibus cultioribus & solennioribus, vtpote dalmaticis, & tunicellis, & huiusmodi, quæ sunt uestes lætitiæ, non utitur, sed potius lugubribus. In cibis quoque, uidelicet ieiunando tristitiam representamus, unde Zachariæ. 8. cum ieiunaretis per hos 70. annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi, ideoque proximam hebdomadam græci ieiunio
13 sanctificabant. † Item quia ille anno sexagesimo p Cyrum, qui Xps dictus est, reditum in patriam, & liberationem à seruitute recepit sic & nos in sexta ætate seculi sumus per Christũ à seruitute diaboli redẽpti, nobisque reddita est innocentię stola per baptismi remissionem, ideoque in Sabbato sancto unum alleluia cantamus, iam spe quietis æternæ, & recuperatio-
14 nis patriæ gratulantes. † Et sicut pars populi cum Zorobabel repatriauit, pars uerò in captiuitate remansit, sic & pars fidelium defunctorum cum Christo resurrexit, pars in expectatione remansit. Sed qa & graues fuerunt labores eorum, qui in Hierusalem sunt reuersi, non longitudine uiæ, & in apparatus reditus, & ideo & nos in præsenti Ecclesia laboramur, & ingemiscimus, & tunc statim post alleluia cantamus tractum, Laudate Dñm, quia laborem significat, dicitur tamen de laude Domini congratulando propter resurrectionem. Illi quoque cum lætitia redeuntes, in itinere uexabantur, & nos per totam hebdomadam paschalem graduale cum alleluia cantamus, per graduale laborem, per alleluia, gaudium designantes. † Deinde illi omnes completo anno 70. ad pñam 15
sunt reuersi, & plenam susceperunt lætitiam, & nos sabbato in albis, quo, ut præmissum est, Septuagesima terminatur, duplex alleluia cantamus, significantes quòd finito exilij nostri tempore, captiuitas absoluetur, & stola geminabitur. Hoc igitur tempore letitiæ cantica subticentur, &, ut præmissum est, de quibus dicitur Hier. 7. Faciam quiescere uocem gaudij & lætitiæ uocem sponsi & sponsæ, siquidem sponsus à nobis abijt. Cum igitur statũ Ecclæ nondum redemptæ recolimus, & nostrum incolatum plangimus, merito alia deponimus, quod specialiter illam gloriam significat, de qua dicitur in Psal. Exurge gloria mea, exurge psalterium cum cithara, exurgam diluculo. Nempe gloria patris, est filius, qui citharam nostræ humanitatis factam assumpsit, quam in passione fractam per resurrectionem in psalterium reformauit. Non dicuntur etiam † alia can- 16
Psa. 56.
tica lætitiæ, tum quia hoc tempore repręsentatur Ecclesiæ status nondum per Christum redẽptæ. Et hęc cantica sunt ad Christum specialiter pertinentia, tum quia in ipso tempore nos peccatores repræsentamus, & in ore peccatoris non bene resonant præconia Saluatoris. Veruntamen canticum trium puerorum, & Gloria pri, & filio &c. non subticetur; quia nunquam fuit aliquod tempus, in quo non fuerint, aliqui Trinitatis cultores. † Leo Papa de 17
conse. dist. 1. hi tuo dicit, q̃ ideo hymnos illos, scilicet Alleluia, & Gloria in excel. quos angeli cantauerunt in Septuagesima intermittimus, quia peccatò ueteri homi-

nis a cõuẽtu angelicæ iubilationis expulsi, in huius miseriæ vitæ Babylone super flumina eis sedemus, & flemus, dum recordaremur illius Syon, in qua Deum decet hymnus. A septuagesima ergo quando protoplastus Lapsus est recitare alleluia & Gloria in excelsis in Ecclesia nouẽ hebdomadibus, scilicet usque in paschã, intermittimus, vbi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostrã vertit in gaudium & alleluia nobis reddit. De hoc ẽt dictũ est in proœmio huius partis. Quæ cãtica lætitiæ dicanť in festis, quæ occurrunt in Septuagesima dicet in proœmio 7. partis, incipit ergo Septuagesima à mœrore; & in gaudiũ
18 terminatur, vt præmissum est. ¶ † Et nota, q̃ in sabbato præcedenti sæpe & fere per omnia cantuum officia alleluia iteratur, pro eo quod illud diligimus, & in thesauro cordis recondimus, sicut amicum iter longinquum profecturum sæpe amplectimur, & eius os; faciem, & cætera oscula-mur. Rursus ideo in sabbato ad uesperas gẽminatur, seu multiplicatur, quoniam in lapsu Adæ, qui erat in magna quiete, gaudium perdidimus, sed animabus requiem recuperamus, & corporibus in resurrectione denique geminabimus. Quidam autem in ipso sabbato dimittunt alleluia ad sextam, quidam ad nonam, qdã ad uesperas, quidam uerò ad nocturnum huius dominicæ, & quidam ad primam dominicam huius diei, quæ uarietas prouenit ex diuersitate inceptionis diei, de qua in proœmio septimæ partis dicetur,
Rom. 3. Rectius tamen dimittitur in uesperis, quia tunc dies incipit quòd ad diuina officia. quia nox præcessit, dies autem appropinquauit, & hoc ẽt statuit Alexander Papa II. vt eius geminatio ad finem præcedentis temporis pœnitentiæ quàm laus sequitur euangelica referatur, & eius depositio luctui sequentis temporis assignetur. Vnde & quædam Ecclesiæ deponunt alleluia, cum gaudio magno. Aliæ verò cum gemitu & suspirio, illi rapresentant futuram reparationem, isti de paradiso eiectionem. Cęterum, quia hoc tempus mœroris est, non dicuntur cantica angelorum, sed hominum, unde pro depositione alleluia, dicit Ecclesia in principijs horarum Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ, non quòd æquipolleat. † Alleluia enim est uox 19
angelica, ista humana, illa hebraica, & ideo dignior, ista latina, & ideo minus digna. In antiphonis responsorijs dicunt quidam in æternum. In Missa uero pro alleluia dicimus tractum, nec fit commutatio in hebraicam linguam, quæ sicut Hierony. ait super Esaiam. græco sermone opulẽtior est, nec in græcam, quæ latina ditior est, sed in latinam alleluia commutare, quæ manibus pauperior est, ad significandum paupertatem præsentis uitæ. ¶ † Et 20
nota, quod a septuagesima usque in pascha per dominicas noctes duo psalmi mutentur ad laudes scilicet Miserere mei, qui est psalmus pœnitentialis, in locum psalmi Dominus regnauit, qui est psalmus lætitiæ, & ad perfectionem informat, Psal. Confitemini, in locum psalmi. Iubilate. & hoc ideo, quia per pœnitentiam uenitur ad laudis confessionem, & per timorem ad spem. Quisque enim in peregrinatione, quam Septuagesima significet, positus timoris & spei est subditus. Psalmus enim, Miserere, timorem quem oportet fragiles peccatores in præsenti peregrinatione de vindicta Dei habere, designat, informans eos, vt peccata sua plangant, quia verò post dolorem cordis & confessionem reatur fiducia accedendi ad Dominum habenda est, ideo Deum laudanter dicimus ad alterutrum psalmũ. Confitemini. Rursus psalmus, Confitemini. dicitur hoc tempore ad laudes, ad notandum pueros debere instrui, ut in ramis palmarum sciant laudes domini decantare. Quoniam hic psalmus proprie ad illum pertinet, maximè propter illum uersum, O Domine saluum me fac, O Domine, bene &c. uel ideo, ut per mortem, & confessionem consequamur peccatorum remissionẽ. Dictus uero psalmus, Dominus regnauit, etiam psalmus, Deus meus respice &c. & sequentes hoc tempore dicuntur ad primam, ne aliquid de psalterio prætermittatur, quin totum saltem in septimana dicatur, quod totum in Ec- 21
clesia primitiua in die legi solebat. † Cæterum, quia, ut pręmissum est per septuagesimam totum ętatis nostræ spatium accipimus, merito officia dominicarum, q̃ sunt a Septuagesima vsque in pascha, variantur,

riantur, per quod notantur ordines vitæ nostræ, seu cuiuslibet animæ fidelis postquàm peccauit. Per primum enim scilicet, Circundederunt me, habemus aliquē peccata confitentem. Per secundum scilicet, Exurge habemus eundem petentem. Esa. 58. Per tertium, scilicet. Esto mihi ipsum orantem esse dominum adiutorem sibi. Per quartum, scilicet, Inuocauit me cognoscimus dominum illum audientem, sibi adiutorem esse, iuxta illud. Te orante, dicam, Ecce adsum. Per quintum scilicet, Reminiscere, habemus illum credentem, uel sperantem. Per sextum, scilicet, Oculi mei, intelligimus eum bonæ operationis promissionem facientem. Per septimum scilicet, Lætare Hierusalem vbi de hoc dicetur, accipimus eum de hac passione exultantem, & quòd etiam requies sit multis data in hac uita. Per octauum, scilicet Iudica me Deus, videmus eum a Deo confirmatum in uirtutibus, & bonis operibus, quod iam confidenter vult & postulat iudicari in consumatione æterna. Per nonum, scilicet Domine ne longè intelligimus, quòd iam sit collocatus in ordine angelorū. Orat enim ibi habere perseuerantiam. Et quòd istud totum valeat adipisci, subiungit causam scilicet per resurrectionem, quòd habetur per decimum officiū, scilicet Resurrexi, de hoc etiam sub dominica quadragesimæ dicetur.

De officio Septuagesimæ. Cap. 25.

NVNC de officio præsentis dominicæ aliqua dicemus. † Sanè, ut. præmissum est, filij Israel seruierunt septuaginta annis regi Babylonis, & postea liberati redierunt in Hierusalem. Similiter oportet nos seruire ipsi tota uita ista, uel per culpam & pænam, vel ad minus per pœnam, propter quod volens Ecclesia agi pœnitentiam, tanquam posita in captiuitate Babyloniæ, idest huius mundi, ut quandoq; liberetur, & perueniam ad Hierusalem cælestem, & propter hoc facit septuagesimam, ideò incipit † legere quinque libros Mosi, quia ista utilitas pœnitentiæ per gradus distinguitur in illis. Primus enim liber, scilicet Genes. instruit nos in initialib. pœnitentię, in fide, s. & timore, quæ sunt essentia pœnitentiæ, quia p ea cōcipitur pœnitentia. In fide autem nos instruit, sicut & in symbolo, quod n. ibi dicitur uisibilium & inuisibilium, dicit hic, In principio creauit Deus cœlū & terrā, s. cœlum empyreū, & ea quæ in eo sunt, quæ sunt inuisibilia, & terram, idest omnia ista uisibilia, & sicut ibi exprimitur psona patris, & filij, sic & hic, In principio, idest, & in filio creauit, Deus, s. pater cœlum & terram, postea exprimitur persona Spiritussancti, cùm dicitur: Et Spiritus Domini ferebatur super aquas, i. Spiritussanctus, qui creauit, & regit oia. Instruit ét nos in fide incarnationis, & passionis, vt credemus Christū inquantum hominē passum fuisse, & nō inquātū Deum & hoc per Isaac, qui nō fuit immolatus, sed aries. Iterum instruit nos, ut credamus Christū datum esse ex gratia, nō ex meritis, sicut Isaac. Instruit ét nos in fide resurrectionis, & ascēsionis, & Spiritussancti missionis per Ioseph, qui post venditionem sublimatus est in Aegypto, distribuens triticū p totā Aegypto, sicut Christus post vēditionem sublimatus mundo, distribuit triticum verbi Dei per prędicatores suos per totum mundum. Cuius causa fuit resurrectio, ascensio & spiritussancti missio. Incutit etiā timorem per Adam, nenos per uitium gulę, siue per inobedientiam

1

2

Gen. 70.

Gen. 1.

cijciamur,

SVMMA.

1 *Septuagesimę officium.*
2 *Geneſis liber cur legatur in ſeptuageſima. & nu. 3.*
4 *Septuageſimæ quod nam officium habeat in miſſa.*
5 *Septuageſimæ Epiſtola, & ſummarium nu. 6.*
7 *Tractus ſequitur reſponſorium in ſeptuageſima.*
8 *Septuageſima quod habeat Euangelium. Et qualiter accipiatur. & nu. 11.*
9 *Terra eſt omnium mater.*
10 *Iugum eſt in quolibet ſtatu & gradu ſuper filios.*

cijciamur de paradiso spirituali, sicut ille de paradiso terrestri, & per nos Cain instruit, ut caueamus ab homicidio, & per cimices penitus, dest. uictas, ut caueamus a uitio Sodomorum & ab omni uitio per diluuiū, & iterum a pitio gulæ; per Esau, q propter esum lenticulæ ruffæ reprobatus est. Præterea, quia in septuagesima recolimus miseriam nostrā, quam pp peccata parentū nostrorū incurrimus, 16 librū Geneseos legimus, ubi agitur de expulsione primorum parentum de paradiso, & de alijs de quo etiam cantamus responsoria. In sudore vultus tui. & illud. Ecce Adam &c. Ad maiorem tamen miseriam designandam prius legimus & cantamus de dignitate hominis, s. quòd est factus, ad imaginem & similitudinem Dei, quod in paradiso etiā collocatus est, quod socia ei facta est, & quòd nec mori, nec aliquā pœnam pati posset, nisi ex culpa sua proueniret. † Officium autem missæ est. Circundederunt me &c. ubi confitetur Ecclesia se esse in pœna & laboribus inflictis p ptter peccatum, quæ sunt, fames, sitis, calor, frigus, lassitudo, ęgritudo, & mors ipsa, per prauam conſciam, & amaritudo, fœtor, & tenebrę, quales sunt dolores infernī. Sed ne iste luctus gĕeret in uobis ac cidiā siue tristitiam, quæ mortem operatur, ponit in uersu consolationem, Diligā te Domine uirtus mea &c. ut sic possit dicere. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes &c. Et aduerte, quia hęc uerba, Circundederunt &c. sunt etiam uox ecclesiæ primitiuæ plorantis in Abel protomartyre præcentore, cuius sanguis de terra clamauit ad Dominum quæ aperuit os suum, & suscepit eum de manu Cain fratris eius. Vnde statio est ad sanctum Laurētiū, cuius mors pretiosa nouo & inaudito genere passionis clamauit in cælum, & audita est in uniuersum mundum. Vnde & Ecclesia Romana præ cæteris est authenticata martyrib. † Ne autē Ecclesia despe ret, iam ponitur ei in Euāgelio triplex saluōre remedium, & in epistola triplex p̄mium. Remediū est, ut si vult ab illis plenè liberari, in uinea animæ snæ laboret, abscīndendo uitia & peccata, postea in statu uitæ pręsentis curret p pœnitētiæ onera deinde uitiliter in agone, repugnet cōtra omnia diaboli tentāmenta; quod si fecerit, triplex remedium habebit, qa laboranti dabitur denarius, currēti brauium, pugnanti corona. † Verūm quia nō libenter homo suscipit onus pœnitentiæ, nisi uideat præmium, ideo ostēdit præmium in epistola prima ad Corin. 9. Nescitis, quia hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium, Est n. brauium præmium currentium, per qđ significatur beatitudo ęterna, quæ est præmium currentium in regnum æternum, quod ostenditur, ut libentius agant homines pœnitentiam, & ut magis fleāt peccata sua. unde Psal. Super flumina Babylonis illic &c. & sicut in cursu exteriori remouentur, quæ impediunt cursum, sicut dicit Apost. se facere, cum dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. quasi dicat. Leuigo me, idest, leuem facio ad hoc ut possim currere, sic facit ecclesia macerat enim carnem suā ut remotis oībus nociuis, ad brauium uitæ æternę melius currere possit. Et bene respondet ei responsorium, Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Tribulatio u. opportuna & utilis est homini, quoniam facit recordari eternorum gaudiorum.

Nec sequitur alleluia, quia subtrahit Ecclesia cātica lętitiæ, ut præmissum est. † Post responsorium sequitur tractus a trahendo dictus, & est suauis auribus. s. De profundis clamaui &c. Ad notandum, quod in gemitibus & suspirijs trahit ecclesia uitam suam de profundis peccati, uel pœnę. Sed ad cōsolationem interponuntur uerba misericordiæ, cum dicit. Quia apud te ppitiatio est. Sed quia nullo modo vult ecclesia, quod filij sui cadant in accidiam, ideo post tractum sequitur euangelium † de denario diurno, idest, de beatitudine æterna, quam ostendit filijs suis, ut hilariter faciant pœnitentiā. Simile est enim regnum cælorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane &c. Matt. 20. c. Homo est uinea Dei, & ecclesia, quam quilibet debet colere pro posse suo in alijs p prædicationem, & in se per bonam operationem, & si bene coluerit, habebit aitā æternam, quæ dicitur denarius. In denario est imago & superscriptio, & nos habemus imaginem Dei, apertam subscriptionem

Psal. 17 Psal. 41. Gen. 4.

Psal. 136.

1. Cor.

Psal. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia erimus, & dicemur dij & filij Dei,
Psal. 9. vnde Ps. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes; Sequitur offertorium, Bonum est cõfiteri domino &c. In quo monemur laudare Deũ in tribulatione, quod possumus facere viso denario, ad quem uidẽdum petijt Ecclesia illuminari, d. in postcommunione, Illumina faciem tuã &c. Potest ét & aliter dici secundum Inn. III. in sermone huius diei. Legitur enim, q occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugũ graue super filios Adę à die exitus de ventre matris eorũ vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. † Siquidem mater omnium hominum terra est & ea dem omnium est sepultura, propter quod ille dicebat, Nudus egressus sum de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc, In prẽmissis autem verbis circa statũ humanæ conditionis tria consideranda sunt, uidelicet ingressus, progressus, & egressus. De progressu præmittitur, Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum &c. De ingressu subiũgitur. † A die exitus de ventre matris eorum. De egressu concluditur, Vsq; in diẽ sepulturæ in matrẽ omnium. Sanè in quolibet statu graue iugũ super filios Adæ imponitur, graue quidem in ingressu, grauius in progressu, grauissimũ in egressu. Vnde merito propheta flebat, dicens. Quare de vulua matris egressus sum, vt videam laborem & dolorem, & consumerentur in cõfusione dies mei. Formatus est enim homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Verè itaque occupatio magna creata est omni homini & iugũ graue super filios Adæ, & beati, qui occupãtur in bonis, miseri q in malis. beati quoque qui iugum Christi portant, miseri, qui iugum diaboli. Hanc humanę conditionis miseriam cõsiderãs Ecclesia gemit, dicẽs in introitu, Circũdederunt me dolores inferni &c. in quibus
Psal. 17. verbis propheta recolit lapsum humanũ. Ne verò præterea nimio dolore desperet, ideo statim commemorat misericordiam creatoris in graduali. Adiutor &c. Occupationẽ autẽ honestã & utilem Dominus inducit in euangelio. † Operarios conducens, vt reddat illis mercedẽ, inhonestam verò & inutilem docet Apostolus in epistola euitare, Nescitis (inquit) q hi, qui in sta. cur. o. q. cur. sed vnus accipit bra
uium, sic currite, ut comprehen. &c. & se-
Esa. 10. quitur, Ego autem sic curro non quasi incer. In tractu vero, De profundis &c. propheta inter iugum, & iugum distinguit, dicens enim, Si iniquitates &c. innuit iugum diaboli, de quo per prophetam dicitur Computruit iugum à facie Dei, vnde mox subdit, Quia apud te propitiatio &c. Ecce iugũ Christi suaue, de quo veritas
Mat. 11. inquit, iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue. In summa autem officũ Missæ continet afflictionem in introitu, ieiunium in oratione, bellum in epistola, auxilium in graduali. in euangelio in vtroque inducimur, ubi compatimur & cõregnabimus.

S V M M A.

1 *Sexagesima quorsum instituta. Et quid sonet. nu. 2.*
3 *Sexagesimæ euangelium.*
4 *Filij Ecclesiæ triplices & nu. 5. 6.*
7 *Paul⁹ cur nominet i collectis sexagesimę.*

De Sexagesima. Cap. 26.

POST septuagesima sequitur sexagesima. † Sicut autem Ecclesia celebrat septuagesimam in misterio, quia quem admodum filij Israël per fletum exierũt, & liberati sunt per 70. annos de seruitute Babylonica, sic & ipsa Ecclesia de seruitute diaboli, cui oportet modo seruire, liberata est saltem per pœnitentiam factam in septenario huius vitæ, sic etiam in misterio celebrat sexagesimam licet enim instituta fuerit in redemptionem quintarum feriarum prout dictum est sub septuagesima, fuit tamen etiam instituta propter significationem, quoniam significat tempus viduitatis Ecclesiæ, & illius mærorem propter absentiam sponsi, qui peccatoribus abest per gratiam & uiatoribus per humanitatis præsentiam. Licet enim Christus nobis sit præsens secundum diuinitatem, Iuxta illud, Et ero uobiscum vsq; in cõsumationem seculi, tamen secundum, quod est homo, in cœlo
1

lo est, sedens ad dexteram patris. Nempe fructus septuagesimus viduis debetur, in consolationem autem illius absentiæ spõsi, qui ad cœlum raptus est, dantur Ecclesiæ duæ alæ, s. sex operum misericordiæ
2 excitatio, & decalogi impletio. † Vnde sexagesima sonat sexies decem, vt per sex
3 opera misericordiæ, per decem decalogus intelligantur. Sexagesima enim ex senario & denario constat, vt sicut Dominus
Gene. 2. post opera sex dierum benedixit diei septimæ, sic post perfectionem operum decalogi peruẽiemus ad beatitudinẽ æternam, & dicetur nobis, Venite benedicti
Mat. 25 patris &c. & ideo in sexagesima legitur
3 euangelium. † Cum turba plurima. Luc. 8. capit. de semine verbi Dei, vt homines seminent opera misericordiæ ad habendam illam benedictionem. Et quia semen in pluribus suffocat, ideo clamat alta voce in introitu. Exurge, quare obdormis
Psal. 14 Domine. In tertia vero dominica, scilicet
Psal. 70 quinquagesimæ ostendit, per quem velit
Ps. 144. liberari, scilicet per Deum, vnde in introi
Psal. 90 tu dicit. Esto mihi in Deum protectorẽ, & quia dominus prope est omnibus invocantibus eum sequitur liberatio in. sequenti dominica, vnde dicit in introitu. Inuocauit me, & ego exaudiam eum. Impossibile est enim quin ille liberetur, qui aperit per confessionem peccata sua, quæ
4 sunt dolores ducentes ad infernum, & dolet dolore satisfactorio, & petit à Domino liberari, Quia verò peccata hominem à Deo separãt, ideo dubitando dicit, Exurge. Item dicit ter exurge in hodierno introitu, propter triplices filios. ¶ † Primò
4 enim clamat pro filijs, qui tentantur per aduersa, sed non succumbunt, ut Paulus, propter quos dicit primò, Exurge, quare obdormis, ideſt, obdormire uideris, non exaudiẽdo, uel liberando, & hoc facit Dominus, ut probentur & examinentur in igne tribulationis. Puriores enim exierũt tres pueri de fornace Babylonis, quàm intrauerunt. Vnde non dormit, sicut habetur Hiere. 2. Vigilantem uirgam ego uideo, & dicit Dominus statim, Bene uides, quia vigilabo ego super gregem meum,
Ps. 120. & super filios meos. Psal. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel, & quãtũ ad istos dicit postea, Obliuisceris tribulationis, quia singula singulis debent reddi. ¶ † Secundi filij sunt, qui in pu
5 gna cadunt, & propter istos dicit Ecclesia, Exurge, ne repellas in finem, quare faciẽ tuam auertis, quasi dicat. Ostende faciem tuam, & reuertemur ad te. ¶ † Tertij filij sunt, qui per blanda tentãtur nec succumbunt, sed quia aduersa non tolerant, periculum est, ne prospera eos frangãt, & pro-
Psal. 43 pter hoc dicunt, Exurge Domine adiua
6 nos, & libera nos propter nomẽ sanctum tuum propter hoc sequitur & libera nos. De hoc etiam in dominica sequenti dicetur. Epistola vero, Libenter suffertis, 1. ad Cor. 11. c. hortatur nos, ut quæramus Dominum & despiciamus & sustineamus læsores, & tanquam hoc cognoscentes dicimus responsorium, Sciant gentes, quo-
Luc. 2. niam &c. Tractus ostendit terram cõmotam, ideſt, conscientiam peccatorum. In euangelio ergo semen iacimus, quoniam
1 in vineam inducti sumus, est autem euangelium, Exijt qui seminat seminare semẽ suum &c. Et hoc fecit beatus Paulus, qui seminauit semen suum, ideſt, verbum Dei & propter hoc fit hodie statio apud sanctum † Paulum, & inde est q in fine col-
7 lectæ huius diei dicitur, Doctoris gẽtium &c. Sæpe enim secundum stationes officia ordinantur, vt hodie, quia enim statio est ad sanctum Paulum, ideo de eo fit mẽtio in collecta, & eodem modo in quinta feria ante, Lætare Hierusalem, & in sabbato ibi sequenti, ut ibi dicitur. Protenditur autem sexagesima usque ad quartã feriam post pascha, in qua cantatur, Venite benedicti patris mei, quia illi, qui in operibus misericordię se exercent, audiẽt illud, Venite benedicti patris mei &c. Vt
Mat. 25 ipse testatur, & tunc sponsæ ianua aperietur, & sponsi amplexu fruetur, unde in epistola admonetur, ut ad instar Pauli tribulationem de absentia sponsi patienter expectet, in euangelio seminationi bonorum operũ semper insistat, & quæ quasi desperans clamauerat, Circundederunt me gemitꝰ mortis, & dolores inferni &c. Nunc ad se rediens petit in officio in tribulationibus adiuuari, & ab ipsis eripi, dicens. Exurge Domine, adiua nos &c.

SVMMA.

1 *Quinquagesima est multiplex.*
2 *Quinquagesima psalmorum est triplex.*
3 *Quinquagesima annorum annus Iubileus.*
4 *Quinquagesima quid notet. Et unde dicatur nn 6*
7 *Ieiunium auspicari debent clerici à quinquagesima.*
8 *Quinquagesimæ officium matutinum.*
9 *Homo sanctus ut cui competat celestis*
10 *Quinquagesima officium quodnam in missa.*
11 *Charitatis quindecim gradus.*
12 *Pœnitentia tria necessariò requirit.*

De Quinquagesima. Cap. 27.

EQVITVR de quinquagesima. In primis autem † notandum est, q multiplex est quinquagesima, scilicet dierum, annorum, psalmorum, personarum, & denariorum. ¶ Quinquagesima dierum triplex est ¶ Vna a dominica ista usque ad diem paschæ. ¶ Alia à pascha usque ad pentec. de qua dicitur in concilio Aurelian. de consecratio. distinctio. 4. sacerdotibus, quòd ante paschæ solennitatem non quinquagesima supplendum est quia illa seruatur post pascha, sed quadragesima teneatur. ¶ Tertia ab octaua paschæ, ideſt, à sabbato in albis usque ad sabbatum post pente. ¶ Prima est pœnitentiæ afflictionis, & abstinentiæ. Tunc enim homines abstinent à carnibus, & continent à luxurijs. ¶ Secunda est lætitiæ, & exultationis. ¶ Tertia figuræ, siue gloriæ, & glorificationis, figurat enim octauam ætatẽ, vbi utraque stola, scilicet, animæ & corporis induemur. Et inde est, quòd duo alleluia in illa quinquagesima cantamus. ¶ † Quinquagesima quoque psalmorum triplex est, & tres status Christianæ religionis significat. Primus est pœnitentiæ, secundus iustitiæ, tertius laudis vitæ æternę, ideoque prima terminatur in Psal. Miserere mei Deus, secunda in Psal. Misericordiam & iudicium: tertia. Omnis spiritus laudet Dominum, quod est in fine psalmi, Laudate Dominum de cœlis. Hæ tres quinquagesimæ significant dies diluuii. Tot enim diebus fuit aqua super faciem terræ, scilicet centum quinquaginta. Ideo ergo tres quinquagesimas psalmorũ cantamus, ut Deus à tali diluuio, & ab omni periculo nos defendat. ¶ † In quinquagesima verò annorum erat annus iubileus, qui quinquagesimus erat. Tanta enim erat septenarij celebritas, quod septima dies celebrabatur, scilicet sabbatum, & septima septimana, ut Pentec. septimus mensis, ut September, & septenarius annus iubileus, in quo omnes serui liberabantur. Si verò aliquis esset, qui nollet liberari, sed remanere in seruitute domini sui, ducebatur ad postes tabernaculi, uel templi, & perforabatur eius auris cum subula, quo erat signum seruitij, nec deinceps manumittebatur, etiamsi uellet. Item omnia quæ tellus ex grauis eo anno procreabat, omnibus erant communia non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remittebantur, & possessiones alienatæ restituebantur, prout sub Pentecost. dicetur, unde iubileus, remittens, vel initians interpretatur, per quem recte pœnitentia figuratur, per quam vera libertas tribuitur, & à diaboli seruitute liberamur, per eam etiam peccatorum debita remittuntur, & hæreditas æterna, atque cœlestes mansiones restituuntur. † Quinquagesima ergo pœnitentiæ tempus & remissionis significat. Inde est, quod hoc tempore psalmus. Miserere mei Deus, qui est quinquagesimus, & est tempus pœnitentię, & remissionis, frequẽtatur, & legitur & cantatur de diluuio. Nã sicut per diluuium mundus purgatus est à malis hominibus, ita per pœnitentiam purgatur *μικροκόσμος*, ideſt, minor mũdus, scilicet homo a uitijs, & criminibus. Rursus quinquaginta dies in pœnitentia ducimus, ut in quinquaginta sequentibus diebus, scilicet a pascha usque ad penteco. quos in lętitia sumus acturi, non excedamus, ut in die pentecost. Spiritussancti gratiam suscipere mereamur. Finitur enim quinquagesima in die paschę, quia pœnitentia ad nouitatem uitæ resurgere facit. De quinquagesima personarum sermo habetur in Ge-

Ge. Abraham quęsiuit à Domino, si quinquaginta boni essent in populo nunquid parceretur eis, imò, dixit Dominus postea de quinquaginta, & sic usque ad decem.
5 † De quinquagesima denariorum habetur sermo in euangelio, ubi agitur de duobus debitoribus, quorum unus debebat centum denarios, & alius quinquaginta, sed de ea nihil ad pśens. Dicitur aũt quinquagesima quasi quinquies decem, significans tempus remissionis, ut dictum est. Quinquaginta enim numerus, constitit ex quinario & denario in se multiplicatis. Nam qui opera quinque sensuum corporis per decem legis mandata moderatus fuerit, secure dicere poterit, quod in vltimo die quinquagesimæ, scilicet in pascha cãtatur, ſ. Resurrexi, & adhuc tecum sum
6 &c. ¶ † Et not, quod Thelesphorus & Gregorius Papæ 4 distin. statuimus 2. c. & c. seq. statuerunt vt clerici incipiant a quinquagesima ieiunare. ¶ Instituta est quin-
7 quagesima ¶ † Primò, pp suppletionem, vt uidelicet supplerentur dies dominici, qui de ieiunio quadragesimæ subtrahuntur, & sic quadraginta diebus ieiunare tur, prout sub septuagesima est dictum. ¶ Secundò, propter significationem, quia significat tẽpus remissionis, ut p̃ missũ est. ¶ Tertio, propter repræsentationem, quia non solum tempus remissionis significat, verumetiam statũ beatitudinis repræsentat. Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi, ut præmissum est, & quinquagesimo die agni immolati lex data est, & in quinquagesimo die a pascha datus est Spiritussanctus, & ideo hic numerus statum beatitudinis repræsẽtat, vbi erit adoptio libertatis, & cognitio ue-
8 ritatis & perfectio charitatis. † Matutinale diei huius officium est de diluuio, ut Ecclesia incutiat timorẽ filijs suis, ne peccent per luxuriam, sicut in missa post cõmunionẽ, ne peccent per gulã. Et qa hæc duo vitia maximè dominantur in illo tẽpore, ideo agit de diluuio per q. pnia dęsignatur, vt præmissum est Sed ne timor nimis desperare faciat, dicit responsorium, Ponam arcum meum in nubibus cœli in
9 signum fœderis, qd exponitur allegoricè de Christo vel de quolibet Sancto secundum suum modũ, Arcus enim ille, quan-

to magis ad cœlum eleuatur, tanto magis ad terram deprimitur, ita sanctus, homo quanto magis eleuatus est ad celestia, tan Eccl. 3.
to plus se humiliat. Iuxta illud. Quanto magnus es, humiliare in omnibus. Itẽ arcus iste est signũ fœderis, similiter & Christus. Vnde in Ps. Respice in faciem Christi tui, & Sancti etiam sunt fœneris signũ, Psal. 83
quia possunt iram Dei tenere, sicut fecit Moses 65 distin. disciplina. Item arcus ipse portentum est, ita & Sancti: quia si Dominus ita suos affligi permittit, quid erit de malis? vnde legitur in ecclesia, Vidit ar
cum ideſt, sanctum, & benedixit, qui fecit illum. Notandum autem est, quod primò cantantur quædam responsoria de diluuio. Secundò, quędam de obedięntia Abrahę. Postremò, de cęco illuminato, ad notandum, quod qui per pœnitentiam peccata sua diluerit, & mandatis dominicis ut Abraham obediens à Domino plene illuminari merebitur. ¶ Portò, in officio missæ Ecclesiã † rogat Deum, & inuocat pro 10
filijs suis afflictis, dicens in introitu, Esto mihi in Deum protectorem, postea uero pro ipsis dicit: Et in domum refugij &c. Ps. 170.
Et causam subdit scilicet per fidem, cum dicit. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum &c. Tertiò pro tentatis, in prosperitate existentibus, cum dicit, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. De hoc etiam in præcedenti dominica dictum est. Sequitur versus, de spe q. d. quia meritò spei dabis mihi hoc. In te Domine speraui. Oratio pro afflictis est scilicet. Preces nostras quæsumus Domine &c. Epistola est de charitate. 1. Corinth. 14 cap. Si linguis hominum loquar. quasi dicat, omnes virtutes eo modo, quo haberi possunt, sine charitate, nihil valent ad uitam æternam. Et ponit †, ibi quindecim gradus, 11
ex quibus peruenitur ad regnum cœleste. Primus gradus est, Charitas patiens est. Secundus, benigna est. Tertius, non æmulatur &c. Deinde sequitur commendatio charitatis. Charitas nunquam excidit. Quoniam autem non potest homo 12
habere charitatem, nisi fiant mirabilia. Maius enim est de impio facere pium, quam creare cœlum & terram, ideo sequitur responsorium: Tu es Deus,

qui facis mirabilia, versus est. Liberasti in brachio tuo, idest in Christo per fidem Christi. Et sequitur tractus, Iubilate cuius verba videntur esse contra illud, quod per tractum significatur, s. dolores per quos Ecclesia trahit uitam miseram. Sed dic
Psal.76 quòd iubilatio, seu exultatio, non est contrariũ tractui: quoniam homo beatus in ipsis miserijs exultat, & etiam quando homo liberatus est, in miserijs gaudet, unde in actibus Apostolorum, Ibant, Apostoli gaudẽtes &c. Et illud Salomonis. Cor, qd
Act. 5. nouit amaritudinem animę suæ, in gau-
Prou. 13. dio eius non miscebitur extraneus, idest diabolus hoc est super omne gaudium. Euangelium est de fide passionis, & resurrectionis. Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Luc. 19. cap. & quia per fidem cœci illuminantur, ideo statim sequitur cœci illuminatio, qui ualde sapienter petit, dicens, Domine, ut uideam, quia uisio erit tota merces. Offertorium similiter est de fide; Bñdictus es Domine &c. Et aduerte
Ps. 118. quia in euangelio cęcus petitionem gemi nat, dicens bis, Fili, Dauid miserere mei. & in offertorio similiter etiam gratias de illuminatione utriusque populi duplicat, dicens bis: Benedictus es Domine, & in alijs etiam uerbis magis ac magis duplici ter illuminari postulat dicens bis, Doce me iustificationes tuas, uel bis dicens, iustificationes tuas propter uiam testimoniorũ, & ueritatis & mandatorũ. Post cõmunio, s. Manducauerunt & saturati sunt nimis, est de timore, ut ad memoriam reducamus, quod dicitur de Iudæis, Adhuc
Psal. 77. escę eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos. Quia enim comederant usq; ab nauseam, statim Deum ad iracundiam cõcitauerunt, ut uidelicet incutiatur nobis timor, ne per gulã offendamus Deũ, sicut Iudæi. Hoc autem facit Ecclesia: quia solent homines magis intẽdere gulæ propter carnis priuium, quod imminet, de quibus dicit Gregor. distin. 4. denique, quod relinquendi sunt suo ingenio cum uenia, Et ideo bene compe-
12 tit huic diei. Potest etiam † & aliter dici, quod tria sunt necessaria, quæ proponuntur nobis in epistola & in euangelio, ad hoc, ut opera pœnitentiæ. quæ per quinquagesimam figurantur, sint perfecta, scilicet charitas, quæ proponitur in epistola, Memoria dominicæ passionis, & fides, quæ intelligitur per cœci illuminationẽ, & hæc proponuntur in euangelio. uera fides, sine qua Deo nemo placere potest, opera facit acceptabilia, memoria passionis reddit faciliã, charitas facit esse continua. Et sicut Ecclesia primo desperans clamauerat. Circundederunt me &c. & post ad se rediens, adiuuari petebat, ita hic iã concepta fiducia, & spe ueniẽ propter pœnitentiam, quasi Dominum tenendo, orat, & dicit, Esto mihi &c. ubi petit quatuor, scilicet protectionem illis, qui sunt in aduersis, firmamentum illis, qui sunt in gratia, refrigeriũ illis, qui sũt in culpa, & ducatũ illis, qui sunt in prosperis. Epistola uero nos ponit in expeditione, armis muniri docẽs, tractus, triumphatori militiæ nos docet seruire, ei quidem, qui nos fecit, non ei, cui nos uendidimus. Et not. euangeliorum cõsequentiam rationabiliter ordinatam, nam in septuagesima uineam colimus, in sexagesima agrum seminamus. siue semen spargimus, in quinquagesima fructum lucis in cęco illuminato colligimus.

S V M M A.

1 *Quadragesimæ sequitur quinquagesimam. Et eius commendatio post nu. 2.*
2 *Ieiunium primum instituit Petrus Apostolus. Et quorsum institutum, nu. 3.*
4 *Quadragesimæ offerimus Deo decimas.*
5 *G. Durandus origine fuit prouincialis.*
6 *Quadragesima cur sub Ver inchoetur, & producatur ad Pascha, præter tũ rõnẽ temporis, quo Christus ieiunauit.*
7 *Quadragesimæ cur in Missa dicatur. Humiliate capita uestra Deo.*
8 *Genua cur flectimus in quadragesima sub illam collectam. Humiliate capita uestra Deo. Et nu. 9. 10.*
11 *Psalmus frequens in quadragesima. Qui habitat.*
12 *Quadragesimale tẽpus est tẽpus luctus.*
13 *Ieiunium cur inchoetur in quarta feria. Et nu. 14. 15. 16. 17.*
18 *Cineres cur imponantur capitibus, in capite ieiunij. Et unde is mos.*

Pœniten-

19 Penitentia uis summa. Et quot uplex sit numero 20.

De feria quarta in capite ieiuniorum. Cap. 28.

1 POST quinquagesimam † sequitur quadragesima, quę est numerus spiritualis pœnitentiæ, in qua ieiunat Ecclesia, & pœnitet de peccatis suis. Per pœnitentiam enim quæ in quadragesima perficitur, peruenitur ad quinquagesimam, idest ad annum iubileum hoc est ad remissionem peccatorum, ut præmissum est. Incipit autem quadragesima à dominica sequenti, in qua cantatur. Inuocauit me, sed in feria quarta ieiunium inchoa-
2 tur, ut iam dicetur. Beatus Petrus † primò instituit ieiunium quadragesimæ ante pascha. Nec uacat á mysterio, quod quadraginta sex diebus à capite ieiunij usque ad pascham in abstinentia sumus. Nam post Babylonicam captiuitatem 46. annis ædificatum fuit templum Domini, unde & nos post captiuitatem Babylonis, i. confusionis uitiorum, 46. diebus per abstinentiam & bona opera nosmetipsos templum Deo ædificamus. Quare autem 40. diebus ieiunetur, & quare dicitur quadragesima, sub dominica sequenti dicetur. Sanè ieiunium quadragesimæ commendatur ab institutione, & à tribus temporibus, & à personis, quæ in illis ieiunauerunt. ¶ Rursus † ieiunia ideo sunt instituta, quoniam in ueteri lege præceptum
3 erat decimas Deo, & primitias de omnibus bonis reddi, unde & nos idipsum facere debemus, & etiam nobiãpsis, scilicet de corpore & de mente & de tempore. de his alijs ieiunijs dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Siquidẽ de nobis decimas & primitias Deo offerimus, quando bonum operamur. In quadragesima soluitur decima dierum, quoniam secundum Gregor. de consecr. dis. 5. quadragesima à prima dominica quadragesimæ usq; in pascha sex hebdomadę cõputantur, quarum dies sunt quadraginta duo, ex quibus dum sex dies dominici subtrahuntur de ieiunio, remanẽt tantũ triginta sex dies abstinentiæ, quæ sunt quasi decima anni. Vt ergo numerus quadragesimalis dierum, quibus Christus ieiunauit, impleatur, recipiũtur ex institutione Gregorij Papæ. de consecratione distinct. 5. quadragesima. quatuor dies præcedentis hebdomadæ, uidelicet quarta, quinta, sexta feriæ, & sabbatum. & secundum hoc dicitur quadragesima, quasi quatuor cum decima quoniam triginta sex diebus, qui sunt decima, addũtur quatuor, ut præmissum est, quorum primus est sanctificationis, & mundationis, quia tunc tam animam, q̃ corpus mũdamus cinęres capitibus aspergentes. Reliqui tres sunt de primitijs dierum, qui soluuntur in quatuor temporibus anni. Sed cum triginta sex dies prædicti sint decima trecẽtorum sexaginta dierum & annus cõstat ex trecentis sexaginta quinq; diebus, & sex horis, patet, quòd cum ieiunamus triginta sex dies ratione decimæ, remanent quinque dies indecimati, & sex horæ. sed de illis ieiunamus quatuor dies præcedentis hebdomadæ, ut facer numerus cõpleatur, ut præmissum est. Sed secundùm hoc adhuc remanent triginta horæ indecimatæ, uidelicet unus dies, qui continet uigintiquatuor horas, & sex horæ; sed potest dici, quòd pro decima illius temporis in sabbato sancto tardius cęnamus, uel fortè propter hoc dicitur illa tardius, scilicet de nocte missa celebratur, ut dictum est in proœmio quartæ partis. † Nos uerò prouinciales † ieiunium 4
quadragesimæ in præcedenti secunda feria inchoamus, & sic duo dies plus cæteris nationibus ieiunamus, & hoc non solum propter quandam honestatem, ut uidelicet sic biduo purificati in quarta feria sacrum ieiunium inchoemus, uerum etiã pro eo, quod quadragesima in magno die Iouis cęnæ terminatur, prout sub titulo de septuagesima dictum est. Vltimos ergo duos dies non ratione quadragesimæ, sed propter causam ibi dictam, & propter eorum sanctitatem ieiunamus. Clerici ét in quinquagesima ieiunium inchoare tenentur, prout ibi dictum est. Quidam autem dixerunt, quod præmissi quatuor dies adduntur alia de causa, uidelicet tres pro tribus diebus quatuor temporũ, qui in Quadragesima contiogũt, quartus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro uigilia paschæ, quàm ieiunare debemus, sed præmissa ratio uerior est. Sed cũ
6 in quadragesima † inuitemur per ieiuniũ Christi: ut præmissum est, & ipse statim post baptismum, scilicet epiphaniam suũ ieiunium inchoauerit: Quæritur, quare hoc tempore ieiunium inchoamus, & illud cum pascha continuamus, & non eodem tempore, quo ipse ieiunauit, cum ipsius actio nostra debeat esse istructio? duo decima quæstione secunda, exemplum.
Ad quod quatruplex est ratio. Prima, q̃a in quadragesima repræsentamus populum Israel, qui fuit quadraginta annis in deserto, & statim post celebrauit Pascha.
¶ Secunda, quia homines tempore ueris naturaliter ad libidinem commouentur, ad quam restringendum institutum est hoc tempore ieiunari.
¶ Tertia, quia Christi passioni resurrectio continuatur, igitur rationabile fuit, ut afflictio nostra continua esset passioni Saluatoris. Cum enim ipse pro nobis passus sit, & nos ei compati debemus, ut ita tandem conregnemus, & post passionẽ statim resurrectio subsequatur. Iuxta illud Apostoli. Si compatimur & conregnabimus, & ægrotus magis affligitur, cum approximat sanitati. ¶ Quarta; quia sicut filij Israel prius, quàm agnum comederant, se affligebant, & lactucas agrestes, idest amaras comedebant, ita & nos per pœnitentiæ amaritudinem debemus prius affligi, ut statim post dignè possimus comedere agnum vitæ, id est corpus Christi, ut sic mystica capiamus
7 paschalia sacramenta. ¶ † Porrò in missis quadragesimalibus frequentatur Humiliate capita uestra Deo, eo quòd illo tempore diabolus magis impugnat nos. Vnde Deum humiliter orare, & nos sibi humiliare debemus, & ut nos sub omnipotentis Dei manu humiliemus, dicitur etiam, Flectamus genua, de quo dictum est sub quarta parte, sub titulo de salutatione. ¶ Et est † sciẽdum, quòd Flectamus
8 genua, & Humiliate capita: se se comitantur, & neutram dicitur in dominica die. Nam ut ait Gregor. qui in dominica die genua flectit, Deum resurrexisse negat, propter multas quidem causas, orando nos ad terram prosternimus, prout dictum est in quinta parte sub Prima. Dicitur etiam oratio super populum post Humiliate capita & cętera, propter temporis sanctitatem. Et ad notandum, quod in hac vita pro nobis est orandum, ut in futuro audire mereamur à Domino: Veni- *Mat. 25*
te benedicti patris mei &c. quæ quidem oratio est vicaria sanctæ communionis. Olim enim omnes communicabant, & communicaturos diaconus ad flectendum genua inuitabat, nunc vero, quia multi suscipiũt corpus Domini indigne, pro communione utimur oratione, diacono sicut prius suo fungente officio, & *Luc. 18.*
dicente: Humiliate capita uestra Deo. quia quicunque humiliauerit se, exaltabitur, & q̃squis hic bonis actibus benedicitur, æternæ benedictioni postmodum adscribetur. In hac ergo oratione sacerdos milites Christi pugnæ commendat ad dimicandum contra hostem antiquũ & insidias inimicorum, & ideo præmunit eos per ministrum armis humilitatis, dicens. Humiliate capita vestra Deo, & sic tandem capitibus humiliatis quasi confirmans eos, infundit super eos protectionem suæ benedictionis, & hoc magis in septuagesima, quoniam aduersarius noster tunc solicitus circuit, quærẽs quem deuoret. ¶ † Secundo, in prima 9
collecta genua flectimus in postulatione *1. Petr. 5*
iustitiæ, quæ est necessaria in præsenti uita. in vltima uero reuerenter inclinamus in gratiarum actionem pro diurno denario vitæ futuræ. ¶ † Tertio, 10
in prima collecta flectimus genua pro pugna præsentis vitæ, afflictionem laboris & continentiæ ostendentes. In vltima uero, quæ est pro gratiarum actione, caput humiliamus, per quod mentis humilitas designatur, quia in æterna uita omnis labor excludetur, sed humilitas semper stabit, de hoc dicetur sub sabbato primæ hebdomadæ Quadragesimæ. Item in fine missæ dicitur. Benedicamus Domino. de quo dictum est in quarta parte sub titulo de oratione nouissima. Hoc etiam tempore cortinæ in ecclesia suspenduntur, de quo dictum est in prima parte sub titulo de picturis. Porrò ecclesia † his diebus in magno certami- 11
ne constituta in quadragesima frequẽtat

psalmum

psalmum. Qui habitat: quia psalmus ille informat in certamine positos ipem suam in Domino ponere, & omne adiutorium ab eo deposcere, de quo sub dominica sequenti dicetur. Hoc tempore diaconus casulam super humerum portat, de quo dictum est in parte secunda, sub ti. de diacono. Ab hac quoque quarta feria usque ad dominicam palmarum dicitur omni die præfatio de ieiunio. Etiam dominicis diebus apud quosdã. In illa uerò dominica, & sequentibus diebus dicitur præfatio de passione. Sed uidetur esse incongruum; vt in dominicis diebus cantetur præfatio de ieiunio, cum in illis nõ ieiunetur, & ideo quidam dicunt in illis quotidianam præfationem, sed licèt nõ ieiunetur numero, ieiunatur tamen qualitate, idest, in cibo quadragesimali, sicut in alijs diebus. In quibusdam tamen ecclesijs incipiũt dicere præfationem de passione, in dominica de passione, & in quibusdam etiam dicũt præfationem de ieiunio usq; ad quartam feriam ante Pascha. Verum licet, ut præmissum, quadragesimali ieiunio, quod incipit in dominica quadragesimæ, superadditi sint quatuor dies, solennitates tamen officij quadragesimalis temporis incipiũt in eadem dominica, sicut prius, & non ante: nec in hoc immutatio facta fuit, quanquã potius ex incuria, quam ex certa sciẽtia hoc contigisse credatur, nam idem deberet esse caput ieiunij & officij, & secũdùm hoc uidetur, quòd in dictis quatuor diebus deberent immediatè post missam
12 dici uesperæ. ¶ Circa † quod notandum est quòd quadragesimale tempus est luctus, & pœnitentiæ tempus: pœnitentes autem dum conuertuntur ad Christum, à tenebris ad lucem transeunt, uespertinum uerò tempus propter defectum & obscuritatem imperfectionem designat. Quia ergo pœnitentes nõ imperfectioni & defectui, sed potius perfectioni & luci ueritatis insistunt idcirco conuenienter quantum ad uesperas dictum tps lucis ex institutione Gabilon. Conci. de consecr. distinc. 1. solent. præuenitur. ut sic statim post missam dicantur, quæ aliàs circa noctis tempus consueuerant dici. Hoc tamen quatuor predictis diebus præcedentibus non seruatur, qui diebus quadragesimalibus superadditi ex alia causa fuerunt. Vel potest dici: quod quia quadragesimali tempore propter dispositionem ad paschalẽ solennitatem & correctionẽ delictorum præteritorum, sanctioribus operibus insistendum est: ideo prouisum est, ut eo tempore, quo seruamus illa ieiunia, plures orationũ supplicationes ieiunij agamus, & propter hoc nõ solum alias horas, uerũ etiam uesperas ante cibum dicimus. Prædictis tamen quatuor diebus hoc non seruatur, ad representandum primariam dispositionem pœnitentium, qui in suis primordijs non possunt tot sanctitatis obseruantijs insudare. Hoc tempore dicitur ad horas capitulum. Conuertimini. Iohel. secundo capit. & illud, Inter uestibulum, quod est ibidem, illud. Clama, ne cesses, Esa. quinquagesimooctauo cap. & illud. Derelinquat impius uiam suã. Esaia ququagesimoquinto. capit. & illud. Frange esurienti panem. Esa. quinquagesimooctauo cap. ¶ † Sanè hæc quarta feria quatuor 13
priuilegijs insignitur. Primum: quia tali die incipimus ieiunare, quod fit quadruplici ratione. Primo, pro eo, q̃ Christus legitur quarta feria suum ieiuniũ inchoasse, quod inde uidetur: quia natus est die dominica: & si quis diligenter computet annos ex tunc, usque ad 30. secundum rationes computi, inueniet eum in tertia feria baptizatum fuisse, & sequẽti die intrãs in desertum inchoauit ieiunium. Secundò, ideo † in quarta feria ieiunium in- 14
choamus quia in quarta ætate Salomon tẽplũ ędificauerit, & nos quasi fundamẽtum illius templi, quòd ex nobis construitur, facimus ieiunando, ut in pascha tẽplum domini esse possimus. Vnde Apostolus. Tẽplum domini sanctum est, quod
estis uos. † Tertiò, ideo in quarta feria ieiu- 15
niũ incipit. Cũ enim ecclesia in diebus do- *1. Cor. 6*
minicis quadragesimę nõ ieiunet propter gaudium, quod habet de resurrectione domini, quæ in illa die facta est. In resurrectione dominus legitur bis comedisse, *Luc. 4.*
semel cum discipulis euntibus in Emaus, & iterũ quando intrauit clausis ianuis ad discipulos, & attulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Ideo incipit ieiunare ab hac quarta feria antecedente dominicam illam, quæ ꝑ hoc uocatur caput

ieiunij

ieiunij. De hoc etiam iam præmissum est.
16 †Quartò, quia sicut iam dicetur, hoc tempore ad bellū procedimus, ideo quatuor diebus huius hebdomadæ ieiunamus, vt quatuor armati uirtutibus, s. iustitia, fortitudine, prudentia, & tẽperantia, quatuor mala, quæ per primum parentem incurrimus, deploremus. s. quòd de paradiso eiecti sumus, q̃ in hac ualle miseriæ cibo admodum iumẽtorum indigemus, quod in infernum descẽdere timemus, quod in pa
17 tria cum domino non gaudemus. † Quintò, vt defleamus quatuor mala, quæ fecimus, s. peccatum cogitationis, operis, consuetudinis, & locutionis. Secundum priuilegium est, quia illa die audiuntur cõfessiones publicè pœnitentium, & eis pœnitentiæ imponuntur. Tertium, quia tunc cineres capitibus aspergũtur, vt iam dicetur. Quartum: quia in die ista fit professio, qualẽ per totum annum fieri non contingit. Pœnitentes nanque tunc ab ecclesia cum processione & cruce eijciũtur, & in die cœnæ in eadem recipiuntur, sicut sub illa die dicetur. Processioné quidem facimus, quia tunc ad bellum contra hostes incedimus, q̃a quasi in expeditione, à Septuagesima usque tũc fuimus. Procedentes ergo contra hostes armis nostris armamur, quæ sunt humiliatio, oratio, afflictio, & eleemosynarum largitio. Humiliatio, sicut iã dicetur, est in cinere. Oro, quia tunc dicimus. Parce domine &c. Afflictio, de qua in Euangelio, Cum ieiunatis &c. Eleemosynarum largitio, quæ maximè hoc tempore frequẽtãda est, vnde. Abscõde eleemosynam in sinu pauperis.
Eccl. 9. Talibus itaque armis armati, ad bella procedimus. Vnde collecta huius diei est. Cõcede nobis omnipotens Deus præsidia militiæ Christianæ, sanctis inchoare ieiunijs &c. Cæterũ in hac die officium usque ad nonam differimus, non tantum, quia dominus hora nona expirauit, sed etiã propter gastrimargiam nostram. Adeo nanq; vẽtri dediti sumus, quod audita missa statim ad cibum currimus. & de horis parũ aut nihil curamus. Vnde in concilio Cabilen. de consecr. dist. 1. solent, dicitur q̃ ad missam concurrendum est, & auditis missarũ solẽnijs & vespertinis officijs, ac largitis eleemosynis, ad cibum accedendum est. Hac etiã † die benedicitur cinis, & in 18
signum humilitatis capitibus aspergitur sub his verbis. Cinis es, & in cinerem reuerteris, quod dictum fuit Adæ. Gen. 4. c. Et Iob pœnitentiam in fauilla & cinere egit prout legitur Iob vltimo c. Et ait dominus, In domo puluueris puluere vos aspergite, Micheę. 1. c. Item legitur Iudith 3. ca. quòd filij Israel humiliauerunt animas suas in ieiunijs, & cinis super capita eorum. Et Abraham inquit, Loquar ad dñm meum, cum sim pulus & cinis? Ge. 18. cap. & Mardocheus indutus est sacco spargens cinerem capiti suo, Hester 4. ca. & filiæ Sion conspersẽrunt cinere capita sua. Tren. 4. c. Et hoc est, quòd sicut ex libro pontifical. habetur, Pœnitẽtes & morituri in signum pœnitentiæ & humilitatis, & quòd terra & puluis sunt se in cinere vel solo prosternunt, & cilicium induunt, quod ex veteri testamento tractum est. Legitur enim Esa. 58. c. quod pœnitẽtes sacco & cinere sternuntur. Idem Hierem. 25. c. Aspergimini cinere, quia completi sunt dies vestri. Item Ionæ. 3. ca. Rex Niniue indutus est sacco & sedit in cinere. Item Tre. no. 3. c. Virgines Hierusalẽ accinctæ sunt cilicijs. Item in psalmo 35. Induebat cilicio. Fit etiam hoc, ad † signi- 19
ficandum, quod sicut in eiectione Adæ de paradiso maledicta fuit terra in opere suo, sic per humilitatem pœnitentiæ terra nostra, scilicet liberum arbitrium nostrum benedicatur per pœnitentiam, ut non spinas & tribulos, sed dignos fructus pœnitentiæ germinet. Inuitantur autem omnes ad pœnitentiam generaliter cum dicitur in antiphona, Immutemur habitu &c. Ieiunemus, & ploremus ante Deum &c. Et ostenditur causa, quare debeant homines ieiunare, scilicet quia dominus expectat eos ad pœnitentiam. Vnde introitus est, Misereris omnium domine propter pœnitentiam, & est Sap. 11. c. omnes etiam orationes quæcunque dicuntur, faciunt, ad idem in epistola. Conuertimini &c. quæ est Iohelis 2. ca. ad hoc inuitantur generaliter parui & magni & vtriusque sexus. Vnde dicit, Sanctificate ieiunium. Vocate cœtum, congregate populum &c. Sequitur responsorium. Miserere mei Deus. & cap. quod respon-

30 respondet epistolæ, ostendens † triplicem effectum pœnitentiæ. Primũ, quia per eũ habemus remissionem peccatorũ & collationẽ gratiæ, & conculcationem inimicorũ. Vnde sequitur. Dedit in oppoprium conculcantes me. Sequitur tractus, Dñe, non secũdum peccata nostra &c. q̃ significat laborem, qui in pœna habetur. Et dr iste tractus usq; ad dñicã de passione in secũdã, quarta, & sexta ferijs, ut in diebus arctiori ieiunio deputatis, inceptæ pœnæ memores orõnes ieiunio cõbinemus. In Euãgelio aũt. Cum ieiunatis, &c. Mat. c. 6 legitur de modo ieiunandi, ubi dicitur.
Eccl 9. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuũ, & faciem tuã laua, quia omnis pœnitens debet vngi oleo spirituali, q̃ est iucunditas mentis, tanquam athleta & pugil dñi, sicut habetur in ecclesiastico. Oleum de capite tuo non deficiat, & faciem tuam laua, i. interiorem hilaritatem exterius demonstra, ne uideris hominibus ieiunans, i. sic ieiuna, ut non intendas fauorem humanum, sed solius Dei, & pr tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi. Offerenda est, Exaltabo, ubi est gratiarũ actio de impetranda remissione. Communio est, Qui meditabitur in qua est aliorum
Psal. 29 exhortatio de legis meditatione, & con-
Psal. 1. sonat Euangelio, quia meditari in lege, est thesaurizare in cælo.

ADNOTATIO.

*Ieiunium.) Quadragesima ieiuniorum habet authoritatẽ, & in ueteribus libris ex ieiunio Mosi & Heliæ, & ex Euangelio. inquit Aug. epist. 119. & de Moyse patet Exo, Matthæi 4. Luc. 9. De ieiunij pterea institutione & qualitate, abunde cũ alibi tum uel ex concilio Cabilonensi, in c. solent, de consec. dist. 1.

S V M M A.

1 *Pœnitentia in tribus consistit.*

De Quinta feria. Cap. 29.

SEquitur de quinta feria. Siquidem in uita sunt omnes in præcedenti die sicut ibi dictum est, ad pœnitentiam. Sed
1 quia pœnitentia † consistit in tribus, s. in oratione, ieiunio, & eleemosina, ideo in tribus sequentibus diebus agit de his tribus, & primò de oratione in hac quinta feria, & ideo incipit introitus. Dum clamarem ad dominum. Fit autem oratio ab aliquo, quandoq; p̃ se, qñq; pro alio. Vt ergo ostendatur quantum ualet ab aliquo pro se facta oratio, igitur sequitur epistola. Aegrotauit, Esa. 38. c. In qua p̃ponit ecclesia regem Ezechiã in exẽplo qui oratione pro se facta impetrauit a domino quindecim annos uitæ suæ sup ad di. Vt etiam ecclesia ostendat, quantum ualet oratio pro alio facta, legitur Euangelium, Cum intraret Iesus Mat. 8. ca. de Centurione, qui rogauit dominum pro puero suo, ut sanaretur, qđ impetrauit.

S V M M A.

1 *Ieiunium spirituale Deo placet, non carnale, & sextæ feriæ officium. nu. 2.*

De sexta feria. Cap. 30.



IN sexta feria agitur de ieiunio, & ostenditur qualẽ † ieiunium placet Deo. 1
s. spũale, non carnale, vñ epistola agit de hoc, Clama, ne cesses, Esa. 58. c. & post. Quare ieiunauimus, & non aspexisti &c. Et dominus respondet; Nunquid tale est ieiunium quod elegi contor quere, quasi circulum caput &c. quasi diceret. Non placet mihi tale ieiunium, q̃ aliquis se cruciet tm̃, sed q̃ dissoluat fasciculos ipietatis, i. ab oi peccato abstineat, qđ fit p̃ charitatẽ. Vnde † sequitur Euan 2
gelium, Audistis quia, Mat. 5. c. Agens de charitate, ubi dicitur, licet hoc in ecclesia non legatur. Dictum est antiquis, Nõ occides. Ego autem dico, non irasceris.

S V M M A.

1 *Sabbatũ p̃cedens primã quadragesimæ Dominicã non habet q̃quã propriũ.*

De Sabbato. Cap. 31.

IN sabbato agit ecclesia de eleemosyna, & de sabbato, quia per præmissa tria scilicet orationes, ieiunia eleemosynas uenitur ad sabbatissimum mentis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi pœna iã facta, quæ ſpectat ad peniten
tiã, ideſt pax, quæ eſt q̃es, & ſabbatiſmꝰ
mentis, ſe oſculantur, ideſt, conueniunt.
Et ꝓp hoc ſequitur aperte in epiſt. Eſa.
58.c. Si abſtuleris de medio tui catenã ſci
licet peccatorum, & cætera, quæ ibidem
ſequuntur, tunc uocaberis ſabbatũ delica
tum &c. quæ ibidem ſequũtur, & hoc idẽ
dicitur in euangelio, Cum ſero eſſet &c.
Mat. 6. Vbi dicitur de diſcipulis laboran
tibus in mari, per quos pœnitentes deſi
gnantur, quòd dominus aſcendit in naui
culam cum eis, & ſtatim facta eſt trãquil
litas, quia Deo præſente in corde homi
nis pacificatur anima, & tranquillum fit
1 ibi. Hoc † ſabbatum licet habeat epiſtolã
& Euangelium, ſicut nonnulla alia per an
ni circulum, non tamen eſt cantibus offi
ciatum, quia ſecundum quoſdam Sabba
tũ nõdum erat ſolenni ieiunio deputa
tum. Hodie uerò ieiunamus, ut ad quie
tis æternæ ſabbatum perueniamus.

S V M M A.

1 *Quadrageſimę prima dominica, quæ di*
citur quinta. Et cur dicta quadrage
ſima, eiuſque introitus. nu. 6.
2 *Ieiunium cur dimenſum quadraginta*
diebus. Et cuius exemplo. nu. 3.
4 *Pœnitentię fructus quis.*
5 *Ieiunij principiũ interrũpit ordinem hi*
ſtoriæ, eum, in prima dominica qua
drageſimę.
7 *Epiſtola Pauli, Hortamur uos &c. mili*
tem Chriſtianum armat quatuor
virtutibus cardinalibus.
8 *Tentator cũ uirib. uertutia, & fraude ſit*
homine ſuperior, qui audeat homo cer
tamen cum eo inire.
9 *Tentatio eſt quadruplex.*
10 *Tẽtator quotupliciter dominũ tentauit*
11 *Miſſæ introitus in prima feria primę do*
minicæ quadrageſimalis.
12 *Cruces, quando velentur, & velum ante*
altare ſuſpendatur.

De prima dñica Quadrageſimæ. Cap. 32

IN hac dominica in qua cãtatur, Intro
cauit me &c. incipit quadrageſima, q̃
1 ſignificat tempus pñæ ſpiritualis, & † uo
catur dominica quinta, quia quinta eſt a
paſcha. Quid autem ſignificent quinque
quadrageſimæ, dictũ eſt in prima parte
ſub titulo de picturis. Dictum eſt autem
quadrageſima, licet in ea ſint quadragin
ta duo dies, uſque ad paſcha. Primò, quia
eccleſia non curauit de duobus, quæ mi
nutias non attendit, ſed ſummam nume
ri ponit, quamuis ſit parum plus uel mi
nus. Secundò, quia quadrageſima non ꝓ
tenditur niſi uſque ad diem cænæ Domi
ni, quæ eſt dies abſolutionis. Nam per
quadrageſimam bene obſeruatam & per
veram pñam, peruenit homo ſpirituali
ter ad cęnã agni. Vnde Apoc. Beatus, qui *Apo. 9.*
uocatus eſt ad cænã nuptiarũ agni, & le- *Nu. 3.*
cũdum hoc ſolũ ſunt quadraginta dies.
¶ Tertiò, quia filij Iſrael laborantes in de
ſerto quadraginta annis cibati manna,
per quadraginta manſiones uenerunt in
terram promiſſionis, quo etiam exẽplo
40. diebus a delictis corporis abſtinentes
uerbis uitę reficimur, orationi uacamus, *Matt. 2*
vt tandem per Ieſum Chriſtum in terra
viuentium introeamus ſicut illi, per Ieſũ
Naue, i. Ioſue in terram promiſſionis in
troducti ſunt. Ideo autem ſecundũ Hier.
ſunt in ea quadragintaduo dies, quia dñs
uenit ad nos per quadragintaduas gene
rationes computatis Ieconia patre, & Ie
conia filio, & ipſo domino. Sanè totũ tem
pus uitæ noſtræ quadrageſima eſt. Ieiuna
mus autem † quadraginta diebus, incipiẽ- 2
tes a præcedenti quarta feria. ¶ Primò, ſe
cundum Aug. quoniam Matthæus qua
draginta generationes poſuit, Ad hoc, n.
Dominus ſuo quadragenario numero ad
nos deſcendit, ut nos ad eum noſtro qua
dragenario numero aſcendamus de con
ſec. diſt. 5. ieiunium. Secundò, ſecundum
eundem, quia ad hoc ut habeamus quin
quagenarium, quadragenario adjiciẽdos
eſt denarius. Ad hoc in ut peruenjamus
ad requiem beatam, oportet nos toto tẽ
pore præſentis uitæ laborare. Vnde do
minus cum diſcipulis quadraginta diebus
manſit, & poſt decimam diem Spiritum
ſanctum miſit ieiunamus ergo quadragin
ta diebus. Nã † & Moſes accipiẽdo legem, 3
ieiunauit quadraginta diebus, ſimiliter
& Helias. Dominus quoq; noſter quadra *Exo. 24.*
ginta diebus ieiunauit abſq; cibo, & hoc
ꝓ inſtitutione & exẽplo. Vnde nonnulli

vnam

uiam tantum quadrageſimam obſeruãt,
illi uerò pro merito ieiunauerunt, Com
munius tamẽ eſt tres quadrageſimas ſecu
ũtur, eo q̃d Moſes, ut traduũt Hebræi,
ter aſcẽdens ad Dominum ieiunauit, uel
potius, qa tres in tribus legunt eũ ieiunaſ
ſe quadragenis, ſcilicet Moſes, Helias, &
Dominus. Quare aũt quadraginta ſex die
bus ſumus in abſtinentia, dictum eſt ſub
præcedenti quarta feria. Conſideẽdum
eſt aũt, q̃d tempus quadrageſimæ pœni-
4 tẽtiæ adſcribitur. Pœnitentiæ autem fruc
tus ſunt ieiunium, uigilia, & aliæ carnis
afflictiones; eleemoſina corporalis, & ſpi
ritualis, & aliæ miſericordiæ opera, ora
tio & deprecatio, & aliæ ſpecies contem
plationis, fletus, lachrymæ, & alia inſignia
contritionis. Ideo de his & ſimilibus ad
pœnitentiam pertinentibus in nocturnis
& diurnis officijs hac die, & ſequentibus
legit & cantat eccleſia copioſe. Et pro
pter hoc etiam hoc tempore dicitur regu
lariter, octies in canonicis horis pſalmus
ille pœnitentialis, Miſerere mei Deus ſe
cundum magnam miſericordiã tuam &c.
¶ Et eſt notãdum, q̃ ꝓp ieiunij principiũ
5 † ordo interrumpitur hiſtoriarum. Cum
enim in ſeptuageſima & ſexageſima can
tatum fuerit de Adam, & in quinquage-
ſima de Noe & Abraham, in hac prima
1 interponitur de fructibus pœnitentiæ, in
ſecũda uerò de Iacob, in tertia de Ioſeph,
in quarta de Moſe. Antiquitus tres in
ſtituit eccleſia ſexageſimas, de quo tactũ
eſt in prima parte ſub titulo de eccleſia-
ſticis ſacramentis. Sanè, quia, ut dictum
eſt ſub quarta feria cinerum, hoc tempus
eſt Chriſtianæ militiæ, & in quo diabol⁹
fortius contra nos inſurgit, ideo ne ho
mo deſperet quaſi confortatiuum quod-
6 dam canit Eccleſia introitum † Inuoca-
Rom. 12. uit me &c. Quo audito, ſpe fit homo for
tis, Vnde dicit Apoſtolus. Spe fortes in
tribulatione gaudẽtes. Et Eſa. 30 c. In ſilẽ
tio & in ſpe erit fortitudo ueſtra. Siquidẽ
in his duobus conſiſtit tota fortitudo ho
minis ſpiritualis, ſcilicet in ſilentio, ideſt
a tumultib. ſeculi, nihil de his quæ ſũt ſe
culi appetendo, & in ſpe æterna deſiderã
do, per epiſtolã, quæ incipit. Hortamur
7 vos, 2. Cor. Armat eccleſia † milites ſuos
quatuor Cardinalib⁹ uirtutibus. Primò,

mul

fortitudine, cum dicit, Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc dies ſaluts. &c.
Quæ ibi de fortitudine dicuntur, & quia
ſequitur in omnibus exhibeamus nos, ſi
cut Dei miniſtros in multa patientia. Se
cundo, tẽperantia, cum dicit. In caſtitate
& ieiunijs multis. Tertiò, prudẽtia, cum
dicit, In ſcia i. prudẽtia. Sunt autẽ idẽ ſu
biectum, ſcia, & lõganimitas, quia ſcientia
& longanimitate ſcimus cõuerſari in
medio prauæ & peruerſæ nationis, & bo
nitate & mauuitate, q̃ eſt in Spiritu ſancto,
hoc totum pro eodẽ ſumitur. Sequitur,
In charitate non ficta, quia omnia ſine fi
ctione fieri debent. Quarto, iuſtitia cum
dicit. Per arma iuſtitiæ a dextris, & a ſiniſ
tris. Poſt epiſtolã ſequitur reſponſorium
Angelis ſuis mandauit de te &c. Vt ſic ſe
cure homo poſſit pugnare, ſequitur trã-
ctus. Qui habitat in adiutorio in quo a- *Pſ. 9.*
git de tentatione. Tractus uerò Deo di
cit, quia ibi oſtenditur, quòd hæc uita mi
ſera diſtrahitur multis doloribus & labo
ribus. ¶ Et † quia poſſet conqueri aliquis 8
de inæqualitate iſtius pugne, q̃a tentator
potentiſſimus eſt, ut habetur in Iob. Non
eſt poteſtas ſub cœlo, quæ ei ualeat cõpa *Iob. 42.*
rari. Et ſapientiſſimus q̃a multa uidit. Et
crudeliſſimus, quia, ut dicit Hier. Crude- *Hier. 6.*
lis eſt, & nõ miſeretur, homo autẽ in-
firmiſſimus, & ignorans, & ideo in ipſo
tractu ponit ſaluatio huius, q̃a ad hoc ꝓ-
mittit Deus inimicum tentare, ut hõ ti-
meat, & ad Deum confugiat, q̃ ſcit, & ꝑt,
& vult liberare, & ſic in ſe nõ ſperet, ſed in
Deo, q̃ promittit, quòd liberabit, ſi con-
fugiat ad eum. Vult ergo Deus, ut hõ ha
beat timorem de inimico forti, & ſpem
de promiſſionibus futurorum, & de dile-
ctione Dei uehementiſſima, ergo ſeq̃tur
q̃ vult eum protegere, quemadmodum
gallina ptegit pullos ſuos ex amore vehe
menti, & eſt ſpes de cuſtodia angelorum, *Mat. 22*
hõ autem ſi molatur inter duas molas, ti
morem, ſ. & ſpem, efficetur panis placens
Deo, & ſic uincet omnem † tentationem, 9
ſiue ſit leuis & occulta, quę dicitur timor
nocturnus, ſiue leuis & manifeſta, q̃ dici-
tur ſagitta uolans in die, ſiue ſit grauis &
occulta, quæ dicitur negotium perãbulãs
in tenebris, ſiue ſit grauis & aperta, quæ
dicit dæmoniũ meridianũ. Hæc quatuor

genera

Universidad de Deusto
Biblioteca

genera tentationum uincet, qlibet sic armatus, ut dictū est. Sed in euangelio non sunt nisi tres tentationes ubi dicitur, Ductus est Iesus in desertū &c Matt. 4. ca. & comprehēdunt quandoq; oēs tētationes sub quaternario, ut dictū est, quandoque sub ternario, ut in eodē psalmo inferius dicetur, A laqueo uenātiū, i. ab opere malo, & a uerbo aspero, i. a peccato oris. Tētatus autem fuit Dominus a diabolo triplici tentatione, s. tentatione gulæ, cū dicit ei. Dic ut lapides isti panes fiant. Cupiditatis, s. cū dixit, Hæc omnia tibi dabo, si pcidēs adoraueris me. Et inanis gloriæ, i. qñ diabolus uoluit eū deijcere de pinnaculo, sicut fecerat alios p̄dicatores multos, & uicit eū Dominus per authoritates sacræ scripturæ, qđ significatū est in hoc, qđ Dauid lapidibus sumptis de torrente deiecit Goliā, docēs nos dēre armari gladio uerbi Dei, pter illa arma, q̄b. nos armat Apostolus in epistola hodierna, vt sic suffici ētenad pugnā armati simus. Pōt ēt dici, qđ a principio Septuagesimæ ecclesia tot tribulationibus p̄ssa desperās clamauerat, Circūdederūt me gemitus mortis, quasi a nulla parte euadere possit. In principio uerò sexagesimæ, ubi ēt de hoc dictū est, & dicetur in quarta dominica, quasi posita inter desperationē, & spē clamauit. Exurge, quare obdormis domine. In principio quinquagesimæ iā desperās clamauit, Esto mihi Domine in Deū p̄tectorē, imò desperatiuā mutās in affirmatiuā dixit, Dux mihi eris, & enutries me.

11 †Nunc uerò in principio quadragesimæ ostēdens se auditam dixit. Inuocauit me, & ego exaud. & epistola dicit. In tpe placito exaudiui te. In graduali dāt nobis angelorū custodia. In tractu, diuina p̄tectio qa circūdamur scuto ueritatis. In Euāgelio, ad exēplū Saluatoris de hoste triumphātis cui dicimus, uade retro Satanas. In offertorio etiā diuina p̄tectio notat, cum dr, Scapulis suis obūbrabit tibi, &c. in post cōtione dæmonū subiecto, ubi dicit Super

12 aspidem & basilicum. Ab hac die †usq; ad parasceuen cooperiunt cruces, & uelum ante ultare suspēdit, de quo in prima parte dictum est sub ti. de picturis. Hæc dñica priuilegiata est, qa est ianua & limes Quadragesimæ, quæ repsentat tempus, quo filij Israel morati sūt in deserto. Tria quidem fuerunt in populo Israel, quorū duo commemorauimus, s. peregrinatio, q̄ fuit in Aegypto, qñ Iacob & filij sui p̄fecti sunt in Aegyptum, captiuatio, quæ fuit in Babylone, & dispersio, quæ fuit facta a Tito & Vespasiano per totum mundum, q̄ nō cōmemorauimus, qa ab illa nunq; reuocabuntur, de qua dictum est, Tradam eos in manu, de qua non poterunt surgere, in hac dominica ad horas dēcapitulum. Frattes hortamus uos, ne in uacuum, &c. 2. Cor. 6. ca. & illud, Ecce nunc tps, 2. Cor. 6. c. & illud. In oīb. exhibeamus, ibidem. Et fit hodie statio apud basilicā Lateran. quæ cōstructa est in honorem Saluatoris, & plusquā prophetæ Io. eo quod officium hodiernum Saluatoris nostri p̄phetice resonat felicitatē.

S V M M A.

1 *Officium secunde feria prima dominica quadragesimalis.*

2 *Tentator conatur auferre nobis considerationem celestium premiorum, ut facilius in eius retia irrepamus.*

De secunda feria. Cap. 33.

1 EOstquā Dominus &† Apostolus armauerūt militem suum, non restat, nisi ut pugnet, quia hostes, semper parati sunt. Quia uerò per opera misericordiæ speciāliter, & maxime fit pugna ista, ideo de ipsis est feria ista, quę agit de eleemosyna. Rursus, quia omus pugnē nō libenter suscipitur nisi intuitu p̄mij, iō in hac secunda feria est introitus. Sicut oculi seruorum. &c. Et Dominus in epi- *Ps. 123.*
stola, Ecce ego requiram oues meas &c. q̄ sūpra est de Ezechiele 24. ostendit præmiū, cū dicit, Et pascam eas, qui enim pascit Dominum in paupere, & Dominus pascit eum, sicut ibi legit. In montib. Israel, in mansionibus æternis, idem habet per Euangelium, Cum uenerit filius &c. Mat. 25. c. ubi dicitur, Venite benedicti &c. Esuriui, & dedistis mihi manducare. Debemus autem habere oculum ad ip- 2
sum

sum non tantum ministrū, ut respiciamus pœnas æternas, & propter hoc bonum facimus, hoc enim esset timor seruilis, sed etiam dextrum, vt cōsideremus præmia, istum oculum vult nobis auferre diabolus, & nititur quātum potest unde 1. Reg. 11. cap. Rex Ammonitarum noluit inire fœdus cū Iabitis, nisi erueret eis dextros oculos 8. q denique. Similiter vult facere nobis diabolus, ut non simus apti ad pugnandum, sicut miles, qui non habet oculum dextrum.

S V M M A.

1 *Feria tertia prime Dominice quadragesimalis, & eius officium.*

2 *Cogitationes Domini quales.*

De tertia feria. Cap. 34.

1 TERTIA feria agitur de oratione, & sumitur introitus de psalmo, qui est oratio. † Domine, refugium factus es nobis. Pugnamus enim orādo. Vnde Iesus Naue in eremo pugnabat, *Exo. 17.* & Moses orabat, merito qui pugnabat, non deficiebat, quia ille orando uincebat. 38. distin. si quis vult, epistola uerò. Quærite Dominum &c. Esa. 55. cap. docet nos orare, & inuitat nos ad orationem: Quærite Dominum, s. derel inquendo uitia, & peccata, quia mitis est ad ignoscendū. non enim cogitationes meæ cogitationes uestræ. Quæ verò sint cogitationes

2 eius, ostendit Hieremias dicens. † Ecce ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Si. n. ex vero corde rogatur & quæritur, statim pacificatur, quantumcūque deliquerit in eum hō, & hoc dum inuenire potest, scilicet in præsenti. Ecce ostenditur effectus orationis, quia per eā homo Deo pacificatur. Idem etiam habetur per Euangelium, Cum intrasset. Mat. 21. c. in quo dicitur. Postquam eiecit emētes, & vendentes de templo, dixit. Domus mea idest, homo in quo habito, domus orōnis vocabitur. in epistola monemur ad petendum, ut habitet in nobis in Euāgelio, ut det nobis æterna gaudia. Cætera quæ in grāduali, in offerenda, & post communione cantātur, sunt quærentium Dominum orationes, & cōsolationes & gratiarum.

V M M A.

1 *Feria quarta prime Dominice quadragesimalis est de ieiunio. Eius solēnitas geminatur nu. 2. Et eius officium duobus constat versibus nu. 3.*

De quarta feria. Cap. 35.

QVARTA feria est de ieiunio, sed quia illa dies est septima a capite ieiunij. † Septimus autem 1
numerus & septuagesimus idem significant. idē enim significat numerus multiplicatus, & numerus multiplicans. Septuagesimus uerò significat liberationem a captiuitate ideo in introitu qui est. Reminiscere, petit liberationem, scilicet quæ habetur per. ieiunium, & in epistola & in lectione mo- *Psal. 24*
nemur ad ieiunium exemplo Mosi & Heliæ. Lectio, quæ legitur propter ordines, sumpta est Exod. 24. Ascende ad me in montem &c. Epistola uerò de tertio Regum, Venit Helias &c. Quale autem *3. Reg. 1*
ieiunium debeat esse, scilicet spirituale, monstratur nobis per ieiunium Mosi, utilitas verò per Heliam in azymo enim cibo puenitur vsq; ad mōtem Dei Oreb, idest, ad altitudinem mensę illius, quando comedemus supra mensam patris Christi in regno suo. Per ieiunium quidem ira Dei temperatur & mitigatur, quod ostenditur per Euangelium Matth. 12. c. Accesserunt ad Iesum &c. in quo habetur de Niniuitis, qui iram Dei temperauerunt per ieiuniū suū. ¶† Et not. quòd hac feria so- 2
lennitas ieiunij duplicatur, quia ieiunat, tam ratione quadragesimæ quām ratione ieiunij quatuor temporum. Quia uerò pœnitentiū asperius ieiunātium corpora deficcātur, in his nō habitat, sicut dicitur in Euangelio, spiritus immundus, qui ambulat per loca arida, quærens requiē & non inuenit. Corpora enim ieiunio desiccata fastidit, ideo ad ieiunia libentius appenden-

pendenda, Mosi & Heliæ ꝓmittũtur exempla, quorum vterque in singulis lectionibus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunasse perhibetur: itaq; ꝓpter
3 ieiunii geminationẽ scilicet† quadragesimę & quatuor temporum, duo uersus in graduali ponũtur. Ea quę in introitu, graduali, tractu, communione, & offerẽdis cãtantur sunt consolationes, & orationes, ut ieiunantes a tribulatione eripiantur, & nec his, qui ieiunijs assignantur, inimici dominẽtur. Hæc quarta feria in hoc priuilegiata est, quia illi qui in sabbato sequẽti ordinãdi sũt, interrogãtur de scripturis sacris, & examinantur, de quo, & quare duæ lectiones legũtur ad Missam, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus dictũ est.

1

S V M M A.

1 *Feria quinta primæ Dominicæ quadragesimalis, quem habeat Missa introitũ.*
2 *Confessio est triplex.*
3 *Feria quinta primæ dominicæ quadragesimalis carebat olim proprio officio. Et quæ hodie.*
4 *Euangeliorũ et epistolarũ varietas, unde i diuersis ecclesijs quita feria primę Dominicæ quadragesimalis fuerit ꝓfecta.*

De Quinta feria. Cap 36.

1 QVINTA feria est de† confessione, per quam etiam pugnatur, & est introitus. Confessio & pulchritudo. † Est autem triplex cõfessio, scilicet fidei, peccati, & humilitatis. Qui habet hanc cõfessionem pulchritudo cit in conspectu eius. In conspiciẽdo enim Deum, humiliamus nos, & Deo similes fumus imitando ipsum. Epistola uero, scilicet Oraui Esdras &c. sumit de Esdra 9.c. In qua est oratio
Psal.95 2 Esdræ, & confessio, qui orauit sicut etiam
Dan.9. Daniel orauit. Peccauimus, & iniuste egimus &c. Et per istam confessionem meruerunt remissionem peccatorum, & ira ostenditur effectus cõfessionis. In alijs ecclesijs legitur epistola. Factus est sermo Domini Ezech. 18.c. Quæ etiã loquitur de effectu cõfessionis. Euang. Egressus de Iesus &c. Matth. 15.ca. Est de muliere Cananæa quę ꝓ confessionem fidei cũ dixit. Domine adiuua me, & per confessionem humilitatis, cum dixit. Nam & catelli &c. meruit filiæ suæ sanitatem, & dictũ est ei Mulier, magna est fides tua. Quidã autem legunt euangelium, in quo iudæi gloriantes, quod essent filij Abrahæ, conuincuntur non esse filij Abrahæ quia non faciunt opera eius, sed esse ex patre diabolo, eius opera faciendo, uel ut quibusdam moris est legitur Euangelium, quod alij legunt feria quinta sequentis hebdomadę *Ioan.1.* de diuite, qui apud inferos cruciat, patrẽque uocans, & deprecans Abraham, non ut filius exauditur. His consonat illud prophæticum, quod in epistola præmittitur, quod si uir iustus genuerit filiũ, sanguinẽ effundentem, & uniuersa detestanda faciẽrem, ipse quidẽ in iustitia sua uiuet, filius autem eius qui operatus est iniquitatem, morte morietur. Cætera quæ sunt in introitu graduali, & offerenda, sunt laudes, & orationes iusti. Communio. Panis, quẽ ego dedero Ioã. 6.c. Declarat unde iustus uiuat, scilicet de carne Christi. ¶† Et attẽ- 3
de, quod quinqte ferię propria olim non habebant officia, sed a dominicis ꝙstualibus officiabantur, & eatum euangelio nõ sũt de ieiunijs ĩstituta, sed de diuite & Lazaro, & uiduę filio ſuſcitato. Olim etenim 4
non ieiunabant, sed ut in dominicis solẽnizabant, sed postmodum a Greg. iuniore quadragesimæ fuerunt adiuncte ieiunio, prout dictum est sub septuagesima, & ofsiciositate. Et inde est, quod varietas epistolarum & euangeliorum in quintis ferijs reperitur. De hoc dicetur sub quinta feria sequentis hebdomadæ.

S V M M A.

1 *Feria sexta primæ Dominicæ Quadrag. et eius officiũ, tum Euangelium .vu.ꝛ*

De sexta feria. Cap. 37.

1 IN sexta feria, quæ est nona dies ieiunij qui numerus est angelicus, petit ecclesia liberari ab omnibus tribul. Et est introitus de necessitatibus &c. Et fit hoc per angelos & maximè per Angelum magni consilij, & ideo legi-
2 tur Euangelium† Ioan. 5. Erat dies festus. &c. in quo dicitur, ꝙ Angelus Domini descendit in piscinam, & mouebatur aqua & sanabatur unus, ideo unus; quia tantum unitas ecclesiæ sanatur. Sed ne in cõtradictione pecemus, sicut Iudæi, qui dicebant
Hier.31 istud prouerbium ironice. Patres nostri manducauerunt uuã acerbam in deserto, & dentes filiorum obstupescunt, ideſt, nos punimur propter hoc, quod non est iustũ ideo legitur epistola de Ezechie. 18.c. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius
Exo. 20. non portabit iniquitatem patris, nisi imitetur patrẽ in malitia. Vindicat. n. Dominus iniquitatem patrum in filios, in his, qui oderunt eos. extra de reg. iu. nisi. 1. q. 5. per totum.

S V M M A.

1 *Sabbatum primæ Dominicæ quadrag. & eius officium. n. 2. 5.*
3 *Genua quare non flectamus ante sextam orationem, in sabbato primæ Dominicæ quadragesimalis.*
4 *Prædicatoris officium.*

De Sabbato. Cap. 38.

1 OSTEA uero non restat, nisi sabbatismus. † Et est epistola de sabbato mẽtis. Fratres hortamur uos. Per sabbatum uero mentis uenitur ad sabbatũ æternitatis, & ideo dicitur Euangeliũ de transfiguratione Domini, in qua apparuerunt tantum Moses & Helias, quorum exẽplo animatur ecclesia ad ieiuniũ.
2 ¶† In missa huius diei lectio prima est Orauit Moses. Deut. 25.c. Secũda est. Dixit Moses filijs Israel. ibidem 11.c. Tertia est. Orationem faciebãt 2. Machab 1.c. Quarta est. Miserere nostri. Eccl. 36.c. Quinta est Angelus Domini. De qua dictum est
Dan.3. sub quarta feria tertię dominicæ de aduẽtu. Quia ergo ꝓ ordinãdis orat ecclesia, cãtat introitũ. Intret in conspectu &c. Et graduale, Propitius esto, &c. Et protector noster aspice &c. Et cõuertere Dñe &c. Et dirigatur Domine oratio mea &c. Et Ad dominũ, cum tribularer clamaui, & exaudiuit me &c. Ad quinque lectiones flectit genua, ut quinq; sensus ordinandorum à 3
Dño dirigãtur. † Quia uero diaconi & sacerdotes tanquã pfectiores ęternis intẽdere tenẽtur, inde est, ꝙ ante sextã lectionẽ, siue ante epistolam, nõ dicitur, flectamus genua, sicut nec ante Euãgeliũ. Hoc ẽt fit ꝓp reuerentiam Apostolicæ lectionis, & ꝓpter eandẽ etiam causam ad orationẽ super populũ genuã non flectimus, sed solum caput inclinamus. Rursus quia multum ualet deprecatio ecclesię assidua, quis. n. est, qui nõ audiatur in tribulationibus? idcirco quinto loco legitur lectio de trib. pueris de camino ignis liberatis, & sequuntur gratiarũ actiones in cantico Benedictus es Domine &c. Quia uero officium ꝓdicationis etiam ad subdiaconum pertinet, idcirco sequit epistola Pauli. j. Thess. vlr. c. Rogamus uos, corripite inqe- 4
tos, cõsolamini pusilanimes &c. Officium. n ꝓdicatoris est alios corripere, & reliqua facere, quę in epistola ipsa docentur, & ita epistola ipsa pertinet ad ordinatos saltem in sacris. † Deinde sequtur tract⁹ Laudate 5
Dominũ omnes gẽtes, laudate eũ oẽs populi, in quo omnes inuitamur ad Dei laudẽ, qui ministros suos sua misericordia cõfirmat. Tractus ergo & canticum, Benedictus es, sunt ordinatorũ. Et quia sacerdotes in uirum perfectum cõmutari debent quorum ministerio panis & uinũ trãsubstantiantur in corpus & sanguinem Domini, inde est, quod legitur Euangelium de transfiguratione. Assumpsit Iesus Petrum &c. Mat. 17.ca. Debent. n. transfigurari, ita quòd in eis non appareat, nisi resurrectio Dei. Sed quia in præsenti uita sine tribulatione, aut uix aut nunquam esse possumus, & ꝓpterea semper ad Dominum clamandum est, inde est, quod sequitur offertorium. Domine Deus salutis *Psal.87* meæ &c. Et post cõmunio, Domine Deus in te speraui &c. Priuilegiatum est hoc sabbatum, quia in eo ordines celebrantur.

S V M M A.

1 *Dominica sęta quadragesimæ, non hẽt proprium*

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprium officium. Et quare idipsum eius graduale. Et tractus num. 3.
2 *Benedictio quotuplex.*
4 *Rabecca, gratia interpretatur.*

De secunda Dominica quadragesimæ. Cap. 39.

1 HAEC secunda dominica † intitulatur dominica uacat pro eo, quod proprio caret officio. ideo autem caret proprio, quia cum in præcedenti hebdomada occurrant quatuor tempora, in quorum fine ordines celebrantur, habebat antiqua ecclesiæ institutio, ut post finem diei sabbati inciperet officium ordinum & in die dominica terminaretur, & ita officium, quod in fine diei sabbati incipiebatur, vsque in diem dominicam protendebatur, & sic tunc ipsa dominica proprio carebat officio. 75. dist. quod a patribus. extra de temp. ord. literas; Verum, qa difficile erat à sexta feria vsq; in diem dominicam nihil comedere, factum est, ut in sabbato ordines celebrẽtur, & ī die dominica quæ uacat officio, officium quartæ feriæ præcedẽtis repetatur. Potest etiã dici, quod ecclesia suspẽdit organa sua in hac dominica, quæ est quinta a septuagesima, ad similitudinem populi qui existens in captiuitate, nec altare, nec templum habuit, imò organa sua suspendit, quare proprium non habet officium. Sicut autem dominica ista uacat ab officio proprio, ita & omnes quintæ feriæ quadragesimæ quondam proprio carebant officio, prout sub quinta feria dicetur, Et attende, quod hæc dominica vacat solum cantu diurno nec uacat omni officio, nec Euangelio, & ideo solũ in graduali debet intitulari dominica vacat, & non in antiphonario, nec in Euangelio, & in quibusdam ecclesijs dicitur Euãgelium, Egressus quod dictum est in proxima quinta feria, in alijs. Assumpsit Iesus Petrum, verum in præcedenti dominica dictũ est, quòd in ipsa dominica armauit Dominus militem suum quatuor Cardinalibus virtutibus, & gla-
2 dio uerbi Dei. Sed quia, ut præmissum † est in secunda feria, pugna nõ libenter suscipitur, nisi præmium ostendatur, ideo agitur in hac secũda dominica de benedictione, quæ est quintuplex, scilicet benedictio liberationis, gratiæ, augmenti gratiæ, contemplationis, & gloriæ. Quia uero benedictio illa impetratur per orationẽ, ideo dominica ista consistit in oratione, unde dicit in introitu. Reminiscere miserationum tuarum Domine &c. petens cãtu lugubri liberationẽ a vitijs, & peccatis, & spiritibus immũdis. Hæc est prima ratio & prima Dei benedictio, scilicet liberationis. In epistola uero, quæ est, Rogamus uos &c. 1. ad Thess. 4. petit sibi dari secundam benedictionem, scilicet gratiæ, siue gratiam ad bene ambulandũ, & bene agendum, dicens. Hęc est enim uoluntas Dei, ut dignè ambulemus, ut sciat vnusquisq; uas suum possidere in sanctificatione, scilicet ut sit cęlestę corpus, & cęlestia appetat, & in honorẽ, scilicet ut sit Deo dignum templũ; quia sedes Dei, & templum Spiritussancti sunt nostra corpora, ut ait Apostolus. Omnis qui castè & piè uiuit, tẽplum Dei est & Spiritussãcti sedes. Et in hac sola dominica idem est † graduale, & tractus, eo qđ 3
ipsa tota cõsistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborem & planctũ, quę duo significãtur in graduali & tractu. Est autem graduale. Tribulationes &c. Tractus est. De necessitatibus &c. Alij autem dicunt tractũ. Dicit Dominus mulieri. q est Mat. 15. c. Tertia benedictio, est benedictio augmẽti gratiæ. Quarta contemplationis. Quinta benedictio glorię. Quia uerò benedictiones huiusmodi non habentur, uel cõseruãtur sine magna lucta, ideo in nocturno officio de lucta Iacob cũ angelo, & in utero agitur, ut exemplo Iacob supplantemus fratres nostros malos, scilicet si quid nobis inferunt iniuriæ dissimulantes, & fit pugna ista in utero Rebeccæ, ideſt, ecclesiæ. † Rebecca enim gratia in- 4
terpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de augmento gratiæ. Dicit enim Isaac ad filium. Tolle arma tua pharetram & arcũ extra. Arma prædicatoris sunt sacræ scripturæ, quæ dicuntur pharetra, quia de eis sumuntur sagittę ad percutiendum diabolum. Iacob igitur, i. uerus prædicator uenatur, & interficit homines bona uenatione & interfectione, scilicet per arcum sacræ scripturæ, & in se occidit bestias, ideſt uitia & peccata, scilicet porcum luxuriæ &c. & tũc cęnat cum eo Isaac, i. visus, scilicet Dominus, qui delectatur in talibus. Sunt. n. ei delitiæ cęnare cum talibus, unde secundum responsoriũ est. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. i. paradisi, hoc etiam est, id quod supra dicit Apostolus, ut sciat vnusquisque vas suũ possidere in sanctificatione & honore. Sequitur versus, Qui maledixerit ei, sit ille maledictus. Omnes enim qui populo Christiano iuniori maledicunt, maledicti sunt, ut Iudæi, Gentiles, & alij. ¶ In tertio responsorio dicitur, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiã. Esto dominus fratrum tuorum, seruiant tibi tribus & populi, hęc benedictio datur Ecclesię, ut omnibus dominetur. Ista vero tria responsoria sunt septimi toni ad significandum, q ipsa ecclesia impetrat nobis gratiam septiformẽ Spiritussancti. ¶ In secundo nocturno in quibusdam ecclesijs est responsorium. Si Dominus &c. in cuius versu dicitur, Iacob erexit in titulũ lapidem, oleum fundens desuper. quod nos facimus, cum imitatione Christi bona agimus. Vngimus enim eum per fidem cum ipsum hominem plenum gratiæ esse credimus, & duo responsoria sunt de primo, & vnum de sexto tono, quia de Christo agunt qui est principium & finis, & in sexta ætate unctus fuit oleo lætitię prę partibus suis. In septimo verò responsorio
Psal. 44. orat Iacob. Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. Valde enim debet timere sanctus, ne corrumpatur à malis. In octauo responsorio agitur de benedictione contemplationis. Vnde ibi loquitur de lucta Iacob cum Angelo, quia per orationem debemus luctare cum Domino, donec habeamus statum contemplationis. Et dixit ei Angelus, Dimitte me, aurora est, ideſt satis hês fidem, uel charitatem, vel grãm. Nec debemus dimittere, donec de luctatione cõtra uitia faciat nos contemplatiuos, quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiũt illud. Tunc aũt videtur sine nubilo peccati. Vñ in nono responsorio dicit Iacob. Vidi Dominatũ facie ad faciem, i. sine nubilo peccati, non sine velamine creaturã. Hæc ra-
Ge. 27.

tione ecclesia Parisiẽsis dicitur legere hac die Euangelium de trãsfiguratione, quæ est benedictio gloriæ, & ita patet, q habita benedictione liberationis, gratiæ, & augmenti gratiæ, contemplationis, & cõsiderato præmio gloriæ, libenter & fortiter pugnant milites Christi.

SVMMA.

1 *Feria secunda secundæ Dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*

De secunda feria. Cap. 40.

SECVNDA feria est de oratione, unde in epistola, quæ incipit. Orauit † Daniel &c. Dan. 9. cap. 1
ostenditur quantum ualet oratio cum ieiunio. Daniel, ideſt, vir desideriorum orauit pro populo suo, & abstinuit à regalibus cibis, & visus est leguminibus. & ideo exaudita est oratio eius, sicut ei dictum est ab angelo. Sed quia nil ualet oratio, nisi quæ sit in cognitione Dei, ideo sequitur Euangelium Io. 8. Ego vado, & quæretis me, & non inuenietis, dicit Dominus Iudeis, & iterum, Ego sum de sursum &c. ego non sum de hoc mundo, & non cognouerunt eum, & ideo adhuc manent in peccatis suis. Ibi diuidit Dominus spirituales à carnalibus, ideſt aquas, quæ sunt sub firmamento ab his, quę sunt super firmamẽtum, & ita huic secundæ feriæ competit opus secundæ diei, & ideo introitus est de secundo tono. Carnales enim non possunt orare Deum; quia non cognoscunt eum. Nam qui in carne sunt Deo placere non possunt, 82. dist. proposuisti. Nempe ea, quæ in introitu, graduali, offerenda, & communione cantantur, sunt orationes, consolationes, & laudes conuersæ Gentilitatis, cui Dominus exhibuit intellectum.

SVMMA.

1 *Feria tertia secundæ Dominicę quadragesimalis, & eius officium. Et num. 3.*
2 *Ieiunium laudabile.*

De tertia feria. Cap. 14.

1 TERTIA feria est,de† opere diei tertiæ, quòd est, Congregẽtur aquæ omnes in locũ vnum, & terra fructificet. Hoc fit quã do homo non curat de voluptatibus carnis, & ieiunat per charitatẽ Ieiunium laudabile est,vt homo† nõ 2 sit multum curiosus de cibo corporali, ut dicitur in Euãgelio,Nolite soliciti esse solicitudine, scilicet suffocante, sed so- *Luc.* 10 licitudine prouidentiæ possumus & debemus, ideo introitus. Tibi dixit cor meũ, 3 exquisiuit te, & est tertij toni propter opus tertiæ diei.In epistola verò. † Factus est sermo domini &c 3. Reg. 17.hortatur ecclesia, vt non simus multum soliciti, & hoc propter Heliam, qui pastus est à uidua Sareptana,& à coruo, & ipse etiã pauit viduam,dicens. Nõ deficiet farina hydriæ,idest gratia de corde,& oleum de lechyto,i.gratia seu vnctio spũalis desuper. Hoc idem hortatur per Euangelium.Super cathedrã Mosi &c. Matt.23.c.vbi sequitur. Vnus est magister vester, & vnus est pater vester, qui in cœlis est, qui hẽt curam de oĩbus. Rursus Sareptana mulier in introitu affectũ ad Christũ ostẽdit dicens. Tibi dixit cor meum. In graduali sepisam consolatur & hortatur, dicens. Iacta cor tuum. In offerenda misericordiã petit,in cõione, quasi secura se mirabilia narraturam promittit, dicens. Miserere mei Deus, & narrabo mirabilia tua.

S V M M A.

1 *Feria quarta Dominicæ secundæ quadragesimalis est pœnitentiæ dies. Et missa introitus,nu.2.*

De quarta feria. Cap. 42.

1 QVARTA feria est de † pœnitentia,quæ feria est dies pœnitentiæ, in illa .n. traditus est Saluator & ostenditur in epistola. Orauit Hester &c. Hester. 14.c. quantum eam oratio faciat efficacem, per orationem Hester, quæ cũ Regina existeret, iduta fuit cilicio, impetrauit suspensionẽ Aman in patibulo,qđ parauerat Mardochęo. Quia verò pœna cõcipitur timore iudicij, ideo de psalmo pœnali,q intitulatur per octauam resurrectionis,s. Dñe ne in furore tuo sumitur introitus † Ne derelinquas me &c. quia 2 verò non valet pœnitentia, nisi imitemur Christum,ideo sequitur Euãgelũ. Ascẽdens Iesus &c.Matth. 20 c.de cruce Christi,ut habetur,Ecce ascendimus Hierosolymam,& sequitur ibidem de filijs Zebedæi, qui petierunt,vt unus sederet à dextris, & alius à sinistris, & dixit ei Dominus,Potestis bibere calicẽ,quẽ ego bibiturus sum &c. qui non bibit de calice gloriæ,& post ponit se Christus Apostolis in exemplum, qui de hoc irascebantur.

S V M M A.

1 *Feria quinta dominicæ secundæ quadragesimalis. Et officium nu.2.3.*
2 *Feria quinta in quadragesima olim carebant proprio officio.*
4 *Gregorius ieiunium instituit, & officium quintæ feria quadragesimalis.*

De quinta feria. Cap. 43.

1 QVINTA † feria est de piscibus & anibus, i.de nõ confidentibus in Domino, & confidentibus in homine, de quibus habetur in epistola,Maledictus homo,qui confidit in homine, Hiere.12. c.& ponit carnem brachium suum &c. & post Benedictus uir qui confidit in Domino. Et hæc ostenduntur per Euangelium, homo quidam &c. Luc.16.quod est de diuite & Lazaro. Diues enim non confidebat in Domino, & ideo in inferno positus est. Pauper uero confidebat, & ideo in sinu Abrahæ requiescit. In offertorio Præcatus est Moses &c.ostẽditur, quod oratio iusti efficax est, Moses enim erat ouis, quia mansuetissimus hominum fuit, & est forma ieiunij, & placationem impetrauit super, iram qua Dominus iratus erat Iudæis ꝓpter uitulum

2 lum conflatilem.† ¶Rursus quoddam hodie legitur Euangeliũ, in quo docet Dominus nõ in hominis,sed solius Dei testi- *Hier.6.* monio confidendum,de seipso.n loquens ait secundum carnis fragilitatem. Si ego testimonium perhibeo de memetipso, testimonium meum nõ est uerum,& infra. Ab homine testimonium non accipio,& infra.Habeo testimonium, mãius Ioãne. *Ioan.* 8. His cõsonat præmissa lectio de Hier. Maledictus homo,qui cõfidit in homine &c. Et infra. Benedictus vir q confidit in Domino. Confidens igitur orat in introitu, & in graduali & etiam in offerenda in persona Mosi,in qua fit verborum repetitio · q a sæpe ad Dñm pro populo intercessit. De hoc etiam dictum est sub domi- 3 nica post epiphaniam. Cõio, † Qui manducat,Io.6.c.ostendit quid utilitatis proueniat cõfidenti,s. q in Christo maneat, & Christus in eo,& hæc communio bene congrueret sabbato ante dñicam palma- 4 rum.¶†Notandũ autem est,q sicut præcedens dñica vacat ab officio,prout ibi dictũ est,ita & omnes quintæ feriæ in quadragesima quondam proprio carebãt officio,excepta forte quinta feriacœnæ Domini. Illa tamẽ mutuat introitũ à tertia feria illam præcedente.Nam sicut q̃libet quinta feria authoritate Melchiadis Papæ,de cons.d.3.ieiunium. soluta erat a ieiunio,ita & ab officio. Vnde beatus Grego. nullum in quinta feria instituit officium, nihilominus tamen horæ matutinæ,ac vespertinum officium cantabantur.Vnde necessarium erat,ut super.Bñdictus & Magnificat,antiphonæ de Euangelijs aliorum dierum sumptæ dicerent. †Sed Gregorius instituit ieiunium & of- 5 ficiũ quintæ feriæ,ea tamen, quæ prius instituta erãt de matutinis & vespertinis officijs, nõ mutauit inde est,q antiphonæ quæ cantantur sup Benedictus & Magnificat,in quintis ferijs, non consonant Euangelijs illius diei,& hoc in quinta feria præcedentis hebdomadæ dictum est.

S V M M A.

1 *Feria sexta Dominica secundæ quadragesimalis, ad pœnam,& mansuetudinem hortatur.Et eius officium,nu.2.*

De sexta feria. Cap. 44.

1 SEXTA feria † agit de opere sexti diei, in qua factus est homo, & hortatur nos Ecclesia ad mãsuetudinem, & ad patientiam, ut omnem iram de cordibus nostris remoueamus. & hoc exemplo Ioseph & Christi, & epistola. Dixit Ioseph Genes.37.c.de Ioseph, qui multa passus est a fratribus suis,& tamen 2 sublimatus est,uelint nolint. † In Euangelio, Matth. 11. monemur ad prædicta exemplo Christi. Homo erat paterfamilias,qui plantauit vineam,idest, Iudaicũ populum per doctrinam legis, ad vltimũ misit filium suum ad cultores vineæ, ad quos prius miserat seruos,quem interfecerunt. Per hoc autem scilicet mansuetudinem & patientiam satiabimur in futuro,unde introitus est, Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo, satiabor dum manifestabitur gloria tua. Ad tolerandas etiam persecutiones, propter *Psal.16.* iustitiam,hortatur in graduali. Ad Do- *Ps. 119.* minum cum tribularer, & in offertorio, *Psal.11.* Domine in auxilium, & communione, Tu Domine seruabis.

S V M M A.

1 *Sabbatum secundæ Dominicæ quadragesimæ quid agat. Eiusque officium, num.2.4.5.*
4 *Peccator hodo comparatur.*

De Sabbato. Cap. 45.

1 ABBATVM agit de conuersione, vel confessione,† per quæ cessat homo ab opere seruili. & sic sabbatizat, & recipit benedictionem a domino, qui benedixit diei septimo. Ad hoc autem instruimur per legem domini, & gratiam Spiritus sancti, unde introitus est de lege. † Lex Domini &c. & est pri- 2 mi toni, quia conuersio ad Deum est principium bonæ vitæ, unde sequitur, Conuertens animas. Sequitur, iustitiæ domini rectę lætificantes corda,q a dant. *Psal.19*

sabbatum spirituale, & hæc principaliter habentur per gratiã quod ostenditur per epistolã, Dixit Rebecca &c. Gen. 27. c. In qua habetur, ꝙ Rebecca monuit. Iacob, vt afferret patri suo Isaac duos hœdos, Per Rebeccam gratia Dei intelligit̃, quæ
3 nos monet & inspirat nobis †offerre Deo abominationẽ de peccato, & confessionẽ, quæ per hædos designatur. Hædus enim animal fœtidũ est, & hẽt carnes sapidas. Cum enim homini feret peccatũ suum confitetur illud, quod ualde placet Deo & Angelis eius, quia gaudium est Ange-
Mat. 46 lis Dei super vno peccatore pniam ageñ-
1. Cor. 6 te. ¶ Sequitur aũt in epistola. De rore cœli, ideſt de gratia cœlesti, & de pinguedine terræ, i. abundantia tpalium sit bñdictio tua, & præponitur de rore cœli, quia bona spiritualia præponuntur tẽporalibus, & postea sequitur de pinguedine terræ, quia primum quærite regnũ Dei, & hæc omnia adijcientur vobis. Boni enim omnia habent, vnde Apostolus. Tanquã nihil habentes, & omnia possidentes, extra de priuil. nimis. Mali similiter petunt benedictionem, qui per Esau designantur, sed quia ipsi præponunt tpalia spiritualibus, dicitur eis. De pinguedine terræ & rore cœli erit benedictio tua. Etsi enim habeant aliqua spiritualia, tamen eis præponunt temporalia. Sequitur rñsorium. Bonum est confiteri Dño &c. q. d. Ecclesia, ex quo per conuersionem & confessionem peccati, & reprobationem habetur benedictio, & tpalia & spiritualia. Bonum est cõfiteri domino. Item ha-
4 betur in Euangelio Luc. 15. †Homo quidam habuit filios duos, & petit vnus dicens, Da mihi partẽ hæreditatis quæ me contingit, & diuisit illis substantiã suam. Et post, ille cõsumpsit oĩa, posita fuit tanta fames i terra, ad quam uenit, ut cõpelleret̃ fame esse porcarius, ideſt subulcus, & dixit reuersus ad se. Quãti mercenarij &c. Quãdo enim homo omnia bona sua amisit per peccatũ, nõ habet, quid comedat, & pmittit ita Deus ipsum cadere, vt arguat eũ malitia sua, ut legit̃ Hier. 2. circa medium, & moriatur fame & dicat, quot sunt, s. in ecclesia, qui hẽnt iucunditatẽ mentis, & ego fame pereo? Reuertar in domo patris mei, vnde in Exod. 9. habetur, quòd Aegyptij compellebãt filios Israel exire de Aegypto, tunc recipitur & datur ei prima stola, ideſt gratia, & ita in Euangelio habetur de conuersione. Rursus tam in euangelio, ubi habetur de duobus filijs, quã in epistola, ubi agit de Iacob & Ioseph duorum populorum, Iudaici videlicet, & Gentilis significatio cõtinetur. Iudaicus gratiam spiritualem amittit, Gentilis uerò conuersus ad pœnitentiam, de lege domini in introitu gloriatur, & cantat. In graduali uerò domino confitetur, & laudat, & in offerenda, oculos suos petit illuminari, ne dormiat, vt inimicus non præualeat ei. ¶ † Attende, ꝙ rationabiliter in secunda quadragesimæ hebdomada legitur Euangelium de filio prodigo reuertente ad patrem, quia Gentilis populus per doctrinam legis & Euangelij ad creatoris cultum reuertitur, & quiuis pœnitens per fidem, & operationem, uel per duo præcepta charitatis Domino reconciliatur, Communio est. Oportet te. Luc. 15.

S V M M A.

1 *Dominica tertia quadragesimæ est confessionis. Et eius officium nu. 5.*
2 *Confessio est duplex.*
3 *Ioseph Christum refert.*
4 *Confessio qualis esse debeat.*

De Dominica tertia Quadragesimæ. Cap. 46.

TERTIA † Dominica est confes- 1
sionis, & quarta refectionis, sicut enim supra dictum est. Dominus in prima Dominica Quadragesimæ armauit militem suum, in secunda ostendit ei præmium, amodo ergo non restat, nisi ut ostendatur uia, quia per confessionem & refectionem illuc uenitur. Est ergo dominica ista confessionis: Est autem † duplex confessio, scilicet pec- 2
cati, & laudis, quas habere debet homo. Per humilitatem enim confessionis expectat homo a Deo omnia, quæ expectat scilicet liberationem & donum gratiæ, & omnia alia bona, vnde introitus. *Psal. 24*

Oculi

Oculi mei semper ad Dominũ &c. & est septimi toni; quia per septiformem gratiã Spiritussancti euelletur homo de laqueo diaboli, per confessionem enim seruãtur mala, & ideo fit statio ad sanctum Laurentiũ, qui per cõfessionẽ liberatus est. Hęc humilitas liberauit Ioseph de manib. fratrum suorum & de carcere, & ideo cantatur de ipso i officio nocturnali. Adhuc dominica ista sexta est à dominica septuagesima & sexta feria Dñs crucifixus est, &
3 ideo fit mentio† de passione Dñi quę per Ioseph significatur, & ita etiam ipsi dicti competunt quæ dicuntur. Nã Christus p humilitatẽ liberatus est ab insidijs fratrũ suorum, ideſt, Iudæorum, & exaltatus est in toto Aegypto, ideſt, in mũdo, & ita quę literaliter acta sunt circa Ioseph, spiritualiter sunt facta erga Christum, & nocturnum officium ordinem comitatur historiæ. Cum enim in præcedenti dominica cantatum fuerit de Iacob. in hac succinitur de Ioseph, qui venditus à fratribus, illos in fame ditauit, & Christus à Iudæis crucifixus, sua morte humanum genus redemit, & redimẽdo à dæmonio liberauit prout in Euangelio legitur hodierno.
4 ¶ † Cæterum qualis debeat esse confessio ostẽdit Apostolus in Epistola. Fratres imitatores mei estote &c. ad Eph. 5. c. Primo enim esse debet i humilitate, s. vt humilie mus nos Deo, & ita in nouitate uitæ ambulemus. ¶ Secundo in perseuerãtia, scilicet vt homo non redeat ad vomitum, & vt infãmia peccati remoueatur. Vnde dicit Fornicatio autem & immunditia non nominẽtur in uobis &c. hoc fit per perseuerantiam in bona vita. Ad hoc idẽ hortamur in Euangelio; in fine, in quo ostenditur ꝙ gratia expellit peccatũ. Erat inqt Iesus eijciẽ dæmonium &c. Luc. 11. c. & Mat. 14. Iesus, ideſt gratia iste idẽ dæmoniacus cœcus dicitur à Matt. & Beda. Cæcus, inquit Beda, videt, mutus loquitur, possessus à dæmonio liberatur, & cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, quia quando data est homini gratia, cõfitetur, & loquitur in confessione. Postmodum ostendit Dominus stabilitatem regni sui, per indiuiduam charitatem, & instabilitatem regni diaboli. Omne (inquit) regnũ in seipsum diuisum desolabitur, & sic regnum diaboli & suorum, qui diuisi sunt à Deo, destruẽtur. Sed regnum Dei manet in æternum & ita inuitat omnes homines ad regnum suum quod manet. Propter hoc debet homo perseuerãter agere opera confessionis, quia per ea habebitur regnum cęlorum & ideo responsoriũ, Exurge Domine, non præualeat homo, i. diabolus, qui nobis intendit auferre regnum cælorum. hoc igitur intẽdit ecclesia, vt simus perfecti in cõfessione & similiter perfectè moriamur, peccatis, per bonam uitã etiam infamia peccati deleatur, sicut dicit Dominus per Esa. Perdam Babylonis nomen. Hoc dicit, quia gratia expellit peccatum, & infamiã. Sequit̃, & reliquias & germen Babylonis ciuitatis, ideſt, memoriã delectabilem ut. s. homo deleat, quãdo ad memoriam reducet. ¶ † Rursus, quia sicut 5
in Euãgelio dicit: Surdus audiuit, & mutus verba Dei narrauit, ideo dicitur in introitu Oculi mei semper ad Dominũ, & *Psal. 18*
ne iterum deficiat, misericordiam implorat, subdens, Respice in me, & in graduali Exurge Domine. Deinde uox quondam muti facta fęcunda, cuius os aperuit sapiẽtia, preces suas ingeminat, & decenti similitudine in tractu perorat, dicẽs Ad te Domine. in offerenda iam loquens prædicat iustitias Domini rectas. eo ꝙ à se humilia to dæmonium exierat, sed ad Iudaicũ populum superbientem spiritus immundus redierat. In cõmunione de muto factus *Ps. 83.*
orator gratulatur, quod sicut passer inuenit sibi domum, & turtur nidum.

S V M M A.

1 *Feria secũda dominicæ quadragesimalis quid designet. Et eius officium nu. 2.*
3 *Iordanis quid mysticè.*

De secunda feria. Cap. 47.

IN dominica præcedenti dictum est, quòd Dominus saluat per confessionem: In hac uero secunda feria ostenditur, † ꝙ Dominus saluat per 1
baptismũ. Sed quia baptismus datur per Trinitatẽ, ideo de † Trinitate est introi-

tus: In Deo laudabo verbum, & ponitur ibi ter hoc nomen Deus, & est de tertio tono, quod totum contingit, propter hoc quod loquitur de Trinitate epistola uerò: Naaman princeps &c. quæ est 4. Reg. 5. c. est de Naaman, quem misit rex Syriæ Dominus suus ad Helisæum, vt sanaret eum. & præcepit ei vt in Iordane se lauaret septies. & fieret eius caro sicut caro pueri, & ita factum est, † Iordanis interpretatur descensus humilitatis, in qua Ecclesia mundari petit, & hoc facit ad præceptum Domini, quærens per humilitatem salutē in aqua, quæ est inferior creatura. Postmodum sequitur respōsorium, Deus laudem meā ne tacueris, in quo Ecclesia humiliat se p cōfessionē, & est tertij toni ratione prędicta. In euangelio uero, Dixerunt Pharisæi ad Iesum. Luc. 5. Ostēdit Dominus quod non sunt missi prophetæ nisi ad humiles, sicut Helisęus ad Naamā, & Helias ad viduam, & ostendit superbiā Iudæorum. Postea dicit: Iesus autem transiens per medium illorum ibat, ad significandum, quod humilis quicquid sibi fiat, viam suam non derelinquat. *Ps. 55.*

S V M M A.

1 *Feria tertia tertiæ Dominicæ in quadragesimæ, & eius officium & nu. 3.*
2 *Dæmones creditores & exactores nostri.*

De Tertia feria. Cap. 48.

1 TERTIA † feria est de oratione, & misericordia, per quæ etiam saluat Dominus. Vnde introitus est, Dum clamarem ad Dominum. Epistola uerò, Mulier quædam &c. est. 4. Reg. cap. de vidua, cuius filios creditor in seruitutem redigere contendebat, & eius vasa oleo repleuit Helisæus, dicens ei, quod de parte olei redderet debitum, quod debebat, & de reliquo ipsa & filij sui viuerent. Vidua est ecclesia, cuius sponsus Christus nō est præsens corporaliter, siue visibiliter, quæ venit ad Christum. Creditores † sunt dæmones, unde diabolus exactor dicitur, q pecuniā suā, idest, immūditiā à nobis exigit, cū usuris. Vnde Esa. 14. c. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum. Sed Christus p opera misericordiæ liberauit nos ab huiusmodi creditore. Et petitur huiusmodi liberatio in respōsorio. Ab occultis meis munda me Domine. Euangelium uerò quod est Matthæi. 18. c. est de misericordia, scilicet, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si ignorat, doce. Si pœnitet, dimitte, non dico septies, sed etiam septuagies septies, idest, quoties peccauerit, dimitte. ¶ Rursus † vidua pro filijs ad Helisæum orans dicit in introitu, Ego clamaui, & in graduali, Ab occultis. Demū precibus exaudita, gratias agit in offerenda, Dextera Domini. Et docet in communione, Domine quis &c. quales se debeant exhibere, qui volunt oleum misericordiæ, scilicet qui volunt requiescere in monte, ingredientur sine macula, & operentur iustitiam. *Ps. 18.* *Ps. 16.* *Ps. 117.* *Ps. 10.*

S V M M A.

1 *Feria quarta dominicæ tertiæ in quadragesimæ, & officij ratio.*

De quarta feria. Cap. 49.

1 IN quarta † feria agitur de impletione mandatorum per quam Dominus etiam saluat. Sed quia per gratiam est impletio mandatorum, ideo est introitus. Ego autem in Domino sperabo, & est primi toni, ad ostendendum, quod spem debemus ponere in solo Deo. Epistola uerò, Honora patrem &c. est de Exo. 20. c. in qua sunt instituta uel distincta præcepta Domini, honora patrem & matrem &c. In respōsorio uerò petitur gratia, in quo ostendit homo infirmitatem suam, dicens, Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum, quasi diceret, non possum per me adimplere mandata. In Euangelio, Accesserunt ad Iesum &c. Matt. 15. c. Redarguit Dominus iactantiā Iudæorū, qui magis inuitebātur traditionibus hominum

minum, quàm Dei: & reprehendebāt discipulos domini de traditionibus legis nel seniorū, Quibus dominus dixit, Hypocritæ &c. non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem, & ostendit p q̄ saluamur, & iustificamur. In hac quarta feria fit primò scrutinium, prout in proxima quarta feria dicetur.

S V M M A.

1 *Feria quinta tertiæ dominicæ in quadragesimæ quid referat, & quod varium habeat officium & num. 2.*

De quinta feria. Cap. 50.

1 IN quinta feria † ostendit Ecclesia non esse salutem nisi a domino, & maximè per uirtutes, unde introitus est: Salus populi ego sum &c. & est quarti toni, propter quatuor cardinales uirtutes. Epistola uero. Factum est uerbum &c. de Hier. 7. capit ubi dicitur. Bonas facite uias uestras, & studia uestra, & hoc propter opera virtutum, & reprehenduntur Iudæi, qui credebant se non posse damnari; quia habebant domini templum, & omnes alios damnatos esse dicebant, vnde sequitur respōsorium. Oculi omnium ostendens, quòd in solo Deo sperandum est. euangelium uerò, Surgens Iesus Luc. 4. capi. est de sanatione socrus Petri. per quod ostenditur quòd in solo Deo sperandum est, quia ab ipso, & per ipsum salus mentis & corporis est. † In 2 alijs uerò ecclesijs legitur euangelium sequentis dominicæ. Abijt Iesus &c. & aliter incipit operamini in quo improperat dominus turbæ quòd magis curabāt de salute corporis, quàm mentis, quoniā uoluerunt eum facere Regem post miraculum factum de saturatione quinque millium hominum de duobus piscibus & quinq; panibus & hortatur eos dicēs. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam. Cui congruè præmittitur præmissa lectio. Hier. ubi Dominus promittit se habitaturum cū eis, & sic quasi regem futurum eorum qui talem cibum fuerint operati, ut calūniam non faciant innocenti &c. Sanguinem non effundant &c. Rursus introitus, scilicet, Salus populi, uox est Domini, populum consolantis, graduale offertorium, & communio, uoces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autem quinta feria in qua agit de salute, fit statio ad sanctos Cosmum & Dāmianum, q Medici fuerunt, & homines corporaliter & spiritualiter sanabant, ideo de ipsis fit mentio in collecta.

S V M M A.

1 *Feria sexta dominicæ tertiæ in quadragesimæ, & quale, quidùe portendens habeat officium.*

De sexta feria. Cap. 51.

1 SExta † feria, quæ est dies crucis, ostenditur, quod per crucem est salus. unde introitus est. Fac mecum signum in bonum, id est, crucem. Maiorem charitatem nemo habet idest, maius signum charitatis, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis Epistola uerò. Conuenerunt &c. quæ est Numeri 20. capit. est de Mose, qui bis percussit petrā & fluxerūt aquę, ut biberent homines & iumenta. Per binam percussionem, duo ligna crucis intellige, Petra Christus est & fluxerunt aquæ doctrinarum & gratiarum, ut possit bibere totum genus humanum. Respōsorium est. In Deo sperauit cor meum & adiutus sum, quia in sola cruce perfecta est humani generis saluatio. In euangelio uerò. Venit Iesus in ciuitatem &c. Ioan. 4. ca. ostendit Dominus, q nō solum pro nobis crucem sustinuit, sed & multos alios labores unde sequitur ibi. Iesus ergo fatigatus ab itinere &c. dicuntur ibi octo, in quibus instruxit dominus Samaritanam, quæ patent in Euangelio, & ideo respōsorium est octaui toni. Communio est. Qui biberit. Io. 4. cap. *Psal. 82.* *Io. 15.* *Ps. 27.*

S V M M A.

1 *Sabbatū dñica tertiæ quadragesimæ insti-*
tiam

tiã & misericordiam Dñi ad salutem ducere ostẽdit. Et eius officium, & n. 4.
2 Introitus officiorum variat se in versu.
3 Mortis membra quot.
5 Antiphona Med. uita expositio.
6 Vita triplex.

De Sabbatò. Cap. 52.

1 IN sabbato † uero ostenditur ꝙ Dominus saluat per iustitiam & misericordiam. vnde epistola: Erat uir. Dan. 13. c. loqtur de Susanna, quæ saluata est per iustitiam. Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio, quam Dominus liberauit per misericordiam. Ecce qũo euangelium & epistola concordãt. Quia ergo adultera in euangelio saluata est ꝑ misericordiã, & ideo uidens ecclesia infirmitatẽ filiorũ suorũ petit se liberari per misericordiã in introitu, dicẽs *Psal. 5.* Verba mea auribus pcipe dñe, intellige clamorẽ meũ. Et est quinti toni, ꝓp quinque quæ ponũtur in collecta, quæ est talis, Præsta q̃sumus omnipotẽs Deus, ut qui se affligẽdo carnẽ ab alimentis abstinent, sectãdo iustitiã a culpa ieiunent. i. à delectatione quinq; sensuum, sicut Dan. Susanna & Ioachim, Misericordiam Dei nõ consequentur, qui sic non ieiunant. Seq̃t uersus introitus semiplenus, s. Rex
2 meus & Deus meus. ¶ Et ideo † notãdum est q̃ in introitibus aliquãdo duplex uersus ponitur, aliq̃n dimidius, frequentius unus, duplex, ut in introitu defunctorũ, Requiem, versus, Te decet &c. & alius. Exaudi orõnem &c. qa oramus pro defunctis, ꝓp stolã corporis & animæ, quas rogamus eis dari. dr̃ etiã scdus uersus, qa succedit in locũ illius uersus: Gloria pri. q̃ in officio defunctorum tacetur, ꝑ eo q̃ mortui Trinitatem ulterius laudare nequeunt. Ad cuius laudem pertinet iste versus. Sæpius vero vnus dr̃, quia ad vnũtãtum, s. ad Deum uertere nos, debem⁹. Dimidius autem hic ponitur, quia qui misericordiam Dei impetrat, suam debet imperfectionem in operibus confiteri, psalmus tantum opus significat. Post epistolam sequit̃ rñsoriũ. Si ambulem &c. q̃ sic ei respondet, quem Dominus liberat, nullus ei nocere põt, igitur si ambulem in medio umbræ mortis. non timebo mala &c. Vmbra mortis, est mors temporalis, q.d. & si transeam per mortem temporalem, non est timendum, ex quo Deus adiuuat. Et sequitur uersus. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, quia tribulationes Dñi consolantur hominem bonum. Est autẽ primi toni, quia in solo Deo ponenda est spes. In euangelio vero. Perrexit Iesus. Ioan. 8. ostendit se Dominus authorem misericordiæ, cum dixit 26
mulieri adulteræ. Vade, & amplius noli peccare. Item misericordia fuit, quod dixit. Qui sine peccato est uestrum, primus mittat in eã lapidẽ 3. q. 8. qui sine. In offertorio petit similiter per misericordiã liberari, cũ dicit. Gressus meus dirige, & pertinet ad octauam resurrectionis, post cõio uerò ad beatitudinẽ, quæ est. Nemo *Ps. 118.* te. Ioan. 8. c. ¶ Illud † autem notandum est 4
quòd in huius sabbati complectorio antiphona: Media uita cãtatur, eo quòd nunc mediana quadragesimæ incipit hebdomada, qui verò eam in præcedenti sexta feria cantant, numerum dierum ieiunijs afflictorum attendunt. Hanc itaque sub breuiloquio duximus exponendam. †Media uita Christus est, ipse enim me- 5
diator est Dei & hominum. 10. dist. quoniam. Ipse est uia, ueritas & vita, 8. dist. qui contenta. Ipse quidem sanctus, ipse Deus ipse fortis, ipse misericors & Saluator Ad Christum ergo sermo dirigit. O media uita, ideſt, ò Christe, Vel media uita sancta. Trinitas est, q̃ in se uita, & nobis uita media, ideſt, sufficiens, & communis, ad quam sermo dirigitur. O media vita, i. o sancta Trinitas, ideoque subdistinguitur, sancte deus, sancte fortis, sancte & misc. sal. ideſt, pater, & filius, & Spiritussanctus à quo, & ꝑ quẽ, & in quo saluamur, & iõ Saluator ẽt Trinitas appellatur. Ad quemcunq; tamen sermonem dirigamus adiutorium quærimus, qa in morte sumus in miseriis ꝓsentis vitæ petimusq; ne tradat nos amaritudini mortis æternæ. Vel supple. o Domine existentes in uita media, sumus in morte. † ¶ Pri- 6
ma fuit uita iustitiæ, & innocentiæ, in qua creatus est homo. ¶ Secũda est uita peccati, & miseriæ, in qua lapsus est hõ. ¶ † Tertia erit uita immortalitatis & gloriæ, ad quam reparabitur homo. Nos igitur dũ sumus in media vita, sumus in morte, qa vita peccati mors est vitæ iustitiæ, & tõ quærimus adiutorium. Aliæ Ecclesiæ dicunt media uita. quia. n. nunc est medium quadragesimæ, quæ uitam præsentem, q̃ sine peccatis non ducitur, representat. meritò dicitur antiphona ipsa, In morte, i. in peccatis, quæ ducunt ad mortem, Et quia in epistola fit mentio de Susanna, ideo propter æquiuocationem vocabuli fit hodie statio apud sanctam Susannam.

SVMMA.

1 Dominica quarta quadragesimę quid agat. Et qui libri in ea legantur. numero 2. 3.
4 Diabolus quatuor modis nos affligit.
5 Aetates mundi.
6 Introitus missa dicenda in quarta dominica quadragesimæ.
7 Bona cœlestis patriæ quatuor.
8 Rosa aurea Pontificis maximi quid significet.
9 Rosa spiritualiter significat Christum, & eiusdem rosa ratio. n. 10.
11 Romanus Pontifex Petri est successor, Christi vicarius.

De Dominica quarta quadragesimæ. Cap. 53.

1 SEquitur dominica † quarta in qua agitur de superna Hierusalem, & quia in terram illam uenitur eo die, quo filij Israel uenerunt in terram promissionis, prout sub septuagesima dictum est, ideo
2 nunc legitur † Exod. ubi dicit dominus. *Exod. 3.* Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & descendi, ut liberarem eos de manu Pharaonis, sicut autem dominus liberauit populum per plagas missas contra Pharaonem similiter & per plagas liberat de manu diaboli, qui non vult dimittere nos, nisi in manu forti, ut ibi habetur. Prima plaga est conuersio aquarum in sanguinem, per quam peccatum infidelitatis significatur. Per alias plagas significatur, quòd homo per multas tribulationes & pœnas, quas habet, dum moratur in peccato, cogitur redire ad Dominum, sicut de filio prodigo legitur. Legitur ergo Exo. quia per fidem est *Exo. 14.* exitus a seruitute diaboli, & per baptismum, qui significatur per mare rubrum, & per impletionem mandatorum. Quando verò homo talis est̃, facit seipsum tabernaculum Domino, qui uerò non faciet ei hoc tabernaculũ, nec ipse faciet in futuro. Post † Exod sequitur liber Leuiti- 3
ci, q̃ est tertius in Pentateucho, qui ꝓtinet ad Leuitas, qui debebãt Domino offerre sacrificia, unde liber est oblationũ. Ex quo enim homo implet mandata & facit tabernaculũ Domino non restat nisi oblationes Deo offerre. Debet tamen sal apponere in omni sacrificio suo, quia cum discretione debet oĩa facere. Quia ergo tales debent esse mũdi ab omni pec cato & offerre domino hostiã mundam, sanctam, & immaculatã, ideo sequitur in Leuitico de mundatione lepræ, & dicitur *Leuit. 13.* ibi multoties, Sancti estote, quoniã ego sanctus sum. Et quia hoc fit in solẽnitate cordis, & dẽnt oĩa fieri cum gaudio, post ea in eodem libro agitur de solennitatibus. Rursum quia nullus ita perfectus est, quin peccet aliqñ, saltẽ uenialiter, iõ ibi habetur de dubitatione Mosi ad aq̃s contradictionis q. nec ꝓp hoc dimisit opus spirituale facere, ut ad uocem suam fluerent aquæ, cũ dixit. Ascendat puteus. i. doctrina sacra. Cæterum sicut mulier ostendit ex una parte pomũ filio suo, & ex alia inimicũ, ut ueniat ad se, similiter & dñs, iuxta illud Osex 31. c. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Vnde in officio nocturnali ostendit inimicum, qui non vult dimittere populum nisi in manu forti, & in manu diuina, s. ꝑ prædicatores, & ideo primum respondet̃ sorium est, Locutus est dominus ad Mosen &c. Siquidẽ Moses ex aquis assũptus est, Christus per quem liberamur ab huiusmodi inimico, uel qlibet prædicator, qui ex aquis scripturæ debet assumi, &
est quarti toni, quia † quatuor modis nos 4
affligit diabolus, s. interficiendo mares, ideſt, bona opera, uel virtuosos, quos sub mergit in flumine deliciarum huius mundi, & cogit seruire in luto luxuriæ, &

late

latere auaritiæ, & palea inanis gloriæ, Porro quidē; quia populus in illa septuagenaria captiuitate fluxit super flumina Babylonis, & in fine, Cyro permittente, lætabundus exiuit, & gratulās Hierusalē introiuit, ideo cū prima dominica populus captiuatus fieuerit, dicens, Circundederunt me, & in secunda orauerit, dicens, Exurge. in tertia quoque orauerit, dicēs. Esto mihi, in quarta consolationem acceperit dicente Domino Inuocauit me, & ego exaudiam eum, in quinta etiam rursus orationis, institerit, dicēs, Reminiscere miserationum tuarum. in sexta uero Dario licentiam retribuente, consolationem de reuersione percepit, ideoque dixit, Oculi mei. In hac septimana tanquam in fine septuagesimæ ingrediēs Hierusalem, gratulabundus exultat, dicēs, Lętare Hierusalem. de hoc etiā dictū est sub prima dominica. ¶ † Septenariū quoque præ 5
sentis uitæ, quę septem dierū circulo siue curriculo uoluitur, uel potius septē ætatibus, quibus mundus ipse distinguit, sicut per dies septuaginta, sic p septem dominica sancta repræsentatur ecclesia. Prima enim ætas est ab Adam vsq; ad Noe. Secunda uerò a Noe vsq; ad Abrahā, vel ſm quosdam ad Mosen. Tertia a Mose, vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta a transmigratione Babylonis vsq; ad aduētum Domini. Sexta ab aduentu Domini, vsq; ad finem seculi. Septima similiter vsque ad eundē finem. simul n. cōcurrunt, sed illa in vigilantibus & laborātibus, ista in dormientibus, & quiescentibus, ubi requiescunt electorum animæ inter vbera lactantis matris suæ supernæ Hierusalem. In prima dominica velut in infantia mundi, homo a fœlici delectatione deiectus, clamat Circundederūt. In secūda uelut in pueritia mundi concipiens homo spē suæ reconciliationis voce Noe quasi præcentoris implorat acceptionem recōciliationis, dicens, Exurgē, quare obdormis Domine. In tertia velut in mūdi adolescentia concipiens homo suam liberationem de Aegyptiaca seruitute suæ, pte ctionis, & liberationis accelerationē uoce Mosi orat, dicens, Esto mihi in Deū protectorem, Quarta designat iuuentutē ecclesię, in qua regnum diademate coronātur, & sapientia, pphetarū ornatur. Vnde illud officium voce Dauid, quasi præcētoris in cātibus celebratur. Quinta senectutē ecclesiæ, in qua calor naturalis incipit deficere. Nā populo in Babylonice captiuato Ecclesia captiua nec altare habuit, nec templum, imò organa sua suspendit, ideoq; in quinta dominica vacat officio. Sexta, sēsum Ecclesię, s. fines seculorū, cū filius Dei venit in mundum, & de diaboli potestate liberauit genus humanum, Ne igitur sit immemor accepti beneficij, & ingratus, gratulatur, & ait, Oculi mei semper ad Dominum, Hæc autem septima & vltima significat sabbatū mundi, in quo Sanctorū animæ requiescunt, illic Hierusalē, quæ sursum est, quæ libera est, quæ mater nostra est lætatur, vnde dī Dominica lætitiæ. Est enim septima septuagesima, & per septenariū significatur septima ætas eorum, qui sunt in requie. Representat enim hęc dominica libertatē concessam filijs Hierusalē redeundi a Babylone anno sexagesimo, quam habuerunt plenariam in anno septuagesimo, vnde totum huius diei officium de lætitia, est ad representādum illorum lætitiam, & etiam nostram, quoniā finitis sex ætatibus, erimus in septima a mundi exilio liberati, cum cœlestem paradisum, quæ est patria nostra, intrabimus. Cantatur ergo † hodie introitus, Lætare Hierusalē 6
ad ostendendum, quòd sicut illi, qui cum ingenti lætitia a Babylone venerunt in Hierusalem, ita & nos ab hoc mundo lætantes in cœlestem Hierusalē veniemus. Babylon enim interpretatur confusio, vnde significat mūndum, vel infernum, quia in hoc mundo est confusio vitiorū, & in inferno tormentorum, dī ēt hæc dominica refectionis, quia in ea Dominus refecit & satiauit quinque millia hominū, vel quia in ea ostenditur cœlestis Hierusalē, ex qua omnis refectio est. Quia ergo Ecclesia lætatur pro hac refectione, ideo cantat lætare Hierusalem, i. Ecclesia, ibi enim æterna requies promittitur. In nocturnali enim officio cantatur responsoriū. Audi Israel præcepta Dñi, & ea in corde tuo, tanquam in libro scribe. Et dabo tibi terrā fluentem lac & mel. Postea sequitur

quitur in introitu: Ab uberibus consolationis eius. Hæc uerba sunt duo testamēta, de quibus sumuntur promissiones dulces, in quibus est consolatio nostra. Et sūt in ea tria uerba lętitię, scilicet lętare, gaudete, & exultate. Rō, quare posita est sub titulo de septuagesima in principio. Et sumitur iste introitus de Esa. ult. c. sed de antiqua translatione, quia in Esaia sic nō iacent uerba hęc. uersus uerò de psalmo, qui loquitur de Hierusalem superna, scilicet Lętatus sum &c. est quinti toni pro Psi. 121.
pter quinque milia hominum, quos refecit, uel ideo, quia illi qui cohibent, & refrenant, & bene ordinant quinque sensus corporis, illi habebūt huiusmodi refectionem & consolationem, de qua in introitu habetur, & quæ petitur in collecta Cōcede quęsumus omnipotens Deus, ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Scripserunt tamen quidam, q̄ quia Alber. Papa. qui tamen in chronica non inuenitur, celebrauit tali die Romæ in dicta Ecclesia, quæ uocatur Hierusalem. ideo cantatur, Lætare Hirusalem. Et nota quod in quibusdam ecclesijs de hac die & in festo annunciationis Domini duæ collectæ dicūtur, ut quasi duplex festū exoluere uideā tur, quod nō fit in alijs præcipuis festiuitatibus, etiam natiuitatis Domini, & similibus, quia illæ per octauas producuntur, nec unus diei duntaxat obseruātur, sicuti ista coangustātur. Sequitur Epistola. Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit &c. ad Gal. 4. c. Vbi sequitur. Quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Hoc autem dicit, ut non ti- Psi. 121.
more seruili seruiamus Dño, sed amore. Responsorium est de eodem, Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi &c. & est septimi toni propter septimam ætatē, in qua erimus in quiete. Sed quia adhuc sumus in labore. ideo sequitur tractus, sed Psi. 124.
suauissimus. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion &c. in quo ostenditur, q̄ qui in Domino solo sperant, habebunt illam refectionem. Sequitur euangelium, Abijt Iesus trans mare Galileæ, & c. Ioā. &c. Quinque autem panes, quibus Dominus refecit nos, prout ibi legitur, sunt quinque libri Mosi, duo uero pisces, sunt plal-
mi & prophetia, uel libri Iosue & Iudicū, quia de illis septem sumuntur orationes, in hac dominica, & ita reficit omnes. offertorium est. Laudate, & est secundi toni, ad ostendendum, quòd Deum laudare debemus pro corporali refectione & spirituali. Post communio uerò est, Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas &c. Et loquitur de illa Hierusalem, quæ libera est, & est † quarti toni, propter quatuor, quæ 7
ibi dicūtur. Primum est, quia omnia sunt communia. Ibi enim Deus est omnia in omnibus. Secundum est, quòd æternali- 1. Cor. 13
ter participantur ea, quæ ibi sunt, unde dicit. Cuius participatio eius in idipsum. Tertium est, quòd nullus de filijs diaboli potest ibi ascendere, unde dicit, illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, Quartum, quia ibi est continua laus Dei, unde sequitur. Ad confitendum nomini tuo Domine, & inde est illud Beati, qui habitant in domo tua Domine. in secula seculorum laudabunt te. In hac dominica Romanus pontifex celebraturus † ad Ecclesiam pergens, & rediens ab ea- 8
dem auream in manu sub aspectu populi fert Rosam. Circa quod duplex insurgit ratio, una secundum literam, altera secundum spiritum. Sanè secundum literam, ne fidelis populus, propter quadragesimalis obseruantiæ asperitatē sub continuo labore deficiat, quia quod caret alterna requie, durabile non est, ideo in hac mediana quadragesimæ quoddam recreationis solatium interponitur, ut anxietas temperata leuius sufferatur, iuxta illud. Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernum nāque officium tota lætitia plenum est, & in omni uerborum clausula iucunditas exuberat, gaudium resonat. hilaritas inculcatur. Tria ita representat dies ista, scilicet charitatem post odiū, unde dicitur, Lætare Hierusalē, & conuentū facite omnes, qui diligitis eam. Gaudium post tristitiam unde, Gaudete in lætitia, q̄ in tristitia fuistis. Et sacietatem post famem, unde Vt satiemini ab uberibus consolationis vestræ. Quæ tria pariter designātur in tribus proprietatibus huius floris, charitas in colore, iucunditas in odore & satietas in sapore. Rosa q̄ppè, p cæteris floribus colore delectat, odore recreat, & sapo-

Universidad de Deusto Biblioteca

sapore confortat, delectat in uisu, recreat in olfatu, & confortat in gustu. Nêpe rosa in manu Romani Pontificis gaudium Israelitici populi designat, quãdo per gratiam Christi data est illi de Babylonica captiuitate licentia redeũdi. Deinde illa donatur nobiliori & potentiori, q̃ tũc in curia reperitur, in quo nobilitas, & excellentia illius peculiaris populi Domini designatur. Demum ille cum multo equitatu & lætitia iogenti ciuitatem cum rosa circuit, figurãs gaudium illius populi in ciuitatem Hierusalem reuersi, atque communionem totius fidelis populi & ecclesię lętitiam de præmissis. Spiritualiter † autem flos iste, florem illum significat, qui de se dicit in canticis, Ego flos campi & lilium
Can. 2. conuallium. Et de quo propheta, Egredie
Esa. 11. tur uirga de radice Iesse, & flos de radice
Psal 44. eius ascendet. Qui uere est flos florum,
Can. 1. idest, sanctus sanctorum, quia præ cęteris floribus, idest sanctis, colore delectat in visu. Nam speciosus forma præ filijs hominum, in quem desiderant angeli prospicere. Qui odore recreat in olfatu, quia sicut legitur in canticis. 1. c. Meliora sunt ubera tua uino fragantia unguentis optimis. Qui sapore confortat in gustu quia panis quem ipse dat, caro sua est, pro mũdi uita, omne delectamentum habens, & omnis saporis suauitatem. Hinc est enim qui de quinque panibus & duobus piscibus quinq; millia hominũ saturauit. ¶ Tri
10 plex † autem est in hoc flore materia, aurũ uidelicet, muscus, & balsamum, quia triplex est in Christo substantia, deitas, corpus, & anima. Sed balsamo mediante muscus auro, coniungitur, quia anima mediãte corpus coniungitur deitati. Diuina enim natura tantæ subtilitatis est, ut corpori de limo terræ formato nõ congrueret uniri, nisi rationabili spiritu mediante. ¶ Rursus flos ipse aureus est, quia Rex regum & dominus dominantium, cuius rubor apparuit in insignijs passionis, & odor in gloria resurrectionis. Huius floris baiulus est uicarius Saluatoris. Romanus
11 puerõ pontifex successor utiq; Petri, & uicarius Iesu Christi, qui hunc florẽ fidelibus populis demonstrat, non omni tempore, sed in hac dominica tantum, quæ septima est ab illa, quæ septuagesima nũcupatur, quia Christus non in qualibet hora, sed in septima tantũ ætate uidetur ab illis q̃ beata requie consolabuntur. ¶ Rursus in urbe ostenditur non alibi, qui apud basilicam, quæ sanctæ crucis in Hierusalẽ appellatur, quæ supernæ Hierusalem typum obtinet, & speciem representat, de qua dicitur in epistola hodierna. Illa, quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra, in qua Christum angeli sancti & beatæ animę contemplãtur, ad quã merito dicitur. Lętare Hierusalem, & conuentum facite omnes, qui diligitis eã, quasi dicat, nos catholici, non hæretici. ¶ Differt autem hodierna statio ab illa, quæ fit ibidem in secunda dominica aduentus, quia illa futuræ beatitudinis est annuntiatio, hæc quasi præsentis contemplatio. Vnde & festiuius agitur, quia spei nostræ festiuitas est. Hac etiam die Christianus coronatur Imperator, ut semper coronæ supernæ Hierusalem meditetur, Dauid ter in regem unctus est, videlicet sub domini ca post ascensionem. Hæc ergo dominica priuilegiata est, quia representat licentiã redeundi de seruitute ad libertatem populo Israelitico concessam, & lætitiam ex hoc habitam.

S V M M A.

1 *Feria secunda in quadragesima dominicã secunda, ratio.*

De secunda feria. Cap. 54.

SEecunda feria est † de iudicio. Vnde in epistola. Venerunt duæ &c. 3. Reg. 3. c. agitur de iudicio Salomonis duabus mulieribus de puero contendentibus, extra de præsumptio. capi. 1. Mulier una quæ dixit, quod diuidatur puer, est synagoga, quæ diuidi conata est puerũ Iesũ, alia mulier, quæ dicit, detur ei infans uiuus, est Ecclesia. Vnde in responsorio petit hęc mulier puerũ. Esto mihi in Deũ protectorem, idest, petit sibi dari Christũ. Euangelium. Prope erat. Ioan. 2. c. similiter est de eiectione uendentium, & de iudicio, ubi habetur, q̃ non credebat se Iesus eis, quia nixi sunt eum interficere, postea, sequitur

tur de passione sua. Soluite. i. soluetis tẽplum hoc & in triduo excitabo illud, scie
Psal.53 bat. n. q̃d facturi erãt. ¶ Quia uero ex passione Domini est omne gaudium, ideo in offertorio cantat Ecclesia Iubilate. In introitu autẽ petit iudicari, sed prius petit
Psal. 60 misericordiam. Deus in nomine tuo saluũ me fac, scilicet per misericordiã & in uirtute tua iudica me, & est quarti toni, quia ibi habetur. Ab insurgentibus me libera me. Idest, ab inimicis, q̃ quatuor modis, sicut dictum est sub dominica, insurgũt cõtra nos, & ideo sicut dominica fuit de misericordia, in secunda feria est de iustitia.

S V M M A.

1 *Feria tertia dominicæ quartæ quadragesimæ de quo agit tum de Epistola n. 2. tum de euangelio nu. 3.*

De tertia feria. Cap. 55.

1 TERTIA † feria est de oratione, idest, de efficacia orationes, q̃ scilicet fit salua iustitia, q̃d ostendit in epistola. Locutus est &c. q̃ est Exod. 32. c. ubi sequit. Dimitte me, ut deleã eũ, & Moses orauit p̃ populo, & Dominus dimisit peccatum, salua tñ iustitia, q̃a seruauit sibi uindictã. Vnde & si pp illud peccatum, quod comiserũt in Christũ pręcipuè puniantur, tũ &
Mat. 23 propter illud, quod commiserunt tũc, scilicet odoranda uitulum, unde dicit Dominus in euangelio. Implete mensuram patrum uestrorum, quia uero tã efficax est oratio, ideo in introitu dicit Ecclesia. Exaudi orationem meam &c. uersus. Cõtristatus sum in exercitatione mea. Cõtristat⁹ enim fuit p̃ dilatione patriæ, & incolatu miserię. Quia uero exercitatio Christiani est icoercione a petulãtia, & lasciuia quinque sensuũ, idcirco quinto resonat hunc int. Ecclesia. & sequitur epistola. Locutus
2 † est &c. in qua sicut dictum est, impetrauit Moses dimissionem peccati, salua iustitia, & ut filij eorũ mererẽtur intrare terram promissionis, ideo in respõsorio orat Ecclesia, ut mereatur ipsam impetrare filijs suis, ut intrẽt terram promissionis, licet adorauerunt uitulum conflatilem, id est, uenerati sunt lasciuiam & pompã mũdi, dicens. Exurge domine ser opẽ nobis. & uersus. Deus auribus nostris audiuim⁹ *Psal.48.*
quoniam tu liberasti eos, & condonasti eis similiter & fac nos spiritualiter. Postmodũ sequitur euangeliũ. † Iam die festo 3
Io. 7. c. de ostinatione Iudæorum, qui dicebant; Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit & dixit dominꝰ. Moses dedit uobis legẽ & uos uultis me interficere quasi dicat contra legem uestram uultis facere & facitis, & dixerunt, dæmonium habes. Ecce quomodo obstinati fuerunt, & hoc est, quod in epistola habetur. Recesserũt cito a uia, quam ostendisti eis. Ecclesia uero ostendens se nos cõsentire peccatis, dicit in offertorio. Expectans expectaui Do *Psal.39*
minum, ostendens se expectare Christum usque ad finem. Et quia bene expectat, q̃ a lasciuia quinq; sensuum abstinet, ideo quinti toni est, Per hanc autem spẽ reducitur nouus populus in terram promissio *Psal.32*
nis unde sequitur postcommunio. Lętabimur in salutari tuo, & est primi toni, quia omnis lætitia a Deo est.

S V M M A.

1 *Feria quarta Dominicæ quartæ quadragesimæ quid tractet.*
2 *Scrutinium quid.*
3 *Scrutinia qua solemnitate fiat & nu. 6. Et quo tempore, quaue hebdomada, n. 4.*
5 *Scrutiniũ cur fiat quarta feria quarta dominicæ quadragesimæ.*
7 *Frons sedes est pudoris.*
8 *Scrutinij cæremonia explicantur.*
9 *Ecclesia quid adhibeat circa seruatos.*
10 *Scrutinium populis annuntiandum. Et qua forma ibid.*
11 *Lectiones duæ leguntur in quarta feria quartæ dominicæ quadragesimæ.*

De quarta feria. Cap. 56.

SEquitur † quarta feria, quæ est catechizandorum, quia in ea die ducũtur ad ecclesiam cathecumini, & cathechizantur, instruuntur, & hoc est tertium scruti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scrutinium, ut iam dicetur. Vt autem seruiamus consuetudini ecclesiæ Italiæ, quæ scrutinij solennitatem obseruat, & iuxta de illo loquentibus & quia etiam quædã de his quæ de illo fiunt, utique in baptizando seruãtur, iõ aliqua de illo dicam⁹ uidelicet quid sit scrutinium, & vnde dicatur, & unde originem traxit, quando, & quoties & quare in temporibus statutis fiat, quid in eo fiat, usque ad exorcismũ, & quid ab exorcismo, usque ad ecclesiæ ingressum, & q̃d ab ipso ingressu, usq; ad finem, & quare hæc omnia fiant, subsequẽter uerò de officio missæ huius diei dicemus. ¶Scrutinium †nihil aliud est, quam fidei & religionis Christianæ inquisitio. Est enim quasi quoddam iter seu separatio ad baptismum, & dicitur a scrutando i. inquirendo, quia fidei religionis inquisitio fit in eo, unde originem traxerit iam dicetur. Incipit autem fieri scrutinium in quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimæ, sed in hac quarta fit solenne. Fiebant enim in primitiua Ecclesia septẽ scrutinia, duo scilicet in quarta feria, & sabbato tertiæ hebdomadę, & duo in quarta feria, & sabbato quartæ hebdomadæ, & duo in quarta feria, & sabbato quintæ hebdomadæ, & unum in quarta feria ultimæ hebdomadæ, in quibus adulti, qui uenturi erant ad baptismum, docebantur orationem dominicam, & symbolum, ut in sequenti tunc sabbato, in quo baptizandi erant, utrunque ante baptismum scirẽt, & adhuc hodie in quibusdam Ecclesijs septem fiunt scrutinia, propter septiformẽ gratiã spiritussancti. Sed tertium uidelicet hac die solennissimum, & in oĩbus Ecclesijs ordinẽ Romanum sequẽtib.† in quolibet scrutinio dicit Missa scrutinij, uidelicet. Dum sanctificatus fuero, de qua iam dicetur. Dicũtur etiam ꝓprie collectæ per cathecuminis ut, Omnipotens sempiterne Deus, Ecclesiam tuã iter remedij &c. Sed quæritur, quare tertium scrutinium fit solenne, & non primum nec secundum? Respondetur ad notandum, quòd nec prima ætas, i. infantia, nec secunda, i. dest puericia, ita apta est seruitio Dei sicut illa, in qua maximè discretio boni & mali haberi incipit, & in qua contra carnem pugnatur. Inde est etiam, quòd non prima tribus, i. tribus Iudæi, nec secunda, i. dest tribus Symeõ, sed tertia, i. dest Leuitica, sacrificijs Domini est deputata, sed nec in primo libro pentatheuchi, nec in secundo agitur de sacrificijs, sed in tertio, prout dictum est in p̃cedenti dominica, fit autẽ scrutinium in hac † septima hebdomada a Septuagesima; quia dum Iudæi fuerunt in Babilonica captiuitate, mixti fuerũt inter eos q̃dam de gentilibus, unde post eorum reditum ignorabatur de pluribus, utrum essent Iudęi, uel non, quidam etiam dicebãt se fore de Leuitica tribu, qui non erant, & se sacerdotes qui non erant. Ideoq; Esdras & alij sapientes genealogias diligenter scrutati sunt, & Iudæos a gentilibus, & Leuitas a non Leuitis segregauerunt, ita & nos in hac septima hebdomada, q̃ finem illius septuagesimæ Babylonicæ captiuitatis significat, scrutinium facimus ut credentes ab incredulis segregemus, quos in sacrosancta solennitate redẽptionis nostræ ex aqua & Spiritusancto renouamus. Non. n. in primitiua Ecclesia alio tempore baptisma celebrabãt nisi forte, mortis periculo imminente. Omnes igit Ecclesiæ prolis, quam per anni circulum uerbi pabulo generabãt, hac die nomina sua dabant in quibus perscrutãdum erat, ne qua radix amaritudinis inesset, ut in hæreticis, ne prius illis sancta darentur, q̃ Christiana fides radices in eorum mẽtibus fixisset 1.q.7 quoties, de consecr. dist. 2. ego. Vnde nominibus datis quilibet eorum per dies sequentes usque ad pascha fidei regulam audiebat, & sic lactatus, & grandescens in p'enilunio, i. in baptismo plena fide symbolum reddens Christo in baptismo cõmoriebatur, & resurgebat. Porrò in hac 4. feria fit scrutiniũ pp multa. ¶ † Primò; quia ipsa præfigurata est a quarta seculi ętate, quæ fuit a Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis. In qua non solum Iudeę gẽtis inchoatum est imperium, uerum ẽt Christi, & Christianorum regnũ ex promissione sumpsit exordium iurante domino Dauid. De fructu uẽtris tui ponã sup̃ sedẽ tuã, ideoq; meritò in hac feria catechumini ad Christi nomẽ accedũt, & Christiana religio in ea initiũ capit. ¶Secunda, quia sicut in quarta se-

ta feria stellæ creatæ sũt, & in cęlo soli, & lunæ coniunctæ, ita & fideles hodie cõcipiuntur, qui Christo soli & Ecclesię lunę coniunguntur, & in cœlo, i. dest, in patris regno iam splendent in spe, & in futuro splendebunt in re. ¶Tertiò, quia sicut in quarta ætate ædificatum est templũ Domini per Salomonem, sic & in hac quarta feria præparamus baptizandos, ut sint templũ Domino. ¶Quarto; quia in quarta feria cœpit nostra redẽptio in qua proditus est Dominus a Iuda, ut ꝓ redimenda Ecclesia moreretur, & ideo in quarta feria isti præparantur, ut effectum percipiant redẽptionis. ¶Quintò; quia agnus 24. diebus obseruabãt, & præparabatur, & lunæ quintadecima imolabatur, decet, vt Ecclesiæ noua soboles, q̃.ad cõmorien dã Christo in baptismo præparetur, diebus quindecim anteriori ieiunio spiritualiter signata, ætati lunæ, quæ illã significat, exequetur. ¶Sextò, quia quarta hominis ætas, scilicet iuuentus, per quartam feriam significata, apta est prælijs & gubernaculo imperij, & ideo catechumini præparantur in quarta feria ad prælium contra diabolum, & ad regnum, & imperium regni Dei. ¶Hoc † autem ordine scrutinia celebrantur; quoniam a principio usque ad exorcismum hæc fiunt. Primò quidem fit nominum baptizandorum ꝓ acolytum descriptio, & eorum per nomina in Ecclesia vocatio. Secundò, masculorum ad dextram, fœminarum ad sinistram, ad ianuam Ecclesiæ, ubi fidem petunt, reductio. Tertiò, per exorcistam gemina interrogatio, una de renunciatione diaboli, alia de fide Christi. Quartò dæmonis exufflatio. Quintò, crucis in frõte expressio. Sextò, dicitur oratio. Septimò fit in ore salis impositio. Quod igitur nomina per colytum scribuntur, ex quo ipse etiam notarius dictus est, significat, ꝙ nomina fideliũ in libro uitæ scripta sunt. Quòd nominatim uocãtur, significat uocationem fidelium ad vitã æternam. Cęterum ianua Christus est. Ducuntur igitur crediturí ad ianuã, i. ad Christum, q̃ de seipso dicit. Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabit. Quod uero masculi ponuntur a dextra & fęmĩnę a sinistra, designãt, quod uiriliter agẽtes a dextris & effęminati a sinistris in iudicio statuuntur, quod abrenuntiant diabolo, per hoc se a iugo eius, cui ex originali sunt obnoxij, subtrahunt. per hoc enim, quod fidem Christi cõfitentur, iugo Christi se subijciunt. Dæmonis exufflatio est potestatis eius debilitatio. Crux, quæ imprimitur frõti, est uexillium nostrum, quo diabolum vincimus, nõ fit aliud signum, nisi crux, ut in hoc solo signo diabolus sciens se esse uictum, cõtremiscat & fugiat. †Fit autem in sede pudoris, i. dest in fronte, ne erubescat fidelis cõfiteri dominum suum esse crucifixum. Oratio contra diabolum est munitio. Sal in ore positum est sapientiæ condimentum. Hæc plenius dicta sunt in parte prima sub tit. de unctionibus, & dicetur sub sabbato sancto. Nũc dicenda sunt, quæ ab exorcismo usq; ad ingressum Ecclesiæ fiunt. Primo, diabolus exorcizatur, & ter repetuntur uerba illa Audi maledicte diabole &c. Secundo masculi seorsum ponuntur. Tertio ad monitionem diaconi capita inclinant catechumini, & super eos oratio dominica & symbolum dicitur. Quartò a sacerdote aures & nares illorum saliua tanguntur. Quintò, ab acolyto illuminantur. Sextò, a diacono euangelium super eos dicitur. Septimò, per ostiarium in Ecclesiam introducuntur. † Primo ergo exorcizatur diabolus, i. dest, adiuratur ut a fidelibus recedat. Ter repetuntur uerba illa. Audi maledicte diabole &c. quia in confessione Trinitatis diabolo resistitur. Sursum masculis, & deorsum fœminis fit exorcismus, quia maioribus maiora, minoribus minora sunt proponenda. Quod ad admonitionem diaconi capita inclinant, significat, quod cum Deo communicaturi acclamante diacono capita inclinabunt, & hæc ratio pro communione habetur. Quod symbolum & dominicam orationem sacerdos super capita eorum dicit, notat, ꝙ templum Domini contra diabolum munit. Aures & nares saliua tangit, ut doctrinam de ore prædicatoris procedentem fideles libenter audiant, & ipsa eis bene redoleat quo adusque Spiritum habent in naribus, id est quandiu viuunt. Ipsorum illuminatio est tenebrarum ignorantię & peccati,

per lumen intelligentiæ effugatio. Euãgelium, quod super eos dicitur, est doctrina Saluatoris, qua instruuntur. Deinde per ostiarum introducuntur; qa post impletionem euangelij per ostiarum, idest, per Spiritum sanctum, in cœlestem patriam
9 introducuntur. Post hæc dicẽda † sunt ea, quæ ab ingressu Ecclesiæ usq; ad missam fiunt. Primò, masculi ad austrum statuuntur, fœminæ ad aquilonem inde quatuor lectiones super eos leguntur, & quatuor initia euangeliorũ, deinde duo, vnus masculus, & una fœmina in sanctuarium ab acolytis portantur, post symbolũ græcè super masculos, latinè super fœminas dicitur. His peractis Ecclesiam ingrediũtur, & sic missa cantatur. Quòd autem masculi ad austrum, & fœminæ ad aquilonẽ statuuntur, significat, quòd fortiores hostibus tentationum obijciendi sunt, & debiliores humiliter sunt erudiendi. Q̃d quatuor lectiones super eos leguntur, significat doctrinam quatuor euãgeliorũ, qua instruũtur. Vnde statim quatuor initia euangeliorũ leguntur super eos, quasi congreget eos à quatuor partibus orbis. Quòd vnus masculus, & vna fœmina portantur in sacrarium, significat, quòd de utroq; sexu fideles ascendent in cœlum. Sed nõ ascendet, nisi unus, idest, in vnitate Ecclesiæ constitutus, sicut in probatica piscina non sanabatur, nisi unus. Quod symbolum legitur super masculos græce, & sup fœminas latinè, per duas linguas, quibus symbolum legitur, oẽm linguam intelligimus. Nam in græcis viguit sapiẽtia in latinis, scilicet Romanis potentia. & ita per has duas tanquam excellentiores omnem lingũam intelligimus, quasi cum Apostolo ad Philipp. 2. cap. dicamus, Omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Expositionem oronis dñicæ, & symboli in 4. parte, in suis locis exposuimus.
10 †Et attende, quod ante hanc quartam feriam in dominica, uel in secunda feria. est huius feriæ scrutiniũ, populis annuntiandum his uerbis, Scrutinij diem; dilectissimi fratres, quo electi nostri diuinitus instituãtur, imminere cognoscite, ideoque solicita deuotione sequenti quarta feria circa horam nonam conuenire dignemini, vt cœleste mysterium, quo diabolus cum sua pompa distruetur, & tanua cœlestis regni peruetur inculpabili ministerio peragere valeamus. In hac vero feria quarta finitis missarum solennis, pbyter annunciat, ut sabbato proximo ad scrutinium reuertantur, & sic iterum atque iterũ annuntiat, donec septima scrutinia celebrãtur. Sanè expleto scrutinio, dicitur Missa, ut præmissum est, in qua legitur lectio & epistola, quia baptizandus in duobus est catechizandus, idest, instruendus, de nouo & uet. test. maxime in illis, quæ pertinent ad baptismum.
¶ †Rursus, quia instruendus est in fide, 11
& in moribus, ideo duæ lectiones leguntur, de quibus in eis cum suis respõsorijs disputatur. Legitur enim de Philippo, q̃ Eunucho euangelizauit Iesum. Et secundum Augustinum euangelizare Iesum, *Act. 3.*
est, non tantum docere credenda, sed ét quæ sunt post baptismum seruanda. In prima ergo lectione, scilicet Sanctificabo &c. quæ sumpta est de Ezech. 36. de fide agitur, ubi dicitur, Tollam quippe uos de gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & effundã super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris, & dabo uobis cor nouũ. Fidelis enim de varijs terris congregati sunt i Ecclesia, & aqua salutaris baptismi super eos effusa est, qua ab uniuersis peccatis & erroribus sunt mũdati, & datum est eis cor nouum, ut credant in Christũ. De hac lectione sumitur introitus, Dum sãctificatus fuero &c. vel baptizatus dicitur cor nouum. In uersu autẽ, Benedicã *Ps. 33.*
Dominum &c. sunt gratiarũ actiones de hac sanctificatione, & est tertij toni; quia sanctificatio pertinet ad Trinitatem. Verum quia per talem sanctificationẽ fiunt homines filij, ideò subsequit in graduali, *Ps. 111.*
Venite filij audite me, timorem Dñi docebo uos quod est septimi toni, ppter septem dona Spiritus sancti, quæ dantur in baptismo, uel quia ad hoc q̃ qs uere credat i Christũ. necesse est, ut timeat Deũ, ideo sequitur ipsum graduale, vbi sequit de timor. Initium sapiẽtiæ timor Domini est. Qui ergo radicẽ imponit credulitatis, eum a timore inchoare oportet, iuxta illud, A timore tuo Domine concepimus

mus; & peperimus Spiritum salutis. In secunda lectione, s. in Epistola. Lauamini &c. quæ sumitur de Esa. 1. c. agitur abundanter de moribus, vbi dicitur. Quiescite agere peruerse. discite benefacere &c. & postea cõcluditur & venite & arguite me, dicit Dñs. q. d. Si hoc feceritis & vos non remuneraero, iure me tanquã iniustũ redarguere potestis, item dicitur ibi. Lauamini, s. per baptismum & estote, idest manete mundi, s. per pœnitentiam. Et quod possint, ostendit, dicens. Auferte malum cogitationũ vestrarũ, & si fuerint peccata vestra, vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur &c. Verum, quia illi, qui fidem veram, & bonos mores seruant, ad hæreditatem Domini pertinere probantur, idcirco sequitur graduale, Beata gens, *Esa. 32.*
cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. Hi efficiuntur cœli, qui verbo, idest, filio Dei firmantur, unde sequitur versus, Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. Item, quia in talibus locum habet beatitudo, ideo graduale illud est primi toni, quia beatitudo à solo Deo est. Ab his quoque non discrepat euangelũ precedens scilicet. Præteriens Iesus &c. Ioã. 9. c. quod est de illuminatione cæci, quia cæci illuminantur in baptismo. vnde dr ibi, Lutum fecit Dominus ex sputo, & pcepit cœco, ut lauaret se in natatoria Syloe; idest, Christi, qui missus fuit à patre, idest in baptismo, vel in doctrina Christi, de quo dicitur Gen. vlt. c. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius donec veniat, qui mittendus est, hebræus habet. Donec ueniat Sylo, idest. Missus, Postmodũ in gfarum actione sequitur offertorium secundi toni pp illuminationem & confirmationẽ. Dicto autẽ offertorio, archidiaconus ascendit pulpitũ clamans alta uoce. Si quis est cathecuminus, exeat foras, prout dictum est in proœmio quartæ partis, & tũc omnes cathecumini exeunt foras, & sic fit septies prius, quam baptizẽtur, videlicet in quolibet scrutinio, quia qui non regenerati sunt, nec Christi mysterijs cõuenit interesse. Quidam tamen cathecuminos ante Euangelium de Ecclesia eijciunt, quod nõ laudamus. cum eis sit euangelium prædicandum, sicut & Apostoli primitijs Gentiũ euangelium prædicauerunt, sed sacrificijs interesse non debent, tum quia sacerdos orat pro circumstantibus, quorum fides Deo cognita est, & nota deuotio, at isti nondum fideles vocantur, tum quia qđ conficitur. fidelibus porrigitur, in post. communione uerò agit gratias cœcus de illuminatione sua, dicens. Lutum fecit Dominus ex sputo. Io. 9. & est primi toni, quia ad locum unde exeũt flumina reuertuntur, ut iterum fluant, sic autem recognoscendo bona, debemus agere Deo gratias. Hæc autem quarta feria in hoc priuilegiata est, quia io ea leguntur duæ lectiones pro eo, quòd in sequenti sabbato ordines celebrantur, item quia hac die ordinandi examinantur, item quia hac die fit scrutinium baptizandorum in sabbato paschali, ut præmissum est.

SVMMA.

1 *Feria quinta quarte dominice quadragesimalis. Et misse introitus.*
2 *Epistole allegorica expositio.*

De quinta feria. Cap. 57.

QVINTA feria † ostendit, quod 1
non est sanctificatio, nisi à Deo, vnde introitus est. Lætetur cor quærentium Dominum, & post, Quærite faciem eius semper, & est secundi toni quia *Ps. 14.*
quæritur, ut habeatur, & postea, ut amplius habeatur. Quanto enim magis habetur, tanto magis quæritur. Epistola verò. Venit mulier &c. 4. Regum. 4. c. Et est de resuscitatione filij mulieris Sunamitis, quem resuscitauit Hælisæus, & incuruauit se super puerum, & pueri qualitati se conformauit, puer uero septem oscitationes emisit, & est resuscitatus.
† Nempe Sunamitis interpretatur captiua, filius eius, genus humanum, quod dicitur puer propter parnitatem sensus, baculus, de quo ibi dicitur, est lex, quæ percutit, dicens Oculum pro oculo &c. Quæ neminẽ ad perfectionẽ ducit Hæ-

Universidad de Deusto Biblioteca

br.6. Hæliseus verò, ideſt, Chriſtus inclinauit ſe ſuper hunc puerum, ideſt, exinaniens ſe factus eſt ei ſimilis, & reſuſcitatus eſt. Sed oportet, vt ſeptem oſcitationes emittat. ¶ Prima eſt fidei, quia ſine fide non eſt introitus. Primò enim veritatem debet quis credere, & omnia poſſibilia ſunt credenti. Domine, inquit leproſus, ſi vis, potes me mundare, & dixit, volo mundare. ¶ Secunda oſcitatio, eſt timor. ¶ Tertia, eſt dolor de peccatis, quia miſericordia non fit ſine iuſtitia. ¶ Quarta, propoſitum confitendi. ¶ Quinta eſt propoſitum ſatisfaciendi. ¶ Sexta, propoſitum de cætero non peccandi, q̃ ſcilicet non offendat Deum creatorem ſuum, & omnia iſta debent fieri in ſpe vitæ & gloriæ. Vnde ſpes eſt ſeptima oſcitatio. Reſponſorium eſt. Reſpice in teſtamentum tuum, & poſt, Exurge, ideſt, fac nos exurgere, & eſt quinti toni, propter quinque ſenſuum reparationem, ſiue innouationem. Euangelium vero, Ibat Ieſus &c. Luc. 7. c. Eſt de reſuſcitatione filij viduæ cui dixit Dominus: Adoleſcens tibi dico ſurge. In quibuſdam tamen Eccleſijs dicitur illud euangelium. Sicut pater ſuſcitat mortuos, & viuificat &c. Sequitur offertorium Domine ad adiuuandũ &c. Septimi toni, propter ſeptem oſcitationes in gratiarum actiones. Poſtcommunio verò eſt de æterna beatitudine, ſcilicet Domine memorabor iuſtitiæ tuæ cui competit dare æternam beatitudinem, quæ erit octaua reſurrectionis.

Matt. 9. Mat. 8.

3. Reg. 17. c. ponitur reſuſcitatio filij viduæ ab Helia. Reſponſorium eſt. Bonum eſt ſperare in Domino, ſupple, quia reſuſcitat. & eſt quinti toni, cuius rõ in præcedenti feria etiam dicta eſt. Sequit euãgelium, Erat quidam. Ioan. 9. c. De reſurrectione Lazari, qui hac die reſuſcitatus eſt. Et offertorium in gratiarum exhibitione, Populum humilem ſaluum facies Dñe &c. Primi toni, eadem rõne, ſ. in ſolo Deo ſperandum eſt. In poſtcõione vero habetur, q̃ ad pces earum, ſ. Mariæ & Marthæ ſuſcitatus fuit Lazarus. Videns Dominus flentes ſorores Lazari &c. Io. 9 ca. Per quod ſignificatur, q̃ ad preces Sanctorum ſuſcitat Deus mortuos, ſpiritualiter dãs eis primam gratiam, & ideo eſt primi toni propter primã reſurrectionem, ſ. animæ. † Et attende, quòd ſemper hac die, quæ eſt quintadecima à paſſione Domini, legitur prædictũ euãgelium, q̃ conſtat hac die Lazarum ſuſcitatum eſſe, de quo euãgelio ſumitur reſponſorium. Occurrerunt Iudæi &c. Quod hodie in quibuſdam Eccleſijs cantatur, cui hodie congrue in Euangelio præmittit dicta lectio de filio Sareptanæ mortuo, quem ſuſcitauit Helias, ponens eum ſuper lectũ, & expandens ſe tribus vicibus ſuper eũ. Nẽpe hæc mulier eſt Eccleſia, q̃ fide ſuſcipit Chriſtum in hoſpitio cordis. Filius eius eſt quilibet fidelis, qui moritur, cũ morte dignum peccatum cõmittit. lectus Heliæ catholicã deſignat eccleſiam qua in ſola animæ reuiuiſcunt dum per fidem Trinitatis à morte reſurgũt. Cætera, laudes, confeſſiones, & conſolationes, ſũt cuiuslibet hois à peccatis reſuſcitati.

S V M M A.

1 *Feria ſexta Dominicæ quartæ quadr.*
2 *Euangelium. Erat quidam &c. Ioan. 11. ſemper legitur in ſexta feria Dominicæ quartæ quadr.*

De ſexta feria. Cap. 58.

1 SEXTA † feria prorſus idem dicit, quod quinta, & eſt introitus Meditabor &c. Verſus. Cœli enarrant, ideſt, Sancti, & eſt primi toni. quia in ſolo Deo ponit ſpem. In epiſtola, Aegrotauit &c.

S V M M A.

1 *Sabbatum quartæ Dominicæ quadr. quid tractet.*
2 *Ordines conferuntur ſabbato quartæ Dominicæ quadr. Et cur ita.*

De Sabbato. Cap. 59.

1 SAbbatum † verò de largitate Saluatoris eſt, ũ introitus eſt. Sitiẽtes ve. ad aqu. doctrinæ, ſ. & baptiſmi. Sequitur, & bibite cũ lætitia, & hæc ad ſabbatũ mẽtis pertinent, & oſtenditur largitas Dei, qui paratus eſt large dare cuilibet, & benignitas eius, unde dicit. Venite bibere aquas ſcilicet q̃ mundificant, & ſanctificant gratias. Sequitur verſus. Attendit populo meus, in quo oſtenditur, quod etiam hoc de aquis doctrinæ intelligitur, ſecũdi toni, propter mũditiẽnem animæ & corporis, & ſumitur, de Eſa. Ep ſtola eſt. In tempore placito exaudiui te. Eſa. 49. c. Et poſt Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantẽ ſuum? Ecce oſtenditur largitas, uel charitas Dei erga nos. Poſtea ſequitur reſponſorium. Tibi derelictus eſt pauper in gratiarum actione quarti toni, propter quatuor virtutes per quas ſanctificat. In euangelio verò, quod eſt Ioan. 8. ca. De eadem largitate agitur. Ego ſum lux mundi, Non dicit hui⁹ hominis vel illius, ſicut flos cãpi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Oſtẽdit ergo, quod paratus eſt illumi nare omnem hominem, qui ſequitur ipſum. Cæterũ, qui uidet, currit, qui currit, peruenit, exceptis ſuperbis. Vnde ſequit. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt uerum. Reſpõdit eis, ſ. Iudæis, Ieſus. Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra, quod duorum hominum teſtimonium verum eſt? Videbant enim miracula, & ita pater erat teſtis eius, & relinquit eos Dominus, quaſi ſuperbos diſputatores non curans illuminari. Soli enim humiles illuminãtur. Vnde ſequitur offertoriũ. Factus eſt Dominus, primi toni 2 quia ſolus Deus poteſt illminare. † Quia igitur in hoc ſabbato oſtẽdit Eccleſia largitatem Domini, dãtis gratiam in baptiſmo & in doctrina, q̃bus ex largitate Dei abundanter datur gratia. ideo fiunt ordines in illo die, & etiam quia imminet tempus paſſionis Domini, in qua arctius ſe tenet Eccleſia, ad ſignificandum quod ordinati arctius ſe tenere debent, ut qui prius ebrij erant, modo ſobrij ſint, & iterum ſe dicunt imolare Deo hoſtiam ſanctã, Deo placentem. Hoc etiam ſabbato fit ſcrutinium baptizandorum, quia catechumini ad requiem ętẽrnam, quæ per ſabbatum intelligitur, veniunt per baptiſmum. Vnde in quibuſdam Eccleſijs hodie duæ lectiones legũtur in miſſa ex eadem cauſa, in quarta feria præcedenti.

S V M M A.

1 *Dominica de paſſione, & eius officium.*
2 *Paſſionis officium cur Eccleſia auſpicetur a Dominica quinta quadrag.*
3 *Hymnum Vexilla regis prodeũt &c. cur Eccleſia cantet Dominica quinta in paſſione Domini.*
4 *Gloria patri &c. cur tempore paſſionis intermittatur.*
5 *Sanctorum cõmemoratio, quare fiat Dominica quinta in paſſione & nu. 6.*
7 *Miſſa introitus, Dominica quinta in paſſione Epiſtola n. 8. 9*

De Dominica quinta in paſſione Domini. Cap. 60.

SEQVITVR Dominica de paſſione Domini, ſ. de Cruce. † Incipit autem huius celebritas paſſionis a fine ſabbati, i. veſpera lucẽ huius dominicæ præcedente; quia Lazaro in præcedenti ſexta feria ſuſcitato quidam de Bethania abierũt ad Phariſæos, narrãtes eis miraculũ, & cum in illa ſexta feria fuerit εὐσημία, ideſt prima dies menſis, ad ſanctificationẽ, multi Iudæi, Põtifices, & Phariſæi conuenerant ibi, quia † audientes ſignum, mox ut ait Ioannes, hoc eſt in ſabbato collegerunt concilium aduerſus Ieſum, & ex illa die cogitauerunt, ut interficerent eum, ac deinceps Ieſus non palam ambulabat apud eos; quia nondum uenerat hora eius, ideoque in ueſpera ſabbati quaſi poſt horam eiuſdem concilij publicum luctum incipit Eccleſia, ſuo compatiens Domino, ut capiti membra, & ex tũc lugendo recitat vexillum regis miſteriũ crucis, acetum, fel, & arundinem, clauos, & lãceam perforati corporis, diem paſſionis, rationes patientis, & illuſiones inimicorum, & inſidias eorum, hæc & his ſimilia in ueſperis & nocturnis plangit officijs quæ de authẽticis ueteris & noui teſtamenti rum ſunt congeſta ſcripturis. ꝓterea, poſt præcedentium ſeptem dominicarum ordinatiſſimam diſpoſitionem quibus, ut præmiſſum eſt, ſeptem mundi

ætates figurantur, qa omnes sunt Domini passione redempti, meritò ipsius dominicæ passionis celebratio inchoat,& quasi longa funeris pompa p̃missa.demum sequitur ipsa salutis nostrę victima,ingerẽs oculis ea,quę pro nobis pertulit vulnera,
3 & mortis insignia. ¶† Rursus ideo Ecclesia cantat,Vexilla regis prodeunt &c.ut si forte aliqui sunt lapsi,ueniant ad uexillũ, quod omnes amaritudines facit esse dulces quod significatum est per lignum, projectũ in aquas marath. Semper enim & maximè isto tempore debemus habere in memoria dominicam passionem.Vnde
Exo. 15. in canticis, Fasciculus myrrhæ dilectus
Can. 1. meus, mihi, inter ubera mea commorabitur,quia memoria passionis dominicæ secum non patitur amaritudinem peccati.Ideo autẽ spiritualiter duabus septimanis ante pascha passio Domini recolitur.Primò quia ipse à duobus & pro duobus populis passus est. Secundò,quia duo testamenta per duas hebdomadas exprimimus,uetus, quod prædixit Dominum passurum, & nouum, quod ostendit ipsum passum. Tertiò, quia in duobus huius seculi temporibus, scilicet ante legẽ, & sub lege, eadem passio uaticinata est. Quartò ; ut hæ duæ septimanę reducant nobis ad memoriam murmurationẽ eorum, qui ante legem, & sub lege in inferno fuerunt, usque ad tempus gratiæ, quod in tertia hebdomada, scilicet paschali significatur. Ab hac nanque die. qua Gloria patri dimittitur, duæ sunt hebdomadæ usque ad pascha. Tunc uerò tertia est, in qua restauratur omnis dimissa glorificatio.In tertio enim tempore,qđ fuit sub gratia,omnia beneficia, quæ patres nostri expectauerunt in Ecclesia red
4 duntur. ¶† Ideo autem Gloria patri dimittitur.quia ille uersus ad laudem pertinet Trinitatis, quæ fuit in passione Domini,quam ab hac die representat de honestata.Constat enim,quod Christus,qui est secunda in Trinitate persona, fuit dehonestatus. Sed in resurrectione Gloria patri resumitur, quia per resurrectionem fuit gloria immortalitatis glorificatus. Sed certe hæc protestatio fuit specialiter in crucifixione. vnde potest dici, quòd Gloria patri, pro nunc tacetur, propter humilitatem, per quam ad Christum perueniendum est,& quia Dominus se abscondit. Et est aduertendum, quod tacetur in introitibus & responsorijs,quia illa sunt de passione,& in Venite exultemus Domino. In psalmis uero & hymnis, non, quia PSalmus significat operationem. Ipsum enim non persequebantur, nisi linguis, tractando de nece ipsius, nec ipse bonum desijt operari.Non ergo tacetur in totum,quia remissio debet esse luctus, eo p̃ non statim post habitum consilium de nece eius, traditus est agnus in manibus impiorũ. Sed in triduo ante pascha omnino tacẽt,quoniam tũc maximè sancta Trinitas dehonestata est.licet enim ante dies illos de nece Domini ageretur, tunc tamen uapulat,spuitur,alapatur,et crucifigitur. Vnde
Esa. 53. Esa.Et uidimus eum non habentem speciem,neque decorem. Vel quia tũc sepulturam Domini celebramus, quæ maxime fuit eius humiliatio. Ab hac etiã dominica in quibusdam Ecclesijs tacetur ad primam, Christe fili Dei uiui, tum quia ex tunc Ecclesia eius mortem & passionem representat, tum quia secundum Iudæorum reputationem non poterat alijs misereri, qui seipsum saluum facere non poterat. De hoc dictum est in quinta parte sub ti. de prima. Non fiunt etiã spirituales commemorationes de Sanctis, neque de pace ab hac dominica usque ad sabbatum post Pentecosten.quam uis post laudes dicatur,Pretiosa in cõspectu Domini &c. Ad primam oratio, Domine Deus omnipotens &c † In quibus 5
commemoratio generalis fit de Sanctis. Circa quod sciendum est,quod commemoratio Sãctorum duplici ex causa fieri consueuit, uidelicet ad recolendum eorũ sanctitatis meritum, & impetrandum patrocinium nobis salutare, quæ duo diligentissime in Christo nostro capite passionis & resurrectionis suæ tempore nobis attendenda monstrantur, quia passionis suę tempore præbuit eximiũ humilitatis,& sanctitatis exemplum.Post resurrectionem uerò suam,apud patrem.sicut
1. Io. 2. testatur Ioannes, noster aduocatus factus est singularis.Vt igitur nostra intẽtio illo præcipuo tẽpore feratur in suę sanctitatis

tis exẽplum, & in illo spes nostra solum eleuetur ad vnicum eius & singulare refugium, & patrocinium : idcirco conuenienter tunc illorum sanctorum spãlia suffragia dimittuntur.Hinc ẽt est,q̃ quædam Ecclesiæ omittunt post primã dicere : Pretiosa in conspectu Dñi mors sanctorum eius &c. Incipientes ibi Deus in adiutorium meum intende &c Et in illa ẽt oratione, Domine sancte pater oĩpotens &c. Quæ dicitur ad primam,prætermittuntur verba illa.Per intercessionem beatissimæ virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.Qui verò dicunt, Pretiosa,asserunt illud, quod non est hora; nec pars canonicę horę,prout dictum est in quinta parte sub ti.de prima. Fit ãt aliqualis
6 † & generalis Sanctorum cõmemoratio in Ecclesia;quia propter eorum multitudinem, & nr̃am imbecillitatẽ de ipsorum quolibet, sicut debitum esset solennizari nõ potest.Et ex hoc etiam apparet, quare omittitur commemoratio de pace, quia
Ioan. 10 sicut ait Apostolus ad Colos. 1. Christus pacificauit per sanguinem crucis eius, siue.quæ in terris,siue quæ in cęlis sunt, & post resurrectionem suam pacẽ discipulis suis annunciauit, & cum eis ipse,qui pax nostra est, continuè vsque ad Ascensionem suam conuersatus, tunc eis pacem suam dedit,dicens, Pacem meã do uobis. & in Pentecoste consolatorẽ mittere dignatus est.Incassum ergo fieret cõmemo
Psal. 42 7 ratio de pace. † Introitus autem incipit ab oratione Domini in passione, Iudica me Deus, & discerne causam meã &c. In hoc enim instruxit nos in orando. Sequitur, Emitte lucem &c. Quia qui uidet præmia, fortis efficitur in pugna,& ueritatem tuam &c.Qui.n.uidet uerba bona, de facili ducitur in æterna tabernacula, & est quarti toni, p̃p formam crucis, uel pp quatuor,quæ petunt,s.iudiciũ,discretio,liberatio.& fortitudo.¶† Epistola uerò,scilicet Christus existẽs pontifex futurorum bonorum p̃ amplius & perfectius &c.Quæ est ad Hebræos 9 c.Ostẽdit etiã caciam passionis Christi. Per passionem eñ eius in æterna tabernacula ducimur, cuius memores esse debemus. Sed quia nõ omnes intrabunt, nisi qui faciunt eius voluntatem,ideo sequitur responsorium, Eripe me de inimicis meis, doce me &c. Aliter enim non intratur in sancta sanctorum, & est tertij toni, propter liberationem a triplici inimico per uirtutem Trinitatis. Postea sequtur tractus,in quo conqueritur dominus de inimicis suis, dicens,Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea,in Abel,& in ãbijs, & ueriſſimè dicitur tractus, quia huiusmodi cogunt nos ducere uitam miseram, scilicet Alophili & Philistæi, & est octaui toni, ad significãdum. quòd huiusmodi tribulationes ueniũt super nos, ut simus memores alterius vitæ,q̃ erat in octaua ætate, quia ad Dominum, cum tribularer, clamaui &c.Et Iob. Operuit confusio faciẽ eius. 9
¶† Postea sequitur euangelium, Quis ex uobis &c. Ioan. 8.capit. in quo habetur contumelia Iudæorum, dicentium Domino. Dæmonium habes & Dominus abscondit se, vt expectaret tempus immolationis agni,& decima luna ostendit se,sicut decebat de agno fieri,vt habetur in Exod.27.cap.¶ Ecclesia verò ostendit se esse contrarium eis, in offertorio, quasi diceret,ipsi dicunt, Dæmonium habes, sed ego confitebor tibi Domine. & est primi toni, quia soli Deo confitẽdum est. ¶ Postcommunio autem est, Hoc corpus &c.Luæ 22.c.& Mat. 21.& Marci.14.& 1.Corinth. 11.cap.Et incipit eam sacerdos,ad ostendendum, q̃ magnus sacerdos sacrificium vetus mutauit in nouum sacrificium, & est octaui toni, quia illud sacrificium est verum,quod perficie- *1.Cor.3*
tur in paradiso, quando resurgemus. Et illud Apostoli verè implebitur, Omnia uestra sunt.

S V M M A.

1 *Feria secunda Dominicę quintæ in passione & officium.nu.2.3.4.*

De secunda feria. Cap. 61.

SEcunda † feria est de crucifixione 1
nostra, & maximè de ieiunio, *Ca.5.*
quia debemus crucifigere membra cum vitijs, & concupiscentijs, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcedens dominica est de cruce. Sed qa non potest homo ieiunare, nisi liberetur ab inimicis uisibilibus & inuisibilib⁹, diabolo, s. & mundo, & malis hominibus, ió ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis, & est tertij toni, propter liberationem à triplici inimico. ¶ † Epistola verò est, Factum est uerbum Ioe. 3. c. in qua inuitantur ad ieiunium per exemplum Niniuitarum qui soluti Ionæ, & unica prædicatione ieiunium indixerunt etiam iumentis, vt liberarentur à temporali subuersione: quanto magis nos debemus penitentiam suscipere ad uocem veri Ionæ, s. Christi & Apostolorum, vt à subuersione spirituali liberemur? ¶ In responsorio petit similiter liberari ab inimicis, & est versus. Deus in nomine tuo saluum me fac, tertij toni, propter virtutem Trinitatis, & liberationem à triplici inimico.

3 † Ppostmodum sequitur euãgel Miserũt principes, Io. 7. c. In quo dicit Dominus Scribis & Phariseis: Quid vultis me interficere? & loquit̃ de resurrectione sua, & ascensione, & Spiritussancti missione, pp hoc, ut illi, qui sunt in cruce, qui sustinent multa à malis, sicut ipse Dominus semper hẽant respectum ad fructũ charitatis, vnde: Ascendam in palmam. vt apprehendam fructum eius. ¶ In offertorio, Domine conuerte; & eripe aĩam meam &c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et est sexti toni, quia liberatio animæ perfecta liberatio est. Senarius. n. numerus perfectus est. ¶ in postcommunione, Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ, attribuit Deo liberõnem suam &c. Et tertij toni, qua ille est Deus Trinitas, qui liberat. ¶ † Dicitur autem ad horas capitulum illud. Attẽde Domine. Hier. decimo octauo, cap. Et illud, Domine, omnes qui te derelinquunt. Ibidem 17 cap. Et illud, Confundantur qui me. Quod est ibidem, & illud, Tu autem do. 20. cap. Et illud. Dominus Deus aperuit. Isa. 50. c.

4

De Tertia feria. Cap. 62.

TERTIA † verò feria ad patientiam inuitat, vnde introitus. Est, expectabo Dominum &c. Versus, Dominus illuminatio mea. Deus. n. dat patientiam & qui illuminatus est, patientiam habet, & est septimi toni, quia patientia concipitur respectu quietis æternæ. Postea sequitur epistola, Congregati sunt. Dan. 3 c. In qua ostenditur effectus patientiæ; quia ibi habetur. Quomodo Babylonij miserunt Danielem in lacum leonũ, nec tetigerunt eum, & missus est ei cibus à Domino per Abacuc & significat, quòd per patientiam liberat nos Dominus à spiritibus Babylonis, & quandoque etiam liberat corporaliter, & dat vitam æternam. Iuxta illud Apoc. Qui vicerit, dabo ei manna abscõditum. ¶ † In responsorio, Discerne causam meam de gente non sancta &c. Petit liberari, ne succumbat. Deinde sequitur. Emitte lucẽ tuam, & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt. Ecce semper petit lucem, quam qui uidet, patientiam habet, & sic liberatur. Et est quinti toni, quia petit liberari a tentatione quinque sensuum, vel ab inimicis, qui nocuerunt per quinque sensus. Intrat enim mors per fenestras corporis. In euangelio vero. Ambulabat Iesus in Galileam &c. Ostenditur discretio bonorum & malorum, tempus verò bonorum erit in futuro. Vnde debet dicere patiens, sicut dixit Dominus. Tempus meum nondum est. & debet sperare in Domino. Vnde sequitur offertorium. Sperent in te, qui te nouerunt. Et quia semper sustinent malos, ideo in postcommunione. Redime me Domine &c. petit liberari, quæ est septimi toni, propter requiem, quæ speratur.

1

2

S V M M A.

3 *Feria tertia Dominica quintæ in passione inuitat ad patientiam. Et quod eius diei officium & nu. 2.*

1 *Feria quarta Dñice quintæ in passione, liberationem à solo Deo expetit.*

2 *Encænium quid.*

De

De quarta feria. Cap. 63.

1 I. Cor. 10

VARTA feria † ostendit, q à solo Deo est liberatio, quia fidelis est Deus, qui non permittit nos tentari supra illud quòd possumus sustinere. Vnde introitus est. Liberator meus. Et uersus. Diligã te Domine, fortitudo mea &c. Ecce ponit Deum fortitudinem suam. Et est tertij toni propter donum Trinitatis, & propter triplicem inimicum. In epistola vero. Locutus est Leuit. 19. c. Enumerantur præcepta, ubi ostenditur Iudæos non obseruare illa in hoc q persequebantur innocentem, & omnes etiam, qui persequuntur bonos non sunt timendi, quia sunt inimici Domini. Vnde ibi habetur. Non iniuste iudicabis. Et ideo in responsorio. Exaltabo te &c. petit liberari, quod est septimi toni, propter septiformem gratiam. In Euangelio uerò. Facta sunt. Ioan. 10. c. Ostenditur, quid fecerit Dominus † in encęnijs, quia Iudæi tulerunt lapides, ut iacerent in eum, & dixit Dominus. Multa bona opera feci uobis, propter quod vultis me lapidare? Encænium festum erat dedicationis templi, hoc est de raparatione ipsius à Machabæis. Sequitur. Et hyems erat, hoc erit in die iudicij, quando reperabitur uerum templũ quãtum ad bonos, & hyems malorum erit. Boni uerò cognoscent Dominum, sicut in Euangelio dicitur. Vos autem cognouistis me, quia pater in me est, & ego in patre. Et tunc plene liberabitur ecclesia, sicut petit in offertorio. Eripe me Domine de inimicis meis &c. Quod est septimi toni, qa tunc erit uera quies, uel propter gratiam septiformem, quia uero beatus, erit qui erit in illa quiete, quod non erit sine innocentia, ideo est post communio. Lauabo inter innocentes manus meas &c. Et introibo ad altare Dei &c. ideſt ad altare quietæ mentis ad altare supernum. Quod est octaui toni, quia hoc erit in octaua ætate, sicut dictum est. Quarta ergo feria est de encænijs, ideſt de dedicatione, quæ plene fiet in futuro, quando ecclesia perfecte dedicabit̃ Deo.

1

2

S V M M A.

1 *Feria quinta dominicæ quintæ in passione quid immoletur Deo. Et eius diei officium nu. 24.*

3 *Ad fletum spiritualem duo prouocant.*

De quinta feria. Cap. 64.

IN quinta feria immolat ecclesia hostias spirituales, per † quas possit consequi illud gaudium, sed quia non impetrauit misericordiam, nisi confitendo iustitiam, ideo dicit in introitu confitendo iustitiam Dei erga nos. Omnia quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti. Daniel 3 c. Si misisti tribulationes, bene factum est, quia peccauimus tibi. Et postea petit misericordiam. Da (inquit) gloriam nomini tuo, & fac nobiscum secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Versus est, Magnus dominus, & laudabilis nimis, & est tertij toni, quia qui confitetur, debet confiteri tripliciter peccatum suum. In alijs tamen ecclesijs est uersus. Beati immaculati. Idem habetur in epistola, quæ sumpta est de Dan. 3. c. Orauit Daniel, domi. Deus, ne despicias &c. Quia peccauimus. Et non est nobis sacrificium &c. Ita enim dicebãt filij Israel, quando erant in Babylone, sic & nos possumus dicere quando sumus in peccato. Non est sacrificium, sed in spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur domine a te. ¶ † In responsorio. Tollite hostias &c. Monet nos offerre hostias spirituales. Versus est. Reuelabit Deus condensa. Aliter. n. non posset offerre spiritualiter, nisi Dues remouear te nebras à corde. Et est quinti toni, quia talẽ oportet in quinq; sensibus mactari. Vnde sequitur euangelium Luc. 7. Rogabat Iesum in quo habetur, quomodo beata Maria Magdalena impetrauit ueniam lachrymis; quia quot habuit in se oblecta mẽta, tot mactando se, hostias spirituales obtulit Deo in corpore suo. ¶ In offertorio. Super flumina &c Ostenditur † quo fiẽdũ sit, & quomodo oportet lugere: Duo enim sunt, quæ hoc faciunt, s. memoria

2

3

peccati

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati præteriti,& recordatio cœlestis Hierusalē,qñ qſq; hō ſuas miſerias munditiæ cōparat Angelorū, flet ſup flumina Babylonis. Et eſt primi toni: quia hoc debet eſſe primū in memoria, ſ. finis, ꝓpter quem ſumus. In poſt cōione orat, ut dñs memor ſit ꝓmiſſorū. Memor eſto verbi tui ſeruo tuo,in quo ſpē mihi dediſti. Et eſt octaui toni: qa in octaua ætate fiet illa dedicatio,in quibuſdam tñ eccleſijs legitur Euāgelium,vbi dr. Cum quidā vellent apprehendere Ieſum, & tamē nemo miſiſſet manum in eum:dixerunt pontifices ad miniſtros. Quare nō adduxiſtis eū. Rñderunt miniſtri: Nunquam ſic locutus eſt homo,ſicut hic loquitur. † Hac ēt die conuenienter legitur illud Euāgelium vbi dr, q; reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam In offertorio verò dicitur: In ſalicibus, in medio eius ſuſpendimus organa noſtra, qa poſt hanc diem nullum. Euangelium legitur, in quo dñs Iudæis publicè prædicaſſe narrē. Ecce ergo illud diuinitatis organum in illis ſalicibus, & fluctuoſis hoibus Babylonis ſuſpenſum. bant. Quia verò ubi eſt dolus & crudelitas ibi maximè indiget homo ſapientia, vt ſapienter reſpondeat, ideo in offertorio petit intellectum, vt poſſit reſpondere ſine peccato. Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas &c Et reſpō debo, ſicut dicit Dauid 3. Reg. Dimitte eum, vt maledicat mihi, ſicut præcepit dominus. Tales n. ſunt virga domini. Vnde Auguſti. Vnde ſuperbiunt impij, quia eos facit pater meus virgam ſuam. Et in prouerbijs Fili mi,ſtude ſapiētiam, vt poſſis reſpondere ſermoni. Et eſt ſeptimi toni, propter Spiritumſanctī gratiam ſeptiformem. ¶ Poſtcommunio quoque. Ne tradideris me &c. Eadem ratione eſt ſeptimi toni, in qua petit liberari.

Prou. 25

S V M M A.

1 *Sabbatum vacans. Et unde hoc nomen ſortitum.*
2 *Sabbatum vacans, in quo ſit priuilegiatum.*

De Sabbato. Cap. 66.

SEQVITVR ſabbatum, † quod dicitur ſabbatum vacans, ſicut & ſcda dñica quadrageſimæ. In hoc.n. ſabbato intendere conſueuit dñs Papa pauperibus Chriſti dando eleemoſynam & mandatum celebrando, tum quia in cœna domini propter officij magnitudinem hoc facere non poterat, tum quia ſicut dicit Ioan. Ante ſex dies paſchæ uenit Ieſus in Bethaniam; & factum eſt conuiuium in domo Mariæ & Marthæ, ubi fuit Lazarus, quem dominus ſuſcitauit, & tunc Maria vnguento nardo piſtico vnxit pedes Ieſu. Apoſtolicus ergo in memoriam eius, quod illa deuotiſſimè egit, facit membris Chriſti, quod ipſa capiti fecit, ut pedes Ieſu vngendo, ideſt, domini veſtigia ſectando, & capillis tergendo, ideſt ſuperflua pauperibus erogando, ut impleatur domus odore vnguenti ideſt, mundus impleatur bona fama. ¶ Quia ergo hac die circa præmiſſa charitatis opera exercenda occuparus eſt, ideo

Ioan. 12

2 ideo vacat † hoc ſabbatum à proprio officio,& mutuo accipit a quinta feria antecedenti. Vel ſic quibuſdā eccleſijs a ſabbato antecedēti, Sitientes venite ad aquas. ¶ Legitur epiſtola de Hie. 18 cap. Dixerunt impij &c. In qua ſunt malæ cogitationes, quæ præceſſerunt paſſionē. Veni-
Eſa. 48. te, cogitemus cōtra iuſtum cogitationes, & poſtea percutiamus eum lingua. Tales autem non habent ſabbatum, quia non eſt pax impijs, dicit dominus In Euangelio uerò, Subleuatis &c. Ioan. 17. cap. Rogat pro ſe,& pro diſcipulis, & pro omnibus fidelibus,ut habeant ſabbatum, quod erit per vnitatem & charitatē in futuro, quando unum erimus, ſicut pater & filius ſunt unum, ideſt, in maiori approximatione, quæ poſſit eſſe illis unitati, quia pater & filius unum ſunt. In alijs uero eccleſijs legitur Euangelium. Cogitauerūt autem. Io. 12. c. In quibuſdam tamen eccleſijs legitur Euangelium de proditione
Ioan. 6. Iudæ: Amen amen dico uobis, niſi manducaueritis, cui rectè præmittitur lectio. Hierem. ubi dicitur, Venite, cogitemus contra iuſtum cogitationes. ¶ † Hoc ſabbatum priuilegiatum eſt, quia ut præmiſſum eſt, dominus Papa tunc eleemoſynas dat, & mandatum facit, & quia hac die. ut quidā dicunt, Chriſtus diſcubuit in domo Simonis leproſi, & Martha miniſtrabat ei & Maria lachrymis ſuis pedes eius lauit, & proprijs capillis terſit.

S V M M A.

1 *Dominica in ramis Hieremias legitur duplici ratione. Et eius diei celebr. officium. nu. 4. 5. 7. 13. 14 15. 16.*
2 *Proceſſionem in ramis palmarum facit eccleſia, in eaque ſtationes aliquot. nu. 3. Et eius forma nu. 10.*
3 *Rami cur gerantur. vides, dominica ſexta quadrageſimæ & nu. 9.*
11 *Rami cur benedicantur ſexta dominica quadrageſimæ.*
12 *Hieruſalem decima luna uenit Chriſtus & cur ita.*
17 *Dominica in ramis palmarum, cur hoc nomen ſortita. Et quam variè appellatur nunc. 18.*

De Dominica ſexta in ramis Palmarum. Cap. 67.

IN Dominica † in ramis palmarum & in paſſione domini legit Hieremias duplici ratione. ¶ Primo quia ipſe manifeſtius de paſſione domini ꝓphetizauit, quàm alij. Secundò: qa p eius paſſionem præfigurata eſt paſſio domini, quia deplorando captiuitatem Iudæorū per Babylonos factā, prefiguravit & Romanam, quam incurrerūt ꝓpter Chriſtri paſſionem. In nocturnali autē officio dicitur inuitatorium, Ipſi uero non cognouerunt vias meas, quod dicitur inuitatorium per contrariū, quia inuitat nos ad cognoſcendum vias domini, per cōtrarium actum Iudæorum, qui non cognoſcentes vias Domini non introierunt in requiem ipſius. In primo verò reſponſorio oſtenditur ſecuritas patientium tribulationes, & cauſa quare non eſt timenda tribulatio. Quia Deus eſt adiutor in die qua inuocauit te &c. Verſus eſt, In die tribulationis, meę inuocaui &c. Quia ſi Deus adiuuat, non eſt timendum. Vnde Iob. Pone me iuxta te,& cuiuſuis manus pugnet contra *Iob. 17.* me. & eſt primi toni, quia a ſolo Deo ſperanda eſt liberatio & auxilium. Sequitur reſponſorium, Ingrediente domino. ſecundi toni, quia laudabant pueri dominum, ſcilicet utrāque naturam, in Chriſto deitatem, cum dicebant, Oſanna, ideſt, ſalua obſecro, humanitatem, cum dicebant, Fili Dauid, vel Deum corde, & ore pueri laudabant, ſicut Iudæi corde & ore conuicia bantur. ¶† Circa diurnum uero officium 2 dicēdum eſt, quod poſt ſabbatum, in quo oſtēditur deuotio Mariæ, ſequitur dominica, in qua oſtenditur deuotio puerorū, vngimus enim Dominum cum Maria, & cū pueris veneramur. Et ideo facit eccleſia hac die proceſſionem corporaliter & ſpiritualiter. Exierunt enim pueri extra caſtra obuiam domino venienti de Be- *Heb. 31.* thania in Hieruſalem, nos ſimiliter debemus extra caſtra, ideſt, extra delicias carnis exire obuiam ei, ſicut dicit Apoſtolus. Ex eamus extra caſtra, improperium

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius portãtes, & sicut illi, sic & nos in processione nostra cãtamus, Osanna, unde in egressu de ecclesia cantatur antiphona Pueri Hebręorũ, & nos debemus esse pueri, ideſt innocentes, & debemus esse pueri Hebręorum, ideſt, transilentium omnia
3 terrena, siue peccata. Postmodum † facit ecclesia ſtationem in aliquo loco competẽti, ut ibi cum deuotione & lætitia ſuſcipiatur uerbum Dei, ideſt, Christus, q̃ eſt verbum patris ſuſceptus eſt cum lætitia a pueritia in Hieruſalẽ. In ſcripturis enim
Io.5. ſiue ſermonibus eſt Christus, unde ipſe in Euangelio, Scrutamini ſcripturas, illæ enim loquũtur de me. & eſt ipſe dulcedo
4 ſcripturæ. ¶† Legitur autem Euangelium de Matthæo 11.c. Cum appropinquaſſet Ieſus Hieruſalem &c. Miſit duos de diſcipulis ſuis, dicens. Ite in caſtellum, quod contra uos eſt, unde alibi legitur. Miſit diſcipulos ſuos ſeptuaginta duos binos, & binos, ideſt habentes geminam charita-
Luc.10. tem Dei & proximi. Miſit, inquam, quęre re & aſinã & pullum, ideſt Iudaicum populum & Gentilem, ut eos duceret in cœleſtem Hieruſalẽ. Et legitur ideo hæc die, quia ibi de fructu paſſionis habetur. Poſtea cantatur † Occurrũt turbæ cum flori
5 bus & palmis, & nos ſimiliter debem⁹ ei occurrere cũ floribus virtutum, & palmis victoriarum. Palma enim ſignificat victoriam, unde, Iuſtus ut palma florebit in do-
Pſal.9. mo domini Et ſecundum Greg. ex qualitate palmarum deſignatur proficiens uita iuſtorum, & eſt octaui toni, propter uictoriam Chriſti in capite & in membris per quam peruenitur ad octauam reſurrectionis. Deinde redeunte proceſſione cantatur canticum puerorum, ſ. Gloria, laus, & honor tibi ſit rex &c. per aliquos eccleſiam ingredientes, præſertim per pueros, quia ingrediente domino in ſanctã ciuitatem Hebræorum pueri &c. innocentes enim laudent eũ. Et nota, quod Theo-
6 dulphus † Aurelianenſis epiſcopus apud Ludouicum Imperatorem Caroli magni filium falso a quibuſdã ſuis æmulis accuſatus ab eodem eſt Andegauis carcerali cuſtodiæ mancipatus. Cumque in hac dominica iuxta domum, in qua cuſtodiebatur, proceſſio trãſiret, ille feneſtra aperta ſactoq; ſilentio hos pulcherrimos uerſus a ſe editos, ſcilicet Gloria laus, & honor tibi ſit rex Chriſte Repemptor, Cui puerile decus prõpſit, oſanna pium. Iſrael es tu rex, Dauidis &c. præſente Imperatore, cantauit, cui intantum placauerunt, q̃ mox illũ a uinculis abſoluit, & epiſcopatũ ſibi reſtituit, atq; eos hac die in fine p̃ceſſionis cantari inſtituit. ¶In egreſſu† ec 7
cleſiæ poſt canticum puerorum cantatur reſponſorium. Ingrediente domino in ſanctam ciuitatem quod eſt primi toni, propter primam ætatẽ, quia ſoli Deo cantandũ eſt. Rurſus cantus puerorũ, quia ianuis clauſis ſignificat illud, q̃d cãtus & occurſus illorũ puerorũ ſignificabat. Prefigurabat enim occurſum & lętitiam angelorũ recipientiũ Chriſtum in cœlum poſt reſurrectionem, quam ſibi & ſequentibus ſe per ſuam ſanctiſſimam paſſionem meruit aperiri, cuius quidẽ clauſio Angelos non extrà miſerat, ſed aditum hominibus nõ præbebat, & ideo pueri, quia ſua puritate Angelos ſignificant, intra ianuas clauſas quaſi Domino uenienti occurrentes ad aperiendum cœlum, ut eorum repararetur ruina, uerſis uultibus cũ lętitia & clamore proferunt hymnũ laudis eis, q̃ sũt extrà cũ gaudio reſpondentibus, ipſos intrantes cum Chriſto in ſuum cõſortium receperũt. Hinc eſt q̃ in ingreſſu eccleſiæ cantatur reſponſorium, Ingredięte domino in ſanctã ciuitatem &c. declarans hęc, quæ dicta ſunt, figurari per ea quæ fiunt. Cum enim ibi fiat mentio de reſurrectione, nam ibi fit mentio de palmis, quæ uictoriã Chriſti de morte & diabolo ſignificãt, accipit eccleſia factũ illorũ puerorũ in ſignum præcedens eius quod iã dictum 8
eſt, & factũ illorũ in recordationẽ illius. ¶Sanẽ ante crucem, & †in cruce rami uirides infigũtur ad notandũ, q̃ omnẽ uirtutũ uirorem a crucifixo habemus, Chriſtus enim ramus uiridis fuit, †habẽs in ſe, *Luc.23.*
& nos ab ipſo omnem uirorem uirtutũ. Vnde ipſe dicit, ſi in uiridi hoc faciunt, in 9
arido quid fiet? In ſumma ergo dũ† proceſſionem facimus, Chriſtum uenientem ad nos ſuſcipimus, cũ pueris obuiamus, ſi innocẽtiam ſeruamus. Oliuas gerimus ſi pacis & miſericordiæ operis indulgemus. Palmas portamus, ſi de uitijs & diabolo uictoriam obtinemus. Vitentes flores

flores & frondes geſtamus. ſi virtutibus exornamur. Veſtimenta ſternimus carnẽ mortificantes. Ramos carpimus, ſanctorum veſtigia imitantes. Quod proceſſio ciuitatem vel caſtrum egreditur, ouãter ad crucẽ, & ad loca promontoria, ſiue eminẽtia vadẽs, recolit pueros Hebræos iuiſſe uerſus montem Oliueti, innuens ẽt quòd abſit nobis gloriari, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Qui autem põtifici extra vrbem iuxta crucem cũ ſuis cõſtituto occurrũnt, & cum ipſo ciuitatem
Gal.6. ingrediunt, accuratius agunt. Imitamur enim populum Iſrael, & pueros eorum q̃ extra ciuitatem Domino occurrerũt, & cum eo illam ingreſſi ſunt. Hæc ergo magna proceſſio repreſentat illam, quæ tali die facta eſt à turbis, & pueris Iudæorũ, cũ veniret Ieſus Hieruſalem, ſuper aſinã ſedẽtẽ. Significat etiam, quod Dominus ad uos veniet, & ad æterna tabernacula nos ducet. Vel forte recolit proceſſionẽ filiorũ Iſrael, qui hac die Iordanem ſiccis pedibus trãſierunt, & cum triumpho terram promiſſionis intrauerũt. Nec eſt hęc proceſſio inter alias dominicales cõputãda. Hæc enim ipſa eſt præconium paſſionis. illæ verò ſunt ſignificatiuæ & re memoratiuæ dominicæ reſurrectionis, vel aſcenſionis. Vnde rectius faciunt, qui antequã tertia dicatur, illas præmittũt. Hãc vero proceſsionem poſt tertiã huius diei cum palmis celebrant. De hoc ſub aſcẽſio
10 ne dicetur. ¶† Et quidem huic proceſſioni lectio Zachariæ & euangelium Ioannis rectè præmittuntur, q̃m ibi dominica proceſſio prophetatur, hic hiſtoria declaratur, in tractu inſantes ad præconia inuitantur. Paſſio in miſſa legitur. Bene-
11 dicuntur † aũt & diſtribuuntur rami per ſacerdotem, licẽt Chriſtus eos nec bẽdixiſſe, nec diſtribuiſſe legatur, tum quia Chriſtus non honorauit eos, ſed ſuit ab eis honoratus, & ex eis: tum quia populus ille Iudæorum fecit hoc corporaliter, & ſpaliter, ſed nos agimus hoc ſacramentaliter, & ſpiritualiter ad effectũ, q̃ in eorũ benedictione exprimitur illi nanq; ferentes ramos, triumphum Chriſti nondum cõpletum, ſed ſpe paſſionis complẽdum præfigurabant. Vnde non oportuit ramos diſtribui, uel benedici à Chriſto, q̃a nondum figura fuerat impleta. Eccleſia vero per tales repreſentat triumphum Chriſti iam completum, ſm illud Col.2. Expoliãs principatus & ptãtes, transduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Quia ergo non ſolum ipſe triumphator eſt, ſed etiam per ipſius gratiam & ſanctificationẽ triumphabũt omnes electi, conuenienter & benedictio ramorum & diſtributio per ſacerdotẽ, qui Chriſtũ repreſẽtat, debet expleri. ¶Quare autem non ſit feſtum de dicta aſina, ſicut ſit de cruce, dicetur in ſeptima parte ſub feſto Crucis: Poſt proceſſionẽ ſequitur ſtatim miſſa de paſſione Domini, quia debemus gaudere de fructu paſſionis, & cõpati, quia pro nobis paſſus eſt. Ibi enim eſt, vnde lætemur. ſ. de amore, quem oſtendit nobis in cruce, vnde & triſtemur, ſ. de peccatis noſtris, quæ tot ſunt, q̃ propter eã oportuit filiũ Dei pati: Venit aũt decima luna ſiue die primi menſis, ideſt ante ſex dies paſchæ ad ciuitatẽ. in qua pateret, ut eſſet in domibus Iudæorum, ſicut præceptũ erat in Exo. 27.c. & in Deu. Decima luna accipietis agnum. imolabitur autem agnus, quartadecima luna, i. decimaquarta die primi mẽſis ad veſperã. Et Dominus eadem hora agnum cum diſcipulis manducãs, ubi legalis paſchæ decreta cõpleuit egreſſus eſt cum eis ſtatim ad locũ, orõnis, & circumſpectis omnibus, cum iã veſperæ eſſent, exiuit in Bethaniam cum duodecim diſcipulis. Nẽpe myſticè decima luna uenit, quia populus Iſraeliticus decima luna egreſſus eſt de Aegypto, ſimiliter per iſtum uerum agnum eſt data libera ptãs populo Iſraelitico, i. uidenti Deum per fidẽ, exeundi de peccato. q̃ nõ fuit datum per Moſen, & uirgã eius, i. per diſciplinam & ſacerdotium legale. ¶† In 12
principio ergo Miſſæ reducens eccleſia ad memoriã dñicam paſſionem, incipit ab oratione dicens, Domine ne longe facias &c. & eſt octaui toni, ſignificans, q̃d per paſſionem uenitur ad reſurrectionẽ. †Sequitur epiſtola. Hoc enim ſentite 13
ad Philipp. 2.c. In qua oſtenditur paſſio, & paſſionis fructus. Dicit ergo, hoc enim ſentite in uobis, quod eſt in Chriſto Ieſu ideſt, imitamini ipſum, ut ſicut habuit charitatẽ, qua uoluit pati, ita & uos hẽ-

tis

tis charitatem,qua patiamini omnia tormenta temporalia, vt habeatis humilitatem, quæ in Christo maxima fuit, mansuetudinem & patientiam & intellectum
14 talem,ut sentiatis. Cito † enim sentitur dulcedo Spiritussancti in corde, qñ est ibi,& hi quidem sunt fructus passionis, scilicet dulcedo in corde,& gloria.Quædam tñ ecclesiæ legunt lectionem. Venerunt.n.in Hierusalem Exo.15.c. ¶ † Viso
15 autem hoc fructu sit homo patiens, quia generat patiẽtiam consideratio fructus, & ideo sequitur responsorium, qđ respõdet epistolæ,in quo ostenditur,quomodo per passionem venitur ad gloriã,& dicuntur ibi tria,quare est tertij toni. ¶ Primũ est. Tenuisti manu tua meam dexteram Domine,& confirmasti me in bono.¶ Secũdum est. In volũtate tua deduxisti me. Talis facit,quicquid Deus vult.Tertium est.Dũ gloria suscepisti me.Primũ est causa crucis.Secunda ipsa crux,Tertium fructus ipsius versus est.Quàm bonus Israel Deus,quando ſ deducit suos ad passionẽ. vnde de beato Stephano legitur. Lapides torrentis illi dulces fuerunt. ¶ Postea sequitur tractus,Deus Deus meus respice in me,& quare me dereliquisti &c. Et est sexti toni,quia ibi ostenditur passio, & fructus, ipsius, vnde & titulus illius psalmi est,pro sumptione matutina. ¶ Euan-
16 gelium † de passione est, scilicet, Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Mat. 25. c. Et etiam offertorium,ſ. Improperiũ expectauit cor meum Deus, & miseriã, qđ sumptũ est de psalmo septuagesimooctauo, qui totus ex persona Saluatoris orantis in passionis agone conscribitur, quasi diceret ecclesia, Ex quo Christus tot passus est pro nobis peccatoribus, libenter patiar. Vnde dicit, expectaui supple. quasi rem dulcem.Postcommunio de passione est,ſ. Pater, si fieri potest &c. Matt. 25.c.& Mar. 8.c.& Luc.21.c. Et est octaui toni,propter rationem præmissam. In quibusdam ecclesijs dicitur in hac dominica, & in diebus sequentibus præfatio de passione, prout dictum est sub quar-
17 ta feria cinerũ. Dicitur autem † hæc dominica in ramis palmarum, eo quòd tũc rami palmarum,si haberi possunt, in processione portantur. Dicitur etiam alibi dominica oliuarum:quia rami oliuæ portantur,quod fit ad representandum filios Israel,qui cum ramis palmarum & oliuarum uenienti Domino obuiam exierunt. Sequens quoque septimana maior vocatur, eo q̃ maius & prolixius habet officium. † Dicitur etiam pœnosa,quia tunc 18
præcipuè debemus uitia nostra punire. Vel quia Dñs in ea laborauit, & pœnas sustinuit recreando,sicut & in prima mũdi hebdomada creando. dicitur quoque indulgentiæ,quia pœnitentes in ea absoluuntur,dicitur etiam sancta,quoniam in ea impij iustificantur. ¶ Hæc † autem do- 19
minica in tribus priuilegiata est. Primò, quia illa die filij Israel intrauerunt terrã promissionis, & Iordanem sicco vestigio transierunt, sic enim contigit, quòd eo anno tot dies fuerunt vsque ad pascha, quot sunt ab hac dominica. Secundò, qa hac die veniens Dominus de Bethania cum honore maximo in Hierusalem susceptus est.Tertiò,quia eadem die Dominus à templo emẽtes & vendentes eiecit.

S V M M A.

1 *Feria secunda dominicæ in ramis quid designet.Et eius officium.nu.2.3.4.*
5 *Passio Domini non recipit benedictionem.& cur ita.*
6 *Passionem cantantium voces variè mutantur.& nu.7.*

De secunda feria. Cap. 68.

SEcunda feria † ostendit causam pas- 1
sionis.ſ.in Christo humilitatẽ, & patientiam,& in Iudæis crudelitatem & inuidiam, in Iuda cupiditatẽ & auaritiam, & est introitus quarti toni,pp famã crucis.Epistola verò sumitur de Esa 50.c. In qua ostẽditur principalis causa passionis Domini. Dominus Deus aperuit mihi aurem,scilicet ad intelligendum, & propter hoc dedi genas meas vellẽtibus &c. †In quibusdam ecclesijs in hac,& in ter- 2
tijs ferijs dicuntur duæ lectiones in missa,

sa,pro eo quòd Christi passio a lege & prophetis prænuntiata fuit,In respõsorio petit liberationẽ suam: Exurge Domine & intende &c.versus. Effunde frameam & est tertij toni, qa virtute Trinitatis liberamur ab inimicis.Framea est spata quasi
3 fremia,uel quasi ferrea.In euãgelio † vero, scilicet Ante sex dies paschæ: ostenditur triplex causa passionis,& dicit ante
19. 12. sex dies paschę,nõ ideo q̃ sex dies futuri essent ante pascha,sed qa ibi causa passionis ostẽditur In Iuda ostenditur causa cupiditatis,eo quod dixit Vt quid perditio hæc.erat enim habens loculos,& ideo sic dicebat,ut nummos furaretur, ut habet in Io.in Iudæis causa est inuidia,qa moti sunt in eum propter laudẽ puerorum, dicentes.Si dimittimus eum sic,omnes credent in eum. & ideo q̃ ebant interficere eũ.ĩ Ipso uero Christo est fructificatio totius generis humani. unde in Euangelio dr.Nisi granum frumenti &c. In quibusdam tñ ecclesijs in secunda feria legitur passio ſm Marcum.ſ.Erat pascha,& azyma post biduum &c. Et in tertia feria dictum Euangelium secundum Ioannem, scilicet Ante dies sex paschæ, sed primi magis vñr historiam sequi, quia post biduum,idest,post tertiam & quartã erias, in quinta feria pascha,idest,agnus paschalis imolatus fuit. Præterea secunda dies creationis mundanę minus est cæteris ornata diebus.Nam cum dixisset dominus. Fiat firmamentum in medio aquarũ.non est additum Et vidit Deus,quod esset bonum. in quo numerus binarius infamat, qa primus ab unitate degenerat, & diuisionẽ significat.Vnde in eo facta est aqua
4 rum diuisio.¶ Nõ est † ergo mirum,si hæc dies secunda,quæ illam respicit minus ę teris in officio dominicæ mortis purpure tur insignijs. Sed nõ est multum attẽdendum,utrũ in secunda uel in tertia feria legatur passio.Quia enim quatuor Euãgelistæ passionem Domini descripserunt, idcirco secundum quemlibet eorum passio legitur ex institutione Alexãdri Papę eo ordine,quo scripserunt. Nã die dominica legitur passio secũdum Matthæum, q̃ primus scripsit.Secunda uel tertia feria secundũ Marcum, qui secundus scripsit. Quarta secundum Lucã, qui tertius scripsit.Sexta feria secundum Ioannem, qui vltimò. Mediolanenses non legitur passionem;nisi secundum Ioannem,& in sexta feria. ¶ † Sanè passionem lectus be- 5
nedictionem non petit,quia in illa describitur esse sublatus, qui author est benedictionis, unde non est a quo petatur. Legitur quoque sine luminaribus, quia ille morte extinctus nuntiatur,qui secundum Ioannem lux est mundi,& ut representetur; quia eius discipuli tunc quasi extincti sunt,quibus ipse viuens dixerat, Vos estis lux mundi.Nõ fertur etiam incensum,ad notandum, quod tunc feruor deuotionis uel orationis,qui p̃ incensum designatur,in Apostolis tepuit,vel potius quasi extinctus fuit. Legitur etiã sine salutatione. siue sine Dominus uobiscum, in detestationẽ salutationis Iudæ, & sine responsione. non enim respondetur Gloria tibi Domine,quia in ipsa exprimitur quod Christus fuit a suis separatus per mortem corporaliter,& spiritualiter,qui meru mortis eo derelicto fugerant,& nulla gloria sibi erat. ¶ † Non legitur etiam 6
tota sub tono Euangelij,sed cãtus uerborum Christi dulcius moderantur, ad notãdum quod dulcius uerba Christi in ip- 11. viii.
sius ore resonabãt, quã in ore cuiuslibet Euangelistæ referentis,cuius uerba in tono Euangelij proferuntur. Verba uero impiissimorum Iudæorum clamosè & cũ asperitate uocis, ad designandum q̃ ipsi Christo asperè loquebantur. In fine tamen, in quibusdam ecclesiis, benedictio petitur,incẽsum portatur, & sub Euangelii tono legitur, quia finita est iam nãratio passionis, & ex tũc omnia verba sunt Euangelistæ narrantis, quæ post Christi mortem usque ad resurrectionem contigerunt. In alijs † tamen ecclesiis finis pas- 7
sionis quæ ad sepulturam pertinet in tono legitur doloroso, ut planctus mulierũ de passione Christi lamentantiũ designetur,de quo plãctu dicit dominus in Euãgelio, Filiæ Hierusalem, nolite flere super me &c. & ad maiorẽ deuotionẽ & amaritudinem propter Christi passionem in animis audientium excitandum. Et legitur super nudum pulpitum, prout sub feria sexta dicetur.In offertorio;Eripe me. petit liberari, sicut & in responsorio, &

est

est quarti toni propter formam crucis. ¶In postcommunione. Erubescant. petit persecutores suos confundi, & est primi toni, ut sic in regione quiescentium gaudeat.

S V M M A.

1 *Feria tertia Dominica in ramis quid agat, & nu. 2. 3. Et quotupliciter ecclesia salutem suam in crucem cõsideret.*

De tertia feria. Cap. 69.

1 TERTIA feria est similiter † de passione, quia manifeste ſrebant eũ interficere, ut hẽ in Euang. Erat aũt pascha, & azyma post biduum &c. Et quia ecclesia considerat salutem suã in cruce tripliciter, scilicet in amore, quem Dñs noster nobis ostẽdit in cruce, & in imitatione crucis & in salute nobis data p crucem, ideo dicit in introitu. Nos aũt gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi &c. Ad Galat. vlt. c. Epistola uero
Hier. 11 est, dicit Hieremias, quæ est Hier. 11. c. & habentur in eo uerba Iudæorum de crucifixione Christi, mittamus lignũ in panem eius, ideſt, ipsum, qui se dicit panem in ligno crucis. Audierãt, enim, quod ipse di-
Ioan. 6. xerat. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi & hoc erat dictum per lignum crucis destruamus ipsum, uel doctrinam
2 eius. ¶Sequitur † responsorium. Ego aũt &c. Tertij toni propter triplex meritum, quod ibi notatur, primum cum dicit. Induebar cilicio, i. non ostendebã eis deitatem, sed asperitatem humanitatis, & hæc fuit humilitas & sapientia. Aliud notatur ibi. Humiliabam in ieiunio aĩam meam, scilicet Non reddendo malum pro malo, sed etiam pro eis orabam, & hoc est tertium, unde dicit, Et oratio mea in sinu meo conuertetur, supple, ex quo eis non
3 prodest, quia non sunt digni. ¶† Euangelium uero; Erat pascha. Mar. 14. ca. Est de passione, ubi dicit, quod Dominus crucifixus fuit hora tertia, & hoc dicit, ut ostẽdat eorum impetuositatem, quia ab hora tertia linguis eũ crucifixerunt, dicentes Crucifige, crucifige, non cessantes, In offertorio petit se custodiri a Diabolo, & a membris eius. Vnde dicit. Custodi me de manu peccatoris, i. diaboli, & ab hominibus iniquis erue me, & est secundi toni. In post communione, Aduersum me. ostendit malitiam persequentium, & meritum patientium. ¶Sequitur ibi & in me psallebant, qui bibebant uinum &c. Ideſt, filij diaboli, qui inebriabantur de calice Babylonis.

S V M M A.

1 *Feria quarta dominica in ramis. Christus venditus fuit a Iuda. Et eius diei tum significatio, tum officium. Et nu. 5. 6. 7. 9. 10.*
2 *Genu omne cur flectatur in nomine Iesu. & num. 8.*
3 *Verba omnis linguæ confiteatur, cur intercepta fuerint in introitu missæ quartæ feriæ dominicæ in ramis.*
4 *Bosra ciuitas.*
11 *Sanguis a Christo quinquies exiuit.*
12 *Frixorium triplex.*
13 *Ieiunandum quarta feria dominica in ramis & quare ob causam.*

De quarta feria. Cap. 70.

QVARTA feria est, illa, in qua Dominus venditus † fuit a Iuda, 1
quia non solum uoluit pati pro nobis, sed etiam uendi, ut liberaret nos a venditione, qua primus parens vendidit nos diabolo, per esum pomi vetiti. vnde Esa. Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini. Similiter multi uendunt se diabolo per momentaneam delectationem, sicut Adam vendidit se pro esu pomi vetiti. Quarta ergo feria venditus est sol iustitiæ ad nostram salutem, & quarta feria formatus est sol uisibilis ad mundi lucem. Orauit † autem Dominus, sicut 2
habetur in Euãgelio huius diei flexo genu, & idcirco in introitu. qui est Phil. 2. c. inuitat ecclesia, ut in nomine Domini, omne genu flectatur cœlestium, quia eorum ruinã reparauit, terrestriũ, quia eos liberauit, infernorum, quia eos eduxit de lacu, in qun non erat aqua, ut dicit Zacha-

rias, & est tertij toni propter tria, quæ in
3 uitant ad flectẽdum genua Sequitur, † Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris, & sumitur de Apostolo. Veruntamen ordinator officij intercipit verba illa. Et omnis lingua confiteatur, eo q; iudaica sit let. ¶ Deinde sequitur sectio: Dicite filiæ Sion, ecce Saluator tuus uenit. Esa. 62. cap. Vbi habetur de mercede. Dicitur etiam ibi, Ecce merces eius cum eo &c. & dixerunt Angeli. Quosdam. n. latuit incarnatio. Quis est iste, qui uenit de Edom. i. de terra, tinctis vestibus, i. membris corporis, quæ sunt vestimenta diuinitatis, sanguinis purpura tincta de bosra. †
4 Bosra est ciuitas in Moab, & interpretatur firma, siue munita, hoc est de inferno, ideſt de terrena habitatione: translatiue enim Bosra est Hierusalem, quam Dominus quondam suo firmauit auxilio, sed facti Moabitæ, i. ex patre diabolo, uestes regis tinxerunt purpura sanguinis. Respondit, Ego qui loquor iustitiam, & sum propugnator ad saluandum, & dixerunt. Quare ergo rubrum est indumentum tuum? quasi dicat. Quare cruẽtatus ex pressura crucis, si tu iustitiam loqueris? At ille respondit. Torcular calcaui solus, s. pro omnibus, ut omnes liberarentur, & de gentibus non est uir mecũ. Post lectionem ue-
5 rò cantatur responsorium. Ne † auertas faciem tam &c. In quo orat ipse, ut p passionẽ ueniat ad gloriã; quia uerò in agonia plixius orauit, ut habetur in Euangelio, ideo sumitur offertorium, & post communio de psalmo, qui intitulatur oratio pauperis cũ anxiaretur, excepto uersu responsorij qui est, Saluũ me fac Deus, quoniã intrauerunt aquæ vsq; ad animã meã. ¶ Epistola est similiter de Esa. 53. cap. Domine quis credidit &c. In qua etiam describitur in eodem schemate, in quo ab Euãgelista representatur in passione, ubi &c. Nõ est ei species, neq; decor, & infra. Sicut ouis ad occisionem ducetur. ¶ Post
6 † epistolam sequitur tractus, & in solito modo, s. immediate, & hoc ideo; quia ecclesia arctius luget, quàm soleat, & se plãgit, ut dictũ est in quarta parte sub tit. de tractu. Tractus. n. significat planctum, & ideo in tota sexta feria non dicuntur nisi tractus: responsorium uerò est pœnitentium. Et quia Dominus non est ista die crucifixus, sed tantum uenditus, ideo non solum dicitur tractus, uerum etiam & responsorium. ¶ † Passio, quæ sequitur, Ap- 7
propinquabat &c. Luc. 22. cap. conuenit cum præcedentibus, in qua exprimitur consilium Iudæorum, Iudæ proditio, Domini passio. ¶ Postcommunio est, Potum meum cum fletu miscebam, potum, s. passionis, quando uidelicet sudor eius erat sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. potest etiam dici, q; duo sunt nobis necessaria, s. oratio, & patientia, secundum quòd dicit Dominus, Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Ad hęc quidem duo inuitamur in introitu ad o- 8
rationem, cum dicitur. In † nomine Iesu omne genu flectatur, ad patientiam, exemplo Saluatoris, de quo subiungitur, Christus factus est pro nobis obediens usque &c. Non est. n. obediens in tribulatione, nisi qui libenter tolerat. Duæ lectiones ideo leguntur, quia hac die Dominus traditus est pro duobus, & à duobus populis, & in quibusdam ecclesijs ad utranque genua flectunt, quia ab utroq; populo adoratur. Præterea hac die, sicut dicit Augustt. consilium inierunt Iudæi, quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent: & Iudas uenit ad eos, & pacti sunt sibi pecuniam se daturos. Sicut ergo ecclesia representat in sexa, feria actus Iudæorum, ita & in quarta consiliũ eorũ. Quidam autẽ legunt primo lectionem illam, Dicite filiæ Sion. Et postea illam. Domine quis credidit: alij uero econuerso. Primi quidem attendunt solũ illud, quod diximus, scilicet quòd vêditio Iudæ, quæ facta fuit quarta feria, passionẽ Domini præcessit, de qua uenditione fieri uidetur sermo in illa lectione, Dicite filiæ Sion, in illo uerbo, Ecce merces eius cum eo. Alij autẽ † attendunt, q; primus homo duas mor- 9
tes incurrit. s. carnis & animæ, & Christus nos ab utraq; liberauit. Et quia mors animæ morte corporis præcessit, ideo prius legunt lectionem illam, in qua agitur de morte animæ, & de liberatione ab ipsa. De morte agitur in illa, Domine quis credidit &c. ibi: Omnes quasi oues erraui m⁹, & unusquisq; in viã suã declinauit. De

liberatione vero ſtatim ſequiſ ibi, Dominus poſuit in eo iniquitates eorum omnium noſtrorũ.& iterum. Si poſuerit pro peccato animam ſuam,uidebit ſemẽ longæuum. Ad animam etiam pertinet graduale, unicũ habens verſum,ſ. Ne auertas faciem tuam à puero tuo,ideſt, ab eo qui paruus & humilis apparet in experiẽ
10 tia tribulationis ¶ Sequitur † verſus,Saluum me fac &c. Vſque non eſt ſubſtãtia: Aquæ enim, ſcilicet ſeditionis Iudæorũ vſque ad animã Saluatoris tollẽdam perueneruũ, & illi qui erant limus profundi, infirmitati eius prævaluerunt. Sicut autẽ Saluator animam ſuã poſuit pro animarum noſtrarũ redemptione, ita & corpus ſubiecit pro corporum redemptione. Vnde in ſecunda lectione de ipſius corpore agitur,ſanguine ꝓprio rubricato,vbi dicitur, Quis eſt iſte, qui venit de Edom &c. Et ibi: Quare rubrũ eſt veſtimentũ tuũ? &c. Ipſe reſponder,Torcular &c. Et quia de ſola miſeratione paſſus eſt Dominus ꝓ nobis,ideo propheta in perſona Eccleſiæ lectionẽ illã concludit,dicens,Miſerationum Domini recordabor, laudem annũciaui ſuper omnibus,quæ reddidit nobis dominus Deus noſter. Quia verò per quinq; ſenſus corporis peccauimus, ideo ſequitur tractus, Domine exaudi orationã meã &c. Habẽs quinq; verſus,propter quinq; vulnera Chriſti: ſeu qꝛ quinquies
11 exiuit ſanguis ab eo. ¶† Primò in circunciſione. ¶ Secundò in oratione. ¶ Tertiò in flagellatione. ¶ Quartò in crucifixione. ¶ Quintò in lanceatione. Et in ipſo tractu genus humanũ petit auxiliũ,& cõſitetur defectum,quẽ ex peccato primi parentis incurrit,cũ dicit: Quia defecerunt dies mei,ſicut fumus. Dies enim eſt vita hominis,cuius nox eſt mors: ſed hæc vita eſt abbreuiata, & defecit propter ſuperbiã primi parentis, quæ per fumũ intelligitur. Et ſequitur, Oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt. Oſſa ſunt vires interiores,uel fortes,quæ ſunt eccleſia,quæ car-
12 nes,ideſt carnales ſuſtẽtãt. † Frixoriũ eſt triplex eſt, ſcilicet peccatorũ recordatio, proximorũ compaſſio, futuri iudicij meditatio, in his frigitur bonus homo. Caluditur autẽ tractus, ſicut & lectio in miſericordia Domini: Vnde vltimus verſus eſt. Tu exurgens Domine,miſereberis &c. ¶ † Hæc igitur quarta feria priuilegiata eſt, quoniam legũtur in ea duæ lectiones propter ordinãdos in ſabbato ſequẽti. Itẽ, quia in ea die Chriſtus venditus fuit 30. denarijs, ſicut & Ioſeph 30. argenteis. Quia ſeruus non eſt ſuper Dominum, nec diſcipulus ſuper magiſtrum. 26.diſt. Quis dubitet, & ꝙ ab hac quarta feria ſumptũ eſt,ꝙ ſemper in quarta feria ieiunare, & abſtinere à carnibus, & carnalibus deſiderijs debemus: & in memoriam uenditionis Chriſti hæc feria ſecundũ locum obtinet poſt ſextam feriã per totum annum in ieiunijs pœnitẽtialibus.

S V M M A.

1 *Cœna Domini qua tractanda habeat.*

De quinta feria. Cap. 71.

IN hoc tractatu qn 1
tæ feriæ cœnæ Domini hoc ordine ꝓcedamus. Nam primò generaliter dicemus aliqua de officio ſequentiũ triũ dierum: poſtea ſpecialiter de officio huius diei. Et primò de introductione publicè pœnitentium in eccleſia, & de ſacramentis, quibus hæc quinta feria ſpecialiter inſignitur. Secundò, de triplici olei conſecratione. Tertiò, de huius diei Miſſæ officio vbi etiam agitur de pedum lotione, & officio veſpertino. Quartò de altarium denudatione, & tam de ipſorum, quàm de pauimenti eccleſiæ lotione: & de corporis Dominici reſeruatione, & de quibuſdam alijs.

S V M M A.

1 *Eccleſia luget tribus diebus paſſionis. & cur ita.*
2 *Feria quinta dominica in ramis matutinas vertit in tenebras. Et de eius diei ſolemnitate.nu.28.29.*
3 *Campana cur ſileant ſexta Dominica in ramis tribus diebus,& nu.5.*
4 *Signa cur fiant cum tabula.*

Horarum

Horarum principia cur omittantur feria ſexta Dominica in ramis. Item, alia multa ſolemnitates circa legitimum eccleſiæ officium nu.7.8.9.10.
Hominum tria genera per Chriſtum ſalnata
Treni Hieremiæ vnde dicantur.
Trenis cur inſeratur alphabetum.
Hebraicarum literarum interpretatio.
Cãdela in tenebris Dominicæ ſextæ quadrageſi. cur extinguantur.& num.16. Et quot accedãtur nu.17. Et quid illa ſignificent,diſſimili numero,nu.18.19 20.21. Et quid earum extinctio.n.22. 23.24.26. Et quid de ea quæ remanet ceteris extinctis 27.nu.25 Clamor,et benedictio poſt Benedictus.in tenebris, quid ſignificet.

De eadem quinta feria. Cap. 72.

1 RÆNOTANDVM † autem eſt, quod eccleſia luget tribus diebus; quia tot diebus fuit Dominus in ſepulchro, ſicut enim Ionas fuit in ventre cæti tribus diebus, & tribus noctibus,ita & filius hominis fuit in medio terræ &c. Quod ſynecdochicè dictum eſſe aſſerit Auguſt. Nam pars illa ſextæ feriæ, qua fuit in ſepulchro, accipitur pro nocte, & die ſextæ feriæ, & nox diei dominicæ ſimiliter pro nocte & die ipſius diei accipitur. Dies verò ſabbati integra eſt, ſcilicet nox cum die ſuo, ideſt ſpatium viginti quatuor horarum. Eſt ergo ſenſus, Fuit ergo Dominus in ſepulchro tribus diebus, & tribus noctibus, ideſt tribus temporibus, quorum quodlibet cõſtat ex die & nocte. Sic enim loqui conſueuimus; quia ſi aliquis etiam minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco, dicimus eũ ea die ibi fuiſſe. Fuit enim ſecundum ipſum quadraginta horis in ſepulchro, uidelicet quatuor horis ſextæ feriæ, & virginitiquatuor ſabbati, & duodecim noctis dici dominicæ; quia quadrificum orbem morte tranſgreſſionis decẽ mandatorum mortuũ viuificauit. Sed ſecundùm prẽmiſſa videtur,ꝙ triduana Domini ſepultura debeat celebrari ſexta feria, ſabbato, & die dominica. Sed reſpondetur, ꝙ quia Dominus in nocte diei dominicę reſurrexit,noctem illã ad honorẽ reſurrectionis ſolenniter celebramus. Vnde neceſſe eſt,ꝙ in quinta feria prævenianmus, & ita triduo,ſ. quinta & ſexta ferijs,& ſabbato humiliationem Domini in mœrore celebremus, quia & in quinta feria iã interuenerat nefarium commercium Iudaicę proditionis. Quidam tamen cuilibet præmiſſorum trium dierum 24.attribuunt horas,volẽtes Chriſti defuncti exequias ſeptuaginta duabus horis celebrare, & triſtitia ſeptuagintaduorũ diſcipulorum meritò per hoc exprimere. ¶† Sane 2
eccleſia his diebus tenebras colit, & matutinas in tenebris finit. ¶ Primò, quia in luctu & mœrore eſt propter Domini paſſionem, & propter eius triduanam mortem exequias celebrat triduanas. ¶ Secũdo, officium tenebrarum ſignificat non tam tenebras materiales,quæ fuerunt ſuper faciem terræ, dum pendebat Sol iuſtitiæ in cruce: fuit. n. tunc eclypſis miraculoſa,non naturalis per tres horas: videlicet à ſexta hora vſque ad nonam incluſiuè, quam etiã ſpirituales,quæ in illo triduo in cordibus fideliũ extiterunt. ¶ Tertiò, per hoc ꝙ tenebras colit tenebrarũ primatus inſinuatur: quia his diebus incœperunt præcedere dies, prout ſub Sabbato sãcto dicetur. ¶† In his verò tribus 3
diebus ſilẽt cãpanæ, quia tunc ſiluerunt Apoſtoli,& prædicatores, & alij, qui per cãpanas intelliguntur. Sonus autem campanarum ſignificat ſonum prædicationis, de quo dicitur. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Non. n. iam circuibant euãgelizando vicos,& vrbes: ſed hymno dicto, exierunt cum Ieſu in montem oliueti. Quibus,cũ Dominus dixiſſet: Ecce appropinquat qui me tradet, præ triſtitia dormitauerũt, & à laudibus conticuerũt. Vñ & à completorio, ſiue à veſpera, qua dominus traditus fuit; campanarum ſilentium inchoatur. A veſpera autẽ qua Dominus traditus eſt, quãdo videlicet diſcipuli fugerunt campanis ſilentium indicitur. Alij uidelicet ad Primam huius quintæ feriæ,& nõ vlterius pulſant campanas, ſit tamen ſignum cum tabula. ¶† Primò, 4
fit tamen ſignum cum tabula. ¶† Primò, ad ſignificandum Chri humilitatem, qui

& abscondit, & vsque ad mortē & sepulturam se humiliauit. Ligni quidem vsus humilior hæris sono hoc ostendit, & inde ecclesia orientalis vsum adhuc tenet lignorum, & vt populus humilior reddatur. ¶Secundò per signum tabulæ, terrorem accipimus. Tabula ergo percutitur, quia magnus timor Apostolis à Iudæis incutiebatur. ¶Tertiò, per lignum in ligno malleū, s. in tabula suspensum, intelligimus Christum qui est lignum plantatum secus decursus aquarum, qui in crucis ligno pepēdit, & pēdēs orabat & prædicabat, dicēs, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Cū ligno autem tantum pulsant; quia tunc solus Christus prę
dicator habebatur, & solus torcular calcauit. ¶Quartò, per tabulā ipsam, lignū fructiferum, s. Christum: per malleum, quo tabula percutitur, lignum præuaricatio-
5 nis significatur. ¶† Quinto, ideo cāpanæ, & nō signū tabulæ vel alterius huiusmodi silent; quia licet maiora signa nostra, videlicet Apostoli à laude Dei in Christi passione siluerunt, minora tamen signa ut mulieres non siluerunt, imò secutæ
6 sunt ipsum vsque ad crucem. † Principia quoque horarū, s. Deus in adiutorium, & fines, s. Per Dominum. & benedicamus, & huiusmodi dimittuntur, quia recessit, & à nobis ablatus est Sacerdos, & pastor bonus, qui est α, & ω, i. principium & finis, qui etiā est summus Sacerdos, & caput nostrum, & traditus impijs, nec est à quo petamus, quòd intendat in adiutorium nostrum. Percusso namque pastore nostro, discipuli eius dispersi sunt. Sic ergo istud officium, quod caret principio, & fine quasi mortuum, & viduatum uidetur; quia & patres nostri viduati post mortem Christi fuerunt. Non dicitur etiam Gloria patri, quia in Christi passione abscondita fuit fortitudo glorię ipsius Christi, & in eius morte Trinitas visa est extincta, in cuius laudē dicitur ille uersus, De hoc etiam sub dominica de passione dictum est. Hoc etiā notatur in quibusdā ecclesijs, in quibus his diebus duo tantum cerei ante altare ardent, tertio extincto, prout sub tit. de Pascha dicetur.
¶In his quoq; tribus diebus salutatio nō fit, quia Dominus vobiscum, non dicitur, vt vitetur pestifera saluratio, per quā Iudas tradidit Christum, dicens, Aue rabbi. ¶Pax etiā nō datur, pro eo, q. Iudas osculo tradidit Christum: & quia in duobus sequentibus diebus in altari non consecratur, nec dicitur, Pax domini sit semper uobiscum, nec Dona nobis pacē. In q. busdam tamen ecclesijs datur hodie pax, pro eo, q. hac die sacramentum sacramentorum, s. Eucharistiæ institutū est. ¶† His 7
quoque diebus fit officium humilius solito, propter domini humiliationem, & triduanā eius sepulturā, quam celebramus. Veruntamen nocturnale officium, per quod significantur prophetiæ prophetarum, alta uoce, & manifestius cantatur, quia prophetæ, & alij sancti patres veteris testamenti alta & aperta voce, quæ de Christo erāt ventura, prædixerunt, & qđ Spiritussanctus sibi dictabat, remota formidine nuntiarunt. Diurnum vero officiū, per quod Apostolorum prædicatio figuratur voce demissa, & quasi sub silentio cātatur; q. tunc Apostoli omo tacuerunt, aut saltem occultē prædicauerunt.
¶† Incipit autem tenebrarum officium, 8
Zelus domus tuæ comedit me, idest amor vehemens ecclesiæ fuit causa, quare passus sum. Non dicitur inuitatorium, ne inuitemur, sed potius p. filētium detestemur pestiferum Iudæorum consilium, & cōuētum factum, vt Iesum caperēt in sermone, & eum morti traderent. Præterea tunc Apostoli dispsi erāt, qui alios ad dominum inuitare, & cōuocare, cōsueuerāt.
¶† Hymnus etiam laudis nō dicitur, q. tunc factus est opprobrium hominum, & abiectio plebis. Finis dominicæ or̄ōis, quæ dicitur ante lectiones, dicitur in silentio, pro eo q. de Euangelio sumitur. Nam tunc euangelica enunciatio fugientibus Apostolis cessauit: & est notandum, q. Christus, cuius est ipsa oratio, aulsus a cæteris, & quasi in silentio orauit, sed tunc fit sonitus per tractū ligni cum manu, q. & Christus in ligno crucis pendēs voce magna clamauit. ¶† Non dic̄r etiam 9
in lectionibus, Iube domne benedicere, nec, Tu autem domine, q. recessit pastor & sacerdos, q. gregi benedicere, & misereri debet, sed q. illum propter peccata amisimus, ad hoc ut eū recuperare valeamus,

mus, admonemur per uersum illum. Hierusalem, Hierusalem cōuertere ad dominum Deum tuum q. in fine lectionum dicitur, ut ad pœnitentiam conuertamur: nam post luctum gaudere possumus. Per hoc autēm quod dicitur bis Hierusalem arguitur duritia Iudæorum, & peccatorum sicut alibi in euangelio Hierusalem, Hierusalē, quæ occidis ꝓphetas &c. Rursus p. Iube Domne, intelliguntur ad prędicationem euntes, per Tu autem, inde redeuntes. Ideo ergo neutrum dicitur, quoniā Apostoli quos represen̄at, q. lectiones legunt, his diebus fugerant, unde nec ad prædicationem missi sunt, nec qui missi erant, sublato domino, redierunt.
Oēs antiphonæ sunt de passione & com-
11 passione. ¶† In his ét tribus noctibus nouem psalmi, nouē lectiones, & nouem responsoria diuisim per singula nocturna cantantur, ad ostendendum, q. Christus in infernum descendens tria hominum genera, s. uirgines, coniugatos, & continentes inde rapuit, & ad angelorum societatem transuexit, quæ tria genera in euangelio distinguuntur per eos, qui in mola, & per eos qui in agro, & per eos qui in lecto sunt. ¶Tria ergo hominum genera, s. qui fuerūt in lege naturali, & in tempore legis, & prophetarum, per tria nocturna recolimus, & sicut illi per mortem dominii in tribus sociati sunt nouem ordinibus angelorum, s. in actionibus, cognitionibus, & gaudijs, ita per tres nocturnas dominicæ sepulturæ nouem psalmi, nouem lectiones, & nouem responsoria subduntur: psalmi. n. ad actiones, lectiones ad operum Dei cognitionem, responsoria uero ad gaudium, & ad cātum pertinent angelorum. Cæterum tres primæ lectiones, uel in quibusdam Ecclesijs sex sunt de treois Hiere. deflentis captiuitatem populi sui, non solum Babilonicam, sed etiam Romanam, quam incurrerunt ꝓter passionem domini, & ideo dicun-
12 tur lamentabiliter in personam Sanctorum de Iudæis, qui deflent casum gentis suæ. Sicut. n. ille deploravit mortem Iosuę regis occisi in futuram destructionē
13 gentis, ita & nos deploramus mortem & passionem Christi regis nostri. In fine autem lamentationum dicit idem Hiere. Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Aliæ uerò tres sunt de expositione psalmi tractantis de passione, & ideo uoce depressa leguntur, tres ultimę de epistola Pauli 1. ad Cor. 11. Conuenientibus uobis in unū &c. ubi ostendit Apostolus, quomodo debes cęna domini sumi. Ex quibus sex lectionibus apparet, q. prophetæ præuiderunt Christum occidendum, & Apostoli docent occisum. Dicuntur autem treni i. ꝓlamentationes, à Trenato monte, ubi 12
lamenta animarum, quæ ibi puniuntur, sępe audiri dicuntur. Inde etiam dicitur trenum, qđ est plenum lamentationis, & funeris. Dicuntur etiam treni; q. a semp tres uersus post unamquamq; literam hebraici alphabeti sequuntur, qđ alphabetum totum p. ordinem in illis lamentationibus ponitur. ¶† Primò, q. a mos fuit 13
hebręis illud ponere in eorum cantibus, siue luctus, siue lætitiæ alicuius rei multum notabilis, ꝓut patet in ultimo capitulo prouerbiorum, Mulierem fortē &c. & in quibusdam alijs locis, ꝓut habetur in ꝓœmio libri Regum. ¶Secundò; q. a sicut dixit Hiere. in eodem ꝓœmio, & in ꝓlogo Biblię, uersus quibus dictę literæ
ante ponuntur in lamentationibus Hie- *Hier. 8.*
re. incipiunt in hebræo ab eisdem literis. ¶Tertiò ut p. hoc notetur cæcitas & duritia Iudæorum, q. res tanquam alphabetum notissimas, uidelicet passionem filij Dei intelligere, & credere nolunt, dicente propheta, Miluus in cœlo, turtur, & ciconia cognouerunt tempus aduentus sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. ¶† Quartò; 14
quia interpretationes literarum ipsarum maxima ex parte continēt sententiā uersuum, quibus anteponuntur. Circa qđ notandum est, q. Aleph interpretatur doctrina. Beth, domus. Gimel, plenitudo. Daleth, tabularū, seu scripturarū. Et hæc siquidem est prima connexio literarum ipsarum, ubi dicitur, q. doctrina Ecclesię, quæ est domus Dei, est in plenitudine scripturarum. He, ista. Vau &. Zay hęc Beth uita, hęc est secunda cōnexio, ubi dicitur, q. ista & hæc doctrina, quā prædiximus, est uita, quam uiuimus. Thet, bonum. Ioth principium, hæc est tertia cōnexio

nexio vbi dicitur, q̃ bonum est principiũ per scripturas, quasi per speculum salutẽ in enigmate agnoscere Dominũ. Caph, manus. Lamech, cor vel disciplina, hæc é quarta connexio, ubi dicitur, q̃ in utero cordis disciplina exigitur, quia, nihil facere possumus, nisi, quæ facienda erunt, agnouerimus. Mem, ex ipsis Num, sempiternum, Samech, adiutoriũ, hæc est quinta connexio, ubi dicitur, q̃ ex ipsis scripturis est nobis sempiternum auxilium, Ain, oculos. Phe, errauit. Sadech, iustitia uel consolatio. hæc est sexta connexio, ubi dicitur, quòd sæpe dicta scriptura est oculus errantibus, & consolatio. Caph, aspice super. Res, caput. Sin, sup uuln⁹. Thau, signum, uel consumatio, hæc est septima connexio, ubi etiam numero fit mysticus intellectus, ubi dicitur, Aspice in scriptura contineri caput nostrum, a quo habemus medelam super vulnera, & sequimur consumationem, ideſt uitam æternã. Sic ergo Saluatoris exequiæ celebrantur, ut in modico aspice ab aliorũ defun-
15 ctorum exequijs distare uideantur. ¶ Consequenter candelæ & lumen extinguuntur, nã hæ tenebræ tribus noctibus celebratæ significante tenebras, q̃ tribus horis fuerunt, Christo in cruce pendente, uel ideo tribus noctibus lumina extinguũtur, quia uerum lumen triduo iacuit in sepulchro. ¶ Circa quod aduertendum est, q̃ quidam accedunt septuagintaduas candelas, quidam uigintiquatuor, quidã quindecim, quidam duodecim, quidam nouẽ, quidam septem, & ſm quosdam non est
16 numerus certus. omnes tamen non sine mysterio agunt. ¶ † Septuagintaduæ candelæ, quæ extinguũtur, designant septuagintaduos discipulos, quorum prædicatio in morte Christi penè extincta est: significant ètiam, q̃ Dominus septuaginta duabus horis iacuit in sepulchro per synecdochẽ intellectus: uel tot accenduntur, propter 72. nationes, seu genera lin-
17 guarum. ¶ † Vigintiquatuor candelæ accẽduntur. ¶ Ptimò, quia sol iste, q̃ mundum 24. horis diei & noctis illuminat, significat Christum uerum solem, qui extingui tur, quia Christus occubuit uespere passionis, & tenebræ factæ sunt super uniuersam terram. ¶ Secundo, dies cuius maius lumen Christus est, uox uerò cuius minus lumen Ecclesia est, luminaria sunt Apostoli, & alij uiri Apostolici, qui sunt quasi 24. horæ, q̃ diei Christo, & nocti Ecclesiæ famulantur. Vigintiquatuor luminaria ergo extinguuntur, quia Apostoli in unoquoq; die per uigintiquatuor horas latuerũt. ¶ Tertiò, uigintiquatuor cãdelæ designant uersum, Glo. pat. &c. qui in nocturnis festiuitatum uigintiquatuor uicib. solet dici. Primò post, Deus in adiutorium, secundo post inuitatorium, tertio post hymnum, nouies in psalmis triũ nocturnorum, ter in responsorijs, & Te Deum laudamus, quasi Gloria patri est. Iterum ad laudes semel post Deus in adiutorium, q̃nqes in psalmis sequentibus, semel in hymno, & semel post Bñdictus. Versus.n ipse hoc officio tacetur, ut prætermissum est, quia illo, in cuius laude dicitur, in sepulchro iacet, ideoque uigintiquatuor candelæ ad hoc designandum extinguũtur: uel significant 12. Apostolos, in quorum honore totis dicit Gloria patri, in nocturnis, prout dictum est in proœmio quintæ partis. ¶ † Quindecim 18
candelæ significant 12. Apostolos & tres Marias, q̃ sequebantur Dominum, quæ extinguũtur, qm̃, tunc omnes laudes Dei tacuerunt. Apostolis tamen fugientibus, ipsæ Mariæ, quia minus timebant, circa Christum quoad poterant uersabantur: *Iob.* unde legitur. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & de. sunt tanta. c. dẽ. meos. labia, i. mulieres, quę sunt quasi pellicuia circa dentes. ¶ † Vel qua- 19
tuordecim ex illis cãdelis significant quatuordecim articulos fidei, quorum extinctio significat extinctionem fidei factam in fuga Apostolorum: extinctio uero ultimæ cãdelæ significat mortẽ Xp̃i. ¶ † Duo- 20
decim candelę accensę representãt duodecim Apostolos, quæ extinguuntur, ad notandum, q̃ Apostoli tunc siluerunt & fugerunt, & penè extincta est fides in eis. ¶ † Nouem candelæ significant genus hu- 21
manum, quod per peccatum se a nouem ordinibus angelorum, & a uera luce exclusit. ¶ † Septem candelæ significant gra- 22
tiam spiritus septiformis, quæ in cordibus discipulorum penè fuit extincta. Vbi uero non obseruatur certus candelarum numerus, sed quilibet laicus pro uelle cãdelam apponit, huiusmodi candelæ significant prophetas, & alios sanctos patres, qui Christum uenturum lumen nostrum
1 prænunciantes, & uerba salutis prædicantes, diuersis pœnis uexati, mortui sunt, & extincti. Porrò omnes candelæ nõ simul, sed una post aliam extinguuntur; quia discipuli non simul a Christo, sed successiuè unus post alium discesserunt. Alia etiam
23 ratio iam sequitur. † Quidam extinguunt eas post singula cantica usque ad plenam extinctionem, figurantes q̃ singulis canticis, siue psalmis mœstitia decidimus, q̃ uetus solo occubuit, gaudiumque nostrum in luctũ est conuersum. Iuxta illud, Cecidit corona capitis nostri, conuersus est in luctum choras noster, Alij in tribus uicibus eas extinguunt, recolẽtes triduanam
24 Dñi sepulturam. ¶ † In quibusdã quoque Ecclesijs candelæ quadã manu cerea extinguuntur, q̃ significat manum Iudæ, de
Mat. 20 qua Dominus dixit. Qui intingit manũ mecum &c. Quæ fuit quasi cerea, i. ad malum flexibilis, per quam Christus rex noster, & uera lucerna, traditus fuit, & quantum in illo fuit, extinctus. Candela autẽ,
25 quæ in medio est, non † extinguitur, sed in fenestra uel arca accensa seruatur occulte, ut postea reueletur, & Ecclesiã illuminet. Nempe cãdela ipsa siue ei⁹ lumen occultatum significat. ¶ Primò fidẽ, quæ in sola Virgine remansit, per quam postea oẽs fideles docti & illuminati sunt. Secũdo, significat Christũ, qui licet uideretur secundum carnem extinctus, tamẽ secundùm diuinitatem, quæ illis erat occulta, uiuebat, & postea resurgens cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit. Tertiò, occultati luminis, quod videbatur extinctum, reuelatio, notat Dei illuminationem in Apostolis, & alijs, in quibus tunc penè extincta erat. Quartò, notat fidem post infidelitatẽ. Quintò notat, q̃ ignis Spiritussancti, q̃ in fidelibus videtur extinctus, iterum reluceſcet in eisdẽ. Sextò luminis renouatio significat noui
26 testamenti renouationem. † Septimò, luminaria successiuè unum post alterum extinguuntur, & unum quasi penè extinguitur, quia absconditur, & postea reuelatur, ad notandum, quòd peruersi uineæ cultores, & gñatio praua nuntios patris, uidelicet prophetas, per uaria tẽpora cõpleto suo ministerio prophetiæ occiderunt, & tandem patris hæredem, quem in sepulchro positum, lumine occultato figuramus, cuius luminis reuelatio est resurrectionis eius manifestatio, & commemoratio. Sanè candela q̃ ultima extinguitur, est maior cæteris, ſm quosdam, & significat Christum, qui fuit Dominus prophetarum: secundum alios uerò, ubi non est maior cæteris, similiter significat Christum, qui reputatus est unus ex prophetis. & ultimus extinguitur, quia nullus post eũ apud illos propheta surrexit, sed extinctus eis perfidiæ tenebras dereliqt. Et ad canticum euangelicum candela ipsa extinguit, quia Christus Euangelizans occiditur. Et attende, q̃ in hoc officio pastoris officia, ut capitulum subticentur, quia pastores dispersi fuerant, uersus tñ, quod est minorum officium, non omittitur; quia discipuli minus cogniti uidebantur. Vnde & hoc officium triduanum potius à minoribus celebratur in typo minorum discipulorum, & mulierum, q̃ Dominum sequebãtur. † Vociferatio ad Be- 27
nedictus & tumultus popularis, qui tunc fit, conerepatio est Iudæ ꝓditoris, & tumultus cohortis, quam cum gladijs & fustibus Iudas cõtra Christum adduxit, uel cœci discipuli saluatio, dicentis. Aue rabbi. Tertiò cãticum ipsum tunc alta uoce dicitur, ad notandum, q̃ multi, interfecto antichristo, gaudebunt. Clãgor canẽtium Κύριε ἐλέησον est tumultus Dominum p̃ sequentium, & eum ironicè adorantium: uel significat lamenta sanctarum mulierum, quæ sequebantur Dominum, quæ leguntur postea lamentari sedentes contra sepulchrum. προπὸι uero, ideſt uersus illi, qui in illis, qui tribus noctibus, cum Κύριε ἐλέησον, & Domine miserere, quasi lamentabiliter cãtantur, significat lamentationes & dolores mulierum, de cognatione sua, quæ à Galilea fuerant secutæ Iesum, inter quas erant Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Maria Salome, plorantes iuxta sepulchrum. In quibusdam 28
Ecclesijs tropis cantatis, procidentes ad terram, dicunt in tenebris sub silẽtio, Miserere mei Deus. & collectã, Respice quę-

sumus Domine, in quo timor Apostolorum in occultis notatur. Postea fit cum mano vel alio quodam modo sonitus ante luminis reuelationem, qui sonitus representat terroris eorũ incussionem, uel ex tumultu cohortis, vel ex terræ motu: in quibusdam tamen ecclesijs ignis nouus de lapide producitur, quia per Christum mediatorem nostrum nobis Spiri-
29 tussanctus infunditur. ¶† Ab hac quoque die vsque ad octauam Pentecostes in quibusdam Ecclesijs officium beatæ Mariæ omittitur, ut memoriæ atque reuerentiæ passionis & resurrectionis, de quibus in Ecclesia hoc tempore agitur, ardentius insistatur. Cum enim honor & obsequium specialiter hoc tempore Christo eius nato, in nostra humanitate passo, & glorificato impensum redundet in ipsam matrem, nulla quidem sibi fit iniuria ipsum officium omittendo. Omittitur etiã officium mortuorum; quia cum recordatio beneficiorum Christi præcipuè, quæ ipse passionis & resurrectionis suæ tempore contulit, omnem nostrum affectum & intellectum requirat: Proinde Ecclesia illud solum officiũ, quod ad ipsum Christum spectet, in quo de eius passione & resurrectione agitur, eo tempore agit, vt sic nõ ad plura dispersa, sed ad vnũ duntaxat vehementius occupetur. Nec per hoc defuncti, qui sunt in purgatorio, dispẽdium patiuntur, quia cũ sint nobis per charitatem vniti, beneficia nostra secundum q̃ meruerunt, participantur ab eis, nec expressius memoria pro illis fieri posset, q̃ agendo memoriam de morte & resurrectione Christi, per quam a penis liberari expectant. Extra ecclesiam tamen vtile est ipsa officia dicere.

De diurno huius diei officio. Cap. 73.

SEQVITVR de diurno † huius diei officio videre. 1 Et quidem hæc quinta feria insignitur sacramentis, tum ab ecclesia, tum a Domino institutis, in qua die primò pœnitentes in Ecclesia introducunt, q̃ in capite ieiunij de ea electi fuerant. Vnde in canone Innocentius legitur: De pœnitentibus vero, q̃ siue ex grauioribus omissis, siue ex leuioribus pœnam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante pascha eis remittendum Romanæ Ecclesiæ cõsuetudo demõstrat. Primò ergo de pœnitentium introductione in Ecclesiam dicturi, aliqua de ipsorum electione præmittamus. Si quidẽ misericors, & miserator Dñs, cuius misericordiæ nõ est numerus, sicut in psalmo habetur, misericorditer semper agens, & peccatorum salutem sitiens p̃ huius mundi pelagus periculosè nauigãtibus, & quãdoq; fluctuantibus inter alia multa remedia specialiter duas naues, siue tabulas pa- 2
rauit. Prima est baptismus. † Secunda pœnitentia, sicut Apost. ait ad Eph. & quidẽ q̃ pœnitẽtes de Ecclesia eijciũtur, repræsentat exilium, & electionem Adæ & Euæ de paradiso p̃p̃ esum pomi. Peccatores ergo de Ecclesia eijcimus, & electis pœnitẽtiam septennem, aut aliã pro criminũ qualitate imponimus, & electi per septẽ hebdomadas extra morãtur; quia genus humanum in Adã lapsum iudicio Dei in hoc exilio septem mihibus damnatur. annorum Maria quoq; lapsa septem diebus extitit extra castra: Forma electionis habetur in concilio Agathen. Electionẽ vero Cain a facie Dñi representat Ecclesia excommunicando viros sanguinum, præcipuè cum candelis extinctis, quia & ille, & isti spiritum vitijs extinxerunt, quæ cãdelæ in ꝓlatione anathematis dẽt proijci, & pedibus cõculcari, nec vlterius dẽnt ad aliquê vsum, sicut nec sal infatuatum assumi. Electi ferunt cãdelas in manibus ad significãdum, q̃ pro opere quo primi parentes porrexerunt manus ad pomum uetitum, apposita est ignea rõphea in paradiso. *Nu.* 12.

SVMMA.

1 *Officium diurnum feriæ quintæ Dominicæ quadragesimæ, & eius forma num.* 3.
2 *Remedia duo contra peccatum.*
4 *Pœnitentes cur admittantur in ecclesia sexta feria Dominicæ in ramis, & numero* 5. 6.
7 *Forma reconciliationis peccatũ, qui admittuntur in ecclesia sexta feria dominicæ in ramis.*

radiso. Claudũtur coram eis fores Ecclesiæ in signum aditus paradisi quõ iam obeluſi. Quod de loco ad locum † uadunt, 3
siue in exilium mittuntur, significat, q̃
Gene. 4. Cain post mortem fratris profugus & uagus fuit super terram. Quod cilicijs & la-
Iob. 42. neis utuntur, de Iob tractum est, q̃ pœnitentiam in fauilla & cinere agens, sacco se operuit: de Niniuitis, qui similiter fecerunt. Cilicium quoq; portat in signũ
Io. 3. *Gene.* 41. pelliceariũ tunicarum Adæ & Euæ Io.
Iob. 2. etiam habitum recolentes. Carcer pœni-
Gene. 3. tentiæ a Ioseph initiũ habuit. Quod comam & barbam nutriunt: tractum est de Ioseph, cui in carcere posito ista excreuerunt. Quod iacent, aut sedẽt in terra; sũptum est de Iob, q̃ in sterquilino sedit: in terra ẽt comedunt, quasi ipso facto dicãt: Maledicta est terra in opere tuo. Nõ dicitur eis Aue, q̃a nondum erat mutatum nomen Euæ. Quod pedes nudant, nuditatẽ repræsentant Adæ. Innuentes quod indigent ornatu gloriæ. Quod baculis utuntur, tractum est de Iob, q̃ pere-
Gene. 32 grinans in baculo Iordanẽ transiit. ¶ In his ẽt oĩbus inuitant ad humilitatem & purgatoriã confessionem, & tam peccatorum, q̃ ætẽnæ pœnæ meditationem, & q̃ sint memores suæ peregrinationis. Namque eijciuntur de ecclesia, & post eos cantatur, in sudore vultus tui vescẽris pane
Gene. 3. tuo, hoc ideo fit, ut uidentes Ecclesiam p̃ se confusam, magis ac magis confundantur, in uestimentis q̃ppe sordidis & excremento crinium & barbæ, multiplicatio miseriæ peccatorum insinuatur, quasi dicant ipso facto. Iniquitates meæ multipli-
Ps. 68. catæ sunt sup capillos capitis mei. Quod in terra iacent, eis æternam damnationẽ ad memoriam reducunt, quasi dicant.
Ps. 21. Domine perdes oẽs q̃ in terram descenderunt, i. qui dediti sunt terrenis, nisi resipiscant. Quod de loco ad locum cum baculo uadunt, eis ad memoriam peregrinationem suam reducit, q̃ per peccatum recesserunt a Deo: in baculo.n. intelligitur correctio, & consolatio, & sustentatio, quasi dicant, Virga tua & bacu-
Mar. 4. *Ps.* 22. lus tuus ipsa me consolata sunt: est autem baculus cubitalis, q̃a in qua mensura mensi fuerint, remetietur eis. 4
¶† Sed quæritur, quare hac die pœnitentes in Ecclesiã introducuntur? Respondeo, in quinta feria Deus creauit pisces, & uolucres, pisces in aquis reliquit, uolucres in aera leuauit, iuxta illud. Magnæ Deus potẽtiæ qui ex aquis & ceteris rem ttis gurgiti, spiscs, partim leuas in aera, suolucres. Per pisces intelligũtur cupidi, auari, & luxuriosi, qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectantur. Volucres sunt spirituales, q̃ in spiritualem conuersationem quasi in aera leuantur. Pœnitentes igitur in quinta feria in Ecclesiam introducuntur, & quasi segregati a malis, & ab huius mundi delicijs in cœlis animo conuersantur. ¶ Præterea, in fine quintæ ætatis, q̃ hæc quinta feria significat, Ioan. Bap. pœnitentiã prædicauit, & Dominus noster uenit in mundũ, peccata absoluens, prout in prima huius de orõne dicitur. ¶† Rursus in hac die institutum est sacrũ sacramentorum, scilicet corporis & sanguinis Domini, cum Dominus uetus finiuit testamentum, & nouum inchoans, panẽ & uinum in corpus & sanguinem suum transsubstantiauit, qd̃ est sacramentum misericordiæ. Qua ergo Christus solus de misericordia crimina tollit, ut præmissum est, ideo pœnitentes hac die reconciliantur: q̃a hac die misericordiæ cõsecrauit sacrũ, & inde est, q̃ Missa huius diei solenniter cantatur, ut ibi dicetur: meritò igitur hac die, quæ tota in remissionem peccatorum cõsecrata est, pœnitentes reconciliantur ad percipienda corporis & sanguinis domini sacramenta. Decuit itaq; hoc Sacrũ sacramentorum in fine institui quintæ feriæ aduenientẽ sexta feria, eo q̃d in fine quintæ ætatis, & in primordio sextæ lex finem, & euangelium sumpsit exordium. † ¶ Præterea hac die ab- 6
soluũtur, q̃a in ea die Christus fuit captus & ligatus, quæ ligatio absolutionem nostram operata est. Hac ẽt die Christus lauit pedes discipulorum suorum, ut pedes & affectus nostros lauet, i. soluat a peccatis. † Forma uerò reconciliationis 7
est hæc. Exit Põtifex ad parentes Ecclesiæ, ubi iacent pœnitẽtes ꝓstrati in terra, & eos uice Christi uocat ad timorem domini, dicens ter, Venite. ve. ve. filij audite me, timorem Domini docebo uos. Hanc esse Christi uocem ꝓbat titu. ꝓsalmi 28.

de

de quo sumitur, qui talis est psalmus Da uid cum mutauit vultum suum corã Abimelech. Abimelech interpretatur patris mei regnũ, per quẽ Iudæos accipimus, coram quibus uerus Dauid mutauit vultum suum, i. sacrificandi ritum: & ferebatur in manibus; quando panem & uinum dedit discipulis, dicens, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus. quod quidem hodie factum est. Dicens ergo Pontifex Vicarius Iesu Christi, Venite pœnitentes, inuitat ad corporis, sanguinisq; conuiuium. Proinde pro eis orat, genua flectit, eos admonet, cosq; reconcilians in Ecclesiam introducit. ¶ Illud ẽt notabile est, q, undiq; ianuæ Ecclesiæ patent, ad notandum uenientes ab austro, uel ab aquilone, i. iustos, & peccatores, qñ accedunt ad misericordiam, non esse prohibendos: & a Pascha in anteã patebũt, eo q, in octaua nostræ resurrectionis nullũ erit improperium peccatorum electis.

¶ Illud quoque notabis, q, pœnitentes in Ecclesia recepti, crines & barbam, quam nutrierant, deponunt, & se uestes mundas & coltiores, depositis pœnitentialibus, induunt, à Ioseph capientes exemplum, qui de carcere eductus, tõsus & lotus est, & uestibus decoratus. per hoc quoque innititur, q, deponentes multitudinem peccatorum, induunt uestimẽta uirtutũ.

Gene. 41

S V M M A.

1 *Oleum consecratur sexta feria Dominica in ramis, idq; tripliciter.*
2 *Oleũ tripliciter consecratur, & de cuiusque proprietate.*
3 *Oleum infirmorum quomodo consecretur. Et quare nu. 5. 6. 7. 8.*
4 *Oleum chrismatum.*
9 *Olei chrismatis consecratio.*
10 *Chrisma ex quibus conficiatur, & qualiter quaq; solemnitate nu. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Et quid mystice sonet illa celebritas tanto apparatu. nu. 18.*
19 *Oleum benedictum saluti atur. Et quoties, & quorsum.*
20 *Episcopus ter exhalat in ampullam olei benedicti, & cur id ipsum.*
21 *Oleum cathecuminorum. Et eius usus duplex. nu. 21. 23.*

De eadem quinta feria. Cap. 74.

HAc etiam quinta feria † secundo loco tripartitum oleum cõsecratur, quoniã hodie agnus Dei ad victimam, s. uesperam im molabatur, de cuius sanguine uterque postis & superliminare domorũ, in quibus erat edendus, liniebatur, ut hoc signo uiso exterminator Aegipti, domos sacri conuiuij præteriret intactas, in quo præfiguratum est, quòd si frontibus nostris unctione chrismatis quasi sanguine Christi, qui unctus interpretatur, signum crucis imprimitur, diabolus in domibus animarum nostrarum nullam nocendi habet protestatem. Recte ergo, qua die illud figuratiuum agebatur, significatum solemniter celebratur. Sed diceres. Consequens igitur esset, ut hac die pueri confirmentur, i. in frontibus chrismate sacro signentur? Respondeo, sancta Ecclesia illum, in quo passus est Dominus, luctui dedicauit, & solennitatis, & conuiuij gaudium in diem tertium, quo resurrexit Dominus reseruauit, & tunc demum pro recuperata salute animarum, quæ est patrata in sexta feria, & pro futura corporum resurrectione, quæ donata est nobis, in Ecclesia Paschalis agni conuiuium celebremus, dicentes. Pascha nostrum imolatus est Christus, itaque epulemus. Sumentes ergo illud, unde postes nostrarum frontium signare debemus, rectius ab ipsa significatione usq; ad conuiuium Paschale cessamus, ut tunc submerso Pharaone transeuntes per mare rubrum signantes domos contra exterminatorem, Paschale conuiuium celebremus. Sed diceres, cur itaq; in sabbatum chrismatis consecratio non differtur? Respondeo, quia ab hac quinta fetia usque ad uesperam sabbati à Missarum solemnijs uacamus: ipsum autem chrisma non nisi intra Missarum solemnia fas est consecrari, sed ante Missam baptismum conuenit celebrari, prout sub Sabbato sancto dicetur. Vel ideo, in quinta feria consecratio celebratur, qa Christus in quinta fuit unctus ætate, nam in quinta uenit, qui in sexta sanguinem consecrauit, de cuius unctione dicit Daniel. Vngatur sanctus

Exod. 12.

1. Co. 5.

Dan. 9. sanctus sanctorum. Et Esa. Spiritus Domini super me, eo q, unxit me, ad euangelizandum misit me. Et Dauid, Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. cuius unctio ex tunc cœpit, cum uerbum caro factum est, cum plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit, tunc autem completa est, cum in baptismo super ipsum Spiritussanctus in specie columbæ descendit: Ideoq; unctio quæ hodie conficitur ad ungendum, usq; ad baptismum differtur, ut significemus Spiritumsanctum super Dñm in baptismo uisibiliter descẽdisse, & nos in baptismo Spiritumsanctũ accipere. Ex his itaq; patet in uespera sabbati statim post baptismum esse confirmãdum ut posteà celebretur Paschale conuiuium, & q, quibusdam placet, saltẽ in paucis esse tunc confirmationis mysterium inchoandum.

Esa. 61.
Psal. 44

2 Quia † igitur de triplici oleo mentio facta est, ad notandum, q, triplex sacramentum ex eadẽ substantia fit olei, ad ostẽdendum, q, licet unus sit Spiritussanctus, multiformis est tñ secundum dona sua, unde Apost. 1. Cor. 12. Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, &c. Hoc tripli ei oleo coaptamus, q, inde apparebit, si olei triplicem proprietatem attendamus. Olea.n. ut dicit Isido. est arbor pacis insignis, cuius pinguedo ualet ad reficiendos artus lassos & infirmos, & est pabulum luminis: quod est arbor pacis, refertur ad oleum chrismatum: quod pabulum est luminis, refertur ad oleum cathecuminorum: quod artus lassos & infirmos reficit, ad oleum infirmorum. Hæc igitur tria præcedentibus uerbis Apostoli coaptantur. Si quidem in multitudine pacis esse videtur, qui dulcedinem internæ suauitatis gustauit, sicut dicit Psalmus. Gustate, & uidete qm̃ suauis est Dñs. Saporem huius dulcedinis senserat ille, qui dicebat.

Psal. 33 4 Gratia Dei sum id quod sum. 1. ad Cor.
1. Co. 15 15. c. Hæc gratia est donum sapiẽtiæ, quæ intelligitur p pacis oleum. Verum quia hunc saporem libenter in alium deriuat vir fidelis, idcirco alij datur sermo scientię. Scientia.n. est doctrina, qua fidelis aliorum uerbo, uel ad minus exemplo instruit, qui per balsamum intelligitur, & quia Apostolus in hoc laborauit, idcirco cum dixisset. Gratia Dei sum id, quod sum. statim subiunxit, & gratia Dei in me uacua nõ fuit. Hæc duo simul coniuncta, s. oleum & balsamum, i. dulcor sapiẽtiæ, & odor doctrinæ, perfectum faciunt seruientem, quæ duo, s. sapientia & doctrina, ad oleum chrismatum pertinent. Ad oleum verò cathecuminorum pertinent fides, quæ mẽtem illuminat, sicut oleum lumen præstat. Fides.n. ualeat ad duo, s. ad purgamentũ, & ad tutamen, purgat preterita uitia, & tutelam præstat contra futura sicut verba consecrationis huius olei manifeste ostendunt, quæ inferius exponentur. Ad oleum infirmorum pertinet gratia sanitatum, i. sanitas corporis & mẽtis. Valet.n. cõtra utriusq; ægritudinem, sicut ex verbis benedictionis ipsius liquet: quare autẽ infirmi, & cathecumini inunguntur, & de unctionibus, quæ fiunt ex hoc triplici oleo, dictum est in prima parte sub titulo de unctionibus. Sequitur † uidere de ipsorum oleorum consecrationibus. Et primò de oleo infirmorum. Secundo de oleo chrismatis. Tertiò de oleo sancto. Primo ergo de oleo infirmorum dicendum est, nam illud prius est cõsecratum, q, chrismatum, & sanctũ. Et est ratio, quia illius sacrm̃ prius fuit tpe, q, chrismati, uel sancti. Nam Dñs discipulos suos docuit infirmos ungere, sicut in euangelio dicitur. Oleo ungebant infirmos & curabantur. & Iacobus Apostolus ait. Infirmatur quis, &c. Oleum † uerò chrismatum & sanctum, s. cathecuminorum ab ecclesia instituta sunt, licet & in ueteri testõ aliqua de utroq; habeatur similitudo. Ibi namq; duplex oleum inuenitur, unum uidelicet chrisma, quo ungebantur Reges. Præcepit enim Dominus Mosi, ut conficeret chrisma, quo ungeret tabernaculum in dedicatione tẽpli, & arcam testamenti Aaron, Reges, & Sacerdotes, & filios eius, dicens. Sument aromata prima, & oleum. Inde est, quod unctione chrismatis Ecclesias, & calices consecramus, Reges etiam & Pontifices inungimus, Moses tamen oleo materiali non legitur inunctus, sed solum spirituali, sicut & Christus. Oleum etiam sanctum a lege sumpsit exordium, quo reges

1. Co. 15

3

3

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

ges tm,& Sacerdotes ungebant. Alij dicunt, q oleum infirmorum Apostoli instituerit, qui cum illo egrotos ungebat. Oleum uero chrismatum & cæteroum inorum Apostolici iuri constituerunt, & ideo consideratio olei infirmorum prior est tpe, q chrismatis, & er q olei sancti; quia prior & maior & uenerabilior est doctrina Apostolorum, q Papę. Huius aut olei consecratio non habet tale principium, quale alia habent; quia non dicitur in eo, Dns uobiscum, nec Oremus; nec Sursum corda, nec aliquid huiusmodi, nec etiam talem habet finem, qualem in alijs consecrationibus dicimus, ut infra dicetur, s. Per Dnm nostrum Iesum Christum, &c uel Per eum, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, sed sic claudimur. In nomine Domini nostri Iesu Christi. Et est ratio, quia benedictio ipsius olei sancti non est officium per se, sed est embolismus præcedentis officij; quod apparet, quia cum ponantur ante illud uerbum canonis. Per quem hæc omnia Domine bona semper creas, statim benedictione ipsa finita, subiungitur. Per quem hæc omnia. &c. Et sic est ἐμβόλισμος, s. adiectio præcedentis officij, s. illius orationis s. Nobis quoque peccatoribus, ubi pro pœnitentibus oratur. Est enim duplex embolismus, prout dictum est in quarta parte, sub titulo de silentio post orationem Dominicam. ¶Sed quare † consideratio huius olei canoni adijcitur? Respondeo, ¶Primo ibi rationabiliter oleum morientium conficitur, ubi mors Domini consumatur, ut sicut mors Domini destruit mortis authorem; sic gratia, quæ per unctionem morienti confertur, destruat peccata, quæ sunt causa mortis. ¶Secundo, duo sunt, de quibus in hoc officio agitur, s. imolatio Christi, & imolatio Ecclesiæ: imolatio Christi fuit in cruce, imolatio Ecclesiæ fit, cum peccatum mortitur. De imolatione Christi fit mentio[1] in uitroitu. Nos autem gloriam[2] & specialiter in canone. De imolatione Ecclesiæ fit mentio in epistola, ubi dicitur, Si nosmet ipsos iudicarem us, non utique iudicaremur. Sunt etiam & alia duo, s. infirmitas & medicina: infirmitas ex peccatis sæpe prouenit, medicina de gratia Dei. De infirmitatibus ait Paulus in epistola. Qui indigne manducat, & bibit corpus & sanguinem Domini, iudicium sibi mãducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Idcirco inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. De medicina dicit Iacobus, Infirmatur quis in uobis; inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent sup eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleniabit eum Dns, & si in peccatis sit, dimittuntur ei. Si igitur propterea infirmãtur q a manducant corpus Domini indigne, & gratia Spiritussancti, quam significat hæc unctio, eos saluat, merito † consecrationi corporis Dni adjcitur consecratio huius olei, Per passionem. n. Dni, cuius commemoratio fit in consecratione corporis, prostratus est diabolus, & gratia Spiritussancti, cuius signum est unctio, diaboli arma, idest peccata quotidiana tolluntur. ¶† Tertio ideo consecratio olei infirmorum consecrationi corporis Christi adiungitur, quia nouissima oratio consecrationis corporis Christi ex uoto pœnitentium fit: congrue igitur sub ea consecratur oleum pro pœnitentibus, ubi eorum sacrificia Domino offeruntur. ¶Consequenter attendamus aliqua uerba consecrationis huius olei infirmorum: dicitur enim ibi sic, Emitte spiritum tuum paracletũ in hãc pinguedinem olei. Nempe non sine causa ponitur ibi paracletum, quod patebit, si triplicis olei efficaciam attendamus. Oleum sanctum præcipit, siue in exorcismo olei sancti, uidelicet catechuminorum, ꝓcipitur diabolo, ut recedat a catechumino, qui adhuc reputatur mortuus, quousque non est baptizatus: oleum chrismatis iam uiuentes sanctificat: oleum infirmorum iã sanctis medelam præstat: quia uerò ægritudinem sequitur dolor, uñ in eadẽ consecratione olei infirmorum, dicitur ad euacuandum omnes dolores, & omnem ægritudinẽ, sequitur, q dolorum est consolatio, iõ rectè ponitur ibi Paracletum, quod interpretatur cõsolator. In mortuo autem qui dolorem non sentit, non sequitur consolatio, sed nec sanus, nec sanctificatus; quia in eo non est infirmitas, ex qua

ex qua dolor non indiget consolatione.

§ ¶† Circa oblationem eiusdem olei infirmorũ, notandũ est, q in ordinario ita scribitur. Offeratur pontifici oleũ quod offerunt populi ante quàm dicatur. Per quẽ hæc omnia semper Domine bona creas. Nempe hoc in Exod. 27. c. ꝓfiguratũ est, ubi dicit Mosi, q accipiat à populo oleũ oliuarũ purissimũ. Oleũ siquidẽ cũ offertur à populo tm liquor est, sed per benedictionem fit sacramentum. Mistice autẽ hęc oblatio, siue administratio significat, quòd populus debet clero tẽporalia ministrare, spiritualia ministranti ei: unde Apostolus, Si seminauimus uobis spiritualia, non est magnũ, si uestra carnalia metamus, Cõsecrat aũt oleũ Episcopus, cũ omnibus sacerdotibus ei adstãtibus, q a hoc sacramẽtum fuit à Christi discipulis institutũ: uel tractũ est ab antiqua cõsuetudine, q a consueuerat ecclesia primitiua simul cũ pontifice uerbis & manibus corpus Christi cõficere, fortè ad testimoniũ, ꝙt hodie in Missa de ordinibus, cũ ordinatore faciũt ordinati. Nã & summus põtifex quoties diuina celebrat, sacerdotes ei adstãtes uerbis, & manibus cum eo consecrãt, & q a, ut iam dictum est, huius olei consecratio est ἐμβολισμος canonis, idcirco eã totam, sicut & canonem sacerdotes cũ eo dicũt, inde ꝓficit officiũ. Episcopus usq; ad illũ locũ. Pax Dni sit semp uobiscũ, & clericus respondet. Et cũ spiritu tuo, & tunc tacet, & solus Eps communicat. ¶† Sed ò uidendum restat de oleo chrismatis. Fabianus. n. Papa statuit hac die singulis annis debere confici chrisma, q a nouum est sacramentum, & ideo semper est innouãdum, & uetus concremandum. Ita. n. ab Apostolis eorum successoribus accepit, à cunctisq. tenenda mãdauit. ¶Circa † quod sciendum est, quod chrisma conficitur ex balsamo, & oleo ꝓpter misticam rõnem, quoniam ꝑ oleũ nitor conscientiæ designatur, iuxta illud Euangelij. Prudentes uirgines acceperũt oleum in uasis suis cũ lãpadibus &c. Per balsamum uerò exprimitur odor famæ, per quod in libro sapientiæ dicitur. Sicut balsamus aromatizans dedi odorem. Oleo ergo, quod lucet, additur balsamus, qui redolet, quia fide operante per dilectionem, lucere, & bona fama redolere ad honorem Dei, & ad utilitatem proximi debemus. Odor enim balsami in oleo bonam operationem longè lateq; diffusam gratia Spiritus sancti cooperante demonstrat. ¶Secundo additur † oleo balsamum, ad significandum, quod in uultu Christi resplendait cęlestis nitor, & gratia excellentius, q in alijs. Nam, ut Hieronym. ait. Virgo de Virgine natus, qui non ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex uoluntate Dei natus est, nisi habuisset in uultu oculisq; quoddã desiderij, nunq eum statim cum ingenti desiderio secuti fuissent Apostoli, nec qui uenerant ad eũ cõprehendendũ, corruissent. Iste nitor operante Dei, gratia, uultus electorum exhilarat, ut Dominũ cum magna dilectione imitentur. Vnde in ꝓfatione, q cantatur in consecratione chrismatis, dicitur, Dauid prophetico spiritu gratiæ tuæ sacramenta ꝓnoscens, uultus nostros in oleo exhilarandos esse cantauit, & paulo post. Huius olei vnctio vultus nostros iucundos efficit, ac serenos. Vultus nostri sunt operum nostrorũ manifestatio. ¶Tertiò † quoq; balsamus oleo additur, ut omnes q ex eo vncti fuerint, operante gratia Spiritus sancti conuersioni doctrinã iungere nitãtur. Et hęc duo, s. vita, & doctrina, sunt connexa in septem donis Spiritus sancti, propter quod chrismalis unctio fit: nam sapientia ad uitam, intellectus ad doctrinam, consilium etiam ad doctrinam, fortitudo ad uitam, scientia ad doctrinam, pietas ad uitam, & timor ad uitam refertur. Doctrina autem per balsamum intelligitur, ut præmissum est. Χρῖσμα dicitur unctio latine, quæ etiam Domino nomen accommodauit. Nam Christus a chrismare dicitur unctus, pro ut dictum est in prooemio secundæ partis. Consecratur † autem chrisma in eo loco, ubi consueuimus dare pacem, sicut & oleum sanctũ; & hæc ideo, ut pax & concordia per unctionem chrismatis regnet in nobis. Chrismate enim ungimus, ut donis Spiritus sancti repleti Deo & hoibus pacificemur, quia in maliuolam animam non introibit sapientia. Habet quidem chrisma officium per se, quod inchoatur à Sursum corda, & finitur,

Mat. 25

Psal. 24

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, Per Christum dominum nostrum, q̃ uiuit, & regnat. pertinet enim ad eos, qui resurrexerunt & viuunt cũ Christo.
14 ¶ † Sanè postquam solus Pontifex cõicauit, ut præmissum est, ipse uadit sedere su
per sedẽ suam, & tunc duodecim presbyteri parati duodecim Apostolos significantes, & alij clerici discipulos significantes, & descendunt in sacrarium ad apportandũ solemniter tam oleum chrismale, quàm sanctum, siue cathecuminorũ, hoc
15 modo. Præcedunt † nanq; duo luminaria, & sequuntur duæ cruces, & in earum medio unus acolythus ferens ampullam cũ oleo futuro chrismali, subsequuntur duo turibula, & in eorum medio alter acolythus ferens aliam ampullã cũ oleo futuro sancto, subsequenter diaconus libũ euangelij ferens: deinde dicti presbyteri, & alij clerici bini sequuntur, quousq; que peruenitur ad gradus ante altare. Nẽpe duo luminaria sunt lex, & prophetæ, quæ nobis Saluatorem prænunciauerunt: duæ cruces sunt duo martyria sine sanguine, s. mortificatio corporis proprij, quæ est crux à sinistris, & cõpassio proximi, quæ est crux a dextris. Inter has fertur oleũ futurũ chrismale, quo inũguntur pugnatores, qui debẽt esse parati ad martyriũ, & semper duplici martyrio debent se affligere. Crucem à sinistris habebat ille, qui dicebat 1. ad Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Crucem à dextris habebat idem, qui dicebat 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & ego non v-
16 ror? Duo enim turibula † sunt duplex genus orationis, s. oratio pro remouendis malis, & oratio pro adipiscendis bonis. Hæc duo notat Psalmista, cũ dicit. Exaudi Deus orationem meam, s. quæ est pro
Ps. 54. adipiscendis bonis, & ne despexeris deprecationem meam, s. quæ est pro remouendis malis. Inter duo turibula fertur oleum futurum cathecuminorũ, quia ꝓ cathecumenis est orandum, & eos orare oportet, ut ad robur, quod per oleũ chrismale significatur, ualeant peruenire. Inde euangelium sequitur, quia in eo totius boni nostri est consumario: presbyteri, & alij bini sequuntur, q. d. sponsę. Cantic. 1. Trahe me post te, & occurremus in odorem unguẽtorum tuorum. Potest & dici, ꝙ ampulla cum oleo futuro cathecuminorum, humanitatem Christi significat plenam Spiritu sancto. Duo luminaria, duæ cruces, duo turibula, sunt lex & propheræ, quæ prædixerunt Christum & dominum esse uenturum. Sequens uerò euãgelium affirmat, quod lex & prophetæ prædixerunt: ptesbyteri & clerici bini & bini sunt testes chrismalis mysterij. Hi sunt Apostoli bini ad prædicationis officium destinati, cooperatores, & testes Christi: Cantus istorum, O redemptor: prædicationem, & orationem significat Apostolorum. Ampulla quoq; in singulos ordines ad altare defertur, per quod innuitur, ꝙ Dominus in corpore suo ante passionem officia septem ordinũ adim
pleuit. ¶ † Præmissimus de ductione o- 17
lei chrismalis, & sancti, siue cathecuminorum de sacrario usque ad sanctuarium, nunc dicamus de eadem usq; ad Episcopum. Postea. n. quàm dicta processio uenit ad sanctuarium, & tũc ante altare ad Orientem ordinatè se disponunt ostiarij, lectores, & exorcistæ, & acolythi, ita ut sextum locum obtineat subdiaconus, qui illa die legit epistolam, & post omnes est acolythus cum ampulla, ita quod oẽs sunt sub umbraculo, sub quo ampulla delata est à sacrario, quæ defertur de
vno ad alterum, per quandam connexionem sindonis albæ, qua ex parte uelata est ampulla; quousque perueniat ad Episcopum, ita, ut à medio sursum uideri possit. Nempe in connexione sindonis connexio intelligitur charitatis. Ampulla Christus est, uel ampulla cum chrismate corpus Domini ex virgine Maria assumptum cum diuinitate, s. Christum uiuum esse significat: præmissum ordinem quædam ecclesiæ seruant. Est & alius ordo, quem & aliæ seruant, nam fertur ampulla cooperta sindone alba, in sinistro brachio portantem ampullam præcedit lumen, & antecedunt duo sacerdotes, unus cum turibulo, alius cum cruce, & in medio eorum diaconus cum libro euangelij: & super capita eorum fertur umbraculum, seu palliũ, & duo antecedunt cantando. In † quo facto representatur pro- 18
cessio, quam fecerunt filij Israel tendentes

tes per desertum ad terram promissionis, qm̃ sindon est arca, ampullã urna lumen præcedens ampullã columna ignis, quæ præcedebat populum, Sacerdos cum turibulo, Aaron cum turibulo. Num. 17. Sacerdos cum cruce, Iosue cum sceptro, diaconus cum libro euangelij, Moses cum libro legis. Umbraculum est tabernaculũ, vel nubes lucidissima, quæ filios Israel obumbrauit: qui cantantes præcedunt, lætitiam eorum significant, qui ad terram promissionis transierunt. Vel duo cantores sunt prædicatores, duo præcepta charitatis annunciantes. Hæc autem omnia
1. Co. 10. in figura contingebant illis. In hoc etiam facto representatur processio Christi & ecclesiæ tendentes de hoc mundo ad patriam. Nempe ampulla est Christus, sindõ alba, est sancta conuersatio eius, In sinistro brachio tenetur, quia hæc omnia in hac uita, quæ per sinistrã significatur, acta sunt, uel quia conuersatus est in vita præsenti: lumen præcedens est Ioannes, qui fuit lucerna ardens: diaconus in medio duorũ sacerdotũ est Christus in medio Mosi & Heliæ: duo præcedentes cũ lumine sunt discipuli, quos binos misit ante faciẽ suam. Ampulla fertur cooperta vsq; ad altare, & tunc discooperitur; quia quasi Christus coopertus fuit usq; ad passionẽ: nã penè ab omnibus eius conuersatio sancta dicebatur. Sed in passione fuit nudus hominum reputatione; quia qui paucis diebus ante dixerant, Benedictus qui uenit in nomine domini. clamauerunt, crucifige, crucifige eũ. Quidã tamen
Matt. 3. prius q̃ ad altare perueniant, ampullam mediã cooperiunt, mediã nudã ad altare producunt; quia Christus ante passionem modo latuit, ut cũ fugit in Aegyptum, & cũ inter cognatos quærebatur, & cũ parentibus subijciebatur: modo se palã exhibuit, ut cum prædicauit ultra hominẽ
Ioan. 10 dicens, Ego & Pater vnũ sumus, & cũ miracula fecit, in quibus virtutẽ suæ diuinitatis ostendit. Ampulla † statim postquã
19 benedicta fuit ex parte coopta, & ex parte discooperta, ut allata fuerat, salutatur ab episcopo & presbyteris, quia Christus postquam transiuit ad altare crucis, i. ad imolationem, & se Deo patri, sicut ampulla ad consecrationem Episcopi, aliqua parte corpus suum nudum monstrauit Thomæ & alijs discipulis, quos voluit esse testes suæ resurrectionis, alijs verò inuisibilis fuit. Vel ideo pro parte nuda, & pro parte discoopta salutatur; quia Christus in humanitate manifestus, & in diuinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutantur aũt ampullæ quinquies ab Episcopo, ut de quinq; vulneribus gratiarum actio Christo reddatur. Postquã aũt ampulla salutata est a ministris altaris, cooperitur, ut a nemine nuda videatur, & cooperta iterũ salutatur, quia Christus postquã salutauit & manifestauit se discipulis suis, quos voluit suos, suæq; resurrectionis esse testes, ascendit in cœlũ & inuisibilis factus est hominibus. Sed quamuis eius præsentiã corporalem non videamus, tñ uenerando eum quotidie salutamus; quia discipuli eum ascendentem in cœlum adorauerunt. Tãdem ampulla in sacrarium defertur, ut Christus in cœlũ, quem ueneramur per fidem, donec perueniamus ad ipsum, ideo sindon munda est eius caro, uel conuersio immaculata.
¶ † Sane Episcopus ter halat in ampullã. 20
¶ Primò, quia sicut halitus ab interioribus & secretis procedit ad publicũ, & uocatus spiritus, sic Episcopus per spiritum suũ demonstrat Spiritum sanctum a Patre & Filio procedentem, in corpore domini habitare. Ampulla. n. cum chrismate corpus significat cũ diuinitate: ampulla uerò cũ oleo humanitatẽ plenã Spiritu sancto designat. Secundò ẽt halat; quia legitur in euangelio, ꝙ Dominus insufflauit in discipulos, dicẽs. Accipite Spiritũ sanctum, &c. Hic igitur halitus illam insufflationem significat. Ideo aũt ter halat; quia tres personæ sunt, & nunquam Spiritus sanctus est sine patre & filio a quibus procedit, & a seipso venit. Datur aũt Spiritus sanctus officio sacerdotũ, sed non datur ab alijs, sic. n. adest uirtus Spiritus sancti per insufflationem a sacerdote factam, in honore & sanctificatione ipsius Spiritus sancti, sicuti per uerba, quæ dicuntur in nomine suo. His peractis cantatur Agnus Dei, & communio. ¶ Tertio loco
† circa oleũ sanctũ, seu cathecuminorum, 21
de eius deductione præmissum est sciendũ, ꝙ hæc olei benedictio proprium habet.

bet officium. Nam post eius exorcismum quẽ episcopus lenta voce dicit, quasi prę fationem inchoat, dicens. Dñs vobiscum: Surſum corda, & finitur per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui te cum viuit, &c. & in eo loco consecratur, vbi dicitur. Pax domini, &c. Hoc enim est corpus gratiæ Dei, ut pacem, & concordiam inter nos habeamus, ut per unctionem pax habeatur. Olea nempe, ut dictum est, est arbor pacis insignis, quod præfiguratum est in ueteri testamento, sicut uerba huius consecrationis habent, quæ sunt hæc. Et cum mundi crimina diluuio expiarentur effusio similitudinem futuri muneris demonstrans per ramum virentis oliuæ pacem in terra reditã nun
22 ciauit. ¶ Valet † etiam huius olei unctio ad duo, s. ad purgationẽ, & tutelam. ¶ Ad purgationẽ, vt si quæ catechumino postquam venit in scrutinium, adhæsere maculæ, recedant ad tutelã, ut diabolus expulsus redire non audeat, uerba orationis hoc demonstrant, dicendo. Si qua illius aduersantium spiritum tuum adhæserunt maculæ, recedãt ad tactum hujus
23 sãctificati olei. Hæc de purgatione. ¶ † De tutela sequitur. Nullis spiritualibus nequitijs locus, nulla refugis virtutibus facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Quia uerò diabolũ se damnandum maximè in futuro iudicio nouit, & inde tremit, idcirco exorcismus terminatur, per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Exorcismus. n. est adiuratio. Nam in ea adiuratur diabolus, ut recedat. Item quia hoc oleo perfusi & baptizati spẽ regni habent, idcirco oratio terminatur, Per eundem dominũ nostrum.

ADNOTATIO.

* Chrismate] Chrisma fit ex oleo & balsamo, idq, mystica ratione, ut Innoc. docet c. 1. de sacra vnctione. Ab alio uerò non conficitur, quàm ab Episcopo, ut testatur Leo Papa, epist. 86. c. 37. Quod cõfirmarunt Bracarense cõcilium. c. 3. Carthaginense secundum, capit. 3. Carthaginẽse tertiũ, c. 36. Vnde chrisma ab Episcopo confectum singulis annis certis temporibus more ecclesiastico renouatur, ut sacris Canonibus est cautum: maximè iuxta sanctiones cõcilij Antisiodorensis, c. 6. Item Tholetani primi. c. 20. N. D.

SVMMA.

1 *Missa quintæ feriæ dominicæ in ramis, & eius officium num. 7. 14.*
3 *Gloria in excelsis non cantatur quintæ feriæ dominicæ in ramis, nisi Episcopo præsente.*
3 *Christus lauit pedes Apostolorum tribus potissimum de causis, & nu. 5.*
6 *Lotio pedum an sit mandatũ potius, quã consilium.*
8 *Symbolum Apostolorum cur non dicitur in Missa quintæ feriæ dominicæ in ramis.*
9 *Innocentius Papa statuit corpus Christi sub specie panis reseruari in quintæ feriæ dominicæ in ramis. Et cur itidem sanguinem nu. 10.*
11 *Vinum die parasceues sumptum cum Dominico corpore seruato quintæ feriæ, an consecratur, & sanguis Christi efficiatur per immissionem ipsius corporis in calicem, & per eius tactum.*
12 *Consecratio, & sanctificatio, quid differant.*
13 *Papa ritus celebrandi quintæ feriæ dominicæ in ramis.*

De officio Missæ ipsius quintæ feriæ. Cap. 75.

ERTIÒ seriatim Missæ huius diei officium prosequamur.
¶ † Sanè in persona pœnitentium cantat Ecclesia in principio Missæ. Nos autem gloriari oportet. Tales enim debent & possunt gloriari in cruce, qui pœnitentiam perfectè egerunt. Et quoniam in hac die institutum est Sacramentum Sacramentorum, ut præmissum est, ideo ad solemnitatem noui sacrificij, & propter gaudium reconciliationis pœnitentium cantat Ecclesia in Missa cantica lætitiæ, præter alleluia, & Missa solemnis dicitur in concentu, & ornatu ministrorum, sicut in festo natalis Christi. Nã hoc festum omnia alia excellit, excepto festo Trinitatis, & vr quodãmodo ecclesia sibi contraria, cum in alijs huius diei horis cãtica lætitiæ reticeat, & ea sub brevitate, & quasi flebiliter dicat. Sed nõ est contrarietas: quia alia est causa lætitiæ, & alia est tristitię. Propter memoriam enim passionis est tristitia, propter institutionẽ vero Sacramenti sacramentorum est gaudiũ. & ideo ex institutione Bonifacij Pa-
2 pę cãtat ecclesia: Gloria † in excelsis Deo; quia gaudent Angeli de conuersione pœnitentiũ, & hoc in ecclesijs, in quib. chrisma conficitur, & non in alijs, prout quidã dicunt. Vbi. n. Episcopus præsens non est nec Gloria in excelsis dr, nec aliæ solenni
11 tates seruantur, ut dicunt: quamuis, & tũc neque flectamus genua, nec oratio super
3 populum dicatur. ¶ Epistola verò. † Con-
Phil. 2. uenientibus &c. quæ est prima Cor. 11. est de modo sumendi cœnam Domini. ¶ Rnsoriũ est de crucis, siue Christi p crucẽ exaltationẽ. Christus factus est pro nobis obediens vsq; ad mortem. & est sexitoni propter obedientiæ perfectionẽ, qñ senarius numerus perfectus est. ¶ Euangelium est, Ante diem. Ioan. 13. cap. vbi sequitur. cum dilexisset suos Iesus in finem dilexit eos. & est de dilectione & humilitate; quia illud sacramentum est dilectionis, & humilitatis. Agitur etiam ibi de lotione pedum, quia Dominus præcinxit se linteo, ideſt humanitate purissima, immittens aquam in peluim, ideſt, gratiam in corde, & lauit pedes, ideſt, affectus. Venit autem ad Simonem Petrum, qui recusauit ex humilitate tantum. tertia tamen vice obediuit, & oportuit eum obedire, ut haberet patrem cum eo, vnde vocatur Si-
4 mon Petrus, propter obedientiam. Tres ergo sunt causæ, quare Dominus voluit lauare pedes discipulorum. Primo ꝓpter signum dilectionis. Secundò, in exemplum humilitatis. Tertiò ratione mysterii, quia lotio pedum designat lotionem affectuum. Puluis. n. adhæserat pedibus Apostolorum, ideſt elatio inanis gloriæ, quando dixerãt, Domine in nomine tuo eijcimus dęmonia. & quando conuertebantur plures: uel tristitia, quando non conuertebantur homines ad uoluntatem suam. Et ideò oportuit lauare huiusmodi affectiones in illo die, ut sic essent mundi toti. Nam prima die, ieiunij dixit Dñs. Tu autem, cum ieiunas, faciem tuã, ideſt, animam uel rationem tuam laua, ideſt à peccato mortali munda. Cum igit̃ a principio lauamus nos a peccato mortali, a puluere, i. a uenialibus debemus abstergi. hoc autem fit, ut digne possimus accipere corpus Christi, quod fit perecta perfecta pœnitentia, & ideo fiunt pœnitentium ablolutiones in hac die, ut prę missum est. Pedum quoq, lotio significat lotionem Mariæ, quando lauit lachrymis pedes Domini, ideò cãtatur antiphona illa. Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. ¶ † Rursus 5
11 lotio pedum, signum est remissionis peccatorum. In baptismo namq; unusquisq; totus abluitur, sed cum in rebus humanis postea viuitur, utiq; terra calcat. Ipsi enim humani affectus, sine quibus in hac uita mortali nõ uiuitur, quasi pedes sunt. Qui ergo nõ indiget, nisi vt pedes lauet, ostendit oĩa peccata sibi esse dimissa, sine *Luc. 7.* quibus hæc uita non ducitur. Pedes ergo, qui sunt vltima pars corporis, lauantur, ad notandum, q. Iudæi aqua baptismatis in ultimo tempore mundabuntur, vnde & reliquiæ Israel saluabuntur. Quare autem fiat hæc lotio ista die, supra dictum est. † Et est notandum, q. ex oĩbus mandatis Dei istud solum dicitur antonomatice 6
11 mandatum, quoniam maiori exhibitione officij hoc obseruari præcepit, cum discipulis suis pedes lauit dicens. Si ego laui vobis pedes Dominus, & magister, & nos inuicẽ debetis alter alterius pedes lauare. Et ét cũ interdictio ait Petro Si nõ lauero tibi pedes &c. Mandatum etiã illud, de quo dictum est ꝓximo sabbato, quòd fit à prælatis, repreſentat illud qđ Christus fecit. Et attẽde, q. ad antiphonas quę dicunt̃, dũ fit mandatum, non dr nisi unus uersus de uno psalmo, quia alij eiusdẽ Ps. non ita conueniunt cum antiphonis, uel cum his quæ in ipso mãdato fiunt. In offertorio ostenduñt præmissa duo simul, videlicet, q. debemus a mortalibus, & uenialibus abstergi, dicendo. Dextera Dñi *Ps. 118* fecit virtutem, absoluendo a mortalibus. Dextera Dñi exaltauit me, absoluendo

à venialibus. Postcommunio:† Et Dominus Iesus postquã cœnauit. Io.14.c oſtendit humilitas,& eſt ſecundi toni, ꝓpter ſecundã lotionẽ à venialibus. ¶ Beuter autẽ notandum eſt, ꝙ huius miſſæ officium noſtræ redemptionis continet ſummam,& myſterium. Nam in Euangelio legitur de pedum lotione, in epiſtola de corpore Chriſti & ſanguine, in introitu de cruce, in graduali de morte, in offerenda de reſurrectione. Nam hęc oĩa ſm myſticum ſenſum ex Euangelio,quod eſt caput officij,pendẽt. Chriſtus quidẽ cum diſcipulis cœnãs ſurrexit a cœna,ueſtimenta depoſuit,linteo ſe ꝑcinxit,aquã in peluim miſit,& inter cœnandum pedes eorũ lauit, & ipſos lauare docuit,& poſt lotionem iterum recubuit. Nempe Chriſtum à cœna ſurgere,eſt ab accubitu patris uenire,veſtimẽta deponere,eſt ſe exinanire, linteum præcingere,formam ſerui accipere,aquam in peluim mittere, ſanguinem ſuum effundere,pedes lauare,peccata remittere, linteo extergere, paſſionis fide mundare,veſtimentã reſumere,eſt à mortuis reſurgere,& veſtẽ glorioſę carnis induere:recumbere,eſt aſcẽdere,& in dextera Dei ſedere. Ad hæc pertinet officia. Diſcipulos docere, eſt eis Spiritumſanctum mittere. Veruntamen † quia nõdum perfectẽ credebant. ideo non dicitur, credo. Ecce breuiter ſumma redẽptionis humanæ,quæ fuit omnibus ſufficiens: ſed non efficiens. Vnde agitur in oratione: Deus à quo. & Iudas de duobus generibus pœnitentium,uno proficientium, vt latronis cõfitẽtis,ꝙ audire meruit. Hodie mecum eris in paradiſo. & alio nõ ꝓficiẽtium, ut latronis cõtemnentis,& Iudæ proditoris, qui laqueo ſe ſuſpendit. ¶ Innocẽtius† Papa ſtatuit hac die corpus Chriſti ſub ſpecie panis reſeruari,ut infirmi,& religioſi, quibus eſt neceſſitas communicandi, habeant ipſum,& propter officiũ adimplendum: nã in duobus dieb. ſequentibus nõ cõficitur corpus Chriſti. Sanguis verò nõ ſeruaꝝ ſub ſpecie vini ꝓpter multa. ¶ Primò;quia † vinum, quod liquidum eſt, de facili poſſet exẽ negligẽtia ſpargi. ¶ Secundo;quia per calicem,qui hac die ſumitur, finis veteris legis intelligitur. vnde ſecũdum Lucam,per calicem diſcipulis, & nõ alijs eadẽ die datũ, Dominus diſcipulos deſignauit. Tertiò,quia corpus,quòd ſeruatur,non eſt ſine ſanguine. Quartò;quia per hoc,ꝙ ſanguis non ſeruatur, oſtenditur,ꝙ vetus ſacrificiũ debet ceſſare. Panis namq; nouũ. Vinum verò vetus deſignat teſtamentum. Ad quod oſtendẽdum Dominus,cum bibiſſet,inquit,Conſumatum eſt. Ergo calix ſumitur, & panis ſeruatur. eo ꝙ lex finem, & Euãgelium hẽt initiũ. Quintò;quia Chriſtus dixit in cœna Domini, Amen dico vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec bibã illud in regno patris mei. Non autem dixit de corpore, ſeu de eſu, imo inuenitur, ꝙ poſtea comedit partem piſcis aſſi & fauũ mellis, ſed non inuenit,ꝙ poſtea biberit. †Sed nunquid vinũ, quod in die paraſceues cum dominico corporẽ ſeruato ſumitur in altari cõſecraꝝ,& ſanguis Chriſti efficitur per immiſſionẽ ipſius corporis in calicẽ, & per eius tactũ? Super hoc dicunt quidam,ꝙ per dominicam orationem, quæ tunc dicitur fit cõſecratio, ſiue cõmutatio vini in ſanguinem. Nam Grego. aſſignãs cauſam, quare dominica oratio in die illa à ſacerdote dicatur,dicit, ꝙ in primitiua Eccleſia Apoſtoli ſola ũica oratione vtebãtur in conſecratione. Nos tamen hoc non dicimus; quia ſi hoc iam eſſet,non eſſet neceſſe corpus Domini ad diem illũ ſeruari. Præterea ex his,quæ in canone dominicam orationẽ præcedunt, ſatis patet, ꝙ ad prolationem ipſius oõnis tranſubſtantiatio non fit, & nullo tpe Miſſa fuit celebrata ſine verbis illis. Hoc eſt corpus meũ &c. quæ ſola in principio naſcentis eccleſiæ proferebantur ad cõficiendum ab Apoſtolis,qui poſtmodũ orationem dñicam ſuperaddiderunt, ꝓut dictum eſt in prooe. huius partis. Dicimus ergo illud ex hoc nõ cõſecrari,ſed ſanctificari,differt,† aũt inter hęc. Nã conſecratio,eſt conſecratione tranſubſtãtiare,ſanctificare eſt ex cõtactu ſeu admiſtione ſacræ rei reuerendũ,& ſanctum effici, vt patet in aqua benedicta,cui alia admiſcetur. Item ſanctificatum dr, quod à tactu rei ſanctificatæ efficitur magis reuerendum. Si.n. diceretur,ꝙ ſolo contactu vinum & aqua conſecrarentur, magnum inconueniens ſequeretur. Nam ſic contingeret

ret calicẽ non poſſe lauari, & millia millę panum à tactu vnius hoſtiæ ſiue verbis poſſent conſecrari, & ꝙ ſi gutta aquæ benedictæ in ſtagnum,vel puteum funderetur, aqua illa benedicta ꝑpetuo remãneret,& alia plura. Præterea, ſi vinum tactu dominici corporis conſecraretur,eẽt contra decretum de conſec.diſt. 3. ſabbato. quod ꝓhibet die hac fieri conſecrationem,de quo dictum eſt quarta par.ſub ſeptima particula ſecretæ, ſup verba. Hic eſt calix. ¶ Illud † quoque prætereundum non eſt, quia Romanus Pontifex hodie remota tabula Latet.altaris, de qua dictũ eſt in prima parte ſub titulo de altaris dedicatione, & in ſecunda parte ſub titulo de diacono, infra ipſum altare conficit Euchariſtiã,& ſanguinẽ,& cum turribulo incenſat illud, in hoc facto repreſentans; quia ſũmus Pontifex legalis ſemel in anno ingrediebatur in ſancta ſanctorum cũ ſanguine,ſecum portãs turribulum viuis carbonibus plenum, prout dictum eſt in quarta parte, & ſub tertia parte canonis. Sic & ſecundum Apoſtolum ad Hebr. 9. Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redẽptione inuenta. Peracto Miſſæ officio ſtatim inter cœnandum,i. dum ſacerdos cõmunicat, cantatur veſpertinum officium,ad oſtendẽdum, ꝙ hoc ſacramentum,ſcilicet Euchariſtiæ inſtitutum fuit in veſpera. Quia ergo redẽptio noſtra in veſpera mundi, i.in ſexta ætate ſeculi facta eſt, ideo veſpertina σὺναξις,i.pſalmodia,ſiue ſolẽnitas pſalmorum numero Miſſæ continuatur,& ſub unica oratione utrunq; officiũ terminatur, † ſper ite Miſſa, ſi epiſcopus adeſt, uel per Benedicamus, propter neſpertinam concluſionem. Et quia eccleſiæ datus eſt calix, ideo eſt prima antiphona. Calicẽ ſalutaris accipiam, quem dedit Dñs Apoſtolis dicens, Hic eſt calix noui teſtamenti in ſanguine meo. Secunda antiphona eſt. Cum his qui oderunt pacem,eram pacificus. Patientia.n.quam habet ille, qui paratus eſt bibere calicem Domini, pacem cum omnibus operatur. In alijs tribus rogat ſe liberari, quia habita pæce pectoris non mouetur homo ꝓp tribulationes,& hoc ẽt habet à Deo, unde petit liberari. Antiphona ad Magnificat. Gœnantibus &c. eſt de cœna Domini.

SVMMA.

1 *Altaria quinta feria denudãtur. Et quid illa denudatio notet, vide per diſcurſum.nu.2.3.4.*
5 *Altaria cur lauenẽ vino,& aqua,& qd ſignificẽt rami, quibus fricantur.n.6.*
7 *Pauimentũ eccleſiæ cur mũdetur quinta feria Dominica in ramis. Et cur detur ſymbolum competentibus.nu.8.*

De denudatione altarium. Cap. 76.

QVARTO † loco notandum eſt, quod ſtatim veſpertino finito officio denudantur altaria vſque in ſabbatum, quæ poſtmodum in tertia die cooperiuntur.† Siquidẽ hæc denudatio ſignificat primò receſſum diſcipulorũ Domini, ſeu Apoſtolorũ. Vñ. Qui iuxta me erãt, de lõge ſteterunt. Et in Euangelio, Relicto eo oẽs fugerunt. Altare nanq; Chriſtum, ſeu corpus eius ſignificat. vnde de terra altare facietis mihi. Altare de terra facere, eſt incarnationẽ eius credere, vel ſperare. Altaris verò veſtimẽta, Apoſtolos ſeu ſanctos Dei deſignant, quorũ prædicatione Chriſtus quaſi quibuſdam veſtimentis adornatur, & per illos magnificatum eſt nomen eius. Altare igitur veſtimentis denudatur, quia fugientibus Apoſtolis,chriſtus ſolus remãſit. Tertia die cooperitur; qa poſt reſurrectionẽ diſcipuli ad eum redierunt. ¶ Secundo, denudatio altaris deſignat, ꝙ Chriſtus fuit nudatus in cruce. Cum itaq; nudatũ altare conſpicimus, illud propheticum ad memoriam reuocamus, Ecce uidimus eũ,& nõ eſt ei ſpecies,neq; decor, & conſiderauimus eum deſpectũ, & nouiſſimũ virorum.qđ accidit in paſſione. Nam antea ſpecioſus præ filijs hominum extitit. Fuit quidem denudatus ad columnam, & ad crucem,cum diuiſerunt ſibi milites veſtimenta ſua. ¶ † Tertiò,altaris denudatio ſignificat Chriſtũ diuinitatis gloria nudatũ, unde Pſ. Deus, Deus, meus qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 re dereliqſti me. ¶ † Quartò deſignat, q velũ templi ſciſſum eſt, & liber, qui ſignatus erat, apertus eſt. Vnde in Prouerbijs. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, ideſt exempla actionum Chriſti, quæ ſunt ab æternitate, & ducũt ad æternitatẽ. Et bene dicit, Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes; qa ea, q̃ magis occulta erant in lege, ſicut paſſio, 5 reſurrectio, & aſcẽſio, patefacta ſunt. ¶ † In pleriſque locis lauãtur altaria vino, & aqua, & ramis fricãtur præſertim cũ ramis de ſauina. Lauãtur ergo aqua & vino, ad notandũ, q corpus Chriſti, qđ eſt verũ altare, ſanguine & aqua in cruce aſperſum eſt. Nã de ipſius latere exiuit ſanguis, & aqua, per quæ genus humanũ lotum eſt. Vel vino & aqua lauantur, ad oſtendendũ; q non Ioannis, ſed ſuo baptiſmo fuit baptizatus, ſ. ex aqua & Spiritu ſancto. Et lauãtur cum pſalmo pœnitentiali, vel cũ cantu ad paſſionem pertinente. Plus autẽ ibi eſt de uino q de aqua ponendum, qm̃ *Apoc. 17* aquæ multæ, populi multi, ſicut in Apoc. habetur, per quod ſignificatur, q ſanguis Chriſti ſufficit ad redimendum plures in infinitum, q̃ ſint redempti, vel vnquam 6 redimendi. ¶ † Rami vero aſperſi, quibus altare fricatur, ſignificant ſpineam coronam, qua Chriſtus coronatus eſt, vel flagella amara, & dolores, & ictus quos in morte ſuſtinuit. Vel lauatio altaris, ideſt, corporis Chriſti cum aqua, ſignificat lachrymas Mariæ, uinum, vnguentum, rami, eius capillos. Et ſcias, quod quidam hac feria quinta hora iam adueſperaſcẽte denudant altaria, & lauant: alij verò ſolum denudant, ſed in paraſceue lauant, 7 quod magis cõgruit rõni. ¶ † In quibuſdã etiam locis pauimentum eccleſiæ etiam mundatur, per quod pauperes Chriſti ſignificantur, prout in prima parte, ſub ti. de eccleſia, dictum eſt. Pauimentum ergo eccleſiæ mundat, qui pauperibus, vel fratribus propter Deum pedes lauat, & illis cætera miſericordiæ opera exhibet. Inde eſt, q parietes domus quamuis nocabulum eccleſiæ habent pro eo, q continent ipſam, non tamen ipſi, ſed homines ſunt eccleſia, & pauimentum eſt quaſi hominum pedes. Pauimentum quoque mundatur ad notandum, q à vitijs mundari debemus. Statutum eſt in canonib. de conſecr. diſtin. 4. non licet. & c. ſeq. ne hac quinta feria ieiunium ſoluatur. Quia enim Dominus ſurgens de cœna, lauit diſcipulorum pedes, & iterum redijt ad cœnam. ideo quidã ad inſtar ipſius uolebant poſt prandium pedes alijs abluere, & iterum poſt ablutionem cœnare, quod fieri nõ debet. Hæc dies in pleriſque locis capitulauium uocatur, quia tunc capita infantium, qui vngendi ſunt, lauantur, ne obſeruatione quadrageſim ſordidata ad vnctionem accedant. ¶ † Rurſus hac 8 die ſymbolum competentibus traditur propter confinem dominicæ paſchalis ſolemnitatem, ut qui iam ad Dei gratiam percipiendum feſtinant, fidem quã confitentur, agnoſcant: Hæc ergo quinta feria in quatuor principaliter priuilegiata eſt. Primò, quia tunc pœnitentes recipiũtur. Secundò, in ea nanque nouum teſtamentum incipit, & vetus terminatũ fuit. Tertiò, quia in ea fit olei conſecratio. Quartò, quia in ea Sacramentum ſacramentorum inſtitutum eſt.

S V M M A.

1 *Paraſceue & eius diei officium. nu. 4. 5. 6. 7. 18. 19.*
2 *Paraſceues officiũ cur ordiatur à lectionibus. Et cur duæ dicãtur lectiones. n. 3*
8 *Paraſceues die cur potius legatur paſſio Domini, ſecundum Ioannem, quam ſecundum cæteros.*
9 *Paraſceues die cur Euãgeliũ legatur ſup pulpito nudo. Itẽ, nudis pedibus. nu. 10*
11 *Chriſtus in cruce decãtauit pſalmos decẽ*
12 *Chriſtus in cruce pro tribus orauit.*
13 *Eccleſia orans pro Iudæis non flectit genua. Et cur idipſum.*
14 *Eccleſia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.*
15 *Eccleſia tantum vtitur lingua græca, & latina. Cur non itidem hebraica.*
16 *Crucis denudatio in paraſceue quid ſignificet.*
17 *Chriſti corona fuit ex iuncis marinis.*
20 *Crux cur adoretur die paraſceues. Et qualiter id. nu. 21. 22.*
23 *Verborum, quæ canuntur, dum crux adoratur, expoſitio.*

Crucis

24 *Crucis myſterium profundum.*
25 *Chriſtus crucifixus tribus clauis. Quid illi claui deſignent.*
26 *Chriſti corpus cur diſponatur in vino, & aqua die paraſceues.*
27 *Chriſtus cur pati voluerit. Et quoto ætatis anno. nu. 28.*
29 *Paraſceues feſtum cur non agit Eccleſia cum lætitia, & nu. 30.*
31 *Chriſtus quos ſua paſſione redemerit.*
32 *Chriſti corpus cur non conſecretur in paraſceue, & nu. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Feriæ ſextæ priuilegia ſex.*

De die Paraſceues. Cap. 77.

SEQVITVR de paraſceue, † quæ quare ſic dicatur, in proœmio ſeptimæ partis dicetur. ¶ Sanè hac die eccleſia arctiſſimũ ieiunium & ſilentium agit, nullum tamen officium ſolemniter celebrat, ſed hora nona conuenit ad adorandum crucem, non ad Miſſæ officium, quo hæc dies caret, ſed quaſi ad funeris obſequium dicendum. Et hoc ideo; quia hora nona mortuo Domino, Centurio factus eſt præco fidei noſtræ, & perfidis recedentibus licuit, & Ioſeph, & Nicodemo diſponere de funere, & mulieribus accedere ꝓpius. Dr autem officium tacita, & humili uoce, & abſq; principio, prout in præcedenti titulo dictũ eſt. Super altare vnica dun taxat toballia diſponitur, per quã findon, qua corpus Chriſti inuolutum fuit, ſignificatur. In quibuſdã eccleſijs in hora ſexta ignis extinguitur, & in nona accendit, quia tunc ſol in ſexta lumen abſcondit, & 2 in nona reddidit. ¶ † Incipit hoc officium a lectionibus; quia in primitiua eccleſia oĩs Miſſa a lectionib. inchoabat. Sed hoc hac die ſpecialiter fit, pro eo quia paſſio Domini hodie celebrata eſt, in cuius memoriam omnis miſſa cantatur, & leguntur lectiones ſine titulis; qm̃ tunc amiſimus Chriſtum caput, qui nos illuminat, ſicut tituli illuminant libros. Leguntur autem duæ lectiones, qa ꝓ duobus populis Chriſtus paſſus eſt, Gentili videlicet, & Hebræo, uel ꝓ ſalute carnis, & aĩæ: Vna ſumpta eſt ex lege, alia ex prophetis, qa Xpi paſſio a prophetis fuit prænunciata, & a lege, & patriarchis ꝓfigurata. Abrahã. n. carnem Chriſti figuratiuè immolauit, cum arietem immolauit: Similiter & Abel quando agnum ſacrificauit. vnde Dominus Oſeæ 12. Aſſimilatus ſum, inq̃t, ꝓphetis. Rurſus ideo † duę lectiones dñr, 2 quia ſicut in 4. feria mortem noſtram duplicem manifeſtauimus, pro quã Chriſtus pati venerat, ita ad memoriam in paraſceue reducimus ſuam paſſionem, & noſtram imitationem. Quædam aũt eccleſiæ primò legunt lectionem Oſeæ 6. c. ſ. In tribulatione, & ſecundo lect. Exo. 12. c. ſ. Dixit ad Moſen Dominus, & illi naturalem ordinem ſeruant; quia paſſio Domini primò prænunciata eſt a lege. ſecundo a prophetis. In prima quidem eſt præconium reſurrectionis, ubi dicitur. Poſt duos dies uiuificabis nos, & in die tertia ſuſcitabis nos. In ſecũda modus exprimitur paſſionis, ubi dicitur: Immolabitq̃ eũ uniuerſa multitudo ad veſperã. Quędã uero econuerſo faciunt, & mouentur ex eo, qa paſſionẽ lectioni ex lege, quaſi continuare nolunt; qa in paſſione q̃dam uerba ponuntur, q̃ ex illa lectione ſumpta ſunt, ſ. Os non comminuetis ex eo. † Continuant ergo paſſionem lectioni; 4 qa eius eſt expoſitio, & agitur de duob. *Exo. 12.* ſpecialiter in officio hodierno, ſcilicet de paſſione Chriſti, & de paſſione eccleſiæ, quæ eſt illius imitatio, ſicut dicit Petrus. *Num. 9.* Xps paſſus eſt pro nobis &c. hæc ſiquidẽ *1. Pet. 2.* duo in lectione Exod. commemorantur, vbi dicitur. Erit autem agnus ſine macula, maſculus, anniculus. Iuxta hunc ritũ tolletis & hædum. Agnus eſt corpus Chriſti immaculatum. Hædus eſt eccleſia, quæ nos ſumus, qui peccatores ſumus. Paſſio Chriſti celebrata eſt in eius immolatione, noſtra celebratur in vitiorũ mortificatione. In lectione Oſeæ manifeſte agitur de paſſione Chriſti, & eius effectu. ubi dicitur. Venite reuertamur ad dominum; quia ipſe cœpit, & ſaluabit nos, percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius Oſe. 5. Qđ Hier. ſic exponit: Percutiet Dominus, & ſanabit nos; quia quẽ diligit, corripit. &

castigat V.Q.v.non osculatur. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, q̃ tertia die resurgens a mortuis oẽ genus humanum suscitauit, & curauit: & cũ nos viuificauerit & suscitauerit, in cõspectu eius viuemus. Ibi ergo loquitur propheta de tribus diebus, quibus Dñs fuit in sepulchro, cum dr, Viuificabit nos post duos dies, & in tertia die suscitabit nos, idest post duos dies sepulturæ ueniet nobis quasi imber tẽporaneus, & serotinus terræ, & dabit gratiã incipiẽtem, & subsequentẽ. ¶Sequitur tractus.

5 † Dñe audiui auditionem, Abacuch vlt. cap. Et q̃ dicit versus. In medio duorum animalium cognosceris. ad literã intelligitur, s. in præsepe bouis & asini. Vnde
Esa. 1. Esa. Cognouit bos possessorem suum, & asinus p̃sepe Dñi sui: uel in medio duorum latronum, uel in medio duorum populorum. ¶Secunda lectio † est de Exod. ut ibi habetur, Os nõ cõfringetis ex eo. hoc completum est, q̃n fregerunt duo latronum crura uenientes aũt ad Iesum inuenerunt eum mortuum, & non fregerũt eius crura. Allegoricè verò in eo non sunt fracta crura, idest uirtutes, & maxi-
Esa. 50. mè patientia. Vnde Esa. Dedi faciẽ meã, sicut petram durissimam, & scio, q̃a non confundar. Per crura.n. intelliguntur itinera, de quibus in cantico Abacuch: Incuruati sunt colles mũdi, i. homines excelsi per intelligentiam ab itinerib. æternitatis eius, idest, exemplo actionum ipsius, quæ ducunt ad æternitatem, tanquã columnæ immobiles, idest argenteæ pp eloquentiam, quæ fundatæ sunt super bases argenteas, uel aureas, idest, rõnes im-
7 mobiles æternæ sapiẽtiæ. ¶Sequunt † tractus de passione Dñi, quia tunc luget ecclesia ualde, & sunt duo tractus ad intentionem maioris luctus, s. pro peccatis, q̃ cõmittimus, & pro pẽnis, quas patimur, & pro incolatu, quia prolongatur. Nec cantatur graduale cum tractu, sed solum tractus, prout dictum est in quarta feria. & in 4. parte sub tit. de tractu. Duo ergo tractus dicunt. Primus, s. Dñe audiui, & est in quibusdam ecclesijs quatuor versuum alter pluriũ. Tractus quatuor uersuum significat, q̃ per Christi passionem redimitur homo, qui ex quatuor elemẽtis constat. Vnde Christus nec in cœlo, nec in terra crucifixus est, sed in medio, idest in aere. Fecit.n. pacem inter cœ- *Ephe. 2.*
lestia, & terrestria, q̃n erat inimicitia inter hominem & hominem, sed maior inter Angelum, & hominem, & maxima inter Deum & hominem. Ipse.n. Christus oĩa pacificauit in cruce, q̃n fecit vtraque vnum, cum sit lapis angularis. Adhuc per quatuor uersus tractus significatur quarta pars crucis. ¶Secundus uerò tractus, s. Eripe me. prolixior est, & representat magnum bellum Dauid cum Golia, & Christus noster Dauid hodie magnum Goliam, i. diabolũ debellauit. ¶Rursus ideo tractus est longus, quia hoc nobis promissum est in lect. Oseæ, ubi dicitur. Post duos dies suscitabit nos, debemus retinere in spe. Item in secundo tractu ponitur. Obumbrasti caput meum in die belli, quia nõ tũ in alio tempore, sed in die
Ps. 90. passionis diuini⁹ a passione permansit immunis, imò in passione Christus homo ita protectus est gratia diuinitatis, ut hostes superaret, qui superari videbatur. Quædam autem ecclesiæ cantant secundum tractum. Qui habitat in adiutorio altissimi, quia Christus a diabolo primũ latenter tentatus est, uelut a dracone latitante in petra, postea in passione tanquam a leone forti acriter vexatus est, quod notatur per illum versum. Super aspidem & basiliscum. ¶Sequitur Euan-
8 gelium † siue passio. Egressus est. Io. 18. c quod dicitur hac die, quia ipse interfuit crucifixioni, & iuxta crucem stetit securus, alijs fugientibus, quia notus erat põtifici. Quia igitur hac die passio Domini oculis nostris representatur, meritò eius testimonium legitur, qui vidit, & testimonium perhibuit, & scimus, quia testimonium eius uerum est. Præterea, ipse posterius scripsit Euangelium, quare meritò posterius legitur, & quia ibi manifestius sunt sacramenta. Vnde ibi dicitur, Os non comminuetis ex eo. Item illud, Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua.
9 ¶Legitur autem hac † die passio super nudum pulpitum. Primò, ad memorãdũ quòd super nudũ crucis patibulũ nudus fuit positus ipse Christus. Secundò ad notan-

notandum, q̃ Ioannes, ẽm quem passio legitur, relicta sindone nudus profugit à Iudæis. ¶Tertiò ad representandum, q̃ sicut Christo in cruce pendente, ipsius secreta non tam cordis, q̃ corporis nuda omnibus adstantibus apparuerunt, ita & velo templi p̃ medium scisso, omnia templi intima nuda remanserunt. Legitur ét
10 † nudis pedibus, vt cũ afflicto pro nobis, nos affligi debere mõstremus. In quibusdã verò ecclesijs sindon, seu tersoria, vel vestes altari nudato superponuntur, vsq; dum passio legatur: cum vero pueniturad locum illlum, Diuiserunt sibi vestimenta mea &c. tunc subdiaconi sindonẽ illã vel tersoria tollunt, representantes historiam, quia quatuor milites Christum crucifigentes vestem Christi subtulerunt: & subdiaconi quasi furtiuè pannos subtrahunt, ad notandum, q̃ Ioannes, qui cum Dño vsque ad crucẽ perseuerauit, postea more furis se occultauit, & nudus effugit. In quibusdam tamen locis vna veste sublata, altera sup altare remanet, ad significandum, q̃ vestis Domini inconsutilis nõ fuit scissa, vel partita, sed sorte sup eã missa contigit integra vni militi, ad significandum q̃ ecclesiæ vnitas nunquam potuit à scismaticis, vel hæreticis scindi: quia non est sapientia contra Dominum. 17. q. 7. sicut. ¶Quod verò dicitur in passione. Exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum nota, q̃ sicut legitur in historijs, caluaries est proprie os capitis humani nudum. Inde dictus est locus ille Mons caluariæ, siue caluarium, vbi rei decollabantur, & vbi multa capitum ossa erant
11 dispersa. Quia † verò Christus in cruce pendens prolixè orauit, decantans decem psal. s. Deus, Deus meus, respice in me, vsque ad, In te Domine speraui. cum pueniſſet ad locum illum. In manus tuas Domine, illo dicto, emisit spiritum, iõ & nos postquam recitata est passio, eius orationes dicimus: ad notandum, q̃ quando ab inimicis persequimur, semper ad orationem est recurrendum: iste tamen est insolitus mos orandi. Nã in alijs diebus ante Euãgelium orationes dicuntur, & in earum principijs dr, Dominus vobiscum, q̃ est proprie vox & sacerdotis officiũ, qd nõ fit in istis; quia sacerdos, & Dominus noster occiditur. ¶Orauit autem Chri-
12 stus pro tribus. ¶Primò pro † se dicens Pater, clarifica filium tuum. ¶Secundò pro suis, dicens: Pater, quos dedisti mihi, *Ioan. 12.*
pro eis rogo. Tertiò, pro illis qui in eum crediturí erant, dicens, Pater non tãtum pro illis rogo, sed pro illis, qui credituri sunt in me. Et ex hoc videtur, q̃ non debemus rogare pro eis, quos scimus non esse salnãdos, nec pro illis qui in inferno remanserunt, nec pro Iuda, qui se desperauit, sed oramus pro nobis in oĩ gradu ecclesiæ, & pro neophytis, & pro Gentilibus, pro Iudæis, pro hæreticis, & scismaticis, ut Christus gratiã suã eis infundat, & ad fidem cõuertat: Christus.n. orauit pro inimicis, & amicis, ideo ecclesia statim similiter orat p̃ omnibus. † Sanè ec- 13
clesia pro his orans flectit genua in orationibus, vt p̃ habitum corporis deuotionem, & mentis humilitatẽ ostendat, insinuans etiam, q̃ in nomine Iesu omne genu flectendum est, q̃n omnes nationes sibi genua curuãt, nisi quando pro Iudæis oratur, quia. n. ipsi illuserunt Domino flexis genibus, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit, ideo in detestationem huius illusionis ecclesia pro eis orans genua non flectit, vt vitet opera simulata. Præterea, quia eorum cęcitas nulla poterit oratione depelli, donec plenitudo gentium subintrauerit, iõ non est p̃ ipsis vehementer orãdum, nec genua flectenda. Est tamen vtcunq; orandum, quia futurum est, ut qui est exaltatus in cruce oĩa trahat ad se. Sed in orationibus pro iudæis, & paganis nõ respondetur, Amen; vt quidam dixerunt, & hoc ideo, quia cum illi sint extra collegium, sine corpus ecclesiæ fidelium, populus non ostendit affectum suum ad eos. Iux- *1. Cor. 5.*
tã illud Apostoli ad Corin. Quid mihi de his, qui foris sunt, iudicare. extra, de sacra vnc. c. 1. Per Amẽ, autẽ affectus exprimit. Præterea, licet pro illis oret, vt eorũ duritia conuertatur; quia tamen hoc in pleri non poterit vsq; circa finem seculi: Apostolo testante, qui dicit. Donec pleni- *Ro. 12.*
tudo gentium introierit, & omnis Israel saluus fiat, ideo ad orationes pro illis non respondetur. Amen. Verumtamen rectè intuenti nihil interest quo ad hoc inter

illas, & alias orationes. Immo ita respondetur ad illas, Amen, sicut & ad alias orationes p alijs statibus, quod sic ostenditur. Pro quolibet statu bis profertur Orem⁹, sed q̄ sub primo Oremus, ante flectamus genua dicitur, non est oratio, sed adhortatio, vt oremus, siue præfatio seu monitio, exprimens, quod, siue p quo fit in sequenti oratione orandum. Vnde sub tono p̄fationis, non orationis dr. Ideoq; p nullo statu post præfationem respondetur Amen, sicut nunquam fit post aliquā præfationem, licet etiam ibi ponatur per Christum dominum nr̄m, sicut patet in quotidiana Missæ præfatione. Quod aūt secundo Oremus dr, oratio est, & respondere debet Amen, p Iudæis, & paganis, sicut pro alijs. ¶Consequenter sacerdos post orationes crucem velatam baiulat ad dextrum cornu altaris, ibiq; crucē super humeros tenens in persona Christi Iudæis improperat beneficia Domini, dicens, Populo meus, quid feci tibi. In quibusdam tamē ecclesijs duo presbyteri baiulant illam, ad notandum, q̄ in Christi p sona duæ fuerunt naturæ, diuinitatis videlicet, & humanitatis. Quod dr. Populo meus, quid feci tibi, aut in quo contristaui te, respondē mihi. quia eduxi te de terra Aegypti, &c. Ad diuinitatem refertur. Quod vero sequit. Parasti Saluatori tuo crucē, ad humanitatē, & sic de alijs sequē
14 tibus verbis. Cātat tāt sacerdos, quasi hebraicè in p̄sona Saluatoris, acolyti cātāt græcè ἅγιος ὁθεος, quasi in p̄sona græcorum, chorus respondet. Sāctus, sanctus, in persona latinorum. Sicq; tribus linguis laudatur Deus, s. hebraica, quæ propter legem oīum linguarum est mater: græca, quę doctrix est, & latina, q̄ imperatrix est p̄p Romani dominium imperij, & papatus. Quia n. hebraica nunc silet a laude Dei, ponitur pro illa. Populo meus, quia cantatur in persona Domini loquentis hebræis, ideo intelligitur dictum hebraicè. Et no. q̄ contra tres illusores Christi tres præmittuntur adorationes, vt infra dicetur. Tres verò antiphonæ, s. Populo meus, quia eduxi te. & quid vltra &c. Parum, aut nihil sensibus differētes, verbis, & modulatione consimiles, triplicem tituli scripturam significant, qui scriptus fuit tribus linguis, s. hebraicè, græcè, & latinè Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Vtrum principium tituli scriptum fuit tribus linguis ignoratur. Sed de hac clausula, Rex Iudæorum, constat, quod quia negauerunt Iudæi dicentes. Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum, iō illud in illis antiphonis adstruitur ab effectu, s. quia tanquam rex eorum eduxit eos de Aegypto, & duxit eos per desertum, & introduxit in terram bonam. Item, quod in titulo scripū fuit, Iesus, in singulis antiphonis concluditur Saluator, q̄ ibi Nazarenus ad singula respondetur ἅγιος, sanctus. Et quia titulus tribus linguis scriptus fuit, iō duabus †linguis respondetur, s. græca, & latina, quæ Christum adorant. Hebraica vero contradicit, & adhuc blasphemat prædictas. Et nota, quod antiphona. Populo meus, est Mich. 6. c. Principium antiphonæ, Quia eduxi te. Numero 14. c. Et medium, s. manna &c. est Es. 16. c. Et Iosue 6. vbi etiam est finis ipsius, scilicet introduxit. Notandum q̄ Iudæi tres accusationes contra Christum p̄posuerunt, s. quòd tributum negasset, q̄ se regem fecisset, & quod se Dei filium dixisset, contra quas tres in eius personam accusationes dicūtur, s. Populo meus, ubi Christus eis exprobrat tria beneficia sua, s. liberationem de Aegypto, regimen in deserto, & introductionem in terram optimam, quasi dicat. Tu accusas me de negatione tributi potius deberes gratias agere, q̄a te liberaui à tributo, siue a seruitute Aegypti. Tu accusas me, quia me regem dixi, potius deberes gratias agere, quia te rexi in deserto, & regulariter paui. Item accusas me; quia filium Dei me dixi, potius debere gratias agere, quia terram lacte, & melle manantem contuli tibi. ¶Deinde 16
† crux denudatur in signum, quòd peruersi Iudæi Saluatorem denudauerunt, & fit denudatio in tres vices, ad notandum, quòd illi ter Christo in passione illuserunt. Primò, quando in atrio principis velata facie eius colaphis eum cædebant. Ad quod designandum in principio reuelationis ipsius crucis non ostenditur facies crucifixi. Secundò, ante prætorium, quando eo tradito ad

crucifigendū milites plectentes coronam spineam illudebant ei, flexis genibus adorando eum, dicētes. Ave Rex Iudæorum, ad quod representandum in secunda reuelatione discooperitur caput, &
17 facies crucifixi: & scias, q̄ corona † fuit de iuncis marinis, sicut eam vidimus in thesauris Regis Francorum, quorū acies nō minus spinis duræ sunt, & acutæ. Tertio, q̄n ei in cruce pendenti transeuntes dicebat. Vah, qui destruis templum Dei: & quia q̄n hæc illusio fiebat, Christus totus nudatus in cruce pendebat: ideo in tertia reuelatione totus nudus ostenditur crucifixus, & ēt ad significandum, q̄ oīa quæ in lege, & prophetis obscura fue
18 rāt, in passione aperta, & manifesta sunt. †Reuelatur ergo crux post orationes, ad notandum, q̄ oratio à Christi passione, quam in cruce sustinuit, habet effectū & exemplar. Ipse. n. in cruce pendens pro amicis, & inimicis orauit. Sanè à dextera parte crux incipit reuelari, quia Christus crucifixus vera fide adoratus extitit ab
Apostolis, & discipulis iudæis, qui tūc in dextera erant. Et q̄n hæc fides per illos deuotè publicata, & in medio gentium perducta est, ideo ad hoc significandum ante mediū altaris per Sacerdotē deducitur. Rursus, quia Christus nūc super Ecclesiā quiescit, & vsq; in finē seculi quiescet, ideo ad hoc significandū, & figurandum subsequenter crux super altare pōnitur, per quod hæc Ecclesia gentiū designatur. Denique, quia in fine seculi fides in cordibus gentium refrigescet, & teste
Esa. 10. Esa. à reliquijs Israël, quæ salvæ fient, in scipietur & cōis Iudæis, Gentilibus habebitur, meritò ad hoc significandū in fine Missæ crux de altari deponitur, & in cōi
19 loco collocatur. Crux quoq; reuelata, & ēt vexilla ecclesiæ in quibusdam locis diriguntur in altum, ad Christi victoriā designandum. Adhuc crucem baiulātes, antiphonam canentes, crucem illam deferunt † vt græcè & latinè respōdeatur. & deuotè adoretur, quia Dns crucifixus transiuit à perfidia iudæorum ad confessionem & deuotionem gentium, & significat Apostolos canentes, i. totis viribus crucis opprobrium confitentes, & prædicantes. Item crucē baiulando, nunc ambulant, nunc & sessi subsistunt, quia & illi persecuti onem condere fessi aliquātulum quieuerunt. Subsequēter ipsa crux denudata salutatur, & adoratur, quia cū, cui perfidi illuserunt, Christiani reuerēter salutando, & deuote osculando venerātur. Et dū adoratur, canitur in quibusdam ecclesijs responsoriū. Ecce qūo moritur. Esa. 57. cap. & ania. Sicut Moses, Io. 3. c. Et est sciendum, q̄ contra præmissas tres illusiones ter illum adoramus, & dicentes, ἅγιος, quasi ter honorantes ter illusum propter nos, & quia illudendo genua flectebant, ideo & nos illum adorando genua flectimus. ¶Ad † terram 21
etiam ante illā prosternimus nos vt quod illi superbè illudendo fecerunt, nos humiliter, & verè faciamus, & mentis humilitatem per habitum corporis ostendamus, & quia sicut Christus humiliatus est Patri pro nobis vsque ad mortem, mortem autem crucis, sic & nos eius mortis imitatores humiliari oportet. De modo pstrationis ait Aug. Quisquis sic humiliatur, vt genua flectat, adhuc hēt. vt amplius humilietur quisquis verò sic humiliatur, vt humi iaceat in terra vēter eius, vltra quod humilietur non habet: Nudis † ēt 22
pedibus adoratur, ut oēs proprias affectiones sibi nudas, ac notas esse monstremus, & vtcum afflicto pro nobis nos affligi ostendamus. Salutatur autem crux, quia per eam salus hominibus reformatur, postea adoratur, i. osculatur. Solus. n. Deus adorandus est, cætera ut crux, cā illius veneranda sunt. ¶†Cæterum expo- 23
sitio illorum verborū ἅγιος, &c. ibidem sequitur. Nam ἅγιος Græcè, dicitur sanctus Latinè; ἀ̓πὸ τοῦ ἀ priuatiua particula, & γῆ, i. terra, quasi cœlestis siue terra. In Canone tamen Isidori 2. 4. quæst. 3 quidam vers. sed tangis habetur, quòd ἅγιος Græcè, dicitur vas Latinè. Οθεὸς uero Græcè, dicitur Deus Latine. Ισχυρὸς Græcè, fortis Latinè. Αθάνατος Græcè, immortalis Latinè, ἀ̓πὸ τοῦ ἀ, priuatiua particula & θάνατος, quod ē mors, ἐλέισον i. miserere, ἡμας, i. nostri ¶De profundo † crucis mysterio dictum est 24
in proœmio quintæ partis, & hic aliqua perstringamus. Fuerunt autem in dominica Cruce ligna quatuor, s. stipes, siue li-

gnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnum erectum,lignum transuersum,trũcus superpositus,& titulus supraſcriptus, Fuerunt & claui quatuor, qbus & manus & pedes confixi sunt:fuit & lancea, qua latus apertum est,& corona spinea capiti circumpoſita quæ omnia possunt in spirituali cruce significari. Quatuor. n. crucis ſigna sunt quatuor mentis virtutes, ſ fides,spes,pseuerantia, & patientia, de qbus ait Apostolus,vt cõprehendatis cum omnibus sanctis,quæ sit longitudo, & latitudo,sublimitas,& ꝓfundum.Longitudo crucis est perseuerantia, de qua dominus inquit.Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit.Latitudo crucis est patientia, de qua veritas ait'. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Pro
*Ps.*21. 3. *Reg.* 17. funditas eius est fides,de qua Apostolus. Fides est substantia sperandarum rerum, argumentũ non apparentium.Sublimitas verò est spes,de qua Psalm. In verbo tuo super sperani. Habuit ergo crux Christi vnũ lignũ erectũ in longitudiné, alterum transuersum in latitudiné,quaſi in modũ potentiæ seu martelli,quæ duo significata sunt p illa duo ligna, quæ paupercula mulier in Sarepta collegit. Stipes verò erectus habuit truncũ suppoſitum, & titulum supraſcriptũ;q.a pseuerantia de fide ꝓcedit ad spẽ, quaſi stipes erectus de trunco suppoſito ad titulũ supraſcriptũ.
*Iob.*9. Quod beatus Iob intelligens ait.Credo, q redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum &c.Repoſita est hæc spes mea in sinu meo. Niſi. n. crux habeat fundamentũ fidei, & titulũ spei, pfecto suppliciũ est solummodo, & nõ meritum. Quod autẽ patientia spectet ad crucẽ,ex eo apparet,q.a patienter in aduersis tribulationis sustinet cruciatum. Vñ Iacobus. tribulatio patientiam
*Iac.*1. operatur. de pseuerantia quoq; legitur, Esto fidelis vsq; ad mortẽ,& dabo tibi coronã vitæ. Etiam secundum Apostolum nõ coronatur, niſi q legitimè certauerit.
*Apoc.*2. 2.*Ti.*2. Perseuerantia igit.quæ coronatur,certamen habet,vt merito spectet ad crucem. In his ergo duobus lignis, duos pedes & duas manus quatuor clauis debet affigere Christianus. Quatuor claui sunt quatuor principales virtutes,ſ.iustitia, fortitudo,tẽperantia,& prudentia:Pedes sunt mentis affectus, de quibus spõsus in Cãticis,Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. Et Dominus inquit Apostolis. Qui lotus est:non indiget niſi vt pedes lauet, & est mũdus totus.Et iterum: Excutite puluerẽ de pedibus vestris.Duo ergo pedes, sunt duo mentis affectus, ſ. timor & amor: per timoris clauo fortitudinis debet configi, ne timidus pp aduersa succumbat.Vñ psalmista,Cõfige timore tuo carnes meas, à iudicijs. n. tuis timui.Dum.n. in Petro metus clauo fortitudinis affixus non extitit, ad vocem ancillæ Christum negauit:cum vero confixus extitit,ante Reges & Præsides nomẽ domini prædicauit.Pes amoris siue appetitus clauo iustitiæ debet configi, ne cupidus ad illicita desideria euagetur. Si.n. appetitus fuerit cõfixus,tunc spiritus cõcupiscit aduersus carnem:si verò nõ fuerit confixus, tunc caro aduersus spiritum concupiscit. Sic itaq; Christianus pedes suos cruci debet affigere, ne vel timidus succumbat, vel cupidus euagetur. ¶ Alij tamen dicunt † q Christus tribus duntaxat fuit clauis affixus, significãtibus tres cruciatus,quos in cruce sustinuit, videlicet passionem in corpore, passionem in mente, & passionem in corde. Ambo. n. pedes vno clauo affixi sunt. ita q dexter fuit super sinistrum, ad significandum,q spirituales affectiones per pedem dextrũ significatæ supereſſe & dominari debent terrenis pet sinistrum significatis. Lãcea verò, qua latus est vulneratum, charitas est, de qua sponsa in Canticis. Vulnerata sum in charitate. Lateri quidẽ cor cõtiguũ est,cuius beneficia diligimus,quod ideo vulnerandum est, vt affectus exeat, nõ solũ ad amicos,verũ etiã ad inimicos, vnde Dominus ait, Diligite inimicos vestros, & benefacite ijs qui uos oderunt, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Corona verò spinea est pœnitentia circumponenda capiti, ideſt menti, de qua psalmista. conuersus sum in erumna mea, dum config.spina. Hæc corona de tribus spinis complectitur, scilicet contritione, confeſſione, & satisfactione. Prima pungit cor per dolorem ꝓpter vanam cogitationem.Secunda pũgit os,per pudorẽ,propter variam locutionem
*Cant.*1.
*Ps.*118. *Mat.*7.
*Ps.*31.

tionem.Tertia pungit manum, per laborem,propter iniquam operationem. Ma-
*Ps.*143. nus enim opera sunt,vnde Psalmist.Bene
*Pro.*31. dictus Dominus Deus meus, q dedit manus meas ad prælium &c. & Salomon in prouerbijs. Dedit ei linum, & lanam, & operata est consilio manuum suarum.Sũt igitur duæ manus duo operum onera,videlicet opus volũtatis,& neceſſitatis. Manus operis voluntarij cõfigi debet clauo prudentiæ,ne curua faciat opera tenebrarum. Dum. n. in Saulo clauo prudentiæ confixa nõ fuit, Saulus Ecclesiã Dei perſequebatur. Cum verò in Paulo confixa fuit,ipse pro Ecclesia paſſus est,Manus verò operis neceſſarij clauo temperantiæ cõfigi debet, ne lapſa nimis ad superflua excẽdatur.Neceſſaria opera sunt naturalia,vt dormire,comedere,& similia.Et nota versus de cruce. Pes cedrus est, trũcus cypreſſus,oliua supremũ. Psalmæq; transuersum Christi sunt in cruce lignũ. Osculata & adorata cruce,duo presbyteri deferunt ad altare corpus Dñi, quod pridie
26 fuerat conſecratum,& reconditum. † Sacerdos verò induta caſula illud super corporale diſponit,iuxta latus calicis,in quo sit vinũ,& aqua miſtũ non sanctificatum, quaſi ipso facto dicatur. Hoc est illud corpus,de quo sanguis,& aqua fluxerunt.Verum aũt ex contractu hostiæ vinum cõtinetur,dictum est in titulo præcedenti, Quo facto,incipit mox,Oremus, ꝑceptis salutaribus. perficiens dñicam orationẽ, & illa,Libera nos quæsumus, in quo repreſentatur antiqua Apostolorum celebrãdi Miſſam conſuetudo.Prius.n. lectiones premiſſę dicebant solummodo verba illa. Hoc est corpus &c. Hic est sanguis meus &c. Sed ipſi postmodu dñicam orationem addiderunt, & ita illo modo hac die celebratur,de quo dictum est in principio 4.partis.Ex quibus colligitur,q sola dñica oratio non sufficit ad Eucharistiã conſecrandam. Siquidem sacerdos alio tempore dicens.Per oĩa sęcula sæculorũ. eleuat calicem cum corpore Dñi, & postea dicens.Præceptis &c.Calicem depoſitum iterum cooperit, in quo illud nobis significatur, q de cruce depoſitũ corpus Domini sepelitur. Duo autem presbyteri, qui hodie corpus ad altare deferunt, repreſentant Ioſeph,& Nicodemum,qui corpus Dñi tulerũt ad sepulchrum. Tres præmiſſi canonis articuli,ſ.præceptis, Pater noſter,& Libera nos quæsumus super depoſitum calicem proferuntur,quia tribus diebus sepultus Dñs occultatur, & oratio ipsa, Libera nos, alta voce sicut & dominica oratio profertur, prout dictum est in quarta parte,sub ti.de silentio poſt orationem dominicã. Nec est prætereundum,q hac die, quando particula hostiæ in calicem mittitur, non dicuntur verba illa;Fiat commiſtio, quia ibi de sanguine mentio fit,sed in calice sanguis non est, nec hodie conſecratur,& fracta hostia nõ dicit,Pax Domini,&c.Eo q oscula circumstantium non sequuntur.Oratio quoque illa Domine Ieſu Christe fili Dei &c. Et illa,Corpus tuum Domine, omittuntur, quia ibi mentio de sanguine sit. Omittuntur etiam illi versus, Quid retribuam Domino &c.illa quoq; Placeat. tibi. etiã omittitur, quia ibi continetur, præſta ut hoc sacrificium, quando oculis tuæ &c. Hac etiam die sacrificium non offertur sacramentaliter, sed sumitur altera die oblatum Agnus Dei,non dñ,quia non videtur esse inuocãdus,qui cernitur in agone deficere,& cum silentio sacerdos cõicat. vnde postcommunio non cantatur, quia nobis sumẽtibus sanguis ille, quem sumimus de noſtro, pro nobis ad Domi-
*Gen.*4. num clamat.Nos.n.sumus terra illa, quæ
*Ps.*58. aperuit os suum, & bibit sanguinẽ Abel,
*Matt.*27 ideſt, Christi,quem effudit Cayn, ideſt, popul' Iudaicus,vnde factus est uagus, & profugus super terrã,iuxta illud:Diſperde illos in virtute tua, & factus est maledictus illa maledictione, sanguis eius super nos & super filios noſtros. Et rursus postcommunio,quæ iubilum & lætitiam significat, non dicitur, quia eccleſia illa die plorat.¶Sed quæritur † quare Chri-
27 stus voluit pati sexta feria? Reſpondeo, vt dies, qua crucifixus est, coaptaretur sextæ ferię primæ creationis,& sextę ętati huius mundi. Siquidem in sexta feria primus homo, ſ. Adã creatus est ad imaginem Dei, & ex latere eius dormientis sumpta coſta,fœmina fabricata,& in sexta ætate filius Dei,vt hominem ad imaginem Dei creatum redimeret,& in carne appa-

apparuit, qui in sexta feria dormiens in cruce sanguinem & aquam de latere suo, vnde sanctam Ecclesiam consecraret, emisit. Ideo ergo in sexta feria pati voluit, quia cum tali die Adam peccauerit, illa etiam die hoiem redimere voluit. de hoc
28 dictum est sub titulo de natali. Et † nota, ꝙ Christus completis triginta duobus annis & mensibus tribus, uel ſm Chrysost. triginta tribus, & dimidio crucifixus est, eadem die qua cõceptus est de Virgine, ſ. in sexta feria, quæ fuit octauo Kal. Aprilis, de quo dicetur in septima parte sub
29 festo annunciationis. ¶† Quæritur etiam, cum de morte sanctorum cum gaudio sepsa. 115. lita in Ecclesia celebrentur, quia pretiosa in conspectu Dñi mors Sanctorum eius, Gen. 6. quare Ecclesia hodie de morte Dñi cum gaudio similiter non solemnizat? Vī ẽm ꝙ multo magis deberet lætari, & festum de illa celebrare, cum mors ipsius sit pretiosissima, & mors mortis, & est nostra redemptio, & qua Apostolus gloriandum ait in cruce Domini nostri Iesu Christi. Respõdeo, quia ipse pro peccatis nostris mortuus est, sicut dicit Dominus per Esa. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. & ideo deberet homo erubescere, nõ gaudere, cum & sol insensibilis erubescens radios suos retrouerterit, quia obscuratus est, & petræ scisse sunt. merito ergo oīs homo in hac die tristitiam prætendit, ne esse durior lapidibus videatur. Præterea Mat. 27 ipse Dominus tristis fuit. Vnde, Tristis est anima mea vsque ad mortem. & etiam Mat. 26 Beata Virgo. Vnde tuam ipsius animam pertransibit gladius, & Apostoli de conse. dist. 3. sabbato. Merito igitur in hac die Luc. 2. Ecclesia in arctissimo est ieiunio, & silentio, & tristitia compassionis. de hoc dictũ
30 est sub festo circuncisionis. ¶† Rursus hũc diem celebramus cum mærore, tristitia, & abstinentia: passiones uerò Sanctorum cum gaudio; quia Sancti pòst martyrium statim cœlos ascenderunt. Christus uero ad infernum descendit. Sed quoniã iam tartara confregit, & inde Sanctorum animas eduxit, & tertia die resurrexit. ideo tunc, ſ. die resurrectionis maximè lætamur. Hinc est, ꝙ passiones patrum veteris testamẽti, quia ad inferos descenderunt, non celebramus, præterquam Innocentium, ex eo, ꝙ in ipsis singulis Christus exercitus est, & Machabæorum, prout in septima parte sub eorum festo dicetur. de hoc etiam dictum est in parte prima sub titulo, de picturis. ¶ Et est notandum † quòd 31
Christus in passione sua redemit non tantum illos, qui tunc erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahę, ubi Lazarus erat, sed etiã omnes futuros qui sancta morte vitam erant finituri, vnde Oseæ vlt. Ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero inferne. sed nec omnes qui in inferno erãt, inde extraxit. ¶ Item † quæ- 32
ritur, quare ecclesia non consecrat hac die corpus Domini; cum dominus dixit: Hoc facite in meam commemorationẽ. & Cabilon. concilio. de consecr. distin. 1. visum. dicitur. Nulla dies excipitur qua non pro uiuẽtibus deprecetur. Præterea, cum Christus immolatus hac die, & sabbato quieuit in sepulchro, & discipuli totã noctem sequentem vsque diluculum in tristitia transegerint, rationabiliter videretur, ut in hac die corpus Domini conficeretur, & inde vsque ad primam sabbati iugi silentio consopiti à sacri altaris mysterio uacaretur. Respondeo ad hoc multiplex ratio reddi potest. Prima † est, Dñs 33
noster pridie, quam pateretur, accipiens panem, & calicem benedixit, deditq; discipulis, dicens. Hoc est corpus meum. Hic est calix meus, & tũc immolatus est manibus suis, de qua immolatione subiunxit hoc facite in meam commemorationem. Illa igitur, scilicet feria quinta non est omittẽda, cum sit firmiter iniuncta. Sexta verò feria est dies secunda, qua uelut in monumento quieuit, sabbatum tertia, qua uelut à morte resurgit resurrexit enim ante diẽ. Triduum ergo dominicæ mort ̃ , quod perfici nequit eo respectu, ꝙ ipse a Iudæis est trucidatus eo transponitur, ꝙ ipse suis manibus immolatur. Cuius quoq; rei illud magnum est indicium ꝙ in nocte cœnæ luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicque ut in quinta feria quasi sexta in duplum manna colligatur, quoniã in hac die quasi in sabbato non inuenitur. ¶ Secunda † ratio est, quia 34
ecclesia corpus illud, quod flagellis & spinis, & contumelijs ista die reuera affectũ est, non debet cum Missarum solemnitatibus

tatibus celebrare, quoniam ueniente ue-
35 ritate, debet cessare figura. ¶ Tertia † quia oblata est hostia de manibus Christi & nostris. Non ergo sacrificent amici, dum trucidant inimici. Sed tamen, qa semper indigemus communione, & semper est tẽpus cõmunicandi, sacerdos ipsum corpus recipit in hostia a die antecendi re-
36 seruata & custodita. ¶ Quarta † ratio est quoniam hac die uelum templi scissum, & corũa altaris transuersata sunt, & ita non habemus ubi corpus Christi conficiatur. ¶ Quinta est † qa, ſ. recessit & subla-
37 tus est uerus sacerdos, i. Christus sponsus Ecclesiæ: descendit. n. ad inferos. Sextam rationem ponit Inno. Papa de consecr. dist. 5. sabbato. dicens, † ꝙ in die paraſceues, & in Sabbato sancto sacramentum
38 non celebratur, quia constat Apostolos illis duobus diebus in mœrore, & in tristitia fuisse, & se propter metum Iudæorũ, occultauisse. Missa. n. quæ in ipso sabbato celebratur, nõ ad ipsum sabbatum, sed ad diẽ pertinet subsequentẽ, ut infra dicetur. ¶ Septima; qa Moses ait. Vos tace-
39 bitis, & alius, ſ. Christus pugnabit pro uobis. torcular. n. calcauit solus. Cum igitur hac die non sit corpus Dñi conficiẽdũ ad hanc diem reseruandum est. Hæc sexta
40 feria † & ab ista oēs aliæ sextæ feriæ priuilegiatæ sunt propter Christi passionẽ, sicut & à seqũenti dominica omnes aliæ dominicæ propter eius resurrectionem. Psſ. 140. Sunt autem huiusmodi sextæ feriæ sex priuilegia, ſ. Christi immolatio, inferni spoliatio, mortis conculcatio, humani generis redemptio, paradisi apertio, & scriptũ rarum manifestatio. In parasceue uno solo cibo uescimur, quia Christus ea die vnum, ſ. latronem sibi incorporauit, dicẽs: Hodie mecum eris in paradiso, Vñ ipse dixit, Singulariter sum ego, donec transeam.

S V M M A.

1 *Paschatis sabbatum.*
2 *Paschatis sabbatum officium mutuatur totum à nocte paschæ. & nu. 3.*
4 *Paschatis sabbatum dicitur dies illuminata, tribus de causis.*
5 *Pascha celebratur in plenilunio Et quãdo. nu. 6.*
7 *Nox diem præcedat ne, an contra,*

De Sabbato Paschæ. Cap. 78.

SEquitur uidere de sabbato sancto 1
Paschæ. Sane sicut Deus operibus creationis mundi, ſ. sex dieb. completis, in septima requieuit ab omni opere, quod patrarat: sic & in sexta ætate recreationis operibus consumatis, iuxta quod Dominus in cruce pendens dixit, consumatum est, in septima ætate requieuit. cum enim anima eius passibilitatem corporis exuit, quodammodo requieuit, præterea in sepulchro dormiuit, ideo dies ista sabbatum appellatur, quod requies interpretatur, ut dictum est in proœmio secundę partis, quod autonomaticè sabbatum sanctum dicitur, eo quod ut præmissum est, significat requiem Christi ab opere recreationis in fine sextæ ætatis, uel propter requiem Christi, in cuius morte sãctificati sumus. Dicitur etiam sanctum propter baptismum, quòd fit in die ista, in qua noua Ecclesiæ plex sanctificatur. Hæc autẽ † dies 2
sicut præcedens nullum habet officium diuinum, in quo constat Apostolos fugisse, & in mœrore fuisse, de consec. dist. 3. sabbato. Nam officium, quod cantatur, est noctis diei dominicæ. 1. de con. dist. 1. in ieiunijs. 75. dist. q. a patribus ſ. de resurrectione, non de sabbato, sicut & contigit in sabbatis quatuor temporum, quod apparet, quia dicitur in cerei benedictione, Hæc est nox, & in collecta Missæ. Deus qui hanc sacratissimam noctem. unde antiquitus totum officium de nocte dicebatur, & adhuc in plerisque locis fit. ¶ Primò, ad notandum, quòd cathecumini, quorum est ipsum officium, sepulti cum Christo per baptismum resurgunt cum ipso. ¶ Secundò, propter uisitationem mulierum ad sepulchrum Domini mane uenientium. ¶ Tertio, qa Dominus de nocte resurrexit secundum Hiero. Greg. & Ambr. & ideo qa nox illa tanto lumine illustrata est de Domini resurrectione, meritò tunc uigilare, & Deo laudes canere debemus. Traditio quoq; Iudæorum est, Christum media nocte uenturum, in cuius figura angelus transiuit media nocte percutiendo primogenita Aegyptiorum, & Dominus

tran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

transiuit protegendo populum suum. Et Hier. Reor, inquit, traditionem Apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis medium dimittere non liceat populos expectantes. Christi aduentum, ut resurgenti, Saluatori occurrant, postquã tempus illud transierit, securitate præsumpta festum cunctos agere diem. Sed quia † quod pro deuotione fuerat institutum, in minus honestas actiones, quibus nox facultatem præbet, conuersum est, institutum fuit, ut officiũ ipsius noctis de die celebraretur. De hoc tactum est in ꝓœmio quartæ partis, & in quinta parte, sub tit. de nocturnis. Aug. tamen dicit, Dominum in diluculo surrexisse, & ipsum per quadraginta horas mortuum, siue in sepulchro extitisse, cui Ecclesia consentire uidetur, quæ pro resurrectione matutinum eadẽ celebrat hora. Silet ergo Ecclesia usq; in horam decimam, & tunc cõgregatur ad officium celebrandum, quando resurrectio appropinquat, uidelicet circa uesperam noctis, quæ lucescit in prima Sabbati, & quã per totam noctẽ usq; ad diei claritatem cõtinuat ad hoc, ut illud impleatur. Nox illuminatio mea in delicijs meis; & nox, sicut dies illuminabitur. ¶Tribus † autem de causis dicitur hæc dies illuminata. ¶Primò, quia refulget in delicijs nostris ꝓpter redẽptionẽ, seu resurrectionẽ animarũ, quæ licet fit in die parasceue morte Domini recuperata, eius tamen gaudiũ, & lætitia est ad hanc noctẽ translata, propter rationem posita sub quinta feria cenę Domini, ubi agitur de olei cõsecratione. ¶Secundò, ꝓpter resurrectionem corporũ, quæ Domino resurgente prima sabbati sperabatur futura; ideoq; uigilamus & resurgẽti uigilando cõcinimus. ¶Tertiò ꝓp baptismi sacramẽtũ, qđ hodie celebratur, quoniam ab illis causis sumpsit exordium, & illarum nobis tribuit fructum. Celebratur. n. hac die cathecuminorum officium, ut ipsi Christo consepulti, ad baptismum in morte cũ eo resurgãt. Hæc ergo nox pascha dicitur, quod transitus interpretatur, qa transiuit Dominus de mundo ad patrẽ, de morte ad uitam, transimus & nos (Pascha. n. nostrum imolatus est Christus) de hoste ad patrẽ, de tenebris ad lucem, de reatu ad gratiam, de pœna ad gloriam, de pugna ad victoriam. ¶Hæc nox siue pascha † in qua resurrexit Dominus, fuit decimaseptima luna mensis primi, i. Aprilis, qui est primus apud Hebræos, qui computant menses secundùm lunę cursum. Ideo quidem in mense primò resurrexit, quia ipse est principiũ. Item ideo in luna decimaseptima, ut per obseruationem decalogi perduceret nos ad æternam requiem sabbati sui. Surrexit igitur tunc, cum luna alta petit, ad designandum, ꝙ ecclesia petere debet alta uirtutum, & scandere ad templa cœlorum. Item in tertia hebdomada lunę surrexit, per quod tertium tẽpus, s. gratiæ aduenisse significauit. Et inde est ꝙ cũ semper in lunatione Aprilis, & plenilunio, hanc solennitatẽ ex iussu Domini celebremus, quandoq; in nostro Aprili, & quandoq; in Martio eam solennizamus, sed cum post duodecim lunationes cõstituimus, innuitur, ꝙ per decẽ legis, & duo charitatis præcepta ad resurrectionis gloriam perueniemus. Si uerò eam post 13. lunationes obseruamus, innuitur, ꝙ per decalogum, & Trinitatem peruenimus ad gloriam ęternitatis. Adhuc ideo hęc nox in plenilunio celebratur, quoniam luna iubar luminis a sole mutuat. Luna est Ecclesia, sol Christus, qui dum occidit, occidit, sed eius occasu Ecclesia gratiæ plenitudine illustrat. Item † hæc nox, in qua Christus resurrexit æquoctio transacto, quando. s. dies incipiunt crescere, & esse maiores noctibus, celebrat. ¶Primò, qa post ignorantiam ꝓlongat de Deo scientia, & ubi abundauit iniquitas, superabũdauit & gratia. ¶Secundò, qa uirtutes in nobis crescere, & vitia superare debẽt. ¶Tertiò, quia ꝓ eius resurrectionẽ tenebræ mortis cœpere minui, & dies vitæ incępit augeri. ¶Quarto, quia ꝓ ipsum, qui est lumẽ de lumine ꝓcenit ad diẽ lucis æternæ. Itẽ hęc nox celebrat, ut in uere, quando post hyemis asperitatem flores uernant, & uolucres iubilant, quia pulso perfidiæ gelu mundus floruit pulchritudine uirtutum. Eo. omnem terram exiuit sonus eorum, hæc nox est utriusq; diei communis, s. sabbati præcedentis, & dominicæ sequentis.

Nam

¶ Nam † usq; nunc dies præcedebat noctẽ. nunc econuerso fit. Conditor. n. tẽporis fecit, ut a principio dies naturaliter ꝓcederet noctem, secundum qđ dicit scriptura, fiat lux, & facta est lux. & ea ꝓcedẽte per superius hemisphęrium ab Oriẽte in Occidentẽ, factum est uespere, & redeunte ea per inferius hemisphærium ab occidente in orientem, factum est mane. Præcessit ergo dies noctem in signum, quòd homo siue Adam transiturus erat de luce uirtutum in tenebras uitiorum: siue quòd homo a die paradisi descenderet ad noctem inferni, sed in resurrectionis nocte artificialiter fecit Dominus, ut nox reciprocando præcederet diem, in signum reparationes secũdi Adę, qui nos per suam resurrectionem de peccatorum tenebris reparauit ad lucem, unde Aposto. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Seriatim igitur huius diei officiũ prosequẽtes dicemus. Primò per quem, quomodo, & quare agni de cera hac die fiãt. Secundò, de benedictione cerei. Tertiò, de lectionibus & tractibus. Quartò, de benedictione baptismi, siue fontium, ubi etiã agitur de cereis, catechuminorum. Quintò, de baptismo, ubi agitur de uestibus, quas neophiti octaua die deponunt, & de patrinis. Sextò, de confirmatione. Septimò, de Missa.

SVMMA.

1 *Agni cerei, qui fiunt Romæ in parasceue Paschali, quid notent. & num. 2. Et eorum virtus num. 3.*

Per quem, quomodo, & quare agni de cera fiant. Cap. 79.

IN † primis itaque hac die acolyti Ecclesiæ Romanę faciunt agnos de cera noua benedicta, uel de cera cerei paschalis anni præcedentis, admisto chrisma te, qui in sabbato in albis in Ecclesia per dominum Papam populo distribuuntur. Agni isti significant agnum illum immaculatum, qui tollit peccata mundi. Cera significat eius humanitatem, sicut beatus Gregorius dicit, mel in cera, diuinitas in humanitate. Apis quidem, quæ operatur cerã cum melle nulla resoluitur libidine, & beata Virgo eum, q est Deus & homo, concepit sine uirili semine. In cera admiscetur oleum seu chrisma, quia Dñs noster plenus est misericordia, quæ per oleũ designatur. In octaua distribuuntur, quia in octaua resurrectionis Dñs suis præmia distribuit. Rursus agnus in agno cereo ꝓfiguratus, & in pascha immolatus, ad memoriã reducitur, cui beatus Greg. oleũ infundi instituit qñ paschalis agni mysteria reserauit. ¶Hi ẽt cerei agni figurant agnos 2
nouellos, de quibus cantat Ecclesia in sabbato in albis, & iõ qñq; in illo sabbato fiunt, quod ẽt usus apostolicus docet, qñ in dominica tunc sequenti domino Papa mensam intrãte, & agnos cereos capellanis, & familiaribus suis distribuere uolente, unus acolytus solenniter portãs & ꝓsentans sibi agnos ipsos, dicit ter alta uoce, Dñe d.d. isti sunt agni nouelli, qui annunciauerunt alleluia, modo uenerunt ad fontes &c. Hi agni a fulgure, & 3
tẽpestate fideles, & credentes defendunt ꝓp uirtutem consecrationis & benedictionis. Sanè secundum quarundã Ecclesiarum consuetudinẽ cereus distribuitur in octaua paschæ populo ad suffumigandas domos, ad significandum, ꝙ in ultima resurrectione Christus fidelibus in præmio tribuetur, ad quod expressius significandum Romana Ecclesia agnos facit supradictos.

SVMMA.

1 *Cerei benedictio fit in parasceue.*
2 *Sub cerei benedictionẽ cur ignis antiquus extinguatur, et nouus è petra excutiãt*
3 *Cereus paschalis a subdiacono benedicitur. Et cur non potius a superiori.*
4 *Cereus paschalis, quid significet.*
5 *Mansiones tres, in quarum tertia columna præcessit populum.*
6 *Cereus super columna significat Christũ. Item paschalis, nu. 7.*
8 *Cerei benedictio qualiter fiat. Et an vnus tantum benedicatur, an duo. nu. 11.*
9 *Turis grana in cerei enedictione, quid signi-*

significent.

10 *Cereo Paschali infixa tabula quid signet quidque contineat.*

De benedictione Cerei. Cap. 80.

1 SECVNDO † loco paschalis cereus benedicitur. Circa quod sciendum est, q̃ in principio officij totus in Ecclesia debet ignis extingui, & nouus de lapide percussio cum calibe, uel ex crystallo soli obiecta debet elici, & de sarmento foueri. Ignis uetus ueterem significat legem, cuius figuræ in morte Xpi completæ fuere, & iõ uelut extinctæ cessare debuerunt, sed de lapide, i. de Xpo, qui est lapis angularis, qui uerbere crucis pcussus Spiritum sanctum nobis effudit, uel de crystallo inter solẽ, & lunã mediante, i. de Xpo, qui fuit mediator inter Deum & hominẽ, qui sicut ipse testatur, ignẽ in terrã mittere uenit. nouus ignis elicitur, dum p eius passionẽ uel resurrectionem Spiritussanctus nobis effundit, cui pbet alimẽtum sarmentũ. Christus, q est uitis uera. Crystallus quoque perlucida est Xpi humanitas resurrectione splẽdidissima. Adhuc nouus ignis ideo benedicitur, ut sicut ille, qui est lumen indeficiens, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum igne illuminauit Mosen: ita illuminet sensus, & corda nostra, ut ex his tenebris ad lumen, & uitã æternã mereamur puenire. Nec est uana religio solenni processione ad huius ignis bñdictionem exire, in quo meminisse debemus exeundum nobis esse

Heb. 13. ad illum, quem Ludæi extra castra ejecerunt. Exeam° (inquit Apostolus) ad eum extra castra, improperium eius portantes & bñdicimus illum cum cruce, & aqua, vt nos in passione eius, p quem Spiritum sanctum accipimus, lotos eẽ significemus.

2 † Rursus extinctis Ecclesiæ luminaribus, & igne de petra cum calibe excusso, ignis aqua aspergitur bened cta; quia extinctis Apostolis, qui lumen mundi a Xpo dicti sunt, de Xpo petra excussus est ignis charitatis, cum calibe lanceæ vulnerantis, dum sanguis, & aqua de eius corpore sacro emanauerunt, a quibus hñt efficaciã sacramenta, quibus mediantibus in amore Domini inflammamur, aqua gratiæ pfusi, Et attende, q̃ sicut in his singulis diebus, s. cœna Domini, parasceue, & Sabbato sancto ignis extinguitur, sicut volunt quidam, ut etiam ex eis nouus ignis in memoriam passionis, ut prædiximus, accendatur. Subsequentes benedicit cereus ex institutione Zozimi, & Theodori primi Papæ: sed beatus Amb. benedictionem dictauit, quamquã Aug & Petrus diaconus Cassin monachus alias benedictiones dictauerunt, q̃ in usu nõ sunt. Benedicitur autem ideo; qm̃ ex simplici sui natura absq; benedictione non potest transire ad significationem mysterij columnæ ignis, de qua iã dicetur. Benedicitur etiã propter gloriam resurrectionis eius, quem & pater benedicit; & quia per ipsum ipse Christus visibiliter ad memoriam reducitur. † Benedicitur quidẽ etiã 3
præsente Episcopo, uel sacerdote a diacono qui est minores ordinis, quia Christus resurgẽs a mortuis primum Mariæ Magdalenæ se manifestans, uoluit p debiliorem sexum gloriã suæ resurrectionis Apostolis nunciari: vt sicut nostræ mortis initium per mulierem in mundum intrauerat, ita & reparationis initium p mulierem in mundo nunciaretur. Adhuc diaconus benedicens cereum significat euangelij p̃dicatorem, qui Christum pro nobis passionis uiolentia corporaliter extinctum, debet laudum, bñdictionibus p̃dicando, resurrectionis luminosa gra reddere illustratum, qui dalmatica induitur; qñ debet esse cœlestis conuersatione adornatus, quam dalmatica ipsa designat.

Porrò † cereus super columnam illumi- 4
natus, significat primò columnã ignis, q̃ præcedebat in nocte populum Israel. extinctus uerò significat columnam nubis, quæ præcedebat in die: prima quidem de nocte illuminans, & secunda in die refrigerans, in qua Spiritussanctus significabatur. Tenuit quidẽ in nobis columna nubis figurã humanitatis, & columna ignis figuram diuinitatis. Recte autem cereus columnam significat. Nam ille præcessit populum ad mare rubrum, in quo baptizati sunt: iste uerò præcedit neophytos ad baptismum. Item ille præcessit populum vsque ad terram promissionis: iste

uerò præcedit septem diebus neophytos ad fontes, & dominus nos præcedit, ut paret nobis uiam usq; ad patriam, quæ post finem huius uitæ, quæ septenario rẽ- 5
uoluitur, nobis promittitur. ¶ † Ex nota, q̃ nec in prima, nec in secunda mansione columna præcessit populum, sed tertia. Prima mansio fuit in Ramath. Secunda in Segor. Tertia in Ethan. Ramath, interpretatur commotio tineæ. Segor tabernaculum Ethan, firmũ, uel perfectum, uel signa eius. Hæ tres mansiones his tribus diebus domini coaptantur, s. diebus passionis, sepulturæ, & resurrectionis. Nã in die passionis fuit Dominus quasi Ramath i. in commotione tineæ, uidelicẽt in cõmotione Iudæorum, q̃ ad modum tineæ uestem inconsutilem domini, idest Ecclesiæ vnitatem, imò & ipsum demoliri nixi sunt. Sed de hac mansione quasi exiuit, cum obijt, & uenit in Segor, i. in tabernacula, cum in sepulchro latuit, & tanquã fortis miles fortem diabolũ ligando, uasa eius diripuit, tabernacula n. militantium sunt. Sed de hac mãsione exiuit cum surrexit, & intrauit in Ethan, quod interpretatur firmum, seu perfectum, seu signa eius; quia ipse resurgens a mortuis

Rom. 6. iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, tunc signaculum suis fuit, cum ipse eis glorioſus apparuit, & eos tanquã

6 columna ignis illuminauit. ¶ † Secundò cereus super columnam significat Christum, qui nos in huius mundi nocte illuminat, & in die a vitiorum incentiuo refrigerat, ut præmissum est. Rectè quidem cereus Christum significat propter tria, quæ in eo sunt, lichimen namq; animam, cera corpus, & lumen diuinitatem significat. ¶ † Tertiò cereus renouatus & illu- 7
minatus post benedictionem significat nouam Christi doctrinam, qui est in nouo testamento, qui ait, Mandatum nouũ

Io. 13. do uobis, uel gratiam nouã, qua nox dominica singulariter illustrata est uidelicẽt Christi resurrectionem, qui resurgens a mortuis apparuit in carne glorioſus, & splẽdore diuinitatis illuminatus. Huius enim cerei ceram apes mater sine cõcubitu eduxit. & Christi carnem uirgo Maria concepit, & peperit, & in carne Deũ quasi mel in cera perferens, inuiolata permansit. Incipit autem cerei benedictio. Exultet † iam angelica turba. De hoc. n. 8
est exultatio, q̃ extraxit suos de inferno & de eius victorio, ascendit. n. super occasum, Dominus nomen illi, & primò salutat populum dicens, Dominus uobiscum, ut illum reddat benevolum & attentum. Cæterum lumen cerei, seu eius significatio duplex est, significat n. Spiritum sanctum, quo Christus plenus fuit, & gloriã resurrectionis eius. Secundum primum mysterium in quibusdam ecclesijs cereus à principio benedictionis accenditur, q̃ Christus ab initio suæ conceptionis Spiritusancto fuit repletus. Et uerba benedictionis in hoc consonare uidentur. Nã statim circa principium dicitur: Gaudeat se tellus tantis irradiata fulgoribus. & postea subditur: Lætetur mater ecclesia tanti luminis adornata fulgoribus. & postea diaconus rogat circunstantes cũ eo misericordiam domini inuocare ad tam miram huius luminis claritatem, q̃ licet de significato intelligatur, s. de Christo, conueniens tamẽ uidetur, ut & ipsum significans ei aliquo modo, prout fieri potest respondeat, & eius similitudinem gerat. Quantum ad alterum uerò mysterium, uidelicet q̃ lumen gloriam resurrectionis significat in quibusdam ecclesijs illuminatio cerei usque post appositionem incensi defertur: infigit. n. ipsi cereo diaconus quinq; grana turis in modũ crucis, cum dicit. Suscipe sancte pater huius incensi sacrificium vespertinum, siquidem passio Saluatoris reuera fuit sacrificium uespertinum legis, iuxta illud. Elevatio manuum mearum sacrificium uespertinum; quia fuit in uespera mundi, i. in sexta ætate factum, & in uespera diei. Quæ † grana turis designãt aromata, quæ mulieres emerunt, ut ungerent crucifixũ. Emerunt. n ad literã aromata uespere sabbati, q̃a sabbato siluerunt, propter festum sabbati, & ostendit ecclesia se illam deuotionẽ habere in aromatibus uirtutum. uel quinq; grana significant quinq; plagas in cruce receptas. Post hoc aliquã tulum inferius fit cerei illuminatio; q̃a post passionem secuta est resurrectionis gloria, & lucet catechumenis ante baptismum, & post usq; ad octauas, ad notan-

Ps. 140.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum q; Christus lucet Ecclesiæ vsque in
10 diem iudicij. † In cereo etiã affigitur tabu
la, seu charta scripta, q̃ significat tabulã, in qua Pilatus scripsit, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, quã uidimus Parisius in capella Illustris Regis Francorum vnà cum spinea corona, & ferro, & hasta lanceæ, & cum purpura, qua Christũ induerũt, & cum sindone, qua corpus fuit inuolutum, & spõgia, & ligno crucis, & uno ex clauis, & alijs reliquijs multis. Et cum cereus Christum significet, meritò in dicta tabula inscribit Annus Dñi tunc currens, cum eius incarnatione; qa in cereo notatur q; Christus est annus antiquus, & magnus, plenus dierum, de quo in octaua parte, sub ti. de anno solari dicetur: Ideo aũt Christus annus dr, quia sicut in anno dierum hr multitudo fructuum, ita & in Christo fuit, & est multitudo oĩum bonorum fructuum. Hẽt. n. Christus suos menses, ut sũt duodecim Apostoli, & suos dies vt sunt oẽs fideles, & suas horas, ut sunt neophyti. Scribitur etiam in illa tabula annus ab origine mundi currens, adnotandum, q; ipse est α & ω, Scribitur etiam ibi indictio, uel æra, & acta, de qbus sub ti. de anno solari dicetur, ad notandum; q; hominum actiones, & tẽporum successiones per Dei dispositionẽ ordinantur.
11 In † quibusdã Ecclesijs additur alter cereus minor primus maior consecratur in psonã Christi, dicentis. Ego sum lux mũdi, alter in psona Apostolorum, quibus
Ioan. 3. ipse dñs inquit, Vos estis lux mũdi. uterque cereus pcedit cathecuminos ad baptismum, & Apostoli nos ad terrã pmissionis. Item Christus p se illuminat ecclesiã, illuminat etiam illam per Apostolos, quorum pcepta diligenter intueri, & obseruare debemus, qđ ostenditur ex illuminatione aliorum cereorum, quia ab alijs duobus illuminantur. In pleriſq; uero ecclesijs duo alij parui cerei accẽduntur a maiori, & statuitur vnus ab una parte cerei benedicti, alius ab alia, qui significãt sanctos noui, & ueteris testi, qui per Xpm illuminati sunt, & per doctrinam Apostolorum, & Prophetarum, qui cum Xpo concordant. Illi autem & cætera Ecclesiæ luminaria ex igne maioris cerei accenduntur, ad figurandum q; ignis Spiritussancti a Christo procedit, & quòd nõ solum Prophetæ, & Apostoli, qui per duos cereos significantur, uerumetiam omnes ecclesiæ fideles a Xpo illuminati sunt, qui iõ sunt duo, tum quia Apostoli bini ad pdicandum missi sunt, tum quia *Heb. 13.*
discipuli, & alij illuminati a Xpo geminã charitate feruent, & tam uerbo, q̃ exemplo lucent. Possunt etiam ipsi duo cerei cathecuminos significare, qui a lumine maioris cerei accenduntur, qñ a lumine Christi oportet cathecuminos illuminari. Lumen quidem Christi est eius gloria, & doctrina, q̃ per sequentes lectiones intelliguntur, seu insinuantur.

S V M M A.

1 *Paschatis sabbatũ quas lectiones hẽat et quare sine titulõ, & tono ille legantur. Et quot sint numero. ibid. & num. 9. 10 11. prima q̃ interpretatio nu. 2.*
3 *Manichæorum hæresis.*
4 *Lectionis secundæ in sabbatis expositio. Itẽ tertiæ. nu. 5. idque variè num. 6. Item quartæ nu. 8.*
7 *Tractus. Vinea facta est, expositio.*
12 *Noe arca, Ecclesiam significat.*
13 *Canticum quid.*
14 *Lectionũ, & canticorũ præposterus ordo.*

De Lectionibus, & Tractibus. Cap. 81.

TErtiò loco † circa lectiones, & circa tractus sciendum, quòd lectiones quæ Christi gloriã & doctrinam significãt idcirco carent titulo; quia cathecumini nondum sunt ciues Hierusalem, & scripturas ignorant, & nomina ciuium Hierusalem ignorant. Vnde si eis nominarentur nomina Doctorum veteris, vel noui testamenti, fortè potius contemnerent, quàm uenerarentur. Carent etiam titulo; quia Christus caput nostrum nondum redditum est nobis. Leguntur quoq; sine tono, quoniam in eis insipientes, & cathecumini simplices instruuntur. Lectiones autẽ in quibusdam Ecclesijs leguntur quatuor, in quibusdã sex, in quibusdam duodecim, & in qbusdam quatuordecim, qui quatuor legunt. ideo faciunt; qa doctor cathecuminorũ debet esse conuiuator eorum. Debet. n. eis parare conuiuium in mẽsa sacræ scripturæ, quæ per mensam, quæ in tabernaculo Domini fuit significatur. Quæ quatuor pedes habuit; qa sacra scriptura quatuor modis exponitur, videlicet historicè, allegoricè, tropologicè, anagogicè; qđ plenius dictũ est in pœmio primi libri. Prima lectio. In principio creauit Deus cœlum & terrã, quæ est Ge. 1. ea historiã monstrat. Ad literam. n. facta sunt, quæ ibi dicuntur de creatione cœli & terræ, & aliarum rerum, de homine, qui factus est ad imaginem & similitudinem Dei &c. & sic de alijs. Secunda lectio, s. Factũ est in vigilia &c. quæ est Exod. 14. c. pertinet ad allegoriam. Tertia, s. Apprehendent septem mulieres &c. quæ est Esa. 3. ca. ad tropologiam. Quarta, s. Hæc est hæreditas seruorum, quæ est ibidem. 55. c. ad anagogen, prout infra patebit. Verum, si diligenter attẽdere volumus, prima lectio, & secunda, tam ad primum, quàm ad secundum pedem pertinent: tertia potius ad secundum, quàm ad tertium. Prima pertinet ad secundum pedem, sicut ad primum, nam quæ in ea historicè dicuntur, allegoricè exponuntur, 2
verbi gratia. Factus est homo † Christus
Gen. 3. ad imaginem & similitudinẽ Dei. masculum, i. Christum, & fœminam, i. Ecclesiã creauit eos. Vel etiam partim ad secundum, partim ad tertium refertur; qa opera sex dierum coaptantur operibus lucis spiritualis; qa interius reformamur, & illuminamur. Nempe opus primi diei fuit lux, qua significatur illuminatio fidei. Opus secundi diei fuit firmamentũ, quòd diuidit aquas superiores ab aquis inferioribus, hoc est fundamẽtum sacræ scripturæ. qđ diuidit aquas superiores, i. Angelos; ab aquis inferioribus, i. hominibus qui eo nõ indigent. Opus tertiæ diei fuit segregatio aquarũ ab arida, i. segregatio eorum, qui dediti sunt fluxui carnalium voluptatum, & qui quemadmodũ aquæ se & alios, qui sitiunt, ab his qui ad modum aridæ sitiunt fontem aquæ viuæ, ut possint fructificare, dicentes: Sitiuit anima mea, ad Deũ fontẽ viuum &c. Quartæ diei opus est luminaria in firmamẽto. Hæc luminaria sunt doctores, qui inhærentes firmamento sacræ scripturæ, inferioribus lumine scientiæ lucent. Quintæ diei opus est creatio piscium & auium ex aquis, per q̃ intelliguntur renati ex aquis baptismatis, quorũ quidam beneficio baptismatis vtuntur ad modum piscium, ut paruuli, quidam verò alis geminæ charitatis, ad instar auium volant ad superiora, ut boni adulti. Vñ in prima lectione dicitur: Spiritus Domini ferebatur super aquas, s. baptismi. In aquis remanent pisces, i. curiosi: aues verò, i. baptizati ad cœlestia uolant. Sextæ diei opus est creatio animalium de terra. Siquidem terra caro nostra est, ex qua creantur animalia, cum ex ea procedant opera viua, & interior homo noster reformatur, ut in eo imago, & similitudo Dei reluceat, secundũ q̃ dictum est ibi: Factus est homo ad imaginem & similitudinem nostram. ¶† Rursus per primam lectionem 3
instruuntur baptizandi, ne credant Manichæis, qui dicunt hæc omnia uisibilia a rege tenebrarum fore creata. Post istam primã lectionem nullũ sequitur canticum sunt. n. quàtuor cantica, sicut quatuor lectiones, post duas primas sequitur vnum canticum, & post vltimam duo cantica sequuntur. Post primam ergo nõ sequitur cãticum; q; in eo agit̃ de primo homine, q̃ creatus Deum non laudauit, sed peccauit, & in eo oẽs peccauerunt, ideoque potius deberet sequi luctus, q̃ canticum, q̃ est exultatio mẽtis habita de q̃ernis. Quia verò primus homo p oblectamenta peccati a gloria cecidit, & ad eam redire possumus, si ratione contra peccatum steterimus, idcireo orat sacerdos post lectionẽ, dicens, Deus qui hominem mirabiliter collocasti, & mirabiliter creasti, & mirabilius reformasti, da nobis contra oblectamenta peccati rõne persistere, ut ad æterna gaudia peruenire mereamur. Et in eo ẽt, quod ipse dicit, q̃ hominem mirabiliter creasti, & mirabilius reformasti, innuit q̃ in præcedẽti lectione historicè agitur de hominis creatione, & allegoricè de eius redemptione, i. de illo pun̄quẽ est facta redẽptio. ¶ In secunda quinquè † lectione est historica narra- 4

tio, sed

tio,sed ipsa pertinet ad secundum pedem mensæ, quia quod ibi historicè dicitur, allegorice intelligitur. Nam sicut in mari rubro submersis Aegyptijs, liberati sunt Hebræi; ita & in baptismo submersis vitijs & peccatis liberatur populus Dei. Vñ post illam lectionem sequitur canticum lætitiæ, & exultationis, videlicet. Cãtemus domino. Exod. 15.c. In quo exultat populus Christianus, qa à spiritualibus Aegyptijs per baptismum est liberatus, sicut Iudæi à corporalibus. & ideo sacerdos orat, vt dominus salutem gentiũ operetur in aquis baptismatis mysterio, quo ipso prioré populum ab Aegyptijs liberauit. Per Aegyptios qdê peccatores, p mare rubrum baptismus intelliguntur, ex qbus Aegyptijs, neq; paruus, neq; magnus remansit, nec ét in baptismo mãgnum vel paruum peccatũ remanet, q̃ in pœnitentia facile non contingit. Rectè igitur subijcitur canticum illud. Cantemus dño. qa licet quandiu homo in pec-
Ge. 25. cato est, Dominum laudare nõ potest, qa non est speciosa laus in ore peccatoris, tamen cum liberatus est, potest cantare dño primũ cãticum, si de liberatione sua.

5 ¶ Tertia lectio, quæ est Esa. † pertinet ad secundum pedem mensæ, s. ad allegoriam, licet ad tertium, s. ad apologiam, vtcunq; valeat coaptari. In ea. n. continentur sacramenta Christi & Ecclesiæ. Sacramentum Christi ibi notatur, vbi dicitur. Apprehendent septem mulieres virum vnum. Mulieres septem sunt septẽ donæ Spiritus sancti in baptismo collata, quæ apprehenderunt virum vnũ, i. Christum, ut in eo plenè quiescerent, quòd in alio homine facere non poterant, vitijs, & peccatis impedientibus. Sequitur ibi, Panẽ nostrum comedemus, quod ad ipsũ Spiritum sanctum, cuius hæc dona sunt, refertur. Nam Spiritum sanctum panem suum comedere, & vestimentis suis cooperiri, nihil aliud est q̃ ipsum æqualitatẽ patris & filij possidentem nullo indigere. Postea subiungitur. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, i. illi, in quibus erit habitatio tua, a nomine tuo Christiani dicantur. Auser opprobrium nostrum, quod, s. à malis hominibus pas-
† sumus, à quibus sæpe p vitia, & peccata expulsi sumus. hæc est ergo allegoria. Moraliter † autem per septem mulieres intelliguntur homines septiformi gratia repleti, i. sapientes intelligentes, consulentes, fortes, scientes, pij, timorem domini habentes. q apprehendent vnum virum, i. Christum, ei per fidem & charitatem adhærendo. Hi dicant, quod in lectione ipsa sequitur, s. Panem nostrũ comedemus, i. corpus tuum quod est noster panis, quia nobis ad refectionem datus: & vestimentis, s. bonorum operum, contra frigus peccati cooperiemur. Inuocetur tantummodo nomen tuum super nos, vt videlicet à te Christiani dicantur. Auser opprobrium nostrum, s. ne serui diaboli nominemur, in eo verò, q̃ sequitur. Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & lauerit sanguinem Hierusalem de domo eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris, notatur sacramentum Ecclesiæ, per sordes notat leuiora peccata, per sanguinem grauiora. Leuiora. n. peccata lauat dominus in spiritu iudicij, i. leuioris correctionis, grauiora in spiritu ardoris, i grauioris satisfactionis. Notat igitur in hoc effectum baptismi; quia dominus tam grauiora peccata, quam leuiora tollit per baptismum. Post hanc lectionem sequitur canticum, quòd est primũ canticum synagogæ, s. Facta est vinea dilecto meo. Esa. 5.c. Vinea † .n. ad literarum synagoga est, sepes circa eã sunt observantiæ legales, turris in ea est templum, torcular altare holocausti, & in eis sacramenta Ecclesiæ. nihilominus intelliguntur. Vinea. n. est Ecclesia, quæ facta est in cornu illo, s. de quo scriptum est. Erexit cornu salutis nobis, hoc cornu est Xps, *Luc. 2.* & vinea facta est in loco vberi. Xps est locus vber, de quo dictum est, Mõs Dei, mõs pinguis. Circa hanc vineam sepes est diuina protectio, fossa timor dñi, turris est Xps, de quo dictum est. Esto nobis *Psal. 60.* dñe turris fortitudinis, torcular crux Xpi, de quo dictum est. Torcular calcani solus. Et quia in lectione in cantico exprimuntur sacramenta ecclesiæ synagogæ, idcirco sacerdos orat, dicens. Deus q̃ nos ad celebrãdũ paschale sacramentũ vtriusq; testamẽti paginis instruis vtriusque testamenti. dicit vtriusq; testamenti, &

Subdit. Dà nobis intelligere misericordiã tuã, ut perceptione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Misericordia dñi, quam nos intelligere optat, est remissio peccatorum in baptismo. præsentia igitur munera sunt spũa-
8 lia dona, q̃ in præsenti percipimus. † Quar-
Io. 54. & 25. cap. ta lectio est. Hæc est hæreditas seruorũ dñi, iustitia eorum apud me, dicit dominus, & pertinet ad quartum pedem, scilicet ad anagogem. Nẽpe sicut ex prædictis patet in prima lectione, instruitur homo de sua formatione, in secunda, & tertia de reformatione, quæ fit in baptismo per Iesum Christum, unde iam non restat, nisi quòd instruatur cathecuminus de vita beata, & de bonis moribus, per quos ad eam venitur, quæ in hac quarta lectione docentur. Siquidem vita æterna est hæreditas, quæ seruis domini debetur, & iustitia eorum est apud Deum. Nam meritis eorũ iustè debetur, ut apud eum æternaliter quiescant. Ea uero quæ sequuntur, ad bonos mores prinent, ut illud: Audite audientes me, & comedetis bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. per bona intelligit ipsum Christum, uel uerbum eius, quo anima reficitur, unde notans delicias animæ non carnis: dixit. Delectabitur in crassitudine anima uestra. Hanc lectionem sequuntur duo cantica in quibusdam Ecclesijs. In ea. n. agitur de hæreditate æterna, q̃ erit in duobus, i. in gloria animæ & corporis, sed cõuenientior est ratio; quia in ea agitur de duobus, s. de bonis moribus, & vita beata ut dictum est. primum canticum, s. Attende cœlum. quod est Deute. 32. ad bonos mores pertinet, unde uerba cantici huiusmodi uerbis lectionis in plerisq; respõdent: In lectione igitur dicitur. Feriam uobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. Et in cantico dicitur, Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate, & ibi dicitur. Quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram. & germinare eã facit, hoc dẽ. Quasi imber sup herbã, & nix sup fœnum &c. Et quia bona opera, q̃ facimus, sunt ad Dei gloriam referenda, idcirco circa finem lectionis dicitur. Date magnificẽtiam Deo uestro. Attendens uero sacerdos cathecuminorum animos esse deuotos, & ad baptizandum esse paratos, orat, quod dominus, quos aqua baptismatis abluit, continua protectione tueatur. Postea sequitur canticum in persona cathecuminorum respõdentium se affectare baptismum, ut per hoc ad uisionem Dei pueniant. Vnde cantatur. Si- *Psal. 41.* cut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Super quo dicit Aug. q̃ hoc in persona cathecuminorum dr, desiderantium ad fontem baptismi peruenire, sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum uenire. post exponit desiderium suum cathecuminus dicens. Sitiuit aia mea ad fontem uiuum. q. v. & appa. ante fa. Domini. quasi dicat, si non in ingressu, si non in progressu, satiabor in egressu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orans, & dicens, ut desiderijs cœlestibus accensi, fontem vitæ sitiamus. Qui autem sex lectiones † legunt, 9
hoc faciunt; quia per Christi passionem, & resurrectionem mundus sex diebus perfectius redemptus, & reparatus est, uel propter senarium numerum, qui perfectus est, uel quia cathecumini ad sex opera misericordiæ inuocantur. Nunc tangamus †consuetudinem Ecclesiarum duodecim 10
lectiones legentium, quod faciunt in honorem duodecim Apostolorum, a quibus post Christum omnis doctrina Christianitatis processit, a qua cathecumini illuminantur, & hi quandoq; legunt sex græcè, & sex latinè, quia Christus a Iudæis ad Gentes translatus est: Græca. n. & latina lingua sunt principaliores inter alias, & per eas aperte totum genus omnium gentium reparatum per Christum intelligimus. ¶ Verum, & si p̃missi legant duodecim lectiones, non tamen cantant, nisi quatuor cantica prædicta. Post quartam namq; lectionem cantant primum canticum, post octauam secundum, post undecimam tertium, post duodecimam quartum. Prima lectio est: In principio creauit Deus cœlum, & terram, in qua homo ad imaginẽ Dei factus docetur. Sed hæc imago penè amissa per peccatum, restauratur per baptismum. Vnde sequitur secunda lectio. Noe uero cum esset, & cætera, quæ est Genes. 5. in fine 5. & 11

6.7.& 8.c.in qua ostenditur,ꝙ omnes perierunt in diluuio,exceptis illis,qui in arca saluati sunt:diluuium est baptismus,arca est ecclesia, omnes.n.qui extra ecclesiam baptizantur,pereunt:& illi soli, qui sunt in ecclesia meritò saluantur, & quia post baptismū debet esse paratus ad tentationem, idcirco sequitur tertia lectio: Tétauit Deus Abraham, quę est Ge.22. c.in qua Isaac legitur a patre oblatus, & aries ꝓ eo imolatus, & ita filius Dei pro nobis oblatus est,sed non eius diuinitas, imo eius corpus pro nobis est imolatū. Et quia in passione Dñi maiorem efficaciam baptismus recipit, idcirco sequitur quarta lectio, ſ. Factū est in uigilia matutina. in qua ostenditur, ꝙ in mari rubro submersi sunt Aegyptij, & liberati Hebræi.Sacerdos.n.est Moses,baptismus mare, cereus columna ignis, Cathecumini Aegyptij, baptizati Hebrei. Tres primæ lectiones sumptæ sunt de Gen. quarta de Exo.quam sequitur cāticum siīr de Exo. sumptum,qđ est canticum victorię.Quinta lectio est, Hæc est hæreditas,sumpta de Esa.in qua agitur de baptismo ibi, Sitientes uenite ad aquas,ubi inuitantur ad baptismum. Sexta lectio est, Audi Israel, sumpta est de Baruch c.3.sed conuenientius dr̄ sumi de Hiere.quia quicquid scripsit Baruch de ore Hiere.sumpsit, In ea agitur de Christi resurrectione,quę in baptismi immersione significaī ibi:Post hæc in terra visus est, & cum hoībus cōuersatus est.Septima est,Facta est super me manus Dñi.sumpta de Ezechie.37.c.in qua agitur de generali resurrectione, cuius causa ꝓcessit resurrectio Christi,ibi Ossa arida reuiuiscunt: Octaua est. Apprehendent septem mulieres virum unum.sumpta est de Esa.in qua Christi & ecclesiæ Sacramentum exprimitur, & etiā baptismus ibi,Cum abluerit Dñs sordes &cæt. Post quam sequitur canticum Esa.in persona ecclesiæ, uidelicet, Vinea facta est. Nona est.Dixit Dñs ad Mosen.Exod.2.c. in qua sub figura agni imolati Christi passio pro nobis imolati exprimitur.Decima est,Factum est uerbum Domini, quæ est Ionę 8.c.Sub figura enim Ione in mare proiecti, & à cete absorpti, & tertia die euomiti significātur passio,sepultura, & resurrectio Christi. Vndecima,Scripsit Moses,& est Deu.31.c.in fine,quā sequitur suum canticum. Attende cęlū in quo promittuntur præmia renatis, quibus in lectione lex Domini ꝓponitur.Duodecima est,Nabuchodonosor.Dan.3.c.in qua figuratè ostenditur, ꝙ sicut angelus in camino ignis flammam extinxit, ita Spiritussanctus per baptismū flammam peccati extinguit.Vnde cathecumini baptismū desiderātes cantant canticū. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. quod sumptum est de Psal. Ad oīonem autem quę post hanc lectionem sequitur, non dr̄ Flectamus genua,in detestationē eius,quod Nabuchodonosor Rex in cōtemptū Dei coegit populum genua flectere ante statuam auream, quam rexerat. † Romani 12
vero dr̄ legere 24. lectiones, duodecim Græce,& duodecim Latinè,propter causam scriptam sub sabbato quartæ hebdomadæ Aduentus.Primò legūt duodecim Græcè, iuxta translationem septuaginta interpretū,quæ est authentica apud Grę-
cos,postea duodecim Latinè,iuxta nr̄am, vt significēt cathecuminos fundari supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum: postea descendunt ad baptismum cum cantico.Debent.n.esse fontes in ecclesia,& non alibi,quia mater est, ex qua noua progenies generatur. Quicunque ergo numerus fuerit in lectionibus, quatuor tantum sunt cantica. Est autē† can- 13
ticum Sanctorum, intercessio facta pro cathecuminis,ut ecclesiæ iungantur,sicut & cantus post baptismum est gratiarum actio de coniunctis,& intercessio ut perseuerent. Ideo autem cantica cantantur; quia cathecumini,quorum est huius diei officium, futuri sunt in proximo de cœtu centum quadraginta quatuor millium cantantium canticum nouum. Cantatur *Apoc.14.*
etiam propter futuram renouationem in ueram innocentiam,quasi iam factum sit, quod cito futurum sit. Ex persona enim eorum cantores cantica canunt, quæ cæteri cantare nequeunt, quasi immaculati, iterum post baptismum. Vocantur autem cantica,quia cantantur,uel quia libri, unde excerpta sunt, cantica, siue carmina uocantur. De primo scriptum est. Nunc cecinit Moses, & filij

Isa. 5.

lij Israel carmen hoc Domino.de secun-
Exod. 14 do sic. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei.De tertio sic. Scripsit Mo-
Es. 4. ses cāticū. De quarto & omnibus. ita di-
Deut. 31 cit August.in præfatione cātici. Sicut cer-
Psal. 41 uus;Ideo quatuor cantica dicuntur, quia scripturæ de quibus cathecumini instruītur,quatuor habent intellectus.Primum canticum habet intellectum historicum. Secundum allegoricum. Tertium moralem. Quartum anagogicū, quorum vnūquodq; subditur lectioni in eodem dogmate consistēti. ac ideo vltimis quatuor lectionibus,quæ de bonis moribus,& cœlesti patria disputant, coniunguntur duo cantica, quæ de eadem materia loquunī,
14 vt præmissum est.Illud quoq; notabile † est,ꝙ quotcunq; fuerint lectiones, semp orationes sequentes ad lectiones & tractus respiciunt præcedentes,& est præposterus ordo: aliàs enim primò sacerdos orat, secundo legit lector, & exinde succinit cantor: hic verò primò legitur, ut neophytis doctrina fidei pæponatur, secundo cantatur in persona illorum, ut recognoscatur quanta sit deuotio & hilaritas baptizandorum, qua cognita, sacerdos orat confidenter, ut eorum deuotio non deficiat, sed incrementa suscipiat. & sicut in lectionibus titulis suprimuntur, sic eadem ratione, orationibus: Dominus uobiscum, subtrahitur.¶ Et nota, ꝙ in hoc officio lectiones sunt quasi species magistrorum, cantica, quasi beneuolentiæ adiutorium. Oratio sacerdotis, & responsio populi, scilicet, amen. sunt quasi confirmationes beneuolentiæ præcedentis. Item hodie in lectionibus & litaniis senes præcedunt, & iuuenes subsequuntur,ut infra dicetur.

S V M M A.

1 *Baptismus sit sabbato paschatis. Et cur ita num.2.*

3 *Baptismus in benedictione habet sex cerimonias & supra id,nu.8.9.*

4 *In baptismo sabbati paschalis sacerdos tangit & diuidit aquas. Et quibus id de causis,& nu.5.6.*

10 *Cereus cur mutatur in aquam in baptismi siue fontium benedictione.*

11 *In aquam baptismi quare sacerdos insufflet.& quoties id facit.*

De benedictione baptismi, seu fontium, vbi etiam agitur de cereis cathecuminorum. Cap. 82.

1

QVARTO † loco de benedictione fontium, seu baptismi dicturi præmittimus.¶Ideo enim fit hac die baptismus, quia in eo consepulti sumus Christo, & propter hoc baptizandus ter immergitur,prout infra dicetur.¶Secundò, ideo, quia baptismus partim à passione, & partim à resurrectione vim suam accipit,à passione ablutionem à peccatis,à resurrectione gratiæ innouationem.¶Tertiò;quia sicut dominus tunc liberauit antiquos patres à carcere infernali.vnde Es. *Es.9.*
Habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis.ita & hac die liberantur à 2
peccato originali. ¶ † In fontium benedictione, & in cathecuminorum immersione qdā vtuntur simplicibus, & lineis indumentis, ꝓpter rationem scriptam in prima parte sub ti. de altaris dedicatione. De litania, q̄ in benedictione baptismi dicīt,infra dicetur. ¶ † In benedictione baptismi sunt sex, quoniam sacerdos orat,aquā manu tangit, vocē mutat, cereus immergitur,& alij cerei illuminanī, insufflat sacerdos,& chrisma miscet.¶Primo ergo orat Deum patrē,ut per Iesum Xp̄m imploret Spiritūsanctum, ut in fontes descendat, ideoq; in modum orationis legit: sed ante omnia ab adstantibus sibi captat beneuolentiam, salutādo eos, dicens,Dominus vobiscum. & illi resp on dēt.Et cū spiritu tuo. quasi dicant. Dñs sit tecum in tanto sacramento perficiendo, quia sine eo nihil potes.post sacerdos alloquitur Dñm,quasi lōge positum, rogās,vt velit adesse præsens,dicens,Omnipotēs sēpiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ magisterijs, adesto sacramentis &c.Sed q̄a uidet sacerdos, ꝙ insufficiens sit, & indignus ad inuocandum tā magnū dominum, ideo iterū circūstantes monet, & vocē mutans dicit,Surſum corda.& ipsi re-

Universidad de Deusto Biblioteca

si reſpõdent, Habemus ad dominum. Iterum; quia dominus dicit. Adhuc te loquẽte ecce adſum, intelligens iam dominum eſſe præſentem, monet alios ſecum gratias Deo agere, dicẽs, Gratias agamus domino Deo noſtro, & ipſi reſpondent. Dignum, & iuſtum eſt. poſtea ſacerdos dño tanquam præſenti familiariter loquens, dicit, Vere dignum, & iuſtum eſt, equum, & ſalutare &c. & poſtea addit, qui inuiſibili potentia tua ſacramẽtorum tuorum mirabiliter operaris effectum &c. Poſtea ponit duo, in quibus ſignificatus eſt baptiſmus. Primum in exordio mũdi naſcẽtis. Secundum in purgatione mundi nocentis. Primum eſt, cum dicit. Deus, cuius ſpiritus ferebatur ſuper aquas, ut iã tunc inter ipſa primordia mundi uirtutẽ ſanctificationis aquarum natura cõciperet, i. ex cõceptura magnificaretur. Sedm, cũ ſubiungitur, Deus, qui nocentis mundi crimina p aquas abluens regenerationis ſpẽ in ipſa diluuij effuſione ſignificaſti, vt vnius eiuſdemq; elementi myſterio, & finis eſſet vitijs, & origo virtutibus, reſpice in faciẽ Eccleſiæ tuæ &c. & terminat hanc orõnem, vt tuæ maieſtatis imperio ſumat unigeniti tui gratiam de Spiritu-
ſancto. ¶ Deinde ter tãgit aquam manu.
4 ¶ Primò, diuidẽs † aquã in modum crucis p quã, ut præmiſſum eſt, baptiſmus maximam efficaciam recipit, vt aqua Spiritu-ſancto fœcundetur, & ſpiritus immundus expellatur. De fœcundatione Spiritus dicit. Qui hanc aquã regenerandis hominibus præparatam arcana ſui luminis admiſtione fœcũdet &c. De expulſione dæmonis dicit, Procul ergo iubente te dño omnis ſpiritus immundus abſcedat &c. vſq; ibi, Non inficiendo corrumpat. ¶ Se-
5 cundo † aquam manu tangit, ut eam per inuocationem ſanctæ Trinitatis muniat, ne hoſtis ab illa expulſus redeundi héat poteſtatem. Vñ tãgendo dicit, ſit hæc innocens, & ſancta creatura libera ab omni impugnationis incurſu &c. quod ex adiectiuis ibi poſitis conuincitur; q a ſons uiuus, ad patrem, aqua regenerans, ad filiũ, vnda purificãs ad Spiritumſanctum refer
6 tur. ¶ Tertiò aquam † tangit, cum eam in quatuor ꝓijcit partes, ut iam dicetur. Trinus igitur aquæ tactus trinã ſanctæ Trinitatis operationem figurat. Hac oratione finita, benedicit aquã, dicens, unde benedico te creaturã aquæ per Deũ viuũ, &c. vbi tantum vtitur verbo primæ perſonæ, dicens, Benedico te, qui primo vtebatur verbo ſecundæ, dirigens ſermonem ad Deum, uel tertiæ, loquens de ipſo, vel de re benedicenda: vtitur ergo nunc verbo primæ perſonæ, vt oſtendat ſe hoc facere miniſterio, quod Dñs facit authoritate, & ſicut in baptiſmo Domini adfuit Trinitas, ita & in noſtro baptiſmo tria adſunt; oſtẽdit patrem adeſſe, cum dicit, Benedico te creaturam per Deum &c. & filium, cum dicit: Benedico te per Ieſum Chriſtum, & Spiritumſanctũ, circa finẽ, cum dicit, Deſcendat in hanc plenitudinem fontis virtus Spirituſſancti. ¶ Sed no
7 ta, † q in benedictione, quę eſt p patrẽ, ponuntur quinq; miracula in aqua facta añ aduentum Xpi, & in benedictione, quę fit p filium alia quinq; miracula in aqua facta poſt aduentum, q̃ licet non oino eo dẽ ordine facta ſunt, quo ponuntur, tñ quãtum ad myſterium rõnabiliter ordinantur, & poſteriora congruè prioribus coaptant. priora hoc ordine ponũtur. primo. Qui te ſeparauit verbo ab arida. ſecũdo cuius ſpiritus, ſ. ferebatur ſup te. tertio, q te de paradiſo manare ꝓcepit, quarto, q te in deſerto amaram ſuauitate nitida fecit eſſe potabilẽ. quinto, & ſitiẽti populo de petra ꝓduxit. Poſteriora ſic ponuntur. Primo. Qui te† in Cana Galileę 8
mutauit de aqua in vinum. Secõ, qui pedibus ſup te ambulauit. Tertiò, q in te à Ioanne baptizatus eſt. Quartò, q te vnà cũ ſanguine de latere ſuo ꝓduxit. Quintò, qui te oẽs gentes a diſcipuli baptizari ꝓcepit: in oĩbus. n. his baptiſmus exprimitur, & poſteriora priorib⁹ p ἀντίπτοσιμ rñdet. Ibi nanq; in primo miraculo aqua ſ. baptiſmi verbo ſeparata ab arida accedente, verbo terrenitatẽ peccatorũ à nobis ſeparat, & hoc in primo. Similiter in baptiſmo aqua mutatur in vinũ; q a triſtitia peccatorũ expulſa mẽs noſtra quadam ſpirituali lętitia inebriatur, q̃ p vinũ intelligitur. vñ vinum lętificat cor hoĩs. Aquã in vinũ mutari, eſt timorẽ de peccatis cõuerti in exultationẽ mentis. Itẽ ibi dñ in ſecũdo miraculo, cuius ſpiritus fere batur

batur ſup aquas, & hic ſimiliter in ſcdo dñ. Qui pedib. ſuper te ambulauit, & hæc duo bene conueniunt, quia in baptiſmo ſicut in alijs, indiuiſibilis eſt operatio Patris, & Filij, & Spiritusſancti, & utrobique dñ ſuper, quia gratia, q̃ confertur, de ſupernis eſt, & ut notetur, q̃ dominus potẽtiam ſuam non alligauit. Item ibi dicitur in tertio, Qui te de paradiſo &c. hic, Qui te a Ioanne baptizatus eſt, quia gratia de paradiſo manans aquis in baptiſmo eſt infuſa, unde de baptiſmi gratia eccleſia profluens in quatuor partes orbis dilatata eſt, quod quodãmodo factum eſt, quando Dñs baptizatus eſt a Ioanne, quia tũc omnes aquæ vim regeneratiuã ſuſcepe-
runt. Rurſus ibi dñ in quarto, Qui te in deſerto amaram ſuauitate nitida fecit porabilem, hic dñ, Qui te una cum ſanguine de latere ſuo produxit, quia in Gentilitate, q̃ prius erat a domino deſerta, aqua baptiſmi reficiendi mentes, & ſanandi habet effectum, Dulcorata ãt fuit aqua, q a per paſſionem crucis, maximè baptiſmus plenã recipit efficaciam, unde in cruce de latere Domini aqua ꝓfluxit. Item etiam ibi in quinto dñ. Et ſitienti populo de petra produxit. hic uero dñ. Qui in te omnes gentes p diſcipulos baptizare ꝓcepit, quia baptiſmus a petra Xpo originẽ habens populum eum deſiderantem reficit. Non. n. prodeſt baptiſmus, niſi ſitienti eũ, i. deſiderãti, uel in ſe, uel in alio. Vnde diſcipulis præceptum eſt, ut baptizarẽt omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, ſicut in ultimo Mat. dicitur.
9 ¶ Hic eſt † notandum, quòd ubi dicitur. Qui te de paradiſo manare, & in quatuor fluminibus exire, & totam terrã rigare præcepit, ibi ſacerdos aquam manu in quatuor partes effundit, ut oſtẽdatur, q̃ gratia baptiſmi in quatuor partes orbis ſit dilatata. Cæterum, ſacerdos ipſe ſæpe uocem mutat. In primis. n. orat Deum ut dignetur mundare mentem eius ad ſuſcipiendum Spiritumſanctum, & deprecatur eius aduentum, & ideo uoce humili ſcilicet in modum orationis legit, quæ, uocis humiliatio eſt Spiritusſancti aduentus, & ad eius dignam receptionem mentis præparatio. Poſtea uero indicans ſe illum habere, legitimè in modum præfationis agẽs gratias, quia tam magnus hoſpes diguatus eſt ad tam humile hoſpitiũ deſcendere, & recolens miracula iam per aquam facta. Deinde poſt benedictionẽ, quæ fit per filium, quæ terminatur in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti, mutat uocem iterato. Cum. n. uſque tunc in modum præfationis cantauerit, poſtea legit in modum lectionis uoce. ſ. humiliori, quæ uocis humiliatio eſt ſignum humilitatis: humilitas enim noſtra per baptiſmi regenerationem ad alta polorum reducitur. Dicit ergo ſacerdos; hæc nobis præcepta ſeruantibus &c. quaſi diceret, non audere tantam, & tam altam rem, ſcilicet Spiritumſanctum, ut in creaturãm aquæ deſcendat inuocare, niſi quia tu præcepiſti nobis baptiſma exercere. Et addit ſacerdos. Tu Deus omnipotens clemens adeſto, tu benignus aſpira &c. ubi illud orat, ut ſicut in prædictis miraculoſe in aqua operatus eſt, ita modo faciat, uidelicet, ut præter naturalem emundationem, quam poſſunt adhibere corporibus. ſint purificandis mentibus efficaces. Poſt hoc alia uoce clamat ſacerdos. Deſcendat in hac plenitudine fontis, uirtus ſpiritus tui. ideo alta uoce, ut aliud mentis deſiderium deſignet. ¶ Et † tunc deponitur 10
cereus in aquam, quæ cerei immerſio eſt Spiritusſancti aduentus, ſeu miſſio, qui in aqua baptiſmi in ſpecie columbæ deſcendit. ¶ Secundo; ideo cereus in aquam deponitur, quoniam corpus Xpi per cerã ſignificatum, in baptiſmo aquas ſanctificauit, & vim regeneratiuam illis contulit.
¶ Tertiò baptiſmus cerei remiſſionem peccatorum ſignificat, quam per Chriſti mortem conſecuti ſumus. Habent quoque neophyti cereos ſuos extinctos, qui & ſi plures ſint, pro uno reputantur. Et in quibuſdam eccleſijs ſtatim, cum cathecumini baptizati ſunt, illuminantur. In quibuſdam uero differtur eorum illuminatio uſque ad Agnus Dei, quod cantatur in litania, & in quiquſdam etiam uſque ad Miſſam, quando uidelicet alij cerei eccleſiæ illuminantur. Sanè cerei, qui ſtatim poſt baptiſmum accenduntur, ſignificant, quòd perturbationem peccatorum comitatur illuminatio gratiarum. Qui differunt uſque ad Agnus Dei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

significant, q̃ per agnum, qui tollit peccata, & tenebras mundi, renati & fideles illuminantur. Qui verò differunt vsque ad Missam, ideo faciunt, q̃a Missa illa ad noctem pertinet resurrectionis dominicæ, vt sicut nox illa irradiata fuit splendore dominicæ resurrectionis, ita & a lumine nostro irradietur, & ut neophytos nostros Christo consurrexisse significemus. Et ꝓpter eandem causam alij cerei ecclesiæ ad Missam illuminantur, & secundum hoc cerei cathecuminorum sunt sine lumine, vsq; dum alij cerei ecclesię illuminentur, ad notãdum, q̃ postquam Spiritussanctus purgauerit corda eorum & eos introduxerit in societatẽ, & unitatem ecclesiæ, tũc illuminabit corda eorum. De cereis etiam neophytorum dicetur in ti.de septem die
11 bus post pascha. ¶ Post ✝ immersionẽ cerei in quibusdã ecclesijs sacerdos insufflat in aquã, dicens. Quæ totam huius aquæ substantiam regenerandi fecundet effectu. Primò, vt sicut in exorcismo cathecumini spiritus immundus insufflatur, ut ab homine recedat, ut infra dicetur, ita, & in
Io. 12. exorcismo aquæ, ut ab ea expellatur, & adimpleatur qđ dominus inquit, Nunc princeps mũdi huius eijcietur foras. ¶ Secundò, ut intelligat satanas, quantus habeatur, quod rã leuiter, videlicet per suauẽ exsufflationem potest expelli. ¶ Tertiò, ut sacerdos ostendat quali ignominia diabolus dignus sit ab aquis expelli. Insufflat autem sacerdos ter, quia Spiritussãctus tria in baptismo operatur, a uitijs purgat, uirtutibus ornat, & tandem præmio æterno coronat eos, in quibus fit hæc insufflatio, ut dicetur, ubi de immundi spiritus expulsione agetur. Post exsufflationem munitur aqua iterato crucis signaculo per inuocationem Sanctæ Trinitatis, ne habeat potestatem diabolus ad eã amplius redeundi: postremò fit admistio chrismatis in aqua, sicut dictum est, unde dicitur in Bucardo. libr. 3. Benedicimus fontes baptismatis oleo unctionis, & Aug. eisdem uerbis vtens, subijcit, quod hoc magis tacite, siue, sine scriptura hac mystica ratione introductum est, quam per aliquam scripturam. Per huius modi ergo admistionem unio Christi, & ecclesiæ significatur. Nam chrisma est Christus, aqua populus, & dicitur, Sanctificetur fons iste. ex quibus uerbis ad qđ fiat admistio, satis datur intelligi. Et nota quatuor esse genera sacræ aquæ benedictæ, prout in quarta parta dictum est, ubi agitur de aquæ benedictæ aspersione.

SVMMA.

1 *Baptismus quid & unde dictus.*
2 *Baptismus cur fiat potius in aqua, quàm in alia re. Et qua aqua id fiat.*
3 *Baptismus quotuplici tempore fieri possit.*
4 *Baptizandi extra tempus necessitas quadruplex.*
5 *Baptizandi interrogandi, an renuncient Satanæ & eius operibus, & unde ille mos aduectus.*
6 *Verba hæc, credo in sanctam ecclesiã catholicam, quomodo sint accipienda.*
7 *In baptizandi faciem ter exsufflat sacerdos. Et cur ita.*
8 *Exorcismus quid. Item, quid catechismus*
9 *Baptismi septem dona. & nu. 10. 11. 14. 15. Et quædam uarie dantur baptizãtur. & nu. 21. 22.*
12 *Baptismus cur desideret trinã immersionem.*
13 *Baptizandis nomen imponitur.*
16 *Baptizatis datur uestis candida, & qua id significatione aut exemplo. Et num. 17. 18. 19.*
20 *Baptizato uestis candida data qñ exuat*
23 *In ludais baptizandis quid obseruandũ.*
24 *Prægnans si baptizetur, an partus cẽsea tur baptizatur.*
25 *Baptisterium an necessario debeat esse lapideum.*
26 *Baptismus an deleat peccatum originale*
27 *Baptismi forma qua obseruanda hodie, nu. 29. 30. 31. 32. Et uetus Apostolorum baptizandi mos. nu. 28.*
33 *Baptizari potest infans, qui non potest nasci, sed solum caput emittit.*
34 *Patrini necessarij sint ne ad baptismum, qui tãquam spõsores sunt alienæ fidei.*
35 *Patrini obligantur instruere suos filios spirituales. Et quales esse debeant. nu. 37. Et quot requirantur. nu. 36.*
38 *Patrini esse qui non possint.*
39 *Baptismum qua sequantur.*
40 *Litania cur fiat circa fontes baptismatis*
41 *Litanias priores cur legãt seniores in sabbato sancto, iuniores autem ultimas.*

De

De Baptismo vbi etiam agitur de uestibus quas neophyti quarto die deponunt, & de patrinis.

Cap. 83.

VINTO hoc loco est de baptismo dicendum. De scrutinijs verò, quæ præcedunt baptismum solẽnem, & de multis ad baptismum pertinẽtibus dictum est quarta feria tertiæ hebdomadæ
1 quadragesimæ. ¶ Primò notandum ✝ est, quod βαπτισμὸς, siue βαπτισμα Græcè, interpretatur intinctio Latine, vel lotio. Baptismus quidem per aquam cõfertur, vt res inuisibilis per illud visibile elementum conferatur, super quo Spiritussanctus in principio ferebatur. Sicut.n. aqua corpus uisibiliter purgat exterius, ita baptismus latenter animam. Vnde Aug. 1. q. 1. detrahe. Aqua corpus tangit, & mentem abluit. ¶ Et notandum, quod Pagani, siue Gẽtiles circa fontes tẽpla sua fãcere solebant, uel saltẽ ibi semper aquam habebant per cuius aspersionẽ purificari credebãt, & inde delubra vocabantur, qua si purificantia, & ita quodãmodo figurali ter ad baptismũ tendebant. Nos verò ab eorũ consuetudine baptisma non sumpsimus, imò à tribus, quæ in ueteri testõ fuerunt, s. à κατακλίσμω, i. diluuio, & à mari rubro, & à Iordane, quæ baptismi figura fuerunt. Baptismum Dominus instituit, cum de latere suo sanguinem, & aquam produxit, quod postea quasi lege edicta-
Io. 3. li sanciuit, dicens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorum, & ipse Dominus
Luc. 12. baptizatus est in sua passione. Vnde inquit, Baptismo habeo baptizari, quo coarctor, vsque dum perficiatur. ¶ Fieri
2 ✝ debet baptismus in aqua, q̃a illa copiosius inuenitur, & hanc spũs in principio legitur fouisse, & quia sordes abluit, sitim cõprimit, imaginem reddit, sicut cãtatur de Narcisso, iguem extinguit, sic in baptismo à peccatorũ sorde lauamur, à fonte vitæ potamur, imaginẽ perditã restauramus, unde ignis pœnarũ extinguit. Debet aũt aqua esse viua, & pura, posset tñ fieri ét inresoluta siue a niue, siue a glacie, siue à lachrymis terræ, siue ét ex institutione Victoris Papæ, i. in mari, siue in flumine, siue in lacu, siue in fontibus. Nõ aũt licet baptizari in aqua condita, ut in ceruisia, uel mædone, nec ét in aliquo liquore, vt in vino, uel oleo, sed si aliquis liquor aquæ admisceatur, bene fit baptismus, dũ tñ aqua ꝑualeat. Quotidie.n. mari nouus liquor, uel sputũ, uel vrina additur, & tñ ibi baptizatur. Aliq tñ cõtradicũt. hoc notatur de consec. dist. 4. c. 1. & 1. q. 1. detrahe. ¶ Porro ꝑm canonicam tra- 3
ditionẽ, de consec. dist. 4 duo. & c. seq. solenne baptisma in duobus duntaxat sabbatis celebratur, uidelicet in isto, & Pentecostes. Quare in isto, præmissum est. in secundò, quia Spiritussanctus in die Pentecostes donatur nobis, per qué facta est remissio peccatorũ, ut dicetur ibi. ¶ Alio vero tpe non licet baptizare, nisi necessitatis cã, quæ est quadruplex. de consecr. dist. 4. hi, qui. & c. seq. Prima est cã munitionis, ut si rex obsidet aliquã ciuitatem, uel oppidum, tunc. n. pueri illius loci baptizari debent, ne imbaptizati decedant. Secunda est Gentilium persecutio. Tertia naufragium. Quarta ægritudo. Potest tñ ægritudo hic large accipi pro infirmitate naturæ, quæ facile dissolui põt, ita q̃ nescimus diem, neque horam, & ob hanc causam singulis dieb. & horis fit baptismus non solemnis, 5. dist. baptizari. Solemnitas tñ baptismi saltem in paucis, ad præmissos duos dies, ꝑp similitudinẽ, & memoriam reseruatur. Græci uero baptismum celebrare solent in Epiphania pro eo, q̃ tũc fuit Dñs baptizatus, prout sub ipso festo dictum est. Celebrari etiam debet baptismus solemnis hora nona, ut dicetur sub sabbato Pentec. ¶ ✝ Sciendum 4
aũt est, q̃ baptizandus cum primo ad ecclesiam uenit, prius, q̃ immergatur, interrogatur, utrum abrenunciet diabolo, &c. qđ potius per usum, q̃ per aliquã scripturam introductum est, ꝑm Aug. & Ecclesia respondet, Abrenuntio. Et iterum, utrum credat in Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum? & respondet, Credo. In his autẽ duobus de uita, & fide instruitur. De uita, cum docetur abrenunciare diabolo, & omnibus pompis, siue operibus eius. De fide, cum docetur credere in Trinitatem,

& pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ꝑp hoc duæ fiunt ei consequenter unctiones, i. in scapulis, & in pectore. Ideo aũt fit huiusmodi interrogatio, & responsio, ut uacua domus a prisco habitatore deserta fide ornetur, & Dei habitatio ꝓparetur. Aug. dicit, ꝙ ét hæc fiunt iuxta Saluatoris imperium, qui ad Patrem in
Mat. 28 cœlum ascensurus discipulis suis, i. Apostolis dixit, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Interrogatur etiam, si credit in sanctam Ecclesiam, remissio-
6 nẽ † peccatorum, & carnis resurrectionem. Non tamen ꝺm ipsum Aug. eodem modo interrogamus, ut quomodo in Deum credimus, sic, & in sanctam Ecclesiam catholicã credamus, sed propterea sancta, & catholica est, quia rectè creditur in Deum. Non ergo diximus, ut in Ecclesiã quasi in Deum crederetis, sed ut in ecclesia sancta, & catho. e conuersantes in Deum credentes, credatis ét resurrectionem carnis, quæ futura est. Innuit ergo Aug. ex ꝓmissis verbis, ꝙ præpositio, in, repetitur, dum ꝺr, in sanctam ecclesiam, & sensus mutatur, de quo dictum est sub 4. parte sub ti. de symbolo. Planior tamen intellectus est, ut præpositio ipsa prætermittatur, nec repetatur, ut sit sensus, Credo ecclesiam sanctam catholicam, idest: fidem catholicam, tenentem esse sanctam idest, iustam, & bonã. Vel ecclesiã sanctã, idest, sanctificatam, & firmatam, & semp perseueraturam, ita quod nunquam deficiet, uel Credo sanctã, & catholicam ecclesiam esse vnam, & in unitate consistere. Patrinus autem pro baptizando interrogatur, ut iam dicetur. Post † interroga-
7 tionem, & responsionem sacerdos ter in faciem baptizandi exsufflat, ad notandũ, ꝙ sæua potestas, idest, malignus spiritus ab eo exsufflatur, idest, exsufflando expellitur, seu in proximo expellenda significatur, ut per pium sacerdotis mysterium Spiritussancto cedat fugiens spiritus malignus. Hinc autem ait Aug. Ergo paruuli exsufflantur, & exorcizantur, idest, incẽpantur, seu adiurantur, ut expellatur ab eis diaboli potestas inimica, ꝙ decipit homine, vt possideat homines. Hęc aũt exsufflatio, siue exorcizatio, & si non prosit aliquid ad uitam; quia adhuc in eis mors mante, prodest tamen, ut inimicus minus ei nocere possit. Adest. n. Spiritussanctus, non solum verbis, quæ dicuntur in nomine suo, uerum etiam significationibus, quæ fiunt in honore suo. ¶Et est 8
† notandum, quod ἐξορκισμὸς, græcè, latine dicitur adiuratio, ut est illud. Exi ab eo immunde spiritus. Catechismus autẽ & exorcismus neophytorum sunt, præcedunt. n. baptismum, & magis debent dici sacramentalia, quàm sacramenta, i. ad sacramentum baptismi pertinentia, uel præludia noui baptismi, sine eis tamen põt esse baptismus κατηχισμὸς verò græcè, latine ꝺr instructio, inde catechizare, i. instruere in symbolo, & fidei rudimentis. Inde etiam ꝺr Κατηχούμενος græce, qđ est latine audiens, vel instructus, quia ad huc doctrinam fidei audit, nondum tñ baptizatus est, licet sit in fide instructus. Qui & competens uocatur. ea. dist. symbolum. 34. dist. audite. palea est, quia post fidei instructionem, & post acceptam pœnitentiam competit gratiæ Christi recipienti. Νεόφυτος vero Græcè, Latinè nouellus, & rudis, uel nuper renatus interpretatur. ¶Hoc † quoque sciendum est, 9
quòd sicut sunt septem dona Spiritussancti, ita etiam sunt septem dona baptismi. 30. q. 1. ¶Primum est, salis collatio. Datur. n. secundum Rabanum, & Bedam, de consec. dist. 4. ex hinc, & c. seq. sal benedictum in os baptizandi, ut per sal typicum idest figurativum sapientiæ sale conditus iniquitatis fætore careat, idest carere significetur. ne a vermibus peccatorum ultra putrescat, sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam ꝓcipiendũ. Sal quoque significat prima fidei documenta, sine quorum condimento insulsus est omnis homo. De quo, & de sale dictum est in prima parte, sub titu. de consecratione altaris, & ecclesiæ. ¶Secundũ † est auriũ, 10
& narium cum sputo linitio, qđ sit. Primo exemplo Christi, qui lutum cum sputo faciens, mutum, & surdum sanauit, & oculos cęci nati liniuit, & expuẽs linguã eius tetigit, & digitos in eius auribus imponens dixit, Ephetha, ꝙ est, ad aperire, ui-
Cab. gesimaquarta q. 3. §. his ita. Secũdò, secundum Rabanum eadem distinctione, ante baptismum, & cæte. postea tangunt. & cap.

ci 1 & c. propter. hoc sacramentum ideo agitur, ut per saliuam typicam, i. figurativam sapientiæ Domini, & per sacerdotis tactum, sapiẽtia, & uirtus diuina salutem eiusdem cathecumini operetur, ut aperiãtur ei nares, ad capiendum odorem notitiæ Dei, ut aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur ei sensus in intimo corde, ad respondendum sacerdoti de articulis fidei interroganti. Digiti ergo, qui in aures mittuntur, sunt uerba, siue dona Spiritussancti. Tertiò, ꝙ hoc, ꝙ aures saliua tanguntur, significatur, & petitur, ꝙ doctrina, quæ de ore altissimi fluxit, per aures eius intret, eíque sua redolat, saliua nempe Christi, i. dulce
do uerborum ex ore eius defluentium, & ipsa Christi diuinitas nos sanat. Quartò, etiam nares tanguntur, ut diuinam suscipiant uirtutem, ꝙ quam bonum a malo discernant odorem, & sanam doctrinam separare ualeant a fœtore hæreticæ prauitatis. Vnde dicitur, Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Quintò, ad notandum, ꝙ quamdiu sputum naribus traher, in fide ꝓcepta manere debet, & ut per aures uerbis euangelicis pateant: & uanas, & inutiles fabulas a se repellant. Sexto ꝺm Ambro. eadem dist. propter gloriam, siue dignitatem muneris, & operis non tangitur os cum saliua, sed nares, ut bonum odorem accipiant
11 pietatis æternæ. ¶† Tertium, & quartum est in pectore & inter scapulas cum oleo facta signatio, de q̃bus dictum est in prima parte, sub tit. de consecr. ¶Quintum est baptismi ablutio, ead. dist. uenit. Circa quod notandum, ꝙ trina immersio, seu lotio in baptismo, in nomine Trinitatis, scilicet in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti ead. dist. postquam, & c. de trina. & c. seq. quia in fide Trinitatis fit baptismus, in qua trina immersione triduana domini sepultura significatur: fuit. n. tribus diebus, & tribus noctibus in corde
12 terræ. ¶Trina † quoq; fit immersio, quia in baptismo a triplici peccato, scilicet cogitationis, locutionis & operationis mundamur, & a triplici transgressione legis, scilicet legis Naturæ, legis Mosaicæ, & legis Euangelicæ. Non igitur debet quis tantum semel immergi, pro eo, ꝙ Christus semel mortuus est, ead. dist. presbyter. debet tamen semel baptizari tantum, quia tãtum semel Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit, quæ tria in baptismo signi. ficantur. Et licet trina fiat immersio, tamen unum est baptisma, eadem dist. eodem. Item, quia tantum una est fides, ideirco unum debet esse sacramentũ eius, iuxta illud. Vna fides, unum baptisma. Immersio etiam fit in modũ crucis, quia qui baptizatur, mundo crucifigitur, & cruci Christi affigitur. Trina quoq; ab aqua eductio, triduam temporis exprimit resurrectionem. Si autem quis ita æger sit, ut non possit ter sine læsione immergi, sufficit illum aqua aspergi, ut ꝓbatur multipliciter in canone Cypriani, ea. dist. ne quicquam, licet quidam illud intelligant de aquæ benedictæ aspersione. Sed & si magna corporis pars præter caput infunditur, uel saltem caput, baptizatus quis reputatur, & non aliter, licet quidam etiam si super pedem aqua ceciderit, reputent baptizatum. ¶Pueris † ba- 13
ptizatis nomen imponitur in baptismo, quod inde est, quia baptismus uicarius circumcisionis, in qua nomina pueris imponunt Hebræi, eo ꝙ tempore circumcisionis Abrahę nomẽ fuerit immutatum. cum. n prius diceba̅r Abram, postea uocatus fuit Abraham. Sed si baptizato oblitione nomen non imponitur, uel forte errore masculi nomen non fœminæ, vel econuerso, imponitur, tenet q̃dem baptismus, nec iterabitur 29. q. 1. §. 1. ff. de contrah. emp. in uendit. nis. C. de resta. si in nomine, & nomen in confirmatione fontis denuò imponetur. extra de sacra. non itera. c. 1. Sextum est † in uertice, i. 14
in summitate capitis super cerebrum. cũ chrismate facta perunctio, de quo in prima parte, sub tit. de consecrationibus dictum est. Septimum † est in fronte chris- 15
matio, de qua infra dicetur. ¶Datur autẽ in quibusdam locis baptizatis candida uestis in signum sacerdotij, & quædam rotunda mitra in signum coronæ regni uitæ, quia ipse est membrum Xpi, qui est rex, & sacerdos. Omnes. n. ueri Christiani reges, & sacerdotes dñr, unde Petrus Apostolus ait. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Reges, quia seipsos

& alios regunt. Sacerdotes, quia seipsos
Rom.1. Dño offerunt. Iuxta illud Apostoli, Obsecro uos per misericordiã Dei, ut exhibeatis corpora uestra &c. Secundo chrismale
16 seu † uestis candida, quæ super caput baptizati ponitur, significat ſm Rabanum ead. dist. post baptismum, & c. seq. interioris & exterioris hominis castitatem, & innocentiam, & puritatem Christianam, quã post ablatas veteres maculas studiose seruare debet. Iuxta illud,
Eccle.9. Omni tempore uestimenta tua sint candida. Tertio renati albis induuntur uestibus ad designandum mysterium ecclesiæ resurgentis. Designatur enim per hoc corporum, & animarum futura resurrectio gloriosa, & etiam resurrectio à peccatis, atq; angelicus nitor. Recte igitur baptizati albis vtuntur uestibus; ut quorum primæ natiuitatis facie uetusti erroris pannus fuscauit, habitus secundæ regenerationis præferat gloriæ indumentum. Vnde uestis ipsa duplex est, quasi in medium cappę manicatę, quia Sancti duplicia, s. beatitudinẽ
Apoc.6. & gloriam possidebũt. Ipsæ autem uestes sunt stolę albę, de quibus dr. Et datę sunt illis singulæ stolæ albæ. Stolæ enim baptismũ, palmæ uero triumphum insinuãt.
17 † Quarto, hæc alba uestis corpus, ipse uero albatus animam significat. In prouincia Narbon. hæc alba uestis linea, in summitate cum filo rubeo supersuitur, aut alia uarietate insignitur, quodammodo prætendens coronam. Nempe alba uestis innocentiæ stolam, quæ nobis in baptismo redditur, significat, rubea simbria quę supersuitur, Christi passionem, per quam baptismi sacramentũ impletur, designat, Coronam prætendit in signum coronæ
18 regni, ut præmissum est. ¶ † Rursus ideo chrismale candidum filo rubeo insignitũ baptizatis datur, ut sint soliciti seruare candorem virtutum, quem in baptismo per passionem Domini rubricatum receperunt, iuxta illud. Quare rubrum est ue-
.66. stimentum tuum. vnde in Apo. Beatus, est, qui custodit uestimenta sua, ne nudus ambulet. Sane albati, seu neophyti hmõi albam uestem per septem dies portant; quia hoc tempore, quod septem diebus agitur, innocentiam per bona opera exercere oportet, iuxta illud, quod ait Salomon, Omni tempore uestimenta tua candida sint, & oleum de capite tuo non deficiat. In octaua uero die, illam deponunt quia in octaua ętate, quã dies octaua significat, ab omni opere uitæ præsentis cessabimus. Tunc. n. adueniente ueritate omnis figura cessabit, quæ per candidam uestẽ innuitur: nam tũc erimus in utroq; homine, i. anima & corpore glorioſi. Rursus † hęc uestis candida corpus significat, 19
Eccle.9. q̃ omni tẽpore uitæ nostræ, quod per septenarium agitur mundum, seruare conuenit. In fine uero uitę nostrę illud deponimus, aliud gloriosum resumpturi, quod erit in octaua ętate. Merito ergo illam septem diebus seruamus, & in octaua deponimus. Vnde Salomon, Da partem septe- *Ecc.11.*
nam & octauam. Seruatur quoque hęc alba uestis de sabbato in sabbatum, qñ in Sancto sabbato, uel Pentecostes baptizati sunt, ad notãdum, q̃ si munditiam corporis seruauerimus, de sabbato ipis trãsituri sumus, depositis corporibus, ad sabbatum ęternitatis. Et exuitur † in alio 20
sabbato, ad notandum, q̃ aĩa illius de corpore exiens, sabbatum, idest requiẽ inueniet, si eius uestis fuerit alba. Pari quoq; ratione confirmati, siue in fronte chrismati usque ad septimam diem lauari non debent. Cum. n. ecclesia tanto tpe celebret aduentum Spiritus sancti, super Apostolos, merito vnusquisque Spiritum sanctum accipiens, tanto tpe celebrare dẽt illius aduentum, in se singulos dies pro singulis donis celebrando. Hæc autem ue stis vni imposita, alteri potest imponi, si necesse fuerit, prout iam de panno, quo caput cõfirmati alligatur, dicetur, quamuis melius sit nouam habere. † In qui- 21
busdam etiam locis baptizatis dantur calciamenta, quæ sunt dominicę mortis insignia, vt exemplo eius, qui pro nobis passus & mortuus est, carnem suam vitijs, & cõcupiscentijs mortificet baptizatus. Datur † quoque candela illuminata in ma- 22
nu baptizati, ut cũ Dominus ad nuptias 23
uenerit, sit semper paratus ei in aula cœlesti occurrere cum luminarijs virtutum & bonorum operũ. De cereis etiam neophytorum supradictum est. † Sane legitur in canone Greg. eadem dist. neque 23
abstit, q̃ Iudæis baptizandis quandraginta die-

ta dierum abstinentia indicenda est, & si postq̃ baptizati sunt, apostatauerint, cogendi sunt fidem seruare, & filij quos circunciderunt, ab eorum consortio seperentur, serui eorum circuncisi ab eis, p̃ iniuria corporis sui liberati tradantur. eadem dist. plerisq; & extra de bap. maiores. Et in concilio Agathen. ead. dist. Iudæi. statutum est, q̃ Iudæi baptizandi q̃ de facili ad vomitum redeunt nouẽ menses sint prius inter cathecuminos. Aeger quoq; sicut ait Cyprianus ead. dist. nec quicquã baptizari põt, mortuus uero non. nec Eucharistias sibi dari, sicut legitur in Bucardo lib. 4. cap. cauendum est. & in lib. 5, c. idem placuit. sed sicut in eodem lib. 4 c. subito. legitur. Subito obmutescens sic, si tamen uoluntatis præteritæ testimonium uerbis habet, aut præsentis annuit,
24 in suo nutu. 25. q. 7. is, qui † Prægnãs uero mulier si baptizetur, non intelligitur secundum Isid. ead. dist. qui in maternis, & cap. baptizata. partus baptizatus in ventre; quia qui adhuc natus secundum Adã non est, secundum Christum regenerari nõ potest, nec dici regeneratio in eo potest, in quo generatio non præcessit. baptizandus ergo est, qui ex baptizato nascitur. Tenendum quoque est, quòd discipuli & Apostoli baptizati fuerint. ead. dist. quãdo. & cap. si q. & no. in cap. aliud. qui etiam alios baptizabant prout dicitur sub festo Pentecostes, quod de Ioanne specialiter Hie. de pœn. dist. 2. si enim, in principio, attestatur. & Aug. de Paulo. de consec dist. 4. si eos. Item statutum est in concilio Carthagin. ead. dist. mulier. quòd mulier quãuis docta baptizare non præsumat, nisi necessitate urgente. Rursus in concilio Lugdu. ead. dist. si quis de alio. statutum est, ut qui præterquam in mortis necessitate cum ueteri chrismate baptizauerit, deponatur. In concilio Herden. de consec. dist. 4. omnis presbyter. sta
25 tutum est, ut omnis presbyter † qui fontem lapidem habere non potest. vas conueniens ad hoc solum officium habeat, quod extra ecclesiam nõ deportetur. Debet ergo fons esse lapideus, nam & de silice aqua in baptismi præsagium emanauit, Sed & Xps qui est fons viuus, est la-
26 pis angularis, & petra. ¶ Hoc † quoq; notandum est, quòd per circuncisionem delebatur olim peccatum originale, & nunc per baptismum ead. dist. ex quo. extra eo. maiores. prout sub titu. de circuncisione dictum est. Ideo autem originale peccatum omnibus nocet; quia quando Adam peccauit, nondum aliquis ex eo fuerat mortaliter procreatus. eadem dist. in: quæris. & 34. q. 2. § 1. Ipsum autem originale peccatum in ipsa animæ infusione contrahitur, quia tunc principales uires animæ debilitantur, hoc nõ ead. dist. non ex quo, in p̃in. Sed cum originale peccatum contrahitur solum ex carnis corruptione, quare imputatur animæ? Respondeo, quia anima condelectatur carni, uel melius, ut ibidem quædam digna retributio notetur. Anima enim primi hominis prius peccando carnem ipsam corrupit. unde modo corruptio carnis animas corrũpit, hæc no. ead. dist. si non sanctificatus. ¶ † Circa baptismi formã notãdum 27
est, q̃ sicut ait Alex. Papa III. extra de baptismo. c. 1. si quis puerum ter in aquam immerserit in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti amen, & non dixerit. Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, non est puer baptizatus. Sed si immerserit ter puerum, nihil dicens; baptizatus non est. Verum † tẽpore 28
Apostolorum baptizando nihil aliud dicebatur, nisi baptizo te in nomine Trinitatis. de consecra. dist. 3 in synodo, & ita explicitè dicebant, uel ẽt implicitè, utpote. In nõe Domini nostri Iesu Christi, & baptizabant in stagnis, & fluminibus. Sed beatus Clemens II. a beato Petro ex ipsius doctrina unctionem olei chrismatis addit. Postea Leo Papa, Damasus, & Ambrosius, exorcismos, & bñdictiones, & cæteras solemnitates adiecerunt. Baptismi
†suæ forma non uitiatur, si quid in ea su- 29
per flue ponitur. hoc no. ead. dist. si nõ sanctificatur, ut si dicatur. Baptizo te in nõe Patris, & Filij, & Spiritussancti, & diaboli, uel, Arma uirumque cano. uel si quid ꝑmittitur formæ, ut si dicatur. Arma uirumq; cano. & ego baptizo te &c. Si uero aliq̃d interponat, ut si dicatur, Ego baptizo te, & Deus est, in nõe Patris, & Filij &c. Dicunt q̃dam non esse baptizatũ, alij uerò cõtradicunt. Si autẽ uerborum

ordo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordo formæ mutetur, vt si dicit. Baptizo te in nomine Filij & Patris, & Spiritus sancti. dicunt non esse baptizatum, quia ordo verborum de forma est. Si verò mora naturalis, & compendiosa interponatur: puta respirando, tussiendo, vel sternendo, non obest. Cæterum forma † ipsa, pnunciari pôt interaliter, vulgariter, Græcè Latine, & armenice, hoc legitur, & no. eadist. mulieri, & c. seq. ide. o. sunt effectus, licet voces non sint eadem, secundũ. Ari. Vnde Græcus hùc veniens baptizat in lingua Græca, & conuersio, quia Apostoli loquebantur variis linguis. Hinc est q si quis dicit. Baptizo te in nomine geniti ris, & nati, siue geniti, & sancti flaminis. Baptizatus est: Bene enim fit baptismus sub nominibus synonimis Sed si dicatur, mergo te in nomine patris &c. non est baptismus, quia illud verbum mergo non est synonimum cum illo verbo Baptizo. Non fit etiam baptismus, si dicatur, Baptizo te in nomine trium personarum, vel in nomine Trinitatis, vel in nomine Xpi vel si baptizauerit in tribus principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, vel si omittatur aliqua de tribus personis, puta Spiritussancti, vel filij, vel patris, vel etiam si diceretur, in nomine paternitatis, & filiationis &c. non esset baptismus. Item † si omitteretur hoc pronomen ego, dicendo, Baptizo &c. tenet quidem, quia pronomen illud subintelligitur, unde non deest. Sed etiam secundum Zachariam Papam, ead. dist. retulerunt. si sacerdos simplicitate ductus, non intendens erorem introducere dixerit. Baptizo te in nomine Patris, & Filia, & Spiritussancta, baptismus non uitiatur. Si- † vero dubitatur de aliquo, utrum sit baptizatus vel non, statuit. Alex. Papa Tertius. extra de Baptismo. c. 1. q. baptizetur sub hac forma, Si es baptizatus, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te, in noie Patri, & Filij, & Spiritussancti, amen. ¶ Adhuc si † infans non potest nasci sed solum caput emittat, illud baptizetur, prius quam moriatur. ff. de reli. & sump. fun. l. cum in diuersis. Sed si mater in partu moriatur, incidatur, & infans uiuus de uentre extrahatur, & baptizetur. ¶ Circa † patrinos, qui in baptismo, & confirmatione necessarij sunt, dicendum est, q, ubi infans fari, uel credere nescit, patrinus interrogatur, & rndet pro eo, & in eius fide, & pfessione baptizandus saluatur. Quod ét ẽm Isido. eadem dist. paruulis. & c. seq. in ægroto, muto, surdo baptizandis contingit. Nã ét legimus Syrophenissam mulierẽ uenisse ad I. sum & rogasse pro sua filia spiritum immundum habente, & illam ad pces matris saluatam fuisse. Aug. quoq; ea dist. nihil. & c. seq. iusserit, q, responsio ipsius patrini ad celebritatem, i. solemnitatem pertinet sacramenti. q. d. non ad necessitatem. Paruulum. n. non fides illa, quæ in credẽtium uoluntate consistit, sed fidei sacramentum fidelem facit. unde fidelis uocatur, non rẽ ipsam annuendo, i. profitendo. Sed ipsius rei sacramentum recipiendo. Sicut ergo paruuli alieno errore damnati fuerant, sic ex aliena professione saluari posse necesse est ea. dist. illud, & c. seq. quare & cũ illi ad intelligibilẽ ætatẽ puenerint, dñs patrini insinuare illis professionem, quam pro eis fecerunt. † Porrò sacerdos baptizans, & cps confirmans sibi illos obligãt, q, de eis curam specialem gerãt: q. a. ipse non omnibus potest curam specialem impẽdere, idcirco patrino committit, qui se p illo fideiussorem constituit, q, renatum docebit orationem dñi, & symbolũ fidei, quam quilibet Christianus adultus scire tenetur, uel in lingua latina, uel materna: & si patrinus filiorum docere neglexe. it. grauissimè peccat. Itẽ † iuxta authoritatem Leonis Papæ ea. dist. & plures. unus tm̃ debet esse in baptismo, & unus in cõfirmatione patrinus, siue uir, siue mulier, & hoc pp pericula, q̃ consueuerunt contingere in coniunctionibus matrimonialibus. In qbusdam tamen ecclesijs contraria consuetudine hoc derogatum esse vẽ, & hoc ideo, qm̃ si ueniat in dubium de aliquo, utrum sit baptizatus, vel non, quanto plures sunt patrini, & testes baptismi, tãto fortius dubium excludetur, & tanto plures ad instruendum filiolum se constituunt debitores. Itẽ secundum canonem, ea. dist. in catechismo, & in baptismo, & in cõfirmatione uniꝰ idẽ patrinus sufficere pôt, ubi necessitas cogit. alias singulos singuli suscipiãt. Verum

baptizatis seu confirmatis patrinorũ perfidia, qui non consentiunt nõ obest. Cum igitur patrinus † filiolum instruere teneatur, & in fide ipsius baptizãdus saluetur, nullus debet patrinus effici, nisi sciat Dñi eam orationem, & symbolum. ea. dist. non licet, & c. sequenti, in quibus ipse tenet filiolum suum instruere, cum sit fideiussor fidei illius, & eum dẽt custodire pro posse, ne à fide & iustitia deuiet, castitatẽ custodiat, iustitiam diligat, & teneat charitatem, vtpote responsurus in die iudicij de omni excessu illius. Sunt autẽ † quatuor gña personarum, quas Ecclesia non suscipit in patrinos. Primum genus est Monachus, Abbas, Abbatissa, Moniales, & huiusmodi. Secundum genus sunt infideles. Tertium, illi, qui nondum sunt confirmati. ea. dist. in baptismo, qui alios non possunt tenere in baptismo, uel in confirmatione: non. n. ueri debent uocari fideles, vnde nec veri testes esse possunt. 2. q. 7. non põt. & c. seq. Quartum genus est vr. nisi prius ambo uotũ emiserint castitatis, si ambo eundẽ puerum de fonte leuarent, spũales patres eiusdem fierent, unde ulterius carnaliter commiscerí non debent, nec etiã (vt aiunt quidam) aliquis de sacro fonte leuare debet aliquos de sua consanguinitate, præsertim filium proprium uel filiam, uel uxoris, uel econuerso. extra de cog. spi. c. 2. & 4. quia charitatis dilectio p baptismũ propagari debet. Baptismi † solemnitate cõpleta itur ad fontes, cum triplici litania, & inde, q, ante baptismum & post, litaniæ circa baptisteriũ peraguntur, pro eo q, in Apo. legitur. Iris erat in circuitu sedis. Iris, ut ait Beda, quæ fit sole irradiante nubes, & quæ post diluuiũ fuit propitiationis indiciũ, significat intercessiones Sanctorum, sedes Ecclesiam significat, nubes sunt viri sancti, iuxta illud Esa. Qui sunt hi, qui ut nubes volant? qui ante aduentum Christi & post deuotissimè pro Ecclesia oraueruntt, & orant. Fit † autem hic litania circa fontes usque ad Sancte Ioannes Baptista ora pro nobis, eo q, ipse primus inuenit, uel docuit baptisma. Deinde similiter cum trina litania reditur vsq; ad Omnes Sancti orate pro nobis, ad ostendendum, q, ipsi orant pro filio baptizato, qui mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuẽtus est, ut in vera fide Trinitatis participet Sacramento baptismi, uel vt Deum, quem confessus est, diligat toto corde, & tota mente, & totis viribus. Sanè aguntur in quibusdã Ecclesijs septenæ litanię ante baptismum; quia oramus Sanctos intercedere pro nobis, ut Spiritussanctus, cuius gña septiformis est, ueniat super aquam baptismi. In aliis aguntur, qui nedum cathecumini baptizãtur, ut Deus custodire dignetur q, nq; sensus corporum eorum, ne per eos illecebris secularib. incitati purificationem in baptismo acceptã amittant. Triæ etiã q, nq; post baptismum aguntur, ut credulitatem Trinitatis, in qua baptizati sunt, & quã professi sunt, toto corde, tota mente, totisq; uiribus diligant. Quidam etiã cantant litaniam in eundo ad fontes pp spem, & inde redeundo propter rem, adnotandum, q, Sancti orant pro baptizandis, ut Sacramentũ uera fide percipiant, & pro baptizatis, ut in Sacramento ueræ fidei percepto confirmentur. In fine litanię, fiunt iuxta Apostolum petitiones, vt Propitius esto, parce nobis Domine, & obsecrationes, ut: Per natiuitatem tuam, libera nos Domine, & postulationes, ut Peccatores, te rogamus, audi nos. Quid † significet cantus post baptismum, dictũ est supra, ubi de cãticis agitur. Cæterum in quibusdam ecclesiis in lectionibus & litaniis senes præcedunt, & iuuenes subsequuntur, uel quia senes seruus, s. Eleazar adduxit Rebecã, ut Isaac iuuenis appreenderet eam, uel quia in baptismo iuuenescit ecclesia, & renouatur ut aquila iuuẽtus nostra. Rursus in quibusdam ecclesiis, dum duodecim lectiones leguntur, litaniæ dñr, & earum duodenarius numerus per tres quaternarios clericorum impletur, quibus oratur, ut in baptizandis doctrina capiat Apostolorum fidem Trinitatis ex quatuor virtutibus Prędicatorum.

SVMMA.

1 *Confirmatio non debet dari ante septimã diem post baptisma.*
2 *Spiritussanctus in confirmatione est tanquam tutor pupilli.*

3 *Baptizatus bis vngitur chrismate. Et quare.*
4 *Vnctio facta ab episcopo in fronte quid differt ab ea, quam facit sacerdos in ceruice cum chrismate.*
5 *Confirmari, aut baptizari his non debet quis.*
6 *Confirmatum cur percutiat in faciem episcopus.*
7 *In confirmatione quid agat episcopus. & num.8.*
9 *Patrini qui non possint esse in confirmatione, vel baptismo.*

De Confirmatione. Cap. 82.

1 SExto loco de confirmatione dicamus. Si quidem † post baptismū sequitur spirituale signaculum, s. confirmatio, q̄ profecto fit quando ad inuocationem Episcopi Spiritussanctus infunditur. ea. dist. accepistis. Baptizatus autem confirmari non potest, nisi demum post septem dies post baptismum propter septē dona Spiritussancti, quæ recipiunt in baptismo. Nam pro singulis donis decet dies singulos celebrare. Alij dicunt, q̄ statim post baptismū est confirmatio inchoanda, p̄p rationem scriptam sub quinta feria cenæ Dñi: vbi agitur de olei consecratione. Nā & Clemens Papa Primus statuit, vt baptizatus, quam citius fieri possit, confirmet, quia nō est perfectus Christianus, q̄ hoc nō necessitate, sed incuria, aut voluntate omittit. Hæc frontis chrismatio confirmatio dr; quia per eam Spiritussanctus datur ad augmentum, & robur. extra de sa. vnct. c. 1. Vnde, cū cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere: hanc non nisi summus sacerdos, i. episcopus debet conferre. extra de confir. quanto. quia de solis Apostolis legitur, quorū vicarij sūt epi, q̄ per manus impositionem Spiritūsanctum dabant. quemadmodū Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum audissent (inquit) Apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannē qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritumsanctum. nondum enim in quemquam illorum venerat: sed baptizati tantum erant in nomine Dñi Iesu: tunc imponebāt manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum. Cuius aduentus per mysterium vnctionis designatur, quia columba, in qua Spiritussanctus super Christum in baptismū descendit, ad vesperum in cataclysmo reuertēs, ramum retulit oliuæ virētis. extra de sacunct. c. uno. cuius vtiq; Sacrm Dauid Propheta prænoscens, exhilarandum faciem *Ps. 103.* in oleo prædicauit. Arnoldistæ tñ, perfidi hæretici, dicentes manuum impositionem siue consolamentū fieri posse à quolibet hoie bono, obijciunt ad hoc quod præmissum est de eo, quod legit in Actibus Apostolorum, q̄ Ananias Saulo, & Symeon, & Lucius Siren, & Manaen Barnabæ, & Saulo manus imposuerunt, qui tñ nec Apostoli, nec epi fuisse leguntur, & ex eo, q̄ prædicitur, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem, apparet, q̄ epi dent illuc ire, ubi sunt, quibus sit necesse manus imponi: cumq; illuc venerint, orant pro eis, dicentes. Emitte in eos septiformem Spiritumsanctum &c. Non. n. discipuli dabant Spiritumsanctū, sed orabant, vt ueniret in eos, quibus manus imponebant. Hoc ergo agit † epalis confirmatio 2 baptizato, quod tutor pupillo. Quid em prodest amplam hæreditatem filio relinquere, nisi ipse, uel lex, aut præses illi prouideat de tutore? Paracletus quidem est eius cōsolator in Christo, custos & tutor baptizati, qui suadente diabolo posset, sicut & pupillus suā perdere facultātem, i. baptismi vtilitatē, si hunc non hēret tutorem. In confirmatione ergo totius Christianę religionis mysterij plenitudo completur. In baptismo namq; per Spiritumsanctū datur remissio peccatorū: hic aūt ipse spiritus inuitatur, ut ueniat in domū ipsam, quā sanctificauit, descendere, & habitare dignetur, & ad epi inuocationem infunditur. ead. dist. accepistis. Vnde Vrbanus Papa inquit: Per manus epalis impositionē Spiritussanctus datur, ex quo cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur, ut quis plenus sit Christianus: Bis † ergo vngitur chrismate baptizatus, s. in 3 vertice, & in fronte: nam, & ipsis Apostolis bis fuit datus Spiritussanctus. Primo in terra, quando Christus exsufflauit in

eos dicēs: Accipite Spiritumsanctum. Secundò, à cœlo in die pentecostes, sed & ipsi Apostoli receperunt Spiritumsanctum in baptismo. Non. n. credendum est ipsos non fuisse baptizatos, qui alios baptizabant, vt præmissum est. Hæc ergo duplex baptizatorū vnctio significat, q̄ Spiritussanctus datus est Apostolis semel in terra, ad dilectionem proximi, & semel in cœlo ad dilectionem Dei. vnde ad notandum pulchritudinem donorum Spiritussancti, quæ in confirmatione conferuntur, dr. Emitte in eum spiritum sapiētiæ, & intellectus, &c. Hęc, sunt vestes quibus induuntur filij regis, de quibus dictū est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius, & de quib. di- *Gal. 2.* cit Apostolus: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Non. n. habet Christum pro indumento, qui donis Spiritussancti, quibus Christus ab ipsa conceptione ornatus fuit, non est ornatus. ¶ Differt 4 aūt hæc † vnctio, quæ fit in fronte per Episcopum, ab illa quæ fit in cerebro, siue in vertice, per sacerdotem. Primo; quia ſm Rabanū de consec. dist. 6. nouissime in illa signatur supra baptizatum Spiritussancti descensio ad habitationē Deo consecrandam. in hac verò signatur, vt eiusdem Spiritussancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis, scientiæ, & virtutis venire in hominē declaretur. Secundò differunt, quia per illam, quæ fit in vertice, anima Christo desponsatur: per istam verò ditatur & dotatur. ¶ Item per illā ostēduntur vulnera esse sanata, per hanc plenitudo gratiarum confertur, quod ex verbis utriusq; vnctionis pōt perpendi. In col- 11 latione. n. illius vnctionis dicit sacerdos, Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritusancto, quique tibi dedit remissionem omnium peccatorū, ipse te liniat chrismate salutis in vitam æternam. His verbis, quæ est salutatio in vitam æternā, per hanc vnctionem obtineri ostenditur, sed hæc verba transcendit Episcopus in vnctione cōfirmationis, dicens. Emitte in eum septiformē Spiritumsanctum tuum paracletum de cęlis, spiritum sapientię & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum sciētiæ & pietatis, & impleeum spiritu timoris Domini, & consigna eum signo sanctæ crucis, propitiatus in vitam æternam, consigna inquam, vt Spiritumsanctum non amittat. In † concilio 5 Thole. de consec. dis. 5. dictum, & c. seq. dr, q̄ nullus debet bis confirmari, sicut nec rebaptizari. Post orationem, quam cōiter dicit Episcopus super oēs confirmandos, si plures sint, singulariter cuilibet frōtem linit in modum crucis, chrismate, cum pollice, dicēs cuilibet. In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, Pax tecum. Quæ salutatio fit ad nouum hominem, qui dignus est salutari pp vitæ nouitatē, & qui secundum Deum creatus est in iustitia, sanctitate, & veritate: interim. n. cum erat 13 vetus, non erat salutādus, sed tātum erat pro eo orandum. Idcò autem fit in modum crucis, & cum chrismate, sicut & oīa chrismata cum crucis figura perficiuntur. de cōse. dist. in. 5. nunquid. vt appareat, q̄ est illius, p̄ cuius crucem redemptus est, sine quo signaculo non oportet nos ante Deum repræsentari. Quod fit cum pollice, quia ille in cōsecratione Pontificis est ad hoc specialiter consecratus. Vel quia omne datum optimum descendit à patre luminum, ideò in fronte, quia ibi melius & citius vr, vt sic exterminator Angelus videns cum hoc signo munitum, ad se nō pertinere, pertranseat, sicut pertransiuit domos Hebræorum in Aegypto, ubi vi- *Exod. 12.* dit vtrūq; postem linitum sanguine agni, & percussit primogenita Aegyptiorum, in domib. vbi hoc signum non erat. Quid enim est sanguis agni nisi fides passionis Christi? vterq; postis hoc sanguine linitur, cum fidem passionis Christi in corpore & mente gestamus in corpore per misterium, in mente per efficaciam. Ideoq; fit in fronte quia perfectorum est, non in occulto, sed in manifesto Christi nomen semper hīe. hinc est, qd Ioan. Apost. ait, *Apoc. 14.* Vidi supra mōtem Sion agnum stantē, & cū eo centū quādraginta quatuor millia habētes nomen eius, & nomē patris eius scriptū in frontib. suis: Stare n. & n monte, & cum agno, perfectorū est, & p̄fectio in cōfirmatione datur, vt præmissum est. Melius quoq; in fronte infigitur, in quo summus Pōtifex laminā auream figebat, in qua scriptū erat ineffabile nomē Dñi,

& vt baptizatus libere confiteatur, quod credit, extra de sac. vnct. quia corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem, memor eius, quod Dominus ait. Qui me confessus fuerit coram homi- 7
nibus &c. Subsequenter † Episcopus confirmatum percutit in faciem. Primò, vt tenacius memoriæ teneat, se hoc sacramentum recepisse. Secundò: quia hoc sacramentum datur baptizato ad robur fidei, vt præmissum est, vt videlicet sit ita fortis in fide in baptismo susceptа, & vlterius corã quocunq; confiteri nomẽ Christi non erubescat. Tertio, hæc percussio representat manuum impositionem, qm̃ Apostoli per manus impositionem confirmabãt. Quartò, ad terrendum malignũ spiritum, vt fugiat, & ne redire audeat, sicut fecit beatus Benedictus, liberans per alapam monachum, qui a maligno spiritu vexabãt, vt legitur in dialog. Greg. lib. 2. 8
c. 32. † Duo ergo facit Episcopus, primum quia eum vngit in fronte, secũdum, quia ipsum percutit in facie. Vnctio significat vnguentum gratiæ quantum ad actus audaces aggrediendi ea, quæ pertinent ad fidem: percussio verò fit, ne vlterius confundat, aut timeat confiteri nomen Christi, quasi dicat Episcopus confirmato, Itа sis fortis, vt quicũq; sic te percusserit, vel quocunq; alio modo tibi cõfusionem fecerit, pro eo, quia Christi fidem cõfiteris, tu in his omnibus nõ erubescas: percussi enim in facie erubescere solent. Similiter etiam fit alicubi, propter eandem causam militibus nouis. Fieri põt confirmatio in campo, melius tamen fit in ecclesia, aut in atrio ecclesiæ. In Bucardo lib. 4. c. episcopus. In concilio Aurelianẽ. de consec. dis. 5. vt ieiunijs. statutum est, vt sacramẽtum confirmationis a ieiunis & iuuenibus perfectæ ætatis, puta duodecim vel quindecim annorum, seu adultis, monitis prius peccata confiteri, conferatur. hodie tamen quam citius potest, hoc fiat, vt 9
præmissum est. Chrismato autem, † aliquo panno albo frons sua circuncingitur, ne recens vnctio defluat, aut deleatur, & septima die deponitur, sicut supra. vbi agitur de baptismo, dictum est. Et in concilio Beluacen. de conse. dist. 4. si quis noluerit. dicitur, q̃ pannus chrismalis, quo caput pueri in fronte per episcopum, vel in veritice per presbyterum chrismati circuncingitur, potest iterum super alium baptizatum imponi. Item non † confirmatus, 10
non potest alium tenere in baptismo, vel in confirmatione, nec vir & vxor, vel consanguineus, vel etiam plures teneãt confirmãdum, prout in baptismo dictum est.

S V M M A.

1 *Altaria cur cooperiantur Sabbato sancto*
2 *Sabbato sancto Missa aliter & præter morem celebratur. Et quorsum.*
3 *Campana cur pulsentur, dum cantatur Gloria in excelsis, sabbato sancto.*
4 *Sabbato sancto cur nõ dicatur graduale, sed alleluia. & tractus. Et cur eodem-met die lumen non portetur ad Euangelium, sed incensum num. 5.*
6 *Sabbato paschatis cur omittatur offertorium. Item post communio num. 7.*
8 *Sabbato paschatis cur breui vespere. & vna cum Missa terminentur.*
9 *Sabbati paschatis priuilegium.*

De Missa. Cap. 85.

SEPTIMO loco de Missa huius diei dicendum est. In qua quidem plura sunt notabilia. † Primò q̃ ante Missam altaria cooperiuntur, qđ 1
fit, quia iam Ecclesia incipit resurrectionis præludia celebrare, Magna enim pars huius officij ad illam pertinet, & in resurrectione Christus, qui per altare significatur, stola corporis indutus est. Item ministri Altaris, pretiosis & splendidis sunt vestibus decorati, ad significandum, quod neophyti sunt indumentis virtutum ornati. † Item Missa ideo 2
non cantatur solito more, quia in ea non dicitur introitus, qui est caput Missæ, eo q̃ ille, qui est caput, & principiũ nostrum, subtractus est, & in sepulchro fuit, & nocte resurrectionis, licet resurrexisset, tamen à suis nesciebatur, vnde cum Maria Magdalenæ inuenit monumẽtum vacuũ, credidit eum esse sublatum. Hac. n. die, & in vigilia pẽtecostes seruamus antiquum ecclesiæ

ecclesiæ morem, qui fuit ante Papã Cœlestinũ, secundum quem introitus in missa non dicebatur, sed a Κύριε ἐλέησον, incipiebatur. Incipit ergo a Κύριε ἐλέησον officium, q̃ est quidam vox lætitiæ, de hoc, q̃ neophyti sunt renati, rogat ecclesia, vt dominus eos in nouitate conseruare dignetur. Omnia. n. quæ dicuntur vsque ad Euangelium, ad eos referũtur. Sequitur Gloria in excelsis, q̃ ideo cantatur. Primò quia pax data est renatis, quæ ab Angelis nunciata est in nocte natiuitatis: cũ ergo ipsi sint renouati gratia Dei, posstũt cantare cum Angelis. Secundò ideo qm̃ Angeli, qui primo illud nato domino cãtauerunt, pro renatis in baptismo gloriãtur. Tertiò, quia resurrectio Christi proxima est, ideo dr̃ iste angelicus cantus, & cum ipsis Angelis chorus exultat perso- 3
nãti melodia, & campanæ sicut † signa ẽt concrepant, quæ hactenus fuere muta. Collecta etiam de renatis manifesta est, quæ est, Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria. dominicæ resurrectionis illustras, conserua in noua familiæ tuæ ꝓgenie spiritum adoptionis, quẽ dedisti &c. Cui præmittitur Dñs vobiscũ, & nõ Pax. ut iam dicetur. Similiter epistola refertur ad eos, videlicet. Si consurrexistis cum Christo, q̃ sursum sunt, q̃rite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, ad Colost. 3. c. quasi dicat, resurrexistis in baptismo a peccatis, sicut Christus resurrexit ab omnibus infirmitatibus suis. Sed ad quid debent laborare resurgentes, nisi quæ sursũ sunt obtineant? Ideo dicitur, Quæ sursũ sunt sapite, non quæ super terram, i celestia, non terrena vobis sapiãt, & additur, mortui .n. estis, & vita vestra abscondita
Ca. 2. est cum Christo in gloria. Mortui enim estis peccato, & mortui estis vobis, vt iam non vobis, sed domino viuatis, sicut dicit Apostolus, Viuo ego, iam non ego, sed viuit in me Christus. Vita autem vestra abscondita est in Deo, ideo quia nondum apparet, quod futuri estis, sed cum apparuerit Christus vita vestra, apparebitis cũ ipso in gloria. Ecce ad quid debeant tendere neophyti, s. vt sint, & appareant cum Christo in gloria, ad quam representanda ii ministri altaris solemnes vestes induunt, vt renatorum stolam innocentiæ demonstrent: in epistola vero baptizati instruuntur, post epistolam uero sequitur alleluia, quod est uox angelica, siue canticum Angelorum, sicut ostendit Io. in Apoc. dicens, Audiui quasi vocem *Ap. 18.*
tubarum multarum in cælo dicentium alleluia, quia Angeli gloriantur ꝓpter baptizatos a diaboli seruitute ereptos, & ad fidem cõuersos. ¶ Et † dicitur alleluia 4
sine graduali ad significandum, q̃ caput nostrum quieuit, ubi .n. est quies, ibi non est motus, ubi autem non est motus, ibi non est ascẽsus de gradu in gradũ, quod significat graduale. ideo autem graduale non dicitur, quia baptizati nondum per opera in uirtutibus gradum fecerunt. Dicitur autem tractus, qui significat patientiam, per quam expectare debent gloriam sempiternam, quam sequens sabbatum in albis representat, in quo sabbato non cantatur graduale; quia ibi non est necessarium bonum opus, uel tractus, qa nec patientia, sed duplex alleluia pro duplici gloria, s. animæ, & corporis. de hoc sub titulo de septem debus post pascha dicẽt. & præter morem ante tractum ponitur alleluia, quod est quædam uox lętitię, ad notandum lætitiam neophytorum, quam habent de spirituali nouitate. Sed quia graues sunt labores uiæ, sequitur tractus, qui dicitur a trahendo. Ad idem tamen inuitantur neophyti in uersu alleluia, & in tractu, uidelicet ad Dei laudem. Nam alleluia sonat, Laudate dominum, & in uersu alleluia dicitur. Confitemini dom. i. laudate dom. & additur cã, quoniam bonus est in se, & nobis, cum quibus misericorditer, & benigne egit dimittendo peccata in baptismo. & cantatur in tono resurrectionis. s. octauo. Sed quia effectus benignitatis posset esse ad tempus, ideo subditur, quoniam in seculum misericordia eius. Ad diem etiam inuitãtur in tractu, s. Laudate Dñm omnes gentes, &c. quoniam confirmata est &c. reuera firma tur misericordia, quæ in æternum durat, sicut in uersu alleluia, dictum est, Hæc ât duo scilicet misericordia, & ueritas in psalmis iunguntur, ut nec misericordia iniusta, nec veritas nimis austera credatur. 40. dist. disciplina. 2. q. 4. non est iniusta. Quare duplices laudes dicuntur, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quare tractus, & quare subhu miliori lingua dicitur, sub tit. de 7. diebus post pascha dicetur. Secundò, & alleluia, ideo prius, quàm tractus dicitur, quia hebræa lingua, mr̃ est nobilissima oīum linguarū propter authoritatem diuinæ scripturæ: Latina uero inferior, quasi filia, præterea alleluia significat Iudæos prius conuersos, tractus Gentiles postea credentes. Tertiò dicitur primo alleluia, in memoriam prioris status Adę. Sequitur tractus in memoriam sequentis. Præcedit etiam alleluia propter gaudium reuertentium de captiuitate Babylonica. In alijs uero diebus graduale præcedit alleluia, ꝓpter profectum proficientium. Deinde sequtur Euangelium. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati. Matt. 27. cap. in quo de solicitudine mulierum circa Domini sepulchrum, & de ministerio Angelorum. & de resurrectione Saluatoris agitur. usq; nunc. n. fuit sacrificium neophytorum, sed de hinc resurrectio ad memoriam reuocatur. ¶ Et nota, ꝙ uespere sabbati hic accipitur pro nocte, & est sensus, uespere sabbati, i. in nocte sabbati. Sed quia credi posset, ꝙ uenissent mulieres in principio noctis, uel in medio, idcirco adiunctum est, quæ lucescit in prima sabbati, i. quæ pertinet ad lucem primi sab-
Gal. 15. bati. Lucescerat. n. iam, quando uenerat Maria Magdalena, & altera Maria uidere
5 sepulchrum &c. ¶ Ante † Euangelium autem non portatur lumen, nec etiam in quibusdam ecclesijs candelabra cum luminarijs stant ad Missam super altare. ¶ Primo, quia ille, qui est lumen, nōdum nobis redditus est; qm̃ eius resurrectio nōdū erat manifesta, imò credebatur adhuc in sepulchro latere. ¶ Secundò: quia mulieres Christum non Deum, sed solū modo esse mortalem credentes, occultè sine lumine ibant ad sepulchrum, ut ungerent corpus Iesu. ¶ Tertiò, ad notandū cæcitatem cordis ignorantium ipsum resurgere posse. Incensum tamen fertur in signum, ꝙ mulieres tulerunt aromata, ut ungerent Iesum. Rursus accensa luminaria non feruntur, sed incensum fit. Ad notandum, quòd tunc orationis affectio, q̃ ꝙ incensum exprimit, animis infirmorū non deerat, sed ueritatis lux, quæ per accensa luminaria designatur, eis certitudinaliter non clarebat propter Domini sepulturam. post Euangelium non dicitur Credo, ut per hoc infirmorum animorū dubitatio denotetur. Quædam tamen ecclesiæ dicunt hac die Credo, & per totam sequentem hebdomadam, quo renati assueuerant se in Deum tendere, & ea, quæ de Christo dicta sunt in Euāgelio, firmiss ſime credere. † Offertoriū quoq; non dr̃, 6
in quo significatur. ¶ Primo, filētium mulierum, quæ territæ, quasi cum silētio recesserunt à monumento, ad quod uenerāt, ut Christo unguentum offerrent. ¶ Secundo, ꝙ ipsæ uenientes, iuxta legis mandatum ungere corpus Iesu, latenter uenerunt ad sepulchrum, & contra illud in silentio steterunt, timentes respōdere Angelo, uel custodibus sepulchri: ergo earū more cantores silent. ¶ Tertiò, q̃ nondū 7
surrexit, qui dat nobis, quod offerre possimus. Cantatur aūt Sanctus, sanctus, sanctus, quod est Angelorum canticum, quia Angeli tanquam nihil timentes in sepultura Domini, & eius resurrectione, quam non tacuerunt, suum habuerūt mysteriū. In canone etiam, s. infra actionem fit mētio de renatis. Agnus Dei non cantatur, tum quia nōdum surrexit, ꝙ ipsi scirent, qui in die resurrectionis dixit discipulis. Pax uobis. Tum, quia discipuli tunc desperauerant, neque credebant eum esse Deum, qui redimeret Israel. Vnde Cleo- *Lu. 24.*
phas dixit, Nos sperabamus, ꝙ ipse esset redempturus Israel, q. d. iam non speramus: imò desperamus. Sed & mulieres, q̃ uenerunt ad monumētum, credētes corpus sublatum esse, non credebant, ꝙ ipse peccata mūdi tollere posset. Vnde & Maria Magdalena, quæ fuit magis solicita, audiuit a Domino, Noli me tangere: nō- *Io. 20.*
dum. n. ascendi ad Patrem meum, subaudi in corde tuo, idest, nondum credis me esse æqualem patri. ergo non credis me tollere posse peccata mundi. In quibusdam tamen ecclesijs dicitur ter Agnus Dei, sine Dona nobis pacē. Non datur ēt pax in detestationem oculi proditoris, & quia Christus, qui est uera pax nostra, nondum pacem nunciauit, quia nondum surrexit, qui in die resurrectionis Apostolis ait, Pax uobis. Vnde fortè hic mod⁹

salutationis, s. Pax uobis ab episcopo in principio huius Missæ non dr̃, licet differtur, vt nouam salutationem in die resurrectionis suæ populus affectuosius amplectatur: in aliquib. tñ ecclesijs pax datur, eo ꝙ Gloria in excelsis cātatur. Postcōio
7 ēt non cantatur. ¶ † Primò ad notādū, ꝙ non erāt tunc, qui in fide Xp̃i cōicarent. ¶ Secundò, quia baptizati nōdum cōmunicauerunt, sed in die Paschæ cōicare debent. Tertiò; quia nondum surrexit, q̃ nobis dat, ꝙ cōicemus. ¶ Quartò; q̃a uesperæ, quæ sequuntur, uicem obtinent postcommunionis. ¶ Quintò; quia omnes tacuerunt in Christi cōprehensione, & crucifixione, ideo cantores tacent. Cantoribus igitur tacentibus, sacerdos suum implet officiū; q̃a Apostolis de resurrectione dubitantibus. & mulieribus timētibus, & nil dicētibus Xp̃s ipse per suam gloriosam apparitionē q̃bus uoluit, fecit se ma-
8 nifestum. † Consequenter inter cœnandum, i. dum sacerdos cōicat, adijciuntur breuissimæ uesperæ, s. Laudate dñm oēs gentes, quæ quasi non sunt uesperæ, quia sabbatum æternæ quietis, quod per hoc sabbatum figuratur, nullam habet uesperam: fit etiā officium breue propter ipsos neophytos, quibus oīa debent breuiter cātari, maximè primo die, ne eis generetur fastidium ex prolixitate, vnde sub vna collecta Missa; uesperæ clauduntur, ne fortè si finita Missa dicerentur uesperæ, neophyti nō auditis uesperis recederēt credentes hr̃e licentiā abeundi. Vnde ideo totum officiū sub vna oīone cōpleī; qm̃ sacr̃m baptismi in Christi passione consumatur, Vel ideo dies hæc in Missa, nō in uespera terminat, ut Xp̃s, qui nos à morte redemit, sine fine laudetur, qui est in sæcula benedictus. In quibusdam autē ecclesijs cantatur Ps. Laudate Dñm, sine gloria, q̃a filius, qui est tertia persona in Trinitate, nondum scitur esse nobis redditus. Rursus inuitantur neophyti ad laudem dñi per psalmum illum, Laudate. & ipsi se laudare respondēt, dicentes, quasi
9 vnus homo per se, uel p alios, Magnificat anima mea dñm. Hoc † sabbatum priuilegiatum est, quia in eo fiunt ordines, cathecumini post baptizantur, cereus benedicitur, & plures lectiones leguntur.

SVMMA.

1 *Paschale tempus quid significet.*
2 *Pascha quid, & vnde dictum.*
3 *Pascha cur potius à græca, quàm hebraica lingua nomen sortitum. Aut potius latina num 4.*
5 *Paschatis tempus vnde incipit, & quomodo terminetur.*
6 *Paschatis solēnitas celeberrima omniū. & variè pro varietate regionum. n. 9.*
7 *Paschatis die nihil comedendū, quod non sit benedictum a sacerdote, ac signo crucis signatum, num. 8.*
10 *Paschales feriæ quot celebrandæ.*
11 *Pascha semper celebrādū die dominico. Et quorsū, ibi, & n. 12. 13. 14. et infra.*
15 *Pascha triplex facerūt Iudæi, quod erat figura nostri paschatis.*
16 *Paschatis septem septimanæ.*
17 *Paschale tēpus dicitur quinquagesimæ.*
18 *Paschale nos debemus adinuicē salutare, & osculum præbere, idque Romani Pontificis exemplo.*

De die sancto Paschæ. Cap. 86.

SEQVITVR videre de festo paschali, de quo primo aliqua generalia prę-
mittemus: consequenter uero de nocturno huius
dici officio: postmodum de diurno aliqua supponemus. Siquidē I
† tempus paschale significat tēpus illud, quod erit post diem iudicij, qñ uidelicet ad patriam uitæ, quā per Adā amisimus, Deo ꝓpitiante regrediemur, qua consideratione pōt dici hoc tēpus regressionis, quod tñ incipit in octaua. In hac autē die resurrexit dominus, quæ est mundi prima, & rediēs ad caput, est octaua, vt dicetur in ꝓmio septimæ partis, de qua dicitur in Paralipomenō, in ti. psal. norū quam octauam, sicut septem mundi ætates præcedunt, quarum sex sunt uiuētiū, & septima dormientium, sic & septē dies nostræ reconciliationis hanc diem præcedunt: sic quoque septem dominicæ a Circundederunt, vsq; ad Lætare Hierusalē, præcesserunt, quas interposita domi-

nicæ passionis memoria hæc dominica octauæ ætatis representatiua sequitur, in qua ēt representatur, q̄ sicut octaua est eadem cum prima, sic restituetur homo in idipsum, & ad id quod fuerat cōditus: imò supra primæ originis reparabitur dignitatem, & consequenter corporis, & animæ fœlicissimam immortalitatē. Qualiter dñs tribus diebus, & tribus noctibus fuit in sepulchro, & qua hora resurrexit, & qua hora hoc tempore deberet dici officium matutinū, & quare hac die pascha celebratur, dictum est sub 4. feria cœnæ
2 dñi, & sub sabbato. ¶ Sanè † πάσχα græcum nomen est, quod hebraicè dr Phase, quod latinè transitus interpretatur, ſm Bedam. Non dicitur pascha, a passione ex eo, quia πάσχειν græcè, dicitur pati latinè, sed dicitur a transitu, & hoc primo secundum historiam ex eo, q̄ exterminator Angelus videns sanguinem in foribus Israelitarum pertransijt, nec eos percussit, tunc etiam populus ex Aegypto transiuit, i. exiuit, tertiaq; die mare rubrum p̄ transiuit. ¶ Secundo, ſm allegoriam; quia ecclesia in hoc tempore transiuit per baptismum ab infidelitate ad fidem. ¶ Tertiò secundum tropologiam; qñ hoc tempore transimus per contritionem, & confessionem de vitijs ad uirtutes, ut infra dicetur. ¶ Quartò, secundum anagogē, quia tunc Christus transijt a mortalitate ad immortalitatem, & faciet nos etiam transire, vnde in Euangelio. Cū uidisset Iesus, inquit, quia uenit hora, ut trāsiret de hoc
3 mundo ad patrem &c. ¶ Nominamus † autem hanc diem græco, & nō hebraico uocabulo, licet lingua hebraica dignior sit tanquā mater. ¶ Primò, ne in hoc videamur iudaizare. ¶ Secundò, ne in hoc imitemur quosdam hæreticos, dicentes Euā gelium sine cęremonialibus non sufficere ad salutem. ¶ Ité utimur græco, & non
4 latino † uocabulo, p̄ authoritatem, quoniam græca lingua antiquitus Romæ, & in Italia tantæ fuit authoritatis, ut nō solum dies solennes græcis nōibus nuncuparentur, ut pascha, pente. ὑπατὴ, & epiphania, verum ēt dignitates, ut Apostolicus, patriarcha, archiepiscopus, episcopus, & huiusmodi. Isidorus tamen dicit, q̄ pascha uocabulum nō græcum, sed hebraicum est, & Innoc. Tertius, dicit in quodā sermone, q̄ pascha hebraicè dr à Phase, quod est transitus, græcè verò a * πάσχειν, quod est pati. Augu. dicit. q̄ hoc nomen Pascha, per diuinam dispositionem compactum est ex hoc noīe græco πάσχειν, quod pati interpretatur, & ex hoc nomine hebræo Phase, quod transitus interpretatur, nam hæc duo conueniunt in hoc nomine paschā; tam secundum significationem quàm secundum uocem, secū dum significationem, quoniam in passione Xp̄i fuit eius transitus, unde merito hoc nomen habet intellectum vtriusque noīs, & est latinum, ut sic ex duabus linguis fiat, tertia, s latina, & est hoc nomen pascha primæ declinationis, neut. gen. q̄ solum in tribus græcis nominibus inuenitur, s. pascha, manna, & mammona. Vel est tertiæ declinationis, ut dicatur pascha paschatis, sicut dr phantasma, tis. ¶ Vocatur † autem pascha ipsa dies resurrectio- 5
nis, & etiā tempus a dominica in ramis palmarum vsque ad octa. paschæ & in dominica ipsa inducebatur agnus, qui in 5. feria imolari debet. Veruntamen secundum vulgi consuetudinem dñica in ramis pal. dr pascha floridū feria 6. paschæ: hodierna verò dies pascha, olim tamen propriè dicebatur pascha dies illa, in qua agnus imolabatur. Solemnitas paschę autem antonomaticè dicitur solemnitas solemnitatum, eo q̄ cæteras solemnitates huius solēnitatis nobilitas † antecedit, & 6
oēs dies dominici sunt octauæ huius festi; ut dicetur in ,,pœmio septimæ partis. & in ea omnia ęquitię insignia ,,ponūtur, templum quoq; mundatur, & ornatur in parietibus; q̄a in eis cortinæ, & pallia extenduntur, & in choro dorsalia, & tapeta extenduntur, & banchalia disponuntur. Velamen ēt, quod erat ante crucem, uel in altum dirigitur, uel remouetur, uel retro altare ponitur, ad notandum, q̄ prius occulta, modo sunt manifesta: altare quoque suis ornamētis decoratur, ut in quibusdam ecclesijs, vexillis, q̄ significant uictoriam Iesu Xp̄i, crucibus, & alijs. De quo, & de velaminibus triū colorum, quæ hac die in tribus lectionib. de altari remouēt̄ur, & de triplici ornatu materialis templi dictum est in prima par. sub ti. de pictu-

picturis. Ministri quoque ad decorem huius solennitatis se balneis prælauant, barbas, & coronas tondunt, capillos deponunt, vestes siue cappas nigras deponunt, & albas induunt, quæ licet ad decorem fiant ad spiritualem quoq; hominem referūtur. Non.n lauamur ad uoluptatem, sed ad significationem, ut. s. per exteriorē lotionem corporis, interiorē animę debere fieri ostēdamus: barbas & coronas tondere est superfluitates, & uitia deponere, capillos super aures tondere, est quinque sensus corporis ad seruiendum Deo expeditos habere: nigras uestes, siue cappas exuere, est asperitatem pœnitentiæ deponere, albas siue superpellicia induere est stolā immortalitatis firmiter expectare, uel per uestem albā significamus innocentiæ stolam renatorum, uel per hoc representamus hodiernam apparitionem angelorum, qui in uestibus albis apparuerunt.
7 ¶ In hac † sancta die nihil, quod a sacerdote non sit benedictum, comedere debemus, quia inimicus noster nunc nos magis satagit supplantare. Vnde in quibusdam locis quæcunque comedi debent ad ecclesiam portantur, & in atrio, uel uestibulo ecclesiæ cum cruce, & aqua benedicta, & in uestibus sacris à sacerdote benedicuntur. Hinc est, q̄ hodie agnus a sacerdote benedicitur, ad representandum, q̄ Deus per Mosen & populum agnum comedi iussit in figuram Iesu Christi, cuius sanguine omnia primogenita sibi de mundo redemit, & Angelo in nocte illa omnia primogenita in Aegypto percutiente, populum suum seruauit agni sanguine prænotatum. Agnus aūt secundum Rom. ordinem nō ad altare, sed ad mensam benedicitur. In quibusdam ēt locis benedicitur lac, & mel in memoriam eius, quod Dominus inquit patrib. nostris Abrahā, Isaac, & Iacob. Introducam uos in terram
8 fluēt̄em lac, & mel. Nullus † debet etiam unq̄ aliquid comedere, nisi prius saltem signo crucis facto. Vnde legitur in dialogo Greg. Papę, lib. 1. c. 4 quòd cū quędā monialis iret per hortū lactucam sine benedictione comedit, & simul dæmonem, qui super eam erat, susćepit, qui eam multum uexauit. Nos quoq; uidimus in ciuitate Bonon. puellā à duobus spiritib. immundis, & malignis triennio uexatam. Cumque a quodam perito uolente illos cum exorcismis, & abiurationibus ab humano corpore pellere, interrogarentur, qualiter corpus mulieris intrasset; respon derunt, quod sedebant in quodam melo granato, q̄d ipsa puella comederat, qui tandem uirtute adiurationum nobis pręsentib. ab humano corpore recesserunt, † 9
In quibusdā quoq; locis hac die in aleis, ut in Natali prælati cum clericis ludunt, uel in claustris, uel in domibus episcopalibus, ita ut ēt descendant ad ludum pilę, uel etiam ad choreas, & cantus, quod uocatur libertas decembrica, q̄a antiquitus consuetudo fuit apud Gētiles, quod hoc mense, serui, pastores, & ancillæ quadā libertate fruerentur, & cum dominis suis dominarentur, & cunctis facerent festa, & cōuiuia, post collectas messes; laudabilius tñ est a talibus abstinere. In plerisque ēt regionibus mulieres secunda die post paschā uerberant maritos suos, die uerò tertia mariti uxores suas. Sicut & antiquitus licebat seruis Dominos saltē in crimine adulterij accusare impunè. 12. q. 2. cōnē. Hoc autem fit, ad notādum, q̄ debent seinuicem corrigere, ne alter ab altero hoc tempore exigat debitum tori. Statutum est. n. de consc. dist. 2. omnis homo. 24. c. 1. quod cum hac die cōmunicare debeant, tribus præcedentibus, & tribus uel quinque, uel septem sequentibus diebus ab amplexibus uacent, quod sumptum est à Dauid, qui cum pueris suis accepturus panes propositionis ait ad Abimelech sacerdotem. Continuimus ab heri, & nudius 3. Reg.
tertius. de consc. dist. 2. tribus. 10. q. 1. hanc 33.
consuetudinem. ¶ His † tribus diebus pri- 10
mis solenniter est feriādum, in sequentibus uero licet uiris ruralia opera, quę magis necessaria sunt exercere, sed fœminis non licet nere, nunquam aūt choreas ducere; qua secundum Greg. melius est fodere, & arare, quàm choręas ducere. Inde est, q̄d hi singuli dies propria hūt responsoria, cæteris uero in quibusdam ecclesijs mutuata, in alijs tñ habent etiam usq; in 5. feriā propria. Fiunt quoq; apud quosdā hoc tempore aquarum dimersiones, ne q̄a homines uigilauerūt in 40. in his sanctis diebus dormire uelint. ¶ † Hoc quoq; 11

notan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

notandum est, q̃ Pascha nostrum semper debet fieri in die Dominico, sicut statuit Pius Papa, de conse. dist. 3. nosce, & c. seq. & eciã Victor Papa, qui propter hoc concilium Palestinum cõgregauit. licet enim prius eodem die celebraretur, quia tamẽ quidam inde dubitabãt, Angelus Dñi ad corroborãdos eorum animos apparuit in habitu pastorali Hermæ Doctori præcipiens, ut Pascha semper die Dominico ab omnibus celebraretur: Dominus tamen vere surrexit in die 6. Cal. April. nam passus est 8. Cal. Aprilis, videlicet in die tali, in quali cõceptus est, siue in quali annunciatio Virgini facta est: prout dictum est sub ti. de parasceue. Celebrari etiam debet Pascha in lunatione Aprilis; quoniã in Exo. præcepit Dominus, q̃ mensis ille primus haberetur, & agnus die 14. immolaretur. vnde Victor Papa de conse. dist. 3. celebritatem dicit, q̃ Pascha debet celebrari post 14. diem lunationis April. qui est primus mensis, secundũ Hebræos, vsq; in 21. diem eiusdem mensis. i. lunationis. Loquitur. n. ibi de mense lunari, non de solari; q̃n in alla lunatione est semper pascha vsq; in 21. diẽ, & vsque ponitur ibi inclusiue, quoniã includitur ipsa 21. dies: vult ergo dicere Victor Papa, q̃ pascha non debet esse intra 14. diem lunationis Aprilis, nec post 21. diem illius. Si enim 14. dies lunationis est in die Dominica, vbi est pascha Iudæorum, & Dominica sequenti est pascha nostrum. s. in 21. die, & hęc lunatio quandoque incipit à Martio, de quo plene in fine 7. partis dicetur. Ecclesia tamẽ antiquis celebrabat pascha cũ Iudæis 14. luna primi mensis, quocunque die occurreret, quem ritum sancti patres in Nicæna synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem, & mensem inquirere, sed etiam diem Dominicæ resurrectionis obseruare, & ideo extenderunt pascha à 14. luna vsq; ad 21. vt dictum est, ut sic & dies Dominicus nõ omitteretur, & in die resurrectionis Dñi celebraretur, & hoc pluribus de
12 causis. ¶ † Primò, ne Ecclesia videatur iudaizare, & figuris Iudaicis adhærere, & in temporibus & annis cõfidere. ¶ Secundo; quia die dominica datum fuit manna
1 à Domino, per quod significatur Eucharistia, ideſt panis angelorum, habens in se omne delectamentum & suauitatem omnis saporis, unde Exod. 17. die sexta. Parẽt quod inferant, ut si duplum, quam inferre solebant per singulos dies, & hæc est dies veneris, & ita die Dominica datum est manna. ¶ † Tertio; quia præceptum 13
est comedere agnum cum lactucis aggrestibus, & in azymis synceritatis & veritatis, id est cum puro affectu & puro intellectu, hoc est in ueritate. Christus verò mortem destruxit moriendo, & uitam nostram resurgẽdo reparauit, & ita patet, quod in die resurrectionis debemus comedere agnum; quia tunc incipit ueritas vitæ nostræ. ¶ † Quartò non cele- 14
bramus pascha nostrum cum Iudæis, qui illud celebrant 14. luna, quia quamuis tunc immolatus fuerit agnus, tamen incipit eius immolatio in sequenti die, quia tunc est tempus luctus, nec est tempus solennizandi, & ideo ecclesia dimittit hoc vsque ad tempus solennitatis, quia debet fieri cum solẽnitate, sicut dictum est. Quinto; quia cum Christo vult ecclesia celebrare pascha suum: Triplex † enim 15
pascha fecerunt Iudæi, primum in Ramatha, quod interpretatur commotio tineæ. Per hoc significat primum pascha, id est spiritualis transitus de vitijs ad uirtutes. Per tineam enim peccatum intelligitur; quia sicut tinea consumit pannum imperceptibiliter, sic peccatum animam, quãdo autem peccatum commouetur in nobis, siue amouetur, per pẽnitentiam, fit iste transitus. Secundum pascha factum fuit in Syna, quod interpretatur mensa; per quod significatur secũdum pascha spirituale, i. trãsitus de virtute ad uirtutem, per quod restituitur homini sua mensura attingendi cœlestia. Iste transitus fit, q̃n transimus de uirtute ad uirtutem. Tũc n. accedit ad mensuram suam homo, q̃n factus est, ut sit socius angelorum. Primum pascha Christus non potuit celebrare; q. a peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, neque secundum, quia datus fuit ei Spiritussanctus non ad mensuram à tempore suæ natiuitatis. Tertium pascha fuit in Galgale, quod interpretatur reuelatio. Istud pascha fit a nobis, quãdo transimus de mundo ad patrem, siue de

de mundo ad cœlum, & reuelabuntur nobis omnia, quæ modo credimus. Hoc pascha celebrauit Christus per resurrectionem suam, quod nos celebramus semper post 14. lunam primi mẽsis, post æquinoctium uernale, quando dies incipiunt maiores esse noctibus, prout dictum est sub Sabbato sancto. Sexta causa est; quia de primo pascha, uel secundo non est gaudiũ multum, sed de tertio. unde 2. Reg. 17. Nõ glorietur accinctus æque, sicut discinctus. Septima; quia ex iussione angeli monemur pascha in dominica celebrare, ut præmissum est. Quare hõc, & cætera festa Saluatoris præter Natale mutabilia sunt, dictum est sub Natali, quando debeat pascha annunciari, dictum est sub Epiphania. Porro considerandæ sunt quædam huius
16 paschalis † temporis uarietates. Sunt enim in eo tres septimanæ quasi proprijs uocabulis nuncupatæ. Prima est paschalis. Secunda in albis. Tertia expectationis. Prima dr sanctificata, propter iustificationem animę, inde est, q̃ homines per baptismũ sanctificati, per totam septimanam illam, vestem, quam in baptismo susceperũt, deportant, quæ significat primam innocentiæ stolam. Secũda dicitur in albis. Primò quia baptizati in Sabbato sancto deponunt in sabbato in albis albas stolas seu vestes, quas in baptismo susceperunt. Per albas quidem innuitur quales in præsenti uita esse debeant, s. mundi, & qualia denique sint corpora recepturi, quia Sancti beatitudinem, & gloriã possidebunt. pro ut dictum est sub Sabbato sancto. Secundo, quia hoc tempore illi, qui baptizati sunt in sabbato sancto, ab episcopis confirmati alias albas stolas portare usque ad alium sabbatum solent: communiter tñ prior septimana vocatur in albis, propter angelos, q̃ in resurrectione Dñi in albis apparuerunt, ut p̃missum est. & quia olim baptizati, illis diebus candidis uestib. utebantur usq; ad sabbatum in albis. Et propter præmissas etiam causas dr sabbatum in albis, uel quia mos fuit antiquitus, ut in sabbato uestes ex toto deponerent, & albas induerent, quod non fit in sabbato sancto. Tertia septimana, s. quæ est post Ascensionem, dicetur expectationis, q̃n representat illud tempus, quo Apostoli expectauerunt aduentum Spiritussancti, quibus Dñs dixit. Manete in hac ciuitate, & expectate usque dum induamini uirtute ex alto. Prima autem septimana non protenditur, nisi usque ad sabbatum in albis exclusiue, & sic pascha sex dies solũ habet pro octauis: septimana uerò in albis incipit sabbato in albis, & terminatur in alio sabbato, & sic durat per octo dies. Octaua uero Ascensionis, cum deberet terminari in quinta feria ante Pentecosten, protenditur usq; ad Pentecosten, q. a licèt duo dies, q̃ supersunt Octauæ Ascẽsionis possint officiari ad Missam a dominica antecedenti, tñ ad nocturnos non haberent inuitatorium, uel lectiones, uel responsoria, nisi ab Ascensione Domini acciperent. Vnde illi decem dies pro una reputãtur, nec mirum, cum & totum tempus paschale pro una reputetur octaua, & similiter a Natiuitate usque ad octauam Epiphaniæ, de hoc dicetur sub dominica post Ascensionem. Tempus † autem pa- 17
schale usque ad Pentecosten vocãt quinquagesima, quia continet quinquaginta dies, per quod, tẽpus Iubilei significatur, vt dicetur sub Pentecoste. Duas. n. quadragesimas celebramus, cui numero additur decimus numerus, & fit quinquagenarius. Prima ante pascha, in qua labores, & miseriæ huius temporis significantur. unde tunc ieiunamus, & cantica lætitiæ subticemus: secunda post pascha, quæ significat statum æternæ fælicitatis, & in ea tempus gloriæ nostræ post hanc uitam representamus, tunc. n. ab omni labore quiescemus, & in Dei laude erimus, quare tũc cãtica lętitię multiplicamus, & ianua pẽnitentibus aperitur, quia nullius pecati improperium erit, totum. n. erit absorptũ à gloria, prout in collecta huius diei hr, vt dictum est in procemio huius partis. Nec ieiunamus, nec genua flectimus, imo stantes oramus, tum quia non erit, p̃ quo flectantur, sed domus Dei gloria replebitur, tum etiam vt libertatem, quam nobis Dominus resurgendo acquisiuit, profiteamur; tũ quia mulieres ad monumentum uenientes, non flexerunt genua, sed erectæ inspexerunt in sepulchro, sicut dicit Ambro. in fine Lucæ; tum quia fm eum in his quinquaginta diebus, quibus

bus Dominus nobiſcum fuit, gaudendum eſt, & iugis feſtiuitas eſt in eis, tanquam ſit dies dominica, 75. diſt. ſcire, tum etiam quia in hoc tempus paſchale ſignificat octauam reſurrectionis, in qua nec ieiunabitur, nec genua flectentur, ſed perfectum gaudium omnibus erit. In feſtiuitatibus etiam beatæ Mariæ, & diebus dominicis & feſtiuis, & in diebus Pentecoſtes, nuſi in præſentia corporis & ſanguinis Chriſti genua flectenda non ſunt, de hoc in 5. par. ſub ti. de prima dictum eſt, & ſub ſabbato Pẽtecoſtes dicetur. Genua enim in eccleſia flectere cordis contritionem ſignificat. Et eſt notandum, q̃ in genu flectionibus vtendum eſt oratione dominica, uel oratione, quam ſcripſit Aug. ſeu approbauit, ſ. Deus propitius eſto mihi peccatori, uel peccatrici, uel illa quã quidam Sanctus Eremita compoſuit, & docuit Thaidem meretricem, docens illam quotidie genua flectere, & in terram diſcumbere, oculos ſurſum non attollere, & dicere. Qui me plaſmaſti, miſerere mei Deus. Cæterum, feſtiuitas paſchalis hebdomadaria eſt prout in ti. ſeq. dicetur. In 18 paſchali † ſeptimana ſalutare nos adinuicem hoc modo debemus, ſ. Reſurrexit Dominus. & ſalutatus debet reſpondere, Deo gratias, uel, Et apparuit Simoni, & poſtea debemus dare oſculum adinuicẽ, in ſignum pacis, & charitatis: vſus tamen hoc non habet, Romanus tamen Pontifex hac die Miſſam celebraturus Cardinales, Prælatos, Notarios & familiares ſuos hoc modo ſalutat, & oſculatur, & etiam omnes præmiſſi ſe inuicem hoc modo ſalutant, & oſculantur. Salutans enim dicit: Surrexit Dominus uere. Salutatus & oſculatus reſpondet. Et apparuit Simoni.

ADNOTATIO.

* Παϲχειν etiam, ut refert Budæus, eſt quid facere, quid admittere, quid accidere. Cuius vſus in compoſitione uarius. εὐγαθὸν πάϲχειν, beneficium accipere, ἀντιπαϲχειν, beneficium reponere.

SVMMA.

1 *Paſcatis diuinum officium unde oratur.*
2 *Paſcha cur non admittat hymnos.*

3 *Paſchatis ſeptimana tres tãtum pſalmos & tres antiphonas habet, & amplius nu. 4. Limita tamen nume. 5.*

De die ſancto Paſchæ. Cap. 87.

SEQVITVR videre † de diurno officio huius diei: incipit autem eccleſia inuitatorium alleluia, Surrexit Dominus vere, & eſt quinti toni propter quinque apparitiones Dñi in illa die, q̃ dictæ ſunt in 3. par. ſub tit. de ſalutatione ad populũ, vel p̃ quinque ſenſuum reparationem, quæ fit per reſurrectionem: in quibuſdam tñ eccleſijs dr̃ inuitatorium, cum triplici alleluia, & ſeptimi toni, p̃ quietem, quæ dat̃ in reſurrectione, unde Apo. 14. Amodo iã dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. & indigemus inuitatorio, quia viæ Sion lugent, eo q̃ † non ſunt, qui ueniant ad ſolemnitatem. Hymnus aũt non dr̃ in quibuſdam eccleſijs, quia in reſurrectione non cantabimus hymnos hmõi, ſed in plateis Hieruſalem cantabimus alleluia, ut hr̃ cap. pe. Thobiæ, ſed loco hymni cantatur alleluia propter ſpem, quam habemus de glorioſa reſurrectione. Aliæ verò eccleſiæ cantant hymnum, quia ſemper laudandus eſt Deus, & cantant illum ad tertiam ſub duplici cãtu, uidelicet vnũ verſum ſub uno cantu, & alium uerſum eiuſdem hymni ſub alio, & unum altiori uoce, quam alium, ad ſignificandum duplicem ſtolam gloriæ, quàm Chriſtus aſſumpſit, ſ. corporis & animæ. Quia uerò uirtute Trinitatis, in qua eſt perfectio, facta eſt reſurrectio, ideo dicuntur tres lectiones: tum quia ſoror noſtra paruula eſt, & ubera non habet. tum quia baptizati non indigent labore, quaſi modo geniti infantes, de quo in ſequenti tractu dicetur. Hac etiam die & hoc tempore cantantur tres pſal. cum tribus antiphonis. Obſeruatur autẽ ideo iſte ternarius numerus. ¶ Primò, quia parcitur hominibus propter præcedens ieiunium attritis. Secundò, ne neophyti multitudine onerentur, ut præmiſſum eſt. ¶ Tertiò, p̃p triduanam Domini ſepulturã, quæ præceſſit dominicam reſurrectionem. ¶ Quar-

tò ad notãdum, q̃ tria, quæ Dominus ſm Lucã promiſit in hoc ſeculo perficere, ſ. dæmones eijcere, ſanitatem perficere, & tertia die cõſumari, in reſurrectione conſumata ſunt. ¶ Primũ operatus eſt Dñs, cum fecit, vt relicta creatura rediremus ad creatorem. ¶ Secundum, cum p̃ fidem nos ſibi tanquam membra capiti vniuit, vt de eius ſpiritu viueremus. ¶ Tertium, cum in hoc confirmauit nos, ne laberemur, vel cõſumatio eſt noſtra reſurrectio. Hæc etiam in noſtra conuerſione apparent. Eijciuntur. n. à nobis dæmones p̃ exorciſmos, ſanamur per catechiſmum, & conſumamur per baptiſmum, & confirmationem. ¶ Primum notatur in primo Pſalmo, & in ſua antiphona, vbi dr̃ quid vitare debeat quis ad hoc vt ſit beatus, ſ. non ire in conſilio impiorum, & quid facere debeat, ſ. habere voluntatem Domini in corde, & in ea die & nocte meditari. Primus ergo pſalmus cum antiphona ſua monſtrat impios, ideſt dæmones eijci à conſilio filij Dei, in hac dæmonum eiectione, ſit, q̃ Dñs in Euãgelio Ioan. dicit. lo. 10. Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. hoc iudiciũ eſt diſcretio, qua fideles per fidẽ ſeparantur ab impijs dæmonibus. quod iudicium factum eſt in multis milibus credentium. Sed hoc iudicio impij, i. in impietate pſeuerantes non reſurgunt, ſed hi, qui per fidem Chriſti vniũtur, & hoc eſt ſm quod notatur in 2. pſal. & ſua antiphona, ubi dr̃. Poſtulauit patrem meum, alleluia. Dedit mihi gẽtes alleluia, in hæreditatem ſibi, alleluia. Hoc factum eſt, cum fideles per fidem ei tanquam capiti vniti ſunt, vt per ipſum ad modum hæreditatis fructificẽt. vnde in pſalmo irridẽdo dicit; Quare fremuerunt gentes &c. dicentes, Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipſorum. ſtultẽ dicunt, Qui habitat in cœlis, irridebit eos &c. Et Chriſtus dicit, Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, qui dicit, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam &c. Et aduerte, quia in antiphona dr̃ dedi. in pſ. dabo, & in antiphona oſtenditur impietum eſſe, quod in pſal. eſt promiſſum. Tertium, notatur in tertio pſal. & in ſua antiphona, quo tangitur conſumatio, quam Dominus promiſit ſe perfecturum in tertia die, vbi dicitur, Ego dormiui, & ſomnum cœpi &c. Hoc enim licet de paſſione, & morte, & reſurrectione Saluatoris intelligatur, moraliter tñ conuenienter intelligitur de eo, qui diu in peccato dormiuit, & tandem per Dei adiutorium ſurrexit. Quintò etiam poteſt dici, q̃ quia per opera iſtorum trium dierum fiunt ca thecumini membra Chriſti, ſ. per exorcizationem, per abrenunciationem diaboli, per fidem, qua vnitas in eis pficitur, & per impoſitionem manus epiſcoporum, ſiue reſurrectionem Domini, quæ eſt iuſtificatio noſtra, ideo propter hanc iuſtificationem canimus tres antiphonas in nocte reſurrectionis. Prima diſiungit nos ab impijs. Secunda coniungit nos capiti Chriſto. Tertia facit nos reſurgere propter iuſtificationem. Sextò etiam poteſt † dici, q̃ per tres pſalmos tria tempora ſignificantur, tres antiphonæ cantantur, in quibus Patriarchæ, Prophetæ, & Apoſtoli ſignificantur. tres lectiones leguntur, quia lex, pſalmi, & prophetiæ reſurrectionem Domini profitentur, Tria reſpõſoria ſubſequuntur, quia tres ordines, ſ. Noe, Iob, & Daniel, Chriſti reſurrectione ſaluantur. Singulis reſponſorijs, Gloria patri ſubiungitur in quibuſdã Eccleſijs, quia Trinitas ab omnibus ordinibus collaudatur. In quibuſdam verò non niſi vnum Gloria, tribus reſponſorijs, ſecundum generalem conſuetudinem continuatur, ad notandum, q̃ in Trinitate vnum Deum glorificamus. Septimò, ternarium in omnibus frequentamus propter Sacrm baptiſmi in trium perſonarum nomine celebrati. Octauò, paucitate vtimur lectionũ propter paucitatẽ, quæ tunc aderat Prædicatorum. Nam Apoſtoli erant in numero pauci, metu Iudæorum muti, de morte Domini mœſti, de audita reſurrectione quaſi deliri, qua paucitate volunt quidam vti vſq; ad Pẽtecoſten, qñ facti ſunt prædicatores numero plures, & Spiritu-ſancto feruentiores, vt iam dicetur. Alij † vero ſolennitatem potius attendentes, integrum, & ſolemnem ſeruant numerũ, quia & ſi Apoſtoli muti fuerunt, tñ alloquium Angelorum, & frequens viſitatio Domini nõ defuerunt, quare in ſequenti

hebdomada cantatur tm vna antiphona cũ tribus psalmis. vt in seq.ti.dicetur. Sanè tertio responsorio, cum gloria patri, decantato, cum cereis, & solemni pcessione de choro ad aliquem locum tendimus, vbi sepulchrum imaginariũ coaptatur, & vbi introducũtur personæ sub formis, & habitu mulierum, & duorum discipulorum, s. Ioannis & Petri, qui ad sepulchrum Christum quærẽtes venerunt, & quædam aliæ personæ in personis, & forma Angelorum, qui Christum a mortuis resurrexisse dixerunt, in personis quorũ rectè cantari potest illa secunda responsorij primi particula. Nolite timere &c. vsq; ad finem responsorij: tunc redeunt ad chorum, quasi fratribus referentes, q̃ viderunt, & audierũt, & vnus redit citius alio, sicut Ioannes cucurrit citius Petro, in personis quorum conuenienter cantatur illud responsorium. Cõgratulamini. sine versu. Si quis autem habet versus de hac representatione compositos, licèt nõ authenticos, non improbamus. Tunc chorus audita resurrectione ꝓrumpit in vocem, altissimè cantans, Te Deum laudamus, quidam vero hanc præsentationem faciunt anteq̃ matutinum inchoent, sed hic est ꝓpior locus, eo ꝙ, Te Deũ laudamus exprimit horã, qua resurrexit. Quidam etiam ea faciunt ad Missam, cum dr sequentia illa. Victimæ paschali, cum dr versus, Dic nobis, & sequentes. Adhuc in illo die resurrectionem nostram representamus qua Christo consurreximus, & ideo illo die dicimus. Hæc dies, &c. Et nocte sepultura et consepulti sumus. & iõ illud non dicimus de nocte, vnde dicit Apostolus. Consepulti sumus cum illo per baptismum in morte. Trina. n. immersio in aqua baptismi triduanam domini sepulturam representat. Ille quidem consepultus est Christo, q̃ peccare qescit, ille consurrexit cum Christo, qui cœlestibus intendit. Et aduerte, quia in duabus pcedentibus noctibus triduanam domini sepulturã representamus, fm ꝙ dominus latuit in sepulchro, vnde tunc Alleluia non dicimus: in hac verò nocte sepulturam Domini representamus, in eo quòd Christo consepulti sumus, sed propterea Alleluia cantamus, quod Christo consepeliri gaudium est nobis. Ad primam vero non dr hymnus propter rationem in sexta parte, sub ti. de nocturnis assignatam. nec Quicunq; vult. quidam tamen dicunt Psalmum, Confitemini, sicut in seq.ti.dicetur. Non fiunt ẽt petitiones, obsecrationes, & postulationes, qa dicit Dominus, in die illa nõ rogabitis me qquam, & quia cum glorificati resurreximus, non indigebimus istis. non ergo dicuntur preces, quia vbi non erit miseria, non erit petenda misericordia, vbi nõ erit tentatio, non erit dicendum, Libera nos a malo. Non dicitur etiam capitulũ, quod est refectio, ne post longã psalmodiã homo tędio afficiatur: confortat. n. fessos, sicut electuarium mẽbra, tum qa ibi nullum erit tędium, tum quia in hoc officio breuis est psalmodia, & qm capitulum in horis non dr, ideo nec respõsorium debet dici qñ respondet capitulo, siue lectioni. in Missa tamen dr; quia respondet epistolæ: & in laudibus, quia respondet lectionibus, & dicitur tunc capitulum: Christus resurgens, ad Rom. 5. c. De vesperis in seq.tit.dicetur.

S V M M A.

1 *Angelus respondit beato Gregorio celebranti. Et cum spiritu tuo.*
2 *Paschatis diurnum officium. Et processionis forma. nu. 3.*
4 *Missa sequitur processionem die Paschatis & introitus expositio nu. 5. 6. 10.*
7 *Paschatis Epistola, eiusq; interpretatio, & variè nu. 8. 9.*
11 *Paschatis Euangelium, item post communio nu. 12.*

De diurno officio Paschæ. Cap. 88.

NVNC de diurno officio videamus. † Et quidem hac die fit statio apud sanctam Mariam maiorem, quia cum beatus Greg. hac die ibi celebraret, & pax domini pronunciaret, Angelus Domini alta voce respondit, Et cum spiritu tuo. & propter hoc cum Papa ibi hac die celebrans dicit. Pax domini, in testimonium 1

stimonium huius miraculi, nil sibi rndeẽ.
2 ¶ Cæterum ante † Missam fit processio, quod ex Euangelij authoritate extrahitur, eo ꝙ Angeli dicunt mulieribus, Ite, dicite discipulis, quia præcedet uos in Galilæam. Et dominus ad eas, Nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbitis. Hæc ergo significat processionem Apostolorum, ut uiderent dominum in Galilæam euntem. ¶ Rursus Galilæa, transmigratio interpretatur. In Galilæam ire, fuit de Iudæis ad Gentes trãsire, de qua transmigratione postea dixit. Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe Patris, & Filij, & Spũssancti. In significationem ergo huius transmigrationis hodie solemnẽ agimus processionem, siue in signum, ꝙ nos oportet de vitijs transmigrare ad virtutes, siue ꝓficisci de virtute ad virtutem, ad hoc, ut videre dñm mereamur, quod fit specialiter in baptismo, & ideo in significationẽ baptismi nos, & loca nostra aqua benedicta aspergimus, cantantes. Vidi aquã. al js vero temporibus cantatur. Asperges. Verumtñ nec hodie, nec in Pentec. aqua benedicitur, quæ latius prosecuti fuimus in 3. par. sub ti. de aquæ benedictæ aspersione. Ab hac processione oẽs Processiones dominicales per annum originẽ traxerunt, ut uideamus Dominum in Galilæa, i. transmigratione de vitijs ad virtutes. ¶ Dies .n. dominica est dies resurrectionis, natiuitatis, & Spiritussancti missionis, & in oĩbus de nouo duntaxat est testamento cantandum. De processione dictũ est in 4. par. sub tit. de accessione Põtificis ad altare. Sed ad quid fuit dictum Apostolis, ut irent in Galilæam ad videndum dominum, prout legitur 3. Matt. cũ eadem die eum viderint in Hierusalem? Rndeo, hoc dr maximè propter allegoriam, licet ad literã factum sit: allegoricè enim transmigratio illa, significat transmigrationem de Iudæis ad Gentes, in qua maximè vr Christus, quia in hoc maxime apparet Christi deitas, ꝙ totus mũdus ad prædicationem famulorum Christi credidit. Dixerunt. n. Apostoli Iudæis, quia uerbum Dei repulistis, & uos indignos fecistis uitæ æternæ, ecce conuertimus ad Gentes. In hac † processione præ- 3

Luc. 12.

Mat. 28

Act. 13.

cedunt luminaria, ut illud Euangelicum impleatur in nobis. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Crux. n. præcedit, ut carnem nostrã crucifigamus cum uitijs, & concupiscentiis, & post cruces uexilla, quæ sunt victoriæ Iesu Christi insignia, sequuntur sacerdotes dealbati exultantes in laudes resurrectionis, quæ cũ tacita populi sequentis expectatione per distinctiones, & morosas expectationes, ut corporaliter illud propheticum, quod tunc cantatur, impleri videatur; cum iucunditate exibitis, & cum gaudio deducemini. Nam & montes, & colles expectantes nos cum gaudio. Item in ea maior sacerdos præcedit, quia dixit Dominus. Præcedam vos in Galilæam. Item in ea nihil resonat, quod sit ueteris historiæ, sed ea solum cantantur, quę gloriam personent Euangelii inter quæ illud præsertim in quibusdam ecclesiis admittitur. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu, quia sicut diximus, in Galilæam transmigratio, est Apostolorũ ꝓdicatio: cum autem uentum est ad mediũ tẽpli utriusq; sexus populo circunstante totis viribus chorus in vocem exultationis erumpit, dicens Antiph. sedit Angelus, quæ exprimit, ꝙ Apostoli docuerunt, aut docere debuerunt, s. Christum viuere, & est totis uiribus concinendum, & in auditum circunstantium efferendũ; quia quẽ quæritis, viuit, & uita hominum cum eo surrexit. Vel hodierna processio illud nobis recolit, ꝙ rex glorię cum exercitu redemptorum de infernalibus claustris ad cœlestia regna migrauit. Post † processionem sequitur Missa, & incipit præcentor loco magni præcentoris, i. Christi, Resurrexi, & adhuc tecũ sum. post quẽ cantat chorus ad significandum, ꝙ ad Christi similitudinem alij sancti, qui erũt in patria Deum laudabunt. Quod uero sequitur, & adhuc tecum sum, in hoc notatur ęternitas, in qua semp est cũ patre. Cãtamus ergo hac die in ꝓsona Xpi, Resurrexi &c. Sed tũc illud in persona nostra, qñ resurgentes transibimus de hac mortalitate ad immortalitatẽ, quòd significatur in hoc, quod dicitur in Euangelio, & transiens ministrabat eis. Ministrauit enim nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis cibum spūalē seipsum, sicut Iudæis dedit manna in deserto. Potest ét dici, q̄ dominus per ora prophetarum dirigēs sermonē ad patrē, ait. † Resurrexi, & adhuc tecum sum &c. In quo tria notat, s. sui gloriosam resurrectionē, & patris in passione protectionem, & cognitionem eius per sciæ suæ dilatationem per orbem. Resurrectionem eius notat, cum dicit. Resurrexi & adhuc sum tecum, &c. q.d. non est ita, sicut Iudæus cogitauit, quod a te omnino sim derelictus, & abiectus, tanq̄ immundus. Vnde deridendo dicebat Iudæus. Si filius Dei est, liberet eum, quasi dicat, non liberabit eum, quia de eo non curat. protectionem patris in passione notat, cum dicit. Posuisti super me manum tuam, q.d. protexisti me, non a passione, sed ab eo, quod Iudæi intendebant, uidelicet ab extinctione nominis mei, ad quā intendebant, unde dicebat. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eū, sed in hoc, q̄ me occiderunt, hoc quòd ipsi timebant, consecutum est. Nam ego, qui sum granum frumenti, cadens in terram multum fructum attuli, & tam de ista, quàm de illo primo laudandus est pater. Vnde post vtrunque cantatur alleluia. Scientiæ patris dilatationem notat, cum dicit: Mirabilis facta est, &c. quasi dicat, ex hoc cognitio tua pater non tantum ad Iudæos, sed etiam ad Gentes dilatata est, nā prius tantum in gente Iudæorum cognoscebaris, iuxta illud. Notus in Iudæa Deus, & quia ab utroq; populo cognosceris, ab utroq; tibi laus offeretur, & idcirco duplex alleluia sequitur, & ad id pertinet uersus, Domine probasti me &c. Sessionē meam, i. humilitatem in passione, & resurrectionem meam, i. gloriam meam in resurrectione. ¶In † quibusdam tamen Ecclesijs tacetur uerbum illud sessionē, & solum dicitur resurrectionem meam: potest tamen utrunque dici, per quod duplex Christi Natiuitas designatur. Sequitur hymnus Trinitatis, s. Gloria patri, qui in præcedentibus diebus intermissus fuit propter ignominiam illatam Trinitati, in tertia persona, s. in Filio. Nunc autem sublata ignominia illa, hymnus ille cantatur. Hæc etiam in quibusdam Ecclesiis per cereos representatur, ubi tres cerei ante altare ardere consueuerunt, sed in tribus diebus ante pascha non ardent, nisi duo, in signum, q̄ tertia persona sublata est. Hac uero die tertius cereus reaccenditur in signum, q̄ ipsa Christi persona gloriosè redditur nobis. Post hoc dicitur collecta, in qua ostēditur, quis sit resurrectionis, & mortis effectus, quoniam apertio ianuæ regni cœlestis est effectus. Qualiter autem illam ianuā intrare debeamus, dicitur in epistola, quæ est prima ad Cor. 5. c. s. Expurgate † vetus fermentum, i. abijcite uetustatem a uobis, & hoc est ire in Galilæam, i. de vitiis ad virtutem, & de virtute in virtutem, sicut estis azymi, i. esse debetis, uel estis per baptismum. Quare, Etenim pascha nostrum immolatus est Christus, quasi diceret, Coctus est agnus, & paratus, itaq; epulemur. & determinat quis sit agnus, cum dicit Christus. Christus autem pascha nostrū, ideſt agnus paschalis, & festum paschale. Alia etiam ratione ipse est pascha, q̄a per ipsum, & ab ipso, & ad ipsum est nobis trāsitus prædictus. Non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ, ideſt, malæ uoluntatis, & nequitiæ, ideſt, prauæ intelligentiæ. Nequam.n. est, qui de Deo male intelligit, sed in azymis synceritatis, & veritatis, ideſt in accenso affectu, & purificato intellectu, uel in synceritate caritatis, & puritate fidei. Sed etiam plus dicit veritas, quam fides: comprehendit.n. sapientiam, & intelligentiam. † Sed videtur litera epistolę in contrarium. Si enim sumus azymi, ideſt sine fermento, quomodo expurgauimus vetus fermentum, quomodo etiam dicitur, ut sitis noua cōspersio? videtur enim dicere, ut sitis azymi, sicut estis azymi, nam noua conspersio nihil aliud est, quam farina aqua conspersa, ideſt pasta nondum fermentata. Sed est notandum, q̄ duobus modis dicitur quis peccare, scilicet peccato proprio, uel peccato alieno, cui consentit: Erant enim illi, quibus loquebatur Apostolus azymi i. sine proprii peccati fermento, sed erant alieno peccato infecti, dum non reprehendebant illum, cum possent, qui patri suo propriam nouercam abstulerat, qui inter eos erat. Vnde dicitur eis. † Expurgate vetus fermentum. ideſt, abij-

abijcite illum a uobis per excommunicationem, ut sitis noua conspersio, i. sine fermento alieni peccati. Sequitur graduale quo utitur Ecclesia sancta propter nos, q̄ non habemus adhuc nisi resurrectionem animæ, & expectamus resurrectionē corporis, scilicet † Hæc dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, quia exultando, & lætando itur in paradisum, sed cum labore & angustia, & cum maxima afflictione itur ad infernum; quia non est pax impijs, dicit Dominus, sed bonis est iucunditas pax, & quies, maxime propter spem gloriosæ resurrectionis. Cantatur autem graduale, licet sit luctus laborantium, propter baptizatos, qui arripuerunt laborem militiæ, ut perueniant ad alleluia æternę lætitiæ: grādis enim labor eis superest, ut partem habeant in secūda resurrectione. Et est sciendum, quòd est dies temporis, unde Hodie si uocem eius audieritis, i. si in tempore quo uiuitis, & est dies æternitatis, unde Melior est dies una in atrijs tuis super millia. Hanc diem hodierna festiuitas inchoat, & ideo rectè demonstratiue dicitur. Hęc est dies &c. & hodie, Surrexit Dominus, sed hæc dies, dum est in aurora, uel in ascensu, uocatur dies salutis & gratiæ: cum fuerit in meridie, uocabitur dies æternitatis, & gloriæ. Hæc decliuium nō sentit, & ideo solemnitas ista uesperum non habet, ut dicetur in tit. seq. Postmodum sequitur alleluia cantus quidam angelicus. † Pascha nostrū immolatus est Christus, 1. ad Cor. 5. c. quia. ipse est panis angelorum, in quem desiderant angeli prospicere, etiam inquantum est homo, q.d. laudate Dominum Deum; quia pascha nostrum immolatus est Christus. Deinde sequitur † Euangelium Marci. 16. c. qui habet figuram Leonis, q̄a & Christus fuit Leo in resurgendo, & q̄a secundum ordinem leguntur Euangelia, prout in sequenti tit. dicetur. Est autem Euāgelium, Maria Magdalenæ, Maria Iacobi, & Salomæ emerunt aromata &c. Similiter oportet nos emere aromata bonæ uoluntatis. Est uenite & absq; argēto, & absque ulla commutatione emite uinum, & lac, i. aromata uirtutum, quibus ungitur Deus; quia deliciæ sunt ei, esse cū filijs hominum, & sequitur ibi, quòd angelus apparuit mulieribus in uestibus albis, sed in Euangelio Matthæi, quod legitur in uigilia, dicitur, quod aspectus eius erat sicut fulgur, & uestimenta eius sicut nix, & per hoc notatur, sicut dicit Grego. quòd Dominus in iudicio terribilis apparebit reprobis, & blandus iustis, una facie, hoc enim erit ex diuersitate cōscientiarum. Quia ergo blandus apparebit iustis, ideo ne nimis de resurrectione exultemus, sequitur in offertorio. Terra † tremuit & quieuit. In postcōmunione, quæ sicut & alleluia, sumitur de epistola, hortatur Ecclesia filios suos, ut cum fide ueniant ad communionem, dicens, Pascha nostrum &c. Aiunt quidam, quòd illud, quod dicitur in introitu. Resurrexi. vox est sponsi ad sponsam, eam de morte sua in præsenti tempore consolantis, cui sponsa respondet: Posuisti &c. uel est uox generis humani, quod in Adam cecidit, & per Christum resurrexit. Cętera sunt concentus angelorum, & hominum de Christi resurrectione gaudentium.

SVMMA.

1 *Officium septem dierū à pascha te, & nume. 5. Vbi, & nu 2. de Συναπτη ια.*
3 *Lucas Mariæ expressit simulachrum.*
6 *Officij ratio circa lectiones a paschate usque ad Trinitatem, & nume. 8.*
7 *Neophytorum duæ hebdomadæ.*
9 *Paschatis uesperæ unde incipiant.*
10 *Ad fontes fit processio, septem diebus a paschate.*
11 *Psalmi duo ad fontes tantantur.*
12 *Serpens cum candela qui defertur ad fontium processionem, quid notet.*
13 *Responsorium, & alleluia, dicuntur diebus septem post pascha.*
14 *Officium qualiter fiat septem diebus post pascha, late ibidem, & per discursum, nume. 15. 16. 19. 20.*
17 *Christi resurrectio nunciata est.*
18 *Tempus paschæ præcedens quid notet, Item sequens.*
21 *Alleluia duplex cur in octaua paschæ, et deinceps cantatur.*
22 *Ecclesia quatuor sunt status. Et unde illi producantur.*
23 *Missa cur aliquando admittat unū solū*

responsorijs, aliquando solum alleluia, aliquando etiam duplex.

24 *Paschale tempus habet tantum vnum alleluia, in diebus profectis.*

25 *Alleluia duplex in dominicis diebus post octauas paschatis.*

26 *Euangeliorum, quæ dicãtur hebdomadæ resurrectionis, ordinatio mystica.*

27 *Petrus quid signet mystice. Ite quid rate.*

28 *Euãgelistæ qui sibi non conuenire videãtur super narratione resurrectionis dominicæ, tum de angelis, tum de testiũ numero. Et qualiter concordentur. Ex nume. 29. 30.*

De septem diebus post Pascha. Cap. 89.

HAEc prima septimana paschalis temporis licèt communiter † uocetur septimana in albis, tamen sequens magis propriè uocatur in albis propter causas in præcedenti titulo positas, & est communis huic tempori & præcedenti. Est autem tota de Septuagesima, quæ terminatur in sabbato in albis. Inde est, q̃ tractus in sabbato paschali & graduale p̃ totam ipsam hebdomadam dicitur, quod laborem significat, alleluia uerò & cætera cantica lætitiæ cantantur, ut dictum est sub dominica Septuagesimæ, & hoc propter tempus regressionis, quod incipit secundum quosdam in pascha, prout ibi dictum est. Isti ergo septem dies computantur cum Septuagesima; quia si hæc septimana est septima à Quadragesima, per quam idem significatur, quod per Septuagesimam, in cuius septima decade filij Israel acceperũt licentiã redeundi, & iam quasi liberi erãt, ideoq; diebus istis cantica lætitiæ inclamantur. Porrò † omnes isti dies septem, sunt quasi vna dies dominica; unde semper canitur in eis, Hæc dies &c. & in præfatione dr, Te quidem Domine omni tẽpore, sed in hoc pot. die glo. prædi. &c. & in eis seu per agitur de resurrectione, ad ostendendum q̃ per septem dona Spiritussancti uenitur ad uerã resurrectionem, uel potius quia in tota uita ista, quæ per septem dies currit, debemus anhelare ad gloriam resurrectionis, quãtum possumus, sic & pascha in ueteri testamẽto, per septem dies celebrabatur, & Σκηνοπηγια, i. festum tabernaculorum. Quæcunq; enim hac die facimus, ideo facere debemus, ut in cœlo tabernacula nostra figamus, quod erit per gloriã immortalitatis, ut ille qui crucifixus est, ostendat nobis suam deitatem, cũ dicit in officio nocturno. Ego sum, qui sum, & cum dicit se esse illum, qui dixit Mosi Qui est, misit me ad vos. Exo. 3. siquidem pascha est hebdomadaria festiuitas, quia qualibet die hebdomadæ mutantur officia. In ueteri enim testamento tres habuerunt hebdomadarias festiuitates, s. pascha, & pentecostes, quas etiam nos habemus, licet ad aliud, quàm illi habuerunt, & Σκηνοπηγιαν, quam non habemus, nisi quodam modo, ut dicetur in proœmio septimæ partis. Quidam uero scripserunt, q̃ festum Pentecostes non fuit in ueteri testamento festum hebdomadale, & quod in nouo testamento habet septem officia propter septem Spiritussancti dona, non quia sit festum hebdomadæ; quia tres vltimi dies non habent omnino propria officia. Ad hoc notandum † est, q̃ cum in urbe Rom. esset magna aeris pestilentia, Beatus Gregorius in tẽpore paschali ordinauit, ut imago Beatæ Virginis, quæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ in ara cœli seruatur, quam beatus Lucas pinxisse dicitur, & eidẽ Virgini similis perhibetur, processionaliter portaretur. & dum ante processionem reuerẽter portaretur, ecce tota aeris infectio & turbulentia cedebat imagini fugiens, ac si eam ferre non posset, sic q̃ post imaginem mira sanitas remanebat, tunc autem iuxta imaginem auditæ dicuntur tres uoces angelorũ canentium, Regina cœli lætare alleluia, quia quem meruisti portare, alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia, statimq; Beatus Greg. adiunxit. Ora pro nobis Deum alleluia, quæ antiphona ideo hoc tempore frequentatur. & tunc Greg. vidit supra castrum Crescentij angelum Domini, qui gladium cruentatum tergens in vaginam reponebat. Intellexit ergo Grego. quòd pestis illa cessasset, quod & factum est, unde castrum illud exinde castrum Sancti angeli uocatum est, præmissa imago in

Ecclesia

Ecclesia beatæ Mariæ in ara cœli in Vrbe super limẽ baptisterij seruatur, quam Romani Reginam uocant. Per hos autem septem dies tres tantum dicũtur Psalmi, sicut in dominica resurrectionis, in hoc tamen interest secundum aliquas ecclesias, quia tunc dicuntur cum tribus antiphonis: in his verò diebus cũ vna sola. † Si quidem tamen ideo tres psalmi per hos septem dies baptismales dicuntur; quia qui purè baptizantur, septem Spiritussancti dona suscipiunt, quæ per hos septem dies significantur. Suscipiunt et tres virtutes, scilicet fidem, spem, & charitatẽ, quæ per tres psalmos intelliguntur, quæ nobiscum usque in finem manere debent. Canimus ergo tres psalmos, ut recolamus nos hæc tria habere, antiphona verò vna est, quia vnus est, à quo hæc omnia sunt. ¶ † Rursus vero; quia, vt præmissum est, hæc tota hebdomada est quasi vna dies dominica, inde est, quòd per omnes hos septem dies canimus psal. de nocturno dominici diei, vel eis adiacentes. Quædam tamen Ecclesiæ prætermittunt psalmos maiores, & laboriosos, scilicet Confitebor. & Diligam te. quia neophytis omnia breuia debent proponi, & soror nostra paruula est, & vbera nõ habet. *Can. 8.* & Apostolus: Lac dedi nobis potum non escam. 35. q. 5. quod scripsi, extra de pœni. & remis. his qui. sed numerum supplemus per illos duos. Cum inuocarem. Verba mea. & ita 18. psal. perfecimus vsq; in sextam feriam. In sabbato aũt sumimus tres de adiacentibus, quos in die dominica ad primam cantare solemus, scilicet Dominus regit me. Domini est terra. & Iudica me, sed & illos duos, Deus Deus meus re. & Ad te Domine leua. propter cãm prædictam prætermittimus. In sequẽti verò tẽpore multiplicandi sunt psalmi, sicut & boni mores, qui per psal. intelligũtur, per quos ad gloriam peruenitur, quam per totum tempus istud, figuramus. In † quibusdam tamen ecclesijs non dicunt nisi tres psalmos vsq; ad Pente. & hoc ex institutione Alcuini, prout dicetur sub dominica de Trinitate. Sed hoc non bene fit hodie. Primum; quia cã quare illud institutum fuit, hodie cessat. Secundò, quia contra canonẽ Greg. faciũr, prout dictum est in quinta parte sub titulo de nocturnis. Tertiò q̃ a inter canonicòs regulares, & alios clericos, qui vsurpato nomine seculares dicuntur, nulla debet esse quo ad hoc dria, nã & ipsi magna ex parte antiquitus regulares fuerunt 21. q. 1. quia, & c. scimus, & c. seq & c. certè extra de vi. & ho. qũ & certũ est, q̃ canonici regulares in octaua resurrectionis dicunt in nocturnis nouẽ lectiones cum nouem responsorijs, & ẽt Ecclesia Romana. Qui. n. dicunt, q̃ omnia facilia debent esse eo tempore pp neophytos, illam facilitatem nimis extendunt. Nam † duæ tantum sunt hebdomadæ neophytorum. s. in pascha, & pente. & propterea concluditur eis in Ascẽsione, ubi sunt nouem responsoria, & nouem psalmi cum suis antiphonis. Nulla. n. est sufficiens ratio. Quare in sequẽti die post ascensionem dicamus tũ tres psalmos cũ vna antiphona, de hoc dictum est in titulo præcedenti. Nempe † secũdum Romanum ordinem in omnibus dominicis nouem lectiones dicuntur, de conse. d. 1. in die. licet Maguntin. concilium, a pascha vsque ad Pente. tres tũ instituerit esse legẽdas ut seruitium matutinum in die cãtetur; quia in futuro Trinitas cõprehenderetur, & a sanctis in luce Dño seruietur. Ad primam aũt dicũt quidam per totam hebdomadã totum psalmum. Confitemini &c. in quo præcipuè de Christi resurrectione agitur. Alij verò solũ versũ Hæc dies &c. quem in prima, & in alijs horis pro Cap. dicunt, q̃ vitam illã figuramus, in qua doctrina nulli necessaria erit, sed oẽs docti, gratulabimur, & exultabimus: psal. verò, Quicunq; vult saluus esse &c. toto isto tempore non dr, quoniam ad fidem pertinet. hoc. n. tẽpus significat octauam ætatem, ubi non erit fides, quæ euacuabitur, sed res, quæ comprehendetur, non erit figura, sed veritas. In quibusdam tamẽ ecclesijs aliter obseruatur, quia vbi fides non est, super æd ficari non potest. 23. q. 1. ubi sana. 1. q. 1. cũ Paulus. Minus tũ symbolum scilicet Credo in Deum, ob eãdem causam subticetur ad primam. Nam cum venerit, quod perfectum est, euacuabitur qd ex parte est. vnde in condens. id est, condensitatibus populi, vsque ad corpu Altaris, id est, ad communionem

nisonem nō dicitur,nec preces, ut dictum
9 est in titulo præcedenti. Vesperti nū † officium est huius festiuitatis claritate illustratum,non.n.per Deus in adiuto. quoniam in illa uita non sicut hic adiutorio indigemus,sed per Κύριε ἐλέησον inchoatur,qa uespertina hora Sabbati Paschalis baptisma fuit per Κύριε ἐλέησον, inchoatum, & in Trinitatis nomine celebratū, & propterea eadem hora,& in eisdē uerbis per totam hebdomadam hanc, in festiuæ regenerationis iucunditate Sancta Trinitas,adoratur,uel per Κύριε ἐλέησον, incipitur,ut quasi non existens per se officium, missæ officio continuetur. Nam ut in tit.præce.diximus, dies hæc uesperam non habet, quia decliuium æternitas non agnouit, tres psal. sub vno alleluia.i.gaudio cantatur in quibusdam ecclesijs. quia per fidem Trinitatis ad vnum æternitatis gaudiū peruenitur, uel hi tres psalmi resurrectioni,quæ tertia die facta est,conueniunt Iesu Christo. Pro Cap. sequi, Hæc dies. sicut in alijs horis, quia ibi non erit necessaria doctrina, sed exultatio uel ut notetur solicitudo baptizatorum adhuc peregrinantium,& laborantiū,quia nondum habent gaudium,nisi spei, quo peruenitur ad alleluia rei. Pro hymno sequitur alleluia,qđ est proprius illorum ciuiū
10 hymnus. † Sanè descendimus processionaliter ad fontes cum cereo p totā hebdomadam cantātes canticum exultationis,& populus sequitur.s.viri p se,& mulieres per se,qđ fit in memoria eius,quod Hebræi, Pharaone & suis in mari rubro submersis fecerunt, qui in gratiarū actiones de submersione hostium, per totam hebdomadam redibant ad mare, viri per se,& mulieres per se, cantantes illud can-
Exo.14. ticum Mosi,Cantemus Dño. Si quidem hostes nostri sunt dæmones, mare rubrū est baptismus, in quo submerguntur oēs hostes.i. vitia & peccata,& dæmones,& inde ēt est,qa neophyti baptizati in Sabbato sancto præcedente suo lumine.s.Christo, redeuntes ad fontem baptismi bis septem diebus gratias agentes,quia inimici eorum submersi sunt,s.vitia,& peccata,& tunc circa fontes cantantur psalmi Laudate pueri.s.nouiter baptizati, & in exitu Israel,de Aegypto, qa per baptismum de tenebris peccati eximus, Duo ergo psalmi circa fontes cantantur, † quia per ge- 11
minam dilectionem ad fontem uitæ pertingitur qui baptizatis,& baptismo conueniunt,baptizatis,ut Laudate pueri Dominum &c. Est admonitio laudis ad neophytos,qui facti sunt pueri.i.à vitijs puri, pro quibus mater ecclesia iubilat ad fontes,in laudem eius gratię, per quam meruit esse, quòd in cāticos amoris audiuit. *Cant. 1.*
Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. Postea transitur ad aliquod oratorium cum ps.In exitu Israel qui conuenit baptismo,cum dicitur. Quid est tibi mare quod fugisti. & sic statio ad crucifixū, & redduntur ei grates, quia ipse est, qui
Ioan. 1. baptizat.vnde in euangelio. Super quem videritis spiritum descendentem,&c. Hic est, qui baptizat,& saluatur,quia per crucem, & in cruce nacti sumus animarum nostrarum redemptionem. Rursus p hos dies septem baptismales neophyti quotidie ad ecclesiam ducuntur, sicut.n. filij Israel, licet transissent mare rubrū in quo baptizati sunt,nō tamen peruenerunt ad terram promissionis,nisi sub ducibus, Domino illos pascente ex mâna,& columna eos præcedente,sic & ipsi his septem diebus sub ducibus.i.presbyteris, patrinis, & matrinis, ducuntur ad ecclesiam, & pascuntur corpore Domini, & cerei præcedunt eos, & sic tandem in Sabbato quasi peruenerunt ad terram promissionis. Cereos aūt,quos in Sabbato sancto dum baptizarentur habuerunt, per hanc hebdomadam in quibusdam locis ad Missas, & uesperas accendunt, & in Sabbato in albis, & in sequenti dominica illos accēsos offerunt sacerdoti. Si quidem luminaria accensa bona opera sunt quib. toto tempore præsentis vitæ,quę per septenarium ducitur,lucere debent. Offeruntur sacerdoti, quia post hanc vitam ad summum sacerdotem,idest,ad Christum luminaribus bonorum operum veniunt. Iuxta illud. Venientes autem venient cum exul- *Ps.125.*
tatione portantes manipulos suos. ¶ Potest etiam dici, quod processiones vespertinales huius hebdomadæ, reuersionem significant de captiuitate Babyloniæ. Hæc est enim hebdomada reuertentium, qui in fine suæ captiuitatis reuertūtur ad

Deum

Deum & uesperæ trina statione complentur,sicut & baptismus in trinitatis nomine celebrat. Qui uerò fontes non habent, non exeant, sed quia que psalmos quotidie dicant,& post collectam diei,de cruce
12 collectā adiungant,Eædem vesperæ quotidie repetuntur; quia pro una, & eadem die tota hæc hebdomada reputatur. ¶† In quibusdam etiam ecclesijs in his septem dieb.quando descenditur ad fontes, ante fertur quidam serpens imaginarius, super uirgam,& cādela nouo lumine accensa super caput serpentis retorta affigitur, ex qua cereus paschalis,& oēs aliæ eccle-
13 siæ candelæ accenduntur. ¶† Circa quod sciendum est, sicut legitur Numeri 21.c. Moses in deserto erexit super palum serpentem æneum, ut qui percussi erant à serpentibus,per illius sanarent aspectum, in quo Christi passio præfigurata fuit. Vñ
Ioan. 3. & Dominus ait in euangelio Ioan. Sicut Moses exaltauit serpētem in deserto, ita & exaltari oportet filium hominis. Ideo ergo serpens imaginarius fertur, & aspicitur,ut Christi passio memoretur,& per hoc a vulneribus peccatorum sanemur. Nam serpens in palo est Christus in patibulo. Item ideo in benedictione baptis-
14 mi,& cum ad fontes descenditur,quia baptismus à Christi passione uirtutem accepit,in quo a peccatis sanamur & mundamur. Fit hoc in ueſperis,qñ ipse Christus
Ps.140. fuit sacrificium uespertinum,unde ps.Elevatio manuum meatum, sacrificium uespertinum. Ignis nouus ex silice excussus, Christus passus est, qui est lumen de lumine, ex quo cæteræ candelæ in eccle-
Ioan. 1. sia illuminantur; quia ipse illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Candela in capite serpentis retorta est spinea corona in capite Christi posita. In completorio uero in quibusdam locis præmittitur psalmus, Qui habitat, sicut in
15 prima psalmus, Quicunque. ¶† his aūt sex diebus, dicit ad missam responsorium & alleluia, ut infra dicet. Et dr primo responsorium, & post sequitur alleluia, & hoc triplici de causa. Primò, quia enim in laboribus vitæ præsentis exultandum est,iuxta illud: Hilarem datorem diligit Deus.23.q.6.§.ex his,ideo tunc post graduale, & uersum conuenienter sequitur alleluia,quod est uox lætitiæ. ¶ Secundo, responsorium actiuam, Alleluia uerò cōtemplativam vitam significat. ¶ Responsorium.n. significat actionem, quam Sancti exercebunt in resurrectione corporū, quæ erit in omni lætitia, prout uerba responsorium huius temporis declarant, quæ oia, siue uersus eorum, excepto eo, qui cantatur in tertia feria, prout ibi dicetur, suut de psal. 117. Confitemini Domino. qui psal. sonat confessionem laudis, & est de ęterna lætitia: quia igitur omnis illa laus cōfessionis siue actionis ad gaudiū, & Dei glorificationem tendit, merito ab alleluia concludendum est, & quoniam eadē actio nihil aliud est quàm laus Dei, ideo ad hoc ostendendum post hos sex dies cōtinuè canitur sine responsorijs alleluia. ¶ Tertiò, ideo in his sex diebus hoc fit; quia senarius numerus ad opera, sicut septenarius ad requiem refertur. Qui.n. vult peruenire ad requiem, oportet eum primo toto tempore præsentis uitæ bene operari. ¶ Circa hoc sciendum est, quòd ecclesia his diebus Sanctorum actus in corpore cum fine lætitiæ recolit, sic incipiens actum, ut perringat ad quietem, primus dies mandat, septimus requiem gestat, octauus glorificat. Nempe responsorium illam actionem significat, quā Sancti in resurrectione corporū exercebunt: animæ quippe Sanctorum ante resurrectionem corporū in quiete sunt, sed dum illam recipient, in actione erunt, & tunc sic erit actio, ut nō desinat quies in quiete quidam erunt; quia non laborabunt, nec cogitationibus fluctuabunt, nec erit etiam in quiete illa segnities desidiosa, sed sic ab huius uitæ operib. in fine quiescēt, ut in alterius uitę actione gaudeant. Hæc autem actio ideo nobis per numerū senarium in memoriā reducitur, quia sicut septenarius numerus requiem, ita senarius opera responsoriorū significat. Per responsoria enim intelligimus Sanctorū actionem, quæ erunt cum omni lętitia, vt
15 iam dictum est. † Et nota, quòd prædicti uersus, qui cantūtur his septem dieb. cum responsorijs, dicuntur ex ordine quo positi sunt, in psal. Confitemini. Vnde sumpti sunt exceptis duobus, in quibusdam Ecclesijs præponere ponuntur, nam in

quinta feria dicunt versum. Benedictus, qui uenit in nomine &c. Qui ibi ponitur ultim. & in feria 6. uer. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes &c. Et hoc ideo quia in illo plenius agitur de passione Saluatoris, quàm in alijs versibus ibi positis, & ideo merito illa die cãtatur, in qua
15 passus fuit. Nec † omittendum, quod in quibusdam Ecclesijs in his septem diebus duo in albis superpelliceis incipiunt responsorium. Hæc dies, & in alijs quosdam tropos retro altare, quod representat sepulchrum, pro eo quod corpus Iesu in eo sacramentaliter collocatur, & consecratur, gerentes typum duorum Angelorum, qui stantes in sepulchro Christũ resurrexisse retulerunt. Verba enim illa, Hæc dies, &c. Ad resurrectionis diem p-
16 tinere noscuntur. ¶Rursus † cantando post altare representat Apostolos, & mulieres timentes, & Christum resurrexisse dicere publice formidantes. Fit autem hoc ad laudes, & ad tertiam, & uesperas. ¶Primò, eo quod in his tribus specialiter horis Christi passio est expleta. nam mane captus, & illusus, in tertia flagellatus, & linguis crucifixus, in vesperis de cruce depositus, & sepultus est. ¶Secun-
17 dò, in signum † q̃ resurrectio tribus vicibus nunciata est. ¶Primò, secundum Marcum, & Mat. per unum Angelum, qui secundum Augu. stabat in monumento nõ directè, sed quasi ad ostium. ¶Secundò, p̃ duos angelos, qui secundum Ioan. stabant intus. ¶Tertiò, per ipsum Christum, iuxta monumentum. ¶Fit etiam hoc in quibusdam Ecclesijs ad Missam, eo quod illa in altari celebratur, super quod Christi corpus consecratur. Ideo autem a pascha, usq; ad octauam pente. canitur alleluia fere in omnibus antiphonis, & responsorijs nocturnalibus, & in offerendis & postcommunionibus, ut celebratio tẽporis post resurrectionem reducat nobis ad memoriam uitam contemplatiuam, sicut tempus, quod est ante pascha, reducit
18 ad actiuam. Tempus † enim ante pascha, quod in ieiunijs, & orationibus agimus, significat ærũnas huius uitæ, & tribulationẽ captiuitatis, in qua dũ sumus, cantica lætitæ subticemus. Tẽpus vero post pascha significat beatitudinem, & perpetuam exultationem, in qua post resurrectionem erimus, & ideo relaxatis ieiunijs canendo alleluia, quòd interpretat̃, Laudate dñm, frequentamus, de quo dictũ est in proœmio huius partis. ¶Illud † tamen notandum est, q̃ in quibusdam 19
Ecclesijs in hac hebdomada alleluia cantatur in Missa sine finali melodia, & uersus, & antiphonæ sine neuma, sed in sequentibus cãtatur cum illa, & hoc ideo, quia in hac cantamus p̃ domino nostro, qui in anima, & corpore per resurrectionem iam factus est gloriosus, ac illa finalis melodia expectationẽ nostram significat, uel ẽt sanctorum stolæ expectationẽ, Taceamus ergo, q̃a habemus, quod optamus. Paruuli nanq; plorant, cum panem non habent, sed cum habent, quod desiderant, tacent: ita & nos quasi ploramus alio tempore, quia non habemus, q̃d desideramus, & sancti, quasi in desiderio sunt expectationis ¶In † quibusdam ecclesijs 20
in magnis solenitatibus tacetur illa melodia, in signum, q̃ sancti, pro quibus celebramus, certi sunt, q̃ secundam stolam, quam expectant, amittere non possunt. Iubilus quidem diuersa notat, ut dictum est sub Natali. ¶Porrò in istis † octo die- 21
bus cantatur pro memoria neophytorũ, & singulis diebus singula denotata sunt officia, quod non fit in toto tempore usque ad Pentec q̃ in primo die, s. in Sabbato sancto, & in octaua duplices laudes ponuntur. In primo. n. dicitur alleluia, Confitemini, & tractus, Laudate dominũ omnes gẽtes. In octaua uero dicitur duplex alleluia, quod ideo fit, quia prima vita nostra, quæ fuit ante peccatum, beata fuit, sed non sempiterna; sed uita, quæ erit in septima quietis, erit beata, & sempiterna, quia ergo prima uita fuit beata, idcirco cantatur primo alleluia, quod est uox angelica in lingua hebraica, quia dignior est, sed quia non fuit sempiterna, ideo humiliori lingua latina cantat̃ tractus Laudate. Quia uero uita, quæ erit in septima ætate, erit beata, & sempiterna, iõ in sabbato in albis, q̃ est dies septimus, duplex alleluia cantatur, propter duplicẽ stolã, vt ibi dicetur. Nam uita illa, quæ in septima quietis dabitur, non tolletur in octaua ætate, quæ per octauum officium intel-

intelligitur, sed potius cõsumabitur. Cir-
22 ca cantica lætitiæ notandum † est, q̃ quatuor sunt status Ecclesiæ. ¶Primus est culpæ. ¶Secundus culpæ, & pœnæ. ¶Tertius pœnæ, & gratiæ. ¶Quartus gratiæ, & gloriæ. ¶Primum representat Ecclesia in Septuagesima, ideo subricet Te Deum laudamus, & alleluia, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, & Gloria in excelsis Deo, quia positus est inter Deum & homines paries inimicitiarum. ¶Secũdũ representat in aduentu. ideoq̃, & supradicta cantica subticentur, præter alleluia; quia lex data Deum intelligere docuit, & laudare. Tertium representat in æstiuo tempore, ideoq̃; propter gratiam accepta infestiuis ista cantantur, sed propter pœnam ista in ferialibus subticentur, præter alleluia, quod etiã quotidie frequentatur, quia spes de resurrectione futura non infirmatur. Quartum representat inter octauas paschæ, & pentec. ideoque supradicta cantica lætitiæ frequentantur, & multiplicantur; quia tamen nondũ habemus gloriam, quam expectamus, ideo Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis in ferialibus subticemus. & in dominicis, in quibus quasi duplicem resurrectionem representamus, & etiã in festis Sanctorum, in Missa duo alleluia cantamus, sed in ferialibus vnum, ut iam dicetur. Nec te moueat, q̃ non rectum, sed ꝓposterum ordinem Ecclesia representat, eo q̃ erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. sic ergo varietas dierum, & statuũ humanorum uarietatem inducit officiorũ.
23 Quærendum † tamen est, quare diuina officia ita distinguuntur, ut alia celebrentur cum solo responsorio, alia cum solo alleluia, & hæc quandoq; cum simplici alleluia, quandoq; cum duplici; alia simul cum responsorio, & alleluia; alia cum responsorio, & tractu; & alia cum alleluia, & tractu. Dici potest, q̃ dies ieiuniorum quibus responsorium sine alleluia canit, recolũt actus eorum, qui presbyteris grauia confitentur, ut ab illis consilium accipiant pœnitendi. Ipsi ergo dies aguntur cum solo responsorio, per quod uita actiua intelligitur, quæ in labore ducitur, sine alleluia, quod est canticum lætitiæ. q̃a Ecclesia dolet pro talibus tanquam pro membris vulneratis, & nondum sanatis: ex eo. n. q̃ alleluia dimittitur. robur Ecclesiæ mõstratur, quod habet de suis vulneribus nõdum sanatis. Præterea, iõ tunc non dr̃ alleluia, quia non est pulchra laus in ore peccatoris. in diebus uero festis, quæ sunt ab octaua paschæ vsque ad octauam pentec. simplex alleluia sine responsorio canitur. † Primò, quia dies illi 24
vitam contemplatiuam significant, quæ erit post resurrectionem, in qua responsorium non erit; quia pñæ actus ibi superfluus erit, sed tñ alleluia canetur de percepta immortalitate. Secundò; quia tunc pro illis canimus; quia iam sunt in patria, ad quos iam non pertinet actio laboriosa, quam responsorium notat, sed sunt in Dei cõtẽplatione, & exultatione, quæ intelligitur per alleluia. Tertiò, q̃a ante resurrectionẽ corporum nostrorum anima sine corpore Deũ laudabit. Quartò; quia Sancti ante diem generalis resurrectionis simplicem tñ recipiunt stolã, s. animæ. Rursum in priuatis ferijs Gloria in excelsis, & duplex Allel. nõ dr̃, quia nõ dum habemus perfectam iustitiam, nec gloriam, quam expectamus. Sed quia ecclesia iam primã habet resurrectionem, ideo alio tpe semper alleluia canitur, p̃terquam in Septuagesima, ut dictum est in proœmio huius partis, & sub ti. de tẽpore aduentus. In octauis vero paschæ, & sabbato in albis duplex alleluia dicitur; quia tunc tempus resurrectionis representamus, & in requie, quæ erit in resurrectione, duplicem stolam, s. animę, & corporis ꝓpiemus; quia erimus in vtroq; hoie, i. in anima, & corpore glorioſi, erimus. n. incorruptionis gloria vestiti. In dominicis † quoq;, quę sunt ab octa. pa- 25
schæ vsque ad octauam pentec. duplex alleluia dr̃, tum quia in resurrectione; quã ipsi dies significabant, corpus simul cum anima laudabit Deum: tum quia duo sunt, unde lætari debet anima in die sempiterna, vnum de percepta lætitia, aliud de percipienda in resurrectione, tum q̃a resurrectio domini, quæ facta est in die Dominica, est causa nostræ resurrectionis futuræ, & ideo in omnibus dominicis, quasi octauã dominicę resurrectionis representamus, in ferialibus vnum, quo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam ante resurrectionem anima vna dũ taxat fruitur beatitudine. ¶ Rursus ideo vsq; ad octauam Pent. quia in octaua ęta te, in qua erit corporũ resurrectio erimus vtroq; hoie glorioſi. In oĩbus quoq; feſtiuitatibus illo tempore occurrentibus duplex alleluia dr̃, & hoc primo propter requiem, & fruitionem: ſecundo, quia il li iam de duobus gaudent, ſ. de æterna quiete, & diuina viſione: tertio, qa cũ iã habeant gloriam animæ, ſecuræ ſunt de gloria corporis: quarto, quia tunc vnum alleluia canitur; quia quieſcunt, aliud qd̃ Deum vident. Sex vero dies paſchales, vi delicet inter ſabbatum ſanctum, & ſabbatum in albis, & dominici dies, atq; feſtiui, quos celebramus ab octauis penteco. vſq; ad Septuageſimam, in quibus reſpon ſorium, & alleluia canitur, recolunt actus eorum qui eleemoſynas largiendo, infirmos viſitando, & ſolum, quæ bona ſunt, operando, perſeuerantiam habendo in ſanctitate, quam in baptiſmo receperunt ſine dubio ad contemplationem Dei per ueniunt. Inde eſt, q̃ reſponſorium, quod vitam actiuam ſignificat, ſequitur alleluia, quod ſignificat contemplatiuam, ſed tunc vnum tantum, ſiue ſimplex alleluia dr̃, propter cauſas ſupradictas: prius autẽ dicitur reſponſorium, & poſtea ſequitur alleluia, prout ſupra dictum eſt. Dominici autem dies, & æſtiui, a Septuageſima vſq; ad Paſcha, quorum reſponſorijs non alleluia, ſed tractus ſubditur, recolunt eos, qui ſunt in bonis operibus, ſed uiden tes laborem viæ, timent caſum nam tentationibus tunduntur, ſine quibus hæc vita non ducitur. Inter reſponſorium. n. & alleluia, tractus eſt medius, qui neque in tanta lætitia eſt, ſicut alleluia, neq; in tanto opere, ut reſponſorium. In Sabbato vero ſancto gaudentes pro neophytis noſtris; qa ab omni peccato liberati ſunt canimus alleluia, ſed quia eos trahendos varijs videmus laboribus, tractum adijcimus, per quem labores intelliguntur, de quo dictum eſt ſub ti. de ſeptuageſima, & in proœmio huius partis. Quomodo offi cia iſtorum ſeptem dierum, & officia dominicarum, quæ ſunt inter Paſcha, & Pẽteco. adaptentur ſeptẽ donis Spiritusſancti, ſub vigilia Aſcenſionis, & ſub ſabbato in albis dicetur. ¶ Circa euangelia, quæ hoc tempore leguntur, ſciendum eſt, q̃ oĩa pertinent ad reſurrectionem, iuxta ordinem ſcriptorum ponũtur. Mat. n. primo ſcripſit, 2. Marc. 3. Luc. vlt. Ioan. Vnde primo ponitur Euangelium Mat. in vigilia Paſchæ. In ipſo uero die paſchæ Euangelium Marci, in ſecunda, & tertia feria Euangelium Lucæ, in quarta, & quinta feria, & in ſabbato Euangelium Io. in ſexta feria interponitur Euangelium Matt. 26
† Sanè in Euangelijs vigiliæ, & diei tm̃ agitur de annunciatione reſurrectionis facta per Angelũ: in alijs de viſione. Con ueniebat. n. ut prius annunciaretur domini reſurrectio, ut poſtea ad maiorem fidẽ faciendam corporaliter ipſe ab hominibus uideretur. Tria vero à Ioanne Euangeliſta omnino præpoſtere poſita ſunt. Primum namq; fuit, quod legitur in ſabbato, poſtea quod legitur in 5 feria, & ali quanto tempore poſt, quod in quarta feria legitur. Nam Maria Magdalena cum veniſſet ad monumentum, & non inueniſſet corpus Domini, ſublatum credidit, & cucurrit, & nunciauit Petro, & Ioanni, qui concurrerunt ad monumentum, & Io. præcurrit, ſed non ſtatim introiuit, ſed Pet. tandẽ veniens intrauit, & poſtea Io. intrauit, & cum non inueniſſent, redierunt ad propria. hoc legitur in ſabbato. Illis redeuntibus Maria remanſit ad monumentum, & inclinans ſe in monumento, uidit vnum Angelum ſedentem ad caput; alium ad pedes, qui dixerunt, Maria, quid ploras? quæ dixit. Quia tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum, & tunc conuerſa retrorſum, uidit Ieſum, qui dixit ei, Mulier, quid ploras? quẽ quæris? & illa reſpiciens, & hortulanum eum credẽs, dixit. Domine ſi ſuſtuliſti eũ, dicito mihi, & ego eum tollam. hoc legitur in quinta feria. Aliquanto tempore poſt, Petrus iuit piſcatum cum ſex alijs ad mare Tyberiadis, ubi dominus apparuit eis in littore, & hoc legitur in quarta feria. Sed quare hæc omnia? Solutio. In quarta feria cantatur hoc, quod cantabitur Sanctis in die iudicij. Venite benedicti Patris mei &c. & in illo Euangelio, quod eadem die legitur, dr̃, quod Dominus apparuit diſcipulis in littore maris,

ris. Et hoc benè cõuenit. Nam per littus maris, ut dicit beatus Gregorius ſuper illum locum, finis intelligitur mundi, in quo Dominus apparebit ſuis glorioſus, &
27 tunc Petrus † trahet ad littus rete pleũ magnis piſcibus centum quadragintatribus, nec tamen ſcindetur rete. Per Petrũ intelligitur ordo ſanctorum prælatorum, qui de fluctu huius ſeculi ad littus ſtabilitatis æternæ ducent eos, qui per ipſos conuerſi fuerint, ſed hoc attribuitur ſoli Petro, propter Eccleſiæ unitatem. Sed quare legitur in Sabbato in albis Euangelium, quod tunc legitur? Rñdeo, q̃ officium illius ſabbati cum officio præceden ti Sabbati ſancti in multis conuenit. Nam in præcedẽti Sabbato duplex laus cantaĩ, ſicut & in hoc lectioni conuenit, quia in lectione præcedẽtis ſabbati dr̃. Quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram, & in lectione ſequẽtis dr̃, Deponentes omnem dolum &c. & itaq; tanquam lapides viui ædificamini. quod nihil aliud eſt, quã quæ ſurſum ſunt, ſapere. conueniebat igitur, ut Euangelium correſponderet Euangelio, quod fit in eorum principijs. Nam in Euangelio præcedentis Sabbati dr̃. Veſpere aũt Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, i. diluculo, uenit Maria Magda. & in Euangelio ſeq dr̃; Vna ſabbath. Maria Magda uenit ad monumentum, cũ adhuc tenebræ eſſent, q̃ idem eſt. In hoc tamen uidetur dr̃ia, quia dicit ibi, q̃ uenit Maria Mag. & altera Maria. hic non fit mentio, niſi de Maria Magda. Sed, vt Aug. in libr. de concord. Euangeliſtarum, ideo Ioan. ſolam Mariam Mag. nominat, qa fuit cæteris feruentior, nec tamen ideo cæteras excludit. Euangelium uero Matt. legitur in ſexta feria, quia Dñs p paſſionem meruit ſibi dari poteſtatem in cœlo, & in terra, uel potius datam notificari; & qa Dominus in ſexta feria paſſus eſt, idcirco legitur Euangelium Mat. in ſexta feria, in qua Dominus ait diſcipulis. Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo, & in terra. Vnde Apoſtolus, Chriſtus factus eſt pro nobis obediens patri uſq; ad mortem, mortem aũt crucis, propter quod & Deus &c. Vbi ergo poneretur Euangelium, in quo agitur à Ioan. de prima uiſione Domini, quę acta fuit Mariæ Magd. niſi in quinta feria. In prima. n. die non poterat poni prædictis de cauſis, nec in ſecunda, nec in ter tia, nec in quarta, nec in ſexta, nec in Sabbato. Vnde reſtat, q̃ in quinta feria neceſſario poni debuerit. Aiunt quidam, q̃ licet in ſecunda feria legatur euangelium de apparitione Domini facta Diſcipulis euntibus in Emaus, non tñ illa facta fuit in ea die, ſed in præcedenti. Decẽ etenim apparitiones poſt Chriſti reſurrectionem in euangelijs inueniuntur ad fidem noſtram cõfirmandam, quinq; in prima die, & quinq; poſtea: ſed in Apoſtolo dicitur, q̃ in die reſurrectionis apparuit Iaco. & quingentis fratribus ſimul. Et ſicut quidam dicunt, in ipſa etiam die primo apparuit matri, ut dictum eſt in quarta parte ſub titul. de acceſſu Pontificis ad Altare. & etiam Iac. qui uotum uouerat non comedere, ſed & Ioſeph, qui pro eo tenebatur in carcere. ¶ Verum † quia de ui 28
ſione angelorum & de Mar. Mag. Euangeliſtæ diſcordare uidentur, ideo aliqua ſuper hoc præter propoſitum dicamus. Nam Mat. dicit, q̃ mulieres uiderunt Angelum ſedentem ſuper lapidẽ, qui tñ erat extra monum. Marcus dicit, quod introeuntes ipſæ in monumẽtum, uiderunt eũ ſedentem à dextris. Io. dicit, q̃ Mar. Mag. vidit duos angelos, unum ad caput, & alĩ ad pedes ſedentes. Luc. dicit, q̃ duo Angeli ſtantes dixerunt Marię Mag & alijs, Cur quæritis uiuẽtem &c. Io. dicit ſolam unam ueniſſe. ſ. Mariam Magd. Mat. duas ſcilicet eam & aliam. Mar. tres. ſ. eam, & Mariam matrem Iac. minoris, & Mariam filiam Salomæ, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, ſ. Iacobi minoris, & Ioan. Euangeliſtæ, ſecundum Chryſoſto. tantum Salomæ filia fuit. Lucas plures dicit: dicit enim erat autem Maria Mag. & Ioann. & Maria Iac. minoris, ſubaudi mater, & cæteræ, quæ cum ipſis erat, & aliæ, quas nõ numerant Euangeliſtæ. Eccleſia tamen tres Marias repreſentat. Rurſus Mat. dicit, q̃ mulieres certificatæ per Angelum, inter quas erat præcipue Maria Magda. denunciauerunt Apoſtolis Dominum reſurrexiſſe. & Ioan. dicit, quòd Mar. Mag. nunciauit Petro & Ioann. eum ſublatum fuiſſe. Vera quidem ſunt omnia, quæ dicunt Euangeliſtæ in his, & non ſunt

aduer-

aduersa,sed quod unus minus dicit, alius
29 supplet.†Verum.n.est, sicut narrat Mat. ℣ primò viderunt Angelũ sedentem super lapidẽ,quem reuoluerat ab ostio monumenti,qui & dixit eis eum resurrexisse,& adiecit,Venite,& uidete locum, ubi posuerunt eum,& tunc ipse surgens præcessit eas in monumentũ,& sedit in dextris,sicut narrat Ma. posi Mariam Magdalenam uidit unum ad caput, & alium ad pedes sedẽtes,sicut dicit Io.Qui dixerunt ei:Mulier, quid ploras? & nunciauerunt eum resurrexisse, & tũc surrexerunt ipsi, ut apparerent ei stantes, sicut dicit Luc. ut in hoc,℣ surrexerũt,Dominum surrexisse ostenderent,& cum starent, dixerũt ei & alijs.Cur quæritis uiuentem cũ mortuis? ideſt eum qui resurrexit.Cur quęritis in sepulchro, quod est locus mortuorum? Ambrosius dicit duas fuisse Marias Magdalenas,unam,quæ secũdum Matth. sciuit Dominum resurrexisse, aliam quæ secundum Ioannem nesciuit, sed corpus
30 sublatum credidit.Aug.uerò de †concordan. euangelistarum sic soluit. dicit.n.℣ cum Maria Magda. cum alijs ueniret dicendo. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?cum adhuc aliquantulum lõge esset, uidit lapidem reuolutum, & statim cucurrit ad Petrũ & Io.& significauit eis corpus Domini fuisse sublatũ, qui uenientes inuenerunt monumentum uacuum, & credentes ℣ fuisset sublatum, redierunt. Maria aũt iterum adiunxit se alijs & propius accedẽs cum eis,uidit Angelum sedentem super lapidem, & dixit eis.Cur quæritis in sepulchro quod est locus mortuorũ.Mat. &c.sicut ſuperius dicta sunt Zacha.qui composuit unũ Euangelium ex quatuor,aliter soluit. Dicit.n. quod Mar.Mag.& aliæ uenerunt ad monum.& uiderunt Angelum sedentem super lapidem,sicut dicit Mat.& post in monumẽto sicut dicit Mar. & inde duos stantes: unum ad caput,alium ad pedes,sicut Luc. dicit.sillum priorem cum alio, uel eo disparente,alios duos, qui dixerunt. Cur quæritis uiuentem cum mortuis?& significauerunt eum resurrexisse.Alij crediderunt uerbis eorum. Maria remansit incredula. Vnde aliæ nunciauerunt discipulis Dominum resurrexisse,illa nunciauit Pet.& Io.eum sublatũ fuisse,qui post aduẽtum & recessum eorum sola remansit ad monumentum,& inclinãs se in monumẽto uidit duos angelos sedẽtes, unũ ad caput,& alium ad pedes,sicut dicit Io. qui dixerũt ei.Mulier quid ploras? & illa respondit,Quia tulerunt Dñm meum,& nescio ubi posuerunt eum, & conuersa uidit Dominum,qui dixi ei. Mulier, quid ploras? quem quæris? & illa putans eum hortulanum esse,dixit,Domine, si tu sustulisti eum,dicito mihi,& ego eum tollam. Et tunc Dominus eam ex nomine nominauit, & ipsa tunc eum cognouit,& post plures locutiones angelorum, tunc primo credidit,& uoluit procedere ad pedes Domini, & Dominus dixit ei. Noli me tãgere, nondum.n.ascendi ad patrem meum, subintelligitur in corde tuo.q.d. Quem quæris,tanquam mortuum, non credis patri esse æqualem, & adiecit Dominus.Vade,& dic fratribus meis: Ascendo ad patrem meum, & patrẽ uestrũ &c. ideſt in proximo est, ut ascẽdam Et ipsa cœpit ire iam certificata, & inuentis alijs mulieribus iuit pariter cum eis hoc nunciare Apostolis & in illa uia apparuit eis Dominus,dicẽs, Auete, quæ accesserunt & tenuerunt pedes eius. Prædictum autẽ modum loquendi,in quo generaliter dictum est,℣ mulieres iuerãt nunciare Dominum resurrexisse; cum tamen Maria, quæ erat una de illis,tunc incredula fuit. sæpe in scripturis inuenimus,sicut & Dominus discipulis,& me scitis,& uiã meam scitis,cum tñ quidam esẽt inter eos, qui hæc nescirent.unde Dominus,Tãto tempore uobiscum sum, & non cognouistis *Ioan.13* me &c. sed illud primò dictum est scientibus,istud ignorantibus. Ita etiam dr,℣ Dominus in Ascensione apparuit discipulis, & exprobauit incredulitatem, & du- *Math.* ritiam cordis eorum; quia his,qui uiderant eum surrexisse,non crediderãt, cum tñ aliqui inter eos fuerint, qui iã crediderãt,sicut Petrus,& alij plures,sed illud primò dictum est de incredulis.hæc opinio vr probabilior,quàm secũda.Et quod dixit Amb.non est credendum, quod dixerit asserendo, sed aliorum opin. referendo, licet eam argumentis probare uideatur, quibus iuxta prædictam opi. le-

uiter

uiter respondetur, & ferè totum quod ipse inducit,per interpretationem soluitur. v.g. quod ipse dicit, quòd una Maria fuit secundùm Matth. quæ sciuit eum surrexisse hoc est falsum, quia alijs credentibus uerbis angeli,ipsa remansit incredula. Aug. uerò non sic fuisse dicit, ut narrat, sed narrat ita potuisse esse,vnde probabiliori sententiæ non præiudicat.

S V M M A.

1 *Ferię secũdę post Paschа officiũ.Et n.2.3*

De secunda feria post Pascha. Cap. 90

1 QVIA †per gloriam resurrectionis impleuit Dominus,quę promisit in ueteri testamento,ut uidelicet introduceret nos in terram fluentem lac, & mel, ideo dicit ecclesia in introitu huius secundæ feriæ.Introduxit Dñs in terram fluentem lac,& mel.Exod.13.quia Christus iã introductus est, & ecclesia triumphans in re,Ecclesia verò militans in spe. Epistola sumitur de Actibus Apostolorũ 10.c.Stans Petrus in medio &c. & intendit probare passionem Christi,& resurrectionem,unde dicit. Huic oẽs Prophetæ
2 testimonium perhibent.¶ † Euangelium, Duo ex discipulis.Luc.23.c.concor. Epistolæ de apparitione Dñi discipulis euntibus in Emaus,ibi.n.habetur, ℣ cognouerunt eũ in fractione panis.Quid est fractio panis, nisi expositio scripturæ? ibi n. cognoscitur Dñs. Responsoriũ uerò concord.cum introitu, Dicat nunc Israel,alleluia. Nonne cor nostrũ erat ardens &c. Est de scripturarum expositione. In alijs, ecclesijs dr alleluia, angelus Domini. Mat.vlt.c. Offertorium, angelus Dñi &c. est de testimonio Apostolorum. Postcommunio,Surrexit Dominus &c. Luc.vlt.c. est de apparitione, quæ facta est Petro. Multiplicat igitur apparitiones,ut dictum
3 est ad confirmandam fidẽ.¶Sanè ex †hodierno Euangelio sumitur alleluia. Nonne,& offerenda. Angelus Domini.ex eo, ℣ ibi dr, mulieres uisiones angelorum uidisse,qui dicunt eum uiuere. Similiter & communio. Surrexit Dominus. ex eo ℣ ibi dicitur.Surrexit Dominus uere,& apparuit Simoni. Ad pietatem ergo pertinet hoc officium, in quo cõtinetur rememoratio scripturarum, & per pietatẽ accedit ad mansuetudinem, mansuetis aũt terra promittitur illa,de qua dr Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã fluentem lac,& mel,unde in introitu dr,Introduxit nos Dñs in terram fluentem lac, & mel. Et sunt hæc uerba Mosi populũ post esum agni de Aegypto ducentis. Introduxit in quam spe,sed in illa postea introducet re,quam Caleph dedit Axæ filiæ suæ irrigatam irriguo superiori, & inferiori. Irriguũ inferius,timor est:superius,amor. Caleph etenim,qui quasi cor interpretatr, dat animæ deuotionem, cum timore pariter & amore.¶In hac 2.feria fit in Vrbe statio apud Sanctum Petrũ, propter hoc, quod in Euangelio habetur, & apparuit Simoni: & quia ibidem dicitur, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? quia ipse præ cæteris magis arsit,Dominum diligendo. Hac die pisces uiuos capimus ad recolentes cum gaudio, ℣ dominus ad operationem resurrectionis partem piscis assi comedit, & in tertia feria ad fontes imus,ut ibi dicetur,& mulieres uerberabant uiros, & iam in his tribus diebus est feriandum,prout sub Pascha dictum est.

S V M M A.

1 *Ferię tertię post Paschа officium.Et.nu.2. 3.4.*

De tertia feria post Pascha. Cap. 91.

1 IN tertia feria †ostenditur, per quod habeatur hæreditas cœlestis patriæ. Ostenso uero in secunda feria, quòd in terram fluentem lac, & mel, iam introduxit nos Deus in spe, & postea introducet in re, modò ostendit per quod habeatur,quia per diuinam scientiam siue cognitionem Domini nostri, vnde hæc tota feria est de cognitone, siue sapientia Dei, & inde introitus est.

Aqua

Aqua sapientiæ &c. Eccl. 15. c. & est septimi toni, quia in septem donis Spiritus sancti est ista sapientia. In epistola, Surgens Paulus, Act 13. c. ostenditur passio Christi, & resurrectio, per quam hic sapientia habetur. Qui enim ueram fidē habet de his, habet saporem Dei. hæc aūt cognitio est dies, quam fecit Dominus. de graduali ergo patet. Et nota, q̄ cum omnes graduales versus huius hebdomadæ sumantur de psal. 107. s. Confitemini. qui est nonus post, Dixit Dominus. hodiernus sumitur de psal. 107. s. Confitemini, qui est decimus in matutinali. Cantate. eo, q̄ iste psalmus exortatur fideles ad laud. Dei, qui per sapientiam suā redemit & liberauit eos de quadruplici tentatione; quia liberauit eos de necessitatibus eorum, i. ab infidelitate, & q̄a liberauit eos de necessitatibus eorum, i. a praua consuetudine, & liberauit eos a tædio bonæ actionis, & eduxit eos à uersutijs hæreticæ impugnationis. Alleluia est, Surrexit Dñs, & apparuit mulieribus. Vel fm alias ecclesias, Oportuit. Quod sumitur de Euāgelio, in alij etiam dr. Surrexit Dominus uere. Luc. vlt. c. In Euāgelio uero, Stetit Ie. &c. Luc. 24 cap. ostendit Dominus, & probat resurrectionem suam discipulis suis per quatuor. Primò per consuetum modum loquendi, cum dixit. Pax vobis. loquebatur enim eis sæpe de pace, & amator pacis erat, unde ipse Dñs inquit. In me pacem habebitis, in mundo autem præssuram. Pacem relinquo nobis. Pacem meam do vobis. Secundò per hoc. q̄ ostendit se palpabilem. Tertiò, quia cum eis comedit. Quartò, quia eis sensum aperuit scripturarum, & quia hanc sapriam Dominus dedit per se, & per Apostolos, ideo dr in offertorio, Intonuit de cœlo Dominus. i. de Apostolis, ut omnes crederent in illū. Hæc enim, inquit Ioan. scripta sunt, ut credatis, & credentes uitam æternam habeatis. ¶ † In post communione quæ est ad Col. 3. c inuitamur ad hanc sapientiam. Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt sapite. ecce de sapientia. Et quia de sapientia habetur in hac 2. feria, ideo fit statio ad Sanctum Paulum, qui fuit sapientior oībus Apostolis, seu qui Dominus singulariter aperuit intelligētiā scripturarum, de quibus legitur in Euang. & introitu. Vnde ipse dicit. Non a me, nec ab homine accepi euang. meum, sed per reuelationem Dñi mei Iesu Christi. uel, quia per eū maximè adimpletum est, cū in euang. legitur, oportuit prædicare pœnitentiam in omnes gentes, ideo & eius prædicatio legitur in hodierna lectione Actuum Apostolorum. Hac die fuiti uerberant mulieres, prout sub pascha dictum est: hac etiam die ad fontes imus, pro eo q̄ hodie in introitu uiri beati aqua sapientiæ potati referuntur, & in offertorio fontes aquarum apparuisse memorantur.

2

4

S V M M A.

1 *Feria quarta officium a Paschate. Et nu.* 1
2.3.

De quarta feria post Pascha. Cap. 92.

OSTENSO † in 3. feria de cœlesti patria, & per quod habeatur: ostenso etiam in secunda feria, q̄ in terram fluentem lac & mel introducimur, ideo nunc in hac quarta feria inuitamur ad illam. Vnde introitus est. Venite benedicti patris mei &cæt. Matth. 35. quia uerò dicit Dominus. Pœnitentiam agite, appropinquabit. n. Regnum cœlorum & quia ibi non intrant, nisi purificati per pœnitentiam, ideo Beatus Petrus in epistola, Aperiens. Act 3. inuitat Iudæos ad pœnitentiam, ideo autem ad pœnitētiam inuitatur homo, ut de filio diaboli, fiat filius Dei, & hæc mutatio dexteræ excelsi, propter quod in responsorio hr. Dextera † Dñi 2
fecit uirtutem. Sequitur alleluia de resurrectione. Surrexit Dominus &c. & in alijs ecclesijs est, Christus resurgens, &c. Semper. n. in his dieb. aliqua de resurrectione dicuntur. In alijs. n. dicitur, Cum sederit. Matt. 22. c. Quia uerò hęc mutatio fit etiam, quando † homines fiunt filij Dei 3
propter prædicationem, ideo in euangelio. Manifestauit se Iesus. Io. 21. cap. dicit Dominus. Mittite in dexterā nauigij rete, hoc facit, qui tantum prędicat propter Deum, & tunc trahuntur magni pisces,

postea

postea dedit eis piscem assum. Piscis assus est Christus passus, hæc erit refectio in patria cum comedemus panem Angelorū, de quo in offertorio, Portas cœli &cęt. Postcommunio est Christus resurgens. Ro. 6. Et quia beatus Laurētius fuit unus de magnis piscibus, & fuit assatus, p Christo, ideo fit statio ad beatum Laurentiū.

S V M M A.

1 *Feria quinta a paschate officium, & numero 2.3.*

De quinta feria post Pascha. Cap. 93.

1 QVINTA † feria est de conuersione Gētium propter passionem, & resurrectionem. Vnde introitus est, Victricem manum tuam laudauerunt pariter Christiani, quia sapientia aperuit os mutorum. unde Esa. 25. Tunc claudus saliet sicut ceruus, & aperientur linguæ mutorum, quod factum est, quando Christus dæmones ejiciebat, & faciebat homines mutos loqui: unde in Euangelio, Erat Iesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. In epistola uero Angelus domini Act. 8. significatur conuersio ista Gentiū, unde dicitur ibi de eunucho, qui conuersus est a Filippo, qui interpretatur os lampadis, siue os illuminans, quia quandoq; per scripturarum inspectionem, uel prædicationem conuertitur homo, ut Gentiles, qui significantur per eunuchum: quādoq; uero per inspirationem conuertitur ad Dominum, ut habetur in Euangelio, quòd apparuit Mar. Magda. Quia uero per conuersionem Gentium factus est Christus lapis angularis; ideo in uersu responsorij habetur. Lapidem quem repr.
2 q̄dif. &c. Et quia uera † conuersio fit per pœnitentiam, ideo sequitur alleluia. Mat. 25. in die resurrectionis meæ dicit dominus, præcedā uos in Galilæam, i. in transmigratione de uitijs ad uirtutes, Euangelium, Maria † stabat. Io. 20. est de apparitione domini, Mari q̄ Magdalenę in specie hortulani, siue peregrini, quia peregrinus est homo quandiu est in peccato. In offertorio. In die solennitatis Exo. 4. & 13. c. similiter promittitur conuertentibus vera beatitudo. In postcommunione uero, populus &c. 1. Reg. 2. ad laudandum inuitamur, & sic statio ad sanctos Apostolos, quia in Philippo, qui interpretatur os lampadis, intelliguntur omnes Apostoli, per quorum prędicationem cōuersio Gentium facta est, Item, quia fratres Domini, de quibus in Euangelio legitur, sunt Apostoli, per quos os muti apertum est, & disertæ factæ linguæ infantium, ideo statio fit ibi.

S V M M A.

1 *Feria sexta à paschate, quod & quale habeat officium. ibid & nu. 3. 4. 5.*

De sexta feria post pascha. Cap. 94.

SEXTA feria † est de institutione baptismi, unde introitus est, Introduxit eos dominus, s. de Aegypto, i. de tenebris peccato, & inimicos eorum operuit mare, i. baptismus, & subijcitur ibi ter alleluia propter liberationem ab hostibus & donū gratiæ. ¶ Postmodum sequitur † epistola, Christus semel. 1. Petr. 2
3 c. in qua beatus Pet. agit de baptismo, & de arca Noe, sicut in diluuio p arcam saluæ factæ sunt aīæ, licet paucæ, s. 8. Similiter, & in baptismo, q̄a sicut in aquis diluuij, q̄ inundauerunt mundū, & mūdus a peccatis purgatus est, & per arcam aīæ saluæ factæ sunt: ita in aquis baptismi, in quo oīa peccata mundata sunt, per ecclesiam saluati sumus. ¶ Sequitur graduale. Hæc dies quam † fecit dominus, uersus. 3
Benedictus qui uenit in noie domini. Est n homo, qui consecrat baptisma, sed Deus est, qui inuisibiliter baptizat. Vnde sequitur. Deus dominus, illuxit nobis, s. per illuminationem baptismi, & per illuminationem legis domini. Alleluia, est Angelus domini, cū duplici uersu, sicut in die paschæ in quibusdam ecclesijs, quia in hac die agitur de institutione baptismi. unus uersus est ꝓpter Xpi resurrectionē in corpore, alius propter stolam animæ, quam in baptismo suscipiunt baptizati.

¶ † Euan-

4 ¶† Euangelium uero est de institutione baptismi, ſm Mar. vlt. c. Vndecim discipuli abierunt in montē, quē constituit illis Iesus. Sequitur ibi, Euntes docete oēs gentes, baptizantes eos in nole patris &c. Et q̄ in memoria debemus habere istū diē, p̄p̄ institutionē baptismi, iō sequitur in of-
5 fertorio. Erit nobis † memorialis dies ista &c. Exo. 12. 13. c memorialis quidem est dies, in qua de vitijs ad uirtutes transimus, hæc n. dicit Moses de die paschæ. ¶Postcommunio. Data est mihi oīs potestas. Matt. vlt. c. Quia uero beata Virgo creditur interfuisse in institutione baptismi, quia, ut Hieronymus ait hoc apud Nazareth in domo eius actum est, ideo hac die statio fit in Ecclesia eius.

SVMMA.

1 *Sabbatum in albis, quod habent officia. & nu 2. 4. 5 6.*

3 *Iudicij dies plenus erit gaudio propter dominicam, & nostram resurrectionem.*

De Sabbato in albis. Cap. 95.

1 ¶ Sequitur EQVITVR † de sabbato in albis, in quo est introitus: Eduxit dominus populum suū in exultatione. Hoc maximē in extremo sabbato fieri intelligimus, quando erit uera sabbatum, sed ne Iudæi credant hoc dictum esse de seq. sequitur in epistō. 1 Petri 2. c. Fratres, deponentes oēm malitiam, & dolum &c. Sequitur
2 duplex † alleluia sine gradali. Primō, quia nunc terminatur Septuagesima, post quam sequitur octaua resurrectionis, qñ habebitur duplex stola, animę scilicet, & corporis, & cessabit labor operis, de quo dictū est in proœmio huius partis, & sub ti. de 7. diebus post pascha, & in 4. parte, sub ti. de alleluia. Secundō, quia in die in
3 die † plenum erit gaudium, pro dominica, & nostra resurrectione. Tertiō geminatur alleluia, q̄a tunc erit lętitia sempiterna, quia n. erit laus tripla, unū alleluia canitur, sempiterna, secundum concinit alleluia. Quartō, q̄a in octaua resurrectionis oīs solicitudo deponetur, q̄ significatur in hac octaua die, in qua uestis candida, siue chrismale deponitur, ideō in albis non cantatur graduale, sed duplex alleluia, quia tunc erimus in albis. Item quātū ad resurrectionem dñi, nō debet graduale cantari, neq; quantum ad baptizatos, & ideo cantatur unum alleluia, pro baptizatis, s. Laudate pueri dñm, & aliud de resurrectione dñi, s. Hæc dies. Præterea ideo post alleluia. Hæc dies sequitur alleluia Laudate pueri, quia de lætitia animarū transient ad gloriā incorruptibilem corporum. † Euangelium uero. Una sabbati. Iohan. c. est de duobus discipulis, qui currebant ad monumentum. Pet. s. & Io. qui significant duos populos, currit tamē citius Io. i. iudaicus populus, quia habebat prophetas, s. Hieremiam, Esaiam, & alios, qui de passione Domini loquuntur: sed Petrus citius intrauit, i. Gentilis populus, non tamen intrauerunt Iudæi in multitudine, qui enim credit, intrat, sicut dicit Aug. Et attende, quia Epistola, & Euangelium huius sabbati concordant cū Epistola, & Euangelio Sabbati sancti, prout dictum est, sub ti. de 7. diebus post Pascha. in offertorio uero de illuminatione post baptismum aguntur grates. Benedictus, qui uenit &c. † Postcommunio est. 5
Oēs qui in Christo baptizati estis, Christum induistis, Gal. 3. Die ista fit statio ad ecclesiam beati Ioan. in Laterano, quia enim ibi in præcedenti sabbato baptizati sunt pueri, & in 8. die in lege circuncidebantur, ideo recte hac die ibi conueniunt, ut hoc spiritualiter agatur in baptizatis: & hoc est, quod dicitur in epistola, Deponentes omnem malitiam, & omnē dolum &c. quasi modo geniti infantes, ne per senestras quinque sensuum intret mors. † Dicitur autem ad horas capitulum. Christus resurgens. Rom. 6. c. & ibi. Sed. Expurgate uetus &c. ad Corin. 5. c. & illud. Christus passus est. 1. Petri 2. Quia uero in tota Septuagesima, quæ usque ad hanc diem protenditur, pœnitentiam egimus, ideo ecclesia hodie celebrat in albis, ut magis ac magis albi simus, sicut dominus ait in Euangelio Matthæi 3. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quare hoc sabbatum

batum dr in albis, dictum est sup pascha. Hac die dns Papa distribuit Agnus Dei. Alicubi etiam distribuitur cereus paschalis. de quo dictum est sub sabbato sancto.

SVMMA.

1 *Dierum septem a pascha te, secunda expositio, & intellectus n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

2 *Resurrectionis dominicæ officium pertinet ad timorem.*

Alia expositio dictorum septem dierum. Cap. 96.

1 POTEST etiam aliter dici, quod † ideo in præmissis septem diebus baptismalia celebrantur officia, uel q̄a baptizati sapientia septiformi docentur, uel quia ipsorum tēporis unuersitas dierum septenario uoluitur, quibus q̄a fides, spes, & charitas præcipuē sunt necessaria, ideo trib. psalmis utimur in nocturnis. Singulorum aūt dierum officia sic possumus septem Spiritib. & beatitudinibus coaptare. ¶ Officium † quidē
2 dñicæ resurrectionis pertinet ad timorē, quo timemus terribilē sniam iudicis. Cū eum dicet pater, rex, & iudex oīum, resurrexi, & adhuc. in sugillatione inimicorū dicentium, qñ morietur, & peribit nomen eius, tunc magnus erit timor, & tremor, unde & in offertorio. Terra tremuit &c. spiritus timoris, ut fundamentū ponitur, sed quare a timore incipientes in sapientia terminamus, cum Esaias cæperit a sapientia & descendevit ad timorē? Respondeo, Esa. Saluatorem descripsit, q̄ carnem assumendo descēdit, nos uerò de terrenis ad cęlestia tendere conamur, & ideo gradus ascendendo connumerare debemus, ut a timore ad sapiētiam peruenire possimus. In secunda feria legitur Euangelium de duob. discipulis euntibus in Emaus, q̄bus dns apparuit, & scripturas Mosi, & omnium prophetarum aperuit. Et attēde, q̄
3 licet † hodie legatur Euangelium, de apparitione dñi, non tñ hodie, sed heri appariuit fuit. Ad pietatē ergo pertinet hoc officium, in quo cōtinet rememoratio scripturarum, & accedit ad mansuetudinem, prout ibi dictum est. In tertia feria legit Euangelium. Steterit Iesus, ubi multifariē suā resurrectionē probat, s. p. uisum & tactum, p. gustum et & p. auditum, cum scripturas et exponit, q̄ pertinet ad sciam, ut de introitu. Aqua sapientię &c. beati uiri portati referant in offertorio. Intonuit, fontes aquarum apparuisse memorant, in postcōmunione. Si cō surrexistis, † quæ sursum 4
sunt, q̄rere & sapere iubeōr. & in Euangelio Iesus ad intelligendum scripturas discipulis aperit. Scripturarum q̄ppe intelligentia & scientiæ lamenti, & luctus est eā effectiua. Qui. n. legit in scripturis prophetas, & eorum dñm occisos, quoquo modo dolore mordet, & quāto magis q̄s peccata sua intelligit, tanto citius in luctum & pœnitentiæ lamentum prorumpit. Licet igit his diebus sit uacandum, tñ inepti lętitiā remoueamus, ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedamus, quia Beati qui lugent. In quarta feria legit Euāgelium de discipulis piscantibus, quos inuitauit ad prandium, & dedit eis panē, & piscem assum, i. Xp̄m cognoscere Deum & hoiem passum, quæ est illa quidē saturitas, de qua dr. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, qm ipsi saturabunt, quod ergo dr ibi. Venite prandere, hoc est, quod cantat in introitu. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. hoc. n. regnum est prandium æternum, ubi erunt pisces magni, sed unus super prunas non passionis, sed amoris. rationabiliter autem feria quarta nobis a Christo regnum promittitur, quia in quarta ætate regnauerunt Dauid & Salomon, in quorum manibus Christi regnum specialius & plenius significatur, & quia Petrus supradictum rete traxit in terram, ipsi enim commissa est ecclesia, ipsi specialiter dictum est. Pasce oues meas, ideo pro epistola sumitur eius prædicatio de Act. Apo. Ad saturitatem. n. 5
quoque pertinet Offerenda. Portas cęli aperuit, propheras qui prædixerunt, qui annunciauerunt, Mariam quæ genuit, Apostolos qui prædicauerunt, doctores qui exposuerunt, per hos omnes pluit dominus manna in ore egentium animarum, idest uerbum, uel corpori sacramentum, ut non deficerent in uia tendentes ad

patriam

patriam, ubi comedent panem Angelorum, uersus gradualis. Dextera domini fecit uirtutem, congruit illi uerbo Euangelij. Mittite in dextera nauigij rete & est sensus, Dextera Domini fecit virtutem, quia potentia uerbi mihi vniti fecit me vincere mortem, ideoq; dextera domini exaltauit me, i. laudabilem me fecit. Et reperit. Dextera domini fecit uirtutem, ut ostendat resurrectionis qualitatem, s. æternam. Vnde sequitur, Non moriar, sed viuam: iuxta quem sensum canimus cum Apostolo in alleluia, & cõione. Christus resurgẽs, & pertinet hoc ad fortitudiné, & quia bea. Lau. fuit piscis assus, fortis in esurie, & esuriens in fortitudine. iõ fit ibi
6 statio. ¶Officium † quintæ feriæ ptinet ad consilium, & misericordiam: magnum n. fuit consilium peccatricis pedes lauantis cum lachrymis, ut misericordiam consequeretur, prout in Euangelio dr. ¶Offi
7 cium † 6. feriæ pertinet ad munditiã cordis, & corporis. In baptizato namque, de quo ibi agitur, lauatur corpus, & anima. Et quia mundis cordibus visio Dei ꝓmittitur, ut ibi dictum est: Beati mundo corde, qm ipsi Deum videbunt, & per munditiam ad intellectum peruenit, ideo re-
8 cte in Euangelio dr, q trãsmigrãtes Deũ videbunt. ¶In sabbato † legitur Euangelium, in quo dicit, q licet Ioã. præcurrit, tamen Pet. sequens citius in monumentum intrauit, & postea Ioã Hi, prout dictum est ibi. sunt duo populi. Petrus significat Gentes, qui posterius venerunt ad notitiam passionis, sed tamen primitus crediderunt. Ioannes synagogam, qui in lege, & prophetis prius audiuit domini passionem, sed nondum credere in mortuum uoluit, credet autẽ, cum Israel sal-
9 uus fiet. ¶De † his duobus populis, s. credentibus, & non credẽtibus loquitur Petrus in epistola Deponentes &c. De credentibus dr in introitu. Eduxit dominus populum. s. in exitu. Eduxit. n. dominus Israel de Aegypto, cum auro, & argento, sed illis deserto murmurantibus, & ideo pereuntibus, eduxit eos, qui non murmurauerunt de deserto in terram promissionis, & pp eosdem dimittimus graduale, & duplicatur alleluia, quia tunc neophiti laborant, nũc Deum voce, & opere laudant. Ad eosdem pertinet ipse, Laudate pueri dom. tot'. n. ille ps. ad electionẽ dirigitur Gẽtium, quod ex illius fine probatur. Qui habitare facit sterilẽ in domo. Eisdem pueris cõuenit, quod canitur in offertorio. Benedictus qui uenit in noie domini Hunc. n. uersiculum tantauerunt pueri occurrentes dño ad passionẽ uenienti. Quod sequitur, Benediximus uobis de domo. dom. adiecit mater Ecclesia dicẽs pueris suis. Benediximus uobis, i. signauimus uos baptismo, nos qui sumus familia domini, quia dñs Deus illuxit nobis; seqũs uersus. Hæc † dies. ad gaudium spectat credentium, ille alius. Lapidem, quẽ reprobauerunt. ad suggillationem pertinet Iudæorum, ad eosdem credentes pertinet postcõio Omnes, q in Christo &c. pertinet igitur officiũ illud ad pacificos, qui filij Dei uocabuntur. Dedit n. dominus his, qui credũt in nomine eius, filios Dei fieri, quibus datur sapientia perfrui.

S V M M A.

1 *Dominica prima a Paschate officium, & num. 2. 4. & 6.*
3 *Apocalypsis, & Epistolæ canonica legũtur a resurrectione, idque iure.*
5 *Missæ dominica secundæ a Paschate expositio.*

De prima Dominica post Paschã. Cap. 97.

IN octaua Paschæ † incipit tempus regressionis, seu reconciliationis, prout dictum est in proœmio huius partis. ¶Sanè in hac die dominica, in quibusdam Ecclesijs fiunt octauæ Paschæ, & dicuntur responsoria de die dominica, & introitus. Resurrexit, & graduale, quod derelictum erat resumunt, habentes respectũ ad generalẽ resurrectionem, ad cuius gloriã p gradꝰ ascẽdit, Xpi. n. resurrectio in octaua ętate facta est. Sed cũ paschalis solẽnitas significet illã octauã, quę sequitur † septenarium huius uitæ, quæritur 2
quare habet octauas, cum etiã eius solẽnitas

pitas protendatur, non tantum per octo dies, sed etiam usq; ad diem pent. Respondeo; qa resurrectio futura significata est per circuncisionem, quæ octaua die mandata est, cuius uerę circũcisionis octo sunt beatitudines, quarum octaua redit ad primam. & ideo ad representandum has beatitudines solẽnibus octo diebus officijs celebramus octauas dominicæ resurrectionis, quæ est causa & signũ nostræ futuræ resurrectionis. Has beatitudines coaptat Augu. in lib. de doctrina Christiana septẽ spiritibus, omittens ultimã, quia redit ad primam. gradatim. n. a timore peruenitur ad sapientiam, unde in ultium sapientiæ timor Domini. de hoc dicetur in proœ. septimæ partis. Quia ergo nouiter baptizati sunt pueri: & quia multos nouellos in Quadragesima genuit ecclesia, & quia in illo tempore fuerunt Apostoli pueri, propter quod Dominus fuit cum eis quadra
2 ginta diebus post pascha, instruens eos in fide, ut possent omnino fieri spirituales, & ut ureretur igne Spiritus sancti. ppter istas tres causas, siue nouitates, instruit nos ecclesia in fide in hoc tpe. Et iõ in prima quindena leguntur Apocalyp. & Acta Apostol. in quibus libris habẽt de septem signaculis, uidelicet de incarnatione, natiuitate &c. quæ Christus solus aperuit, quæ sunt maximæ principia fidei nostræ: postmodum in alia quindena cantatur in responsorijs psalmis, & in lectionib. legun tur epistolę canonicę usq; ad ascensionẽ Dñi, ut supra fidẽ ædificentur bona opera: Psalmi. n. & epistolę bona opera designant. ¶Et attende, q ante † resurrectionem lex & Prophetę legebantur, post resurrectionem verò Apocalyp. & epistolæ canonicæ, quæ sunt, & Apostolorum scripta leguntur, & cantibus inbilantur. Lex. n.
3 & Prophetæ Christi passionem & resurrectionẽ prædixerunt, sed Apostoli iam facta annunciauerunt, & testificati sunt, ideoq; responsorium illud cantatur. Virtute magna reddebant Apostoli testimoniũ resurrectionis. Rationabiliter quoq; legitur Apocalyp. & cantatur, eo q in ea visio Christi, & angelorũ collocutio memoratur. In illa. n. uita, quam paschale significat tempus, animæ missione Trinitatis, & angelorum consortio congratulabuntur. Legitur autem Apoca. cum historia. Dignus es Domine: aliàs incipit, Ego sum alfa uera. Quod autem in quodam responsorio dr, decantabat populus Israel alleluia, & uniuersa multitudo Iacob canebat legitimè, & Dauid cum cantoribus cytharam pertutiebat in domo Domini, illud respicit, q Regno Saul destructo, i. mortis imperio, arca, i. humanitas Saluatoris, in qua sunt manna, i. uerbum, & rabulæ testaméti, i. thesauri sapiẽtię & scientiæ Dei absconditi, in Hierusalem ducitur, & in tabernaculo collocatur, ut æterna pacis uisione fruatur, & ad patris æqualitatem gloriosus exhibeatur. Cum autem superius de temporibus infantiæ Saluatoris paululum dixerimus esse legendum, nunc uero scripta cæterorum Apostolorum, patet, q toto tempore siue ante passionẽ, siue postea, quo Domini præsentia memoratur, cõgruè precones noui testamenti loquuntur, ut quasi ab uberibus sponsi filij consolationis lacte potẽtur. Hæ namq; scripturæ sunt ubera, de quibus dicitur: Meliora sunt ubera tua uino, de quibus nos sic reficiat Deus, cuius misericordia plena est terra, ut omnes de ipsius plenitudine accipiamus. Et † no. q 4
ẽm Romanum ordinẽ leguntur 9 lectiones in dominicis a pascha usq; ad pentec. prout dictum est sub tit de 7. diebus post pascha. propter nouitatem autem triplicẽ, quæ dicta est, incipit introitus: Quasi † modo geniti &c. 1. Pet. 2. cap. In Epistola uero in fide instruimur, quæ incipit: 5
Omne quod natum est ex Deo, uincit mundum &c. 1. Io. 5. cap. Ostendit fidem per testimonium in cœlo, & in terra, & in conscientia. In terra cum dicit, Tres sunt, qui testimonium perhibẽt in terra, spiritus, aqua, & sanguis. quia. n. clamore magno dominus emisit spiritum, & q ex eo iam mortuo exiuit sanguis, & aqua, indicium fuit humanitatis, & hi tres unũ sunt, ideſt, unum significant. Tres perhibent testimonium in cœlo, pater in uoce, uerbum in carne, spiritus in columba, & hi tres unum sunt. de testimonio conscientiæ sequitur in epistola. Qui credit in filium Dei, iam in se testimonium Dei habet, ideſt, hoc dictat ei conscientia. sequitur duplex alleluia. In domi-

nicis.n.& festiuis diebus ab hac die vsque
6 † ad pẽte.canitur duplex alleluia,de quo dictum est sub titu.de septem diebus post pascha, & sub sabbato in albis, & sub Septuagesima primũ alleluia est: Post dies octo.Io.20.c.Euangelium: Cum esset sero.Io.20.c. est de duabus apparitionibus Prima omnibus Apostolis, in ipsa die paschæ, excepto Thoma:alia,octauo die p̃sente Thoma,qui vidit & credidit,& tetigit, & dixit, Dns meus, & Deus meus aliud uidit,aliud credidit, vidit humanitatem,& credidit deitatẽ, & congruit factũ interpretationi nominis. Thomas.n.interpretatur abyssus, nã profundè intellexit,qui ex eis,quæ exterius uidit,deitatis intima penetrauit. postmodum inuitauit nos in euãgelio beatus Io.ad credendum ab vtili,& honesto:vtile est.n.nobis credere.vnde dr, Multa signa fecit Iesus, quæ nõ sunt scripta in libro hoc.Postcommunio est, Mitte manum &c. Ioan.20.cap.

S V M M A.

Dominica secunda à paschate quid moneat. Et eius officium.

De secunda Dominica post Pascha.
Cap. 98.

1 SEQVITVR † de secunda dominica post paschа;quia.n. per Christi resurrectionẽ illuxit Deus nobis non tantum paruulis, sed etiam perfectis ideo hæc dominica de pastoribus est, qui debent plenè imitari Christum. vnde introitus est. Misericordia Domini plena est terra. ea.n.non tantum paruuli, sed & magni repleti sunt.& ideo sicut antecedens dominica fuit de paruulis, sic ista est de perfectis.vnde sequitur. Verbo Domini cœli,i. Apostoli,firmati sunt.& quia Petrus loquitur ad pastores in epistola,Christuspassus est pro nobis &c. 1.Pet.2.cap. ideo nunc fiũt synodi,& fit statio apud Sanctum Petrum.In fine.n. dicitur. Conuersi.n.estis ad pastorem, & epm animarum vestrarũ. Duo alleluia dicũtur; primum,s.Cognouerunt discipuli &c.est de resurrectione, in alijs tamen ecclesijs dicitur, Surrexit Dns.Mat.vlt.c.aliud,s.Ego sum pastor bonus. Io. 10.c. est de prælatis & mercenarijs. Offertoriũ est, Deus, Deus meus ad te de luce vigilo, quia prelati debent semper vigilare; vnde in canticis canticorum dicitur,Inuenerunt me vigiles,qui custodiunt ciuitatẽ. Postcommunio similiter est de prælatis. Ego sum pastor bonus.

S V M M A.

1 *Dominica tertia à paschate quid hortetur aut quo vocet. Et nu.2.3.*

De Dominica tertia post Pascha.
Cap. 99.

1 IN præcedentibus duabus † dominicis ostensum est, quod parui,vel magni,per Christi resurrectionẽ pleni sunt misericordia Domini;parui,cum dicitur in introitu præcedentis dominicæ; Misericordia Dñi plena est terra.magni, cum dicitur ibidem; Verbo Domini cœli firmati sunt. In hac vero tertia, & in sequentibus duabus dominicis ante Ascensionem hortatur nos ecclesia ad iubilum,& exultationem propter Christi resurrectionem,& ascensionem.vnde introitus huius dominicæ incipit: Iubilate Deo omnis terra &c. & ibi sequitur alleluia, qa iubilus est exultatio mentis,habita de æternis.soli aũt Deo iubilandum est. sequitur psal. Dicite nomini eius, i. hilari operatione ipsum laudate. & sequitur fit ibi vnum alleluia,quia ab una radice ortum habent alia omnia,i. à charitate. sequitur, Date gloriam laudi eius.& ibidẽ in fine sequitur triplex alleluia,quia à potentia Patris,& sapiẽtia Filij, & à benignitate Spirituſſancti procedit, q nos liberauit per passionẽ,& resurrectionem suam, & ideo laudandus est Deus, licèt autem sit exultatio, tamen incutitur timor, ne spes sine timore luxuriet in præsumptionem. Inde sequitur versus, Dicite Deo, quàm terribilia,

2 ribilia † sunt opera tua Domine: debet.n. timere nouus populus; quia Iudæi excecati sunt, qui erãt populus peculiaris Domini, qui licet apposuissent custodes, tamen dixerunt. Venerunt Discipuli eius, & furati sunt eum. & hoc est, quod dicit Psal. Mentietur tibi.s.ad honorem tuum, quia ex hac magis cõfusi sunt inimici tui, idest,Iudæi. & sequitur ibi: In multitudine virtutis tuæ. quasi dicat, licet uidissent multa miracula, videlicet solem obscuratũ,& petras scissas, in hoc est etiam multitudo virtutis Dei, q mendacia inimicorum vertit in suum honorem.In epi
3 stola verò monet Petrus † baptizatos, vt ambulent in nouitate vitæ, abstinentes a carnalibus desiderijs,dicens,Obsecro vos fratres,tanquam aduenas, & peregrinos, abstinere vos à carnalib.desiderijs.1.Pet. 2.c. & concordat cum introitu; quia gustato spiritu, desipit omnis caro,quædam ecclesiæ dicunt alleluia, Christus resurgens.Ro.6.c. Euangelium est de resurrectione, Modicum.& iã non uidebitis me. modicum, idest, à morte vsque ad resurrectionem, & iterum modicum & uidebitis me post resurrectionem,& modicũ, quia vado ad patrem.Io.16.

S V M M A.

2 *Dominica quarta à Paschate inuitat ad iubileũ. Et eius officium nu. 2.3.4.*

De Dominica quarta post Pascha.
Cap. 100.

1 IN quarta etiam † Dominica inuitamur ad iubileum, & specialiter inuitantur ad hoc Gentes,vnde introitus sumptus est de ps.inuitante ad canticum, qui incipit, Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Ber-
2 nardus inquit, Tria fecit † Dominus mirabilia in incarnatione sua. Primum, quod mater esset Virgo. Secũdum, quod Deus fieret homo. Tertium, q prædicta põt credere carnalis homo, sequitur ibi ante conspectum Gentium reuelauit iustitiam suam.i.filium suum. Sequitur ver
sus,Saluauit sibi dextera eius &c. Et qa per fidẽ uniti sunt duo populi.s.Gentilis, & Iudaicus, ideo in oratione hr, Deus, qui fidelium mentes vnius efficis uoluntatis &c.Rursus,quia ista Dominica quarta propinquat Ascensioni, ideo dicitur euangelium. Vado † ad eum qui me mi- 3
sit,& nemo ex uobis &c.Io.16.& post,Expedit uobis, vt ego vadã &c. Ostẽditur.n. causa iubili.s.ascensio huic consonat principiũ epistolę beati Iac. 1.c.Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est,descendens à patre luminum. Sequitur in euangelio, Cum † uenerit pa- 4
racletus arguet mundum de peccato, id est, de infidelitate. fides.n. peccatum excludit, unde arguere de hoc peccato, est arguere de omni peccato,& de iudicio,& de iustitia, dicit ergo de peccato.s. quod habent.De iustitia quã non habẽt.s. Sanctorum; quia uado ad patrem, i.ª in cordibus sanctorum hominum, perducendo eos ad patrem,per cognitionem Dei bonam, & extollendo eos ad patris conformitatem,& tñ nolũt homines sanctis assimilari. de iudicio,quod non timent, quia Princeps mundi huius iam iudicatus est, & adhuc sequũtur damnatũ, & sufficeret de duobus arguere.s. de fide; quam non hñt,& habere possent.si vellent.& de iustitia,siue de bona uita, in qua nõ imitantur Sanctos,& ideo adiecit verbum timoris.s.de iudicio, quod debẽt tales subire. Sequit ibi. Et quæcunq; audiet loquet. & huic concordat finis epistolæ.Suscipite eum mansuetudine insitum verbum &c. Si.n.Spirituſſanctus audit, quæ loquitur, multo fortius debet homo audire, & expectare, donec Deus ipse loquatur, quia q de se ipso loquitur, mẽdaciũ loquitur.

S V M M A.

1 *Rogationum Dominica, quid moneat. & nume.2.3.*

De Dominica Rogationum. Cap. 101.

1 VINTO † loco sequitur de Dominica Rogationũ, in qua instructos per quatuor Dominicas, quasi ornatos quatuor

Cardinalibus virtutibus, monet annunciare alijs ut qui audit, dicat, veni, & cortina cortinam trahat. extra de sacr. vnct. c. vnico. dicens in introitu, qui est Esa 64. c. secundum aliam translationem, uocem iucunditatis, id est, noui testamẽti, in quo promissa redduntur, non terroris, sicut uetus lex fuit annunciare &c. Hæc aũt Dominica dr. † Rogationum propter propinquam Ascensionem Dñi, quam, quia nosse non possumus, ideo in oratione docemur petere duo, quæ petẽda sunt. s. vt cognoscamus, & faciamus. Dicit. n. oratio: Largire quæsumus Dñe supplicibus tuis semper spiritum cogitãdi, quę recta sunt, propitius & agendi &c. Vnde in epistola redarguit beatus Iac. eos, qui volunt cognoscere, & non facere, dicens, Estote factores verbi, & non auditores tñ, &c. Iac. 1. c. Quædã Ecclesiæ dicunt alleluia. Nõne cor nostrum ardens &c. Luc. vlti. c. &
3 Vsque modo &c. Io. 16. c. In † euangelio vero, Amen amen dico uobis, &c. Io. 16. c. ostẽdit, quid debeamus petere, s. æterna, dicens. Vsq, modo nõ petistis quicquam, qui. n. petit temporalia, nil petit, quoniã in eis quæ non quiescunt, quies esse non potest, unde sequitur Petite, & accipietis, quia dextera Domini semper aperta est.

SVMMA.

1 *Rogationes quo tempore fiant, & cur cantentur litaniæ.*
2 *Litaniæ maior à quo, & quorsum institutæ.*
3 *Litaniæ siue rogationes habent processionẽ septiformẽ. Et qua id significatione. Et unde dicta minor litania nu. 4.*
5 *Sanctos cur rogemus.*
6 *Litaniæ qualiter fiãt, quidque habeant, & nu. 7. 9. 10. 11.*
8 *Vexilla cur ferantur in processione.*
12 *Litaniarum Missa, & eius expositio. Et nume. 13. 14. 15.*

De Rogationibus. Cap. 102.

1 IN tribus diebus † antè festum Ascensionis Domini fiunt rogationes, quæ dicuntur litaniæ λιτανεία autem græcè, apud nos supplicatio seu rogatio est. In qua ecclesia sancta Deum rogat, vt qui destruxit consilium Achitofel, destruat consilium eorum, qui volunt viuere super pacem eius, tunc ét supplicamus Deo, ut nos à morte subitanea, & ab omni infirmitate defendat: rogamus verò Sanctos, ut pro nobis apud Deũ intercedant. Et denominatur græco uocabulo, λιτανεία propter authoritatem linguæ græcæ, prout dictum est sub Pascha. Est † aũt duplex litania, s. maior, & minor. 2
Maior est in festo beati Marci, quæ inuenta fuit à beato Greg. pp pestem inguinariam, siue inflaturam inguinum, cuius institutionis causas Paul. Mõtis Cassini monachus Longobardordũ historiographus ita describit, dicens, q̃ tẽpore Pelagij Papæ tãta fuit inundatio aquarum per Italiam, q̃ aquæ ascenderunt vsque ad superiores fenestras templi Neronis, qđ erat Romæ, nec aquæ intrabant templũ, tunc per Tyberim effluxit multitudo serpentum, inter quos fuit maximus draco, ex quorum flatib. aer est corruptus, & inde emersit pestis inguinaria, qua homines passim, & subito moriebantur; & cum penè totus Romanus populus deleretur, Pelagius Papa omnib. ieiunium, & processionem indixit. Sed in ipsa processione ipse cũ septuaginta alijs expirauit, cui substitutus est Greg. Primus, qui & magnus dictus est: & hanc litaniam vbique terrarum seruari præcepit. Litania ideoq; hæc dr Gregoriana, uel Romana. Vocantur ét Cruces nigræ, quoniam in signum mœroris ex tanta hominum strage, & in signum pœnitentiæ homines nigris vestibus induebantur, & cruces, & altaria nigris velabantur. Tertio etiam modo † dicitur processio septiformis, eo q̃ beatus Greg. septeno ordine iri in ea in maioribus ecclesijs ordinauit. In primò ordine sunt clerici. In secũdo religiosi. In tertio sanctæ moniales. In quarto pueri. In quinto laici perfectæ ætatis. In sexto viduæ, & continentes. In septimo coniugati. ¶ In alijs verò ecclesijs, quod non possumus in numero personarum, supplemus in numero litaniarum. Nam septies litaniam dicere debemus prius, quam insignia deponamus. Contigisse autem dicitur Romanis præmissa inguinaria pestis, pro eo

eo, quòd cum in quadragesima continenter uixissent, & in Pascha corpus Domini recepissent: postmodum ludis, comessationibus, & luxuriæ frænalaxabant. Fuit quidem tam sæua hæc pestis, ut ubiq; homines subito perimeret, ita q̃ sicut dicitur, cum aliquis sternutabat, sæpe spiritũ emittebat, unde cum aliquis sternutabat, audiens, statim accurrens, dicebat, Deus te adiuuet. Et abinde, ut dicunt, hæc adhuc consuetudo seruatur, ut audiens aliquem sternutantem, statim dicat, Deus te adiuuet. ¶ Rursus, ut fertur, cum tunc aliquis oscitabat, frequenter subito spiritum emittebat, unde cum aliquis se uelle osculare sentiebat, cõtinuo signum crucis sibi imprimere festinabat, quæ cõsuetudo similiter usque hodie obseruatur. Minor
4 † uerò litania, quæ ét rogationes & processiones uocantur, fit tribus diebus ante Ascensionem, quæ sicut legitur in Bucardo lib. 13. c. Exigentibus. inuenta est apud Viennam a beato Mamerto episcopo Vienen. qui propter pestem luporum, & aliarum ferarum in Galijs acriter homines perimentium, & propter periculosos terremotus illic crebo contingentes, indixit populis ieiunium triduanũ, & litanias instituit. Cessante uerò illa persecutione ieiunium illud in consuetudinem annuæ obseruationis deuenit, & sicut quidam referunt, fuit per ecclesiam cõfirmatum, ut uniuersaliter obseruetur. dicitur aũt hæc latina minor, quia a minori. s. a simplici Episcopo, & in minori loco. s. in Vienna, inuenta est. Illa verò dr maior; quia in maiori loco. s. Romæ, & a maiori. s. a magno Gregor. & pro magno, & grauissimo morbo inuenta est: minor tamen antiquior est tempore, nam instituta fuit tempore Zenonis Imperatoris. Maior uerò tempore Mauritij Imperatoris. Fiunt etiam litaniæ propter plures alias causas, unde Liberius Papa statuit, ut pro guerra, pro fame, pro pestilentia, & huiusmodi aduersitatibus imminentib. semper litania fiat; vt sic ista per supplicationes, orationes & ieiunia effugiamus. Quia ergo hoc tempore maxime bella emergere solent, & fructus terræ qui adhuc in teneritate, uel flore sunt, pluribus modis facilè corrumpi solent, ideo hoc tempore fiunt litaniæ, ut rogemus Deũ, q̃ talia a nobis auertat, & ab aeris intemperie, & a bellis, & ab hostibus Christianæ Religionis nos eripiat, & defendat, super hoc patrocinia Sãctorum specialiter & generaliter implorantes, & ideo rogationes uocantur: dicuntur etiam processiones, quia tũc ecclesia processionem facit generalẽ. ¶ Et est † notandum, q̃ rogamus Sanctos propter nostram inopiam, propter eorum gloriam, & propter Dei reuerentiam, quando autem litaniam pro immitentibus periculis pœnitentiali & flebili habitu facimus, illam vltimam processionem mulierum plangentium post Dominum, quando ducebatur ad crucem, repræsentamus plangentes, iuxta mandatum Domini super nos, & super filios nostros. fiunt etiã hoc tempore litaniæ. quia Christo ascẽdente, qui dixit, Petite, & accipietis, cõfidentius ecclesia petit. Ieiunat. n. tũc, & orat, ut parum habeat de carne, propter carnis macerationem, & acquirat sibi alas per orationem, quæ est ala, qua anima volat in cœlum, ut sic Christum ascendentem libere sequi valeat, qui ascendit pandens iter ante nos, & uolauit super pennas ventorum. & hæc est causa, quare vltimam litaniam, siue vltimum ieiunium Ascensioni continuamus, ut uidelicet propter orationes, & ieiunia, deposita mole carnis Christum ascendentem sequi possimus. ¶ In litanijs † ergo fit processio, & 6
cantatur in quibusdam ecclesijs in principio processionis. Exurge Domine &c. Frequentãdum etiam esset, & a pueris dicendum illud canticum euãgelicum. Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis miserere nobis. Nã Io. Damascenus refert in libro tertio cum apud Constantinopolim propter quandam tribulationem fierent litaniæ, quidam puer media populi raptus est in cœlũ, & hoc canticum ibidem edoctus, demum ad populum rediens, illud in conspectu omnis populi decantauit, & mox omnis tribulatio cessauit, quod canticum Calcedon. synodus approbauit. Huius ergo canticis laus & authoritas colligitur. Primo ex eo q̃ Angelus illud docuit. Secundo ex eo, q̃ ex eius ,platione illa tribulatio cessauit. Tertio ex eo, quod tantum concilium

approbauit. Quartò ex eo, q̃ dæmones
7 illud ualde timent. ¶ † Cæterum in pro-
cessione ipsa præcedunt crux,& capsa re-
liquiarum Sãctorum,ut uexillo crucis,&
orationibus Sanctorum dæmones repel-
lãtur,ut dictum est in quarta parte,sub ti-
de accessione Pontificis ad altare. Portan
8 tur ẽt † uexilla ad representandum uicto
riam resurrectionis,& Ascensionis Chri-
sti,qui cum magna præda cœlos ascendit.
Vnde uexillum per aera incedẽs est Chri
stus in cœlum ascẽdens. Et sicut uexillum
in processione ipsa multitudo fidelũ se-
quitur,sic & Christum ascendentem ma-
gna Sanctorum collectio comitatur. Por-
tãtur ẽt uexilla ad imitationem eius,qđ
dr in Esa. 2.c. Et leuabit Dominus signum
in nationes, & cõgregabit ꝓfugos Israel,
& dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ. Quòd uerò cruces,& uexilla
portantur,à Cõstantino sumpsit ecclesia,
qui cum in somnis crucis signum uidisset,
eiq; dictum fuisset. Vinces in hoc signo.
Iussit crucem in uexillis bellicis insigniri.
Quòd in litanijs crux maior à crucis ba-
iulo de altari sumit,recolit, q̃ de Christi
humeris tulit eam Simon Cyreneus. ¶ In
9 quibusdam † locis fit litania per campos,
ut ẽt à segetibus dæmones expellant, uel
potius ut à Domino conseruentur. Can-
tus aũt in processione quid significet, di-
ctum est in præcedenti titulo de accessio
ne Pontificis ad altare. Consueuit quoq;
quidam draco cum cauda longa erecta,&
inflata duob. primis diebus ante crucem,
& uexilla ꝓcedere. Vltima uerò die quasi
retro aspiciens,cauda uacua,atq; depressa
retro sequitur. Nempe draco ille signifi-
cat diabolum,qui per tria tempora,s. ante
legem,& sub lege,& tempore gratiæ,quę
per hos tres dies significantur, homines
fefellit,& nunc fallere cupit,in duob. pri-
mis temporibus regnauit,& quasi Domi-
nus orbis fuit:cauda longa,i. potenter, &
inflata.i. superbè incedens, unde Christus
illum mundi principem uocat. & Io. ait
in Apoc. draco de cœlo cadens traxit se-
cum tertiam partem stellarum,idest, ho-
minum,& Dominus in euangelio. Vide-
bam Satanam tanquam fulgur cadentem
de cœlo. in cuius rei figurã, duobus die-
bus modo prædicto præcedit. In tempore
uerò gratiæ per Christũ uictus est,& da-
ta est Apostolis ejciendi spiritus immun
dos potestas,propter quod tertia die dra-
co quasi potestate propter fidei dilationẽ
amissa, post crucẽ sequitur cauda uacua,
& demissa,& non longa, quia non audet
ita potenter regnare ut prius,sed per sug
gestiones, & latenter homines seducit,
quos uidet pigros in bonis operibus, &
remissos, nec uiam uitæ sectantes, quasi
fur retro aspiciens, si quis oberret,& a re
ctitudine fidei cadat quẽ ad se quasi cau-
dam trahat, & sibi incorporet, sicut & in
deserto filios Israel infirmos, & debiles,
& qui aberrantes remanebant ultimi,ho
stes post tergum uenientes necabant. In
litanijs † debemus secundũ Aurelianen. 10
concilium ieiunare, uel saltem cibis qua-
dragesimalibus, & cappis nigris in signũ
pœnitẽtiæ uti,nec debet quis uti ueste so
lenni,propter quod uocãtur processiones
nigræ,non tñ debẽt cruces nigræ uocari,
de consecr. dist. 3. rogationes. ¶ In litanijs
quoq; debent omnes seruilibus † operib. 11
uacare.s. uiri & mulieres,serui & ancillæ.
de consec. dist. 3. rogationes, & donec ter-
minentur,processioni adesse,ut sicut om-
nes peccauerunt, sic & omnes pro uenia
supplicent, omnes ad Deum corda cum
manibus eleuẽt, idest studium orationis
erigant. Post processionem cantatur Mis-
sa † in aliqua ecclesia,& est introit⁹ Exau 12
diuit,&c. Rememorat.n. ecclesia præteri-
ta Dei beneficia ad maiorem spẽ, & Dei
largitas inuocatur,ut per hoc conijciat fu
turã. Ex eo.n. quod multoties exaudiuit,
perpẽditur,q̃ adhuc exaudiet. exaudiuit
inquam de templo sancto suo, s. per gra-
tiam, & quia non potest huiusmodi esse
exauditio sine dilectione, sequitur uer-
sus. Diligam te &c. Iterum,quia nõ exau-
diuntur,nisi per confessionem, ideo dicit
Iaco. in epistola. Confitemini alterutrum
peccata uestra,quę est Iac. ulti. c. Et ut ma
ior spes habeatur adhibet exemplum de
Helia,qui petijt,ut non plueret, & non
pluit annis tribus,& mensibus sex, ẽt po-
stea petijt,q̃ plueret,& pluit. Si.n. Helias
solus exauditus est,multo fortius tota ec
clesia exaudietur. Manus enim Domini
non est abbreuiata. Sequitur unum Al-
leluia. Cõfitemini. ¶ Sed † cum in diebus 13

antece-

antecedentibus duplex alleluia cantetur,
quare in his diebus unicum tñ dicitur?
Item cum in alijs ieiunijs non dicatur
alleluia, quare in hoc dicitur? Ad primũ
dicimus, q̃ sicut sæpe dictum est, duplex
alleluia cantatur in antecedentibus dieb.
propter duplicem stolam, q̃ habebitur in
resurrectione cõmuni, animæ uidelicet,
& corporis. Officium autem paschale, qđ
hoc significat, finitum est & ideo remota
causa remouetur & effectus. 1. q. 7. quod
pro medio. extra de app. cum cessante, &
de iureiur. & si Christus. Ad secundum
dicimus, q̃ ideo in alijs ieiunijs non can-
tatur alleluia,quod est canticũ lætitiæ,qa
fiunt pro peccatis pp quod dicuntur ieiu
nia mœroris. hoc autem ieiunium,& ieiu
nium Pente. sunt exultationis; quia non
fiunt pro peccatis, sed ut potestas diabo-
li remoueatur,& pestis,& ideo in eis alle
luia cantatur. Præterea in hoc ieiunio di-
citur alleluia pp gaudium Ascensionis,
quod imminet. in Euãgelio uero. Si quis
14 uestrum &c Luc. 21. ostenditur, q̃ debe-
mus † petere pseueranter per amicum,
q̃ dicit amico: Amice, cõmoda mihi tres
panes &c. si ꝑseuerauerit pulsans ꝓpter
improbitatem eius surget, & dabit ei. per
hoc habetur, q̃ etiam existens in pecca-
to mortali, si perseueranter petierit, exau
dietur pp improbitatem. Allegoricè, a-
micus notter est Christus, à quo intelle-
ctus theoricus petit tres panes. s. fidẽ, spẽ,
& charitatẽ, quia amicus, i. intellect⁹ pra-
cticus, s. ratio inferior, uenit de uia, i. de
cõsideratione temporalium. Sequit Et
non habeo, quid ponam ante illud, quia
nõ inuenit in talibus spirituale refectio-
nẽ, & sic petit superior intellectus ꝑ in-
feriori, uel pro tota anima; non.n. potest
habere anima, uel ratio inferior aliquam
refectionem spiritualem, nisi ab intelle-
ctu superiori, cuius est cõtẽplari cęlestia.
Sequitur postea ibidem. Nunquid, si pe-
tierit panem, i. charitatem, lapidem dabit
ei, i. indurationem, quod est contrarium
charitati. i. nunquid dabit contrariũ. q. d.
non. Similiter, si petierit piscem, i. fidem
quæ nutritur in aquis baptismi, nunquid
pro pisce dabit ei serpentem, i. infidelita-
tem, a qua est omnis uis peccãdi: q. d. nõ.
Aut si petierit ouum, i. spem: quia in quo
est spes pulli, nunquid porriget ei scor-
pionem, i. desperationem, quæ retro, & oc
cultè pungit, sicut scorpio? desperantis. n.
est retro abire. q. d. non. uel per panem in-
telliguntur omnia quæ hominis uictui
sunt necessaria, ut cibus, & potus per ouũ,
omnia gene. fœtuum animalium, & fru-
ctuum per piscem, omnia genera natan-
tium. ¶ † Postcommunio. Petite, & accip. 15
sumpta est de Euangelio. ad horas dicitur
capitulum: Confitemini, & illud Helias
homo erat. & illud, Si quis errauerit, qui
sunt Iac. 5. c. ¶ In festo autem beati Mar-
ci dicunt quidam epistolam. Qui timet
Deum, quæ est Eccle. 15. c. alij dicunt. Si-
militudo uultus, quæ est Ezech. ¶ Euãge-
lium, Ego sum uitis, quod est Io. 15. cap.
alij uerò dicunt designauit. Secunda
quoque die rogationum est idem offi-
cium, quod in prima, nisi quia in quibus-
dam Ecclesijs Euangelium de Matt. le-
gitur, in quo est eadem sententia &c.

SVMMA.

1 *Ascensionis uigilia, quod habeat officiũ.*
Et nu. 3. 4.

De uigilia Ascensionis. Cap. 103.

QVIA uero ieiunium de
quo † præmissum est, non 1
sufficit sine operibus mi-
sericordiæ, ideo in uigilia
Ascensionis, quæ est ter-
tia dies rogationum, Ec-
clesia monet ad opera misericordiæ, di-
cens in introitu, qui est in quibusdam
Ecclesijs: Misericordia Domini &c. Dici-
cit enim Grego. Si uis orationem tuam
ad cœlum uolare, fac ei duas alas, s. ieiu-
nium, & eleemosynam. Cum bonis
enim desiderijs uolamus ad cœlum. Vn-
de de Domino dicitur, Eleuatis manibus ferebatur in cœlum. In alijs tamen
Ecclesijs dicitur. Omnes gentes. Epistola
uero, quæ est in quibusdam Ecclesijs:
Multitudinis, non uidetur concordare,
imò uidetur præposteratio; quia post A-
scensionem Domini factum est, ut mul-
titudinis credentium esset cor unum, &

Universidad de Deusto Biblioteca

vna anima. Sed hoc fit duabus de causis. Prima, ut epistola consonet Euangelio, Subleuatis oculis &c.Io. 17.c. In quo dicit Dominus: Pater, clarifica, i. manifesta filium tuum. Et postea rogat, dicens, Rogo, ut vnum sint, sicut ego & tu vnum sumus. extra de sum. tri. c. 2. Hæc autē vnitas ostenditur in epistola. Alia causa est, quia quando ex vero corde datur eleemosina, omnia reputantur communia, sicut dicit Apostolus de manna, q̄ qui plus collegit, non plus abūdauit, & qui minus, non habuit minus: qui. n. diues est, ꝓpter hoc non debet amplius comedere, sed alijs distribuere. & hoc dicitur in epistola. Et erant illis omnia communia. Ideo autem † prædictum Euāgelium dicitur hodie, quia qui passurus orauit hominibus innotuit, cum ascendit; vel quia in fine concluditur, Ego ad te uenio, in quo rogat pro his, quos dedit ei pater, ut sint in patre vnum, cū omnia sint in fide, & charitate vnum. i. cōcordia uniti vicissim, vnde procedit epistola, Multitudinis credentium. Hilarius verò sic exponit prædicta verba: Rogo, ut sicut ego, & tu vnum sumus, s. non tantum uoluntate, sed etiam natura: sic & ipsi vnum sint. s. unitate spiritus, & gratia Spiritussancti. in alijs tamē Ecclesijs dicitur epistola. Vnicuique uestrum. ad Ephe. 4. c. Offertorium est, Viri Galilæi. Act. 1. c. † postcommunio est. Nō vos. Io. 14. c. in alijs vero ecclesijs dicitur. Petite. Mat. 7. cap. Quia ergo in hoc officio de eleemosina, & operibus misericordiæ agitur, ideo in quibusdam locis, ut p̄ missas sibi alas acquirant, eleemosynatū largitioni intendunt, quam tamen usque in festum Ascensionis differunt, quasi tunc post Christum in cœlum aduolent, & ut tunc liberius vacare possint. Quidā tamen non incongrue supradicta officia paschalis hebdomadæ per septem dona Spiritussancti ad eos referunt qui sunt in baptismo renati, ut renatus afflatus Spiritu sapientiæ dicat. Resurrexi. Per quid resurrexit, Euangelium declarat, scilicet per resurrectionem Domini, quid inde acquisierit, spiritus instruit intellectus, dicens, Introduxit nos in terram, scilicet Ecclesiam, & adhuc addit spiritus consilij, aqua sapientiæ potauit eos. Quid inde quoque acquirere debeat spiritus indicat fortitudinis, dicens. Venite benedicti Patris mei, q̄ ex his collatis beneficijs, Deum laudare debeat spiritus sciæ docet, dicens, Victricem &c. Quid resurrectio renatis attulerit, indicat ipūs pietatis, dicens, Eduxit eos Dñs in ipe. & adhuc spiritus timoris adiūgit, dicens. Eduxit Dominus populum suum. Pro his oībus beneficijs in baptismo collatis hominibus angeli gratulantur, hoies Deo cōfitentur, & ad Christi præconia se inuicē exhortantur, gratias agunt, iubilant beneficia, & beneficiorum causas rememorant, & ad maiora confidenter aspirant, & circa hoc cæteræ partes officiorum subscriptæ hebdomadæ uersanē, & inde est, q̄ hic mutatur ordo bonorum. † Et attēde, q̄ per officia huius hebdomadæ ad quatuor introitus quater, & ad tres, ter ponitur alleluia, quia sancta Trinitas a quatuor mundi partibus collaudatur de Christi resurrectione; & de hoīum redēptione. In prima Dominica, i. quasi modo geniti baptizati monentur a matre, tanquam infantes innocentes viuere, & lac sanctæ scripturæ cōcupiscere; ut paschale sacramentum, per Christi resurrectionem acquisitum moribus, & uita teneāt, mundum vincāt; vt cum Christo triumphent, & lætitiam in corpore, & in anima simul obtineant; propter quam lætitiam alleluia duplicatur; quia mortem euaserunt, & spē vitæ habere meruerunt; uel propter actionem, & contemplationem; uel propter gaudium prædicatorū, & conuersorum. ¶ In secunda uero Dominica, s. misericordiā Domini; baptizati iam instructi Christi misericordiā intonant, & Trinitatem prædicāt, nā in misericordia spiritū, in uerbo filiū, in Deo patrem annunciant; præponūt vero spiritū, per quē sunt sanctificati. Deinde filium, p̄ quem redempti; Deinde patrē, cui reconciliatē; & q̄a Trinitatem cōcinūt, iō ter iubilat alleluia. In tertia dominica, s. iubilate. baptizati ad laudem Dei totum mundū inuitant, & Trinitatem p̄sonant, cum ibi in Deo patrem, in filium, laudem spiritūsanctū accipiunt. Et quia per duo præcepta charitatis firmantur in fide Trinitatis; iō prius bis, deinde ter cōcinunt alleluia. In quarta

quarta dominica, s. Cantate, rursus baptizati ad Dei laudem gentes conuersas inuitant, & trinitatē cōmemorant, dū ibi in Domino patrem per mirabilia, filium p̄ iustitiam intelligunt, S.S. & q̄a fidem Trinitatis gentes, a quatuor mundi partibus acceperunt, ideo Trinitatem sub quarto alleluia cōcinunt. In quinta dominica, s. Vocem iucunditatis, rursus baptizati liberatorem suum gentibus suis annuncia uerunt, quia Trinitatem per ter positum concinunt alleluia. Et sicut ibi continetur instantia prædicantium, sic in officio. Exaudiuit de templo sancto suo solicitudō se ab errore conuertentium. ideo in officio vigiliq̄ omnes gentes, applausus in cœlum intelliguntur ascensorum.

S V M M A.

1 *Ascensio Dominica habet processionem. Et cur idipsum.*
2 *Ascensionis Dominicæ Missa, eiusque expositio, & nu. 3. 4. 5.*

De festo Ascensionis domini. Cap. 104.

1 IN festo † Ascensionis domini, quod celebratur die quadragesima post pascha, q̄a Christus die quadragesimo post resurrectionē cœlos ascendit, fit processio solēnis: præcepit. n. dominus discipulis suis, ut præcederent in mōtem Oliueti, ut uiderent ipsum ascendere, & fecerunt ei p̄cessionem; & ipse eleuatis manibus ferebatur in cœlum. De hoc dictū est in quarta parte sub titulo de accessu pontific. ad altare. Hæc processio significat ascensum de uirtute in uirtutem, & cantatur responsorium de Ascensione, ut inuitemur ad ascendendum post Dñm. De Bethania autem, quę interpretatur obedientia, de qua eduxit Apostolos ascendit dominus, per quod significatur, q̄ sine obedientia nullus potest ascendere in cœlum. Vnde quidam cantant in processione responsoria pertinentia ad ipsam eductionē, ut Eduxit dominus. Quòd uerò ascendit de mōte Oliueti, significat, q̄ p̄ opera misericordiæ oportet nos ascendere. Cum igitur hac die processionem rationabiliter agamus, nihilominus & hoc rationabilius est, q̄ non celebretur, antequam tertia dicatur, sed ea cantata, licēt in die Paschæ, & cæteris dominicis aliter fiat, & in paschali processione. & in dominicalibus aqua benedicitur in memoriā, & ueneratione baptismatis, ideoq; præcedunt tertiam, in qua Spiritussanctus super discipulos ascēdit, ut sicut prius baptizamur, & postea Spiritumsanctum accipimus, sic aqua benedicta prius nos, & loca nostra aspergimus, & postmodū aduentus Spiritussancti memoriale, i. tertiam decantamus. Cur aūt in dominicis diebus baptismatis memoria renouetur superius enodatur: in hac uerò die tertia cantata processio celebratur, similiter & omnes aliæ, quæ sine aquæ benedictione celebrantur, tum ut Missæ coniungantur officia, tum quia nullus eam sequitur. nisi sanctificatus à Spiritusancto. De hoc etiam sub dominica in ramis palmarum dictum est. Facta processione cantatur antiphona. O Rex gloriæ, pp illud, Non uos relinquam orphanos: Sequitur † introitus, Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum. Immotis. n. oculis aspiciebant, & diutius aspexissent, nisi angeli eis intimassent, q̄ recederent, dicentes. Hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum ascendentem in cęlum, i. sic ueniet ad iudiciū in nube; Nubes significant gratiam, quia sine nube & sine gratia nullus potest ascendere etiam Christus secundum q̄ est homo, & hoc significat nubes in qua ascendit; q̄a uero de Ascensione domini est ineffabile gaudium, ideo sequitur uersus, Omnes gentes plaudite manibus. Sequitur epistola, Primum † quidem sermonem &c. Act. 1. ca. in qua habetur de Ascensione, postea sequitur duplex alleluia, q̄a dominus ascendit in duplici stola. & ita eadē ratione cantātur duo alleluia in Ascensione, quæ durāt vsq; ad Pente. q̄a & in tēpore Paschali primum alleluia est. Ascendit Deus in iubilatione, i. in gaudio ineffabili antiquorum patrum, qui cum eo ascendebant, & Apostolorū & angelorum dicētiū, quis est iste rex glorię? Esa. Quis est iste q̄ uenit de Edon? Sequitur, & dominus in uoce tubæ, i. in uoce horribili, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia de voce loquitur Angelorũ, uel Dominus per Angelos, cum dicebat Apostolis. Sic veniet &c. Vel quia inuitabat ad nuptias æternas, sicut & tuba solebat antiquitus inuitare ad nuptias tpales. Secũdum alleluia est. Ascendens Christus in altum. aliqui tamen dicunt. Non vos Io. 14.c. Sequitur Euangelium Marci rugientis, vlt.c. Recumbentibus vndecim discipulis &c. Vbi sequitur. Et exprobrauit. ecce rugitus. in fine hẽ de ascensione. Dñs quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Potest etiã dici, q̃ eorum, quæ hac die cantantur, quædã sunt Ascensionis peractæ narratio, vt illud, q̃ narrat Io. post passionem &c. & illud, Ascendit Deus &c. Quædam sunt consolatio sponsi ad sponsam, ut illud. Nõ turbetur cor vestrum, neq; formidet. & illud, Tempus est, vt reuertar, & illud. Si non abiero, Paracletus non veniet. q̃dã est congratulatio sponsæ ad psonsum, vt illud respõsorium, Exaltare dñe, & illud. Ponis nubem. In narratione spes concipitur, in consolatione erigitur, in gratificatione certificatur, vel declaratur, similiter in diurno officio narratur ascensio in
4 epistola, & in euangelio ibi dĩ, q̃ dñs † assumptus est in cœlum, & sedet ad dexteram Dei, in æqualitate patris. & in alleluia dominus in Syna. cõsolatur spõsus. in alio alleluia. Non vos relinquam. congratulatur sponsa. In offerenda narratur pfecta esse ascẽsio, & in communione dicẽs. Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli ad orientem, hoc est vsq; ad verbũ sibi personãliter vnitum, quod non dicitur ortum, vel oriturum, sed oriens, quia semper filius a patre procedit, uel super cœlũ cœli ad orientem. Hoc est ad firmamentum cœli ad orientalem plagã. Quod au
5 tem † cantatur in introitu, & offertorio. Viri Galilei. sumitur de epistola, in qua clausula ponitur eorum superbia, q̃ trãsfixerunt, & eorum mundana sapientia, q̃ non cognouerunt, & eorum pigritia, qui talenta sibi commissa cum lucro debito nõ reportauerunt, & solicitatur eorum, desiderium qui aduentũ Dñi diutius expectauerunt. Hoc. n. totum officium consistit in solicitudine, & gaudio. Hoc. n festum habet decem dies pro octauis, ut dictum est, sub ti. de sancto paschã. Hac die fiunt in quibusdam partibus eleemosynæ generales, ut dictum est, in præc. tit. & in ti. de rogationibus. Dicitur autem in hac die ad horas c. Primum quidem. & illud. Cumq̃ intuerentur. & illud. Viri Galilæi, quæ sunt act. 1. cap.

S V M M A.

1 *Dominica post Ascensionẽ. eiusque dei officium, & nu. 2. 3. 4. 6.*
5 *Dauid triplex vnctio.*
7 *Ieiunandum an sit a tempore Paschali.*
8 *Ascensionis octaua quando terminetur.*

De Dominica post Ascensionem. Cap. 105.

NVNC consequenter † dicendum est de dominica post Ascensionem. Siquidem ablato a se spõso magis deuota est Ecclesia, vnde orat in hac dominica 1
in introitu. Exaudi domine vocem meã; qua clamaui ad te. Et sequitur ibi. Vultũ tuum Domine requiram. q.d. desiderio, & cogitatione sequar te, quia sum filia aquilæ. ¶ † Sequitur epistola, Estote, & 2
c. 1. Pet. 4. in qua hĩ, vnusquisque sicut accepit gratiã illã in alterutrũ administret, de commissione talenti, & quod mutua charitate sectemur nos, & simus hospitales inuicem, sine murmuratione &c. Sic. n. adaptat nobis pennas virtutum, q̃bus uolare possimus ad cœlum post Xpm, qa bonis operibus, s. charitate, & misericordia, quasi de monte Oliueti ascendimus. Sequitur duplex † alleluia, vnum est in 3
q̃busdam ecclesijs dñs in Syna, in sancto. Sed quid est, q̃ dicit dominus in Syna, cum non ascendit de monte Syna, sed de monte Oliueti de Bethania, sicut habẽt Luc. vl. Ad quod dicendum est, q̃ de Syna in sancto ascendit, quantum ad interpretationem. Syna enim interpretatur mandatum: ascendit enim de sancto mandato, quod est. Ite, & p̃dicate Euangelium omni creaturæ. Vel mandatum factũ est

Nego-

Negotiamini, dũ venio. ipse. n. homo peregrè proficiscẽs, q̃ uocauit seruos suos &c. Vel de sancto mandato ascendit: quia per impletionem mandatorum Dei ascendit Christus in quantum homo, & alij post
4 ipsum. † Euangelium uerò est de promissione Spiritussancti. Cum venerit paracletus, qui a patre procedit. Spiritus veritatis, & Io. 16. c. alia patent. Richardus episcopus Cremon. dixit in mitrali, q̃ Apostoli post primã vnctionem, q̃ in Christi morte susceperant, insufflãte illo, & dicente: Accipit Spiritumsanctum, secundam expectabant, quam promiserat, Dominus, dicens. Si abiero, mittam paracletum ad uos. Expectantes ergo decantant in introitu, Exaudi, qui versus de psal. 17. s. Dominus illuminatio. assumitur, cuius titulus est in fine psal. Dauid prius quam li
5 niretur. agitur. n. ibi † de unctione Dauid, quæ fuit triplex. Primò. n. vnctus est in signum Regis futuri. Secundò, in regem super tribum Iuda. Tertiò, super totũ Israel. Nos quoq; idem cantamus, quia vnctionem tertiam expectamus. Prima. n. vnctio est in baptismo. Secunda in confirmatione, aut in pœnitentiæ confessione. Tertia erit in resurrectione. Vel prima erit in Apostolis. secunda in Iudæis. tertia in Gentibus. Et quoniam Apostoli, ut diximus, erant expectantes in templo, & orantes, laudantes, & benedicentes Deum, idcirco in nostra expectatione in epistola. Estote prudentes, inuitamur ad orationes, & in offerẽda, Lauda anima mea Do-
6 minum, prouocamur ad laudes. † Quis autem fuerit effectus illius apostolicæ unctionis, euangelium declarat. Cum venerit vbi dicitur, Vos testimonium perhibetis, qa ab initio mecum estis. In quibusdam tamen ecclesijs est offert. Ascendit Deus. est postcommunio. Pater cũ essem. Et attende, q̃ ob præmissam causam, s. q̃m Apostoli expectabant indui uirtute ex alto. hæc hebdomada dicit expectationis, in qua solent quidam ieiunare, & orationi vacare, usque ad pente. eo q̃ apostoli ieiunasse leguntur per hoc tempus. Sed
7 † magister Gilbertus probat ieiunandum non esse, qa est de paschali tempore, & de Quinquagesima Pẽt. Hier. Ambro. Aug. 76. dist. scire, & c. oportet. aiunt inter pascha & pente. non esse necesse ieiunia inducenda. Voluntate. n. omni tempore a cibis percipiẽdis possumus abstinere, sed ex necessitate non oportet. vnde Amb. p hos quinquaginta dies ieiunij nescit ecclesia, sicut ipsa dñica, qua Dñs resurrexit. Sunt. n. omnes hi dies velut pascha, & dñica celebrãdi, in quibus, sicut ait Beda, maioribus epulis, & hymnis cœlestib. est vacandum ob reuerentiam dñicæ resurrectionis, & ob memoriam dñici conuictus cum discipulis ob spem gloriæ immortalitatis: verumtñ ab hac authoritate pœnitentes excluduntur. Sed & Greg. litanias excipit, & etiam concil. Aurel. de consec. distin. 3. rogationes, illud tñ voluntarium est. Illud † etiam notabile est, q̃ octauam 8
Ascensionis, quæ deberet in quinta feria terminari, ulterius oportet prorogari. Licèt. n. officium dominicæ in quinta feria repetatur, tñ in nocturnis officijs sextæ feriæ, & sabbati inuitatorium, & respõsoria de ascensione cantantur, veruntamen nocturnales psalmos dicimus cum tribus lectionibus, & Te Deum lau. omittimus. Prorogatur ergo octaua cum apostoli essent laudantes Deum, & de hoc dictum est sub paschа, nec uacat a mysterio, qm̃ Apostoli expectantes per obseruationem decem præceptorũ paracletum, misteriũ denarij accipere meruerunt, & nos etiam expectantes ob eandem obseruationem, denariũ vitæ percipiemus æternæ. In his decem diebus legendi sunt actus Apostolorum, quos qui sequitur, Spiritumsanctum accipiet, & denarium promerebit.

S V M M A.

1 *Pentecostes vigilia cur celebratur baptismus, sicut in Sabbato sancto.*
2 *Baptismus qua hora celebrandus.*
3 *Pentecostes Missa & eius expositio. Et nume. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

De vigilia Pentecostes. Cap. 106.

SEQVITVR † de uigilia penteco. 1
in qua sicut in uigilia paschæ celebratur baptisma, quia istæ duæ festiuitates sunt maiores, & magis necessariæ inter omnes. In uigilia enim

paschæ

paschæ celebratur baptismus, quia in passione Christi omnes baptizamur, quia redimimur & iustificamur. nihil enim nasci nobis profuit, nisi redimi profuisset. Ité redimi nihil profuisset, nisi paracletus mitteretur, & ideo in uigilia pentec. celebratur baptismus, quia tunc per Spiritum sanctum mundamur, & sanctificamur, quoniam Dominus in cœlum ascendens discipulis promisit, dicens. Ioan. quidem baptizauit aqua, uos autē baptizabimini Spiritusancto nō post multos dies, ideſt post hos decem dies, quod & factum est, propter hoc ergo Ecclesia in decima die post ascensionem celebrat baptismum, ad notandum, q̄ nostri neophyti baptizantur in Spiritusancto, quemadmodum & illic, baptizātur etiam hodie solemniter, tum ad hoc ut post pascha nati, uel ut necessitatibus impediti baptizentur, tum quia Petrus hodie tria millia hominum baptizauit, tum quia Dei filius in Dei digito fortem deuicit, ideoq; idem opus per fidei mysterū representatur digito uenienti, & filio resurgenti, tum quia baptismi regeneratio propria est Spiritussancti operatio, tum quia sicut hodie descendit in apostolos, quem descensum Dominus baptismum appellauerat, dicens. Vos autem baptizabimini Spiritusancto, sic in baptismate descendit, licèt inuisibiliter in
2 baptizatos. Sed † cum Spiritussanctus die dominica, & hora tertia missus fuerit in discipulos, quare baptismus fit in sabbato, & hora nona? Videtur. n. q̄ deberet potius hora tertia celebrari. Respondeo, quamuis baptisma fiat in sabbato, tamen ad illud baptisma pertinet, q̄ apostoli acceperunt in die pentec. & quamuis illud eadē die, uel hora nō celebretur propter aliquas fluctuantes mundi occasiones, tū propter sacramentum, quod in se cōtinet, imitando Christi mortem, & eius resurrectionem, ne membra caput præcedāt, debemus illud baptisma eidē diei, & dationem Spiritussancti eidem horæ deputare. In baptismo enim non tantum representatur sepultura Saluatoris, sed etiā mors Christi, per quam baptismus plenam recipit efficaciam, & ipsa hora nona emisit spiritum. Centurio quoque sicut ex act. Apost. habetur, eadē hora audiuit ab angelo. Audiæ sunt orationes tuæ, & eadē hora a beato Petro baptizatus est, & hora nona angelus Domini uenit ad eum, nunciās ei, ut mitteret ad Pet. qui eum baptizaret. 16. distin. deinde 2. q. 7. non omnis. Inde ergo mos inoleuit, ut hora nona fiat baptismus solemnis. Aliæ enim sunt huius horæ prærogatiuæ, prout dictum est in quinta parte sub tit. de nona. Ideo autem Spiritussanctus datus est discipulis hora tertia, quia fidem Sanctæ Trinitatis prædicaturi erant. Hoc sabbatum intitulatur sabbatum 12. lectionum, quia in primitiua Ecclesia 12. lectiones legebantur, ut dictum est sub 4. feria dominicæ aduentus. † Officium autem huius diei ferè idē 3
est in pluribus ecclesijs cum officio sabbati paschalis, & lectiones leguntur ante baptismum, ad instructionem baptizandorum, & leguntur sine titu. prout ibi dictū est. Veruntamen quædam lectiones ibi, leguntur, quæ non hic, & quædam ibi, quæ hic, præposterè tamen ibi: est enim prima lectio, In principio. hic uerò est prima. Tentauit. Item ibi prius legitur, Apprehendent septem mulieres &c. & postea scripsit Moses &c. hic verò é cōuerso. Circa quod notandum est, q̄ duo fuerūt patres. unus secundùm carnem, scilicet Adam, qui propter inobedientiam Dei displicuit, & in quo omnes peccauerunt, & mortui sunt. Alter secundùm spiritū, scilicet Abraham, q̄ propter obedientiam placuit Deo, & eius imitatores liberati sunt, & viuunt. De primo agit in uigilia paschæ. vnde tunc primò legitur. In principio &c. ubi describitur dignitas hominis, pro quo omnia facta sunt, ut causa eius miserabilior appareat, & inde est, quod non sequitur ibi canticum, quia nō bene nobis cantauit, imo per eum nascimur ad lucem. adijcitur tamen lectio, Factum est in uigilia &c. in qua per figurā maris rubri agitur de baptismo, in quo Aegyptiis spiritualibus submersis, ueri filij Israel liberati sunt. unde sequitur ibi canticum uictoriæ, seu lætitię, scilicet, Cantemus Domino. Sed quia imitatores Adæ ad hoc liberentur, primum instruendi sunt in fide, & postea in moribus, idcirco primo legitur ibi lectio illa, Apprehendent. in qua de fide agitur,

& in qua Christus à septiformi gratia Spiritussancti apprehensus ostenditur, & postea illa scripsit Moses, in qua agitur de moribus. in hac autem uigilia agitur de patre spirituali. s. Abraham. Vnde legit tunc prima lectio. s. Tentauit Deus Abraham, & post eam dr canticum lætitiæ, q̄ nobis bene cantauit, & per eius fidem ad gaudium properamus. vnde dictum est ei, In semine tuo benedicentur oēs gen-
4 tes. Aiunt † tamen quidam nullum tractum sequi debere, quia post promissionem sibi factam nullum cecinit cāticum Abraham; quia nullum socium, cum quo cantaret, habebat, solus Dei cultor, & peregrinus in terra aliena. Hæc autem lectio bene congruit huic diei; quia in effusione Spiritussancti data est gentib. benedictio, de qua dixit Dominus ad Abraham, In semine tuo benedicent̄ &c. huic etiam rectè congruit oratio. Deus, qui Abrahæ &c. Secunda lectio est. Scripsit Moses, quæ datam legē declarat, quæ hodie data est, & nouam significat, quæ in cordibus fidelium diffusa est, unde canticum sequitur, in quo æterna lætitia repromittitur. Sed quia veri Abrahæ filii bonos habuerūt mores ante quàm septem mulieres apprehenderent uirum unum, i. ante quàm Christus septiformis gratia Spiritussancti repletus nasceretur, & postea in nouo testamento per baptismum Christo coniuncti sunt, ideo postea legitur lectio, Apprehēdent septem mulieres virum vnū, qui septem dona Spiritussancti pronunciant, quæ bonis morib. quemliber eorum informant, vnde sequitur Canticum, quia bonos mores gaudium comitatur. Quarta lectio. s. Audi Israel, uirtutes, q̄ dona comitantur, insinuat, ut sapientiam, prudentiam, lumen, & pacem. unde canticum sequitur, quia pro his, & in his æternaliter gratulabimur, Prima quidem resonat historiam, secunda allegoriam, tertia tropologiam, quar-
5 ta uerò anagogen. Prima † ergo lectio est: Tentauit Deus Abraham. Sed quid pertinet modo dicere de imolatione Isaac? Magis enim pertineret ad uigiliam Paschæ. Respondeo, quòd dicitur propter promissiones, q̄ sunt ibi, videlicet, Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, baptizati enim sunt stellæ. Et iterum in semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc enim conuenit baptizatis, qui sunt uerum semen, ideſt ueri filij Abrahæ. In lectione uero, Apprehendent septem mulieres &c. Per septem mulieres significantur septem dona Spiritussancti, quæ dantur in baptismo, alia parent. Postea fit † processio ad fontes 6
sicut & in uigilia paschæ, & cantatur Missa sine introitu, quia Ecclesia non habet adhuc Spiritum sanctum, saltem in tanta plenitudine, in quanta expectat eum in craſtino, qui est principium, & finis omnis boni. In † vigilijs ergo paschæ & 7
pentecost incipit Missa à Κύριε ἐλέησον, sine introitu, ut dictum est ibi, & dicitur Gloria in excelsis Deo, & hoc more Apostolorum, qui etiam prius quàm Spiritum sanctum acciperent, erant iugiter in templo laudantes, & benedicentes Dominum. Rursus, quia angelis gaudent de renatis, ideo subijcitur. Gloria in excelsis. ¶Postea sequitur epistola de actibus Apostolorum. † Cum Apollo. &c. In qua 8
habetur, quòd Paulus baptizabat baptizatos a Io. 1. q. 1. dedit. quoniam in Spiritumsanctum non credebant, dixerunt enim. Sed neque si Spiritussanctus est, audiuimus. Postmodum sequitur unum alleluia, scilicet. Confitemini, in gratiarum actione pro baptizatis, quia ab omni peccato liberati sunt. Dicitur ergo hodie alleluia nec dicitur Flectamus genua. quia hoc est ieiunium exultationis & lætitiæ propter resurrectionem & ascensionem. ¶Sequitur tractus. Sed † quare 9
hoc cum Spiritussanctus omnia faciat leuia? Ad hoc dicendum est, q̄ hoc fit pp baptizatos, qui multos tractus miseriarū passuri sunt, si uixerint. Postmodū sequitur Euange. Io. 13. c. de promissione Spiritussancti. Si diligitis me, mandata mea seruate &c. Credo in unum Deum, non est etiam omittendum, quia cum symbolum hoc deriuatum sit a symbolo Apostolorum. fidem quam habebant, insinuat offerenda. Emitte, manifestè ad operationem Spiritussancti pertinet, quia per eū renouatur facies terræ ex delicto Adę maledicta: per eum Dominus benedicit. per eum cœlum sicut pellis extenditur,

ideſt ſcriptura,ut quaſi nihil lateat explanetur,ſimiliter & cõio. Vltimo &c. Io.7. c.ad eadẽ ꝑtinet Spirituſſancti operationẽ,qui facit flumina uelut aquæ uiuæ de uentre credentis exire, i.affluẽtiã ſalutaris doctrinæ.& eſt,ut q̃buſdã placet, hæc Miſſa ꝑ Benedicamus dño concludenda.

10 ¶In † ueſperis hi pſ.ſecundum quarundã eccleſiarũ conſuetudinem concinuntur, ſ. Laudate pueri. Laudate dominũ oẽs gẽtes. Lauda anima mea dominum Lauda te dñm qm̃ bonus eſt.Pſ.Lauda Hieruſalem dominum, eo q̃ in his pſ.laudes Dei magis reſonare uidentur. Vbi enim Spiritus ſpirat,organum ad laudes inuitat.

S V M M A.

1 *Pentecoſtes quid,& vnde dicatur.*
2 *Pentecoſtes feſtum, an habeat octauam.*
3 *Pentecoſtes nocturnum quot habeat lectiones,quotque p ſalmos,& nu.4.*
5 *Vita actiua,& contemplatiua eſt in eccleſia.*
6 *Pentecoſtes lectiones tres quid ſignificent.*
7 *Pentecoſtes Miſſa, & eius expoſitio. & n.11.*
8 *Ppirituſſanctus cur dicatur paracletus.*
9 *Pentecoſtes feſtum cur quinquaginta diebus a Paſchate celebretur. & nu. 10.*

De die ſancto Pentec. Cap. 107.

1 PENTECOSTES † ſicut & Paſcha apud heb. celebre feſtum erat, quod poſt quinque decades paſchæ celebratur, unde & uocabulum ſumpſit. Nam πεντηκοστὴ, dicit ἀπὸ τοῦ πέντε, q̃ poſt quinq; & κοτὸς, q̃ eſt decem. Vocatur.n.pentec. quinquageſimus dies a paſcha,prout iam dicetur.¶Inter hoc feſtum,& aduentum Dñi cantat̃ Alleluia, & Gloria in excelſ. Deo.prout dictum eſt in prœmio huius partis, & ſub ti.de 7. diebus poſt paſcha. Idcirco autem Alleluia frequenter cantatur per totam hebdomadam pente. quia per dies pentec. eccleſia per baptiſmum Deo populos cõgregat, & ideo ſaluti eorum corpus congaudens quouſque albis vtuntur veſtibus, hymnum laudis decantant. Tunc.n.ſtantes oramus in ſignũ liberationis eorundẽ, qui ꝑ dona Spirituſſancti de morte ad uitam reſuſcitari meruerunt. Hac.n.die miſſus eſt in Apoſtolos in linguis igneis. Sanè octaua † pente.a quibuſdam celebratur, quia ſicut in ſeptenario hebdomadarũ, qui præcedit, intelligitur perfectio bonorum operum ſeptiformis ſpiritus, ita in octaua intelligitur conſumatio præmiorum, quorum vtrunque appropriatur Spirituiſancto,licet tota Trinitas utrunq; operetur, qm̃ indiuiſibilia ſunt opera Trinitatis,de con ſec.diſt.4.c.fin. Sed quia Spirituſſanctus eſt amor patris, & filij,& ex ſolo amore hoc dat, & dabit nobis Dominus, idcirco Spirituiſancto adſcribitur.¶Alij uero non celebrant octauam pentec. Nam cũ ſolum ſeptem ſint Spirituſſancti dona, ſolum ſeptem diebus fieri debet feſtũ pentec. Et ideo Clemens Papa dicit in ſua epiſtola decre. extra de fer. capellanis, q̃ hoc feſtum caret octauis. Sed pari ratione nec paſcha deberet octauam habere, niſi ſolum unum diem pp unitatẽ.¶Rurſus hoc feſtum 7. diebus agitur pp præſentis uitæ ſeptenarium, uel propter aiarum ſabbatiſmum, uel quia per ſeptem Spirituſſancti dona corporibus,& animabus plena gaudia conferuntur. Vñ ſeptẽ ultimi pſalmi a laudibus intitulantur, qa per ſeptiformis gratiæ operationem gaudia conferuntur æterna. De hoc dicetur ſub Dominica prima poſt Penteco. Vtrũ pentec.ſit hebdomadaria feſtiuitas, dictũ eſt ſub ti.de 6.diebus poſt paſcha.¶In nocte † pente.leguntur tres lectiones, & di- 3
cuntur tres pſalmi cum tribus antiphonis,ſicut ſit in nocte paſchæ,ad notandum unum eſſe opus totius ſanctæ Trinitatis in potẽtia miraculorum. Quidam tamen legunt nouem lectiones, ſicut fit in alijs Dominicis, ſed tamẽ canonicum eſt tres duntaxat legere, propter ſacramentum baptiſmi in trium perſonarum noſe celebrati,uel ob triduanam Domini ſepulturam, cui ſimus in baptiſmo conſepulti.

¶Rurſus † ideo tres pſalmi cũ tribus an- 4
tiphonis dñr,quia Spirituſſanctus tria circa Apoſtolos operatus eſt. Nam uetereſ innouauit,innouatos confirmauit,& confirmatos ad alios conuertendos miſit. ad primum pertinet,quod dr̃ in prima antiphona

phona. Factus eſt repente de cęlo ſonus. Ad ſecundũ, quod dr̃ in ſecunda. Confirma hoc Deus. Ad tertium quod dicit̃ in tertia.Emitte ſpiritum tuum. Eorũ.n. myſterio docti ſunt alij, & ſpirituſancto interius renati, & quia in ipſis Apoſtolis duo operatur Spirituſſanctus, i. remiſſionem peccatorum, & operationem miraculorum &c. idcirco illæ antiphonæ terminatur per duplex alleluia. Verum ſi diligenter attendere uolumus, & conferre pſalmos,& antiphonas, quæ dr̃ in paſcha cum his,quæ dr̃ in penteco.alia ratio inuenitur. Nam ibi intra hebdomadã fit variatio pſalmorum,antiphonarum,& tonorum. Hic autem nec in ipſa die, nec in alijs fit variatio, & omnes illæ antiphonæ ſunt unius toni, ſ. octaui, & eiuſdem differentiæ. Ratio autem eſt,quia quaſi duplex baptiſma legimus Apoſtolorum, primum quo perceperunt remiſſionem peccatorum. nam eos baptizatos eſſe Xp̃i baptiſmo, ambigendum non eſt, ut dictũ eſt,ſub tit.de uigilia paſchæ. Secundũ receperunt ad robur virtutum, & ad operationem miraculorum, & ad repulſionẽ illecebrarum omnium ſecularium. Primo baptizatus fuit Petr. cum ad uocem ancillæ Chriſtum negauit. Secundò baptizatus fuit in die pentec. cum coram regibus, & principibus non timuit ꝑdicare verbum Dei. In primo ergo multa inſtabilitas,& uarietas fuit circa diſcipulos. In ſecundo vniformitas, & ſtabilitas. In hũc ẽt modum in Eccleſia Dei duo ſunt
5 † genera bonorum,ſ.actiuorum,& contẽplatiuorum. Actiua uita conſiſtit in bonis operibus,i. in adminiſtratione exteriorũ, in qua conſtituti ab amore temporalium non omnino ſeparãtur,licẽt amorem Dei amori temporalium præferant.Contemplatiua conſiſtit in dilectione & contemplatione. Hæ duæ uitæ per Mariam,& Martham ſignificatæ ſunt. extra de ren. niſi.Marię pars dicta eſt optima, iuxta illud,Maria optimam partem elegit &c.nõ tamen reprehenditur pars Marthæ,quia, & ipſa actiua uita bona eſt, quæ hic inchoatur,& terminatur. Comtemplatiua vero optima eſt,quæ inchoatur hic, & in futuro cõſumatur, in illa tamen eſt multa uarietas,& in iſta uniformitas, ꝑut in hac uita eſſe poteſt. Antiphonæ ergo cũ pſ.qui cantantur in paſcha,pertinẽt ad uitam actiuã, & idcirco in eis eſt varietas, antiphonæ uero,& pſalmi, qui cantantur in pent. pertinent ad contemplatiuam uitam,& ideo in eis eſt uniformitas.in prima.n.antiphona,quæ eſt in paſcha,'cantatur,& dicitur, Conſilium meũ non eſt cũ impijs.Hic dr̃, Factus eſt repente de cœlo ſonus &c. Spiritus, ſeu ventus veniens ſolet puluerẽ a facie terræ deijcere: Magna. n. eſt differentia inter dona Spirituſſancti, quo ſeparantur fideles ab impijs,& donum,quo oĩs puluis terrenarum cogitationum a pectore humano tollitur, illud ad actiuam uitam pertinet, hoc ad contemplatiuam. In ſecunda ibi dr̃. Poſtula ui patrem meum &c. Hic uero dicit̃. Confirma hoc Deus &c. Ad oẽs quidem fideles pertinet eſſe de hæreditate domini, ſed ad paucos pertinet eſſe a terrenis cogitationibus ſeparatos, & in hoc confirmatos, ne ad terrena redeant, ſed per conuerſationem eſſe in Hieruſalem cęleſti, & ibi alleluia cantare non ceſſent, q̃d hic petitur. In tertia ibi dr̃,Ego dormiui & ſomnum cepi &c.Hic dr̃ Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur &c.Omnes fideles,& boni a uitijs reſurgunt,uel reſurrexerunt, ſicut Chriſtus a mortuis reſurrexit, quod ibi dr̃, hic vero in paucis renouatur facies terræ,i.ratio animæ,quod fit ab omni puluere terrenorũ deſideriorum immunis,ibi ergo, hoc eſt in uita actiua, quæ ibi oſtenditur,eſt inchoatio: hic autem,hoc eſt contemplatiua,quæ hic oſtẽditur eſt perfectio, & conſumatio.ibi varietas, hic uniformitas, & propterea ibi variantur antiphonæ,& pſal. hic non,propter hanc conſumationem,& uniformitatem notandam. Antiphonæ ſunt octaui toni, & eiuſdem differentiæ, qa octo ſũt beatitudines, quarum octaua redit ad caput,nã in prima dr̃,Beati pauperes ſpiritu &c. Et in octaua, Beati qui perſecutionem patiuntur pp iuſtitiam,qm̃ ipſorum eſt regnum cœlorum.Propter † hanc ean- 6
dem conſumationem notandũ eſt,q̃ in q̃buſdam Eccleſijs celebratur octaua pentecoſt. per hos quoque ſeptem dies tres quotidie leguntur lectiones, ut ſeptem fratres tres procurent ſorores, ideſt, ſeptem

ptem dona Spiritussancti, p illos significata, tres virtutes, s fidem, spem, & charitatem, put Greg. prosequitur in moralibus. Horum. n. dierum officia septem donis Spiritussancti adaptantur. h sternum igitur, & hodiernum pertinet ad sapiētiā, & intellectum, ut ex operibus patet. Per totam ét septimanam sunt solemnitates seruandæ. Dicitur n. Gloria in exc. Alleluia. Credo. Ite Missa est. & Te Deū laudamus prout in seq. ti. dicetur. Dicitur ét ad horas capitulum, Dum complerentur. Act. 2. & ilud. Spiritus Dñi. Sap. 1. c. & illud Charitas Dei. Rom. 5. c. Sequitur uidere de officio Missæ, & quidem in die pentecostes celebratur festum de aduentu Spiritussancti. Visibiliter. n. discendit tunc in discipulos, & fuit hoc miraculum, & augmētum, quod non potuerunt calumniari Iudæi. Resurrectionem. n. & ascensionem calumniabantur, sed hoc non potuerunt facere de aduentu Spiritussancti, quia ex omni natione, quæ sub cœlo est, conuenerant ad diem festum, & tunc descendit Spiritussanctus uisibiliter in discipulos, sicut Christus promiserat: & loquebantur omnibus linguis coram oībus, & ideo incipit introitus Sapientię. 1. c. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, i. Ecclesiam, quæ dicitur orbis terarum. sicut. n. extra orbem terrarum nihil uiuit ad literam, sic extra Ecclesiam nil uiuit spiritualiter. sequitur, Et hoc, quod continet omnia, i. Spiritussanctus, cuius bonitate omnia subsistunt. habet scientiam vocis, i. linguarum, & ita potuit dare, & dedit Apostolis. Vnde confusi sunt inimici Christi, & ideo sequit̄ versus, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Per Spiritum enim sanctum omnes dæmones compelluntur, & ejciuntur. ¶ Rursus impleuit orbem terrarum dum Apostolos inebriauit, quorum sonus in omnem terram exiuit, de quo sono dicitur in epistola. Factus est repente de cœlo sonus. & quoniā orbis terræ per quatuor climata separatur, ideo quater in introitu alleluia concinitur. Duplex uero alleluia, quod post epistolam canitur, significat duplicandam lætitiam, uel sanctum Spiritum bis Apostolis fuisse datum, scilicet de terra, & de cœlo, uel eos spiritu, & mente psallentes, vel duorum populorum conuersionem. Et hoc, quod continet omnia scientiam habet uocis, idest, nouit quam mente quisque loquebatur, uel habet scientiam hominum, per quæ, & de quibus potest vox humana variari, uel scientiam uocis, idest, uocem scientiæ habet, idest, facit nos habere, ut quæ ipso inspirante Apostoli proferrent, cum intelligentia pnunciarent ¶ Et nota, quod sanctus Spiritus, †παράκλητος dicitur, quod uerbū Græce. Latine sonat aduocatus, quod nomen & Filio, & Spiritui sancto adscribitur. Vnde Dominus in Euāgelio. Rogabo patrē meū, & alium paracletum dabit uobis. & Ioannes in Euangelio Aduocatum habemus apud Patrē Iesum Christum iustū. Dr etiam paracletus consolator, nam παράκλησις, dr Latine consolatio. Postmodum sequitur epistola de Act. Apostolo. 2. c. Dū † complerentur dies Pentec. dies scilicet quinquagesima a resurrectione. sicut enim quinquagesima die a Pascha fiebat Pent. Iudæorum, ita & nostrū fit, & sicut populus Israel quinquagesima die ab imolatione agni paschalis, siue a Pascha, quod celebrauerūt in Ramatha, uenerunt ad mōtem Dei Oreb, uel Coreb, uel Synai, quod idem est, tunc legem acceperunt, ita & die quinquagesima a resurrectione Dñi datus est Spiritussanctus Discipulis in superiori cœnaculo, illius aduentum expectantibus: præcipitur. n. Leui. 3. ut in die Pentecostes offerantur noui panes, s. propositionis de nouis frugibus, per quod significatur, q. debemus Deo gratias agere ex eo, q. eadem die dedit nouam legem per Spiritumsanctum, in qua die data est lex uetus, scilicet quinquagesima die a Pascha, de quo dicetur in proœmio septimæ partis de dono, cuius debemus laudare Deum, quod est offerre panem nouum, quia etiam lex uetus spiritualiter intellecta, noua est, & attende quoniam agnus imolatus est 14. die Aprilis, lex uero data est 14. die mensis tertijs. dicitur tamen esse data tertia die, Iam enim, ut inquit scriptura, aduenerat tertia dies, & mane inclaruerat, & cœperunt audiri tonitrua, die namq; tertia descendit dominus super montem ad dandam legē, & Moses ascendit ad Deū, & de

& descendens omnia narrauit plebi, maneq; rursus ascendens, duas tabulas scriptas accepit, & caue, ut in secundo mense 30. duntaxat computes dies s̄m lunam, ergo 16. in mense primo, 30. in secundo, & quatuor in tertio faciunt quinquaginta. Rursus in quinquagesimo anno erat iubileus annus, qui interpretatur remissionis annus; quia septenis annorum hebdomadibus, i. quadragintanouem an. texitur in quo clangebant tubæ, omnia debita remittebantur, serui manumittebant, & libertas concessa confirmabatur, atque possessiones alienatæ omnibus restituebantur, ut dictum est sub Dñica quinquagesimæ. Similiter in diebus Pentec. hunc numerum post Dñi resurrectionē obseruamus, suscipientes aduenientem in nos Spiritussancti gratiā, per quem efficimur filij Dei, & virtutum possessio nobis restituitur, & remissa culpa, & totius debiti, chirographo euacuato, ab omni seruitutis nexu liberi efficimur. 75. dist. hunc numerum. Præterea iste numerus quinquagesimus resultat ex septenario numero, ducto in seipso superaddita vnitate. Septem † enim sunt hebdomadæ a Pascha vsq; ad Pentec. & ita competenter quinquagesima die a Pascha Pentecostes, in quo datur Spiritussanctus, cuius dona sūt septem quæ dātur ab uno. Iudæi n. septenarium numerum non sine figura in omnibus obseruant, prout dictū est sub quinquagesima. Ascēsio aūt facta fuit quadragesima die, qui est numerus pœnitētię, & hoc competens fuit, quia per pœnitentiā hō fit similis Deo, & hoc est Ascendere. Sed videtur, q. sicut Iudæi ab imolatione agni typici quinquaginta dies computando, ibi faciebant suum Pentec. ità & nos quinquaginta dies ab imolatione agni deberemus cōputare, & sic debemus nostrum Pentecosten facere in die veneris, antequam modo facimus, q. docet computatio. Ad hoc dicimus q. nō faciebant computationem ab imolatione agni, sed à sequenti Dominica. Vnde legitur Leuitic. 22. Numerabitis ab ultima die sabbati, i. a dominica, quæ est altera dies post sabbatum. Numerabitis dico septē hebdomadas vsque ad alteram diem completionis septimæ hebdomadæ, hoc dicit Spiritussanctus per Mosen, innuens per hoc Pētec. Christianorum, quod semper est in die Dominica. Dixit ergo Lucas de hac die, Dum complerentur dies pentecostes, erant omnes Discipuli pariter in eodem loco, idest, in consona, & concordi unitate. & factus est repente de cœlo sonus, quia existentibus in pœnitētia, qui est annus iubileus, & completo pentecoste, existentib. in vnitate, datur Spiritussanctus, sed repente, quia nescit tarda habere rerum molimina Spiritussancti gratia. In igne aūt descendit, quia sicut ignis illuminat & inflāmat, ita Spiritussanctus illuminat ad cognitionem Dei, & inflammat ad amorē Dei. Apparuit ergo in linguis igneis, ut facundi essent in omni genere linguarum. ¶ Et quia ipse est lingua quæ de occulto suæ bonitatis uerbū protulit in vterum Virginis, & profert uerbū in corde hominis. Matth. 10. Vos nō estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in vobis: ipse. n. quos replet, eloquentes facit. Sequitur, Quasi † aduenientis spiritus vehementis, hoc autem dicit; quia nullus potuit resistere Spiritui sancto, nec Apostolis. Vnde Dominus in Euangelio Matth. Ego dabo uobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Et de beato Stephano scriptū est in Act. quod non poterant resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur. Quia vero in epistola dicitur, Et factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis &c. ideo ad hoc representandū in nonnullis Ecclesijs clanguntur tubæ, dum Sequentia dicitur. venit. n. Spiritus sanctus in spiritu vehemēti, q. a ficut ventus vehemēs projcit puluerē a facie terræ, sic Spiritussanctus ejcit a corde hominis omnem terrenitatem. Tubis quidem vtebantur antiqui, ut legitur in Numeris ad multitudinem cōgregandam, ad dimicandum, & ad congratulādum in diebus festiuis, cum diuersitate tamen sonorum, quarū vsus fuit tantę virtutis in iubilo, vt ad crepitū siue sonum earum corruerent muri Hierico. hæc siquidē sunt duo testamenta, vel prædicatores, quibus ad procinctum fidei populus euocatur ad pœnitentiā, & lacrymabilem compunctionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

excitatur, ad laudes omnino exhibendas inuitatur, & ad montem Sion, & ad ciuitatem sanctam Hierusalem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ad futurum Dei iudicium prouocatur. Et vide, quia in aduersis & prosperis tubis clangitur, qa omne tempus conuenit verbo dei. Vnde, Benedicam dominum in oi tempore, semper laus eius in ore meo.

De organis dictū est in quarta parte sub ti de Sanctis. Tunc etiam ex alto ignis proijcitur; quia Spiritussanctus descēdit in discipulos in igneis linguis, & etiam flores varij, ad denotandum gaudium & diuersitatem linguarum & virtutum. Columbæ etiam per ecclesiam dimittuntur, in quo ipsa Spiritussancti missio designatur. Post epistolam dicitur graduale in q busdam ecclesijs; quia festum paschale terminatum est: Tamen in quibusdā aliis dicitur duplex alleluia, quia Spiritussanctus datus est geminæ stolæ. ¶ Euangeliū, Si quis diligit me Io. 14. ca. manifestè est de Spiritusancto. ¶ Postcommunio est.

Factus est. Act. 2. c. Quare hoc festum celebratur à Iudæis, & quare a Christianis, dicetur in proœmio septimæ partis.

S V M M A.

1 *Missa ferie secunde post pentecosten, & eius expositio. & nu. 2.*

De secunda feria. Cap. 108.

SEQVITVR secunda feria, in qua ostenditur, quòd non tantummodo est data lex Iudæis, sed etiam Gentibus, vnde introitus est. Cibauit eos
1 † ex adipe frumenti, i. de intelligentia spirituali, & de petra melle, i. melliflua doctrina Christi saturauit eos. & hoc habetur in epistola. Aperiens Petrus, quæ est act. 10. cap. in qua habetur, quòd adhuc loquente Petro descendit Spiritussanctus. Vel frumentum Christus est, cuius adeps est Spiritussanctus, quo fideles satiantur, cum Spiritusancto replentur; qa etiam satiantur melle, & de petra, i. doctrina de Christo procedēte, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei. Hic autem propter promissiones, quæ ibi continentur, concinitur quater alleluia, sicut in feria tertia, & sabbato exponetur, de hoc dictum est in tertia dominica post Pascha. Alleluia est Spiritus Dñi. Sap. 1. c Aliud Alleluia. Loquebantī Act. 2. c. Euangelium uerò Ioan. 3. c non videtur conuenire Spiritusancto, sed cōcordat epistolæ. ibi enim ostēditur, quod non tantum Iudæis, sed etiam Gentibus data est lex, dicens, Sic Deus dilexit mundum. supple non tantum Iudæos, ut filium suum vnigenitum daret, & postea sequitur, ut omnis qui credit in illum non pereat. Et nota terribile verbum, quòd qui non credit in eum iam iudicatus est. Præterea per hoc quòd de dilectione mentio fit, Spiritussanctus, q amor est, satis exprimitur. Postcommunio est, Spiritus † sanctus. Io. 14. cap. Et est scien 2
dum, quòd per totam hanc septimanam in missa sunt solennitates seruandæ, ut Gloria in excelsis. Credo. Ite Missa est. Te Deum, & alleluia, ut baptizatorum salutī congaudeamus, & ut futuræ lætitiæ plenitudinem figuremus. Postremo notandum est, quòd dominus non prædicauit Gentibus per se, sed per Apostolos, vnde, Ite, baptizate omnes in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Sicut Isaac iuniori filio suo nihil præcepit de offerendo sibi cibum, ut benedictionem acciperet, sed per operationem Rebeccæ primatū benedictionis accepit, & quia hæc facta sunt Dei occulto iudicio, ideo officium huius feriæ secundæ pertinet ad consilium, quod est donum Spiritussancti.

S V M M A.

1 *Missa feria tertiæ post Pentecosten, & eius expositio. & nu. 2. 3.*

De tertia feria. Cap. 109.

SEquitur tertia feria, & quia Spiritus sanctus † non datur, nisi per ministros, ideò in tertia feria dicitur introitus in persona prælatorum. Accipite iucunditatem gloriæ uestræ, in quo, quia per

per geminam dilectionem ad fidem pertingimus Trinitatis. ideò quinquies concinimus alleluia, & est sensus: Accipite iucunditatem gloriæ, i. Spiritumsanctum, quia vos glorificabit, & clarificabit, vt quisque de se dicere possit, quod dicitur in communione, Spiritus, qui à patre pro
2 cedit, ille me clarificabit: Sequitur † epistola cum audissent Apostoli, Act. 8. c. vbi sequitur: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctū qa in impositione manū accipiebāt Spiritūsāctū. Euāgelium Io. 10. cōcordat epistolę, vbi dicitur: Qui non intrat per ostium &c. non intrat in ecclesiam, qui non intrat per eos, qui sunt ostium, s. per Christum & Apostolos. nam hæretici non dāt Spiritumsanctum, nisi in quantum conueniunt cum ecclesia, & quoniam Apostoli & eorum successores hæresiarcas in spiritu fortitudinis sunt aggressi, & aggredium
3 tur, ideò officium † hodiernum pertinet ad fortitudinem, quæ est Spiritussanctus, s. donum. Rursus Spiritussanctus ostiarius est, qui per ostium introducit ad patrem. quod et in offertorio canitur, Portas cœli, i. Apostolorum scripturas aperiet. Post cōmunio est: spiritus, qui à patre Io. 9.

S V M M A.

1 *Ieiunij formam Apostolis nobis tradiderunt.*

2 *Feria quarta post Pentecosten habet quatuor tempora. & nu. 3.*

4 *Missa feriæ quartæ post pentecosten, & eius expositio. & nu. 5.*

De quarta feria. Cap. 110.

SEquitur quarta feria, in qua fiunt ieiunia quatuor temporum. Apostoli
1 nanque † nobis exemplum ieiunandi hoc tēpore reliquerunt, qui post susceptum Spiritum sanctum, sicut mentes auerterant a cæteris mūdi illecebris, sic & ab epularum appetitu. licet. n quam diu cum illis fuit Christus, non ieiunarent, post ablationem tamen eius, spontaneis se subdidere ieiunijs. Sponso. n. ablato, eis ieiunandum erat, sicut dominus prædixerat. Quando sponsus auferetur ab eis, tunc ieiunabunt. Vnde repleti Spiritusancto sponte ieiunare cęperunt, quocirca in præcedēti secunda feria quidam æstiualem inchoant quadragesimā. Alij † verò sanius hodiernum ieiunium 1
autumant esse huius temporis quadragesimæ initium, cui quidam terminum statuunt in festiuitate sancti Ioannis Baptistæ, siue sex habeat hebdomadas, siue nō. Tertij festiuitatem sancti Ioannis includunt, & eò vsque ieiuntantes, sine termino præfixo procedunt, donec senarium compleant numerum. Hanc quadragesimam probat Hier. non esse necessitatis, sed voluntatis, dicens, Nos; vnam facimus quadragesimam, illi tres, quasi tres passi fuerint Saluatores, non quod per totum annum ieiunare non liceat, excepto Pentecost sed quia aliud est necessitate; aliud voluntate munus offerre. Sed hoc dicit Hieron. contra Montanum hæreticum, qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandum: & dicitur hoc † ieiu- 2
nium æstatis, quod est ieiunium exultationis, in quo genua non flectimus, imò cantica lætitiæ dicimus, vt dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Hoc autem ieiunium statutū est ab ecclesia in tali tēpore, quia qui in se sentit gratiam sancti Spiritus, leuiter & cum gaudio ieiunat & etiam quia super ieiunantes descendit Spiritussanctus visibiliter, & ideo incipit introitus, Deus cum egredieris in conspectu populi tui &c. Egreditur autem dominus, quando aliquo signo visibili venit ad auxiliū hominum. Egressus vero est, cum dedit nobis filium suum, qui venit pandens iter ante nos, vt dicitur Micheæ. 2. Tūc egressus est etiā per Spiritussancti missionem, quando visibiliter descendit super Apostolos, & quia per hoc dissipati sunt inimici, ideo sequitur versiculus. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius &c. Sequitur in quibusdam ecclesijs lectio de principio sapientiæ, scilicet Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. vbi ostenditur qualiter poterit haberi Spiritussanctus, ibi, Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictū. 1. q. 1. Saluator. & in fine dicitur
Spiritus domini repleuit † orbem ter- 3
rārum, &c. Postmodum sequitur epi-

stola: Stans Petrus &c. Act. 2. in qua ostenditur, q̃ super ieiunantes descendit Spiritussanctus, & ibi sequitur. Non. n. isti sunt ebrij, sicut vos dicitis, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dixit dominus per prophetam Ioel. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & pphetabũt filij vestri, & filiæ vestræ &c. In alijs vero ecclesijs dr̃ prima lectio. Stans Petrus. & postmodum epistola. Per manus autem. Act. 5. c. Duæ itaq; lectiones leguntur, quia duo populi ad fidem conuertuntur, vel quia ordinandi in vtriusque testamenti pagina imbuuntur. Sequitur alleluia, quia est ieiunium exultationis, vt dictum est, & dicunt quidam. Pater, cum essem. Ioan. 18. Sequitur Euangelium Io. 6 c. Nemo venit ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum, s. per Spiritumsanctum. & post sequitur, Patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt: qui manducat ex hoc pane viuet in æternum, quia egressum est coram Christianis manna spirituale, sicut ante coram Iudæis, sed temporale manducantes, & corporale, mortui sunt. Qui vero manducauerit spirituale, non morietur morte, s. incredulitatis, siue gehennali, vnde patet, q̃ elegantius egressus est dominus coram nouo populo, quam coram veteri. 5 Postcommunio est. † Pacem &c. Et est Ioan. 14. c. Et attende, q̃ officium huius quartæ feriæ prædicat scientiam, quę est, donum Spiritussancti, qui vsq; adeo sanctos illuminat, q̃ de quinq; libris Mosi paucisque prophetarum scripturis librorum copia creuit, quod mystice innuit nobis Euangelium. de quinq; panibus, & duobus piscibus, quod hodie in quibusdam ecclesijs legitur.

S V M M A.

1 *Feria quinta post Pent. non habet officiũ proprium. Et vnde mutuetur.*

De quinta feria. Cap. 111.

1 SEquitur, quinta feria, quæ secundum aliquas ecclesias † non habet introitum propriũ, sed quia dominus descendit in die dominica per missionem Spiritussancti, & quinta feria ascendit in cœlum, ideo dici dominicæ, & quintæ feriæ communis est introitus. A dominica ergo mutuatur, nec habet proprium, vt a sabbato. in sabbatum septem sunt duntaxat officia, septem donis Spiritussancti deputata. quidam tamen, & huic officio mutuato non incongrue donum adscribunt, huiusmodi adscriptiones non a sabbato, sed a dominica facere incipientes. In dominica etenim ponunt spiritum sapientiæ, in secunda feria intellectus, & tertia consilij, in quarta fortitudinis, & in hac quinta spiritum scientiæ, qui dat scrutari profunda, sicut cantatur in alleluia. Spiritus omnia &c. ¶ In † quibusdam 2 vero ecclesijs cantatur introitus, qui in sequẽti dicitur feria, s. Repleatur os meũ laude tua. Aliquæ vero ecclesiæ habent proprium officium, s. Deus patrũ nostrorum, da nobis spiritum gratiæ &c. in quo ecclesia orat filijs suis dari Spiritumsanctum ad remissiones peccatorum, & ad facienda miracula, & quia per Spiritumsanctum fiunt miracula, ideo habetur in epistola. Philippus &c. Quę est act. 8. cap. q̃ Philipp⁹ multos claudos sanauit; & spiritus immundos eiecit & factum est gaudium magnũ in illa ciuitate, s. Samariæ. Et quia per Spiritumsanctum omnia ista fiunt, ideo sequitur Euangelium. Luc. 5. c. Conuocatis Iesus duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem super omnia dæmonia, & post. & Non feretis virgam, neque peram & cætera. Quæ fieri non possunt, nisi Spiritussancti abundantia habeatur.

S V M M A.

1 *Feria sexta post Pentecosten Missa, eiusque expositio, & pu. 2.*

De sexta feria. Cap. 112.

SEXTA † feria est introitus, Repleatur os meum laude, vt possim cantare alleluia, quia qui gaudet ore, & corde, potest ieiunare. ieiunio exultationis. Et qa est dies ve- 1 neris

neris, in qua passus est dominus & Spiritussanctus, ideo dicit Pet. in epistola. Aperiens, act. 2. Quæ in quibusdam Ecclesijs legitur, quod Christus suscitatus est a Spiritusancto: Vnde ibi habetur: Suscitauit Iesum solutis doloribus inferni, sicut scriptum est. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem; in quo significata est illa Spiritussancti operatio, qua synagoga nunc mortua, pierate resurget, post quam plenitudo gentium eadem introierit pietate. Prædicat ergo hoc officium pietatem; posset etiam pertinere ad spiritum timoris, pro eo, quòd dicitur in euangelio. Et repleti sunt timore, & extasi &c. ¶ † In quibusdam ecclesijs legitur 2 lectio. Exultate filiæ Sion, quæ est Ioelis 2. cap. Et quia per Spiritumsanctum fiunt miracula, sequitur Euangelium. Factum est Luc. 5. cap. de paralitico sanato. Et quia propter hoc debet laudari dominus. Sequitur offertorium: Lauda anima mea dominum. Postcommunio. Spiritus vbi vult spirat.

S V M M A.

1 *Sabbatum post Pentecosten vnde Missam auspicetur, & eius expositio, nu. 2. 4. etiam mystici. nu. 5 6. 7.*

3 *Ordines celebrantur, & conferuntur, & sabbato post Pentecosten.*

2 8 *Quadragesima terminatur sabbato post Pentecosten.*

De Sabbato. Cap. 113.

1 IN † sabbato est introitus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. ad Roma. 5. c. Et cõpetit Spiritui sancto, qui est charitas, & etiã diei sabbati; quia in sabbato futuræ quietis maximè diffundetur, vt qui igniculus est in Sion, caminus sit in Hierusalem. Et *Psal. 87* sequit̃ uersus, domine Deus salutis meæ in die clamaui, & nocte coram te. Ille. n. in quo diffusa est Spiritussancti gratia, laudat Deum in prosperis, & in aduersis. Sequitur epistola. Iustificati &c. Ad Roman. quinto cap. in qua habetur de huiusmodi diffusione. Quia enim charitas Dei diffusa est, non permittit eam Paulus intra fines terræ promissionis tm̃ coarctari, imò ostendit, q̃ non tantum Iudæis, uerum etiã Gentibus datus est Spiritussanctus, dicens ipsis Iudæis. Vobis oportebat primum prædicari, sed quia repulistis uerbum Dei, & uos indignos fecistis uitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes. extra de renun. nisi, § propter. in alijs uero ecclesijs dicitur epistola. Cõuenit † uniuersa ciuitas, &c. act. 13. Quia 2 ergo in Gentibus datus est Spiritussanctus, ideo sequitur alleluia. Laudate dominum omnes gentes. in hoc. n. ieiunio non tacentur cantica lætitiæ propter reuerentiam festi. Nec secundum Nicen. concilium. 76. dist. de ieiunio, de consec. distin. 4. quoniam. genua flectimus, sed stantes oramus propter neophytos gaudentes, quod a peccatis surrexerunt. in alijs ecclesijs dicitur, Repleti sunt omnes. act. 2. c. Et spiritus Domini ornauit cœlos. Iob. 27. c. Postea sequitur euangelium. Surgens Iesus, Luc. 3. cap. De socru Petri sanata. quæ significat synagogam, quæ sanata est a Petro ab infidelitate, & perfectius per fidem ipsius sanabitur in futuro & sic conuenit cum epistola. Fiunt autem † hac die ordines; quia super or- 3 dinandos descendit Spiritussanctus, & etiam super ieiunantes, & ideo dicuntur quatuor lectiones ante lectionem Danielis, prout dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Prima est de principio libri sapientiæ, in qua ostenditur, quibus datur Spiritussanctus, & quibus non, scilicet illis, qui sentiunt de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærunt illum. ¶ † In a- 4 lijs uero ecclesijs prima est de Ioele. 3. capit. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, quia sicut Spiritussanctus super Apostolos descendit uisibiliter, ita super ordinandos descendit inuisibiliter. secunda est, Locutus est. quæ est Le. 23. cap. tertia est Dixit Moses, quę est in Deu. 16. cap. quarta est. Dixit Dominus ad Mosen quæ est Leui. 26. cap. Offertorium est, Intonuit dominus. Postcõ-

munio vero: Non vos reliquam &c. de effusione Spiritussancti loquitur. Potest ēt
5 dici, q̄ hoc † officium figurat duorū concordiam populorum, Iudæi videlicet, & Gentilis. Hi sunt duo cęci, de quibus dr in Euangelio, q̄ sunt illuminati a Christo, de qua concordia loquitur Paulus in epistola ad Iudæos, & Gentiles, dicens, Iustificati ex fide pacē hēamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Ctristū. Sed quia pax, & concordia vera non fit, nisi per charitatē, ideo præcinitur in introitu, Charitas Dei diffusa est, in qua ter ponitur alleluia, quoniam ad fidem Trinitatis peruenitur per obsequia charitatis. Lectiones etiam ad ieiunium pertinentes attestantur operationem, & gratiā Spiritussancti, ut prima, Effundam de spiritu meo. & secunda, Locutus est. vbi dr, Numerabitis septem hebdomadas usque ad alteram diem expletionis. Hebdomadæ septem præsentem innuunt festiuitatem, q̄ olim dicebāt festiuitas hebdomadarum, & quia postq̄ Gentes intrauerint, reliquiæ saluabuntur, ideo nunc flentibus, & sponsum expectantibus dicit
6 dominus † in postcommunione. Non uos relinquam orphanos. quia igitur hæc concordia fiet imminente die iudicij, qui ēt electis erit causa timoris, ideo hoc officiū pertinet ad timorem, uel quia timor introducit charitatem, licet charitas foras mittat timorem. de pœn. dist. 2. sicut cœca. Et attende, quia secundum Augu. in ordine officiorū istorum descendendo computamus, in ordine uero paschalium ascendendo, quia per hæc descensus Spiritussancti ad nos, per illa noster ad ipsū
7 significatur ascensus. ¶ Et † caue, q̄a p̄ter præmissa officia ad ieiunium pertinētia, q̄ in quarta, & sexta feria, & in hoc sabbato exposuimus, aliæ quidem lectiones, & euangelia in eisdem diebus inueniuntur, quæ fortè solēnitati magis appropinquare videntur, tamen hæc, & illa gratiam Spiritussancti personāt, & operationem. vnde quidem hodie non incongrue duas Missas celebrant, unam in tertia de festo, cū Gloria in ex & Credo. aliā in nona de ieiunio, sine Gloria in ex. in qua sunt clerici ordinandi, qui merito in hac hebdomada ordinantur, ut sancti Spiritus dona percipere mereantur. † Et memēto, quod 8
hac die terminatur quadragesima, & iō hodie frequentatur, & cantatur pro graduali alleluia, nec flectuntur genua, ptinet. n. ad octauam. Generale quidem est, q̄ quoties de tpe in die gratiæ materia laudis assumitur, aut dies ad octauam refertur, genua non flectimus, sed in orōnibus stantes, collatam nobis gratiam, & cō ferendam gloriā profitemur, ut cū olim essemus curui, tūc fracto iugo incedamus erecti, ut in dominicis diebus, & Sanctorū natalitijs, & paschalibus inclinare tn̄ capita possimus, & mulieres deuotas ad monumentum uenientes imitemur.

S V M M A.

1 *Trinitatis festiuitas cur sequatur Paschatis, & Pentecostes ferias.*
2 *Antiphonis cur addantur versus quarundam festiuitatum.*
3 *Tropus quid.*
4 *Trinitatis Missa, eiusque officium, & illius expositio. Et nu. 5. 6.*
7 *Alchuinus Caroli præceptor officiū Ecclesiasticum ab Attila lege destructum restituit.*
8 *Trinitatis festiuitas variè, & diuersimode celebratur.*

De die Dominica sanctæ Trinitatis. Cap. 114.

IN † plerisque locis in octaua Pente- 1
fit festum sanctæ Trinitatis. post quam enim celebrata est festiuitas patris in Natiuitate, quia natiuitas dicitur festiuitas patris, postquam celebratum est festū Filij in pascha. & festum Spiritussancti in missione ipsius, merito in octaua Pentecostes fit festum eorum, scilicet Trinitatis, ut ostendatur, q̄ tres personæ sunt unus Deus, & hæc est prima causa, quare celebratur festum trium personarum diuinarum simul. Secunda causa est; quia ad inuocationem sanctæ Trinitatis datur in baptismo Spiritussanctus, ut præmissum est. Tertia causa est, ut ostendat Ecclesia filijs suis illū a quo sunt omnia bona, cuius habet imaginem, & cuius debet habere similitudinē, videlicet Dei, & sancte Trinitatis, quam semp laudare debemus, & q̄ tota intentio est laudare ipsum, ideo in quibusdam ecclesijs in singulis antiphonis laudū præponitur versiculus, qui laborē significat, ad ostēdendū, q̄ toto labore, totoq; nixu debemus nos vetere ad laudandū Deum & sanctam Trinitatem, & eodē modo fit in quibusdam ecclesijs in festo B. Mariæ in antiphonis laudum, pro eo, quia ipsa se totam vertit in laudem Dei. Vnde tunc in Euangelio dr, Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. & quia ipsa priuilegiata fuit in uirginitate. ipsa. n. est Virgo Virginum. in antiphonis quoque de beato Laurentio, & de beato Paulo, & de beato Stephano præponuntur quidam versus antiphonis, ad maiorem laborem notādum, quem in suis martyrijs sustinuerūt. Beatus. n. Laurentius grauius cæteris passus est. Vnde beatus Sixtus dixit ei: Maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Beatus verò Paulus plus cæteris laborauit prædicando, & beatus Stephanus pro Christi fide primus martyr extitit. Sed in hoc est
2 differentia, q̄a in nocturnalibus antiphonis tantum de beato Laurentio præmittuntur; quia passio sua de nocte consumata est, unde dixit: Mea nox obscurū non habet. & iterum: Non est inuenta in me iniq̄tas, & ita apparet, q̄ totus fuit sacrificium laudis. Vnde semper dicebat, Gratias tibi ago Domine. Mane verò corpus eius conditum fuit, & ideo tātum nocturnalibus & non laudum antiphonis versi-
2 culi præponuntur. † Rursus; quia versus laborem & boni operis fructum significat, prout dictum est in proœmio quintæ partis, merito in dictorum Sanctorum natalitijs specialiter præmittuntur antiphonis, ad notandum, q̄ ipsi excellentius labores, & bonorum operum fructus suis natalitijs & martyrijs præmiserunt. Item in quibusdā ecclesijs antipho. de martyrio beati Petri præponere præponūtur uer. ideo, quia ipse petit, ut in cruce caput suū ad terram uertetur. Hi autē uersus tropi uocantur, quasi laudes ad antiphonas con-
3 uertibiles, τροπος enim † Græce, cōuersio dr Latine, quia ergo semper sanctam Trinitatem laudare debemus, ideo ad Missam dicitur introitus: Benedicta † sit sancta Trinitas, quem Alchuinus sumpsit de Thobia 12. postmodum sequitur Epistola de Apocal. Vidi ostium apertum in cœlo, & in circuitu sedis, ideſt ecclesiæ, quæ est sedes Dñi, mare uitreum, i. baptismum, in quo submerguntur omnes Aegyptij, i. omnia peccata. Et no. quia dicit mare uitreum, propter corporis fragilitatem, & perspicuitatem, quā recepit in baptismo, & est in circuitu, quia ad ecclesiam uenire nō possumus, nisi per baptismum. sequitur: Simile crystallo, quia qui prius erant aquæ fluxibiles, sunt per gratiā in baptismo acceptam firmi, sicut crystallus, quæ fit ex aqua congelata, & diuturno gelu in naturam lapidis consolidata. Et hæc est vna causa, quare in hac die legit hæc Epistola, † quia in eo dr de baptismo, in quo 5
per inuocationem Trinitatis dantur septem dona Spiritussancti. Secunda ratio est, quia in ea inuitamur ad laudes Trinitatis, cum ibi sequatur, q̄ animalia plena oculis ante & retro, ideſt prælati dabant gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum. Sedens autem super thronum est Deus Trinitatis. Vnde sequitur. Et procidebant viginti quatuor seniores in facies suas, mittentes coronas ante eū, hoc significat, q̄ omnia bona nostra debemus attribuere ei. itaque omne illud, ex quo meremur coronam, sequitur. & non habebant requiem dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus. & ideo in introitu, & in alijs officijs toties repetitur, Benedicta sit sancta Trinitas. & propter hoc responsorium siue etiam graduale, quod respondet epistolæ, est: Benedictus es Dñe, qui intueris abyssos. Dan. 3. Versus est. Benedicite Deū cęli. Thobiæ. 12. c. & alleluia. Benedictus es Dñe &c. offer. Benedictus es Dñe. Et postcommunio. Benedicimus Deum cœli &c. Thobiæ 12. cap. Euang. est. Erat homo ex Pharisæis Nicodemus. in quo habetur de baptismo. qui inuocatio te sanctæ Trinitatis sanctificat baptizatos. In alijs uero ecclesijs dicitur epistola, Gaudete perfecti, quæ est ad Gorinth. vlt. c. Et in alijs dicitur, Vidi ostium. quæ est Apoc. 4. Et euangelium, Cum uenerit paracletus. Ioannis 14. cap.

6 ¶ Sciendum † est, quod historias de sancta Trinitate, & de inuentione Sancti Stephani composuit sanctus Stephanus Laudicen. ¶ Rursum cum Attila Rex, qui Christianos persecutus est, verè omnia volumina Christianæ religionis destruxisset, Alcuinus magister Caroli, & Ludouici filij eius, rogatu Bonifacij Archiepiscopi Maguntini multa de ecclesiasticis officijs conscripsit. Vnde & Magunt. concilio approbante, vt habetur de consecra. dist. 5. instituit, quod à festo paschæ vsque ad dominicam illam tres tantum diceren tur lectiones, & hac die de Trinitate cantari vsq; ad dominicam sequentẽ, & tunc incipere: Domine ī tua misericordia &c. Et composuit officium de Trinitate. videlicet responsorium, antiphonas, Missam, & sequentiam, quæ omnia obtulit Alexand. Papæ. Ille verò respondit, non esse celebrandum festum de Trinitate, sicut nec de vnitate. Nam singulis diebus fit festum Trinitatis, & vnitatis, quia semper dicitur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. & præmissas historias, & officiũ non admisit. extra de fer. c 2. Verum superueniente hæresi Arriana ferè fuit fides Trinitatis extincta, sed Hilarius, Eusebius, & Ambrosius restituerunt. Consensit igitur eadem de causa Greg. Magnus ut de Trinitate specialia cantaremus, & ecclesias in ipsius honoré ædificaremus,

7 † Exinde ergo est, quòd de historia Trinitatis inuenitur uaria consuetudo: Alij nanque non utuntur ea, sequentes reprobationé Alexand. Papæ. Sed in qualiber dominica ab octaua pentecost. vsque ad Aduentum cantant in nocturnis nonum responsorium de Trinitate, nisi festum aliquod impediat; ut eam confiteantur, per quam saluantur, & in Missa in alleluia eã hilariter proficentes, ut dictũ est sub quarta parte, sub titulo alleluia. Alij uero vtuntur ea, cantantes eam in hac prima dominicâ, sequentes primam institutionẽ Alcuini. Alij ponunt eam in fine temporis declinationis, scilicet in ultima dominica, uidelicet ante dominicam de Aduentu, sequentes vltimam probationem Grego. Romani ergo nunquam de Trinitate celebrant festum, nec etiam has octauas faciũt, sed in primâ dominica post pentecincipiunt historiam. Præparare. seu Deus omnium. Alij verò celebrant hodie de octaua, scilicet de Spiritu sancto, & ponunt eandem epistolam, & idem quod prædiximus euangelium, propter baptismatis sacramentum, cæteris obseruatis, sicut in die pente. Celebrant autem octauam ad inuenendum perfectionem, uel consumationem operum sancti spiritus. Per septem enim dies operatio gratiæ septiformis, in octauo verò consumatio declaratur. Et quoniam in octaua redit ad caput, ideo omnia sicut in die festo à vespera in vesperam, in ipsis uesperis, & tribus nocturnalibus psalmis obseruant. De his octauis Augu. dicit: Celebrationem octauarum festarum noui hominis celebramus. Baptismus neophytorum, licet in sabbato peragatur, ad illum tamen baptismum pertinet, quem Apostoli susceperunt in die pentecost. cuius octaua dies est dominica sequens. Qui verò ponunt historiam: Præparate, seu Deus omnium. melius faciunt; quia Romanam sequuntur ecclesiam, nostræ peregrinationis recolentes, & percurrentes historiam. Nam per septuagesimam significamus expulsionem generis humani de patria paradisi, per quadragesimam seruitutem populi sub Pharaone, per pascha immolationem agni, per quadraginta dies paschales, quadraginta annos in deserto, per Rogationes, terræ promissionis ingressionem, per septem dies pente. in quibus septem dona diuiduntur, terræ datę diuisionem, per tempus, quod ab hodie sequitur, significamus populi afflictionem, & gubernationem factam per iudices, & reges, ideoque sequuntur quatuor libri Regum, prout in sequenti titu. dicetur.

S V M M A.

1 *Libri Regum leguntur post Pentecostes octauas. Et ibidem n. 2.*
3 *Dauid nobis in hac militia proponitur in exemplum & typum virtutis.*
4 *Saul nobis est exemplo.*
5 *Dauid funda quid significet.*
6 *Euangelium dominicæ primæ post Pentecosten. Et eius interpretatio.*

De

De prima Dominica post Pentecost. Cap. 115.

1 DIc † dicendum restat de prima Dominica post Pentec. quæ est una de principalibus Dominicis. & incipit hic quartum tempus peregrinationis, quia sumus in uia uenturi ad patriam. Sed quia hostes habemus prius quã illuc peruenimus. s. carnem, mundum, & diabolum. ideo legitur de libris Regum, in quibus agitur de bellis & de victorijs, ut inuitemur ad pugnandum fortiter contra hostes, ut uictoriam habeamus, sicut Iudæi de Philistæis, & tãdem gloriemur in cœlis, quia nõ est nobis tm̃ luctа aduersus carnem, sed etiam aduersus aereas potestates, unde primo dicimus in uesperis. Benedictus Dominus Deus meus &c. Hi storia est, Deus omnium. seu secũdũ Ro. Præparate. Sed quia belũ sine discretione non bene geritur, ideo sequenti tempore subsiguntur libri Salomonis. Item, quia insurgunt uitia, contra quæ necessaria est patiẽtia, ideo subsequenter subiungit historia de Iob. recte ergo inuitamur ad pugnam, quia postquam digni sumus in numero iustorum haberi per librũ Numeri iam perfectum, & in statu perfectionis per nouam legem, s. Deutero. in quo habetur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & sumus sub Iesu p librum Iosue, & sub iudicibus, i. prælatis per librum Iudicum, & sumus sine acceptatione personarum, per librũ Ruth, quæ fuit Moabitis; restat tamen pugnare, qa tunc magis tẽtat diabolus, & sic ordinantur † libri Regum, in quib. tractatur de bellis ipsorum Adaptãtur etiam & aliter primæ quatuor Dominicę, quatuor libris Regum, prout dicetur sub 4. & sub 7. & sub 15. Dominicis. Leguntur autem in tali tempore, & post missionem Spiritussancti, & post festum Trinitatis, quia quando accipimus gratiam Spiritussancti, ex tunc sumus similes Deo, & filij sumus summi regis, & per cõsequens sumus reges. Vnde in Apocalyp. Fecit nos reges & sacerdotes Deo, & patri suo &c. pe. in canonica. Vos estis genus electum, regale sacerdotium &c. de sacr. vnctio. ergo cũ simus reges, & habeamus aduersarios, non restat nisi ut regnum nostrũ defendamus, quia ex hoc nobis inuidet diabolus, quia ad illud regnũ sumus assumpti, unde fuit dejectus: & ideo nobis grauis imminet pugna. Nempe ostenditur nobis † Dauid in 3
exemplum qui uicit per humilitatem, & per iucunditatem mentis, & unctus fuit ter. ¶ Primò à Samuele in Bethleem in signum regni. Secundò, super domum Iuda, in regem super tribu Iuda, a uiris Iuda in Ebrõ. ¶ Tertiò, iterum in Ebron & in confirmatione regni super totum Israel. Similiter nos si bene pugnabimus, ter inungemur. Primò in baptismo in signum regni. Secundò in confirmatione. Tertiò in paradiso, qñ regnum nostrum confirmabitur. Saul † nobis proponitur 4
in exemplum, qui per inobedientiã amisit regnum, unde non simus inobedientes, sicut ipse fuit, ne perdamus regnum æternum. Dauid aũt fuit humilis in oĩb. operibus suis, q. patet, quia cum luderet corã arca Dñi indutus Ephod lineo, depositis regalibus uestibus despexit eum Michol filia Saul, dicens ei, quod nudatus fuerat sicut unus de scurris, & ille respondit, Ludam, & uilior fiam ante Dominum, qui elegit me, &c. Item quando uenit ad eum Nathan propheta, & redarguit eũ de peccato suo publice pœnituit. Item iucunditatem mentis habuit, & omnia bona à se facta ad Deum retulit, unde de eo cantat Ecclesia, præualuit Dauid in Philistæum in funda & lapide in nomine Dñi. Ecce exultatio in Deo. Non n. in se cõfidebat. Funda † Dauid est prædicatio, per quam 2
fundam prædicationis eijcitur diabolus de cordibus hominum, cum per duram reprehensionem incutitur, timor, & concipitur pœnitentia. lapis uero dura reprehẽsio est, qa ergo hmõi victoria hr̃ p humilitatẽ, ideo ad Missã incipit introitus, Domine in tua misericordia speraui. ecce humilitas Dauid. Exultauit cor meũ. ecce mẽtis iucunditas, per hæc duo uincitur pugna. & quia ille solus uincit, qui nihil sibi, sed oĩa bona sua Deo attribuit, & sperat in eo, ideo bene sequit ofo. Deus

in te

in te sperantium &c. postea sequitur epistola de charitate. Deus charitas est &c. 1. Ioan. 4. c. quia per charitatem reges sumus, & per eam facimus bona opera meritoria regni, per quæ regnum nostrum defendimus, & conseruamus, unde sequitur, In hoc apparuit charitas Dei &cæt. post, Deus charitas est, &cæt ibi etiam ostenditur, quòd diligere debemus Deum & proximum. In euangelio autem. Homo quidam erat dives. Luc. 16. capit. ostenditur, quod non debemus 6
diligere † diuitias, per diuitem, qui induebatur purpura, & bysso, & per pœnam eius, ut enim dicitur Eccl 5. cap. Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, qui amat, scilicet amore libidinoso, naturali uero uel charitatiuo potest, quia diuites cum iustitia & bonis operibus non abijcimus 20. dis. hoc scripsimus. habetur enim in euangelio de mendico Lazaro, in cuius persona incipit graduale. Ego dixi Domine, miserere mei. & sequitur uersus de operibus misericordiæ. Beatus qui intelligitur super egenum, & pauperem, i. intelligit & prægogitas illud, quod est in egeno, & paupere, scilicet egestas & paupertas, ut ei subueniat. dicit. n. Greg. quod debemus eos uocare patronos, & amicos nostros, quia etiam fratres nostri sunt, & sic facere nobis amicos de mammona iniquitatis, & de malè acquisitis, ut cum defecerimus per mortem, recipiant nos in æterna tabernacula. hoc non fecit dives ille epulo, & quia in aliquo noluit pauperi subuenire, ideo cũ eo districtissime fecit Dominus, ut non posset habere guttam aquæ ad refrigerium linguæ, & ideo sequitur offer. in persona mendici, scilicet. Intende uoci orationis meæ. & quia nõ obliuiscitur Deus orationes pauperum, sequitur postcõmunio. Narrabo omnia mirabilia tua, psal. di. &c. in quibusdam tñ ecclesijs legitur hodie euang. Estote misericordes. quod est Luc. 6. cap. & est sciendum, quod Vrbanus Papa Quartus statuit fieri festum de corpore Christi quinta feria post hanc Dominicam, & concedens magnam indulgẽciam, tam clericis officiantibus, quam populis conuenientibus ad diuina, prout in officio super hoc ordinato habetur.

S V M M A.

1 *Dominica secunda post Pent. Missa, officiumque & eius expositio, & nu. 2. 4.*
3 *Lingua dolosa palliatorum amicorum.*

De secunda Dominica post Pentec. Cap. 116.

Dictvm est, † quòd prima causa, qua defendimus regnum nostrum. est charitas, quæ dilatatur per considerationem æternarum nuptiarum, de quib. in Apo. Beatus, qui uocatus est ad cœnam nuptiarum agni. unde in hac secunda Dominica hī de hmõi cœna in euangelio Luc. 19. cap Homo quidã fecit cœnam magnã, & uocauit multos, & misit seruos suos hora cœnæ dicere inuitatis, ut uenirent &c. hora cœnæ est ex quo porta Paradisi aperta est per Christũ sequitur, & cœperunt se omnes simul excusare. Nam primus dixit, Villã emi, & necesse habeo uidere illam. Secũdus dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Tertius verò dixit. Vxorem duxi, & ideo nõ possum uenire. Dñs uero dixit ad seruũ, Vade & cõpelle intrare, ut Domus mea impleatur, Multos. n. compellit intrare per tribulationes: illi uerò, qui uocati fuerant non uenerunt; quia auari, qui primum se excusant. supple, uel gulosi, qui per secundum, & luxuriosi, qui per tertium intelliguntur, hac cœna se reddunt indignos, vñ uersus. Villa, boues, uxor, cœnam clause te uocatis. Mundus, cura, caro, cœlum clausere renatis. Et quia in hoc isti se reddũt indignos, ideo Dominus alios uocat. Quia uerò per cõsideratione huius cœnæ dilatatur charitas, & quia Dominus protegit habentes charitatem, ideo incipit introitus. Factus est † Dñs protector 2
meus, & eduxit me in latitudinẽ charitatis. Sequitur uersus de charitate. Diligam te Dñe fortitudo mea &c. In oratione uerò petit charitatẽ, sancti nominis tui. &c. in epistola. Nolite mirari. 1. Io. 3. cap. habetur de uita æterna, per cuius intuitum amor concipit, & sequitur in fine de charitate,

ritate, Filioli non diligamus uerbo, neq; lingua sed opere, & ueritate. Hæc est lin-
3 gua dolosa, qua † dicunt amatores mundi, Rogo te habe me excusatum. Dicunt etiam bonis, & sanctis uiris, Rogate pro nobis, & tamen uenire non curant. Et attende, q̃ duo primi excusant se, Per primum. n. superbi intelliguntur. Per secundum, omnes, qui delectantur in quinque sensibus corporis. Per tertium uerò luxuriosi, qui se non excusant, quia non habẽt cor, sicut habetur in Oseę 4. c. Fornicatio uinum, & ebrietas, auferunt cor, Magis enim absorbet hominem fornicatio, quàm superbia, uel auaritia. Quia ergo, ut dictũ est lingua talium excusantium se, dicitur lingua dolosa, ideo Ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. In uer. Domine libera me &c. Et quia perfectus est, qui non peccat in lingua, ideo in secundo tono cantatur.
4 Postmodum sequitur † alleluia. similiter de charitate. Diligam te domine fortitudo mea &c. Quia uerò consideratione uitæ æternæ concipitur charitas, uisa cœna petit conuerti in offertorio. Conuertere domine, & eripe. Et quia ibi cantabimus uocaliter, ut ait Cassiodorus sup psalmistam. Omnis spiritus laudate dominum; non erit ibi tantum cœna, sed maxima solennitas, unde in threnis primo c. Viæ Sió lugent, eò quòd non sint, qui ueniant ad solennitatem, ideo in postcommunione promittit se cantaturum ibi domino, dicens. Cantabo domino, qui bona tribuit mihi, & psallam &c.

S V M M A.

1 *Euangeliũ dominicæ tertiæ post Pent. & expositio etiam mystica. Tum Missa. nu. 2. 3. 4.*

De dominica tertia post Pentecost. Cap. 117.

1 Tertia causa, quare inflãmamur ad defendendum regnum † nostrũ, est consideratio beneuolẽtię Dei, qua nos custodit, & diligenter quærit, ideo in euangelio huius dominicæ, Erant appropinquantes. Luc. 15. cap. habetur. Quis ex uobis homo habens centum oues, i. angelos & homines, & perdit unam, s. hominem, nonne relinquit nonagintanouem in deserto, i. in cœlo, & uadit quærere perditam &c. aut quę mulier habens dragmas 10. s. angelos & homines, & perdit vnam, s. hominem, in quo imaginem suam depinxerat, nonne accendit lucernam, i. naturam humanam, in qua lumen deitatis posuit uniendo se ei, & quærit diligenter, donec inueniat eam, & cum inuenerit conuocat amicas, & uicinas, dicens eis. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Ecce quanta est beneuolentiam Dei erga nos. Ita. n. beneuolentia accendit in nobis charitatem. ¶ Quia
5 † verò ad nuptias æternas non intrant superbi, neque luxuriosi, neque auari, ut prmissum est, ideo introitus huius dominicæ, Respice in me &c. & dicit, uide humilitatem meam, contra superbiam, & laborem meum contra luxuriam, quia inops & pauper sum ego, contra auaritiam, & propter prædicta monet nos. Pet. ad humilitatem dicens in epist. 1. Pet. vlt. c. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet &c. Et post sequitur ibi, Sobrij estote, & uigilate in orationibus quoniam ad ve. di. tan. le. ru. cir. q. qué de. ¶ † 3
Et quia tãtam curam habet dominus de nobis, ideo in graduali inuitat nos Ecclesia, dicens, Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet, uersus, Dum clamarem ad dominum, & uocem meam &c. Alleluia est. Domine refugiũ Offer. est, Sperant in te omnes, qui te nouerũt, &c. quia de sperantibus in se habet curam. Quia verò dominus non inuenitur nisi quis pœniteat, cum uerò quis pœnitet, ad dominum clamat. ideò sequitur postcommunio. Clamabo. ¶ † Rursus hoc
6 officium est de pœnitente, sicut apparet ex ipsa communione, & ex euang. ubi per Dauid intelligitur, quilibet pœnitens, vbi dicitur, Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente &c. & ex introitu, & alijs, & ideo cantatur circa festum beati Ioanni. Bapt. qui legitur, populum ad pœnitentiam prouocasse.

S V M-

S V M M A.

1 *Dominica quarta post Pentec. quid moneat, & quid habeat officium nu.* 2.
3 *Dominicæ quatuor sequentes Pente. quatuor libris Regum adaptantur.*

De Dominica quarta post Pentec. Cap. 118.

1 OVARTA † causa, qua defendimus regnum nostrum, sunt opera misericordiæ. Vnde in euãg Luc. 6.c qđ legitur in hac quarta dominica, in quibusdam ecclesijs dicit. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Et post sequit, Mensura bonam & confertã, & cogitatã, & supereffluentẽ dabunt in sinum vestrũ. ¶ Quia verò nõ pót homo opera misericordiæ facere, nisi prius illuminet a Deo, ideò incipit introitus, Dñs illuminatio mea. Et quia opera misericordiæ, est Ecclesia, terribilis, ut castrorum acies ordinata, sicut dicitur in canticis cãticorum, *Cant. 6.* sequitur versus. Si exurgant adue:sum *Psal. 26* me castra, non timebit cor meũ, & si exurgat ad me prælũ &c. Postea petit in collecta misericordiam & gratiã dandi eleemosynas, cum dicit, Protector in te sperã 2 tium Deus &c. ¶ In † epistola verò. Exsti mo quæ est ad Rom 8.c. ostendit præmiũ vbi dicit Apostolus, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ revelabitur in nobis. Et post, sequitur, Et omnis creatura ingemiscit, expectans reuelationem filiorũ Dei. Et ut hãc gloriam ecclesia possit adipisci, petit in responsorio veniam de peccatis. Propitius esto peccatis nostris dñe &c ¶ Sequitur alleluia, In te domine speraui, qa in te sperantibus, ppitius es. Vñ ps. Quoniã *Psal. 90* in te speravit, liberabo eum. Adaptantur 3 ẽt † istæ quatuor p̃cedentes dñicæ quatuor libris Regũ sic. In primo n. libro habetur qũo David inunctus fuit. Vñ in prima dñica incipit introitus. Dñe in misericordia tua speraui. Et in responsorio habetur. Et vnxit me vnctione misericordiæ suæ, & oleo exultationis. Vñ sequitur in introitu. Exultauit cor meum in salutari tuo, & ita ostendit se unctum oleo lætitiæ per misericordiam Dei. In secundo libro habetur quomodo liberatus fuit ab inimicis, & unctus bis, ut haberet latitudinẽ regni. Vnde in secunda dominica incipit introitus. Factus est dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem ut latè regnaret. In tertio habetur qũo mortuus fuit. Vnde in tertia dominica vtitur ecclesia uoce decedentium, dicens. Respice in me, & miserere mei, & in uersu. In te domine speraui. In quarto libro habetur de prophetis, qui illuminati sunt a Deo, vt viderent uentura, & ideo in quarta dominica dicitur introitu, Dominus illumi- 3 natio mea &c.

S V M M A.

1 *Dominica 5. post Pentecost. adfert rete Petri. Et quid illud significet.*
2 *Prædicatores pro terrenis prædicantes nihil capiunt.*

De quinta Dominica post Pentecost. Cap. 119.

VInta causa, qua defendimus & obtinemus regnum nostrum, est pax cum inimicis ecclesiæ, & patientia in aduersis. ad quam inuitat nos beatus Petrus in epistola huius quintæ dominicæ. Omnes vnanimes 2 Pet. 3. c. dicens, & non reddentes malum p malo &c. Vñ in euangelio habetur de rete beati Petri. Sed † multi 1 sunt, qui rumpunt rete Beati Petri, i. concordiam & unitatem fraternam, & ideo in persona tolerantium incipit introitus, Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te, &c. versus est, Dominus illuminatio mea, &c. illuminatus. n. a Deo, saluatur ab hostibus, quia speravit in eo. Pro prædicto autem pace cum inimicis ecclesiæ impetranda orat ecclesia in collecta, dicẽs, Da nobis quæsumus domine, ut & mundi cursus, &c. In aliquibus tamen ec- 2 clesijs dicitur, Deus, qui diligentibus te, &c ¶ Sequitus euangelium Luc. 5. c. Dum plurimæ turbæ irruerent in Iesum, &c. ubi sequitur, † Præceptor, per to- 3 tam

tam noctem laborantes nihil cepimus, Tales qui laborant in nocte, & nil capiũt, sunt qui pro terrenis prædicãt, sequitur, In verbo autem tuo laxabo rete, hoc facit, qui habet sciam & vitam. talis. n. concludit multitudinem piscium copiosam. vnde in principio tot capti sunt boni, & mali, q̃ rete rumpitur, per quod significatur, q̃ Ecclesiæ vnitas in hac vita rumpitur à quibusdam, sed post resurrectionẽ capti sunt multi, & tamen non est scissum rete, per quod significantur boni, qui nõ scindunt vnitatem ecclesiæ. Et ideo in offertorio dicit ecclesia, se laudare Deũ, q quantum ad bonos filios dedit eis intellectum, vt non rumpant rete, i. vnitatem ecclesiæ. Benedicam dominum, qui mihi tribuit intellectum. In postcõmunio vero dicit Ecclesia se operari vnitatem, & hanc petere a Domino, inquit, Vnam petii à domino, licet. n. plura petat quotidie, tamen dicitur vnum petere, quia ad vnum finẽ, i. ad habẽdũ à Deo omnia petenda petit, & hoc est, quod ibi sequitur: Hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. hoc ideo dicit quia tunc legitur Paralipomenon, i. verba dierum, qui habet eandem materiam cum libro Regũ, & significat, q̃ qui in diebus suis bene rexerit se habebit dies ẽternitatis. Et attende q̃ hoc officium cantatur circa festum beati Iacobi, sicut dicitur in euangelio, Relictis retibus secutus est dominum, & factus est piscator hominum, ideſt supplantator omnium vitiorum.

S V M M A.

1 *Dominica sexta post Pentec. Missa, & eius expositio, & nu.* 2.

De sexta Dominica post Pentecosten. Cap. 120.

QVIA verò non † valent oĩa prædicta, nisi fiat ẽt plena iustitia fidei, & in nouitate vitę ideo in hac sexta dominica legitur ieçũdus liber Paralipomenõ, vbi habetur, q̃ confortauit dominus Salomonem, per quod significatur, q̃ dominus spiritualiter suos confortat, dãdo eis fortitudinem, ideo in officio huius dominicæ, Dominus fortitudo plebis suæ protector &c. versus est: Ad te domine leuaui animam meã, quia ab ipso, est omnis fortitudo, & tunc bene regimus regnum nostrum, q̃ maxime fit, si tendat homo ad promissiones Dei, vnde dicitur in oratione, Deus, qui diligentibus te, bona inuisibilia præparasti, &c. in epistola autem, † quicunque baptizati sumus, &c. ad Ro. 6. c hortatur nos Paulus, vt in nouitate vi- 2 tæ ambulemus: aliter. n. nihil valent alia, & vt hoc possimus orat ecclesia in responsorio, Conuertere domine aliquantulũ, &c. ille verò, qui ambulat in nouitate vitæ præparat se ad laudandum Deum in præsenti, & in futuro. vnde sequitur alleluia, Te decet hymnus Deus in Syon. Ad hanc orationem, vel perfectionem hortamur in euangelio Mat. 5. c. Nisi abundauerit iustitia vestra &c. Et sequitur ibi, Si offers munus tuum ante altare. Et quia non potest homo hoc facere sine auxilio Dei, ideò orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis &c. Et quia talis potest offerre, ideo sequitur in postcommunione, Tollite hostias &c.

S V M M A.

1 *Libri sapientiæ cur potissimum in Augusto legantur. Et quid septima Dominica præterea adhibeat nu.* 3.
2 *Sextilis ante, iam Augustus.*
4 *Missa Dominica septimæ post Pent. expositio.*

De septima Dominica post Pentecosten. Cap. 121.

SEquitur † septima dominica, in qua 1 legũtur libri Salomonis; vt Parabolæ &c. Cantica, libri sapientiæ, quẽ Philo. composuit, & ecclesiasticus quẽ Iesus filius Sirach edidit, & tñ Salomoni attribuit. Hi libri q. sũt de operib. sapientiæ Salomonis, leguntur à Calẽdis Augusti. usque ad Calendas Septembris, quia mensis iste calidus est, & ẽstum significat nitiorum, in quo nos oportet sapien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapienter regere, sicut in medio nationis prauæ, & peruersæ, vel quia mensis iste, s.
2 Augustus sextus est, † vnde Sextilis ante Augustum Cæsarē vocabatur, & verus noster Salomon in sexta etate venit, qui fecit vtraq; vnū, qui fuit Dei virtus, & Dei sapientia, qui docuit nos sapienter viuere, & docere. Hic est Christus rex regū, qui septē panibus, & paucis piscibus, vt legitur in Euangelio hodierno, satiauit eos, q de longe venerāt, & eū triduo sustinuerāt. Rursus † in hac dnica incipit Ecclesia parabolas Salo. post festū. n. Trinitatis legit liber Regū, qm hō qn Trinitatis similitudinē hēt, sit rex, & sacerdos, vñ prępo
3 nuntur ei exēpla de regib. & sacerdotib. sicut sub prima dominica dictum est. Postea vero sequuntur libri doctrinales, pręponunt. n. exēpla doctrinis, quia plus mouēt factū, q̄ dictū. Act. 1. Cępit Iesus facere, & docere, & sic ordinantur libri ad seinuicē, vt præcedāt libri exēplares Regū, & Paralipomenō, & sequātur libri doctrinales Salomonis, q̄ doctrina est refectio spūalis, de quo hr in Euangelio huius 7. dominicæ. de hoc dicetur sub dominica 11. & 12. Et qa huic doctrinæ bonis operibus respōdere debemus, incipit introi-
4 tus. Oēs † gētes plaudite manib. Et beatus Paulus inuitat nos in epist. ad Roma. 6. c. vt respōdeamus illi doctrinæ, seruiēdo Deo, dicēs, Humanū dico, p̄p infirmitatē carnis vestræ. vñ in quibusdā ecclesijs sequit̄ respōsorium, Beata gēs, cuius dñs Deus eorū, i. q̄ Deū habet p dño, ei soli seruiēdo. & sequitur versus, Verbo dñi i. doctrina Domini cœli firmati sunt, i. maiores, sicut Apostoli, & alij Sancti. Sequitur in quibusdā ecclesijs alleluia. Attendite populе meus legē meā. lex est illa refectio. illa āt refectio ostēditur in Euāgelio Mar. 8. Cum turba plurima &c. Et est notādū, q̄ ibi dr, q̄ quidam de longe venerūt. s. illi, qui de peccatis enormibus redierunt, & pœnituerunt. qui. n. in peccato mortali est, non hēt quod māducet. Erāt autem quatuor millia, s. habentes quatuor cardinales virtutes, & comederunt, & saturati sunt, quia lex Domini satiat, & remanserunt septem sportæ, s. prædictores habentes septem dona Spiritussancti & reficientes alios. In alijs vero ecclesijs legitur Euangelium. Attendite a falsis prophetis, quia vero habens doctrinam videt in quanto periculo sit constitutus. Videt. n. se esse in fornace Babylonis. In offertorio, Sicut holocaustum, &c. Dan. 3. c. petit se liberari, & vtitur voce trium puerorum. In postcommunione vero. Inclina aurem tuam &c. petit liberationem accelerari.

S V M M A.

1 *Dominica octaua post Pentecosten, quid moneat, & nu. 2. 3.*

De octaua Dominica post Pentecosten. Cap. 122.

EQVITVR octauā dominica, in qua docet nos Ecclesia vitare † oēm vanitatē. 1
Hic. n. dēt esse effectus doctrinę in nobis, qa in doctrina docet nos fieri spirituales, & remoueri a corporalibus desiderijs, ad similitudinē B. Virginis, cuius festū instat. Vnde introitus incipit, Suscepimus Deus misericordiā tuā, i. filiū tuū Iesum Christū nobis ex misericordia datū, in medio tēpli tui, id est, in cōmuni Ecclesia tua, secundum nomen tuū Deus. Deus. n. vbique nominatur, sic & laus tua in fines terræ, idest, vbique. Templum etiam est beata Virgo, in qua vere suscepimus Dei misericordiam. Vnde circa eius
2 † festum rationabiliter præsens cantamus officium, cum sit templum Domini, & sacrarium Spiritussancti. Sequitur epistola ad Roma. 8. Debitores carni non simus, vt secundum carnem viuamus, &c. in qua docemur conculcare omnem carnalitatem, & ad ostendendum, quòd hoc possumus, sequitur. Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, quo gustato desipit omnis caro. Sed quia non possunt hæc fieri, nisi dominus protegat, ideo orat in graduali. Esto mihi in Deum protectorem. ¶ Rursus, quia non potest habere hæc omnia, nisi qui gaudet

gaudet in domino, ideo sequitur alleluia. Exultate adiutori nostro, gaudium. n. spirituale excludit omnem carnalitatem.
3 Quia † uero quidā sunt uita casti, & humiles, sed ficte. ab his docet cauere in Euangelio Matth. 7. c. Attendite a falsis pphetis, qui prætendunt castitatem, & sunt luxuriosi. Vel pp humanam laudem sunt casti, sicut fatuæ virgines, quibus dr, Amē dico uobis, nescio uos. Sed dominus vere humiles saluat. Vnde sequitur, Et offer. Populum humilem saluum facies dominę, & oculos superborum humiliabis. Quia uero per delitias spirituales oia cōcupiscamus, ideo dicitur in postcōmunione Gustate, & uidete, qm suauis est dominus.

S V M M A.

1 *Dominica nona post Pentec. Missa eiusque expositio, & nu. 2. 3.*

De Dominica nona post Pentecosten. Cap. 123.

1 POSTMODVM † sequit̄ nona dominica, in qua legitur liber Sapientiæ. Sapientia autem est cogitare de cœlestibus, & leuare cor ad illa. vnde monet nos ad hoc, maxime propter festū assumptionis B. Virginis. q̄ instat, quando s. assumpta est in cœlum, & quia homo se super se leuare non potest, nisi dominus eum trahat. ideo dicitur in introitu. Ecce Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ, i. sursum captor. sicut enim itur ad cœlestia non passibus corporis, sed assimilatione mentis ad Deum, in quo uitantur omnia mala, & sequitur in epistola 1 ad Cor. 10. ca. non simus concupiscentes malorum &c. Postea sequitur ibi Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. prius tamen timorem incutit dicendo, Stare, qui se putat, videat ne cadat. In graduali uero, quæ surtum rapitur, reddat gratias Deo, dicens, Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Qm. eleuata est magnificentia tua sup cœlos, scilicet non tantum in Christo, & Beata Virgine, idest, super cœlos materiales, & spirituales, uerum etiam in Sanctis super cœlos materiales. In † Euan Luc. 16. mo- 2
net, ut si non possumus per nos volare ad cœlum, faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, i. de vitijs inæqualiter possessis, dicens, Homo quidam habebat villicum &c. Homo iste, sciuit sic per prudentiam carnis disponere, quòd amotus a villicatione, fuit receptus in domibus domini, & hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo ille laudatur, qui per iniquitatem fraudis sciuit sibi in futurum prouidere, multo magis laudabit Dominus eos, qui dant eleemosinas, quod est prudentia spiritus, de quo dicit Apostolus. Est uita, & pax, qua homo sibi prouidet in futuro. Postea sequitur, qui a filii † huius seculi 3
prudentiores sunt, filiis lucis in generatione sua, in his, quæ pertinent ad generationem suam, idest, circa temporalia. Et ego dico uobis facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, s. moriendo, recipiant uos in æterna tabernacula, quæ sunt sua. Vnde beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & quia non tantum per eleemosinas, sed etiam per orationes volamus ad cœlestia, ideo est alleluia. Domine Deus salutis meæ, in die clamaui, & nocte coram te. Quia vero hæc tabernacula per opera iustitiæ habentur, sequitur offertorium, Iustitiæ Domini rectę tę
ficantes corda &c. Quo autem ordine hæc fiant, ostenditur in postcommunione. Primum quærite regnum Dei. Matthæi. 6. cap.

S V M M A.

1 *Dominica decima post Pentecosten quid moneat. & nu. 2.*

De decima Dominica post Pentecosten. Cap. 124.

1 IN dominica † decima legitur Ecclesiasticus, qui incipit. Omnis sapientia a Domino Deo est, vbi ostenditur, quia nō solum sapientia, sed etiam omnia bona

sunt

sunt à Deo, & ideò ab eo solũ modo sunt petenda, & ad eum debemus clamare, & ideo incipit introitus. Dum clamarem ad Dominum exaudiuit vocem meã. Et q̃a debemus ipsum solum orare, sequitur versus. Exaudi Deus orationem meã. Et oratio in quibusdam ecclesijs. Pateant aures misericordiæ tuæ Domine precib. suppli cantium. In qua collecta patet quis rogãs dignus sit exaudiri. Vnde sequitur. Et ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt grata, & placita, postulare. & ostéditur in epistola. Scitis quoniam &c. 1. ad Cor. 12. c. q̃ omnia bona sũt à Deo, & ideo ei sunt exhibendæ gratiarũ actiones. Vnde ¶ enumeratis omnib donis, dicit. Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. Sed quia bonum cito amittitur, quod nõ à largiente custoditur, sicut dicit Grego. ideo sequitur responsorium. Custodi me Domine, vt pupillam oculi. Item quia ad illum confugere debemus à quo omnia bona habemus, sequitur alleluia. Domine refugiũ factus es nobis. In aliis ecclesijs dr alleluia. Te decet. Euangelium uero, quod est in quibusdam ecclesiis. Cum 3
¶ appropinquaret Dominus Hierosolimam. Luc. 19. c. est de simoniacis, qui iniuriantur Spiritui sancto, i. in hoc q̃ uendunt ea, quæ ipse dat gratis, uel ad nolũtatẽ suam tribuunt, ac si ab illis essent illa bona, & nõ a Spiritu sancto. Et nota, quod hoc Euãgelium, in quo Hierusalẽ destructio prædicatur, in Augusto legitur, quia prius a Nabuchodonosor, postmodum a Romanis, in quo mense destructa fuisse inuenitur. In aliis ecclesiis legitur, Dixit Iesus ad quosdam. sequitur & offertoriũ. Ad te Domine leuaui animam meã, quasi diceret, non ad simoniacos, non ad prælatos prauos, nec ad quosdã fatuos, & simulatos religiosos, qui faciunt se a simplicib. adorari, sed a te a quo omnia bona sunt. Et quia tunc acceptat Deus omnia opera nostra, quãdo speramus in ipso Deo, ideo sequitur postcommunio. Acceptabit &c.

De vndecima Dominica post Pentecost. Cap. 125.

VNDECIMA dñica, in qua incipit ecclesia ¶ legere 1
Iob, qui similiter est liber exemplaris, sed est exemplum perfectionis, i. perfectæ sapientiæ, quæ non habetur nisi per prædictam refectionem doctrinæ spiritualis. Nam refectio facit spiritualiter fortes, & ideo post libros Salomonis legitur liber Iob, in ordine autẽ Bibliæ omnes exemplares, s. Ruth, Iob, Thobias, Iudith, & Hester præcedunt libros doctrinales Salomonis pp prædictã rationem, de quo etiam dicetur sub dominica decimaquinta. Et quia vnanimitas facit fortes, & patientes, sicut fuit Iob, & concordes sicut fuerunt filij Iob, qui faciebant conuiuia per domos, unusquisque in die suo, ideo incipit ¶ introitus 2
Deus in loco sancto suo, i. in humilibus. Esaias, Super quẽ requiescet spiritus meus nisi super humilem, & quietum, & tremẽtem sermones meos? & si Deus est cum eis, nullus potest eis prævalere: Deus. n. habitare facit vnius moris in domo, i. cõcordes, & unanimes, quales fuerunt filij Iob, qui dabant sibi inuicem comedere. vnde versus est. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, q̃a fortitudo nostra nihil ualet, nisi Dñs nobiscum cooperetur, imò principaliter operetur. In epistola, Notũ uobis facio euangeliũ, quæ est 1. Cor. 15. ostendit beatus Paulus humilitatem vnde sequitur ibi. Qui non sum dignus uocari Apostolus, & propter hanc humilitatem raptus fuit usq; ad tertium cœlũ. In respõsorio quoq; sequitur uox humiliũ, In Deo sperauit cor meũ, & adiutus sum. & in vers. Ad te Domine leuaui animam meam, & quia ex tali spe sequitur exultatio, ideo in quibusdam ecclesiis est alleluia. Venite exultemus Domino, ¶ euan- 3
geliũ uerò est de humilitate, & eius effectu. Duo homines ascendebant &c. Lucæ 18. vnde sequitur, Pharisæus dicebat, Domine non sum sicut cæteri hominum &c. Ecce superbia. sequitur. Publicanus dicebat. Deus, ppitius esto mihi peccatori. ec-

co

S V M M A.

1 *Iob legitur dominica vndecima post Pẽt. et q̃d monent. Et eius dicẽi officiũ n. 2, 3*

ce humilitas, & ideo abijt iustificatus in domum suam ab illo: quia uerò humilitatẽ sequitur exaltatio (qui. n. se humiliat exaltabitur) ideo sequitur offer. Exaltabo te domine; quoniam suscepisti me, i. sursum cœpisti. q. d. Exaltabo te domine; quoniam exaltasti me, Postcommunio: Honora dominum de tua substantia &c. Prou. 3. c. hoc ad literam facit humilis. dat. n. libenter pauperibus, & hoc est honorare dominum; quia ipse præcepit, ut detur pauperibus: uel honora dominum &c. idest, omnia bona tua Deo attribue, & hoc est proprium humilium. Hæc postcommunio congrue hoc tempore canitur, quando frugibus horrea, & uino cellaria plenè redundant, quibus deuote Dominus honoratur.

S V M M A.

1 *Missa dominica duodecimæ post Pentec. & eius officium & nu. 3.*
2 *Sanctorum orationes nobis conferunt.*
4 *Septembris historia bipartitur.*
5 *Catholicorum quidam perfecti, quidam imperfecti.*

De duodecima Dominica post Penteco. Cap. 126.

DVODECIMA Dominica est 1
de oratione, & quasi exprimitur ¶ Iob orans, & sedens in sterquilinio, conquerendo de falsis amicis. legit enim Iob in duabus dominicis. Iob quidem in sterquilinio, moraliter est anima in mortali peccato, & fœtido, in quo dum residet, non restat nisi orare Deum, ut ipsam ab eo eripiat, unde incipit introitus, Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum festina, confun. &re. qui quæ. animam meam. In offertorio autem ostenditur efficacia orationis, & totum officium est oratio Mosi sumpta de Exo. quando roga- 2
uit pro filijs ¶ Israel, qui fecerunt sibi uitulum conflatilem, & incipit, Precatus est Moses in cõspectu domini Dei sui. &c. q̃ Moses seipsum exposuit pro salute populi. dicens domino: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me &c. 45. dist. disciplina. & reducit ad memoriam merita patrum: Memento inquit, Abraham, Isaac, & Iacob &c. & placatus est dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo. & ex hoc ꝓbatur, q̃ Sãctorum merita nobis ꝓsunt. Et no. ¶ q̃ in hoc offertorio fit 3
uerborum geminatio, de quo dictum est sub secunda dominica post epiphaniam in epistola: Fiduciam talem habemus per Xp̃m ad Deũ. 2. ad Cor. 3. c. ostẽdit Apostolus, q̃ oratio sua, & aliorum bonorum prælatorum noui testamenti maiorem habet efficaciam, q̃ habuit in ueteri testamento, q̃d ẽt Moses orauit cum fiducia, confisus de meritis patrum, sed ne uideatur hoc ex arrogantia facere, subdit. Non q̃ sufficientes simus cogitare aliq̃d à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, cuius ministri sumus. In euangelio uero ostendit, q̃ multum ualet oratio prælatorum, quod legit in quibusdam ecclesijs. Dum trãsiret Iesus per medios fines Decapoleos, adducunt ei surdum, & mutum, & sanauit eum Dominus. Multi sunt surdi, qui nolunt audire uerbũ Dei: & multi muti, qui nolunt loqui, & possunt, similiter hos debent prælati ꝓ prædicationem adducere ad Dominum, & in confessione, & oratione saluabit eos. unde in persona surdi, & muti cantatur in graduali. Benedicã dominum in omni tẽpore. uersus est. In domino laudabit anima mea. in allelluia uerò monet ad hanc laudem. Venite exultemus domino &c. de offertorio supra dictum est. postcõmunio uerò est. De fructu operum tuorum satiabitur terra, i. prędicatores, quos dominus replet, prius bonis, & ipsi repleti alios replent. in alijs uerò ecclesijs dicitur euãgelium: Exiens Iesus de finibus Tyri. q̃d est Mar. 7. Potest autem dici secundũ Richardum episcopum Cremõ. in mitrali. q̃ Salomone mortuo, regnum diuiditur, & ideo mẽsis Septembris historia ¶ bipartit. 4
Prima pars in una historia consolidatur, alia uariatur; quia regnũ Iuda in Dauid familia stabilitur, sed regnum Israel a plu ribus occupatur. Vnde & historia de his iustis, qui gentibus intermixti fuerant, cõpilantur, ut de Iob, Thobia, Iudith, & Hester, cũ in prima Septẽbris hebdomada legatur

gatur Iob,quem ipse scripsit cum respon sorio. Si bona. in secunda libr. Thobiæ, quem ipse composuit. in tertia Iudith, quem Achior edidit. in quarta Hester, quem Mardochæus, vel potius Esdra cõposuit:sed in libro Esdræ, post hæc opera recitatur. & cum his cantatur responsorium, Peto. & Adonay Domine &c. His temporibus prophetizauit Helias, qui gessit typum Christi. Sic mortuo Constãtino ecclesia separatur. vna pars est catholica, alia per multa scismata separatur a quibus ecclesia catholica multa aduersa pro Domino tolerauit,sicut illi, quorũ
5 opera hoc tempore leguntur.† Inter catholicos,quidã sunt perfecti, quidam imperfecti: perfecti sunt prædicatores idonei,ministri, & cooperatores Dei. quod dicitur in epistola. Fiduciam. Hi adducunt imperfectos,& alienos, surdos, mutos ad gloriam Iesu Christi, sicut legitur in euangelio, Vox itaque perfectorũ est in introitu: Deus in adiutorium meum intende,quia adiutorium Dei implorãt, vt hæreticis valeant resistere, & eos ad Dei gratiam adducere. aut est vox imperfectorum proficientium, qui vt proficiãt, Dei implorant auxilium in graduali, Benedicam, & in alleluia. Dominus refugium. vox siquidem est perfectorũ gratias agentium de illis se a persecutione aliquoties temperantibus, & istis proficiẽtibus. Et quia Moses fuit vnus eorũ, qui se obtulerunt pro peccatis subditorum, ideo in offertorio cantatur: Præcatus est Moses. Hi perfecti sunt illa terra,quæ satiata fructu operum Domini, donis uidelicet Spiritussancti, producit fœnum iumentis, idest,doctrinam hominibus. Vnde communio est, De fructu &c. attende, quòd rectè de Iob, & Mose simul rectè cantatur; quoniam contemporanei reperiuntur,per quorum exemplum ad patientiam, & mansuetudinem inuitamur.

S V M M A.

1 *Thobias legitur decimatertia Dominica post Pentecosten, & eius diei Missa, eiusque expositio.nu.2.3.4.*

De decimatertia Dominica post Pente. Cap. 127.

DOminica decimatertia legitur liber † Thobiæ,per quem 1
figuratur genus humanum cœcum factum per peccatum primi parentis, quod non potuit sanari amaritudine passionis, quæ per fel significata est, Christus vero per piscem, quia piscis assus est Christus passus. Cœcum quidem erat genus humanum;quia habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Petit ergo, ut ueniat dominus, sicut promisit. Dominica enim ista est de promissionibus.† Vnde dicit 2
in introitu. Respice Domine in testamẽtũ tuũ,& in promissione tua,ut sicut promisisti, ueniat filius tuus.& hoc est,quod sequitur, Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem, & hoc est, quod dixit Thobias filio suo,Memento fili;qm̃ pauperem vitam gerimus, habebis multa bona,si timueris Deum. Vnde sequitur oratio, Omnipotens sempiterne Deus, de cuius munere venit &c. & rogat, ut possit currere ecclesia ad veras promissiones,Epistola, † Abrahæ factæ sunt p- 3
missiones,& semini eius &c. Ad Gal. 3. c. vbi agitur de promissionibus,& sequitur ibi,quid igitur lex,dixit Apostolus,si non potest sanare genus humanum cœcum,sicut Thobiam? & sequitur responsio. Lex quidem propter trãsgressores posita est, sicut dicit pedagogus. Sequitur responsorium, Respice domine in testamentum tuum. ubi ostenditur vehemens effectus orationis. In alleluia. Quoniã Deus magnus &c. ostenditur,quis est,qui potest illuminare. In Euangelio † ostenditur, q̃ 4
lex non potest sanare, & incipit in quibusdam ecclesijs,& Beati oculi,qui vidẽt, quæ uos videtis; multi prophetæ,& multi reges &c. Luc. 10. cap. vbi habetur,q̃ sacerdos, & leuita pertransierunt hominem, qui incidit in latrones, sacerdos inquam, & leuita veteris testamenti, sed solus Samaritanus, scilicet Christus, qui est custos noster, ipsum sanauit. Et quia lex non sanat; quoniam neminem ad perfectionem ducit, sed solus Deus in quo sperandum est, ideo sequitur offertorium. In te Domine speraui. Quomodo autem sanauit illum cœcum, patet; quia per panem angelorum, qui factus est panis hominum, i. per filium Dei incarnatum, & ideo sequitur in postcommunione, pãẽ angelorum manducauit homo. Aliæ Ecclesiæ dicunt, panem de cœlo &c. Sap. 16. cap.

S V M M A.

1 *Iudith historia cur legatur dominica decimaquarta post Pentec. Et eius diei officium quale.nu.2.*

De decimaquarta Dominica post Pent. Cap. 128.

1 DOminica † decimaquarta legitur liber Iudith: & cantatur,quomodo victoria data est in manu fœminæ,& monet nos ecclesia ad sanctimoniã, siue ad continentiam,exemplo Iudith. sicut.n.interfecit Holofernẽ,qui interpretãt eneruans vitulum saginatũ, sic monet ecclesia, ut interficiamus Holofernem,i. diabolũ,qui eneruat,& interficit lasciuos mundi. q̃ fiet p sanctimoniã abscindendo ei caput:nã caput diaboli est luxuria, qa quasi primo de ea incipit hoĩes tẽtare, & ideo dñs dicit in Luc. Sint lũbi vestri prẽcincti. hoc est prẽcingatis uos cõtra primum vitium, Exod. 12. In comestione agni renes vestros accingetis. Alio tñ mõ supbia ẽ initiũ oĩs peccati. Quia vero fragiles sumus,& effœminati,vñ interficere non possumus Holofernẽ, nisi adiutorio Dei, iõ dicit in introitu, Protector nr̃ aspice Deus, & respice in facié Christi tui. Sequtur in qbusdã ecclesijs epist. ad Gal.
2 5. c Spiritu † ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro.n.cõcupiscit aduersus spũm,& spiritus aduersus carnem. & sequtur. manifesta ãt sunt opera carnis, & notat ea. Item alibi dicit. Si contenditis, nonne carnales estis? hoc dicit, quia contendimus de carnalibus. Et post, Fructus aũt Spiritussancti sunt longanimitas, pax patientia &c. Deuincere igitur Holofernem in nobis, est facere ista duo. Per hoc quoq; vitia interficimus in nobis,q̃ gustamus Spũmsanctũ, quo gustato desipit oĩs caro. Sed quia non põt sanari in nobis carnalitas, nisi a dño, quia est sicut lepra,ideo in quibusdã ecclesijs sequit Euangelium, Dum iret Iesus. Luc. 17. c. de leprosis, qui venerunt ad Dominum, & dixit eis, Ite, & ostendite vos sacerdotibus ipsis tñ prius sanatis, p quod significatur,q̃ prius peccato a dño sanatur, & postea iniungitur ei pœnitẽtia a sacerdote, & absoluitur, qd̃ significatum est per hoc, q̃ discipuli dñi instita Lazari soluerunt, & tñ prius ipse erat resuscitatus a dño. Rediit aũt vnus ad eum flexis genibus, gratias agens, per quod significaĩ, q̃ vnitas ecclesiæ reddit gratias Deo, unde vnus sanabatur in piscina. Io. 4. & ideo in responsorio in gratiarũ actione dicit ecclesia, Bonum est confiteri dño, & etiam in alleluia, quod est in quibusdam ecclesijs. Confitemini dño, & inuocate nomẽ eius. & quia hoc non sufficit, nisi & dominus nos custodiat, ideo sequitur in offertorio, Immittit angelus domini in circuitu timentium eum; quia custodit nos dominus p angelos. sequitur, Gustate,& videte. quid autem gustare debemus,ostenditur in postcommunione,s. panem, qui saginat animam, non corpus. vnde est offertorium in quibus- m ecclesijs, Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita.

S V M M A.

1 *Dominica decimaquinta post Pentec. in quo conueniat cum antecedenti, missa item eiusdem diei.nu.2.*

De Dominica decimaquinta post Pent. Cap. 129.

DOminica decimaquinta hẽt eãdẽ intẽtionem cum præcedenti,† & 1
ideo in quibusdã ecclesijs in his duabus dominicis legitur liber Iudith, & introitus est, Inclina aurem tuam Domine versus est. Lætifica animam serqi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui, quoniam ad te domine leuaui animã meam, quasi dicat, non ad carnalia desideria. In epistola, quæ est ad Gal. 6. c. monet nos, ut non simus vitulus saginatus, sed simul spirituales. vnde dicit ibi Paulus. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, quia qui seminat in spiritu, de spũ metet uitam æternam: qui vero in carne, de carne metet corruptionem. sequitur respõsorium. Bonum est cõfidere in dño, quàm confidere in hom. qui dat victoriã in manu fœminæ, quando fecit hominẽ vincere, in carne, & quia hoc facit, qui p̃parat cor suum ad seruiendum Deo, seq tur alleluia. Paratum cor meũ Deus &c. In euangelio. Nemo † potest duobus dominis seruire, quod est Mat. 6. c. docemur ne seruiamus ventri, & post. Nolite solici ti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. sed primum q̃rite regnum Dei &c. Nolite soliciti esse, s. solicitudine suffocationis, solicitudine autẽ prouidentiæ soliciti esse debemus. In offertorio uero monemur, vt seruiamus domino, non ventri. Expectans expectaui dñm, ut reficeret me. Quis autem sit iste cibus, quo anima debet refici, ostenditur in postcõmunione, quę est in quibusdã ecclesijs, Qui manducat meam carnem, s. per fidem, nam ut dicit Augu. Crede, & manducasti &c. Quæritur autem, quare ecclesia post libros Salom. legat librum Iob, & postea librum Thobiæ, & Iudith, cum alio modo ordinentur in Biblia, sicut enim dictum est, sub septima dominica, præcedunt libri exemplares, & postea doctrinales, quia magis mouent facta, q̃ dicta, & ad vltimum ponuntur libri Machabæorum, qui sunt libri exẽplares.

1 Ad quod dicitur, q̃ per doctrinam peruenitur ad perfectionem patientiæ, quæ magis fuit in Iob. vnde postea sequitur Thob. quia magnum etiam patientiæ signum fuit in Thobia, qui amisit multa, & filium ad tempus, & oculos, qui maximè ab homine diliguntur, ex eo, q̃ oculi sunt principium cognitionis, ad quam natus est homo, & quia etiam plus valet exemplum fœminæ, & magis erubescentiam incutit, ideo liber Iudith, in quo habetur de victoria in manu fœminæ, post prædictos ab Ecclesia ordinatur, vltimo verò liber Machabæorum legitur, quia ibi habetur exemplum de confirmatione iustitiæ. Machabæi. n. passi sunt martyrium pro lege defendenda, & custodiẽda ab Antiocho fidei inimico.

S V M M A.

1 *Dominica decimasexta post Pent. officiũ, ex Machabæis sumptum, et nu. 2. 3. 4*

De Dominica decimasexta post Pentec. Cap. 130.

1 DEcimasexta Dominica† legit, & cãtat ecclesia de Macha. ut dicitur in sequenti titulo, qui multa passi sunt ab Antiocho, & septem populis, & ibi habetur, quod templũ, quod pollutum fuerat ab illis populis, ab istis Machabæis purificatum fuit, & per hoc significatur, quod anima, quæ templum Dei est, polluta a septem capitalibus uitijs, non potest mundari, nisi purificetur à peccato, quod est causa resuscitari de morte peccati. vnde habetur in euangelio, de resurrectione filij viduæ, & ideo incipit introitus, Miserere †mei domine, 2 scilicet vt resuscites me. versus est. Inclina domine aurem &c. In epist. vero, Apostolus inuitat nos ad patientiam, dicens, Obsecro uos, ne deficiatis in tribulationibus &c. quæ est ad Eph. 3. c. sic. n. vincuntur inimici a Machabæis, idest a Sanctis, sequitur graduale, Timebunt gentes, quia sicut postquam illi vicerunt inimicos suos, & mundauerunt templum, & reædificauerunt, timuerunt gentes in circuitu, sic & postquam homo vicerit diabolum, & mundauerit se per confessionem, & reædificauerit templum Dei, in se, timent dæmones. vnde sequitur versus. Quoniam ædificauit dominus Syon, sed q̃ non põt fieri, nisi a domino, quòd homo liberetur a vitijs, ideo sequitur alleluia. Redemptionem misit &c. Euãgeliũ est in quibusdam ecclesijs. Ibat Iesus inciuitatem, & Luc. 7. c. & post. Accessit Iesus, & tetigit loculũ, & dixit, Adolescẽs, tibi dico surge, & surrexit, & dedit illũ mẽsuæ.

suæ. Nempe tangit dominus loculum, vbi erat mortuus, quando infirmitate, uel aliquo flagello tangit corpus hominis, in qua iacet mortuus spiritus hominis, i. anima, & sic excitatur a somno mortis, vnde Ecc. 21. Infirmitas grauis sobriam 3 reddit animam. S. quitur offertoriũ, † qua si in uoce Machabæorum. Domine in auxilium meum respice, sequitur postcommunio: Domine memorabor iustitiæ tuę solius, iustitiæ inquam, quia omnis qui venit ad te, non eiicietur foras. Potest, & aliter dici, quòd Iosia defuncto Hierusalẽ destruitur, populus captiuator, & p̃mittur, ideo in hoc mense Octobri Macha- 4 bæorum † historia legitur, & cantatur. Aduperiat &c. quia a suis aduersarijs admodum præmebantur, quorum primam partem Simon pontifex edidit, aliam filius eius Io. posteriorum quidam Iudęus agrestis, sed eruditus. Hi captiui militantem designant ecclesiam, in qua sunt duces, & satellites, doctores, & discipuli, perfecti, & imperfecti. Doctores uiduam significant ecclesiam, quæ uidua est; quia militans eum sponso triumphanti non est cuius filius moritur, cum discipuli p quouis crimine ab ecclesiæ corpore separantur, resuscitantur, cum illis gratia infunditur. Hæc igitur orat in euangelio pro filij resurrectione, idest gratiæ infusione, & hortatur in epistola, ne deficiat in tribulationibus, & huius rei gratia flectit genua sua. hæc eadem orat in introitu, Miserere, & in offertorio, Domine, graduale. Respice id quod dicitur in euangelio. Accepit autem omnes timor. Postcommunio, Domine memorabor. gratiarum est actio. Vel hic mensis Octobris, ut quidam aiũt, designat octauam, sicut ergo Iudæi finitis prælijs, & templo restaurato, in hymnis, & confessionibus domino benedicebant, sic in octaua magnæ festiuitatis Sancti festiuius exultabunt.

S V M M A.

1 *Dominica 17 post Pent. quid moneat, nume. 2. 3.*

Dominica decimaseptima post Pentec. Cap. 311.

IN Dominica †17. agitur de nuptijs 1 æternis, quia cõsideratione nuptiarum illarũ libenter patimur tribulationes, sicut & Machabæi fecerunt. Sunt autem quatuor Dominicæ, in quibus agit ecclesia de Machabæis. consideratio enim illa tribulationes leues facit, & propter illas nuptias pœna quælibet leuiter sustinetur. De his nuptijs dicitur euangelio, quod in hac die in quibusdam ecclesijs legitur. Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco &c. Omnes inuitati sumus ad nuptias æternas, & si in nouissimo loco nos ponimus hic, ut simus humiles, exaltabimur in paradiso, & è contra. unde statim subiungitur. Ego † autem dico uobis, quia omnis, 2 qui se exaltat humiliabitur &c. Vnde incipit introitus. Iustus es domine, scilicet in hoc iudicio, & rectum iudicium tuum. Hinc enim iudicio concordat ecclesia, seu consentit, quo Deus exaltat humiles, & superbos deprimit dicens. Iustus es domine &c. In epistola, Obsecro vos, quæ est ad Eph. 4. cap. inuitat nos ad humilitatem, ut dicatur nobis, Amice, ascende superius. ubi dicitur, ut digne, idest, in humilitate ambuletis in uocatione, qua uocati estis, scilicet ad nuptias, hoc enim est nouissimum locum tenere. Ad hoc idem monet in graduali. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum &c. superbi faciunt se dominos, humilium vero Deus est dominus, unde uersus est. Verbo domini cœli, idest humiles, firmati, idest sanctificati sunt. Debemus ergo esse humiles; quia nihil habemus, nisi a Deo, & ideo sequitur in quibusdam ecclesijs: Alleluia. Qui timent Deum sperant in eum, quasi dicat, non in se. Postea sequitur euangelium de nuptijs, sicut dictum est. In alijs vero ecclesijs legitur: Cum intraret Iesus in domum. Luc. 14. cap. Notandum autem, quod antequam in ipso euangelio dicatur de nuptijs, habetur, quomodo sanauit hydropicum, per quem intelligitur, omnis amator mundi: prius enim oportet, quòd sitis

mundi satietur, quia qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Io. 4. quādiu. n. homo erit hydropicus in illis nuptijs non po-
3 terit satiari. In offertorio† similiter inuitamur ad humilitatem. unde ibi hȳ oratio Danielis: Orani ad Deum meum &c. Daniel 9. c. Et propter hanc humilitatē meruit audire archangelum, qui certificauit eum de incarnatione Christi. Satis ât congruè sit ibi mentio de angelo, qm̄ officium circa dedicationem B. Michaelis cantatur. in postcommunione habet de humilibus, & superbis. Vouete, & reddite domino Deo uestro oēs, qui in circuitu eius offertis munera, i. humiles qui attribuitis oia bona Deo terribili, & ei qui aufert spiritum principium, i. superbiam eorum. ecce, quia superbos humiliat.

S V M M A.

1 *Feria quarta dominica decimaseptima post Pentec. quale habeat officium.*

De quarta feria quatuor Temporum Septembris. Cap. 132.

1 IN quarta feria † legitur euangelium. Respondens unus de turba. Mat. 9. c. de surdo, & muto, quem Apostoli curare non poterant, eo quòd illud genus dæmonij non eijcitur nisi in oratione & ieiunio, quod bene huic diei conuenit. Hodie namq; ieiunium est quatuor tēporum. Ideo namq; duæ lectiones leguntur, ut ordinandi in duobus præceptis charitatis, uel duabus legibus instruātur. Prima de calcatore uuæ, s. Ecce dies. Amos in fine tempori conuenit. Secunda, uidelicet Congregatus. Neemiæ. 8. c. congruit ordinandis, quibus dicitur in introitu. Exultate Deo. qui prę meditari promittūt. in offertorio Meditator, Postcommunio est', Comedite pinguia. & sumitur de lectione secunda.

S V M M A.

1 *Penitentiam exprimit ordinandorum, feria sexta quatuor temporum Septembris.*

De sexta feria quatuor Temporum Septembris. Cap. 133.

1 FERIAE † sextæ officium pœnitentiam exprimit ordinandorum. Vnde in euangelio. Factum est. peccata a paralytico dimittuntur, & in lectione. Conuertere, vlt. c. ad conuersionem instruuntur. & in introitu. Lętetur, ad quærendum dominum inuitantur. Graduale, & postcōmunio, sunt orationes lectorum. Offerenda consolatio eorūdem, in alijs tamen ecclesijs dicitur euangelium Rogabat Iesum. Luc. 7. cap.

S V M M A.

1 *Sabbatum quatuor Temporum Septembris quid moneat, &. nu. 2.*
3 *Ieiuniorum instituendorum uetus mos, et nu. 3. Diuersus hodie. nu. 4. Et eius ratio. nume. 5.*

De sabbato quatuor Temporum Septembris. Cap. 134.

1 SABBATI † quoq; officium ad doctrinam ipsorum ordinandorum fit, ne sint steriles, ut fici arbor infructuosa, de qua legitur euangelium Arborē fici &c. Luc. 4. c. ne uita illorum sit terrenis implicita, sicut mulier incuruata. In epistola uero, Tabernaculum factum est &c. quæ est ad Heb. 9. c. ubi de primo, & secundo agitur tabernaculo, monentur, ut sic seruiant in tabernaculo ecclesiæ militantis, ut domino presententur in tabernaculo triumphantis. In lectionib. uero, quare hoc † 2
Septembris ieiunium indicitur, causa instructionis, & eius utilitas intimatur. quarum prima est, Decima die. Leuit. 23. c. secunda est Quintadecima die, quæ est ibidem. tertia est, Domine dominus noster. Micheæ ultim. cap. quarta est. Factum est uerbum, Zachar. capitulo 7. quinta est. Angelus domini, Danię. 3. capitulo. Cętera sunt

ra sunt ordinādorum exhortatione, orationes, & consolationes. Postcommunio, mēse septimo, de Leuitici lectione sumitur. Merito autem in hoc mense fit clericorum ordinatio; qm̄ & in hoc mēse fiebat tabernaculorū celebratio. Ordinati verò sunt ecclesiæ ministri, in die tabernaculorum per septiformem grām in septem gradibus constituti. Vnde & beatus Petrus legitur ordinationē fecisse in Septembri lex Episcoporum, decem presbyterorum, & septem diaconorum. Et celebratur ordinatio in tertia hebdomada, quia in tempore tertio, s. gratiæ fuit ab Apostolis instituta. Olim tamē alia ratio
3 fuit à sapientibus assignata. Nam † olim instituta fuere ieiunia, in prima hebdomada Martij, in secūda Iunij, in tertia Septembris, in quarta Decembris, ut comitarētur initia tessæher decadis Iesu Christi. Cum. n. quis ordinatur, quodāmodo vt Christo attineat, generatur: ergo persona primæ tessæher decadis est Abrahā, â quo sumitur ordinatio primę hebdomadæ Martij prima psona, secūdæ tessæher decadis est Dauid, à quo sumitur ordinatio secundæ septimanæ Iunij: initium tertiæ est Ieconiæ, à quo sumitur ordinatio tertiæ septimanæ Septembris. demū est Christus in quarto loco, a quo sumit ordinatiō quartæ septimanæ Decēbris. Sumuntur aūt potius ab his personis, quàm ab alijs ordinationes; uel quia fuerunt in genealogia maiores, uel propter nominū interpretationes; dicitur. n. Abraham pater multarum gentium. Dauid fortis. Ieconia, præparatio Domini. sic & illi, qui ordinantur, debent esse fortes, præparati ad euāgelium Christi, vel sicut persona in personam sunt quatuordecim generationes, sic ab ordinatione in ordinationē septimanæ quatuordecim inueniuntur, vt
4 ordinādi periti sint in decalogi, & in euangelij disciplina. Nunc † autem ieiunia ex causis præmissis aliter ordinantur, ut dictū est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et memento, q; apostolici vsq; ad Simplicium Papam in Decembri semper ordines celebrabant, ut ordinandos coaptarent generationi Iesu Christi. Simplici' uero addidit ordines in Februario tribuendos, ut ordinādos uicinius incorporaret corpori Iesu Christi. vide de hoc in procemio secūdæ partis. †Sed si, ut 5
præmissum est, ieiunia constituta sunt in prædictis septimanis pro his, qui ad ordinationem accedunt, nunquid commutari possunt, quando nullus tunc ordinatur? certè non, nisi necessitate vrgēte, de qua in procemio secundæ partis dictum est. Cum enim sit una ecclesia, omnino debet in actionibus eius esse cōcordia, quæ non esset, si in tam generali ieiunio alij pranderent, alij ieiunarēt. Præterea, licet alicubi non fiat ordinatio, fit tamē alibi, pro quibus ieiunare & orare debemus, ut digni ad ordinationem perueniant: omnes enim fratres sumus, & vnanimes in domo Domini sumus.

S V M M A.

1 *Dominica decimaoctaua post Pent. quid agat, moneatque. & nu. 2. 3.*

De Dominica decimaoctaua post Pente. Cap. 135.

DICTVM est in præcedenti † domin ca, quod debet ho- 1
mo se ponere in nouissimo loco, ut ponatur in primo, sicut sunt prælati. unde in hac decimaoctaua, Dominica agitur de prælatis, q; sunt in primo loco. unde euangelium est in quibusdā ecclesijs. Sup cathedram Mosi &c. Introitus uero, qui sumitur Eccl. 33. c. incipit, Da pacem Domine sustinētibus te, ut prophetæ tui, i. prælati fideles inueniātur, supplendum est, non infideles, sicut scribæ & pharisęi. versus est. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domū Domini ibimus, i. ibimus ad nuptias, & de hoc lætatus sum; quia inuitati sumus ad nuptias, in quib. erit æterna pax. In alijs verò ecclesijs versus est, Bonū est. † Præterea, scripserunt quidam, quòd ideo dicitur introitus ipse; quia tali die Zacharias Papa fecit pacem cum Longobardis. In epistola Apostolus agit gratias de Ephesijs; quia habent fidem veram de istis nuptijs, dicens, Grās ago semper Deo meo,

pro uobis &c 1.ad Corint.1.c.in respon-
sorio verò. Lętatus sum &c.ostendit gau-
dium de prædictis nuptijs. & ideo ꝓpter
ꝑdictas nuptias in alleluia. Laudate Do-
minum omnes gentes, hortatur ad lau-
dem Euangelium in quibusdam eccleſijs
3 Accesserunt † ad Iesum.quod est Matth.
22.capit.dicentes. Quod est mandatum
magnum &cæt. Dixit Dominus. Dili-
ges Dominum Deum &c.& postea repre
hendit eos,de insi delitate,quia nō crede-
bant ipsum esse Deum,dicens. Quid uo-
bis uidetur de Christo,cuius filius sit? di
cūt ei Dauid. & dixit eis.Quomodo ergo
Dauid in spiritu uocat eum Dominū, di-
cens.Dixit Dominus Domino meo sede
à dextris meis &c. Prælati verò non de-
bēt esse tales,i.infideles, sed sicut Moses,
de quo habetur in offertorio,Sāctificauit
Moses altare Domino &c. debēt prælati
se totos offerre incensum, & postea mul-
tas hostias, unde sequitur postcōmunio.
Tollite hostias. loquitur.n. de prælatis.

S V M M A.

1 Dominica decimanona post Pente. quid referat,aut moneat,& nu.2.

De decimanona Dominica post Pentec. Cap. 136.

HAEC decimanona Dominica respondet præce-
denti,in qua dictum est, Da pacem Domine sustī-
nentibus te, ut prophetæ tui, i. prælati tui fideles
inueniantur. Respondet inquam, si fa-
ciant, quod habetur in euangelio, quod
1 legitur † in hac dominica, in quibusdam
eccleſijs,ſ. Ascendens Iesus &c. quod est
Matth.9.c.in quo habetur, quod adduxe
runt ad Dominum paralyticum.Iesus au
tem uidens fidem illorum, qui' offere-
bant &c. Paralytici sunt, qui in delitijs
carnis ita dissoluti sunt, quod nō possunt
opera bona facere, & meritò fide prælā-
torum sanantur,& ideo bonum est habe-
re bonos prælatos. Quidam autem de
Scribis dixit intra se.Hic blasphemat, qui
peccata dimittit. Iesus autem uidens co-
gitationes eorum, dixit. Vt sciatis, quo-
niam filius hominis habet potestatem in
terra dimittēdi peccata, dixit paralytico:
Tolle grabatum tuū. & ambula. Et quia
solus Deus est,q sanat paralysin,ideo in-
cipit introit°. Salus† populi ego sum &c. 2
versus est, Attendite populemeus legem
meam,subaudi, per quam sanantur para-
lytici. In epistola monet Apostolus para-
lyticos, ut erigantur corporaliter à para-
lysi ad bona opera, dicens, Renouamini
in spiritu mentis uestræ, & induite nouū
hominem &c. Ephe.4.c. Sequitur etiam
graduale in uoce paralytici. Dirigatur
oratio mea sicut incensum &c. versus est,
Eleuatio manuum mearum &c. iam iste
leuatur ad bona opera. Alleluia verò dici
tur in voce paralytici sanati, ſ. Dextera
Domini fecit virtutem, subaudi, quia sa-
nauit me. Sed quia nō sufficit sanare, nisi
Dominus custodiat, sequitur offertorium.
Si ambulauero in medio tribulationis:
ubicunque enim ambulant sanati à domi
no, custodit eos, quantum in se est.

S V M M A.

1 Dominica uigesima post Pentecost. quid legat.

2 Dominica uigesima post Pentecost. Missa, & nim.4.

3 Nuptiæ tres leguntur in euangelio.

De Dominica vigesima post Pentecost. Cap. 137.

IN Dñica† vigesima 1
incipit ecclesia lege
re duodecim ꝓphe
tas,& Danielē,& cā
tat de Esa.& Danie
le,& Hieremia,non
tñ legit de Esa. &
Hie. quia in alijs tē
porib. plenius legunt. De Esa. enim legit
in aduētu.de Hie.i passione.Quærit aūt,
quare legit ecclesia Prophetas,post librū
Machabæorum,cum in Biblia præponāt,
ad quod dicimus,q Biblia præponit om-
nes libros exēplares,eo quod magis mo-
uent exempla, quàm doctrina,præter li-
brum

brum Machabæorum,quē ultimo ponit,
& propter perfectam iustitiam,& propter
tempus,quia ultimo tempore fuerūt. Ec-
clesia etiam legit ultimum librum Eze-
chiel. quia in eo agitur de templo cœle-
sti,in quo est confirmatio, & finis omniū.
Duodecim uero prophetas legit,propter
fundamentum fidei, quod semper neces-
sariū, est quantumcumq; homo sit perfe
ctus,& uide quod dictum est sub domini-
ca 15.Incipit ātecclesia legere Ezechie-
lem in principio Nouembris. In matuti-
nali huius dominicæ officio primum re-
sponsorium est in quibusdā eccleſijs de
Esa. ſ. Vidi dñm sedentem super solium
excelsum.Vidit.n. Esa.quomodo thronū
Dei Angeli sunt,& Sancti in ecclesia triū
phante,& militante,in quibus p gratiam
sedet ille, qui est primus, & nouissimus.
Quia ergo Ezechiel uidit templum cęle
ste,in quo fiunt nuptiæ æternæ,iō in euā
gelio Missæ, quod in quibusdam eccleſijs
in hac dominica dr;& est Mat.22.c.habe
tur in illis nuptijs. Simile est regnum cę-
lorum homini Regi,qui fecit nuptias, &
misit seruos suos hora cœnæ dicere inui-
tatis. Omnia parata sunt, uenite ad nu-
ptias. Illi contempserunt uenire ad nu-
ptias. Hi sunt Iudæi,qui contempserunt
uenire. Et misit tunc seruos suos,dicens.
Ite ad exitus uiarum, & conuocate oēs,
& impleræ sunt nuptiæ discumbentium.
Et uidens Rex quendam non habentem
uestem nuptialem,dixit ei. Amice,qūo
huc intrasti, non habens uestem nuptia-
lem? & tradidit eum ministris suis, ut
proijcerent eum in tenebras exteriores.
Huic autem iudicio, quo dominus eos,
qui contempserunt uenire ad nuptias, a-
mouit a nuptijs, & omnes alios uocauit,
2 congaudet ecclesia in † introitu, dicens.
Omnia quæ fecisti nobis domine,in uero
iudicio fecisti. in epistola uero monet
nos Apostolus, ut cautè ambulemus ad
has nuptias,quia sine uestę nuptiali proij
cimur in tenebras exteriores,dicens. Vi-
dete autem qūo caute ambuletis. &c.q̄
est Ephes.5.c. dissuadet a contrario, di-
cens,Nolite inebriari uino,in quo est lu-
xuria,ne sitis in nuptijs diaboli, sed im-
pleamini Spiritusancto. Sed quia cibum
illarum nuptiarum non potest dare, nisi
solus Deus,ideo sequitur in responsorio,
Oculi omnium in te sperant domine, &
tu das escam illorum, i. cibum nuptiarū
æternarum, in tempore opportuno. Et
quia de nuptijs illis non potest comede-
re,qui est in peccato mortali, sequitur in
quibusdam eccleſijs alleluia. De profun-
dis, i.de peccato, clamaui ad te domine,
ut me eruas a peccato,& ita peto nuptijs
interesse. In offertorio uerò ostenditur,
quid sit interesse nuptijs, ſ.habere me-
moriam de æternis,dicens, Super flumi-
na Babylonis. ſ.delitias seculi, illic sedi-
mus;& fleuimus, dum recordaremur tui
Sion,i.tui, ò Ecclesia triumphans.In post
communione uero petit,ut detur ei inte-
resse nuptijs illis,dicens. Memento uerbi
tui seruo tuo,in quo mihi ſpē dedisti &c,
quasi dicat memor esto, quia promisisti;
qui enim promittit,& non dat,uidetur es
se oblitus. ¶ Et † nota,q̄ tres nuptiæ le- 3
guntur in euangelio. De primis dicitur,
quod simile est regnum cœlorum homi-
ni regi, qui fecit nuptias filio suo.Hic fi-
lius est Christus, qui humanam naturam
sibi copulauit, ubi fuit thalamus uirginis
uterus,unde tanquam sponsus procedens
de thalamo suo. Ad has nuptias homines
sub lege per Prophetas inuitauit. De se-
cundis dicitur.Vos similes hominibus ex
pectantibus dominum suum,quando re-
uertatur a nuptijs.hic dominus Christus
est uerus homo,qui ascendens angelicam
naturam, sibi copulauit, ad has nuptias
gentes ꝑ Apostolos conuocauit. De ter-
tijs uero dr.Virgines,q̄ præparatæ erant,
intrauerunt cum eo ad nuptias,hic spon-
sus est Christus, qui ecclesiā post iudiciū
sibi copulabit, & in thalamo glorificabit.
Ad has per prælatos ecclesiæ quotidie
inuitamur. De primis solennizat ecclesia
in Christi natiuitate.De secundis in ascē
sione. De tertijs in resurrectione, q̄n in
nostra resurrectione Christus sponsam as
sumet, & de babylonia mundi introduc-
cet in cellarium paradisi, de quib.nuptijs
hic potest intelligi, cum intrasset homo
non habens uestē nuptialem, eiectus est
in tenebras exteriores, cæteri nuptiali-
ter induti sunt cum domino epulati. Hi
sunt lapides uiui, ex quibus ædificantur
muri Hierusalem.Potest etiam aliter di-

ci,

ci,q̃ post reuersionem à captiuitate Hierusalem reædificabitur,& tẽplum restaurabitur per Zachariam & Aggęum, & Esdram & Malachiam, per quos aduentus Domini prænũciatur, ideoq; in hoc mense Nouembris vsque ad aduẽtum Domini cantatur historia de Prophetis. ¶ Vidi Dominum. & leguntur libri Ezechielis, Danielis,& duodecim prophetarum. Captiuitas illa corporalis nostrã spiritualẽ significat. A captiuitate reuersio est peccatorum remissio. Rex itaque prophetarum nolẽs supernam Hierusalem restaurare, filio nuptias celebrauit,& sicut legitur in euangelio, multos ad cęleste prandium inuitauit: hi qui intrauerũt, sunt lapides viui, de quib. pręmissum est. Ne igitur ad captiuitatẽ similẽ reuertamur, & a nuptijs excludamur, monet nos Paulus in epistola pręcedenti: Videte, qũo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Introitus Oia quæ fecisti. vox est Danielis captiuitatem præteritam recolẽtis,& eã suis meritis Dei iudicio adscribentis. Similiter in offertorio super flumina Babylonis, captiuitatẽ illã ploramus, sed in graduali, Oculi oium, gras agimus. In postcõione Meminẽto uerbi, postulam⁹, vt nuptias ꝓmissas in spe, ꝓficiamus i re-

S V M M A.

1 *Dominica vigesimaprima post Pente. ad moneat, eiusque diei officiũ, & n.2.3.*

De Dominica 21.post Pent. Cap. 138.

1 IN † præcedenti Dominica instructi sumus, & admoniti, ut caute eamus ad nuptias, quæ celebrantur in templo, quòd scripsit Ezech. Sed quia de his nuptijs maxime inuidet nobis diabolus pro eo,q̃ de illis eiectus fuit, ideo in hac vigesimaprima dñica agit Ecclesia de bello contra diabolũ, & de armatura nostra contra eum: si.n.pugnauerimus, intererimus ætemis nuptijs, si th habuerimus uestem nuptialẽ, quæ est charitas, aliter nõ. Vnde quia cinis & cilicium sunt arma pęnitentiæ, in introitu vitur Ecclesia uoce Mardochæi, in cilicio, & cinere existentis, dicens Deo. In volũtate tua Dñe vniuersa sunt posita, & non est qui resistat uolũtati tuæ. Hester. 3. cap. Sequitur. Quoniã Dominus vniuersorum tu es, & ideo beati, qui tibi seruiunt, quia tu liberas eos de manu diaboli, & adiuuas eos in bello contra diabolum, sicut in hac ore liberasti Mardochęum de manu Naamã, & suspensus est in patibulo, qđ præparauerat Mardochæo. In epistola † monet Apostolus 2
armari cõtra diabolum armatura Dei, dicens. Confortamini in Dño & in potẽtia virtutis eius &c. q̃ est ad Ephe. 6. c. & post. Quoniam nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritualia nequitiæ in cęlestibus, in omnib. sumẽtes scutum fidei &c. Sed quia etiam bene armati non possunt per se resistere, nisi Deus adiuuet, sequitur respõsorium. Dñe refugium factus es nobis &c. Quia lassamur uel sauciamur in hoc bello, non est refugium, nisi ad ipsum. vnde sequitur in quibusdã ecclesijs alleluia. Lauda anima mea Dominum. quia uero sauciati in hoc bello, non sanãtur nisi a Domino, & multi ab eo sanantur, ideo in quibusdam ecclesijs † sequitur euangelium de sana- 3
tione Reguli, Erat quidã Regulus, cuius filius infirmabatur &c. Quod est Io. 2. c. Per istum Regulum intelligũtur reges. f. prelati, qui reges sunt, & debent esse humiles, & ita sunt Reguli. vnde exaudiuntur, licet habeant paruam fidem pro sanatione filiorum: credebat. n. iste Regulus, quod Dominus poterat sanare filiũ suũ, sed non credebat, quod esset Deus, quia credebat, quod nõ posset sanare, nisi præsens. Humilitas ergo valde necessaria est prælatis. Quia uero per patientiam maxime uincitur diabolus. præponitur in offertorio Iob in exemplum. vnde in Sapiẽtia. Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. & incipit. Vir erat in terra Hus, nomine Iob &c. in uersi. autem huius offertorij fit sæpe repetitio, de qua dictum est sub Dominica secunda post octauam Epiphaniæ, sed quia nihil ualet patientia, nisi homo speret in Domino, sequitur postcõio. In salutare tuum anima mea sperauit &c. quia spes patientiã operatur.

SVMMA.

S V M M A.

1 *Dominica 22. post pẽt. hortatur ad charitatem. Et eius diei officium. n. 2. 3. 4. 5*

De Dominica 22.post Pentec. Cap. 139.

1 DICTVM est, quòd nullus † potest interesse æternis nuptijs, nisi habeat uestem nuptialem, quæ est charitas, ideo in hac 22. dominica monemur, & inuitamur ad habendam charitatem. ut non tñ beneficiamus proximo, sed dimittamus iniurias nobis ab eo factas, Vnde in q̃busdã ecclesijs euangelium est de seruo, qui debebat decem
2 milia talenta, cum † quo Dñs posuit rõnem, & ille dixit, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi & misertus Dominus eius dimisit eum, & debitum dimisit ei, & incipit. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis, quod est Mat. 18. c. Siquidem in die iudicij ponet Dñs rationẽ nobiscum, & nullus poterit computare cum eo, quia de tempore quo reddet hanc rõnem, quod tam bonum est, q̃ in quolibet momento eius põt homo fieri filius Dei, & ideo incipit introitus. Si iniquitates
3 † obser. Dñe, Dñe quis sustí. quasi diceret nullus, & hoc est. Patiẽtiã habe in me &c. & sequitur versus. Deprofundis clamaui ad te Dñe &c. In epistola. Cõfidimus &c. ad Philip. cap. 1. inuitat nos Apostolus ad perfectam charitatem, ut dimittamus fratri, ut Deus dimittat nobis, sicut hẽ in fine euangelij, Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Dicit igitur Apostolus in epistola, Fratres, cõfidimus. idest confidentiam talem habemus. & po-
4 stea sequitur, † Obsecro autem uos, ut charitas uestra magis ac magis abundet, vt sitis synceri, & sitis sine offensa, & tunc est unitas in ecclesia, quando non offendimus p.p iniurias, sed dimittimus. unde sequitur responsorium, Ecce quã bonum & quam iucundum, habitare fratres in unũ. sed qm̃ illos, qui irascuntur sanat Dñs per charitatẽ, & dum pœnitent, ideo sequitur alleluia. Qui sanat contritos corde, & alcontri. corũ. In præmisso uero euangelio monemur ad perfectã charitatẽ, ut cantẽ ambulemus ad nuptias cum uestem nuptiali. & quia perfecta charitas non tñ impedit beneficia, & dimittit iniurias, sed etiam orat pro inimicis, ideo sequitur in offerto. Ofo Hester ad Assuerum regem, qđ interpretatur beatitudo, i. ad Christũ, & incipit, Recordare Dñe &c. Hester. 14. c. in quo offert. rogat pro reconciliatione peccatorũ, & quia de hac recõciliatione gaudent angeli, sequitur in q̃busdã ecclesijs postcõio. Dico uobis &c. Luc. 15. c. 5

S V M M A.

1 *Dominica vigesimatertia officium.*

De 23. Dominica post Pente. Cap. 140.

1 IN tribus dominicis ultimis, s. 23. 24. & 25. est fidẽ officium, & in eis ostendit ecclesia se habere uestem nuptialem, idest charitatem, quia orat pro Iudæis, ut conuertantur, quod fiet in fine mundi, quando uenient ad fidem nostram. quod significatum est in Ioseph, qui noluit longo tpe se manifestare fratrib. suis: postea uerò ad ultimum se manifestauit eis, & petierũt uenią ab eo, & dixit eis no lite timere, ego pascam uos, & inebriatus est cum eis, quia inebriatio significat lætiam oium in illa conuersione Iudæorũ. hoc autẽ erit in fine peregrinationis nostræ, & ideò de hmõi conuersione agitur in fine temporis peregrinationis: in quatuor. n. partes diuisum est tempus anni, prout dictum est in proœm. huius partis, & per has tres dominicas agitur de hac conuersione, quia ad fidẽ Trinitatis conuertũtur. In hac ergo 23. dominica introitus est de conuersione Iudæorũ, & de ꝓmissione Dñi. ipse nanq; dicit per Hiere. 29. cap. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflitionis, quia ad hoc tendũt mala, quæ uobis infero, ut reconciliem uos mihi, & nota, q̃ tempore Henrici Tertij Imperatoris Bruno Tullienſis epus, qui de multis Sanctis cantus cõposuit, factus Papa per Henricum Tertium Imperatorẽ;

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vocatus, Leo dum Romam pro papatu veniret, audiuit voces angelorum canentium,& dicentium: Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis &c.ipse uero cogitans q̃ non haberet canonicum ingressum,renunciauit, & iterũ a Romanis Papa eligitur,& uitam cum multis miraculis finiuit. In graduali uerò agit Dauid gratias de sua liberatione a captiuitate spirituali, & corporali, dicens, Liberasti nos ex affligentibus nos &c.In uersu uerò promittit laudem bonorum operum, dicens. In Deo laudabimur tota die &c. & quia solus Dominus est,qui sanat, ideò in quibusdã ecclesijs sequitur alleluia. Qui sanat contritos corde. in offertorio uerò petit ueniam,sicut fratres Ioseph, dicens. De profundis clamaui ad te Domine &c. & quia Ioseph,i. Christus respondit, Nolite timere,ego pascham uos,ideo qui liberalis est Dominus, & cito dimittit,sequitur postcommunio: Amen dico uobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis,& fiet uobis.Mat.18.cap. Quia uero non intrabunt ad nuptias, nisi habeant similitudinem Dei;ideò in Euang. Abeuntes &c. Matt.22.cap quod legitur in quibusdam ecclesijs dicitur, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cesari,& quę sunt Dei Deo,scilicet imaginem suam, similitudinem sua insignitam, quia omnia ad sibi similia conuertuntur. In epistola quoque, Fratres imitatores &c.ad Philip.3.c.monet nos Apostolus,ut reddamus Deo imaginem suam,& post sequitur, Conuersatio nostra in cœlis est.q.d. in hoc debetis me imitari, non illos, quorum uenter Deus est,qui sunt inimicis crucis Christi. Imitemur autem Deum & Apostolũ in humilitate, mansuetudine, charitate, & sanctimonia,& post Saluatorem,expectamus Dominum Iesum Christum,qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Si enim habuerimus similitudinem Dei in animabus nostris, in futuro non habebimus illam similitudinem in animabus tantũ, sed etiã in corporibus,quia,ut dicit Apostolus;Similes erimus Christo.

S V M M A.

1 *Dominica vigesimaquarta Missa, eiusq; expositio. Et nu.2.*

De Dominica 24.post Pentec. Cap 141.

IN † vigesimaquarta dominica similiter agitur de uocatione,& conuersione Iudæorum. Vnde incipit in quibusdã ecclesijs euang. Matth.9.c. Loquente Iesu ad turbas. Ecce princeps ἀρχισυναγωγος, venit ad eum,& dixit ei: Filia mea defuncta est,sed uenì, & impone manum tuam super eam & uiuet. Dum autem iret post eum ecce mulier hæmorroissa dicebat, si tetigero fimbriam uestimenti eius, salua ero,& sanata est a Domino, postea suscitauit Dominus filiam archisynagogi:allegorice archisynagogus iste significat Mosen,uel aliquem de Prophetis,uel etiam, quia non cessat corrigere, ut sanet ipsos Iudæos per uarias tribulationes, & seruitutes, sed eorum sanitas fiet in fine mundi. Mulier uerò patiens fluxum sanguinis est gentilitas,quæ dixit. Si tetigero fimbriam uestimenti eius, i.si minima præcepta seruauero,salua ero. Per fluxum sanguinis peccatum intelligitur. Postea uerò † saluabitur synagoga, quod significatur per filiam Iairi postmodum suscitatam. Item per Iairim,qui interpretatur illuminans,siue illuminatus, intelliguntur prælati:prelatus enim illuminatus à Domino alios illuminat, & talis debet orare pro subditis suis, sicut iste pro filia sua, sicut etiã orat Apostolus in epistola huius dominicæ,quæ est ad Coloss.1.c. Non cessamus,inquit,fratres,orantes pro uobis. In quibusdã tamen ecclesijs dicitur hac die euangelium. Cum uideritis abominationem.Mat.24.c.Et attende,q. hæc dominica proprium cantuale non habet officium,quia enim uexabitur ecclesia persecutionibus antichristi, ideò sua continet organa,uel ideò, quia præcedens officium huic euangelio rectissime coaptatur, uel quia hæc dominica sæpius superabundat, idcirco proprio uacat officio.

S V M M A.

1 *Dominica vigesimaquinta post Pentec. expositio, & nu.2.*

De

De Dominica 25.post Pentec. Cap.142.

1 IN vigesimaquinta † dominica agitur de illuminatione Iudeorum, unde dicitur in quibusdam ecclesijs in epistola,quę est de Hier. 23.c.Ecce dies ueniunt dicit Dominus,& suscitabo Dauid germen iustũ &c. & post sequit, In diebus illis saluabitur Iuda,& post non dicemus amplius,Viuit Dominus,q̃ eduxit filios Israel de terra Aquilonis,& de cunctis terris,in quibus proiecerã eos.in quibus uerbis præcedens cantuale officiũ concordat.Nã in introitu dicit Dominus. Ego cogito &c.dicitur, Et reducam captiuitatem uestram de cũctis locis. Soluti ergo illi,qui nunc tenentur in captiuitate, in graduali, Liberasti nos gratiarum referũt actionem in offerenda, De profundis.adhuc porrigunt orõnem, qui suæ petitionis, in postcommunione. Amen dico recipiũt sanctificationẽ. Euã-
2 gelium † uerò est de refectione,quã fecit Ioseph fratribus suis,quando recepit eos ad conuiuium.Videns Iesus quia multitudo maxima uenit ad eum &c.quinque panes sunt spiritualis intelligentia quinque librorũ Mosi,quos modo habent, nec eis possunt satiari, quia eos frangẽdo per spiritualem intelligentiam non manducãt, sed tunc eos Dominus saturabit. Duo uerò pisces sunt psalmi & euãgeliũ.Tunc.n. reficiet eos Dñs intelligẽtia legis,& psalmorum,& euangelij. In quibusdam tamẽ ecclesijs dr euangelium.Cum subleuasset Iesus oculos,Io.6.¶ Rursus in hac ultima dominica cæteras concludente, rectè ponitur officium quod ad vtrunq; Dñi pertinere possit aduentum, ut dictum Hieremiæ propheticum. Ecce dies ueniunt, & suscitabo &c. ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur Iuda, ecce secũdus. Sed in euangelio rectè legitur de quinq; panibus, quia post quinq; millia annorũ datus est nobis in primo aduentu panis angelorum. Ab hinc etiam quinq; dominicæ computantur,usq; ad illum diem,in quo panis ortus in presepio predicabitur. Quidam tñ hanc epistolam,& hoc euangelium ponũt cum officio Trinitatis, infra hebdomadam uerò fit,sicut in cæteris feriatis, & congruè circa festum beati Andreæ hoc euangelium legitur, quoniam de eo in ipso mentio continetur. Quædam ecclesiæ faciunt in hac dominica festum de Trinitate:aliæ uerò in octa.Pentecostes,ubi de hoc dictum est.

S V M M A.

1 *Dominica vigesimasexta post Pent.quid legendum in officio ecclesiastico, & nume.24.*

3 *Menses singuli,singulis adatan tur temporibus.*

De vigesimasexta Dominica post Pentecosten. Cap. 143.

ILLVD † postremo notandum est, q̃ 1
nocturnales lectiones a prima Dominica post pentecost. usque ad aduentum Domini, quidam non insubtiliter referunt ad illam temporis seriem, quæ fuit à Dauid usque ad aduentum Domini. Sed & ad illam congruè referri possunt, quæ a primitiua cepit ecclesia: sicut enim Sauli succesit Dauid, unde primò legitur de primis libris Regum, sic dæmonum cultui cultus unius Dei, & sicut regnum Dauid per Roboam, & Ieroboam in scissuras diuiditur, ut legitur in libris sequentibus, sic ecclesiam scindit hæreticorum insania. Deinde sequuntur † libri Salomonis, quia post pu- 2
gnas hæreticorum, claruerunt in ecclesia Sanctorum doctorum ingenia. Postmodum sequitur liber Iob, ubi agitur de persecutionibus, & consolationibus eius, quia quantumuis in pace floreat ecclesia, tentationes tamen non desunt spiritualium aduersariorum,quorum quanto est occultior pugna, tanto difficilior est, sed glorioſior erit acquisita victoria.Rursus illud † quoque adijciendum est,quòd 3
singulos mẽses præteritis possumus adaptare temporibus. Nam per Ianuarium in quo nouus annus inchoatur, tempus à diluuio intelligitur,ubi mundus renouatur. Per Februarium, in quo alleluia deponitur,illud tempus innuitur,in quo vniuersitas linguarum confunditur. Per

Martium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magnum, in quo quadragesima sæpius celebratur, illud tempus accipitur, in quo Dei populus in Aegypto affligitur. Per Aprilem uerò, ubi pascha celebratur, uel obseruatur, illud tẽpus ostenditur, in quo populus à Pharaone liberatur. Per Maiũ, in quo de pente. solennizatur, illud tempus recolitur, in quo populus in terra p̃missionis gratulabatur. Iunius & Iulius, in quibus historia Regum legitur, regnũ Saulis, & Dauid cõmemorant. Augustus, in quo liber Sapientiæ recitatur, regnum sapiẽtis Salomonis insinuat. Reliqui quatuor menses regna principalia notant. Babylonicum, quod est in oriente. Persarũ quod est in meridie. Græcorum, quod in Aquilone. Romanorũ, quod in Occidente. Igitur historia Iob, quæ legitur in Septembri per duas hebdomadas, regnum exprimit Orientis. Vnde ibi dicitur, Erat vir ille magnus inter omnes Orientales, & legitur per duas hebdomadas, quia regnũ illud durauit per duas annuales hebdomadas, i. per bis septingentos annos. Tot. n. anni inueniuntur a tempore Nini, à quo regnum Babyloniæ incepit, vsq; ad Cyrum Regem Persarum, in quo defecit. In reliqua parte Septembris regnum Persarum innuitur. Quocirca † duæ historiæ leguntur, eo quòd nunc de Persi, nũc de Medis reges assumebantur. Historia Machabæorum, quæ legitur in Octobri Græcorum significat regnum, sub quibus Prophetæ leguntur, regnum Romanorum, in quo Christi religio viget, accipitur. Prophetiæ maximè de Christo loquuntur cuius natiuitas est in fine anni, sicut regnum Romanorum in fine mũdi. 4

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA.

1 *Sanctorum festa quibus de causis ecclesia celebret. ibid & nume. 3.*
2 *Sancti & eorum reliquiæ an debeant honorari, & uenerari. & nu. 3 6*
4 *Sanctorum noui testamenti quadruplex differentia.*
5 *Sanctorum nulli latriam uel sacrificium debemus.*
7 *Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis. Qualiter a Christianis. nu. 8. 10. Item qualiter à Gentilibus. nu. 9.*
11 *Feria quid, & unde dicta, & unde hoc uerbũ natũ inter Christianos. nu. 12.*
13 *Dies tripliciter denominantur. Et diei dominicæ excellentia. nu. 14.*
15 *Dies q̃dã priuilegiati in quadragesima.*
16 *Dies uariè incipit, iuxta uariã regionis, & loci consuetudinem.*
17 *Solemnitas quid, & unde dicatur.*
18 *Festiuitatum diuersa nomina. Et nu. 19.*
20 *Statio quid, & unde dicatur.*
22 *Stationum duæ species.*
23 *Stationum forma, & a quo in urbe institutæ. Et quorsum fiant. nume. 24.*
25 *Paschatis festum est alijs superius.*
27 *Israelitius populus trein̄ potissimum solemnitates colebat.*
27 *Encœnia ab Hebræis ortum habuerunt. Et quid.*
28 *Festa occurrunt plus quinque milia Sanctorum quolibet die, exceptis Calendarum diebus, ut respondit Eusebius Constantino Imperatori.*
29 *Sanctorum catalogo nullus adscribendus, nisi per Romanum Pontificem.*
30 *Festa quæ celebrantur per totum annũ.*
31 *Festa dia sunt aut in totũ duplicia; aut simpliciter duplicia, aut semiduplicia vnũquodque p̃curris. ibid. et n. 32. 33.*
34 *Festorũ uariæ, et dissimiles solemnitates, hierarchiam cœlestem sedibus, et gratia distinctã designant. nu. 35. 36. 37*
38 *Pascha annotationum quid.*
39 *Festa omnis generis Sanctorum cur celebrentur tempore Paschali sub nomine unius personæ.*
40 *Festa sanctorum, qui immediatè cœlum ascenderunt, celebrantur tempore Paschali, non autem cæterorum.*
41 *Festa sanctorum veteris testamenti per Græcos, & Venetos coluntur.*
42 *Sanctorum octauæ cur celebrẽtur, & nu. 46. Non tamen omnium, nu. 43.*
44 *Sanctorum octauæ uarij sunt generis.*
45 *Octauæ significationis quæ sit. Et quæ supplicationis nu. 47.*
48 *Octauas institutionis qui habeant inter martyres, & qui inter confessores.*
49 *Sanctorum ferias quo ordine Author prosequatur.*

Paſcha

De Sanctorum festiuitatibus. Cap. 1.

POSTQVAM de diuinis officijs in genere, atq; dominicis, & de festiuitatibus ad dominum pertinẽtibus in specie præmisimus, utile est vt de officijs festiuitatũ Sanctorum aliqua in hac septima parte subijciamus. † Sanè ecclesia Sanctorum festa multis de causis celebrat. Primò, ut eis vicem rependamus: quia ipsi iam celebrant festum nobis, quoniam gaudium est in cœlo angelis Dei, & animabus sanctis super vno peccatore pœnitentiã agẽte. prima distinct. quia tua. Secundo, quia eos honorando rem nostram agimus. Nam eorum festiuitas nostra est. Vñ Apostolus, Omnia nostra sunt, nos autẽ Christi. Charitas. n. omnia communia facit. Tertiò, ut habeamus eos intercessores pro nobis: unde legitur in 3. Regum primo: c. 9. Bersabeæ, quæ interpretatur puteus satietatis, i. ecclesia triumphans, impetrauit filio suo regnum. Quartò, ut eos imitemur. Per eorum. n. exempla ad eorum imitationem prouocamur. Quintò, propter augmentum nostræ securitatis, & spei subleuationem. Si. n. homines mortales nobis similes potuerunt ita per sua merita sublimari, & nos similiter poterimus, quoniam manus domini non est abbreuiata. Sextò, propter honorem diurnæ maiestatis, quam illos honorando in eis honoramus, & mirabilem prædicamus eũ, qui ipsos sanctificauit. Septimò, vt uisa eorum pulchritudine, & munditia confundatur homo de peccatis suis, & terrena contemnat, sicut & ipsi fecerunt. Octaua & principalis † causa est, quia Sanctorum dies, & anniuersaria in eorum honore nobis ad memoriam reducitur propter nostram utilitatem; quoniam in eis honoramus Deum. Ipsi nanq; cum sint perfectè beati, orationibus nostris nõ indigent, quia omnia eis ad uotum succedunt, imo iniuriam facit martyri, qui pro martyre orat. extra de cele. Mis. cum Marthæ. § pen. Io. etiã Dama. in lib. 4. c. 7. ponit alias rationes, quare Sancti † & pariter eorum corpora, siue reliquiæ debeant honorari, quarum quædam sumuntur quantum ad eorum dignitatem, & quædã quãtum ad corporum ipsorum pretiositatẽ: Dignitas quadruplex est, quoniam sunt amici Dei, & filij Dei, hæredes Dei, & duces nostri. De primo Io. 13. Iam non dicam uos seruos, &c. De secundo Io. 1. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. De tertio, Ro. 8. Si autem filij & hæredes. De quarto ita dicit: Si quis multum laborat ducem inuenire, qui eum alicui regi mortali adducat, & pro eo ad ipsum uerbum faciat, quanto magis duces generis humani, q̃ pro nobis ad Deũ interpellationes faciunt, honorandi sunt, templa illis erigendo, & eorũ memoriã venerando? Quãtum uerò ad corporũ eorũ pretiositatẽ manifestandã, ponit ét idem quatuor rõnes. Nã ipsa Sanctorũ corpora fuerunt prõpturia Dei, templũ Christi, alabastrũ spiritualis unguenti, fontes viui. Aug. addit quintum, s. organum Spiritussancti. ¶ Circa primum dicit. Hi. n. fuit prõptuaria Dei, cœnacula Spiritussancti. De secundo dicit: Quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit Deus. vnde Apostolus: Nescitis, qm̃ corpora vestra &c. Deus autem spiritus est. Honoranda ergo sunt animata Dei templa. Homo quidem delectatur in ædificatione murorum: Deus uerò in conuersione sanctorum. Vnde ps: Domine dilexi decorẽ domus tuæ, decorem, s. quem præstat

1 2 3

1.Co.3. 1.Cor.8 Es.56. Psal.25

diuersitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersitas non marmorũ, sed gratiarum. Circa tertium dicit. Si.n. ex rupe aqua manauit in eremo,& ex maxilla asini Sãsoni sitienti, nequaquam incredibile est, ex martyrum reliquijs vnguentum bene olẽs emanare sitientibus Dei, & Sanctorũ virtutem. Circa quartum dicit, Isti.n. uiuentes in ueritate,cum libera p̃sentia Deo adsistunt, & fontes nobis salutares dominator Christus sanctorũ suorũ præbuit, reliquias multiformia beneficia irrigantes. Circa quintum dicit August. in lib.de ciui.Dei. Nõ sunt contẽnenda, sed plurimũ uenerãda Sanctorum corpora, q̃bus dum adhuc uiuerent, Spiritussanctus quasi q̃busdam organis ad omne bo
2.Co.13 num vsus est. Vñ Apostolus. An experimẽtũ quæritis eius, q̃ in me loquitur Christus? Itẽ Ambro. in hexameron, hoc est pretiosissimum,qd̃ homo diuinę uocis sit organum, & corporalibus labijs cœleste
4 exprimit oraculũ. ¶Est † autem quadruplex differentia Sanctorũ noui testamenti, quos per annũ circulum colimus: sunt n. Apostoli,Martyres, Confessores,& Virgines,& hi secundum Rabanum per quatuor mundi partes significantur, p Orientem Apostoli, p Meridiem Martyres, per Aquilonem Cõfessores, p Occidentem Virgines: Licet aũt festiuitates Sanctorũ
5 † celebrandæ sint, & in eorum memoriã altaria cõstruenda, nulli tamen eorũ 'uel ét angelis, sed soli Deo sacrificare debemus. Nemo.n. Antistitum in locis Sanctorum corporum adsistens altari aliquando dixit. Offerimus tibi Petre, & Paule,aut Cipriane,sed quod offertur Deo,qui Sãctos coronauit,offert̃ apud eorum memorias,quos coronauit, ut ex ipsorum locorum amore maior effectus assurgat ad augendum charitatem in illis, quos imitari possumus,& in illũ, a quo adiuuari possumus. Nec.n.ipsi sancti,uel angeli exhiberi sibi volunt, qd̃ vni Deo per latriam debe
Act.14. ri norunt. Vñ Paulus,& Barnabas,cũ qdã miraculis per eos factis cõmoti,ipsis,tanquã dijs immolare uoluissent. Cõscissis uestibus cõfitentes se homines mortales, & nõ Deos esse,hoc fieri uetuerũt. Et sicut
Apoc.9. in Apoc.legitur; angelus Ioannem ipsum in visione adorare volentem ꝓhibuit,dicens. V.de,ne feceris,frater.n.tuus, & cõseruus fratrum tuorum sum. Dẽum adora. Iam.n. Xp̃s erat super angelos exaltatus. Antea vero legunt̃ angeli adorati, ut dictum est in quarta parte, sub particula canonis,super uerbo,Seruitutis. Et Mar- He.3.
dochæus Naaman noluit adorare, qñ ille diuinam sibi uoluit adorationem impendi. Honorandi † sunt ergo Sanct: p̃p 6
imitationem, non adorandi p̃p religionem honorandi sunt charitate,non seruitute,ut dictum est super dicto uerbo. Seruitutis. Tribus ergo de causis Sanctos rogamus, ꝓut dictum est in præcedenti parte sub tit. de rogationibus. ¶Et nota, q̃ stando Sanctos rogare debemus, ut dictũ est in ꝓmio quintę partis,ubi de respõsorio agitur. Porro dierum alij sunt ꝓfesti, alij festiui,siue solennes. ꝓfesti sunt, qui nulla speciali celebritate insigniti sunt, quasi procul a festo. Et no. q̃ † Hebræi 7
aliter denominant dies septimanæ, & aliter Gentiles,& eorum presbiteri, & aliter Christiani. Hebræi denominant omnes alios dies a sabbato, qui apud omnes p̃cipuus habetur. vñ diem' sequentem post sabbatum uocant prima sabbati, aliã secunda sabbati,& sic de reliquis. Septimam uerò diem uocant simpliciter sabbatũ,& quandoq; sabbatũ sabbatorum. Sex 8
tam feriam uocant † paraſceue, a παρὰ, quod est præ. & σκευὴ, qd̃ est structio, quasi p̃structio,seu præparatio,quia tunc Iudæi p̃parãt cibaria ad opus sabbati, iuxta qd̃ eis præceptum fuerat̃, de manna.s. Exo.16.
sexta die colligatis ex eo duplum. Qñ in sabbato non licebat eis cibos præparare, sicut manna colligere. Nos uerò hoc nomen, qd̃ est cõmune cuilibet sextæ feriæ appropriamus illi sextæ feriæ,quæ est ꝓxima ante pascha, p eo, q̃ tunc præparatus est cibus, siue manna, quo & militans ecclesia modo, & triũphãs in futura reqe p̃fruet̃. Et nota, q̃ παρασκευὴ est nomen Græcum,sed Iudæi p̃p varias captiuitates inter Græcos dispersi,quędam vocabula a Græcis sumpserũt, vt παρασκευὴ & σοναγωγὴ & alia quædam. ¶† Gen- 9
tiles aũt tã vulgus q̃ philosophi denominant dies a planetis. Vnde s̃m eos,prima dies dicitur dies Solis. secunda, dies Lunæ &c. Quæ noia sacra scriptura non recipit, licet hodie vulgari vsu teneantur

tur: De hoc dicetur in parte 8. ubi agetur de septimana. Nempe vulgus ideo sic eos denominabat; quia Solem, Lunam, Martem,& alios planetas,a quibus dies denominabant, Deos esse credebant. Philosophi uerò ideo; quia hæc sunt nomina planetarum,ex quorum motibus, & naturis omnia sui uegetationem, secundum illos
10 trahũt. ¶Christiani † uero duos dies tanquam proprijs designant nominibus. Nã Sabbatum simpliciter Sabbatum uocant, propter authoritatem Hebraici sermonis; & sequentem diem Dominicam uocant propter sui primatum: de quo iam dictum est. Vel quia sic in legẽda sancti Iouocatur,ubi dr. Ioan. Dominica die post Missarum solennia descendit in fossum sepulturę suæ locum. Posset etiam dies Domi
11 nica prima feria appellari. Dié uero post Dominicam sequentem appellabant secundam feriam, aliam tertiam feriam, & sic de alijs diebus usq; in sabbatum. Interpretatur † enim feria, quasi dies soléne nis,a feriando dicta,unde prima dies septimanæ solennis est. Vocãtur ergo feriæ à feriando,quia toto tempore a uitijs feriare, ideſt,uacare debemus, non q̃ sit à necessarijs uitæ operibus feriandum. Vel dicitur a fando, ideſt,loquẽdo: quoniam sicut legitur in Gen. Dominus dixit,& facta sunt. Siquidẽ beatus Siluester nolens imitari Iudæos,qui dicunt prima sabbati, secunda sabbati: nec Gentiles, qui dicũt dies Solis, dies Lunæ &c. Adinuenit hoc
12 nomen feria. In † fine tamen septimanæ seruauit sabbatum propter præmissam rationem,uel propter figuram, quia sabbatum interpretatur requies, quia tunc Dominus requieuit ab omni opere, quod patrauerat: unde & nos per totam hebdomadam,i.per totum tempus uitę nostrę, quod percurritur per spatium 7. dierum, debemus laborare, & niti summo conamine, ut ad requiem, & beatitudinẽ per-
13 ueniamus. Dies † ergo tripliciter de nominatur,primò secundum se, ut dies Lunæ, dies Martis &c. Secũdò,iuxta usum ecclesiæ,ut prima feria,secunda feria,&c. Tertiò,secundum menses, & hoc tripliciter. Primò modo, Cal. pridie Cal. 3. Cal. secũdo modo, Idus, pridie Idus. 3. Idus Tertio modo, Nonas, pridie Nonas. 3. Nonas. Dominica uerò dies primatũ obtinet, & maior † est inter alios dies, quia Chri- 14
stus annunciatus fuit,& resurrexit, & in Apostolos Spiritumsanctũ misit, & Deus mundum,i.cœlum,& terram in illa fecit, & in eodem quoque die,ut dicitur,mundus dissoluetur. Dicitur autem dominica propter gaudium Dominicæ resurrectionis,quod in eo celebramus. Licet autem quædam dominicæ omnibus alijs sint superiores,uidelicet Pascha, & pent. & hoc propter resurrectionem, & Spiritussancti missionem,ñ, & quinq; aliæ principales dicuntur,& solénes,in quibus officia mutãtur,scilicet dominica prima de Aduentu,dominica in octauis paschæ, dominica in octauis pentec. dominica qua cantatur. Lętare Hierusalem,& dominica in ramis palmarum. Addunt etiam quidam sextã, scilicet qua cantatur. Inuocauit me. quędam etiam aliæ dominicæ dicuntur priui legiatę,quibus uidelicet historiæ sunt appropriatæ. ¶Et nota, q̃ sunt quidam dies priuilegiati † in tempore quadragesimę, 15
uidelicet quatuor quartæ feriæ, scilicet quarta feria in capite ieiuniorum, quarta feria sequentis hebdomadæ,& quarta feria post Lætare Hierusalem,& quarta feria ante cęnã Domini. Item quatuor sabbata, uidelicet sabbatum prioris hebdomadæ,quando ordines celebrant̃, & sabbatum quartę,& sabbatum quintę,& sabbatum in uigilia paschæ. Itẽ tres dies dominicæ,s. Inuocauit me,& Lætare Hierusalem, & dominica in ramis palmarum. Item una quinta feria, s. cœnæ Domini: Item una sexta feria,s. paraſceue. Item, tota una septimana,scilicet ultima, quæ maior dicitur, prout sub dominica in ramis palmarum dictum est,de quibus priuilegijs in suis locis dictum est: Et nota, quod pascha,& pentecost. sunt hebdomadariæ festiuitates, ut dictum est in sexta parte, sub tit. de septem diebus post pascha, & sub pentecost. ¶Incipit † autem 16
dies naturalis secundum Aegyptios ab occasu solis, siue in principio noctis, & durat usque ad uesperam sequentis diei, iuxta illud. Et factum est uespere, & mane dies unus,secũdum Persas,& Græcos, & secũdum communem vulgi usum incipit mane ab ortu solis,secundum Roma-

nos a media nocte ſecundum Athenien
ſes,& ſecũdum Arabas, & Aſtronomicos
à ſexta diei hora: quos omnes uarie imita
mur, qñ ad celebrationem diuinorum
officiorum incipit dies in ueſperis, iuxta
illud a ueſpere in ueſperã celebrabitis ſab
bata ueſtra extra de ferijs.c.1. quo ad treu
gæ obſeruationem in ortu ſolis, extra de
treuga, & pace c. 1.ff. de ferijs.l. more,
quò ad contractus incipit dies, & finitur
in media nocte quò ad eſum carniũ, poſt
cœnam vſque ad diluculum. de conſecr.
diſt.3. de eſu.quò ad iudicium incipit ma
ne, & terminat̃ ſero in fine diei ante no-
ctis tenebras,de offic.deleg. conſuluit, &
in authẽtica,de iudicijs.§ ſedebunt. Cõ-
putatio aũt Aegiptiorũ,uera vr, cum con
tineat ortum & occaſum ſignorum. Põt
tamen dici, q̃ ſecundum Eccleſiam inci-
pit media nocte; quia tunc uerus Sol, ſ.
Chriſtus ortus eſt iuxta illud. Dum me-
dium ſilentium &c.vel verius in ueſperis,
ut præmiſſum eſt,quia nox præceſſit,dies
aũt appropinquabit. Licet aũt naturaliter
dies præcedant noctes, tñ in nocte paſcha
li fit econuerſo, ut dictum eſt in 6.parte,
17 ſub ti.de Sabbato ſancto. Solẽnes † uero,
ſeu feſtiui dies,in quibus a quolibet ope-
re ſeruili in honorem Dei, & Sanctorum
abſtinendũ eſt, diuinis laudibus inſiſten-
dum. Et notandum eſt, q̃ ſolennitas eſt
communiter inſtituta, celebritas pro ali-
qua prærogatiua,& dicitur a ſolo, quod
eſt commune,uel abſoluto,i. firmo atque
ſolido; quia ob religionem mutari non
debet:vel dr̃ ſolennitas ex eo, q̃ fieri ſo-
let in anno. Celebritas uerò uocatur;qa
ibi non terrena, ſed ſolum cœleſtia agun-
tur. Solennitas autem alia eſt feſtiuita-
tum,alia ſtationum, alia litaniarum, alia
ieiuniorum,de quarũ ſingulis videamus.
Solẽnitas feſtiuitatum,quæ eſt mora San
ctorum, pluribus nominibus deſignatur.
Vocatur.n. feſtiuitas, feſtum celebritas,
natiuitas, natalis, uel natale, ſiue natali-
tium,tranſitus,ſeu exitus, obitus, paſſio,
aſſumptio,depoſitio,& obdormitio. Feſti-
18 uitas † dicta eſt a feſtis diebus, quaſi feſti-
uitas, eo q̃ in eis ſola diuina res agitur,
quibus contrarij ſunt profeſti, in quibus
ius fatur. Dr̃ quoq; feſtiuitas, quaſi Sãcti
natiuitas. Natiuitas proprie dicitur feſtũ
illius natiuitatis, quæ eſt ſin carne, & in
mundo,& ſecundum hoc dr̃ tãtum Chri-
ſti natiuitas,& beatæ Mariæ,& beati Ioã-
nis Baptiſtæ,quorum tantum natiuitates
in Eccleſia celebrantur. Quare Sancti di-
cantur in morte naſci,iam ſequitur,& di-
cetur,ubi de octaua agẽt. De celebritate
iam dictum, natalis, uel natale, vel na-
talitium dr̃, migratio Sanctorum ab hoc
ſeculo,quia tunc naſcũtur,Deo, & ſeculo
ad gloriam ea natiuitate, quæ tendit ad
uitam æternam. Indifferenter tñ iſta acci-
piũtur. Tranſitus dr̃ feſtum de morte San
ctorum, qñ animæ illorum a corporibus
exeuntes, per ignota ſibi & diuerſa loca
tranſeunt. 13.quæſt.2.tempus,ut per cœ-
lum aereum,& æthereum, & cryſtalinũ,
vt tandem perueniant ad empyreum.
¶Et † nota:quod maius eſt feſtum tranſi- 19
tus alicuius Sancti, quam aliquod aliud,
de illo dicẽt ſub feſto aſſumptionis. Obi-
tus dicitur; quia tunc angeli ueniunt ob-
uiã animæ, ut legitur de beato Martino,
Paſſio dicitur; quia tunc maximè corpus
patitur, & etiam anima quando per uio-
lentiam ab inuicem ſeparantur, & obitus
vnius,cuius quiſq; poteſt paſſio nomina.
n.quia ſine amaritudine, & ſine uiolẽtia
quadam nulla anima de corpore tollitur.
Aſſumptio proprie dicitur trãſitus beatæ
Mariæ. Depoſitio proprie dicitur depoſi-
tio beati Ioannis euangeliſtæ, qui ut præ-
miſſum eſt,locum ſepulturæ uinus intra-
uit,& ita ſeipſum depoſuit. Obdormitio
uero dr̃ mors Sãctorum,quaſi quies,nam
ſicut quis poſt ſomnũ integer & ualidior
fit,ſic Sancti ſine difficultate reſurgunt in
corporibus glorificatis, quaſi a ſomno eui
gilantes. Vnde Dominus de Lazaro mor
tuo dixit: Lazarus amicus noſter dor-
mit. 13.q.2.tempus,unde Apoſtolus. No 1.The.4
lumus uos ignorare de dormiẽtibus. &c.
¶Sequitur de ſtationibus uidere: Statio
autem,ſecundum † Iſidorum, eſt obſerua- 20
tio ſtatorum dierum uel temporũ. Dierũ,
ut quartæ,& ſextæ feriæ ieiunium ex ve-
teri lege præceptum de qua ſtatione in
euãgelio: Ieiuno bis in ſabbato, .ideſt in Matt.9.
quarta,& ſexta ſabbati. Temporum,ſcili-
cet quæ legalibus, & propheticis inſtitu-
tionibus determinatis temporib. ſtatuta
ſunt, ut ieiunium menſi quarti, quinti,
ſeptimi,

ſeptimi, & decimi, vel ſicut in euangelio
dicitur: Dies illi, in quibus oblatus eſt
ſponſus. Statio quoque vocatur proceſſio
ad aliq̃ Eccleſiam ad exoluẽdum ibi gra-
tias Deo facta, & dicitur ſtatio; quia tunc
ſtantes orare, & Deo gratias perſoluere
non flexis genibus debemus tunc, nec ie-
iunamus tũc, nec in eis ſupplicationis uo-
ces fiunt, quæ oĩa cum veſtibus humi-
21 litatis in litanijs fiunt. Videnr̃ aũt † ſtatio-
nes a ueteri lege initium habuiſſe, qñ
tunc populus Iudæorum, & etiam multi
Gentiles conueniebant in magnis ſolem-
nitatibus,ſ.in Paſcha,& Pent. vt ibi ora-
rent in templo, & Deo gratias perſoluer-
ent, & offerrent, quod adhuc obſeruat
Eccleſia,pr̃ertim in Italia; ubi in hebdo-
madibus Paſchæ,& Pent. populus de op-
pidis, & villis adiacentibus ciuitatib. con-
uenit ad eccleſiam Epiſcopalẽ. Aliæ ſta-
tiones a Romanis habuerunt initium,qui
eas maximè frequentant,q̃ cum interceſ-
ſionibus Sãctorum,quorum ſuffragia im-
plorabant, pericula euaſiſſent cum proceſ-
ſione ueniebant ad Eccleſiam illius San-
cti,cuius patrocinio fuerant liberati, lau-
des Deo, cum gratiarum actionibus per-
ſoluentes. Iſid. dicit in 6.etymo. q̃ ſtatio
ex militari exemplo nomen accepit, pro
eo,q̃ nulla lætitia caſtris obueniente,ſta-
tionẽ contriſtatio militum reſcindit. Sunt
22 autem duæ ſpecies † ſtationum,aliæ nãq;
ſunt generales, aliæ particulares. Gene-
rales ſunt,q̃ in prædictis duabus ſ[illegible]ma-
nis ad matricem Eccleſiam fiunt. Partic-
lares ſunt, quæ in diuerſis eccleſijs fiunt
pro p̃dicta cauſa. Fiunt etiam quandoq;
obſeruationis cauſa, nulla alia cauſa in-
tercedente, ut cum in feſto alicuius San-
cti ad eius Eccleſiam vadit proceſſio a ma-
iori eccleſia. Fiunt etiam cum in diuer-
ſis feſtis diebus ad diuerſa altaria cũ pro-
ceſſione ob Sanctorum veneratiõẽ ve-
nimus. Inſtitutio ergo ſtationum ex p̃di-
ctis liquet, hoc tamen addito,quoniã ſi-
cut Romani pro vitandis ſuis periculis
ſtatuerunt ſuas ſtationes in vrbe, ſic & a-
lij in ſuis ciuitatibus ob cauſas ſimiles ſta
tiones inſtituerunt. In dieb.autem ſtatio-
num,voces,ſeu cantica lætitiæ cantantur,
uidelicet reſponſoria,vel antiphonæ, uel
quid huiuſmodi.quãdoq; etiã tunc Miſ-
ſa celebratur in eccleſia, ad quam vadũt.
& quandoq; non, ſed poſt ſtationem ora-
tione finita redeunt. ¶ † Et nota,quod po 23
pulus primo conuenit in aliqua eccleſia
vicina illi, in qua debet eſſe ſtatio, ut dic-
tum eſt in quarta par. ſub tit. de oratio-
ne. Nempe beatus Gregorius,qui ſtatio-
nes in vrbe ordinauit 20.homil. euange-
lij diuerſo tempore in illis dicendas de-
clarauit: alias vero ſtomacho laceſſente
alijs pronunciandas commiſit. De ſolem-
nitate litaniarum in 6.par. ſub ti. de roga
tionibus dictum eſt. ¶ † Nota tñ,quod ſta 24
tiones fiunt propter p̃terita pericula. Li-
taniæ vero, quę rogationes, uel ſupplica-
tiones interpretantur, fiunt pro periculis
euitandis,ut præmiſſum eſt. De ſolemni-
tate ieiuniorum, & de vigilijs Sãctorum
dictum eſt in 6. par. ſub 4. feria quartæ
dominicę de Aduentu. Hoc etiam nota,
q̃ natale Domini feſtum eſt patris, quia
per eum filius innotuit mũdo. In hoc. n.
apparuit charitas Dei, quod nobis dedit
filium ſuum, ſicut dicit beatus Ioannes.
Feſtum tamen Patris, feſtum eſt Filij, &
Spirituſſancti. In hoc.n.quòd dicitur ver
bum, intelligitur pater uerbi, & ẽt alia
ratione, quia,ſ.filius patrem manifeſtauit
mundo. Paſcha vero eſt feſtum Filij; quia
tunc Chriſtus a mortuis reſurrexit,& ve
rus Deus apparuit. Et nota † q̃ ſolemni- 25
tas Paſchæ antonomaticè dicitur ſolem-
nitas ſolemnitatum, ſicut dicitur ſancta
ſanctorum, & cantica canticorum, eo q̃
alia ſancta,& alia cantica excedunt. Inde
eſt, q̃ omnes dies dominicos reciproca-
mus, ideſt omnes dies dominicę ſunt o-
ctauæ huius feſti. Dicitur etiam feſtiuitas
feſtiuitatum, tum quia prima eſt omniũ
feſtiuitatum; tum quia omnes hac domi-
nica communicare debent. ¶ In quibuſ-
dam tamen locis quodlibet magnum fe-
ſtum paſcha uocatur,quaſi tranſitus,quia
de vitijs ad virtutes tranſire debemus.
Pentecoſt. eſt feſtum Spirituſſancti, &
quælibet iſtarum ſolemnitatum eſt ſo-
lemnitas totius Trinitatis; quoniam in-
diuiſa ſunt opera Trinitatis. de conſe. di-
ſtinct.3.cap.fina. Licèt, ut præmiſſum eſt,
quælibet iſtarum magis vni, quàm alteri
approprietur. ¶ Non eſt ẽtiam † ignoran- 26
dum, quòd populus Iſraeliticus tres

principaliter celebrabat solēnitates. Primum erat dies Paschæ, siue dies azymorū, quod est pascha, quia tunc Deus eos liberauit aptāte Pharaonis de seruitute Aegypti, & a pcussione angeli linitis postibus de sanguine agni imolati. Non.n. fuit domus alicuius Aegypti, vbi mortui non iacerent, nisi domus Iudæorum, ubi nullus mortuus est. ¶Secundum erat pente.quia tunc susceperunt legē, ut dictū est in 6.par.sub ipso festo.¶Tertium Sceneophegia in Septembri, quod ex græco interpretatur, dedicatio, siue fixio tabernaculorum. Populus.n.Israeliticus quadraginta annis in tabernaculis habitauit, in cuius rei memoriam adhuc Iudæi hoc festum celebrant, quasi in tabernaculis degentes. Σκηνος n.græcè, tabernaculum dicitur latine. Hæc festa, quæ septem dieb. protelabantur, præcipua dicebātur. & sabbatum, quod interueniebat, dicebatur sabbatum sabbatorum, i. sabbatum sanctorum. Verum † & superaddiderunt, & 27
alia festa ob euentus varios, ut Encœnia, quod celebrant Hebræi in hyeme, s. in Octobri, & uocabant Encœnia, nouā dedicationem templi. Νέον.n.græcè dicitur nouum latinè, unde quandocunq; aliqd nouum fuerit dedicatum, encœnia uocatur. Nam & si quis noua tunica induitur, encœniare dr. Nos autem duo illorū seruamus, s. pascha, & penteco. sed alia rōne, quàm illi: ipsi enim celebrant pascha, qa tūc ab Aegyptiaca seruitute liberati sūt: nos vero, quia tunc per Christum redempti sumus. illi celebrabant pentecosten, quia tunc susceperunt legem: nos uero, quia tunc Spiritum sanctum accipimus. Item illi susceperunt legem in tabulis lapideis, ad duritiam cordis notandam extrinsecus scriptam, quoniā vsque ad spiritualem literæ intellectum non pertingebant. Sed Spiritus sanctus datus est. 72. discipulis in corde digito. Dei, spiritualē intelligentiam eis dictante. Scenophegiam etiam quodammodo celebramus in Ascēsione domini, quia per tabernaculum intelligimus corpus domini, in qua sub humanitate diuinitas latuit, iuxta illud ps. In sole posuit tabernaculū suum. Hoc itaq; tabernaculū Christus in mortali carne non figebat, quoniam exultauit, ut gigas ad currendam uiam, discurrens de loco in locum, vt susceptum mysterium adimpleret, sed tunc fixit, & stabiliuit tabernaculum, i. corpus suum quādo assumptus est in cœlum, sedens ibi ad dextetam Dei patris, & requiescēs in patrimonialib. patris boni, donec ponet inimicos suos scabellum pedum suorū Hæc itaq; tria festa rectè in euangelio spiritualiter celebramus. Nam iuxta ps. Christus captiuam duxit captiuitatem, quando in pascha resurgens, vinctos suos eduxit de lacu, in quo non erat aqua. Ascendit in altum, cum in ascensione exaltatus est super cœlos cœlorum ad Oriētē. Dedit dona hominibus, cum in pent. effudit de Spiritu sancto super omnem carnem. Quarta uero feria post dominicam de passione est de Encœnijs, ,,ut dictum est in sexta parte. Erāt quoq; & aliæ quatuor solemnitates, non tamen ita solemnes, sicut præcedentes, videlicet sabbatū, festum clangoris. festum propitiationis, & Νεομηνία. Siquidem apud Hebræos neomenia dicta est, quia secundum lunarem cursum menses supputabantur. Μην, græcè, luna uocatur. inde νεομηνία, i. noua luna: Apud nos vero neomenię, sunt Calendæ. Erant apud Hebræos ipsi dies Calendarum ex legali institutione solēnes. ¶ Sanè Constantinus † Imperator 28
partes transmarinas petens, inuenit Eusebium Cæsariensem Episcopum, uirum sanctissimum, cui dixit, Pete a me vnde ecclesia tua ditetur. Ille vero respondit, ecclesia mea satis abundat in diuitijs, sed rogo te, ut mittas per partes mundi, & nomina Sanctorum, & tempora passionum, & sub qaibus, & qualiter, & in quibus locis passi sunt, scribas, quod factum est. Et refert Eusebius, quod quolibet anni die, plus quàm quinque millium Sanctorum festa concurrunt, excepta die Calendarum Ianuarij, quo intendebant Gētiles epulis, & solemnitatibus, non ad martyrizandos Sanctos, & Hier. dicit idem in epistola, quæ suo Calendario ponitur. vnde Grego. dicit. Totus mundus plenus est Sanctis. & similiter Haymo dixit de angelis, quòd si quis creaturas spūales videre posset, uideret eas ebullire in aere sicut minimos atomos in solis

Mat.vl. *Ps.109.* *Ps.67.* *Zach.9.*

solis splendore. ¶ † Et nota, q; nullus adscribendus, seu annumerandus est in catalogo, siue numero Sanctorum, nisi per Rom. Pontificem, & nisi facta prius clara fide de illius vita, & miraculis. ext. de reliq. & ueneratio. Sanct. c. 1 extra de testa. venerabili. Dr autem catalogus, sermo a κατὰ quod est circa, & λόγος, quod est sermo. * Et litania, siue calendarium, in quibus enumerantur Sancti per Romanā ecclesiam approbati, dr vniuersalis sermo, cæterum ſm Decretum Concilij Africani, de consec. dist. 1. placet. nulla memoria martyrum probabiliter, siue solēniter accipiatur, nisi aut vbi corpus martyris, aut certè reliquiæ sunt, aut vbi fuit origo habitationis, vel possessionis illius. Nam altaria, quæ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorumlibet hominū vbicunq; statuuntur, omnino reprobantur. Item statutum est in Concilio Aurelia. de consec. dist. 3. episcopus. q; episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesię, cui fuerit proximus, puta episcopali, die Dominica deesse non dēt. Quæ 30
autem festiuitates † celebrandæ sint patet ex Concilio Lugdun. de consecr. dist. 3. c. 1. extra de fer. c. fi. in quo sic statutū est. Dies domini feriandi sunt a vespera in vesperam. Item festum Natalis Dñi, sancti Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Siluestri, Circuncisionis, Theophaniæ, siue Epiphaniæ, Pascha, cum tota præcedenti, & sequentib. hebdomadibus: Rogationes cum tribus diebus, Ascensio Domini, Pentecostes cū duobus diebus sequentibus, sancti Ioannis Baptistæ, duodecim Apostolorum, sancti Laurentij, Festiuitates beatæ Mariæ, omnes dies dominici, dedicatio sancti Michaelis, dedicatio cuiuslibet oratorij, festum Omnium Sanctorum, sancti Martini. Ille festiuitates, s. sanctorum Canonizatorum, quas singuli episcopi in suis ecclesijs cum clero, & populo decreuerint celebrandas. Reliquis verò festiuitatibus, quæ p annum sunt, non sunt populi cogendi ad celebrandum, siue feriandum, nec ,,phibendi. Quot psalmos, quot responsoria, quot lectiones, & quare in festis dicantur, dictum est in 5. par. sub tit. 31
de nocturnis. ¶ † Quædam † autē festa dicuntur in totum duplicia, quædam simpliciter duplicia: quædam semiduplicia. ¶Dicuntur quædam duplicia in quibusdam ecclesiis, pro eo, q; responsoria tam maiora, quàm breuia, & uersus a duobus cantantur, & quia omnia incipienda a duobus incipiuntur, & quia antiphonę in matutinis, & vesperis duplicantur. dicuntur.n. completæ, & ante psalmum, & post sicut est festum natalis Domini. Sancti Stephani Protomartyris, sancti Ioannis Euangelistæ, Circuncisio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annunciationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri, & Pauli, sancti Laurentij, Assumptionis B. Mariæ Virginis, natiuitatis eiusdem, & dedicatio Basilicæ. ¶ Præmissa † quidem sunt maiora duplicia festa. Mi- 32
nora autem duplicia festa sunt, secunda, & tertia feria infra octauas resurrectionis. Item, secunda & tertia feria infra octauas Pentecostes. Commemoratio sancti Pauli Apostoli. Octauæ apostolorum Petri, & Pauli, & Assumptionis, & quodlibet festum, quod vnaquæque ecclesia duplex ordinauerit celebrari. ¶Semidu- 33
plicia † autem festa sunt, in quibus p̄missa omnino non obseruantur, sed tm̄ tertium, sextum, & ultimum Respōsoria cantantur a duobus, nec incipitur a duobus, nec duplicantur antiphonæ, licèt uersus, & breuia responsoria a duobus dicantur. Et sunt hæc semiduplicia festa Sanctorū, Andreæ, Nicolai, Luciæ. Thomæ Apostoli, Innocentium, octauæ epiphaniæ, Agnetis, Conuersio sancti Pauli, Agathæ, Matthiæ, Cathedra sancti Petri, Gregorij, Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Philippi & Iacobi, Marci Euangelistæ, Inuētionis S. Crucis, Reuelationis sancti Michaelis, octaua Ascensionis, Ioannis ante portam Latinā, Barnabæ Apostoli, octaua sancti Ioānis Baptistæ, Mariæ Magdalenæ, Iacobi Apostoli, ad vincula sancti Petri, octaua S. Laurētii, Bartolomæi apostoli, & decollatio S. Ioannis Baptistę, octaua natiuitatis beatæ Mariæ. Exaltatio sāctæ Crucis, Matthæi apostoli, Lucæ Euangelistæ, Simonis & Iudæ apostolorum, Martini, Ceciliæ, Catherinæ, & alia secundum consuetudinem cuiuscunque ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanè igitur hæc varietas circa festa seruatur: quoniam sicut per apostolum stella differt in claritate a stella, ita etiam erit in resurrectione mortuorũ. Cum ergo secundum beatum Dionysium ecclesiastica hierarchia representet aliqualiter in suis actionibus, seu ordinationibus cœlestem hierarchiam, in qua Sancti secundũ diuersitatem meritorum suorum disponuntur, ideo ad hoc representandum varietas diuersorum officiorum in nostra
34 ecclesia reperitur. ¶ Quæ igitur festa in toto duplicia, & q̃ semiduplicia dici debeant, liquido patet ſm mysticum intellectum. Nam ſm sanctos visio Dei erit præmium otium beatorum, quæ quidem visio erit maior, uel minor in oibus, ſm q̃ hic positi magis, uel minus in charitate, quæ est radix omnium meritorum, p̃ fecerint. Veruntamen sunt quædam specialia merita, quæ secundum aliqua specialia præmia habentibus alia merita in futura gloria conferentur. Vnde specialẽ præmiũ semper essentiale reddetur Martyribus, Doctoribus, & Virginibus, quod p̃mium aureola dicitur, ita quod quantũ ad hoc aliqui sancti duplex habebunt p̃mium, s. essentiale, quod dicitur Dei visio, & accidentale, aureolã, & secundum
35 hæc festa Sanctorum possunt dici maiora, uel minora, s. in quibus præmiorum rationes magis, uel minus reperiri possunt. Quia igitur beata Virgo inter omnes Sanctos sublimiori præmio potitur, quãtum ad præmium essentiale, & rationes etiam accidentalium præmiorũ sibi competunt, ideo eius festum totum duplex dr̃ esse: sic est etiã in festiuitatibus ad honorem Christi statutis. Quia verò post eos angeli secundum obtinent locum, & post illos Apostoli, & martyres, & post ipsos alij, ideo secundum eorum plura, uel pauciora essentialia, & accidentalia præmia ipsorum festum, uel totum duplex, uel semiduplex, uel simplex dẽt ab ecclesia militante, quæ uestigia triumphantis imitatur, conformiter celebrari.
¶† Q̃q; uero alia consideratione dr̃ festa duplicia, q̃n. s. eadem die duo festa cõcurrunt, & tunc minus cedit maiori. Nã die illa de festo excellentiori officiũ celebratur, & de minori fit solummodo cõmemoratio, & illius officium ad diem sequentẽ reseruatur, sicut fit de beatis Petro, & Paulo. Si ergo eadem die plura festa concurrant, & omnes sunt martyres, illius, qui inter eos maioris erit nominis, officium celebretur. Si uero alter confessor, & alius martyr, uel martyres, si confessor maioris sit nominis, quàm martyr, uel priuilegiatus, ut beatus Martinus, & cuius generaliter officium instituit ecclesia, dicendum est officium de confessore, & commemoratio facienda est de martyre. ſin autem, celebrandum est de martyre. itẽ si festum S. Andreæ ueniret in prima dñica de Aduentu, fiet in secunda feria. ¶ Idem dicimus † de quolibet festo 36
Apostolorum, & Martyrum, si occurreret in primis dominicis priuilegiatis. item si festum habens uigiliã cõtingit in feria secunda, celebratur officium de vigilia, & ieiunatur in sabbato p̃cedenti, extra de obser. ieiu. c. 1. Si autem in quacunq; alia dominica e priuilegiatis, i. quibus historię appropriatæ inueniuntur, euenerit festum Apostoli, uel alicuius p̃cipui martyris, uel alterius Sancti, qui proprium habeat officium, attẽdendum est, utrum sequẽs hebdomada, siue singuli dies ipsius proprium habeant officium, q̃ si habent, fiet officium de dñica, & festum Sãcti fiet in secunda feria: si uero non hãt, fiat officium de festo in dñica, & officium dominicæ fiet in secunda feria, & sic dominica quandoque cedit festo, quandoq; econuerso. ¶ Circa vigilias † Sanctorum, quare 37
sic vocentur, & vnde ortum habuerunt, dictũ est in 6. par. sub 4. feriã tertiæ hebdomadæ Aduentus. Porro circa festa, quæ in septuagesima, seu in tẽpore passionis, siue ante illud occurrunt, sicut est festum sanctæ Agathæ, cathedra sancti Petri, sancti Matthæi, Annunciationis Domini, festum S. Gregorij, festum etiã patroni cuiuslibet ecclesiæ, si acciderit, uel anniuersarium illius, uel pascha alicuius annotinum generaliter dicimus, q̃ cantica laudis, scilicet. Te Deum laudamus, Glo. in excel. Deo, & Ite missa est, in illis debent cantari, & omnia, quæ cãtarentur in illis, si in alijs temporibus contingerent, præter alleluia, quoniam festa huiusmodi ad tempus paschæ pertinere noscuntur.

Sed

Sed quare non dicitur tunc alleluia, sicut alia cantica lætitiæ? Respondeo; qa illud est magis cãticum lętitię, quàm alia, quę sunt magis obsecrationes, seu gratiarum actiones, quàm cantica lætitiæ. Licet & in illis sit aliqua lætitia, præsertim in cantu. Si verò opponatur, q̃ Gloria in excelsis, quod est proprium natali. Domini, & Ite missa est, quod est canticum, seu laus resurrectionis, & Te Deũ laudamus. quod significat lætitiam pro drachma inuenta, non debeant in festo annunciationis Dñi cantari, pro eo, q̃ præmissa in Aduentu Dñi nondum sua tempora habebãt, quia Dñs nõdum ea in rebus humanis fuerat prosecutus. Respondent qui solemnizare cõtendunt, q̃ hoc festum est omnium festorum Christi quasi fons, & origo, seu initium; q̃n & si natale Domini vel passio, vel inuentio drachmæ nondum erant in re, vel in tempore, habebantur tamen in spe; q̃n in spe eorũ prodigia præcede-
38 bant. Annotatiuũ † pascha vocatur, quando aliquis diem, quo baptizatus est, celebrat annuatim, quod forte sumitur à Gẽtilibus, qui diem, in quo ad miseriam nascebantur, natalitium obseruabant, in qua celebratione officium paschæ debet cantari, præter alleluia, si in tempore quadragesimæ contingat. ¶ Et not. † q̃ hæc tria s. Te Deum laudamus: Gloria in excelsis Deo, & Ite missa est, sese concomitantur, & est ratio. Nam Gloria in excelsis significat illud ineffabile gaudium, quod Angelus pastoribus nunciauit, dicens, Annuncio vobis gaudium magnum; quia natus est vobis hodie Saluator. Ite missa est, q̃d est dictum, ite ad propria, Missa est, consummata, designat accessum pastorum ad locum natiuitatis Christi, dicentium adinuicem, post angelicam annunciationem: Transeamus vsq; ad Bethleẽ, & videamus hoc verbum, q̃d factum est. Quia ergo post annunciationem angeli secutus est pastorum accessus, ideo meritò quãdo sacerdos dicit, Gloria in excelsis Deo. in quo prædictũ angelũ representat, debet etiam dici Ite missa est. Similiter quando hæc duo dicuntur, vel omittuntur: Te Deũ laudamus, ad nocturnos dr̃, vel omittitur, q̃n ibi gaudium, & laudes cœli & terrę, creatoris & creaturę, capitis & mẽbrorum significantur, sicut in Gloria in excelsis Deo, cœlum & terra, creator & creatura, caput & membra, cum laude & gaudio nominantur, imò ferè omnia, quæ ibi implicite continentur, hic explicitè ponuntur. merito igitur quando illud dr̃, hoc non debet omitti. Veruntamen non semper præmissa se concomitantur. Nam in festo cathedræ beati Petri, etiam si occurrat in quadragesima, quædã ecclesiæ dicunt, Te Deum laudamus, cæteris laudibus tacitis; quia hoc cantico vti solemus ad intronizãdos Eps in sedes suas, & beatus Petrus eadem die fuit in cathedra Antiochena intronizatus. Item in cæna Dñi dicitur Gloria in excelsis, & Ite missa est, si Eps adsit, & chrismatis celebret officiũ. Et in Sabbato sancto dicitur Gloria in excelsis, sed non Ite missa est. In ipsis tamen diebus non dicitur, Te Deum laudamus. Item in die Natiuitatis dicitur, Gloria in excelsis in prima missa, sed Ite missa est, non dr̃, ne populus licentiatum se credens, non audito matutino discedat, & propter hoc etiam quidam tunc reseruant finalem collectam primæ Missæ, donec matutinæ expleantur, concludentes posteà Missam, sub Benedicamus Dño. sed alia rõ ponitur in quarta parte, sub titulo de oratione nouissima. Secundam etiã missam eodem modo finiunt. In quibusdam tn̄ ecclesijs dr̃ tunc. Ecce completa sunt omnia, nec datur populo licentia recedẽdi, ut sciat se debere tertiã Missam audire, in qua demum dr̃, Ite missa est. In alijs autem, in quibus fit officium Ambrosianum in tempore quadragesimæ nullius Sancti festiuitas celebratur, sed tn̄ commemoratio fit, & idipsum antiqua decreta in alijs ecclesijs seruari iubebant, & antiquitus communiter sic fiebat. In alijs quoque ecclesijs prius sacrificatur, quam euangelium legatur, vel cantetur. 34. q 4 nõ oportet, & c seq. De officio festorum, quæ tempore Aduentus occurrunt, dictum est in sexta parte, in titulo de tempore Aduẽtus. De festis † vero resurrectionis vsq; ad octauam 39
Pentẽ. hæc regula generaliter in quibusdam ecclesijs seruatur, quod in omnibus Sanctorum festis cantatur historia, Beatus vir. hoc in Apostolis. Martyribus, Cõfessoribus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fessoribus,& Virginibus, hoc & in vno, & in plurib.frequentatur.Vir.n.iste beatus, Christus est ℈m regulã Ticonij caput, & mẽbra Hic est.n. Martyr, de quo dicitur in antiphona Filiæ Hierusalem quem secundum caput coronauit Dominus stola immortalitatis, in hoc tempore solemnitatis, lætitiæ, & secundum membra postea coronabit in illo tempore, quod per istud significatur,quod erit æternitatis,& gloriæ: hic.n. est, qui loquitur in officio, quod hoc tempore frequentatur, ſ. Protexisti me Deus..Hic est vitis vera,& Sancti sunt palmites,sicut dicitur in euangelio.Ego sum vitis vera.Io.15.quod similiter hoc tempore frequentatur, & secundum præmissa patet,℣ etiã in festis duorum, vel plurium Sanctorum debet dici in prædicta antiphona, Filiæ Hierusalẽ, venite,& videte martyrem, ſ. Christũ,& non martyres, & alia in plurali, sicut faciunt quidam.Frequentamus autem hoc tempore in festiuitatibus Sanctorũ identitatem officiorũ, cò ℣ in suo significato idem erit denarius omnium,& quia tunc glorificati erimus vna cum Christo, hoc
40 tempore glorificato.Sed quæritur,†quare in tempore paschali non celebramus festa Sanctorum, qui cum Christo surrexerunt, vel cum eo cœlos ascenderunt, debemus enim de illorum glorificatione gaudere,& solemnizare, sicut & de alijs Sanctis cum certi sumus eos cœlos ascendisse? Respondeo, ℣ ideo non solemnizamus,quoniam ad inferos descenderũt: Solemnizamus. n. Sanctorum natalitia, quando videlicet cœlo nati sunt, vt præmissum est, non quando inferno, de quo dictum est in sexta parte sub parasceue, Potest etiam dici, ℣ de glorificatione illorum in anima in pascha, vel saltem in Ascensione festare deberemus, sed non possumus, propter authoritatem officiorum illorum dierum. Obumbraretur. n. solemnitas illorum authoritate maioris solemnitatis; quoniam veniente principe cessat magistratus, & ideo statutum fuit, vt per alia tempora anni diebus, quibus eis dedicatę fuerint ecclesiæ, festa illorũ celebrẽtur.Vel secundum Bedam, in dedicatione ecclesiæ, in qua nouem lectiones dicuntur, fit festum de illis, sicut & festum Sancti Ioannis Baptistæ sit ad finẽ Augusti, qui tamẽ circa pascha mortuus fuit, & festum beati Iacobi compostellæ in Iulio. qui tamen fuit tempore paschali occisus. Beatus quoq; Petrus Apostolus fuit incarceratus hoc tempore. Facta est enim prædictorum festorum mutatio,℣ tanta erat festiuitas principis omnium, quod non poterãt tunc celebrari solemnitates satellitum, iuxta illud, Cede maiori.¶Veruntamen† festa Sanctorum ve- 41
teris Testamenti,ut Abraham,Isaac, Dauid,Daniel, & aliorum per Græciam, & apud Venetos coli dicuntur, & ibi habere Ecclesias,de Machabæis dicitur, prout sub isto festo dicetur. Circa octauas notandum est, ℣ octauam diem Leuiticus liber insinuat, dicens, Dies octauus erit. celeberrimus atque sanctissimus. ¶ Sanè †octauæ Sanctorum ideo celebrãtur, ℣ 42
sicut primus dies significat natiuitatem eorum, scilicet qualiter nascuntur cœlo, & in societatem angelorum, & sanctorũ patrum,quando animæ eorum à corporibus separantur, ita in octauis recolentes resurrectionem corporum cõgratulamur resurrectioni eorum. ¶Et attende quòd quorundam † Sanctorum celebrantur 43
octauæ,ne hoc mysterium lateat,non autem omnium, ne vilescat. Si enim non valemus omnia festa celebrare Sanctorũ, quanto minus octauas eorum? Si igitur aliorũ Sanctorum octauæ solemnes sunt, quanto magis Sancti sanctorum,ſ.Domini natiuitatis octaua solemnis erit? Videtur autem, ℣ Natiuitas Domini non habeat octauam; quia illa tendebat ad mortem.Obitus. n. Sanctorum ideo habent octauas, quia tunc ipsi nascuntur ea natiuitate,quæ est ad vitam æternã. Post illam.n.natiuitatẽ,quæ est in morte, speranda est gloria resurrectionis, quæ datur in octaua, non post natiuitatem, quæ est ad mortem. Secundum hoc etiam videtur,℣ natiuitas beatę Mariæ, & natiuitas Beati Ioannis Baptistæ non habent octauam, nec etiam resurrectio Domini, in qua Dominus recepit stolã corporis, quæ generaliter omnibus fidelibus dabitur in octaua: Iam enim ipsa resurrectio Domini facta erat in re. ¶Quia † igitur 44
diuersæ ecclesiæ in diuersis festiuitatibus octauas

octanas celebrant,ideo ne illas reprehendere videamur,dicim⁹,℣ duplex est octaua,ſ.reuerentię,siue venerationis,seu deuotionis,& institutionis. ¶ Octaua reuerentiæ, est festiuitatum Paschæ, Pentec. Natiuitatis beatæ Virginis Mariæ,& beati Ioannis Baptistæ:celebrantur.n.octauæ eorum pro sola deuotione, non pro alio mysterio. ¶Octaua etiã deuotionis est in Sãctis patronis Ecclesiarum,ut de sancto Nicolao, & de beata Maria Magdalena, & similibus,qui octauas non habent, sed quædam ecclesiæ ob deuotionem eas faciunt.¶Octaua uero institutionis quadri partita est,quia est octaua significationis, suppletionis,& alterius negotij,significationis,& futuræ glorificationis. ¶Octaua
54 † significationis est, vt octauæ Sãctorum vigilias habentium, & festum dedicationis Ecclesiæ,quod sit in signũ,quod dedicabitur ecclesia, i. extrema,& plenissima dedicatione,dedicabitur tunc,idest,copulabitur Christo,dedicari.n.est copulari.& octauæ martyrũ,quia ipsi p ea quæ passi sunt,& ex eo,℣ hanc vitam pro nihilo habuerunt,ostendunt,℣ erat uita immortalis. ¶Vnde octauæ Innocentium possunt dici octauæ significationis; quia per eas resurrectio nostra significatur, prout sub festo illo dicetur, & ẽt octauas beatorum Petri & Pauli, & quorundam Sãctorum, quæ significant stolam secundam, ſ.glorificationẽ,quam in octaua ætate habituri sunt. Sed quare ob similem ẽt causam nõ obseruatur,seu celebratur octaua passionis Domini?Sicut.n. Christus, qui est sol iustitiæ,natus est,nõ propter se,sed vt lux nostris mẽtibus, qui eramus in tenebris, appareret,sicut etiam baptizatus est, non propter se, sed vt nostra peccata lauaret. sic mortuus est,non propter se,sed vt nos moreremur peccato, per quod nos liberaret a morte. Respondeo ideo, quia superueniens festum lætitiæ obumbrat, & abolet cõmemorationem tristitiæ. Præterea,licet,reddatur rõ, quare præmissæ octauæ fiant,non tñ vsquequaq; in similibus exigitur, ℣ octauæ fiant. Nã Christus fuit circumcisus carnaliter,vt circumcidamur spiritualiter: ieiunauit, vt ieiunemus,pedes lauit,vt lauemus. Nec secundum octauam istorum, aut similium celebramus,sed & octauæ Sanctorum ob causam dissimilem celebrantur, vt præmissum est.¶Rursus dissimilẽ habet causam octauæ paschalis solennitas, cui non fit octauæ mysterium, vel ministerium. Octaua tñ additur propter octo beatitudines, quæ in illa solemni octaua percipiuntur,prout dictum est ibi,& ẽt octaua Pentec.quæ & ideo celebratur, vt opum sancti Spiritus cõsumatio declaretur.Est etiam omnium † octauarum ratio gene- 46
ralis,quia.ſ. octaua redit ad caput, quod est de beatitudinibus. In libro de doctrina Christiana asserit Aug. Idemque dies primus est, & octauus, ſ. Dominicus, & ideo resurrectio Domini dicitur facta in octaua, idest,in die dominica. Idcirco igitur obseruatur † celebritas octauarum, vt reuertamur ad primum innocẽtiæ statum,in cuius innocentiæ recordatione in octauo die circuncisio agebatur, ut mens circuncisa fieret ab omni carnali contagione. Octaua † suppletionis est octaua 47
Natiuitatis Domini,℣ in ea supplemus, quod minus factum est in festo natiuitatis.Quia. n. in natiuitate multum actum est de partu,& parum de parturiẽte,ideo in octaua plenius agitur de parturiente, quod apparet in responsorijs,& antiphonis laudũ,& in diurno officio ipsius octauæ, & ob similem etiam causam celebrãt octaua Epiphaniæ. Octaua alterius rei significationis est similiter octaua natiuitatis prout ibi dictũ est,& octaua Agnetis.In illa enim representãt, quod beata Agnes octaua die visa est glorioſa a quibusdam fidelibus, prout sub illo festo dicetur. Octaua futuræ glorificationis est, vt octaua obitus cuiuslibet Sancti. Item
nota, ℣ tantum beatus † Stephanus, & 48
Laurentius habent inter Martyres octauas institutionis, solus vero beatus Martinus inter confessores. De octauis Paschæ,& Ascẽsionis,& Natalis Domini,dictum est in sexta parte,sub tit de pascha. Licet autem regulariter in octauis festiuitatum fiat in missa officium,sicut in ipsis festiuitatibus, pro eo quod in octaua eadem die cum ipso festo cẽsetur,hoc tñ fallit in octauis Apostolorũ Petri, & Pauli in quibus dicitur officiũ de Martiribus. Licet enim vna, & eadem die ambo passi

fue-

fuerint, non tamen eadem die de vtroq; in ecclesia solénizatur, prout sub eorum festo dicetur. Ideoq; vtriusque officium nequit in octaua fieri, cum vnam diē duntaxat ambo habeāt pro octaua. Oportuit ergo q̄ in eorum octaua aliquod cōmune officiū inueniretur, & ideo quia corū martyrium maximi fuit meriti, officium dicitur de martyribus, quamuis de vtriusque præcipuis actibus mentio in ipso officio habeatur. Fallit etiam hoc in octauis beati Laurentij, in quo tria præcipuè valde commendabilia fuerunt, videlicet pietas in eleemosynis, firma stabilitas in fidei confessione, & martyrium speciale. De primo agitur in vigilia, de secundo in festo, & ideo de tertio agi oportuit i octa
49 ua. ¶ Verum licet † ecclesiastica officia ab Aduentu Domini, quod est tempus renouationis, inchoari in proœmio sextæ partis dixerimus, in hac tñ parte simplicius incedentes, Calendarium prosequemur, à mensa Ianuarij inchoando de aliquib. anni festiuitatibus, seriatim aliqua specialia apponentes, videlicet de sanctis Fabiano, & Sebastiano, De sancta Agnete, de conuersione sancti Pauli, De sancto Iuliano. De sancta Agatha. De purificatione beatæ Mariæ. De cathedra sancti Petri. De Annunciatione beatæ Mariæ. de sanctis Philippo, & Iacobo. de inuētione sanctæ Crucis. de reuelatione sancti Michaelis. de sanctis Geruasio, & Protasio, de sancto Ioanne Baptista. de sanctis Petro, & Paulo. de festo septem fratrum. de sancto Iacobo Apostolo, de septem dormientibus. de ad vincula sancti Petri. de Machabæis. de inuētione sancti Stephani. de Transfiguratione Domini. de sancto Laurentio. de assumptione beatæ Mariæ. de sancto Bartholomæo. de decollatione sancti Ioannis. de sanctis Felice, & Audacto. de Natiuitate beatæ Mariæ. de exaltatione sanctæ Crucis. de sancto Matthæo Apostolo, de sanctis Mauritio, & socijs suis, de beato Luca. de Simone, & Iuda. de festo omnium Sanctorum. de officio mortuorum. de sanctis quatuor coronatis. de sancto Martino. de sancto Andrea. de sancto Nicolao. de venerabili Beda presbytero. de S. Thoma Apostolo. de festis Sanctorum Stephani, & Ioānis Euangelistæ. de Innocentibus. de Apostolis. de Euangelistis. de Martyribus. de Confessoribus. de Virginibus. de officio festi dedicationis Ecclesiæ.

ADNOTATIO.

*Feriando] Etymologia verbi non aliunde duci possit, ipse videris: Feriæ in. ϕέρτη siue τελετὴ græco verbo videntur potius dictæ à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis, qui dies erant cessationū ab opere, quibus epulæ fiebant ex pecorum, frugumq; prouentibus. N. D.

ADNOTATIO.

*Sermo.] Κατάλογος, natum à verbo, καταλέγω diligo, conscribo, & recenseo. Item censeo, existimo, numero, & loco habeo, quod latinè dicitur, annumero, siue mauis à verbo καταλάγωμαι, recenseo, & numero. Erit igitur κατάλογος, legio, cohors, enumeratio, recensio, numerus. In qua postrema significatione accipitur prouerbiū illud ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ζῆν vltra catalogum viuit, de eo, qui iustum, & præscriptum annorum numerum præteriret. Dictionem autem κατὰ, author inepte vertit, pace tanti viri. N. D.

SVMMA.

1 *Fabiani, & Sebastiani, quale officium.*

De sanctis Fabiano, & Sebastiano. Cap. 2.

1 IN festo beatorū Fabiani, & Sebastiani, d plex† collecta in quibusdam ecclesijs dī, & isolito more vtraq; sub vno, Per Dominum nostrū terminatur, tū qa ab ipso vn co Dei filio Iesu Christo mediante, ambo ad palmam martyrij peruenerūt. tum etiam quia licet diuersis passi fuerunt temporibus, ecclesia tamen propter ingenia vtriusque merita, vtriusq; pariter, festum solennizat, & utramque collectam vno eodemq; fine concludit.

SVMMA.

1 *Agnetis festum caret octauis institutionis. Et eius diei officium.*

De sancta Agnete. Cap. 3.

1 FESTVM † B. Agnetis caret, s. institutionis, habet tamen octauam alterius negotij significationis, ut iam dictum est in proœ. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis 2. non dicitur propter hoc, q̄ illud sit festum octauarum eiusdē in ecclesia pronunciatum, nec in Calendario scribitur octaua, sed est alia solennitas de ead. repetita propter miraculum quoddam; quod in octaua die post eius obitum contigit ad tumulum illius, parentibus suis plorantibus. Intelligitur ergo Agnetis secundo, s. festo, vñ melius diceretur secundo Agnetis de hoc etiam dictum est sub quarta parte sub symbolo.
2 Quia † uero præfecti filius eam adamauit, ideo recte in eius festo cantatur introitus. Me expectauerunt peccatores.

SVMMA.

1 *Paulus cōuersus est eodem met anno, quo Christus passus.*
2 *Pauli conuersio cur potissimum celebretur, & eius diei officium, & nu 3.*

De conuersione sancti Pauli. Cap. 4.

1 CONVERSIO † S. Pauli Apostoli facta est eodem anno, quo Christus passus est, & Stephanus lapidatus anno quidam non naturali, sed emergenti. Nam Christus passus est Octauo Calend. Aprilis, Stephanus eodē anno tertio die Augusti lapidatus est. Paulus uero octauo Calen. Februarii conuersus est. Eius aūt conuersio potius, q̄ aliorū Sanctorum
2 celebratur triplici rōne. Primo, † p̄ exēplum, ne quisquam quantumcunq; peccator, desperet de venia, quādo tñ in culpa cōspicit postmodum talē fuisse in gratia. ¶ Secundo, p̄ gaudium. Sicut. n. ecclesia magnam habuit tristitiā in eius p̄secutione, ita maximam habuit lætitiam de eius conuersione. ¶ Tertiò, p̄ miraculum, quod in eo ostendit, dum de sæuissimo persecutore fecit fidelissimū prædicatorem. In † hoc festo dicitur epi- 3
stola. Saulus adhuc, quæ est Act. 9. c & euangelium Dixit Simon Petrus ad Iesum, quod est Matth. 19 c. Dicitur etiam ad horas capitulum. Erat quidam discipulus. Act. 9. c.

SVMMA.

1 *Iulianus Cenomanensis Episcopus. Et quot præteren Iuliani.*

De sancto Iuliano. Cap. 5.

1 IVLIANVS † iste, cuius festum sit quinto Calendas Februarii, fuit Episcopus Cenoman. Qui Simon fuisse dicitur, quē dominus a lepra mundauit, & qui eum ad conuiuium inuitauit. Hic etiam dicitur esse Iulianus qui ab itinerantibus pro inueniendo bono hospitio inuocatur, eo quòd in domo eius fuit dominus hospitatus. Alii dicunt, quòd est ille, qui patrē, & matrem occidit, de quo sequitur, Fuit quoq; & alius Iulianus de Alemania, qui desiderio martyrii se vltro persequentibus offerebat. Vnde Crispinus consularis eum iussit occidi, quod ipse Iulianus audiens statim foras prosiliit, & quærenti sponte intrepidus se opponens protinus ictum ferientis excepit. Fuit insuper alius Iulianus frater B. Iuliani, qui templa idolorū permissu Theodosij Imperatoris vna cum fratre destruebat, ad cuius uerbum homo unus super plaustrum mortuum se fingens, mortuus est. Fuit etiam quartus Iulianus, q utrūque parentem nescius occidit, sed post multā pœnitentiā sub specie mendici leprosi recepit in domo sua angelum, a quo audire meruit, q̄ dominus suā pœnitentiam

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam acceptasset. Fuit etiam quintus Iulianus non sanctus, sed apostata sceleratissimus. Primo.n. fuit monachus, deinde Imperator Romanus, ut videtur sub festo inuentionis sanctæ Crucis.

SVMMA.

1 Agathæ festum, & officium.

De beata Agatha. Cap. 6.

1 BEATA Agatha † post multa tormenta in carcere mortua est, ad ruius caput in tumulo posita est visibiliter tabula per angeli ministerium in qua scriptum erat, Mentem sanctam spontaneam, honorem Deo, & patriæ liberationem. Ideoq; consuetudo inoleuit, cũ tabula eius imaginem continenti fieri processionem.

SVMMA.

1 Maria primatum obtinet inter sanctos.
2 Mariæ quatuor principalia sunt festa.
3 Maria fuit in utero sanctificata.
4 Mariæ conceptio approbanda, & solemniter celebranda.
5 Mariæ purificatio est duplex festũ, et n.6
7 Masculi corpus in quadraginta diebus, fœmina autem in octoginta diebus animatur.
8 Dominus cur præceptoris puerum quadragesima die offerri in templo.
9 Purificationis festum sequitur festa natalia, merito. Eò quòd Dominus fuerit in templo præsentatus duplici mysterio, & nu. 10.
11 Purificationis Mariæ solemnitas vbi, & quo tempore, & cur fuerit primum instituta.
12 Purificationis processio quid significet, et a quo instituta nu. 15 Et cur in eam ferantur cerei ardentes. nu. 14. 16.
13 Candela accensa quid significet.
17 Purificatio Mariæ caret octauis.

De Purificatione sanctæ Mariæ. Cap. 7.

1 INter cunctos sanctos gloriosa Dei genetrix † virgo semper Maria primatum obtinet, utpote quæ est Sanctis dignior & excellentior vniuersis. extra de pœnit. & remiss. nona. In cuius honore ecclesia in 4. anni temporibus quatuor † solemnes celebrat festiuitates, videlicet Annũciationem, Assumptionem, Natiuitatẽ, & Purificationem, Omni.n. tempore ipsam in memoria habere debemus, quæ omni tempore ad filium suum p nobis peccatoribus intercedit, quarum duæ sunt sibi & domino nostro communes, s. Purificatio, & Annunciatio. Hæ autem quatuor festiuitates fiunt secundum quatuor benedictiones, quæ in ipsius Virginis salutatione cõtinentur. ¶ Prima est, Aue Maria gratia plena, q̃ primæ festiuitati cõpetit, s. annunciationi, qñ videlicet eam angelus salutauit, de Spiritusancto concepit, facta gratia plena. ¶ Secunda est. Dominus tecum, quæ competit assumptioni, quando videlicet assumpta est in cęlũ, quia tunc fuit cum domino suo, i. filio, ut est dominus: ante. n viderat eum dominum immanisestè in se. ¶ Tertia benedictio est. Benedicta tu in mulieribus, quæ cõpetit natiuitati, q̃a tunc † est nata mulier in vtero sanctificata. Nulla.n. mulier fuit in utero sanctificata, & ideo dicta est castrum pp singularitatem, quia nunquã dæmones castrũ illud fregerunt. ¶ Quarta benedictio est. Benedictus fructus uentris tui, quæ congruit quartæ festiuitati, .s. purificationi, quia tunc obtulit illum benedictum fructum in tẽplo. Quidam etiã faciunt quintũ festũ, s. de † conceptio 4
ne B. Mariæ, dicentes, quòd sicut celebratur de morte Sanctorum non pp mortẽ, sed quia tunc recepti sunt in nuptijs æternis, similiter potest celebrare festũ de conceptione, non quia sit concepta, quia in peccato est concepta, sed quia mater Domini est concepta, asserentes hoc fuisse reuelatum cuidam abbati in naufragio constituto, quod tamen non est authenticum, unde non est approbandum, cum concepta fuerit in peccato, s. per concubitum maris & fœminæ. de cõsecrat. distinctio. 4. firmissime. Veruntamen licèt fuerit concepta in peccato, dimissum est ei illud originale peccatum, cum sanctificata fuerit in utero, sicut & Hieremias, & sanctus Ioannes Baptista, quare merito natiuitas eius, & beati

beati Io. Babptistæ celebrãtur. Natiuitas dico ex utero, quãdo uidelicet in lucem, seu in mundum prodierũt. Sed natiuitas eorum in utero, i. quando infusæ sunt animę in corporibus eorum nõ celebratur, ut præmissum est. ¶ Sextum etiam festum est festiuitas parientis, s. festum Natalis, sed quoniam tunc est etiam simul festum filij, quod plenum exigit officium, ideo non solemnizatur de illa, nisi usq; in octauas, tunc uero sic, ut iã dictum est in proœmio. ¶ Septimum quoq; festum est beatæ Mariæ. ad martyres, de quo sub festo omnium sanctorum dicetur. Quia uero festũ purificationis secundum huius 7. partis diuisionem in ordine temporis alia festa Virginis præcedit, idcirco hic de illo dicamus. Est aũt hodie duplex festum. Primo
5 quo † ad partum, qđ dr festum Υπαντης, idest obuiatio, quia in illa solẽnitate Anna prophetissa, & Symeon obuiauerunt beatæ Mariæ uenienti filium suum Christum in templum offerre. Υπαντη enim Græcè, dr obuiatio latinè, ab ipso quod est ire, & anti, quod est contra. Aduentus Dñi in templum significat aduẽtum eius in ecclesiam, & in mentem cuiuslibet fidelis animæ, quæ est templum spirituale. Hunc aduentum prædixit Dominus per Malachiam Prophetã 3. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam antè faciem meã, & statim ueniet ad templum sanctum suũ &c. Vel dicitur ὑπαντη, idest, prẽsentatio, eo q̃ Christus in tẽplum est representatus.
6 †† Secundum, quo ad parientem, & dicit festum purificationis, quia beata Virgo licet purificatione non indigeret, nec legi purificationis obnoxia teneretr, quia nullo modo immunda fuit, nec peperit concepto semine, tñ uoluit facere præceptũ legis Dicitur. n. Leui. 12. c. Mulier, si suscepto semine pepererit masculum immunda erit 7. diebus, immunda quidẽ erat à consortio hominum, & ab ingressũ templi, expletis uero 7. diebus munda efficiebatur quo ad consortiũ hominum, adhuc tamen usque ad diem 33. quo ad templi ingressum immunda erat, donec purgaretur. iuxta ritum menstrui fluxus, sed completis 40. diebus, in die quadragesimo tẽplum intrabat, & puerum cũ muneribus offerebat. Si autem fœminam peperisset, tempus duplicabatur, & quo ad consortium, & quo ad ingressum, sicut & duplicatur quo ad corporis formationẽ. † Nam 7
in 40. dieb. corpus masculi organizatur, & perficitur, & quadragesimo infunditur anima, ut sæpius, corpus verò fœminæ octoginta diebus perficitur, & in octogesimo anima inspiratur, ut sæpius fit, ergo si masculum pariebat 40. si fœminam octoginta dieb. à die natiuitatis partus à templi arcebatur ingressu, hodie tamẽ statim ingredi non prohibetur, ne sibi pœna in culpam uertatur. 5. di. § hæc si. & c. ibi extra de purifi. post par. c. uno. Veruntamen mulier dum sentit sibi imminere dolores partus, non intret Ecclesiam, uel saltem caueat, ne polluat illam. Sacerdos autem mulierem uicinam partui sæpe moneat, ut cõfiteatur, ita ut cũ dolor partus urgebit eam, sit parata accipere eucharistiam. Nam inhonestum est, q̃ tpe partus presbyter diu cum ea morẽt. Est aũt triplex 8
†rõ, quare præcepit Dñs die 40. puerum in templum offerri. ¶ Primo, ad notandũ, q̃ sicut die 40. in materiale templum ducitur, sic in 40. à conceptione, ut sæpius, anima infunditur in corpus tanq̃ in suum templum, prout in historia scholastica dr, quamuis physici dicant, q̃ in 46. corpus perficitur. ¶ Secũdo, ut anima, quæ in die, 40. corpori infusa, ab ipso corpore maculatur, in die 40. templum ingrediens, per hostias expietur. ¶ Tertio, ad insinuandũ, q̃ illi merentur cœleste tẽplum ingredi, qui decem præcepta decalogi cum fide quatuor euangeliorum obseruauerunt. Transactis ergo purificationis diebus pariens ingrediebatur templum, offerens filium uel filiã, & munera pro se, s. pro peccato, pullum columbæ, siue turturem, pro filio uero uel filia offerebat agnum anniculum in holocaustum. Quæ agnum habere nequibat, offerebat duas turtures, aut duos pullos columbarum, & alterum in holocaustum pro partu, alterum, uero pro se, scilicet pro peccato suo. Vnde in euangelio dicitur, ut offerrent par turturum &c. secundum legis consuetudinem, scilicet sicut lex exigere uidebat. Mulieres igitur in hoc beatam Virginem imitãtur, cum in quibusdam locis post partum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum transactis 40.dieb. Ecclesiam ingrediuntur,significantes, q̃ si uirginē ipsam fuerint imitatæ, post uitā præsentem ingrediētur cum ea æternam. Celebratur ergo hoc festū die 40. a Natiuitate Dñi, quia B.Virgo die 40. a Natiuitate Christi ad templum ueniens, ipsum secūdum
9 legem p̃sentauit.¶Rursus†hoc festum sequitur post festiuitates natalis Dñi, Circuncisionis, & Epiphaniæ rōne mysterij, sicut & rōne mysterij voluit Dñs in templum præsentari. Et hoc dupliciter.¶Primum mysterium est. Nascitur. n. primo Deus per fidē in homine,& sequitur circuncisio, quia quando fides in homine est,purificatur homo,unde in actibus. Fide purificans corda eorum. Qui uero habent bonam fidem, relinquunt oīa mala opera,& tunc apparet Deus,sed tunc facienda est pœnitētia, ut in nobis maneat, sicut in templo suo.& tūc fit ibi oblatio, & offertur ei par turturum,i.mūditia mētis, & corporis, quod non p̃t fieri,nisi in iugi luctu,sicut turtur gemit pro cātu, & duos pullos columbarum, i.geminam
10 simplicitatem.¶†Secundum mysterium, quia in templum uenit in hac die,ut notetur aduentus eius in mentē cuiuslibet fidelis animæ,siue in ecclesiam, in quam semper paratus est intrare.Vnde in introitu dr̃, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, quia Christus est lignum uitæ in medio paradisi, paratus æqualiter oībus subuenire, & bona sua largiri,secundū nomen tuū Deus, ita & laus tua Deus &c. q.d.sicut creasti oēs & recreasti, ita & laudandus es per totū mundū. Hoc ēt expositū est in 6.part.sub octaua dominica post Pent. Vt āt ueniat in mentē nostram,hortatur ecclesia filios suos,ut occurrant. Vnde dicit in principio matutinalis officij, s. in inuitatorio. Ecce uenit ad tēplum sanctum suū dominator Dñs,gaude, & lætare Sion, occurrens Deo tuo,s.per fidē,& per bona opera, & pp hoc festum illud dr̃ ὑπαντη, i. obuiatio, quia si uolumus quòd ille ueniat in mentem nostram, accipiamus in mentem nostram eius similitudinem.unde dicit in rēspōsorio primo Adorna thalamum tuum Sion, s. uirtutibus purifica te, & suscipe, s.uirtutes, & sic ueniet in te.Epistola uerò est. Ecce ego mitto angelum,quæ est Malachiæ vlt.c.Et euangelium.Postquam impleti sunt dies. Lucæ 2.c.Et postcommunio. Responsum accepit Simeon.Luc.2.c.¶Et no.q̃ tempore †Iustiniani Imperatoris fuit magna mor 11
talitas apud Constantinopolim, & ideo tunc constituta est solemnitas purificationis Mariæ in reuerentiā eius, ob causas præmissas. Solet aūt quæri, cum adhuc pullulent infinitæ hæreses, quomodo sit uerum,q̃ nono responsorio dicitur .s.q̃ beata Virgo omnes hæreses interemit?Ad hoc dicimus,q̃ hoc fecit,quantū in se fuit, quia ipsa ostendit eum uisibilem,qui inuisibilis erat.Primo.n.non poterat inueniri,quia quidam ipsum quęrebāt in delitijs carnis, quidam in diuitijs, quidam in libris philosophorum, & non erat ibi,unde in canticis. Quæsiui,& non inueni. Modò uero non potest aliquis errare in uia,nisi uelit: unde manifestè habetur in Esa.Hæc erit recta uia,ut etiam stultus non erret per uiam,& quæ erit illa uia? Ecce dabo in Syon salutem, & in Hierusalem gloriam meam. Dicitur hodie capitulum.Ecce ego mitto. Malac.3. c.& illud.& radicaui.Eccle.24.cap.& illud Quasi cedrus,quod est ibidem. ¶Fit autem hac die † processio generalis,q̃ signi- 12
ficat processionem illam, s. quam beata Virgo, & Ioseph ad templum fecerunt. Qui in processione ante cancellos cantant.Rñsum accepit &c. significant ꝓphetas natiuitatem Dñi, & misericordiam annunciantes.melodia respondentiū, est gaudium hanc Dei misericordiā suscipiētium. Tenentes candelas in manibus,dicamus igitur. Suscepimus Deus misericordiā tuā &c.quod uero cantatur in processione, & in euangelio. Accepit eū Symeō in ulnas suas, ostendit q̃ debemus eum non tm̄ corde, sed etiam in brachijs portare,unde in canticis. Pone me ut signaculum super brachium tuum,& ut sigillum super cor tuum,ad Corinth.Empti.n. estis pretio magno, glorificate, & portate Deū in corpore uestro.Debem⁹ qdē portare, non tm̄ deitatē,uel humanitatē,sed utrunq;, sicut fecit Symeon,q̃ significatur per candelam, quam ferimus in processione. Per ceram enim per apes

opere

opere virginali, cum melle productam: nulla enim libidine resoluuntur, humanitas siue caro Christi ex Virgine sumpta,per lumen, deitas, quia Deus noster ignis consumens est. Deute 4 per lichinum in cera,anima candidissima, uel deitas in carne latens, uel secundum alios
13 mortalitas intelligitur.¶† Rursus candela in manu accensa est fides cum bona operatione, nam sicut candela sine lumine mortua dicitur,& lumen per se absq; candela nō lucet, sed mortuum esse uidetur, sic & operatio sine fide, & fides sine operatione mortua esse dicitur. Lichinus sub cera occultatus recta intentio est. Vnde Gregor.Sic fiat opus in publico,ut tamen intentio maneat in occulto. Candelæ autem benedicuntur, ut eas digne ferant omnes.Sunt.n. multi habētes intus tenebras,licet extra lucere uideantur. Dignè ferentes sunt, qui sicut extra lucent per lumen, quod ipsi ferunt in manibus, ita lucēt interius per ueram fidem, & in hoc festiuitas,& gaudium magnum. Portātur itaq; in processione cerei ardētes, ꝓpter
14 sex causas †Primò,ut unusquisq;se illuminet, & opera sua lumine patefacta alijs insinuet.Secundò,ut ritum Gentilium in melius commutet religio Christiana. Romani nanq; de quinto in quintū annū in Calē. Februarij,ad honorem Februę matris Martis,qui,ut putabāt, erat Deus belli, illustrabant urbem tota nocte cum cereis ac facib. accensis, ut filius eius eis uictoriā de hostib. concederet.cuius matrē tam solemniter honorabant, quod Festū à Burbale dicebatur.Ipsi aūt in mēse Februarij sacrificabant Februo,i. Plutoni cū cæteris dijs infernalibus pro animabus antecessorum suorum, ut propitiarentur ipsorum eis solemnes hostias offerentes, & tota nocte eorum laudibus cum cereis facibus accensis;uigilantes,mulieres quoque Romanorum his diebus festum lumi num exercebant.Gentiles nanq; pro eo, quod dr̃ Pluto, Deus infernalis concupiscens Proserpinam speciosissimam, eam in principio huius mensis rapuit, deamq; fecit,quam Ceres eius mater, & parentes facib. accēsis ꝓ syluas de nocte in Aethna monte Siciliæ multo tēpore quæsierunt, prout Poetarum fabulæ fingunt. idcirco & ipsæ in principio mensis Februarij in memoriam huius rei de nocte urbem lustrabant ambiendo ipsum cum facib. ardentibus. Idolatræ enim,sicut legitur in libro Sapientiæ,obscura facrebant. Hos *Sap.17.*
igitur lustrandi mores Sergius† Papa mu 15
tans in melius, statuit festum purificationis in honorem matris Domini in eodē mense,& tunc processiones fieri, ut plebs uniuersa portans cereos ardentes in manibus per Ecclesias procederet in memoriam cęlestis regni, quando omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus obuiam sponso uenientes mox cum eo ad
nuptias supernæ ciuitatis intrabunt.† Ter 16
tiò,ut per hoc prudentes uirgines imitemur quarum beata uirgo est caput, ut accensa in nobis lampade castitatis, & bonorum operum cum eis in templum glorię, ad uerum sponsum ingredi mereamur.
Quartò,quia lumen, quod est ad reuela- *Mal.19*
tionem gentium sicut dixit Symeon, hac die pro nobis est præsentatum. Hæc ergo processio significat illā Symeonis. Quintò,ad notandum diuinitatē & humanitatem Christi,ut præmissum est. Sextò ad ostendendum Virginis puritatem, ne qs audiēs eius purificationem, credere posset eā purificatione indiguisse. Portamus ergo candelas accēsas; quasi ipso facto dicat ecclesia. Virgo beata purificatione nō indiget,sed tota rutilans, tota splendens, & propter causas prædictas cādelaria nuncupatur. Hoc† festum caret octauis,qm 16
licet Christus legaliter fuerit p̃sentatus in templo,nullus tm̄ Doctor nos coarctat, q̃ infantes die quadragesima natiuitatis eorum præsentemus in templo. Vnde sicut præsentatio puerorum ad templū,ꝑm veterem ritum defecit, quia hodie fit in baptismo,ita & octaua ὑπαντης. In octauis.n. sicut per primum diem recolimus qd̃ factum est,ita per octauā rem,ꝑ qua factū est.De festis annunciationis, assumptionis, & natiuitatis in suis locis dicet.

S V M M A.

1 *Petrus Antiochia fuit incathedratus.*
2 *Petrus Apostolus fuit tripliciter exaltat⁹*
3 *Petri festū triplex ꝓpter progatiuas tres.*
4 *Petri incathedratio antiquitus festū epularum Petri dicebatur. Et eius dici officium nume.5.*

De

De cathedra Sancti Petri. Cap. 8.

DE cathedra† Sancti Petri Ecclesia solennizat, quando uidelicet apud Antiochiã cathedrali honore sublimatus esse perhibetur, quam sublimationem dicunt quidam actam esse à Theophilo Principe Antioche. cuius filium defunctum post annos quatuordecim Petrus suscitauit, ipsum populum ciuitatis conuertit, propter quod ibi Ecclesiam construxerunt, in cuius medio excelsam cathedram collocauerunt, ut Petrus ab omnibus audiri, & uideri posset, exaltauerunt, in qua sedit septem annis. De hoc igitur honore solemnizat ecclesia, quia tunc prælati ecclesiæ cœperunt loco præstare, & honore sublimari. Tunc enim completũ est illud psalmistæ. Exaltent eum in ecclesia plebis &c. Et nota, q̃ exaltatus est tripliciter, & ideo triplex festum celebratur. Primò † exaltatus est in ecclesia militãtium, eidem præsidendo, & eam in fide, & moribus laudabiliter regendo, ad quod pertinet hodierna festiuitas, ut præmissum est. Secundò in ecclesia malignantium ipsam, s. dissipando, & ad fidem conuertendo, ad quod pertinet secundum festum, quod dicitur ad uincula; tunc enim ecclesiam malignantium dissipauit, & plures ad fidem conuertit. Tertiò, in ecclesia triumphantium, in eam, s. introeundo feliciter, ad quod pertinet tertium festũ, scilicet passionis eius. Rursus † fit ei festum triplex propter priuilegium: fuit enim præ alijs priuilegiatus, & ideo magis honoratus in authoritate. Nam fuit princeps Apostolorũ, & claues regni cœlorum accepit. Fuit etiam seruentior in Christi amore, & efficacior in uirtute. Nam ad eius umbram sanabantur infirmi. Secundò propter officium. Ipse enim officium prælationis super uniuersam ecclesiam habuit. Quæ in tres partes mundi, scilicet Asiam, Africam, & Europam diffusa est, & ideo ecclesia ter in anno pro eo solemnizat. Tertiò propter beneficium, quia ipse, qui potestatem ligãdi atq; soluendi habuit, liberat nos a tribus generibus peccatorum, s. cogitationis, locutionis, & operationis. Vel quia in Deũ, in proximum, & in nos peccamus. Vel hoc beneficium potest esse triplex bonũ, quod uirtute clauium peccator in ecclesia consequitur. Primum est, absolutionis à reatu ostensio. Secundum est pœnę purgatorij in temporalem commutatio. Tertium pœnę temporalis secundum partem relaxatio. Quartò, propter debitum, quia scilicet tripliciter pauit, & pascit nos, scilicet uerbo, exemplo, & temporali subsidio. Quintò, propter exemplum, ut quia, scilicet nullus desperet, etiam si tertio Christum negauerit, sicut ille, si tamen uelit cum eo, Deum, corde, ore, & opere confiteri. ¶ Nec† est prætermittendum, quod hoc festum de incathedratione Sancti Petri olim festum sancti Petri epularum dicebatur. Fuit enim mos Gentilium, secundùm magistrum Ioannem Beleth, annis singulis in mẽse Februarij, hac die uinum, & epulas offerre Deo supra sepulchra parentum, motiforte propter illud Thobiæ tertio. Panem tuũ & uinum tuũ super sepulturam iusti constitue, quas de nocte dæmones consumebant. Ipsi tamen ab animab. circa sepulchra oberrantibus, quas umbras uocabant, uastari putabant, quod sancti Patres extirpare uolentes, festum de incathedratione Sancti Petri tã de illa, quæ Romæ, quàm etiam de illa, quæ Antiochiæ fuit facta, statuerunt fieri illo die, quo talia a Gentibus fiebant. Vñ de ab illis epulis festum consueuit appellari festum beati Petri epularum. Hac tamen die non dicitur in quibusdam ecclesijs nisi una collecta, & de illa incathedratione quæ fuit Antiochiæ facta. †Dicitur autem epistola. Petrus Apostolus seruus, quæ est. 1. Pet. 1. Et euangelium. Venit Iesus in partes. Matt. 16. tractus est. Tu es Petrus Matth. 16. cap. Ad horas dicitur c. Petrus Apostolus. 1. Pet. 1. ¶ In festo beati Matthiæ Apostoli dicitur epistola. Exurgens Petrus in medio. act. 1. c. Et euangelium, Confiteor tibi pater.

S V M M A.

1 *Annunciatio Mariæ, & eius diei officiũ ibi.*
2 *Annunciatio Mariæ iure accidit tempore Veris.*
3 *Deus multa operatur die 25. Martij.*

De

De Annunciatione Virginis Mariæ. Cap. 9.

FEstum Annunciationis beatæ Mariæ est, quoniã angelus et bonos † rumores nunciauit, & ipsa Saluatorem concepit. Tunc autẽ impletæ sunt prophetiæ. Vnde ecclesia legit & cãtat de Prophetis. quare introitus est. Rorate cœli desuper, & nubes, i. prædicatores, pluant, i. annuncient iustũ, i. Christum; quia antonomaticè dr̃ iustus Christus. Aperiat̃ terra, i. beata Virgo. Aperiatur inquã per cõsensum, & germinet, i. concipiat, Saluatorẽ, idest, Christum: De hoc dictum est sub prima dominica de Aduentu. Epistola est. Egredietur virga. Esa. 11. c. Aliæ tñ Ecclesiæ dicunt. Locutus est Dominus ad Achaz, quæ est Esa. 7. c. Euangelium est. Missus est Gabriel. Luc. 1. c. Et quod ibi dicitur. Et hic mensis &c. Sic exponitur, hic mensis, s. Martius: in quo beata Virgo concepit, est sextus illi, i. à conceptione illius, s. Elisabeth, quæ vocatur sterilis: quia illa cõceptio Ioan. Baptistam octauo Calend. Octobris. Dicitur ét per horas ca. In diebus illis notum faciet Deus. Hier. 30. c. ¶ Cõpetit † aũt hoc festum tempori Veris. Nam tempore Veris Deus factus est homo, & omnia facta sunt noua. Hoc aũt festũ est de Domino, & de beata Maria, quare eadẽ ꝓfatio dr̃ in Natali, & in Annunciatione Dñi: de Annũciatione Domini cõsueuit opponi, & Gloria in excelsis, & Ite missa est, & Te Deũ laudamus in ea cantari non debeãt: de quo dictum est in proœmio huius partis. Si hoc festũ fuerit in dominica passionis, vel oliuarũ, ad secũdam feriam transmutabit̃. Hoc. n. gñale est priuilegiatis dominicis. Si autẽ in triduo ante Pascha occurrerit: in sabbato ante palmas, secundum quosdã antici pabitur. Quidam verò illud transferũt vsq; ad octauas. Similiter si fuerit in die Paschæ, non cõgrue poterit intra hebdomadã celebrari, in quo historia de aduentu compilata cantatur: vnde melius est, q̃ ad secundam feriam post octauas transferatur. In hac die † dr̃ per diuersa temporum curricula Deus multa operatus, q̃ quidam sic egregijs versibus perstrinxit.

Salue festa dies, quæ vulnera nostra coerces.
Angelus est missus, est passus, et i cruce Xps.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedech, Isaac supponitur aris.
Est decollatus Christi Baptista beatus.
Est Petrus erectus, Iacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt.
Latro per Christũ tam dulce suscipit amen.

S V M M A.

1 *Paschale tempus octauam ætatẽ, hoc est vitam æternam designat.*
2 *Philippi, & Iacobi minoris festum curricatum calendis Maij. Et eius diei officium nu. 7.*
3 *Iacobus minor cur dictus frater Domini*
4 *Mariæ Virginis genealogia.*
5 *Iacobi minoris vita, dignitas, & sanctitas. Eius deinde interitus. nu. 6.*

De sanctis Apostolis Philippo, & Iacobo Cap. 10.

PAschale tps, sicut sæpe dictum est, octauam † significat ætatẽ, vbi bonum, q̃ erit singulorum in disparí charitate, erit eorũ omniũ, quia vnusquisq; de bonis alterius gaudebit, vt de suis, & bonum omniũ erit singulorum. Vt ergo tps paschale concordaret solennitatibus, quæ intra illud cuniũt, præsertim cum Apostolis in ecclesia primitiua non haberent particulares solennitates, statutum fuit, vt in calen. Maij celebrarẽtur † solennitates ad honorem omnium Apostolorum, vt dies varij non viderentur diuidere, quos vna dignitas & Apostolatus in cœlesti gloria fecit esse sublimes, quod festum Græci celebrare dicũtur in festo Apostolorum Petri & Pauli. Hac ét die festum est Apostolorũ Philippi & Iac. qa forte die ista passi sunt. Sane Iacobus iste dictus est minor, ad differẽtiam Iac. Cõpostellæ, siue Zebedęi qui dictus est maior, nõ ætate, sed vocatione, sicut cõtingit in Episcopis, q̃ loco Apostolorum

lorum sunt; quoniam qui primo consecratus est, alios quantūlibet maiores, antecedit. 17. dist. §. fi. Primo. n. à Dño vocatus est, & primo ei adhęsit, & sibi magis fuit familiaris. In secretis. n. illum vocabat, s. quādo transfiguratus est, & qñ suscitauit mortuum in Domino: dictus etiā
3 est iste, † Iacobus Alphæi, quia fuit filius Alphæi, dictus est etiam frater Dñi, secūdum carnem, de cons. dist. 1. Iacobi, quia dr fuisse consimilis ei facie, vel quia erat filius Alphęi, frater Ioseph, viri beatę Mariæ, & Marię sororis eius, qui. n. ex vtraq; parte sanguinis coniungebantur, apud Iudæos fratres vocabantūr: Iesus. n. putabaī filius Ioseph. vel dr frater Domini, i. consobrinus, quia filius sororis beatæ Mariæ, quem morem Tusci seruāt, sed & Ioseph dicitur cognatus Domini, vel quia pater putatiuus, vel quia cognatus Domini ex parte matris, s. beatæ Mariæ. Ad clariorē autem † præmissorum euidentiam notan
4 dum est, q̄ Ioachin pater beatæ Mariæ accepit vxorem nomine Annam, quæ habuit sororem nomine Imeriam: hæc aūt Imeria genuit Elisabeth, & Eliud. Elisabeth genuit Ioānem Baptistam: de Eliud natus est Emineud: de Emineud natus est sanctus Seruatius, cuius corpus in oppido Traiecti super flumē Molæ in episcopatu
1 Leodiensi requiescit. Anna aūt tres viros dicitur habuisse Ioachim, Cleopham fratrem Ioseph, & Salome. De primo habuit filiam, s. Mariam matrem Domini, q̄ dedit Ioseph nuptui, quę genuit Christū; generatio ipsius Ioseph, & Mariæ posita est in sexta parte sub festo Natalis Domini. Primo aūt viro defuncto; de secundo similiter genuit aliam filiam nomine Mariam, q̄ Alphæo postmodum in cōiugem dedit Hęc autē Maria genuit ex Alphęo quātuor filios, s. Iacobū minorem, Ioseph iustum, qui & Barsabas dictus est, & Simonem, & Iudam. Ex tertio viro, s. Salome, secundo mortuo, genuit aliam similiter filiam, nomine Martā, & Zebedæo in coniugē tradidit, ex quo duos filios habuit, s. Iacobum maiorem, & Ioannem euangelistam. ¶ Porrò † Iacobus iste merito suæ
5 professionis cognominatus est iustus. Ex vtero. n. dicitur sanctus fuisse: ipse n. à Petro, & Iacobo, & Ioā. Apostolis ordinatus est primus Hierosolymitānorum episcopus. 66. dist. pono. Ipse vna etiam cū Basilio Episcopo Cæsarien. addidit nobis in scriptis Missæ celebrationē. de cons. dist. 1. Iacobus, ipse quoq; traditur primam celebrasse Missā post pascha Domini in Hierusalem, & Petrus primus in Antiochia. Iste vinum vel siceram non bibit, nullam carnem comedit, nunquam tonsus, nunq̄ vnctus, nunquam balneo vsus est, & in tm genib. terræ defixis orabat, vt eius genua camelorū excedere duritiam crederet. † 6
Iste præcipitatus est à Iudęis de pinaculo templi, cum nomē Christi prædicaret, & cum pticis fullonū interfectus. Fullo. n. est, qui lineos pannos candificat. Quidam autem dixerunt propter peccatum interfectionis eius Iudæos destructos fuisse p Titum, & Vespasianum, & ita non attribuūt destructionem illam morti Christi. In hoc festo † dicunt quidam Ecclesię in- 7
troitum. Exclamauerūt, Neæmiæ. 9. c epistolam Stabunt iusti. quæ est Sapient. 5. c. euangelium. Non turbetur cor vestrum, quod est Ioan. 14. c. & postcōmunionem, Tanto tempore. Io. 14. c. dicitur autem ad horas capitulum. Stabunt iusti, Sapi. 5. c. & illud. Nos insensati. quod est ibidem, 2
& illud. Non esurient. Apoc. 7. c.

S V M M A.

1. Crucis priuilegium, & eius inuentionis officium Ecclesiasticum, nu. 2.
3 Crucis duplex festum.
4 Crucem inuenit Iudas.
5 Iulianus monachus, diabolo amicus, apostata, & Christianorum persecutor, cuius tumulus ad hunc diem fœtorē intolerabilem emittit. num. 6.

De inuentione sanctæ Crucis. Cap. 11.

IN sancta † Cruce Domini secūda spes habetur, Sicut enim beata Virgo portauit Dñm, ita & sancta crux suo modo Et sicut Dominus dat aquis baptismalib. sanctificare, & alijs sacramentis, ita per tactum dominicæ carnis sanctificatum fuit lignum, vt nos suo modo sanctificare possit: & quia ita crux saluat per talem effectum, quem habet, ideo de ea cantatur,

5 tātur, O † crux splēdidior astris &c. Quę sola fuisti digna, s. dignitate tibi data, portare talentum mūdi &c. Et quia finis eru eis est gloria, ideo in fine pluriū antiphonarum de cruce dr alleluia. Dicitur autē per horas cap. Mihi autem absit gloriari.
3 Gal. vlt. Fit autem duplex festum † de cruce, uidelicet exaltationis, de quo suo loco dicetur, & inuentionis; quia inuenta fuit crux tpe Eusebij Papę à B. Helena matrē Constantini, mediante Iuda, qui tunc Iudæus erat. Vnde in canone ipsius Eusebij de consec. dist. 3. crucis. ita legitur. Crux Dñi nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenentib. quinto nonas Maij inuenta est, in prædicto Calen. die inuentionis festū vobis solemniter celebrare mādamus. est autē maius hoc festum, quàm festū exaltationis, prout ibi dicetur. Legitur autem
4 † ne prædicto Iuda, q̄ conuersus ad fidē, factus est postmodum Eps Hierosolymitanus, & mutato noīe vocatus est Quiriacus. De quo dr diabolus sic prophetasse. Iudas Christum morti tradidit, sed iste Iudas illum mortuum exaltauit, & artes magicas detexit, sed Iulianus familia-
5 ris † & amicus meus, cito rex erit, qui me de isto vindicabit, quod factū est, 11. q. 3. Iulianus 1. & 2. Nam Iulianus monachus ab ordine apostatās acquisiuit per nefas consulatum Romanū, & inde factus Imperator, & Christianorū persecutor, illū diuersis pœnis afflixit, & interfici iussit. Legitur quoq; q̄ quidam miles nomine Quiriacus hunc Iulianum postea interfecit. De isto Iuliano legit̄, q̄ adhuc apud Constantinopolim de tūba sua fœtor intolerabilis progreditur. Si quærat, quare
6 fit festum † de cruce, in qua Christus fuit dehonestatus, & flagellatus, & non de asina, in qua fuit valde honoratus, nec ét de alijs, quæ ipse tetigit? Responderi pōt, q̄ laus & honor super asinam impēsus transitorius: & mundanus fuit, nec inde salus nostra prodijt, de quo curandum nō est. Præterea per alia, quæ ipse tetigit, nō legūtur miracula, & sanitates fieri, nec per illa redempti sumus: dehonestatio verò in cruce facta nostra redemptio fuit. Dicitur hodie introitus. Nos aūt. Gal. vlt. c. & legitur epistola, Confido de vobis in Domino. Gal. 5. c. pro eo q̄ ibi dr. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Aliæ ecclesiæ dicunt. Hoc sentite. ad Philip. 2. Euangelium est. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro &c. Quia crux Dñi ad literam inuenta est in agro, vel mortaliter in agro ecclesiæ inuenitur crux Dñi, quę dr thesaurus, quia emptum est per eā nobis regnum cęlorum, qui videt hunc thesaurum in ecclesia, vadit, & vēdit omnia, quæ habet, i. omnes transitorias delectationes, & emit agrum istum, vt sit de ecclesia. Alij dicūt. Erat homo ex Pharisęis Io. c. 3. Et est notandum, q̄ festum Crucis fit semper cū festo martyrum; quia crux significat martyrium. Et ideo in festiuitatibus Sanctæ Crucis leguntur in quibusdam Ecclesijs sex lectiones de martyrib. & officia commiscentur. De signo crucis dictum est in proœmio quintæ partis.

S V M M A.

1 Angelorum festum q̄ agit Ecclesia duplici de causa.
2 Michael princeps est angelorum, qui mittuntur.
3 Michaelis festum cur institutum, & cur potius ei dicatum, quàm cæteris angelis, num. 4.
5 Michaelis festum, quod habeat officium.
6 Angeli semper nobis adsunt, & parati sunt orationes nostras sursum deferre. nume. 7.

De reuelatione Sācti Michaelis. Cap. 12.

ECclesia facit † festum de angelis duplici ratione. Prima est, quia nobis 1
ministrant. Omnes. n. sunt administratorij Spiritus sancti in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, sicut hr in epistola ad Heb. 1. Secunda ratio est, quia pugnant pro nobis cōtra angelos malos, nec permittunt nos tentari supra id, quod possumus. De hac pugna dicitur in Apoc. Factum est prælium in cœlo. Hoc bellum erit maxime tēpore antichristi, & in morte martyrum fuit, & semper est. & eiectus est draco, ideſt, diabolus de cœlo, ideſt, de cœlestibus ho-

minibus,& deiectus in corda malorũ hominum. Huius aũt belli princeps est beatissimus Michael,& ideo sit ei festũ,licet sit de vltima hierarchia,de inferiore.s.ordine. Sunt.n.nouem ordines angelorum, prout dictum est in quarta parte, sub tit. de præfatione, qui quamuis omnes mittãtur,qm̃,vt præmissum est, sunt administratorij spiritus,& in Esa.7.habet,q̃ missus est ad eum vnus de Seraphin,raro tamen mittuntur. vnde Daniel, Millia millium ministrabant † ei &c. Eorũ verò qui mittuntur princeps est Michael, qui fuit Princeps Ecclesiæ Iudęorum,vt habetur in Daniele. modo est Princeps Ecclesiæ Christianorum. In Iudæis.n. fuit aliquando Ecclesia,quæ nunc est in Christianis.

Apoc.12

Dan.7.

¶Hoc † autem festum quod est commemoratio victoriæ sancti Michaelis, inde originem sumpsit,quia cũ barbari depopularentur Apuliam,Christiani triduano ieiunio indicto, sancti Michaelis auxiliũ implorauerunt,per cuius visibile patrocinium fugam terbarbari dederũt,& Christiani victoriã habuerunt. Vocatur ét festum reuelationis; qa in monte Gargano reuelatus est,ut sequitur. Sane Michael, Gabriel, & Raphael, nomina personalia sunt angelorum: alia vero sunt ordinum, vt dictum est in 4.parte,sub tit.de præfatione.Sed cum † hoc festum sit cõe omnium angelorum, quare specialiter denominatur festum sancti Michaelis,& nõ Gabrielis,vel Raphaelis? Respõdeo, Michael est,qui est missus in Aegyptũ, & fecit illas famosas plagas, qui diuisit mare rubrum, qui eduxit populũ per desertũ, & eduxit in terram promissionis. Ipse est ꝓpositꝰ paradisi,& custos,& est susceptor aiarum, & Princeps Ecclesiæ,& ideo eũ magis venerari debemus. Secunda rõ est, quia ipsemet fundauit Ecclesiã, & consecrauit Altare,vñ dr, Stetit angelus iuxta aram templi &c. hoc fuit in monte Gargano: postea vero reuelauit hoc hominibus per Episcopum illius regionis. Tertia rõ est,vt hoies venerãtes angelos,perueniant ad consortium angelorum, & ea de cã in diebus dominicis & festiuis solennitatibus,nouem psalmi,nouem lectiones, & nouem responsoria cantantur, vt per cantum istorum ad cõsortium peruenias mus nouem ordinum angelorum,quorũ proprium est Deo cantare. Congaudendo taũ angelis dicit. Ecclesia in introitu. Benedicite Dñm omnes Angeli eius. & quia angeli laudant, & nos similiter Deũ laudare debemus. Vnde sequitur versus. Benedic anima mea Dominum. Epistola vero Apoc. 1.c. sumit. Significauit Deus, quæ oportet fieri cito &c. Sequitur ibi, Io. septem ecclesijs per septem Ecclesias vel per septem spiritus quantum ad intelligentiã, quæ ad hanc diem pertinet, vniuersitas angelorum intelligitur, per septẽ dies currit vita præsens. Sequitur responsorium, Benedicite, & versus, Benedic. Ratione qua supra. Alleluia est. In cõspectu angelorum psallam tibi. hocaũt ideo dicit ecclesia, qa parati sunt † angeli deferre Deo orationes nostras. Semper.n. nobis adstant & aspiciunt nos, & ausultãt. Vnde in canticis. Qui habitas in hortis amici, i. angeli ausculãt te. Per istos, s. bonos, compassio, illos. s. malos, passio, s. inuidiæ cogit, ut in nos aspiciãt. Sequit euãg. Accesserunt &c. Mar. 8. c. in quo præcipitur vitari scãdalum paruulorum, quia ibi fit mentio de angelis. Amẽ dico vobis. quia angeli eorum in cœlis semper videt faciem patris mei, qui in cœlis est. Quia vero parati sunt deferre † orationes nostras, in offertorio ostenditur. Stetit angelus iuxta arã tẽpli, Apoc. 8. Et data sunt ei incensa multa, idest, orationes accensæ igne charitatis,& ascendit fumus aromatum, i. oratio in cospectu Dei de manu angeli. in postcommunione verò placuit ecclesiæ, sicut prꝰ benedicere, vnde dicitur in quibusdã ecclesijs, Benedicite angeli Dominum &c. Sanè, q̃ Michael legitur cum dracone pugnasse, intelligitur allegoricè Michael, i. Christus, historicè vero; quia Michaelis & aliorum angelorum eius ministerio diabolus describitur in ecclesia ꝓpter laicos esse depulsus. In hoc festo dicitur capitulum, Signi ficauit. Et illud. Beatus qui legit, & illud Ioan. Septem, quæ sunt Apoc. 1.c.

Cant. 8

S V M M A.

1 *Gerualsi & Prothasi festum ex institutione Gregorij.*

De

De Sanctis Gerualio & Protasio. Cap. 13.

1 IN festo Sanctorum† Gerualij & Protasij cantatur ex institutione Gregorij introitus. Loquetur Dominus pacem in populo suo, ex eo quod tali die pax inter Romanorum Imperatorem & Agisulphum Regem Longobardorũ exti tit reformata; quem Regem Theodosia eius vxor Christianissima, cui Gregor. libr. dialog. scripsit, ad fidem cõuertit. Officia namque Sanctorum partim conueniunt ipsis Sanctis, partim his euntibus, qui in ipsorum euenere diebus.

S V M M A.

1 *Ioannis Baptistæ festum duplex agit Ecclesia, & cur ita. Et eius Missa. n. 3. & 8.*
2 *Ioannes Baptista cur dictus Lucifer.*
4 *Ioannis vigilia habet ieiunium.*
5 *Ioannes Euangelista quo die obierit.*
6 *Ioannes Baptista, & Beata etiam Maria fuerunt in peccato originali concepti.*
7 *Ioanni Euangelistæ hymnũ diaconus canit voce recuperata, quam prius amiserat.*
8 *Ioannis Baptistæ quadragesima.*
10 *In vigilia Ioan. Baptistæ cur ignes accendantur, & qua significatione. & num. 11. Et cur ossa comburantur. nu. 12. Et cur rota voluatur. nume. 13.*

De Sancto Ioanne Baptista. Cap. 14.

1 Matt. 11 QVIA inter † natos mulierum non surrexit maior Io. Bapt. meritò ecclesia celebrat festum de illo, & facit ei duplex festum, scilicet natiuitatis & decollationis. ¶Natiuitatis pp quatuor. ¶Primo, propter historiam; qm̃ dicit Dñs de eo per angelum, sicut in Euangelio hr. Et multi in natiuitate eius gaudebũt, quod etiam pp Sarracenos dictum est, qui hoc festum celebrare dñt. ¶Secundò, pp allegoriã & ministerium; quia per Ioannem figuratus est ortus gratiæ, quã nobis attulit Christus. Ipsum.n. Ioan. præcessit in annunciatione, in natiuitate, & ꝓdicatione, in passione, & ad inferos descensione. ¶Tertiò; quia sicut B. Virgo sanctificata fuit in vtero matris, ita, & ipse. ¶Quartò; quia ipse primus annũciauit gaudia æterna, & ideo dr Lucifer & turtur. Vnde in canticis. Vox turturis audita est in terra nostra, & Iob. 38. c. Nunquid duces Luciferum in tẽpore suo: & eius natiuitas fuit per Gabrielem nunciata. Ideo aũt Ioannes † dictus est Lucifer; quia obtulit nouum tempus. Et inde est, q̃ in quibusdam ecclesijs habent Missam in mane; quia natiuitas fuit quasi aurora; Natiuitas verò Christi fuit quasi ortus solis, uel ideo dr missa in ortu diei; quia legitur in euangelio Lucæ, q̃ ipse fuit sanctificatus, & Spiritu sancto repletus in vtero matris, quare merito laudandus est creatur in exordio diei, qui illum dignatus est honorare in vtero matris. Habet etiã aliam propriam missam, sicut † & alij Sancti, quæ dr circa tertiã. Vel prima missa est de vigilia Euãgelistę, uel alia dr, quia ipse fuit martyr & præcursor. Vnde illa missa est vnius martyris, & est introitus. Iustus ut palma florebit in domo Dñi. De ipso nanq; prophetauerunt Esaias, & Hieremias, Hiere. ipso uitæ actu, quia fuit ei similis. Esaias, vt in epistola hr hodierna. Audite insulę, & attendite populi de longe. Esa. 49. ibi etiam sequitur. unde sumitur introitus. De uentre &c. Sequitur etiam ibi. Posuit os meum, ut gladium acutum. Gladius acutus est lingua prædicatoris; qm̃ abscindit superflua. Sequitur. Posuit me quasi sagittam electam. Sagitta electa est prædicator, qui facit, qd docet. Sagitta acuta fuit Ioannes, cum dixit. Genimina uiperatũ, quis docebit uos fugere ab ira ventura? rñsoriũ est. Prius q̃ te formaré &c. Hiere. 1. c. & est de natiuitate eius. Alleluia est. Tu puer. Luc. 1. cap. & illud, Inter natos &c. Mat. 9. c Euangelium est. Elisabeth impletum. Luc. 1. dr autem hac die capitulum. Audite insulæ. Esa. 49. cap. & illud. Prius, quam te formarem. Hiere. 1. c. & illud. Reges videbunt. Esa. 49. cap. ¶Porrò in uigilia beati † Ioannis Baptistæ ieiunamus, quasi compatientes ei, qui in deserto ieiunauit, & asperam uitam duxit, & uigilia ipsa plenum ha-

Cant. 2.

Luc. 2.

3

4

bet officium, quia post Ioã. decollatione Christus crucifixus fuit, & agnũ comedit. Fuit. n. Ioan. quasi lapis angularis, i. uetus
Mat. 11 & nouum Testm̃ coniungens. Vnde tunc magis solemnizamus propter mysteriũ, quã propter personam ipsam: & qm̃ ipse fuit medius inter utrunq; testm̃. quia fuit finis neteris, & initium noui Testamenti, nam & lex & Prophetę usq; ad Ioannẽ, videlicet inclusiue. hinc est, q̃ huius diei officium partim de ueteri, & partim de
5 nouo est testõ. in † hac autem die Ioannes Euangelista obijt, sed eius festũ translatum est, prout sub eius festo dicetur. Festum autem decollationis non ita solemnizat ecclesia, sicut istud, prout ibi dicet. Fuit, ergo, ut præmissum est, in utero sanctificatus, sicut & Hieremias. Vnde & de Hiere. legitur in hac die, quod probatur
Luc. 2. per illud, quod dr̃ in euãgelio. Et replera est Spiritusancto Elisabeth, & exultauit in gaudio infans in utero meo. sed quo genere sanctificationis, nõ legimus. ¶ Di-
6 cunt † tñ quidã, q̃ ab omni peccato mundatus est, sed in glosa super illo loco. Tu vis à me baptizari? ego a te debeo baptizari, i. ab originali peccato mundari: dr̃, q̃ in persona generalis hominis loquebatur, fuit tñ in peccato originali cõceptus, similiter & B. Virgo; de quo, & quare eius natiuitas celebretur, sub purificatione dictum est. Paulus historiographus, Romanæ Ecclesiæ diaconus, Cassinensis monachus, quadam die cum uellet paschalem
7 cereum cõsecrare, raucæ factæ sunt † fauces eius, cum prius uocales essent. Vt ergo uox sibi restitueretur, composuit in honorem B. Ioan. hymnum. Vt queãt laxis resonare. in cuius principio petit uocis restitutionem, quam obtinuit, sicut & merito S. Ioan. restaurata est Zachariæ.
8 ¶ † In hoc festo non cantatur frequenter alleluia, sicut fit in festiuitatibus Petri & Pauli, & aliorum, in quorum ultimis nocturnis personatur. Ratio est, quia ipse figurat legẽ, & quia natale huius fuit ante Christi resurrectionẽ, & ante gaudium. Quidam tñ faciunt officium sine alleluia in initio noctis, propter figuram legis, & postea iterant officium cum alleluia in medio noctis, terminantes illud in principio lucis, in memoriam antiquæ obser-

uationis, de qua, & quare in hoc festo nocturni cantantur in initio noctis, dictum est in quinta parte sub titulo de nocturnis. ¶ † Nota, q̃ antiquitus solebat una 9
quadragesima celebrari ante hoc festum, & alia ante Natale Dñi, sed postea propter fragilitatem hominum redactũ fuit ad tres septimanas ante natale, & tres añ hoc festum. Vnde prohibitum est in decretis. 33. q. 4. non oportet. & c. seq. in illis tribus septimanis ne nuptiæ fiant, sed & hoc abolitum est, prout dictum est in prima parte, sub tit de Sacris. ¶ Fiunt † aũt 10
tria specialia in hoc festo. In uigilia namque in quibusdam partib. ex antiqua obseruatione colligunt hoies & pueri ossa, & quædam alia immunda, & insimul cremãt, ut exinde fumus in aerem producat. Ferunt etiam brandas siue faces, & cum illis circuunt arua. Tertium est; quia rotam uoluunt. Qui immunda cremant, & fumum in altum produci faciunt, habent hoc à Gentibus. Antiquitus. n. dracones hoc tempore ad libidinem propter calorem excitati, uolando per aerem frequenter in puteos & fontes spermatizabãt, ex quo inficiebãtur aquæ, & tunc erat annus lætalis ex aeris, & aquarum corruptione, quia quicunq; inde bibebant, moriebantur, aut grauem morbum patiebantur, qđ attendentes Philosophi, ignem iusserunt frequenter & passim circa puteos & fontes fieri, & immunda, & quęcunq; immũdum redderent sumũ, ibi cremari. Nanq; per † talem fumum sciebant posse fugari 11
dracones, & quia tali hoc tẽpore maximè fiebant, ideo hoc adhuc ab aliquibus obseruatur. Sunt. n. dracones animalia, unde in psal. Laudate Dñm de terra dracones, non thracones, i. meatus terræ, prout quidam dixerunt, quæ quidem aialia in aere uolant, in aquis natant, per terrã ambulant, nil immundũ sustinent, & fugiunt propter fumum oliferum, sicut elephantes propter grunitum suum. Est † etiam 12
alia ratio, quare ossa animalium comburuntur, uidelicet in memoriam, q̃ ossa Ioannis Baptistæ à Gentibus in ciuitate Sebastæ combusta fuerunt: uel potest hoc referri ad nouum Testamentum. Abijciunt. n. pueri uetera & comburunt, ad significandum, q̃ adueniente noua lege,

uetus

uetus testamentum debet cessare. Dictũ est. n. uetustissima ueterum non comedetis, & nouis superuenientibus uetera pijcietis. Feruntur quoq; brandæ, seu faces ardentes, & fiunt ignes, qui significãt sanctum Ioannem, qui fuit lumen, & lucerna ardens, & præcedens, & præcursor ueræ lucis, quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Vnde dicitur Io. 6. Est lucerna ardens, lucens ante Dominum, qui viam Domino præparauit in eremo. Rota † in quibusdam locis 13
uoluitur, ad significandum, q̃ sicut sol ad altiora sui circuli peruenit, nec altius potest progredi, sed tunc sol descendit in circulo. Sic & fama Ioannis, q̃ putabatur Christus, descendit, secundum, q̃ ipse testimonium perhibet, dicens. Me oportet minui, illam autem crescere, qđ dicunt quidam dictum esse, eo q̃ tunc dies incipiunt minui, & in Natiuitate Xpi crescere. Sed quia ante festum S. Ioannis decrescunt, & ante natale Dñi crescunt, intelligendum est de Natiuitate in matre, qm̃ scilicet conceptus est uterq; qm̃ Ioannes conceptus fuit decrescentibus diebus, ut in Septembri, & Christus in crescentibus, ut in Aprili, uel dic de morte utriusque: nam corpus Christi exaltatum est in cruce, corpus Ioannis capite minoratum.

S V M M A.

1 *Petrus, & Paulus eadẽ die, & anno passi sunt.*
2 *Petri, & Pauli officia distinxit Grego.*
3 *Petri, & Pauli octaua quod habeant officium.*

De sanctis Petro, & Paulo. Cap. 15.

1 DE Petro † & Paulo quæstio est, utrum eadem die passi sint. Nam Henricus Solitarius uelle uĩ, quod eadẽ die anno reuoluto Paulus passus sit. Sed Pelagius, & Nicolaus Papæ, & Ambrosius, & alij sancti Patres uolunt, quod eadem die, & eadem ẽt hora, sub Nerone Imperatore; uidelicet anno 14. Imperij eius: falsæ essent historiæ de illis scriptæ. Sed alioquin tñ in diuersis locis, licet in urbe, & diuersas pœnas passi sunt quia Petrus in urbe crucifixus est. Paulus vero, quia (sicut legitur in actibus Apostolorum) ciuis Romanus erat, quamuis natione Tharsensis esset, extra muros vrbis decollatus, quæ pœna honestior uidebatur & de ipso lac pro sanguine legitur profluxisse. Verum procedente tempore cum Costantinus Imperator in honorem vtriusq; ecclesias construxisset, & Roman. Pontifex vellet eorum corpora separare & dubitaret, q̃ cuius ossa forent, diuinitus respõsum est. Maiora ossa sunt Prædicatoris, minora Piscatoris, & sic adinuicẽ separata sunt, & in ꝓprijs ecclesijs collocata. Postmodum vero Siluester Papa uolens Ecclesias ipsas consecrare, tã parua, q̃ magna ossa ex æqua lance cum ſumma reuerentia ponderauit, & vnã meditatem in vna ecclesia, & aliam in alia ecclesia collocauit. Vnde quidam faciunt festũ de hac diuisione officiũ in Nonis, uel octauo Idus Iulij; quia tali die facta fuit alij illud faciunt 15. vel 16. die eiusdem mensis. Alij vero dicũt, q̃ festũ diuisionis Petri, & Pauli, q̃ celebrãt die illa, fit pp illam diuisionem, q̃ facta est in Hierusalem, post duodecim annos, quando separati sunt ad prædicandum Gentibus, in quo festo cantant illam magnam sequentiam. Cœli enarrãt gloriã. & euangelium Ascensionis. Recumbentibus &c. Incipientes ibi in fine. Dñs quidẽ Iesus postq̃ &c.
¶ Licèt † autem eorum festa eadem die 2
celebranda concurrãt. Beatus tñ Gregorius instituit, ut tãtum officium beati Petri ipso die celebraretur, tum quia tali die ecclesia B. Petri fuit dedicata, tum quia ipse prior fuit conuersione, tñ quia maior fuit dignitate, quoniam Romanæ Ecclesiæ tenuerat primatum. Et dicit̃ in Missa introitus. Nunc scio. Act. 11. Collecta communis vtriq;: Deus, qui hodiernã diem. quare non fit commemoratio de S. Paulo Epistola, Misit Herodes, quę est ibidẽ, Alleluia. Tu es Petrus. Mat. 16. Euãgeliũ. Venit Iesus in partes, quod est ibidem, vbi dr̃. Quem dicunt homines esse filium hominis? sed secundum Hieremiam in hebræo dicitur filius Adæ. p horas uero dicit̃ ca. Misit Herodes rex ma-

nus. Act. 12.c. & illúd, Angelus Domini & illud. Et Petrus ad se reuersos, q̃ sunt ibidem. Sequenti vero die fit festum de beato Paulo, & dr in Missa introit⁹. Scio cui. 2. ad Tim. 2. & Collecta: Deus, q̃ multitudinem. Graduale. Qui operatus est Petro. Gala. 1.c. Versus est. Gratia Dei, ad Cor. 15.c. Epistola. Notum vobis facio. ad Ga. 1.c. Alleluia, Tu es uas electionis. Act. 9.c. Euangelium. Dixit Simõ Petrus, Matth. 19.c. in alijs ecclesijs dicitur. Hoc est præceptum. Io. 15.c. Communio. Amen dico vobis. Matth. 19.c. Itẽ in nocturnali officio B. Pauli, quidam versiculi præmittuntur antiphonis laudum, ut dictum est in 7. parte, sub Trinitate, & dr capitulum. Bonum certamen. 2. ad Tim. 4.c. In octauis verò Apostolorum dicitur † illud. Confitebor tibi Domine rex. Eccle. vlt. uerum in vigilia dicitur introit us. Dixit Dominus. Ioan. vlt. & epistola. Petrus, & Ioan. Act. 3. Euangelium. Dixit Iesus Simoni Petro. Ioan. vlt. c. Habet autem hoc festum tria, s. ieiunium, solemnitatem, & octauam. Ieiunium, quia si volumus conregnare, oportet nos & compati. In die festi, de eorum glorificatione gaudemus. In octaua, de eorum futura beatitudine in corpore, & anima iam certi lætamur, & æternæ glorificationis meritum expectamus. De hac octaua dictum est in pœmio huius partis. Et not. q̃ Leo Papa I I. orans pro Neapolitanis ciuibus in mari cum Saracenis pugnãtibus, fecit illam collectã. Deus, cuius dextera beatum Petrum &c. Perfectis vero p eũ muris ciuitatis Leoninæ imponẽs seras portis, orans fecit illam collectã, Deus, qui B. Petro collatis clauib. &c. ¶ In festo Magdalenæ dr epistola. Mulierem fortem q̃s inueniet? quæ est in parabolis vlt. c. Euangelium. Rogabat Iesum, Lucæ 7.c.

S V M M A.

1 *Fratres septem.*

De septem Fratribus. Cap. 16.

1 CIRCA festum septem † Fratrũ notandum est tres fuisse matres, quarum quælibet habuit septem filios, & post passiones eorum, passæ sunt, uidelicet mater Machabæorum, cuius nomen ignoratur, & Felicitas mater istorum septem fratrum, & Symphoriana sapiens mulier, quæ sancta fuit.

S V M M A.

1 *Iacobus maior filius Zebedæi, euangeliũ docuit in Hispanijs. Et eius dies officium, nu. 2. Et quando fiat, nu. 3.*

De sancto Iacobo. Cap. 17.

1 IACOBVS † maior filius Zebedæi, fratrer Ioannis Euangelistæ missus est ad prædicandum Hispanis. Sed cum non posset nisi vnum Principem ibi conuertere, rediit Hierosolimam, sed tandem ab Herode decollatus, & in Hispaniam reportatus, quos viuus conuertere nequiuit mortuus diuino miraculo conuertit. Fit autem festum octauo Cal. Augusti, pro eo, quod in tali die fuit apud Compostellam trãslatus, non quod tunc obierit, quia occisus est ab Herode in diebus azymorum, vide licet octauo Calen. Aprilis, in Annunciatione Domini, s. circa Pascha, ut legitur in epistola huius diei. Misit † Herodes &c. 2
Et ita tunc propter dies ipsos festum non habuit: in Cal. uero Ianuarij fuit sepultus; quia ab Augusto vsque nunc sepulchri eius fabrica fuit protelata, † uel ideo 3
fit octauo Cal. Augu. hoc festum, quoniã hac die dedicata est sibi ecclesia in Compostella: Quare dictus sit maior, dictum est sub festo Apostolorum Philippi, & Iacobi. Hoc autem festum non hẽt vigiliam, uel ieiunium: prout dictum st in 6. par. sub 4. feria tertiæ hebdomadæ Aduẽtus. Hic die, dicunt q̃dam Ecclesiæ epistolam. Iam non estis, Ephe. 2.c. Aliæ: Benedictus Deus & pater Ephe. 1. & euangelium, Accessit ad Iesum. Mat. 20.c.

S V M M A.

1 *Fratrũ septem dormientium fere trecentis annis festum, ibidemque historia.*

De

De septem dormientibus. Cap. 18.

1 NVNC de festo † septem dormientium dicendum est, sex eorum potentes fuerunt in Epheso, tempore, quo Decius Cæsar persecutus est ecclesiam Dei, qui quam cito audierunt persecutionem, fugerunt in montem, & latuerunt in spelunca quadam, & secum magnam pecuniam portauerunt, sed parum cibi, quorum nomina sunt. Maximianus, Marcus, Martinianus, Dionysius, Ioannes, Serapion, & Constantinus. Hi cum essent in spelunca, prima die comederunt, quicquid habuerunt comestioni aptum, & dixerunt seruienti suo. Cras emes nobis cibos, quia parum hodie comedimus, & postea dormierunt. Tandem Decius quæsiuit eos. nam audiuit eos esse Christianos, sed dictũ est ei eos aufugisse in alias regiones, uel in monte latuisse, quod audiens fecit ostia speluncæ lapidibus obstrui. Post multum uero temporis, uidelicet 300. annos, quidam uoluit stabulum contra speluncam facere, & fecit magnum ignem, in quo soluti sunt lapides, qui erant in ostio speluncæ, & statim in spelunca refulsit splẽdor ignis, euigilati sunt septem dormientes, & sex qui potentes erant dixerunt septimo, qui erat seruus eorum, Dies est, uade nobis emere cibos. Putabant. n. se per unam noctem tantum dormiuisse Iuit ergo ille ad ciuitatem, & uenit ad macellum miratus ultra modum, quia cruces uide per uicos. & in triuijs, & in quadriuijs. Cumq̃ carnes emens obtulisset monetam quam habebat, non cognouerunt eam carnifices. & dixerunt. Vnde habes istos nummos? Qui ait, ex meo proprio labore. & illi, Vnde es tu? Qui ait, De patria ista. tunc illi, Qui sunt parentes tui? Ille ait, Isti, & isti. & nõ cognouerunt carnifices aliquos eorum, quos ipse nominabat. a longo. n. tempore eorum nomina cum illis erant sepulta. Iterum illi dixerunt. Sub quo Imperatore fuit illa moneta? ait ille, Sub Decio. Tunc illi admirati sunt, tum propter monetam, tũ pp ea, quæ referebat, æstimantes eum insanum esse. Qui ligauerunt eũ, & duxerunt ante põtificem ciuitatis, cui diligenter inquirenti quis ille esset, & unde, & ubi hanc monetam inuenisset, & de alijs, q̃ ipse retulerat carnificibus, ea put contigerat reuelauit. Tunc Episcopus ueniens cum uniuerso populo ciuitatis ad speluncam, inuenit eos sex, q̃ ibi remansera̅t iterum dormientes, & euigilatos secũ in ciuitatẽ adduxit, & singula sciscitatus ab eis, inuentum est eos in spelunca fuisse per annos fere 300. Præterea, in uentæ sunt plumbeæ tabulæ in ipsa spelunca, quas illi imposuerant ibi, qui mandato Decij obturauerant os speluncę. Imperatores erant tunc Honorius, & Archadius, q̃ cum prius dubitarent de resurrectione, hoc uiso, firmius crediderũt. Fuerunt aũt cum Episcopo p̃dicti septem iuuenes per aliquos dies, & postea mortui sunt libera morte. Vñ dicti sunt martyres, quia tam diu in spelunca manserunt.

S V M M A.

1 *Petri ad uincula festum quomodo institutum. Et quare ibi, & nu. 2.3.4. Eiusque diei officium. nu. 5.*

De festo S. Petri ad uincula. Cap. 19.

1 FESTVM † B. Petri ad uincula taliter secundum Bedã institutum fuit. Theodosia uxor Theodosij II. Impatoris Hierosolymam, pficiscens uidit in Alexãdria festum celebrari in Cal. Augusti ad honorem Cæsaris Augusti de triumpho habito de Cleopatra Regina Aegypti, & de Marco Antonio uiro eius. Vnde uehemẽter doluit, q̃ damnato, & Gentili tantus honor exhiberet. Veniens aũt Hierosolymam catenas, quibus Petrus sub Herode fuit alligatus, acq̃siuit, & Romam rediẽs eas Apostolico p̃sentauit, q̃ alias catenas, q̃bus sub Nerone fuerat alligatus, apportari p̃cepit, q̃ se tãgentes usq; adeo sunt miraculosè coniunctæ ac si semper fuissent exẽdẽ. Theodosius igit ad honorem B. Petri ecclesiam ædificauit, & ibi catenas imposuit, quæ dedicata est in Calen. August. ut solemnitas Piscatoris obscuraret solemnitatem Imperatoris, & catena Petri extingueret torquem Augusti. ¶ Secunda cã † institutionis huius festi est, pp memoriam liberationis beati 2

Petri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petri per angelum factæ a carcere, siue a vinculis, quib. per Herodem Agrippam tenebatur, ꝓut in epistola legit hodierna; & secundum hoc vr, q. deberet uocari
3 hoc festum a vinculis. ¶ Tertia† causa est quia cum Quirinus tribunus filiam haberet gutturosam, illa ad mandatum sancti Alexandri Papæ, qui Sextus fuit a beato Petro, quæsiuit bogas, siue vincula, qbus B. Petrus fuit uinculatus Romæ sub Nerone, quibus osculatis, liberata est, & Quirinus cũ tota sua familia baptizatus est: tunc dictus Alexander Papa hoc festum in Calend. Augusti celebrandum instituit, & in honorem B. Petri Ecclesiã in vrbe fabricauit, ubi vincula ipsa reposuit, & ad vincula nominauit, & Calen. Augusti dedicauit, & in qua festiuitate populus
4 illic ipsa vincula hodie osculatur. † Quarta causa potest esse, qa dominus Petrum a vinculis miraculose absoluit, & eidem ligandi atque soluendi potestatem dedit. Nos autem vinculis peccatorum ligati tenemur, & absolui indigemus. Ideo igitur in solemnitate ipsa, quæ dicitur ad vincula ipsum honoramus, ut sicut ipse a vinculis absolui promeruit, & absoluendi potestatem accepit a Domino, sic & ipse nos a peccatorum nexibus absolui obtineat. Hac† die dicitur epistola, Misit
5 Herodes. Act. 12.c. Euangelium: Venit Iesus in partes. Mat. 16.c.

S V M M A.

1 *Machabæorũ festum cur agat Ecclesia, & nu 2. & infra.*

De Machabæis. Cap. 20.

1 MACHABÆI isti, sunt illi, de† quib. fuit Iudas Machabæus, de quib. habetur in 2. Machab. Et cum ecclesia occidentalis nullius alterius Sancti veteris testamenti festum celebret, prout dictum est in procœmio huius partis; istorum tamen, & Innocentiũ festũ recolit, istorum
2 quidé propter quatuor. Primo: qa† passi sunt propter legis obseruationem, quia videlicet carnes porcinas contra legem comedere noluerunt. Secundo ꝓp martyrij prærogatiuam, ꝓut legit in historia scholastica, quia. n. inaudita supplicia sup Sanctos ueteris testamenti pertulerunt, ideo in hoc priuilegiati sunt, ut eorũ passio celebretur. Tertio; quia ipsi fuerunt septem fratres, & numerus septenarius est numerus vniuersitatis. Vnde in eis significãtur omnes martyres veteris testamenti, celebritate digni, & omnibus illis in istis reuerẽtia exhibetur. Quarto; quia ipsi ostenduntur in exemplũ martyribus noui testamenti, ut sicut illi ꝓp legis Mosaicę obseruatione passi sunt, ita & nos maximè, si necesse fuerit, parati simus p euangelio, & secundum hoc magis celebratur propter significatum, q̃ propter significans. Quidam vero dixerunt, q. illi Machabæi, sunt illi septem fratres, qui fuerunt filij Felicitatis.

S V M M A.

1 *Stephani protomartyris festũ quo die agatur, & cur statim a natali Dñico.*

De inuentione S. Stephani. Cap. 21.

1 SANCTI† Stephani protomartyris inuentio facta fuit die illa, qua celebratur eius passio, & passus est die illa, qua eius inuentio celebratur, scilicet in Augusto, sed festa per ecclesiã quatuor de causis translata sunt. Primò, quia cum beatus Stephanus fuerit protomartyr, & martyrium Sanctorum sit eorum natale in cęlis, merito statim post natale Dñi, natale protomartyris Stephani celebrat. Secundò, propter dignitatẽ: dignius nãq; est festum, quod est de morte, quam aliud. & ideo cõpetenter tanq̃ dignius statim post natiuitatem collocatum est. Tertiò; quia officium passionis eius concordat officio natalis Domini. Vnde illud; Hodie natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Quartò; quia in eius inuentione maxima multitudo hominum venit, qui videntes miracula plurima, quæ fecit Deus in illius inuentione, maiori cultu diem illum celebrauerunt annuatim, quàm etiam diem

mortis

mortis illius. Statuẽrunt ergo sancti patres, ut festum passionis eius transferetur ad hanc diem inuentionis, & ad festũ inuentionis, festum passionis, quia festum passionis maiori cultu dignum est, ut populus hunc diem, qui Natale Domini sequitur, feruentiori cultu celebret, quàm diem eiusdem festi in Augusto. Alia etiã ratio reddetur sub isto festo.

S V M M A.

1 *Domini transfiguratio cur die sancti Sixti celebretur.*
2 *Dominicæ trãsfigurationis die cõsecrãi vinũ nouũ. Et prima fruges, atq; faba n. 3.*

De Transfiguratione Domini. Cap. 22.

1 SEQVITVR† de festo trãsfigurationis Domini, qđ est in die beati Sixti, non quia tali die transfiguratio facta sit, sed quia tunc ab Apostolis, qui secũ fuerunt in monte, fuit manifestata, publicata, & prædicata. Præceperat enim Dominus, ne alicui diceret, donec a mortuis resurrexisset. Illi aũt vsq; ad hanc diẽ super hoc tacuerunt. Transfigurationẽ. n. constat factam fuisse circa principium Veris, eo. s. die, quo dr̃ euãgelium de transfiguratione, s. secunda hebdomada quadragesimę. † Nota, q̃ in quibusdam locis hac
2 die conficitur sanguis Christi de nouo uino, si inueniri possit; aut saltem aliquãtulum de matura vua in calice eliquatur. Benedicuntur ẽt racemi, ex quibus populus cõmunicat, & est ratio hæc. In die. n. cœnæ dixit Iesus Discipulis, Amen dico vobis, Amodo nõ bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei. Quia ergo hoc quod dixit nouum, & etiam transfiguratio pertinet ad illam gloriosam innouationẽ, quam Christus habuit post resurrectionem, & quam fideles post resurrectionem sunt habituri, ideo in hoc festo sanguis Chgisti ex nouo uino conficitur, & propter hoc etiam hac die nouæ aquæ benedicuntur. Eutic-
3 ianus Papa statuit, ut primæ† fruges, & fabæ super altare benedicantur.

S V M M A.

1 *Laurẽtius post beatũ Stephanum primatũ obtinet inter martyres. Et cur honorificentius præ ceteris colatur. & eius vigilia officium nu. 2. Et dies. num. 4.*
3 *Leuita quis.*
5 *Laurentio tria singularia hẽt priuilegia.*

De sancto Laurentio. Cap. 23.

1 BEATVS† Laurentius, quia post beatum Stephanum inter alios martyres primatũ obtinet, uigiliam habet, non quia maiorem pœnam sustinuerit, quam alij, nam multi tantam pœnam sustinuerunt, sicut beatus Vincentius, & beatus Georgius, & alij quidã, sed propter officium prædicationis, & ꝓp martyrij locũ, quia Romæ, & ꝓp bonã administrationẽ thesaurorum ecclesiæ, Vñ incipit introitus† in uigilia ipsius. Dispersit, dedit pau- 2
peribus. In die uero hẽt proprium officiũ *Ps. 110.*
uidelicet, Cõfessio & pulchritudo &c. & hoc ideo dr̃, quia propter confessionem fidei fuit assatus, & exaltatus, & apparuit eius sanctitas, cũ non timuerit sic tormentari pro Christo: quia uero ipse in tormẽtis positus iubilabat, ac Dño laudes cantabat ideo sequitur uersus, Cantate Dño cãticum nouum. In collecta uero illa. Da nobis quæsumus Domine &c. orat ecclesia se sic liberari, per Dominum ab igne vitiorum, & ipsa uitia in se extingui, sicut beatus Laurentius fuit liberatus ab igne tormentorum. Vnde ipse dicebat tirãno. Disce miser quanta est uirtus Dñi, nã carbones isti non dolorem, sed ꝓrefrigerium mihi præstãt in epistola uero. Qui parce. 2. Corin. 9. c. agitur de largitate eleemosynarum faciendarum pauperibus. quod præceptum strenue impleuit beatus Laurentius, qui thesauros ecclesiæ dedit pauperibus, & ut eum in hoc imitemur dr̃, Iustitia eius manet in sæculum sęculi. Respõsoriũ de passione eius est, eo ꝓp igne probatus fuit, sicut aurum in fornace probatur, & hoc est, quod dicit, Probasti cor *Psal. 16.*
meum, & ui. no. quia ad literam de nocte fuit assatus, & a Domino uisibiliter uisitatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitatus,& ideo dicebat. Mea nox obscurũ non habet, sed omnia in luce clarescunt. Versus est. Igne me exa & non est inuenta in me iniquitas, i. nęqualitas, quia semper & perfecte in fide constans fui. Vel nõ fuit inuenta in eo iniquitas, s. peccati. Alleluia est de nobili ministerio eius. Et quia erat præcipuus minister, ideo in uirtute Domini prȩcipue operabatur Leuita (inquit) Laurent. bonum opus operatus est, qui per signum crucis cęcos illumina-
3 uit. Leuita † idẽ est, q̃ assumptus uel offerens, quia ad literam assumptus fuit ad ministerium diuinũ. Vnde legitur ipsum dixisse beato Sixto. Quo progrederis sine filio pater? nunquid degenerem me probasti? experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris, cui comisisti Dominici sanguinis dispensationem. Item fuit Leuita, i. seipsum offerens. Vnde ipse in tormẽtis positus dicebat: Ego me obtuli hostiã Deo in odorem suauitatis. & ideo de eo in nocturnali officio cantat Ecclesia. Meruit esse hostia beatus Lauren. qui dũ assaretur, Dominum non negauit, & ideo inuentus est sacrificium laudis. Et quia Deus laudandus est de tanta patientia concessa martyri, ideo prædicta sub al-
4 leluia cantatur. ¶ In euãgelio † verò. Nisi granum frumẽti cadens in terrã mortuũ, quod est Io. 12. ait Dominus de ministris suis, & de præmio ipsorum, dicens. Primo de ope ipsorum. Qui mihi ministrat, me sequat & post de primo adiungit, dicens. Et ubi sum ego, illic & minister meꝰ erit, si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus &c. Cum igitur inter ministros præcipuus fuerit beatus Laurentius, ideo istud euangelium in eius festiuitate cantatur. Sed quia priuilegiatum ministerium est prædicatio, & confessio nominis Domini, coram regibus & principibus, ideo sequitur offertorium. Confessio & pulchitudo in conspectu &c. in postcommunione quoque agitur de ministris, & merito ipsorum. Qui mihi ministrat me sequatur &c. ad horas dicitur capitulum. Quiparce. 2. Corinth. 9 c. ¶ Et
5 nota † q̃ iste Sanctus propter tres prærogatiuas supra in principio positas, in trib. priuilegiatus est. Primo; quoniam ipse solus inter martyres habet ieiunium institutionis. Secũdo in octauis, quoniam istẽ tantum, & beatus Stephanus octauas habent inter martyres, sicut beatus Martinus inter cõfessores. De hac octaua dictũ est in fine proœmij huius partis. Tertio, in regressibus antiphonarum: in hoc n. festo quidam versiculi præmittuntur antiphonis, ut dictum est in 6. parte sub dominica de Trinitate. Beatus Laurentius fuit Archidiaconus Romæ, post quem nullus dicitur ibi Archidiaconus fuisse.

S V M M A.

1 *Maria Virgo an fuerit assumpta una cũ corpore. Et quoto ætatis anno num. 2.*
3 *Assumptionis Mariæ officium & num. 5.*
4 *Assumptio Mariæ celebratur æstiuo tempore, idque congrue.*
6 *Assumptionis die cur euangelium legatur de Maria & Martha. Et quid illæ duæ sorores designent nu. 7.*
8 *Euangelia sũt quatuor de Beata Maria.*
9 *Assumptio Mariæ hẽt ieiunĩũ & octauas.*
10 *Assumptionis die cur colligantur herbæ, & benedicantur.*

De Assumptione Virginis gloriosæ Mariæ. Cap. 24.

HIERONYMVS dicit, qũo beata Maria † assumpta fuerit 1
siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit. Aug. uero dicit quòd in corpore; ueritas tamen est quod primo assumpta est in anima. vtrũ vero corpus in terra remansit, incertum habetur, & melius est pie dubitare, quam aliquid circa hoc temere diffinire: die tñ credẽdum est, eam totaliter fuisse assumptam. Verum quædam religiosissima mulier, Elisabeth nomine, de partibus Saxoniæ asseruit sibi reuelatum fuisse, q̃ post quadraginta dies post assumptionem animæ assumptum fuit corpus, & inde cõposuit quendam tractatum, qui tamen non est authenticus. Refert Ephirius, q̃ beata Virgo quando Christũ concepit, erat annorum quatuordecim, & in decimoquinto anno ipsũ peperit, & cum eo mãsit annis 33. & post mortem Christi superuixit annis

annis 24. & secundum hoc, tempore obitus sui erat annorum 72. probabilius, vt
2 vł. dicunt alij, † quia 12. annis filio superuixit, & sic sexagenaria est adsumpta, cũ Apostoli totidem annos prædicauerunt in Iudæa, & circa partes illas. ¶ In hoc
3 festo q̃dã dicuntur, q̃ in ecclesiarum † dedicationib. dicuntur, quia ad eã ptinent. Cantaꝫ ẽt de libro canticorum, s. Osculetur me osculo &c. Respõsoria. n. antiphonæ, & lectiones eædem sumuntur, quia liber est de amorib. quia in carne manens maiorem habuit dilectionem, quam aliqua creatura in carne viuens, excepto Christo, & ideo pp excellentẽ charitatẽ, q̃ habuit in terris, meruit ascendere super angelos, in carne. n. p̃ter carnem vine re, non terrena', sed cœlestis vita est. Et
4 † competit hoc festum æstiuo tpe, quia p calorem ignis charitas ascendit. Rursus legiꝫ, & cantatur de cantico amoris, eo q̃ beata Virgo figuram tenet Ecclesiæ. Sicut. n. ipsa mater est virgo, & sponsa, sic & ecclesiæ mater sanctorum, nomen tenet virginitatis, & sponsæ. virginitatis inquã mentis, & fidei, q̃ pualet virginitati carnis. & sponsæ, quia ipsa est sponsa Xpi. Vnde Apost. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Est ãt, vt dicunt quidam, cantici legenda medietas vsque ad octauas: alia vero medietas vsq; ad natiuitatem eiusdem virginis reseruetur. Huic ergo congruè accedit, q̃ circa festum istud libri Salom. leganꝫ, & p̃mittuntur antiphonis, quidam versiculi, vt dictum est in 6. par. sub dominica de Trinitate. in Calce. Concilio, qd B. Leo celebrauit, statutum fuit, q̃ virgo Maria mater Dei appellaret. Alij tamen dicũt, q̃ ĩ Ephesino iussu Celestini Papæ primi celebrato. ¶ Item nota, q̃ ille sermo Hie.
5 Cogitis me, ò † Paula, & Eustochium, q̃ a quibusdam in ecclesia in hoc festo legitur, sed non debet legi, nisi in refectorio, vel capitulo, quia ad hoc factus fuit. Dr autem ad horas capitulum, In omnibus requiẽ q̃sini, Ecclesia. 24. ca. in vigilia Assumptionis dr epistola, Ab initio, & ante secula. Eccle. 24. c. Aliæ ecclesiæ dicũt, Ego quasi. quæ est ibidem. ¶ Euangelium est. Exurgens Maria. Luc. 1. c. Aliæ ecclesiæ dicunt. Loquente Iesu ad turbas 11. c. Offertorium. Oratio mea munda Iob 16. c. Cæterum in Missa diei legitur epistola. In omnibus requiem quæsiui, &c. In omnibus enim quæsiui vitam æternã, & ideo habuit illa. Sequitur. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo, i. in vtero meo. Et quia Dominus in vtero beatæ Mariæ Virginis requieuit, ideo ipse dedit illi suum tabernaculum, i. cœlum. Et sicut ipsa dũo fecit thronum grandẽ. Vnde ipsa dicit, Magnificat a nima mea Dominum &c. 3. Regum 10. Thronum fecit rex Salomon de ebore grandem, & ita ei fecit Domiuus thronum grandem in cœlo, quando exaltauit eam super angelos. ¶ Euangelium legitur † de Martha, 6
& de Maria, s. Intrauit Iesus. Luc. 10. qd prima facie pertinere non videtur, tamẽ bene pertinens est secundum allegoriã. Intrauit enim Iesus in quodam castellum, id est in beatam Virginem, quæ dicitur castellum, quæ est terribilis dæmonibus, & bene se muniuit contra diabolum & vitia. Diminutiuè autem dicitur castellum propter humilitatem. Et dicitur castellum propter singularitatem, quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem, & Martha, id est actiua vita recepit eum. Diligentissime enim nutriuit puerũ suum, & tulit in Aegyptũ, & prius se probauit in actiua uita, eundo ad Elisabet, & seruiendo ei, & sicut ipsa fuit Martha in actiua uita, ita & fuit Maria Magdalena in contemplatiua. Vnde in alio Euangelio habetur. Maria conseruabat verba omnia hæc cõferens in corde suo.
† Hæ autem duæ sorores significant vitã 7
actiuam, & uitam contemplatiuam, quæ plane fuerunt in beata Virgine Maria, p quas ipsa sublimiter, honorabiliter, atque delectabiliter in seipsa recepit Christum. ¶ Illud autem notandum est, q̃ quatuor sunt euangelia de beata Maria Virgine.
† Vnum est, missus est angelus, quod non 8
debet dici, nisi in aduentu Domini, & in Annunciatione eius. Alia tria possunt cantari quoties de ipsa peculiaris missa cantatur, tanquam communia, quæ sunt ipsa, Extollens vocem mulier &c. aliud, Abijt Maria in montana &c. aliud, Stabat iuxta crucem & cæt. ¶ † Item nota, quod 9
hoc festum habet ieiunium, & octauas, quod

quod non habet aliud festum de illa. Hoc n. festum maius est omnibus alijs; quæ fiunt de illa. Similiter & de quolibet sancto maius festum est transitus illius, quã aliud de illo; quia de miseria transit ad vitam, excepto de Io. Bapt. ¶ †Quare autẽ herbæ colligantur, & benedicãtur in hoc festo. ipsa legenda indicat, quia B. Maria comparatur rosæ, & lilio. ¶ Vnde sicut spina rosam genuit, ita Iudæa Mariam. Officium B. Mariæ Virginis debet quotidie, sed in sabbato solemniter dici, prout dictum est in 6. par. sub ti. de tempore aduentus. In quibusdam tamen ecclesijs non dicitur a 5. feria cœnæ Domini vsq; ad octauas Pent. dicentes, q̃ tunc in ecclesia omnia breuia debent esse. ¶ Legitur tamen, cum quidam sacerdos aliam forte missam nesciens, omni die Missam de beata Virgine celebraret, Episcopus eum ab officio suspendit, sed Virgo beata ipsi Episcopo ex hoc grauissime comminata est, & ideo, ipse suspensionem huiusmodi relaxauit.

S V M M A.

1 *Bartholomæi festum variè celebratur.*
2 *Bartholomæi statura.*

De Sancto Bartholomæo Apostolo. Cap. 25.

1 BEatus † Bartholomæus primo prædicauit, vt dixit B. Theodorus Abbas, in Lugdonia, postea in India, deinde in Albania in ciuitate Armeniæ, vbi primo excoriatus, & postea decollatus est, deinde translatus dicitur Beneuentum, quãuis hodie Romæ esse dicatur. Quidam autem celebrant festum excoriationis, & quidam decollationis, sicut dictum est in 6. par. sub 4. feria tertiæ hebdomadę Aduentus. † Et nota, q̃ inquirentibus B. Bartholomæum, Dæmon ipsum ita descripsit, dicens. Capilli eius nigri, & crisei, caro candida, oculi grandes, nares coæquales, & directæ, barba prolixa, habens paucos canos, statura æqualis, collobio albo cleuato, & purpura vestitur, induitur albo pallio, quod per singulos angulos habet gemmas purpureas.

2

S V M M A.

1 *Ioannis decollatio.*
2 *Herodes tres fuere.*
3 *Ioannis Baptistæ caput, vbi humatum. Et vbi, quando, & a quo inuentũ. n. 4*
5 *Ioannis Baptistæ officium ecclesiasticum in decollatione.*

De decollatione S. Io. Bap. Cap. 26.

1 FEstum † decollationis B. Ioan. celebrat Ecclesia, quia pro veritate mortuus est, sed non sic solẽniter sicut festum natiuitatis eius, eo q̃ descendit ad inferos, sicut dicit Greg. super illud. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Fuit autem decollatus in tempore paschali p̃ Herodẽ regẽ anno 32. a natiuitate Dñi, s. anno p̃cedente passionem Dñi, & ipse in anno 30. cæpit p̃dicare, & ita fit hoc festũ de decollatione. Et no. q̃ tres fuerunt † Herodes, quos eorum infamis crudelitas fecit famosos. ¶ Primꝰ dictus est Herodes Ascalonita, sub quo natus est Dominus, a quo Innocentes occisi sunt. ¶ Secundus Antippas, qui Io. decollauit. ¶ Tertius Agrippa, qui Iacobum occidit, & Petrum incarcerauit. Vnde versus Ascalonita necat pueros, Antippa Ioannem, Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrum. Sane decollato Ioanne, discipuli eius corpus sepelierunt in Sebasta vrbe Palestinæ, & caput i Hierusalem humatum est, iuxta † Herodis habitaculum, & vbi corpus sepultũ iacebat, multa Deus miracula op.abat. Vñ multitudo Christianorũ illuc cõfluebat. Qd̃ videns Iulianus apostata, iussu eius Gẽtiles ad dedecus S. Ioannis confregerunt mausoleum, & ossa eius per agros sparserunt. Sed cum Christiani illuc venirent, & miracula non cessarent, iterum Gentiles ossa collegerunt, & combusserunt, sed digitus ille, quo Dominum ad Iordanem veniente monstrauit, dicens. Ecce agnus Dei &c. non potuit cõburi. Multi tamen Christiani monachi à Hierosolymis, qui intererant cum Gentilibus, ossa colligentibus, quot occultare poterant, reseruauerunt, tulerunt q̃ ossa ad Philippum Hierosolymitanum episcopum, qui misit ea per Iulianũ diaconum Anastasio Alexandriæ Episcopo, quæ post Theophylus vrbis eiusdem Episcopus in templo Serapis reposuit, & Basilicam in honorẽ eius consecrauit. Vnde hoc festum de decollatione & combustione ossium est, secundũ magistrum Guilbertum, quod celebrat ecclesia, quasi pro iam mortuo, s̃m martyrium, quia in suis ossibus quodammodo passus est. Alij dicunt, q̃ beata Tecla digitum beati Ioannis, qui comburi non potuit, de vltra marinis partibus afferens in Moriana ibi ad honorẽ beati Ioannis fundauit ecclesiam, & hac die dedicata est ei ecclesia. Ideo ⁊ statutum fuit à Domino Papa, vt hæc dies ad honorem beati Ioannis per totum mundum semper celebris haberetur, & s̃m hoc videtur q̃ debet dici festum dedicationis. ¶ Rursus † beatus Ioannes caput suum, quod in Hierusalem fuerat humatum, reuelauit duobus monachis orientalibus, qui Hierusalẽm adorare venerant, qui iuxta Herodis habitaculum illud, 7. Cal. Martij inuenerũt, sed post ab alijs perlatum est in Edessam ciuitatem, & in quondam specu ignobiliter reconditum, donec denuo Marcello presbytero fuit reuelatum, & per eiusdem vrbis episcopum, 4. Cal. Septembris reuelatum, ex quo tẽpore cœpit in eadem vrbe decollatio celebrari, ea die, vt arbitror quo caput est reuelatum, & ita hoc festũ potest dici reuelationis. Hoc ergo festum põt esse de decollatione, vel de collectione ossium, vel de dedicatione ecclesiæ ad honorem illius, vel de reuelatione. † Hac die, dicunt quidam epistolam. Expectatio Prouer. 10. cap. Et euangelium. Misit Herodes. Mar. cap. 6. & alleluia. Erat lucerna. Ioan. 5. cap.

2

3

4

5

S V M M A.

1 *Felix & Audactus socij in passione. Et vnde nomen sortitus Audactus.*

De Sanctis Felice & Audacto. Cap. 27.

1 SCIENDVM est, q̃ cum beatus Felix † traheretur ad mortẽ pro nomine Christi, quidam repente se in medio protulit, dicẽs. Ego sum Christianus, Dixerunt carnifices, ergo venies & tu. Cum autem nomen illius ignoraretur, vocatus est Audactus, quasi beato Felici audacter associatus, sicut & beatus Ioannes Alexandrinus Episcopus ob eximiam in pauperes Christi pietatem, Ioan. eleemosynarius dictus est. Cuius festum nono Cal. Februarij celebratur.

S V M M A.

1 *Mariæ natiuitas cur celebrẽt ab Ecclesia.*
2 *Natiuitas Mariæ, antiquitus non celebrabatur.*
3 *Natiuitas B. Mariæ non habet ieiunium institutionis.*
4 *Ecclesia tres natiuitas celebrat, quæ designant treis natiuitates spirituales.*

De Natiuitate Beatæ Mariæ. Cap. 28.

1 FEstum † natiuitatis Beæ Mariæ Virginis, quando videlicet in mundo nata est, ideo celebratur, quia fuit in vtero sanctificata, iuxta illud Psalm. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. In hoc festo legitur genealogia Saluatoris, imo ipsius Beatæ Mariæ Virginis, quia de eadem fuerat genealogia, vnde legitur Euangelium Matth. 1. cap Liber generationis Iesu Christi. de qua dictum est in sexta parte, sub Natali, & sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi. Et epistola. Ego quasi Ecclesiastici 24. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt. Dominus possedit me. Prouer. 8. ca. Cantatur etiam historia de laudibus ipsius Virginis Mariæ. In quibusdam tamẽ ecclesijs leguntur Cantica canticorum, quæ magis pertinẽt ad festũ assumptionis Virginis Mariæ, prout ibi dictum est. dicitur etiam ad horas capitulum, Ego quasi vitis. Eccle. 34. cap. Sane hoc festum olim † non celebrabatur, sed quidam vir religiosus pluribus annis audiuit angelos in hac nocte solemnizãtes in cœlis, cui causam quærenti, reuelatum est angelos gaudere quoniam beata Virgo nata fuit in illa nocte, quod Apostolicus authenticauit, & festum celebrari præcepit, vt in solemnizando cœlesti curiæ conformemur. † Non autem habet festum hoc ieiunium institutionis, potest tamen

2

3

tamen habere deuotionis. Olim etiã non habuit octauam, sed Innocentius Papa Quartus eã instituit. Vacante. n. Romana Ecclesia per obitum Grego. Papæ noni. Cardinalibus cõcordare nequeuntibus, Romani post plures dies eis inclusis multiplices molestias inferebãt, ꝓpter quod Cardinales Reginæ cœli vouerunt, ꝙ si eius meritis concordarent, & abire libere possent, octauam suæ natiuitatis diu neglectam, celebrandam decætero statuerent. Sicq; ad Cœlestinum Papam cõuenerunt, & liberati sunt. Sed quia idem Cœlestinus vixit solum 18. diebus, non potuit votũ implere, quod postmodũ dictus Innocentius eius successor impleuit.

4 ¶ Et †nota, ꝙ ecclesia tres natiuitates solemnizat, s. Ioan. Bap. & B. Marię, & Christi, si quidem Ioan. fuit lucifer, quia sicut lucifer præcedit solem, si ipse Christum: primus enim aperte prædicauit, Maria fuit aurora, natiuitas Christi ortus solis quia in eo splẽdor patris apparuit. Prędictæ autem tres natiuitates designãt tres spirituales natiuitates. Nam renascitur cum Io. in aqua, cum Maria in pœnitẽtia, & cũ Christo in gloria. Cum igitur oporteat, ꝙ contritio præcedat natiuitatẽ baptismi in adultis, & natiuitatem gloriæ similiter, ideo merito illæ duæ vigilias habent. Sed cum pœnitentia tota sit pro vigilia, non oportuit, quod ipsa vigiliam haberet, & ideo hoc festum vigiliam siue ieiunium non habet. ¶ Et est sciendum, ꝙ beatus Fulbertus Eps Cardinalis fecit illa tria responsoria, Stirps Iesse. Solem iustitiæ, & Chorus nouæ Hierusalem.

SVMMA.

1 *Crucis exaltatio vnde ortum duxerit.*
2 *Crucis inuentio superior est exaltatione.*
3 *Crucis exaltatio quod habeat officium.*

De exaltatione Sanctæ Crucis. Cap. 29.

1 EXaltatio †sanctæ crucis dicitur, quia Cosdroas Rex Persarum Hierosolymam venit, & lignum Dominicũ inde secum tulit, & facta domo, cœlo simili, & in eadem sedem sibi fecit, & lignum à dextris posuit loco Filij, Igallum verò à sinistris, loco Spiritussancti. & ipse stans in medio, se Deum vocari iussit. Quod audiens Eraclius Imperator Romanus, aciẽ mouit iuxta Danubium, qui fluuius est Persarum, non hunc qui in Sueuiæ nascitur, sed alium eiusdẽ nominis, inde victo filio Cosdroe singulari certamine, crucem Domini tulit, & cum appropinquaret in magna pompa Hierusalem, portæ ciuitatis per angelum clausæ sunt, ne intraret, qui cum vehemẽter admiraretur, audita est vox de cœlo dicens. Regem Regum nõ sic intrasse Hierusalem phaleratum, quando pro omnibus pati venit, sed humilem, & super asinam sedentem. Et statim recognoscens elationem suam de equo descẽdit, & humiliatus est valde. & portæ ei spõte apertæ sunt, & nudis pedibus ciuitatẽ intrauit, & in eius introitu multi diuersorum morborum generibus detenti, curati sunt per crucẽ, & Imperator ipse in has deuotissimas crucis prorupit laudes, dicẽs: O crux splendidior cunctis astris, mundi celebrior hominib. &c. Ille ergo crucé exaltauit, & exaltationis diem in futurum Epis sibi consentientib. in suo imperio statuit esse solemnem Sergius verò Papa lõgis post temporibus in sacrario beati Petri inuenit capsam argenteam, & in ea crucẽ, ex salutiferi ligni magna portione cõpositam lapidib. pretiosis adornatam, quæ posita in basilica Saluatoris, adoratur à populo in die exaltationis. ¶ †Est autem maius festũ inuentionis, quam exaltationis, ꝓpter auctoritatem instituentis. Nam illud a Papa, s. Eusebio, istud ab Imperatore statutũ est. ¶ †In hoc festo dicitur epistola, quę dr in ramis palmarũ, quia in ea agitur de exaltatione sanctæ crucis. Alii legunt illam, Christus factus est. Ad Philip. 2. c. ¶ Legitur etiam in quibusdam ecclesijs euangelium, in quo fit mẽtio de Aduentu Christi, & fulgure. Sicut fulgur exit &c. quod dici consueuit tempore Aduentus. In alijs verò dicitur euangelium de Nicodemo, quod quidam dicunt in festo inuentionis sanctæ crucis. ibi enim dicitur, Sicut Moses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Communiter tamen dicitur quod melius est ẽuangelium, Nunc iudicium est mundi. Ioan. 12. cap. in quo dicitur: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. ¶ Prefatio verò illa dicitur, quę ante pascha per quindecim dies, seu in quibusdam ecclesijs per quinque dicitur; uel, ut alii uolunt, illa, quæ dicitur in tempore paschali, dicitur etiam ad horas ca. Christus factus est pro nobis, ad Philip. secundo capitulo.

SVMMA.

1 *Matthæus Leuita fuit. & Hebræus.*
2 *Matthæus, Item alij Euangelistæ, quibus temporibus scripserint Euangelia.*

De festo Sancti Matthæi Apostoli, & Euangelistæ. Cap. 30.

1 BEATVS † Matthæus Leuita fuit. Erat autem Hebræus, & ideo Hebraice scripsit Hebręis in Iudæa, sed postea liber eius fuit translatus in Græcum, deinde in Latinum. Et nota, quod Euangelium, quod ipse proprijs manibus anno Domini 40. scripsit, cum ossibus beati Barnabæ repertum est. Quod quidem euãgelium beatus Barnabas secum ferebat, & super ægros illud ponens tam fide Barnabæ, quam merito B. Matthæi continuò liberabat. Matthæus verò edidit Aquileiæ euangelium anno Domini 44. ¶ Dicitur hodie epistola: Vnicuique vestrum. Ephe. 4. cap. Alij verò dicunt. Similitudo vultus Ezechiel. 1. cap. euangelium est: Dum trãsiret Iesus, Matt. 9. c. in vigilia verò est euangelium, Vidit Iesus publicanum. Luc. 5. c. ¶ Prædicauit † autem sub Caio Caligula Imperatore, qui sit dictus est, quoniam natus est in expeditione, & coopertus est caligis. Io. autem scripsit sub Nerua, Marcus sub Neronẽ, de Luca incertum est, quidam tamen dicunt quod sub Neronẽ.

SVMMA.

1 *Mauricij, & sociorum vita, & finis.*
2 *Thebæi plures.*

De Sancto Mauricio & socijs. Cap. 31.

1 GVM Galli † exercuissent exercitum in Romanos, Dux Aegypti collegit exercitum, in quo fuit beatus Mauricius, qui sub se habebat legionem, in qua erant 6666. Cùm ergo essent in exercitu, Tyrannus uoluit eos cogere adorare idola, qui noluerunt, & propterea decimam partem accepit tyrannus, & interfecit, quod uidens beatus Mauricius conuertit sermonem ad socios, orans, ut uiriliter starent, & sic ab eo confortati passi sunt martyrium. Fuerant autem baptizati ante quã Romam uenirent. ¶ Et nota, quòd dicitur † de Mauricio, & Thebæa legione, quòd 2 inueniuntur plures Thebę, una in Aegypto, ubi sunt Mauri: altera in Græcia, ubi sunt Thebani: alia in Tadia, ubi sunt Thesbytæ, isti socij Mauricij erant de Aegypto.

SVMMA.

1 *Lucas cuius fuerit, & quando ad fidem nostram accesserit.*
2 *Lucas a quo acceperit potissimum, quæ scripsit.*

De festo Sancti Lucæ Euangelistę. C. 32.

1 LVCAS Syrus † fuit natione, & Antiochenus Patriarca, & prædicauit in Bithynia, ubi sua morte, non martyrio uitam finiuit. Fuit etiam pictor & medicus, & secundùm Hier. fuit discipulus Apostolorum, & non Domini. uenit enim ad fidem post Domini resurrectionem, ut legitur in gloss. super Exod. licèt quidam dicant, quòd fuerit de 72. Discipulis Domini, & scripsit euangelium in Achaia. Vixit autem octoginta quator annis, ipse Euangelium & actus Apostolorum composuit. Fuit discipulus beati Pauli, à quo † di- 2
cit, quod docuit, sicut & beatus Mat-

cus à beato Petro. In prologo tamẽ euangelij sui inuenitur, q̃ ipse didicit multa a quibusdam, qui in principio cum Domino fuerunt. Sed beatus Paulus non fuit a principio cum Domino: ergo non didicit ab eo, & quod docuit. Solutio. Quædã didicit ab eo, & quædam ab alijs, sed maximè a beato Paulo. Creditur tamen, q̃ ipse ad beatam Virginem, tanquam ad arcam testamenti recurrens, ab ea de multis certificatus fuit, præcipuè de his, quæ sibi soli constabant, sicut de angelica annunciatione, & Christi natiuitate, & huiusmodi, de quibus solus Luc. agit.

S V M M A.

1 *Iacobus minor, & Simon fratres Domini.*
2 *Iudas uariè appellatus est.*
3 *Simon vbi prædicarit.*

De festo Apostolorum Simeonis & Iudę. Cap. 33.

1 IACOBVS †minor frater Domini, & Simon & Iudas, & Ioseph, qui & Barsabas, & etiam iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse reprobatus credatur, fratres fuerunt filij Mariæ Cleophæ, quæ Alphæo nupta fuit. Simon autem iste dictus est Zelotes, dictus est & Simon cananæus, a cana uico Galileæ, quod idem est: cana enim zelus interpretatur. Habuit enim magnum zelum animarum. Iu-
2 das † enim multipliciter cognominatus est. Dictus est enim Iudas Iacobi, supple frater, ut præmissum est. Dictus est etiam Thadæus, a trâcha, quod est regia uestis, & Deus, uel Thadæus interpretatur, apprehendens principem. Ipse.n. fuit uestis regia, per ornamenta uirtutum, per quas apprehendit principem Christum. Dictus est etiam Lebeæus, q̃ sonat cor, uel corcu lus, i. cordis cultor. Inter præmissum Ioseph & Mathiam sortes iactatæ sunt, & de Simone dicitur, q̃ crucifixus mortuus est. Alij tamen dicunt, q̃ non est iste, sed Simon, qui fuit filius Cleophæ, crucifixus
3 est. Iste † Simon p̃dicauit in Aegypto, postea uerò uenit in Hierusalem, & ibi fuit episcopus post beatum Iacobum minorem, qui dictus est frater Domini, & ibi crucifixus est. Vixit autem 120. annis, & suscitauit antequam moreretur 30. mortuos. Vnde in eius legenda inuenitur, q̃ terdenos mortuos mersos, fluctibus humanæ uitæ reddidit vsibus. Filium enim hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortuus autem est in Bothoro, non in postophorio. Postophorium, ut quidam uolunt, est porticus templi, in quo iacebant custodes templi. Iudas autem prædicauit apud Persas, & Medos, & mortuus est apud Armenos.

S V M M A.

1 *Pantheon a quo, quo tempore, & cur Romæ ædificatum.*
2 *Sanctorum omnium festum, unde primũ. & nume. 3. Et quibus de causis institutum, nume. 4.*
3 *Sanctorum omnium festum ieiunium habet institutionis. Et eius diei officium. nume. 6. 8.*
4 *Sanctorum omnium diei, quo ordine legantur lectiones.*

De festo omnium Sanctorum. Cap. 34.

CVM singula idola Romanorum Romæ templum † habere non possent, Ro 1
mani vnum templum in honorem Cybeles matris Deorum, & omnũ Deorum ipsorum fecerunt, quod dictum est παν θεον, à παν, quod est totũ, θεον, Deus. Successu uerò temporũ Bonifacius Papa petijt a Phoca Cæsare Imperatore Constantinopolitano, qui præerat Romanis, templũ illud sibi dari. Quo † obtẽto, abiectis inde idolis, dedicauit illud 4. Idus Maij, ad honorem B. Mariæ Virginis, & omnium martyrum, dictum est festum illud B. Mariæ ad martyres. Nondum.n. fiebant festa de Confessoribus, sed solum de martyribus. Vnde tunc institutũ fuit festum beati Ioannis ante portam Latinam, occasione martyrij, quod quantum in se fuit, sustinuit. Statuit ergo idem Papa, ut

pa, ut singulis ãnis illa die celebraretur festum de martyribus, sicut in calendis
2 eiusdem mensis celebrabatur festũ Apostolorum, & in honorẽ B. Mariæ, & oĩum martyrum cantauit ibi. Terribilis est locus iste, in quo est salus &c. quod tantum in dedicatione ecclesiæ solit dici. Verum Greg. Quartus hoc festum martyrũ tran
3 stulit ad Cal. † Nouembris, ut tunc collectis terræ frugibus conueniente ad hoc festum possent copiosius victualia inueniri, instituens tunc fieri festum non solum apostolorum, & martyrum, sed etiã Trinitatis, & Angelorum, & Confessorũ generaliter omnium Sanctorum, & Sanctarum, & ẽt electorum, ut patet in hymno, & illius officium ordinauit. ¶ Institutum
4 † autem fuit hoc festum quatuor de causis. Primo p̃p præmissam templi dedicationem. Secundo, propter omissorum festorum suppletionem. Non.n. p̃pter ipsorum multitudinem de omnibus festare specialiter valemus. Tertio p̃pter negligentiam in festis, quæ celebramus, cõmissarum expiationem. Et hæc ratio tangit in sermone, qui hac die in ecclesia recitatur, vbi ita dr̃: Decrerum est, ut die ista omnium Sanctorum memoria habeatur, vt quicquid humana fragilitas p̃ ignorantiam, aut negligentiam, uel per occupationem rei secularis in solẽnitatibus Sanctorũ minus peregisset, in hac sancta obseruatione persoluatur. Quarto p̃p faciliorem orationum nostrarum impetrationem. Facilius.n. quod petimus, obtinebimus, si simul omnes intercedant pro nobis; quia impossibile est multitudinẽ non exaudiri. Vnde in oratione hodierna dr̃. Multiplicatis intercessionibus largiaris. ¶ Quare autem festa Sanctorũ celebrẽtur, dictum est in proe. huius partis.
5 Hoc † festum habet ieiunium institutionis: nec debet quis comedere illa die vsque ad uesperas, nec ieiunium debet mutari, ut quidam faciũt p̃p sanctum Quintinum. Quia uero hoc festum oĩum Sanctorum est generale, ideo uariatur illius
6 † officium, prout hr̃ uarietas oĩum Sãctorum. Prima.n. antiphona, & prima lectio, & primum responsorium de Trinitate cãtatur, quia festum est Trinitatis: secundo loco cantatur de beata Maria: tertio de angelis: quarto de prophetis: quinto de Apostolis: sexto de Martyribus: septimo de Confessoribus. octauo de Virginibus: nono de omnibus simul. ¶ † Authoritas 7
autem illius officij obseruatur in lectionibus: nam in quibusdam ecclesijs in hoc festo maior in ecclesia, etiam Episcopus, si præsens fuerit, lectionem legit de Trinitate, s. primam, vel Decanus, uel saltem Sacerdos. & sic fit descensus per personas in legendo vsq; ad pueros. Octauã namque lectionẽ de virginibus legit vnus ex pueris: nam semper nonam lectionẽ maioris est legere. Octauum etiam responsorium dicunt de virginibus, s. Audiui vocem. qđ cantatur a quinq; pueris coram altari B. Mariæ Virginis, si fuerint ibi, candelas in manibus tenentes, ad representationem quinque prudentum uirginum, lampades ornatas accensas habentium. † Dr̃ etiã capitulum. Vidi turbam. 8
Apo. 8. Ad Missam verò dicitur epistola. Ecce ego Io. quæ est Apo. 5. c. alleluia. O quam gloriosum. Apo. 7. c. Euan. Videns Iesus turbas. Matt. 5. c. In vigilia uero dẽ Epist. Ecce ego Io. Apoc. 5. c. Euang. Descendens Iesus Luc. 6. c.

S V M M A.

1 *Mortuorum officium dicitur agenda, vel exequia, & quare.*
2 *Mortuis cur officium institutũ, & a quibus primum. nu. 3. & 4.*
3 *Mortuorũ memoria a variis variè fit, q̃ percurrit generatim per numerũ 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Mortuorum anniuersarium obseruatur triplici de causa. & nu. 15. 16.*
17 *Anniuersariũ an celebrari debeat, aut possit die festiuo.*
18 *Mortuorũ officium quotidie vsurpare an indecens, & nu. 19.*
20 *Mortuorum nomine suffragia facta, quid prosint.*
21 *Eleemosyna facta nomine vnius specialis defuncti, an plus prosit. quã omniũ.*
22 *Mortuis an prosint suffragia hominis in peccato iacentis, vide & nu. 23.*
24 *Mortui an sciant suffragia, quæ eorum nomine fiunt. & nu. 25.*
26 *mortui an curent viuos.*

Universidad de Deusto Biblioteca

27 *Mortuorum officium imitatur Christi sepulturam, & nu. 28. 29.*
30 *Pax dari nō debet in missa defunctorū. & num. 32.*
31 *Mortui corpus nō debet esse in Ecclesia, quādiu de tempore concurrenti dicit.*
33 *Mortuorum officium vnde incipiat, & eius forma, & nu. 34.*
35 *Sacerdos missam defunctorum celebrans vt eius inimicus mortem incurrat, deponatur.*
36 *Mortui cadauer lauare, quid referat.*
37 *Mortuus a quibus sit portandus ad sepulturam.*
38 *Mortui corpus qua forma, & solēnitate condatur in spelunca, & qualiter sepeliatur. nu. 39. aut quo habitu. 40. 41.*
42 *Christus an post resurrectionem fuerit aliquibus vestibus vsus.*
43 *Homines an erunt nudi post diem iudicij, an vero amicti.*
44 *Defuncti an loqui possint.*
45 *Missa defunctorum.*

De officio mortuorum. Cap. 35.

1 HOc loco de officio mortuorum dicendum est. Et † qñque vocatur agenda, ab ago, agis: quia inter cæteras sui significationes agere idem est, quod celebrare. Inde ergo officium ordinatum ad celebrem defunctorum memoriam agenda vocatur: qñque ét vocantur exequiæ, ab exequor exequeris, quia inter alias sui significationes, exeq idé qđ extra alia sequi. Officiū ergo, seu obsequiū in sepultura mortuorum exequiæ uocantur, quia celebrāt, dū mortui extra viuos sepeliendi feruntur: vel quia extra horas canonicas spāles, & singulares habent obseruantias. Sanè hoc officium continuatur festo omnium Sanctorum, & sunt tres dies cōtinui tribus mysterijs deputati. Nā vigilia oīum Sanctorum dies est afflictionis, solemnitas dies exultationis, hodie uero dies orationis. In primo nos ieiunando affligimur, præsentis vitæ miseriam recolentes. In secundo beatitudini sanctorum congaudemus, gratiarum actiones dño referentes. In tertio pro his, quæ in purgatorio detinētur oramus, eis modo pœnam minorem, modo plenam absolutionem orationibus impetrantes. Siquidem † commemoratio oīum fidelium defun- 2
ctorum instituta est fieri ab ecclesia tali die, ut generalibus beneficijs adiuuent, quia specialia habere non valent, de consec. distin. 1. visum. sicut & de festo oīum, Sanctorum p̄missum est. Sicut. n. Petrus Damianus ait, sanctus Odilo cōperiens, q̄ apud Vulcanum Siciliæ crebræ voces, & vlulatus dæmonum audiebantur plangentium, pro eo, q̄ animæ defunctorum per eleemosynas, & orationes de eorum manibus eripiebantur, ordinauit in suis monasterijs, ut post festum omnium Sanctorū fieret cōmemoratio defunctorum, qđ fuit postmodum a tota ecclesia approbatū. Primo ergo videamus a qbus institutum fuit officium mortuorum. Secđo, vbi habuit initium. Tertio, de modo celebrandi illud. Quarto, de modo sepeliendi. ¶ † Fuit ergo primo institutum ab A- 3
postolis, sed ab Origene, ut testatur Isid. in lib. de ecclesiasticis officijs fuit adauctum, & ex maxima parte ordinatum. Vñ ipsum commendat B. Aug. in Enchiridiō, dicens eum fuisse ſm in ecclesiasticis officijs post apostolos. Hoc † officium ini- 4
tium habuit in veteri lege. Nam sicut ait, Amb. 12. q. 1. quia mortuo Iacob, Ioseph, & alij fratres sui cum multis Aegyptijs attulerunt eum in Ebron, sed prius fleuerunt 40. diebus in Aegypto, & postea fleuerunt eum 7. dieb. in area Achad. Gen. 50. c. Item legitur in Deut. vlt. c. q̄ mortuo Mose fleuit populus Israel. 30 dieb², & similiter fecerunt de Aaron, & de Maria. Item dicit Salomon, Luctus filij sapiētis mortui septem diebus. Luctus stulti filij sempiternus, ideo quia in æternū morietur. ¶ Nota aūt, q̄ † qdā faciūt memo- 5
riā p̄ defunctis die tertia, seu p̄ tres dies, representantes triduanā dñi sepulturam, seu respectū habentes ad resurrectionem Christi, q̄ tertia die resurrexit, resurrectionē cū Xpo mortuis poptātes, seu ad Trinitatē, uel ut quia viuentes tripliciter peccauerūt, videlicet cogitatione, verbo, & opere, remittantur eisdē. Alij vero faciunt Missam celebrari septem dieb. seu per septem dies, & vtrunque ostenditur in libr. Num. 19. c. vbi dicitur, quòd qui

tetigerit

tetigerit cadauer mortui hominis, immūdus erit septem diebus: unde aspergatur aqua tribus diebus, & septem, & sic mundabitur. de consecr. dist. 1. aqua. ¶ Sanè immundus p̄p cadauer mortui hominis significat pollutā animam p̄p mortua opera. Celebratur ergo per septem dies. Pri-
6 mo, ut † defunctus ad Sabbatum æternæ quietis citius ualeat peruenire. Secundo, ut ei remittantur oīa peccata, q̄ commisit in uita, quæ per septem dies ducitur. Tertio, p̄p septenarium animæ & corporis. Aia. n. tres habet uires, s. rationabilitatē, concupiscibilitatem, & irascibilitatē. Corpus uero constat ex quatuor elemētis: ut ergo peccata, quæ homo per hoc septenariū siue in hac uita, q̄ per septem dies ducitur, commisit, deleātur, septenarium mortuis celebratur. Quarto sicut filij Iacob defuncti fleuerūt per septem dies, ut
11 præmissum est, ita & ecclesia pro suis defunctis celebrat officium septem diebus.
7 † Quidam aūt faciunt nouendinale, i. officium nouem dierum, ut per hoc officium mortuorum animæ à pœnis liberatæ, nouem angelorum ordinib. associentur. Hoc aūt a quibusdam non approbatur, ne Gē tiles imitari uideamur, a quibus hoc sumptum esse vī, qui nouem diebus lugebant mortuos suos, & in 9. die cineres eorum pyramidibus, uel in bustis recondebant.
8 ¶ Alij uero celebrari faciunt † pro defunctis 30. dies uel trigesimo die. Primo, qa filijs Israel tot diebus fleuerunt Moysen & Aaron, ut præmissum est. Secūdo ideo, quia ter decem faciunt 30. per ter. n. Trinitatem, per decem decalogum intelligimus. Ter denarium ergo a mortuis facimus, ut q̄ in obseruatione decalogi, seu
21 præceptorum Christi, & cōtra Trinitatem peccauerunt, eis Dei misericordia condonet. Tertio, quia numerus lunæ 30. dieb. perficitur, ideo trigesima die, uel 30. diebus fit mortuis officium, ut opera eorum
9 coram Deo plena esse intelligant. † Quidam quoque, quater decies celebrant siue quadragenarium faciunt, ut quod illi in doctrina quatuor euangeliorum, & in
10 10. præceptis legis peccauerunt sibi cōdonetur. † Rursus, q̄ diem quadragesimam seruant, repræsentant dominicam sepulturam, optantes mortuos gloriam habere cum Christo, q̄ quadraginta horis iacuit in sepulchro, cōputata hora, in qua emisit spiritum, & vlti. hora noctis dominicæ, in qua resurrexit, secundum Augu. Repre-
sentāt etiam, q̄ vt p̄missum est, mortuo Iacob filij eius lugerūt quadraginta die- bus. † Alij quinquagenarium faciūt, qm̄ 11
sicut Beda & Greg. dicunt in glo. super locum illum, ubi habetur q̄ Abraham quę fuit a Domino uolente subuertere Sodomā: Si quinquaginta fuerint ibi, nunquid destrues eos? & respondit Dominus, Non. Quinquagenarius numerus perfectus est, & significat annum iubileū, idest octauam ætatem, in qua erit remissio, & plena libertas. Vt ergo animæ defunctorum plenariam libertatem, & peccatorum suorū remissionem adipiscātur, quinquaginta diebus pro illis celebrant officiū. Præterea dr in Marco, Vnum gra-
num afferebat triginta, & unum quinqua
22 ginta, & unum centum. Alij † sexagena- 12
rium, pro eo, qa sexagesima significat mę rorem ecclesiæ propter absentiam sponsi, & ci in consolationem duæ alę dantur, ut dictum est in 6. parte sub dominica quadragesimæ: sic & hic representāt mœrorē propter absentiā defuncti sui, in quorum consolationem, & animæ defuncti expiationem sacrificium Dño offertur, & pau-
peribus eleemosynæ largiuntur. Nōnulli etiam † celebrant centesimum diem, ut 13
mortui transeāt a læua in dexterā, a militia in triumphum, a terra in cœlum, a miseria in gloriam, a morte in uitam. Optāt enim illis æternam beatitudinē, quæ per centenariū ultra quem non est numerus, designatur. † Quidam uero anniuersariū 14
obseruant triplici de causa. Primo, ut de-
21 functi de annis calamitatis perueniāt ad annos æternitatis, siue ad uitā æternam, quæ sine fine est, & quasi annus in se reuoluitur, uel quia ibi est identitas & nulla reperietur uarietas. † Secundo, quia si- 15
cut Sāctorum anniuersarium ad ipsorum honorem, & nostram utilitatem celebramus, prout dictum est in prœmio huius partis, sic & anniuersarium defunctorum, ad ipsorum utilitatem & nostram deuo-
22 tionem. Tertio, dies anniuersarij pro defunctis † ideo repetitur, quoniam se- 16
cundum Augus. qualiter sit eis in alia ni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ua,nescimus,& melius est, ut eis superfit beneficium nostrum, quam desit. 13.q.2. non æstimamus. Anniuersarium autem si contigerit in die Dominica uel in aliqua celebrari solemnitate, non debet mutari ad sequentem dié,prout fit in festis Sanctorum,sed fiat in die præcedēti,ut citius occurratur pœnis defunctorum, quas in purgatorio sustinent. defuncti.n. nostro indigent auxilio, & beneficio,sed nō San
17 ctis. ¶Die quidem festiuo † anniuersariū celebrari non debet,nec Missa pro defunctis dici, nisi corpus præsens fuerit, tunc sic,quia omni tempore pōt Missa pro defunctis celebrari cadauere præsente, nisi in parasceue,tunc.n.non debet corpus intumulari, nec Missa pro eo cantari,quia tunc corpus Christi imolari nō debet,sed usq; in crastinum reseruetur: & tunc.s.in sabbato potest Missa pro illo cantari. & corpus sepeliri. Similiter si quis in die Pa
21 schę moriatur,corpus eius usque in crastinum reseruetur super terram,& tūc cum celebratione Missę sepeliatur: Non.n.debet corpus sepeliri absq; missa, quamuis
18 contrarium fiat in pleriſque locis.† Licet autem secundum Cabilonen. concilium de consec. dist. 1. uisum quotidie sit pro defunctis orandū,& sacrificandū,in præmissis tñ dieb. hoc specialiter agitur ab amicis. Si quidem aliqui omni tempore festiuis dieb. dūtaxat exceptis,gñaliter orāt pro defunctis in officio uesptinali,& matutinali.alij missam pro eis quotidie celebrant. alij in mensis initio nouem psalmos, nouem lectiones,& nouem responsoria cantāt,& quidem sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à
19 peccatis saluantur. In † quibusdā locis nō dr̄ in ecclesia officium mortuorū,à quinta feria cœnæ Dñi usq; ad octauas Pent. dicētes,q; omnia officia illius tpis si dēnt esse breuia,nec in dominicis diebus. Legitur aūt,q; quidā Abbas prohibuit monachos suos celebrare dominicis diebus pro defunctis,sed mortui pp hoc durissimis uerberibus eum afflixerunt, & ideo prohibitionem hmōi reuocauit. Et nota
20 † q; suffragia, quæ fiunt in Ecclesiis pro defunctis, valde bonis actiones sunt gratiarum. Illic.n. animæ,quæ sunt perfectè bonæ,statim cum egrediuntur à corporibus,euolāt ad cœlos, nec subsidiis nostris egent. extra de celeb. miss. cum Marth. ad fi. 18.q.2.tps. Pro valde malis fiunt qualescunq; cōsolationes uiuorum. Eis.n. subsidia nostra nō prosunt,qm̄ aīæ illorum statim descendunt ad infernū. Pro mediocriter bonis, qui.s. sunt in purgatorio, fiunt expiationes pro mediocriter malis, qui.s. sunt in inferno,fiunt propitiationes, siue pœnarum mitigationes. Nam secundum Aug. quib. prosint, aut prosunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilior sit damnatio. 14.q.1. tempus. in fi. quidam tñ pro eodem sumūt mediocriter bonos, & mediocriter malos, quos uocant non ualde bonos, qui uidelicet intrāt purgatoriū, qui uiuentes iniunctam, pœnitentiam non perfecerūt, quibus prosunt eleemosynæ, orationes, ieiunia, & sacrificia, quæ p̄ eis fiunt: nam, ut dicunt, eis qui sunt in inferno, nihil prosunt: Illud† ét nota, q; secun- 21
dum Hier. de consec. dist. 5. mediocriter, cū pro cunctis animabus psalmus, uel missa dicitur, non minus, q̄ si pro quolibet diceretur, accipitur. Circa hoc tñ dici pōt, q; si suffragia fiunt in speciali, magis prosunt illis pro quibus specialiter fiunt, quā alijs. Si fiunt in gñe, seu in cōi magis prosunt illis, qui plus meruerunt in hac uita, ut sibi prodessent, ut in dicto c. nō æstimemus. & cap. tēpus, si inæquali, uel maiori necessitate existunt. Licet.n. secundum 3
Aug. 13.q.2. non æstimemus, non prosint omnibus pro quibus fiunt, quia tñ nescimus, quibus prosint, uel nō; pro omnibus facienda sunt, ne aliquis prætermittatur: melius nāq; supererunt eis, quib. nec obsunt, nec prosunt, quam desint eis, quibus prosunt, & ideo dies anniuersarij fit, ut p̄ missum est. † Nunquid suffragia eius, qui 22
pp mortale peccatū in charitate non est, prosit ei, qui in charitate decessit? Rñdeo opera sacramentalia, ut missa, officiū mortuorum, collectæ, & similia p talem facta bene ualent, sed & defuncto p̄sunt, extra de cleri. excom. mini. c. fi. tum quia a Deo, non ab operante efficaciam habent: tum quia ille non proprio nomine, sed quasi syndicum oīum, uidelicet totius Ecclesiæ nomine hoc agit, secundum ea, quæ dicta sunt in proœmio quartæ partis. Si uero tanq̄ priuata persona, alia suffragia

gia facit, aut hoc agit alio noie, aut suo proprio: si alieno, ve quia defuncti seu alterius in charitate existētis iussu, de illius bonis eleemosynam tanquā minister pro eo facit, tunc quidē illi prodest, qm̄ is in-
23 telligit facere, cuius mandato facit. extra de sen. excō. mulieres & qui mādat solui, ipse soluere vr̄. ff. de sol. q; mandato. Hinc est, q; peregrinationis votū ab vno emissum, alter eius iussu exequi pōt, extra de voto, licet. Idem quoq; est, si duo quorum alter in charitate est, alter nō, pro defuncto psalterium legunt. Et si eleemosyna datur iusto, ut oret pro defuncto. His etenim casibus, p̄dest defuncto, ratione charitatis hōis iusti adiuncti ff. quod cum sal. tut. vel act. l. 1. extra de elect. illa contra. extra de offic. deleg. cum nup. Si autē suo priuato noie, & de proprio quis pro illo eleemosynā dat, uel orat, uel ieiunat, uel aliter se affligit, quasi cōiter dicunt Theologi, q; talia in nullo prosunt ei. Nam legitur Io. 9. scimus, quia peccatores Deus non exaudit. sed illud cœci & non euangeliſtæ fuit verbum, & Esa. 1. Cum multi plicaueritis orationes, non exaudiā. Manus.n. vestræ sanguine, i. peccatis plenæ sunt. imo ſm Aug. 4.q.7. in grauib. Dum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, trati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Deus.n. iniquorum dona nō respicit, & iustorum solum orationes exaudit. Item Dñs per Amos Prophetā, Vota pinguium terræ, i. peccatorum non recipiam. 24.q.1. odi. Verūm cum pauci sine crimine uiuant, de pœn. dist. 2. si.n. in prin. 50. dist. quia tua talis sīa, quæ misericordiam, & tot suffragia defunctis adimit, & in uiuorum charitatem ad illos refrigescere facit, nimis dura, & ideò nō sequenda. vr̄. 50. dist. ponderet, extra de renunc.
12 nisi §. 1. Si.n. hominum, quos conscientia culpæ arguit, suffragia condemnamus, illi
23 paucorum suffragijs iuuabuntur.† Dicēdum ergo vr̄, q; quāquam suffragia eius, qui etsi nō in charitate, in fide tñ illi, qui
12 in charitate decessit, non prosunt ex merito vitæ agentis quia tñ illa fiūt ſm doctrinam Ecclesiæ, & per eum, qui in fide est, & pro eo, qui talia recipere meruit beneficia, ubi deficit charitas agētis, supplet meritum fidei, & charitas ecclesiæ talia dictantis, ac defuncti capacis suscipientis nec non & liberalitas Dei miserentis, qui ſm Amb. de pœ. dist. 1. quantumlibet. beneficia non renocat, imo cumulos liberalitatis amplificat, & sua liberalitate opus alio factum proinde reputat, ac si per illum, pro quo fit factum esset. Nam ſm iura, aliquo alienum debitum exoluente, ipse debitor liberatur, ff. de pign. act. solutum. § soluram. & si seruo legata sit libertas, si Titio decē præstiterit, quocunq; illa decē præstiterit, libertas est. ff. de stat. ho. Arethusa. Sed & per eum, qui capax nō est, alteri legatum, & hæreditas acquiri potest ff. ad Treb. l. cogi. §. hi q; ff. si q̄s aliquem testari proh. l. 1. § sed si legatū.
Et is qui ob crimen pro alijs postulare prohibetur pro se, & pro his, quorum curam gerit, admittitur. 3 q. 7. § tria. Et ſm Aug. 1.q.1. si fuerit. quanquam in lapideo canali nil generetur, tñ aqua inde transiens terram fœcundat. Et Hiero. de pœ. dist. 1. potest fieri. & dist. 3. pium. Si quando videritis inter multa opera peccatorū quenquam aliqua facere, quæ iusta sunt, non est tñ iniustus Deus, vt propter multa mala paucorum bonorū obliuiscatur.
¶ Sanè defuncti † sciunt suffragia, quæ 24
pro eis fiunt tribus modis, ſm Augu. 12. q. 2. fatendū. Primò per diuinā reuelationem, quādo.s. Deus eis reuelat. Secundò per bonorum angelorum manifestationem. Angeli.n. qui hic semper nobiscum adsunt, & omnes actus nostros cōsiderāt, quasi in instanti possunt ad eos descendere, & eis protinus nunciare. Tertiò, per animarum hinc exeuntium intimationem. Quartò per experientiam, cum videlicet se à pœnis sentiūt releuari. ¶ Sciendum autem, q; defuncti † valde mali ne- 25
sciunt quid à uiuis agitur, nisi quatenus eis scire permittitur. Similiter nec mediocriter boni adhuc in ignē purgatorij constituti, qui nōdum Dei uisione fruuntur, nisi quatenus per aliquem de præmissis modis permittitur eis scire. Sed ualde boni, qui iam ea fruuntur, bene sciunt quid hic agitur. Iuxta illud Gregor. Qui est, q; nesciunt, qui uidentem omnia uident? Alij tamen dicunt, eos scire omnia, quæ eis necessaria sunt, & non alia. 12
Vnde Esa. ex persona populi afflicti ait:

Abraham pater noſter neſciuit, de hoc.
26 13.quæſt.2.de mortuis. Et † vtrum mortuis cura ſit de viuis. Aug. latè proſequitur libr. De cura pro mortuis habenda. Adhuc ſicut Aug. ait. 13.q.2. fatendum. Multi aliquos ex mortuis, uel in ſomnis, uel alio quocunque modo viuis apparere credunt. Et ubi eorum inhumata iacerent corpora, atq; ut eis ſepulchra fierẽt, & alia huiuſmodi innumera ſæpe admonuiſſe, & illa uera, repertum eſſe in dialogo Greg. & in alijs pleriſque ſcriptis authenticis reperitur. Verũtamen, ut idem Aug. in præmiſſo libro ait, quamuis mortui talia in ſomnis indicare, uel petere uideantur, non ideo putandum eſt, eos iſta ſentire: nam & uiuentes plerunq; apparent in ſomnis dormientibus, dum ipſi ſe neſciunt apparere, quòd ab eis, q̃ hoc ſomniauerunt audiſſe dicentib. quòd eos in ſomnis agentes aliquid, uel loquentes, viderunt: vnde, ut dicit, credendum eſt, q̃ hæ ſunt angelicæ operationes, propter diſpenſationem prouidentiæ Dei ad qua lecunque ſolatium viuorum. Concilium .n. Aquiritan. 26.q.10. Epiſcopi, in princ. ait, q̃ pleriq; dæmonum illuſionibus, & fantaſmatibus ſæpe ſeducuntur. ¶ Officiũ
27 mortuorum † imitatur omnino triduanam Chriſti ſepulturam, ſicut .n. in illo triduo, ita & in hoc officio omnia laudis cantica ſubticemus, & ſolemnitates quaſlibet ſubtrahimus. nam in Miſſa benedictiones ab Epiſcopo non petimus, nec in agenda dicimus. Domine labia mea &c. nec Deus in adiutorium meum intende. nec Benedicamus. nec Inuitatorium, niſi corpus præſens ſit, & etiã in vigilijs. nec Gloria patri ad reſponſoria, uel in fi. pſal. nec ad lectiones benedictionẽ petimus, uel damus, nec dicimus: Tu autẽ. uel Deo gratias, nec in Miſſa alleluia, nec Gloria in excelſis, nec Ite, miſſa eſt. Nam in uetri lege prohibitum fuit oleum lætitiæ, & thus ſuauitatis pro peccato offerri: mors etenim eſt uindicta peccati, unde, vbi peccatum, ibi tenebræ, nec debet eſſe lætitia, nec canticorum lætitiæ decantatio, ubi eſt luctus, & contriſtatio mentis, ac exequiæ pro mortuis celebrantur cum luctu.
28 ¶ Rurſus laudes † ſupprimimus, quia quo mortuj tranſeunt, ignorantes, neſcimus vñ laudare dñm debemus, de iuſtitiã, uel miſericordia gaudium reprimimus; quia triſtes in hunc mundum intramus, & triſtiores eximus. non ergo ſequentia debet dici, q̃ eſt cãticum exultationis. ¶ Adhuc licet in miſſa ꝓ viuis debeant omnes † tu- 29
rificari, ad ſignificandum, q̃ illorum oſones ad cœleſtia diriguntur, in Miſſa tamẽ ꝓ defunctis non debet thus per quorum portari, nec offerri, i. altare turificari, ſed circa corpus tm̃, quia hoc in lege ꝓhibitum fuit, ut iam ꝑmiſſum eſt. Nullius ergo in hoc officio turificatur, ad notandũ, quod mortui nil a modo ualent ofonibus ſuis promereri, vñ. pſ. Non mortui laudabunt te Domine. Ipſa autem defunctorum corpora turificant, & aqua benedicta aſpergunt, non ut eorum peccata tollantur, q̃ tunc per talia tolli nequeunt, ſed ut tota ois immundorum ſpirituum ꝑſentia arceatur, & fiunt ét in ſignum ſocietatis, & cõionis ſacramentorum, q̃ nobiſcum, dum vixerunt habuerunt. vñ, & Dion. tradit q̃ antiq;tus viui mortuos oſculabant. in ſignum vnitatis q̃ cum ipſis habuerunt, ꝓſunt ét hæc, & ſimilia, in q̃tum ꝓ talia ipſi Deo reuerentia exhibetur. Quare ât duplex verſus ponitur in introitu pro defunctis, ſ. Te decet, & exaudi oſonẽ meam &c. dictum eſt in 6. parte, ſub ſabbato tertiæ hebdomadæ Quadrageſimæ. Item in Miſſa ꝓ defunctis nõ debet intermiſceri oſo ꝓ viuis, ꝓut dictum eſt in 4. par. ſub ti. de oratione. Pax † etiã 30
triplici ratione non datur. ¶ Primò, quia hoc officium, ut iam dictum eſt, triduanã Xꝑi ſepulturã ueſtigio, ſequitur, ubi pax non datur ꝓp Iudæ oſculum deteſtandum. ¶ Secundo; q̃a non communicamus mortuis, q̃a non nobis reſpondent. Nos .n. ſumus in ſexta ætate, illi in ſeptima Inde eſt, quòd † corpus nunq̃ debet eſſe in ec- 31
cleſia, quandiu Miſſa de die celebratur: imò prius ſi eſſet, ibi debet aſportari extra eccleſiam in veſtibulo eccleſiæ, quantacunq; authoritate viués fulgeret, & poſtea ad miſsã de mortuis reportari. † Tertiò qm̃ ſicut ex multis granis ſimul collectis vnus panis conficit, & ex multis racemis vinum eliquatur, ſic ex multis fidelibus, quorum q̃dã boni, quidã mali ſunt, una eccleſia cõſtruit, & coadunatur. Quia 32
ergo

ergo de mortuo homine neſcimus adhuc, utrum ſit ipſe de conformitate Eccleſiæ, & pacem habeat cum ſuo Creatore, & reconciliationẽ, ideo pacem in miſſa non damus, nec aliquas laudes ꝓ mortuis referimus, q̃a non eſt vñ agendũ ſit. nõ .n. adhuc apparet eorũ req̃e. ¶ Quarta rõ, poſita é in quarta parte, ubi agit de o-
33 ſculo pacis. ¶ Illud † quoq; notandũ eſt, q̃ officium mortuorũ incipit à veſperis, poſtea ſequunt̃ nigiliæ, quarum tria ſunt genera. In q̃buſdam .n. Eccleſijs leguntur nouem lectiones Iob & incipiunt. Parce mihi Domine &c. In alijs leguntur de lib. Sap. & incipiunt. Melius eſt ire ad &c. In alijs uero de quodam ſermone Aug. ſed undecunq; ſumant̃ abſolute, ſine, Iube dõne benedicere, & ſine, Tu aũt Domine. uel alibi incipiũtur, & finiunt̃, ꝓut in exequijs, quas in dicto triduo pro Chriſto celebramus, ſeruat̃. Veruntamen in q̃buſdam eccleſijs loco, Tu aũt Domine terminatur, Beati mortui, q̃ in Domino moriuntur. q̃ uerba ſunt Apoc. 34.c. Frequentat̃ aũt in
34 hoc officio pſal. Te decet † hymnus Deus. qm̃ ibi agit̃ de reditu filiorum Iſrael à captiuitate in terram ꝓmiſſionis, ſic & defuncti de captiuitatis miſeria ad uitam proficiſcuntur æternam, dicitur ét pſ. Domine, ne in furore tuo arguas me. qui cũ ſit ſextus in ordine pſalterij, tamen pro octaua intitulatur, quaſi in ſex ætatibus per hunc pſalmum Deum rogantes ut ſeptimæ ętatis poſſimus tentamenta euadere, & ad octauã gloriæ peruenire. Officiũ mortuorum nõ habet ſecundas veſperas, ut dictum eſt in 6 par. ſub ti. de veſperis.
35 In † concilio Tholeta 26. q.5. quicunque ſtatutum eſt, q̃ ſacerdos miſſam defunctorum celebrans, ut eius inimicus mortem incurrat, deponatur, & tam ipſe q̃ eũ ad hoc incitans, exilio perpetuo puniatur. Nunc uidendum eſt, qualiter corpus ſepeliendum ſit, & quidem quando homo uidetur agere in extremis, debet poni ad terram ſuper cineres, uel ad minus ſupra paleas per quod innuitur, q̃ cinis eſt, & in cinerem reuertet̃, & ſit hoc exemplo B Martini, qui ut in ſe alijs daret exemplum, in cinere iacens uitam finiuit. Et ſi moriẽs literatus ſit, legi debet paſſio Domini, uel ſaltem pars illius ante eum, ut ſic ad maiorem punctionem moueatur, & dẽt eſſe crux erecta ad pedes, ut moriens eam cernens magis conteratur, & conuertatur: debet ét ſupinus iacere, ut ſemper erecta facie aſpiciat cœlum, exemplo beati Martini, & prius, q̃ expiret, eius anima Domino cõmendetur. † Poſtquã 36
verò expirauerit, campanæ debent pulſari, prout dictum eſt in prima parte, ubi agitur de campanis: deinde corpus niſi uiuens nouiter inunctus fuerit, debet lauari ad ſignificandum, q̃ ſi anima per confeſſionem, & contritionem à culpa mundata ſit, utrunque, ſ. anima & corpus æternam glorificationem, & claritatem in die Iudicij conſequetur, & quod illi ſm Iob, uere in domino moriuntur, & beati ſunt, qui nullam ſecum portant maculam, ſed in hoc mundo per pœnitentiam derelinquunt. Sed cum de hac lotione, neque in ueteri teſtamento, ſ. Leui Io. c. neque in nouo, ſ. Act. 5. c. nil agatur, ſi omitteretur, non multum, ut aiunt quidã, curandum eſſet. Et Aug. dicit in libro de Cura pro mortuis agenda. Corpori humano quod poſt mortem impenditur, nõ eſt ſalutis præſidium, ſed humanitatis officium. Veruntamen cum Maria Magdalena unxerit Dominum ante paſſionem Mat. 26. c. fecit .n. morituro, quod non potuiſſet facere mortuo. Marci. 3. c. Preuenit, inquit, ungere corpus meum in ſepultuam. ex hoc probari pót corpora defunctorum lauanda eſſe. Nam ſicut Hiero. ait in originali ſuper illud Mat. 5. c. Vnge caput tuum in illis partibus unguentis ꝓ balneis utebãtur. Canon Tholetani concilij. 13. q.2. qui diuina. ſtatuit, q̃ qui diuina uocatione ab hac uita recedunt cum pſalmis tantummodo & pſallentibus uocibus ad ſepulcrum deferantur, debet † autem defunctus portari à conſimilibus 37
ſuę profeſſionis, ut ſi fuerit diaconus a diaconibus, ſi ſacerdos à ſacerdotibus, ſi ſint ibi, aliter non eſt uis; quia neceſſitas legi non ſubiacet, de conſec. diſt. 1. ſicut, extra de obſerua. ieiu. c. 2. clericus à clericis, catholicus a catholicis. Si uero fuerit de aliqua fraternitate, deportetur ab illis, qui ſunt eiuſdem fraternitatis, mulieribus uerò non licet corpora ferre, ne cogantur corpora ſua laſciuiam incitantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantia denudare, ꝙ facile contingere posset. dum aũt de domo ad ecclesiã, seu sepulturam portãtur, ẽm quorundã locorum morẽ, ter in via pausatur. Primò, ad significandum, ꝙ ipse in hac vita existens ut posset digne Dño presentari, & cũ alijs Sanctis perpetua quiete perfrui, in tribus specialiter seipsum exercitauit, videlicet in Dei dilectione, in charitate proximi, & in custodia sui: siue ꝙ in fide sanctæ Trinitatis vixit, atq; vitã finiuit. ¶ Secundò, ad representandum ꝙ Dñs triduo in ve
tre tertę pausauit ¶ Tertio, tres pausę fiũt in via, vt per tres dietas psalmodiæ, quæ tunc dr, trina fiat ei absolutio à delictis tribus modis, ſ cogitatione, uerbo, & opere commissis. Exod. 3. Viam trium dierũ ibimus in solitudine. Deinde ponitur in spelunca, in qua in quibusdam locis poni
38 tur aqua benedicta. † Et prunæ cũ thure. Aqua benedicta ne dęmones, qui multũ eam timent, ad corpus accedant. Solent namq; desęuire in corpora mortuorum, ut quod nequiuerunt in uita, saltem post mortem agant. Thus verò ibi ponitur ꝓp fœtorem corporis remouendum, seu vt defunctus creatori suo acceptabilem bonorum operum odorem intelligatur obtulisse: seu ad ostendendum, ꝙ defunctis prosit auxilium orationis. carbones in testimonium, ꝙ terra illa ad cõmunes vsus amplius redigi non potest: plus. n. durat carbo sub terra, q̃ aliud. Hædera quoque, vel laurus & huiusmodi, quæ semper seruant virorem in sarcophago corpori substernuntur, ad significandum, ꝙ qui moriuntur in Christo, viuere non desinent. Nam licẽt mundo moriãtur ẽm corpus, tamen ẽm animam viuunt, & reuiuiscunt Deo. Alia tamen consideratione habebant in funeribus antiqui cypressos; quia videlicet sicut cypressus cæsa non iterum surculescit, sed tota moritur, ita homo mortuus non reuiuiscit. Fiunt etiam hęc, non quia cadaueribus insit sensus, sed in figuram, videlicet, uel ad resurrectionem sperãdam, uel ad Dei misericordiam, seu
39 benęuolentiam prouocandam: cui talia pietatis officia placent, debet aũt † quis sic sepeliri, ut capite ad occidentem posito, pedes dirigat ad orientẽ, in quo quasi ipsa positione orat, & innuit, ꝙ promptus est, ut de occasu festinet ad ortum, ꝺe mundo ad seculum. Et in quocunq; loco extra cœmeterium Christianus sepeliatur, semper crux capiti illius apponi debet, ad notandum illum Christianum fuisse, quia hoc signũ diabolus ualde uereretur, & timet accedere ad locum crucis signaculo insignitum. ¶ Debent † quoque 40
fideles Christiani sepelιri induti sudarijs, prout principales obseruãt, quod sumunt ex euangelio in quo legitur de sudario & sindone Christi. Quidam vero cilicio induuntur ut hac uestę insigoia pœnitentiæ representent. nam ciinis & cilicium aũma sunt pœnitentium. Nec debent indui uestibus communibus, prout in Italia fit. & ut quidam dicunt, debent habere caligas circa tibias, & sotulares in pedibus ut per hoc ipsos esse paratos ad iudiciũ re-
presentetur. Clericꝰ † verò, si sunt ordina- 41
ti, illis insignis induti sint, quæ requiruntur ordines, quos habent. Si verò non habent ordines sacros, more laicorum sepeliãtur. Veruntamen licet in alijs ordinib. ꝓpter paupertatem hoc sæpius omittatur, in sacerdote tamẽ & Epo nullo modo prętermittendũ est. Vestes. n. sacerdotales, uirtutes significant, cũ quibus præ cæteris sunt domino presentãdi. Euticianus Papa statuit, ut nullus martyres sepeliat sine dalmatica, aut collobio purpurato. ¶ † Circa 42
hoc autem considerandum est, vtrũ Christus uestitus fuerit post resurrectionem, & vtrum cœlũ uestitus ascenderit, & vtrũ duobus discipulis euntibus in Emaus, & cæteris mulieribus, & discipulis uestitus apparuit. Siquidem angeli legũtur uestiti apparuisse, iuxta illud Ioã. Vidit angelos sedẽtes in albis, & alibi. Ecce duo uiri adstiterunt iuxta illum in uestibus albis, qui & dixerunt. Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet, quemadmodũ vidistis eum euntem in cœlum. Nempe Christus uestitus ascendit in cęlum, iuxta illud. Quis est iste, q̃ venit, de Edõ, tinctis uestibus de bosra? Item angeli dixerunt, Quare rubrum est indumentũ tuũ? Quæritur † etiam, utrum homines erũt nudi post 43
diẽ iudicij, an uestiti? & vr ꝙ uestiti. Nã semper angeli apparere solent uestiti, & Christus ẽt post resurrectionẽ cum uestę apparuit, & in transfiguratione uestitus fuit.

fuit. vnde & apparebant vestimenta eius alba, sicut nix. Econtra vr, ꝙ nudi erunt, quia habet authoritas, ꝙ in eadem forma erimus, in qua fuit Adã prius, q̃ peccaret, & ẽt in meliori, sed tunc fuit nudus, ergo similiter nudi erimus. Solutio nil difficilius de veste, sed hoc solũ dicimus, ꝙ ibi non erit difformitas, nec vlla aduersitas, uel infirmitas, & erimus vestiti, & ornati vestimentis uirtutum. ¶ Quis autem, in quo loco sepiliri debet, & utrum locus sepulturæ aliquid conferat, dictum est in prima parte, ubi de cœmeterio agitur. ¶ Illud aũt nota, ꝙ quia scriptum est Leuit. 21. c. pontifex ad omnem mortuũ etiam patrem, uel matrem non ingredietur, neq; egredietur de sanctis. hinc est, ꝙ Romanus Pontifex ad nullius defuncti domum accedit. item quia ibidem dr. Sacerdotes non radent caput, non barbam, nec in crimbus suis facient scissurã. ideo qui charorum morte tristãtur, barbam nutriunt, nec crines præscindunt, & etiam nigris vestibus ornantur, ut per nigredinem, & dolorem consepulti mor-
44 tuo uideantur. Hic etiam † quæri potest, vtrum uoces mortuorũ loquant? & uidetur, ꝙ sic, iuxta illud ꝓphetæ. Exultationes Dei in gutture eorum. Hormisda Papa. 50. dist. si qs diaconus dicit ꝙ illi, q̃b. cum falsa misericordia induiserimus, ante tribunal Christi contra nos facient q̃stionem. & Aug. 1. q. 2. fatendum, dicit ꝙ defuncti, qui nesciunt, q̃ hic fiunt, dum hic aguntur, postea audiunt ab his, q̃ moriendo hinc recedunt. Sed Apostolus cõtradicere vr, dicens, ꝙ tunc linguæ cessabunt, & ps. Non mortui laudabunt te. Et nota ẽm Aug. ꝙ tempus, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis, i. nobis occultis receptaculis continet. Postremo nota secundum magistrum Io. Beleth ꝙ antiqui solebant dicere, ꝙ quando aiæ in humanis sunt corporibus, uocant aiæ, in infernis manes, quando uerò cœlos ascendunt, spiritus: quando autem recens erat sepultura, siue q̃n spiritus circa sepulturas errabat, umbram vocabant, vnde psal. Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, q̃n tu mecum es, & ideo tunc panem, & unum ponebant supra sepulchra mortuorũ, ut dictum est sub ti. de cathedra Petri. ¶ In
†missa pro mortuis dr q̃q; epistola. Vir 45
fortissimus Iudas, 2 Machab. 12. c. q̃nque. Nolumus uos ignorare de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem non habent, 1. Thessal. 4. c. q̃q;. Audiui uocẽ de cœlo. Apoc. 4. c. q̃nque. Ecce mysterium uobis dico. 1. Cor. 16. c. Dr ẽt quandoq: euangelium Amẽ dico uobis, qa uenit, Ioan. 5. c. q̃q;. Dixit Martham ad Iesum Io. 11. ca. q̃q;. Sicut. n. pater suscitat mortuos, & viuificat &c. Io. 5. c. q̃q;. Omne, qd dat mihi pater. Io. 6. c. q̃q;. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Quod est ibidem.

S V M M A.

1 Sanct. Coronat. & eorum nomina n. 2.

De quatuor Coronatis martyribus. Cap. 36.

DE †quatuor Coronatis hoc 1
notabile reperitur, quod quinque fuerunt, qui uenerant ad construendum templum, & a Diocletiano, cognito, quod essent Christiani, martyrio sunt cor onati, quorum noĩa, quia nota fuerunt, idcirco in collecta ponuntur. Post duos verò annos alij quatuor martyrium susceperunt, quorum corpora sepulta sunt, iuxta corpora prędictorum quinq;, quorum nomina, qa fuerunt ignota, ideo statuit Melchiades Papa, ut dies eorum sub noĩnibus prædictorum quinq; celebris habeatur, & sic vocatum est festum quatuor Coronatorum. postea vero fuerunt cuidam religio- 2
so eorum nomina reuelata, s. †Seueri, Seuerini, Carpuphori, & Victorini, nomen tamen festi propterea mutatum non est, nec etiam dies in calendario.

S V M M A.

1 Martinus dicitur par Apostolis. Et qua id ratione.

2 Martinus solus inter Confessores habet octauas institutionis.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De beato Martino Episcopo, & Confessore. Cap. 37.

1 DE beato † Martino sciendum quod dicitur par Apostolis non propter suscitationem mortuorum quorundam, ut quidam putant, cum idem multi alij fecerint martyres, & cõfessores, uel pp multitudinẽ miraculorũ, sed specialiter pp unũ miraculum. Cum. n. esset Thuron. Archiepiscopus, uenit ad eum quidam pauper, & inops tunicam ab eo petens, & ipse concessit. Iussit ergo ꝓcuratori suo, ut emeret. Ille uero iuit ad forum, & tardus rediit, tunicam vilem portans, quæ fere penula, quasi penè nulla poterat dici, quam vir sanctus sibi monstrare fecit. Erat aũt breuis fortè, usq; ad genua, manicæ usque ad cubitum, extrahens, ergo suã pauperi dedit, & ipse pauperis tunicã induit. Nec multo post ꝓparauit se ad celebrãdũ Missam, & stans ante altare, sicut mos est in ꝓfatione, leuauit manus ad Dñm manicis laxis retro labentibus, licet nec grossa eius brachia, nec multum carnosa essent, & cum ꝓfata penula, non nisi usque ad cubitum ꝓtenderetur, remanserunt eadem brachia nuda. Tunc venerunt miraculosè aurei torques, ipsaq; decenter operuerunt, & globos igneus apparuit super caput eius, per qđ demonstratum est, Spiritumsanctum sup eum descẽdisse ad robur, sicut sup Apostolos in Pent. Vnde pp hoc non immerito dictus est par apostolis. est ét eis par in officio. ¶ † Considerandum autem est, ꝙ ipse solus inter Cõfessores institutionis habet octauas, sicut B Laurentius inter martyres: ille .n. dixit. Igne me examinasti, & non est inuẽta in me iniqtas, & Martinus in agone mortis dixit dæmon adstanti, Nil inuenies in me cruenta bestia. ecce quomodo cõcordant. ille ꝓualens martyr, quare præ omnibus alijs octauas, & uigiliam habet, iste confessor excellens, quare præ omnibus alijs octauam habet. Cappãm eius reges Francorum consueuerunt portare in ꝓlijs, ut dictum est in secunda parte, ubi agit de sacerdote. Fortunatus Poeta uir vita egregius, & ingenio ꝓclarus, de Italia Thuronen. veniens, gesta B. Martini conscripsit tempore Ioannis Papæ Tertij.

2

3

S V M M A.

1 *Andreæ Apostoli statura. Et vbi ille prædicauit. num. 2. eiusque diei officium, num. 3.*

De beato Andræa Apostolo. Cap. 38.

SANCTVS Andræas † niger fuit colore, barba prolixa, staturæ mediocris. hoc iõ dicitur, ut sciatur, qualis in ecclesia debet depingi, quod de unoquoque Apostolorum, & aliorum multorum Sanctorum sciendum esset. Prædicauit aũt in † Achaia, & Athenis, & circa partes illas. Excellentis fuit ualde meriti, nec sine cã B Gregorius fuit sibi adeo deuotus, ꝙ sibi fecit proprium officium, & monasteriũ condidit. & ibi monachus extitit. uigiliam ex institutione non habet, qa est in tempore ieiuniorum, quare non fuit necesse institui ei vigiliam, & idem est de B. Thoma Apostolo. Sanè ossa eius ac B. Lucæ Euangelistæ tpe Constantini Secũdi Imperatoris translata sunt apud Constantinopolim. Hac die dr epistola corde † creditur ad iustitiam. Ro. 10. c. & euangelium. Ambulãs Iesus iuxta mare. Mat. 4. c. ¶ Postcommunio uenite ad me. q̃ est ibidem. ¶ In vigilia uero est introitus. Dominus secus mare. Mat. 4. c. Et euãgeliũ. Stabat Io. & ex discipulis. Io. 1. c. ¶ Postcõmunio: Dixit Andræa. Io. 1. cap.

1

2

3

S V M M A.

1 *Nicolai historia vnde introductum ut legatur in Ecclesia.*

De beato Nicolao. Cap. 39.

LEgitur, quòd cum in quadã ecclesia, quæ dr Crux, subiecta monasterio beatæ Mariæ de charitate † nondum historia beati Nicolai cantaretur, fratres eiusdem loci Priorem suum, ut eam sibi cantare

1

cantare liceret, instanter rogauerunt, ille uero hoc præcise negauit, dicens, incongruum fore priſtinum morem nouitatib. immutare. Illis uero instantibus indignatus respõdit, recedite a me, qa noua cantica, imo ioculatoria quędam in mea Ecclesia non cantabuntur. Aduenientе aũt eiusdem Sãcti festiuitate, fratres cũ quadam animi tristitia matutinales uigilias peregerunt. Cumque omnes se in lectis recepissent, ecce beatus Nicolaus Priori uisibiliter terribilis apparuit, quẽ a lecto extrahẽs per capillos dormitorij pauimẽto allisit, & incipiens antiphonam. O pastor æternæ per singulas uocum differentias, uirgis, quas in manu tenebat grauissimos ictus sup dorsum illius ingeminans, per ordinem morosè cantando antiphonam ipsam ad finem usque perduxit, omnibus ergo illis clamoribus excitatis semiuiuus ad lectum deportatur, qui tandem ad se rediẽs, dixit, ite, & historiam nouam sancti Nicolai decantate. Tempore Henrici quarti Imperatoris ossa sãcti Nicolai apud urbem Beneuentum translata sunt.

S V M M A.

1 *Beda cur dictus uenerabilis, & nu. 2. Et vbi sepultus, ibid. in fin.*

De uenerabili Beda Presbytero. Cap. 40.

BEDA uenerabilis presbyter, & monachus, egregius expositor, claruit in Anglia circa annum Domini 666. qui licet in Sanctorum catalogo computetur, non tamen ab ecclesia † Sanctus, sed uenerabilis appellatur duplici ratione. ¶ Primò, quia cum prę nimia senectute eius oculi caligarent, faciebat se duci per uillas, & castra, ubiq; uerbum Domini prædicando, cumq; quadam uice per quandã uallem magnis lapidibus plenam transiret, quidam ex ductoribus derisorie dixit ei, ꝙ ibi erat magnus populus congregatus, expectans eius prædicationem aude, & silenter, & tunc incepit ille prædicare seuenter, & cum in fine cõclusisset, per omnia sæcula sæculorũ, mox oẽs lapides alta uoce clamasse dicuntur. Amen † uenerabilis pater, & ideo uenerabilis pr appellatur. Alij uero asserunt, ꝙ angeli responderunt, Bene dixisti uenerabilis pater. Secũda causa est, quia post eius mortem clericus quidam sibi deuotus quendam uersum edere cupiebat, quem in illius tumulo sculpi facere intendebat, incipiẽdo sic. Hic sunt in fossa, uolens uersum terminare Bedę sancti ossa, sed quia talem finem uersus congruitas non patiebatur, & sedulamente reuolueret, nec congrũ finem uideret, dum quadam nocte multum sup hoc cogitasset, mane ad tumulum properans manib. angelicis talirer uersum scriptũ repetit finitũ. Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa. Eius autem corpus ad Ianuam deuotione congrua dicitur coli.

1

2

3

S V M M A.

1 *Thomæ Apostoli officium Ecclesiasticum.*

De sancto Thoma Apostolo. Cap. 41.

HISTORIA, † seu legenda de Sancto Thoma Apostolo, & si quid ex ea in respõsorijs, uel antiphonis sumptum reperitur, inter apocripha deputatur: in ipso autem festo legitur ad Missam Euangelium, Thomas unus ex duodecim. Ioan. 20. c.

1

S V M M A.

1 *Stephani, & Ioan. Euangelistæ, & Innocentum festum cur comitentur Natiuitatem Domini.*
2 *Martyrium est triplex.*
3 *Stephani officium, & num. 4. 15.*
5 *Alcuinus composuit S. Stephani historiã.*
6 *Ioannes euangelista passus est martyrium, quod est uoluntate, non opere.*
7 *Ioannis euangelistæ officium.*
8 *Ioannes euangelista obyt in festo Ioan. Baptistæ, & num 9.*
10 *Innocentes tertium martyrium sustinuerunt, quod est opere, & non uoluntate. Et cur illud festũ celebret ecclesia n. 14*
11 *Innocentum festũ cur non admittat cantica lætitiæ. Et eorum officium n. 12. 13*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sanctis Stephano, & Ioanne euangelista, & Innocentum: Cap. 41.

POST Domini natiuitatem sequenti die fit festum de obitu B Stephani protomartyris, & tamen ipse fuit passus in Augusto. Quare hoc festum fiat sub festo inuentionis eius, dictum est.

1 Quæritur, quare † hæc tria festa, uidelicet Sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentum immediate post festum Natiuitatis Domini ordinantur? Respondeo primò, ut Christo capiti, & sponso omnes sui comites adiungantur. Natus. n. Christus sponsus ecclesiæ in hunc mundum, tres sibi comites adiunxit, de quibus dicitur in canticis. Dilectus meus candibus, & rubicundus, electus ex milibus, candidus quantum ad Ioannem euangelistam pretiosum uirginem, & confessorem, rubicundus quantum ad Stephanum protomartyrem, electus ex milibus quantum ad magnam turbam Innocentum. Secundò, ut sic Ecclesia oium martyrum genera, quorum quidem martyrij Christi natiuitas cã fuit insimul aduna-
2 ret: Triplex † est n. martyrium. Primum uoluntate, & opere, & tale fuit martyriũ B. Stephani, & hoc est dignissimum in genere. Hoc aũt dicimus, quia aliqua circũstantia facere posset, q̃ aliquis confessor aliquo martyre dignior esset, & ideo festum eius præcedit alia, & continuatur festum dominicæ natiuitatis. Vnde in ipso festo legitur. Mortem, q̃ Saluator dignatus est pro oibus pati, hanc ille prim⁹ præ oibus reddidit Saluatori. Et iterum. Christus heri natus est in terris, ut hodie
3 nasceretur Stephanus in cœlis. ¶ † In festo B. Stephani introitus est. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebãtur. in quo ostenduntur insidiæ principũ Iudæorum, B. Stephano insidiantium. Epistola est Act 6. c. Stephanus plenus gratia, & fortitudine, quæ sicut dicit Augu. in sermone huius diei cum plurimũ habeat admirationis in ipsa specie non minus continet in mysterio dignitatis, in qua narrat tã passio ipsius, q̃ passionis cã, & meritum, seu remuneratio; & hæc etiã insinuantur, & representantur in responsorio, qđ est. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur. & in illo, qđ est. Video cœlos apertos, & Iesum stantem a dextris Dei. Act. 8. c. Et in offertorio, & in postcommunione. Video cælos aptos. Act. 7. c. Et in nocturnalis ẽt officio idem repetitur, ut ostẽd. t, q̃ sæpe, & sæpius cõsiliati sunt principes sacerdotũ in morte eius. Euangelium est. Ecce † ego mitto ad 4
uos. Mat. 23. c. Et sequitur, Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis ꝓphetas, & lapidas eos &c. Stephanus. n. fuit lapidatus: dr etiam ibi a sanguine Abel iusti, sicut. n. ille fuit protomartyr in ueteri testamento, sic iste in nouo. ¶ Historiam † san- 5
cti Stephani cõposuit Alchuinus Caroli Magister, & Capellanus, nocturnales antiphonas de psalmis, quibus attitulantur, accepit, cætera de actibus Apostolorum, antiphonis laudum quidam uersus præmittuntur, prout dictum est in 6. par. sub dominica de Trinitate. Frequentatur aũt in uersiculis allelvia, uel ꝓpter solẽnitatem dominicæ Natiuitatis, uel ꝓp gaudium de consortio Stephani angelicę cõcionis Dicitur. n. illud capitulum, Stephanus plenus gratia, & fortitudine. & illud, Surrexerunt quidam, q̃ sunt Act. 6 c. & illud. Cum esset Stephanus plenus. Act. 7. c. Secundum † martyrium est uoluntate, 6
& non opere, quale fuit martyrium Ioã. euangelistæ, qui martyr fuit, sicut patet in illa antiphona. In feruentis olei dolium missus Ioannes apostolus, diuina se protegente gratia, illæsus exiuit, ut sicut non sentit carnis æstum; quia uirgo fuit mente, & corpore, sic nec æstum feruentis olei sensit. in natali autem eius canitur, in quibusdam ecclesijs una Missa in exordio lucis, ad notandum, quòd ipso accepto lumine huius mundi, sacrificium uirginitatis semper obtulit Deo: quia enim non poterat habere uigiliam propter festum B. Stephani, statutum fuit, ut duas Missas haberet. In missa de beato Ioãne, epistola. Qui timet † Deum, factet bona. 7
Eccl. 15. cap. euangelium est. Dixit Iesus Petro, Ioan. ultimo, & cantatur allelvia. Valde honorandus est, &cætera. Quod ibi dicitur. Qui supra pectus Domini in cœna recubuit, sumitur. Io. ultim. cap.

introitus

introitus est; In medio ecclesiæ aperuit. Eccl. 15. c. & responsorium. Exijt sermo inter fratres, &c. Io. 6. c. Itẽ allelvia. Hic est discipulus. Io. vlt. c. commune. Exijt sermo, quæ est ibidem. Dr etiam ad horas capitulum. Citauit. Eccl. 15. c. Et illud. Benedictus Deus, & pater. Eph. 1. c. & illud.
8 Qui timet Dominũ. Eccl. 15. c. ¶ † Et nota, q̃ beatus Ioannes euangelista in festo beati Ioannis Baptistæ obijt, sed quia non poterat tunc eius festum fieri, translatum est ad tertium diem Nat. is Domini, ut oẽs comites suos haberet iponsus, ut premissum est. Et festum B. Ioannis Baptistæ in suo die remansit, nec mirum, quia dies illa ab angelo gaudio Natiuitatis præcursoris autẽticata fuit. Nec est dogmatizandum, q̃ Euangelista Baptistæ tãquam maiori cesserit, & pro eo q̃ legitur, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista. nam q̃ non esset de ipsorum maioritate disputandum, diuimtus est ostensum. Cum. n. duo magistri, quorum unus Baptistam, alter præferebat euãgelistam, solemnem ad hoc indixissent disputationem, & quilibet solicite inuestigasset authoritates, & rõnes efficaces, quibus suum Ioannem præferre posset: tandem die disputationis aduenięte, quilibet Sanctorũ æmulatori suo apparuit, dicens. Bene concordes sumus in cęlis, de nobis non disputetis in terris. Tunc illi sibi adinuicem, & omni populo uisionem publicauerunt, & Dominum benedixerunt: uel ideo fuit ad tertium diem post Domini natiuitatem trãslatum, quia forte illa die dedicata est ei Basilica, uel quia fortè ea die rediit de Pathmos insula, uel insolatus est; fuit. n. Patriarcha Ephesinus. ¶ Aiunt
9 † quidam q̃ B. Ioan. cum post celebratam missam descendisset in tumulum, euanuit ab oculis circunstantium, & cum terra ibi scaturiat de profundo, addunt eum uiuere, & terram eius anhelitu scaturirè: alij in cęlum trãslatum. igitur partim ex euãgelio, partim ex eius tribulatione hodierna copulatur historia. in cuius ultimo responsorio, s. in medio Ecclesiæ, quod sumitur de libro Sap. in quo agitur de spiritu intellectus neuma iubilatur, quia per Spiritũ intellectus fuit de ineffabili uerbo, s.
10 de Deo uero locutus. ¶ † Tertium martyrium est opere, & non uoluntate, quale fuit martyrium Innocentum, quod sicut tertium locum obtinet in dignitate, ita & inter festa Martyrũ. Sed quare festũ Innocentum celebratur ante festum Stellæ, ideſt, epiphaniæ, cum mortui fuerint post apparitionem stellę, q̃n. s. Herodes uidit, qđ illusus esset a Magis. Respondetur, qđ Herodes audius rumorib. de Christo nato, turbatus est ualde, timens amittere regnum, vñ cogitauit facere interfici omnes pueros, ut sic Christus non euaderet, sed fuit impeditus tunc, q̃n tũc Aug. Cęsar mandauit ei, qđ ad eum ueniret cum Aristobolo, & Alexandro filio ipsius Herodis, responsuris coram eo, & quia non fuit ausus non ire, iuit, postmodum uero reuersus reuoluto anno post natale Domini, fecit omnes pueros interfici a bimatu, ideſt biẽnio, & infra. δίετια. n. græcè dicitur latinè bienniũ. ¶ Quæritur † quare in festiuitate Innocentũ in Missa Gloria in excelsis, & allelvia, & alia cãtica lætitiæ non cantanẽ? Dicunt magistri ideo, quia mortui sunt ante Dñi passionem, & sic ad inferos descenderunt. Sed pari ratione, & in festo B. Ioannis Baptistę subticeri deberẽt. Dicendum est igitur, qđ hoc ideo contingit, quia author officij uoluit nos coniungi in hac festiuitate animabus deuotarum mulierũ de morte Innocentum plangentium, & dolẽtium. Vnde causa tristitiæ earum illa dimittimus, & ideo legitur prophetia Hiere. 31. c. de innocẽtibus. Vox in Rama audita est, quæ ad literam de Beniamitis exponitur, qui interfecti sunt ꝓp uxorem Leui; quam oppresserãt, & Rachel fuit mater Beniamin. Vel ꝓ Rachel quæ interpretatur ouis, uel uidens, intelligitur ecclesia, quę plorat filios suos, s. triplices. ¶ Primi sunt martyres, considerãs eos esse sibi subtractos, & non vult consolari in præsenti, sed oẽm cõsolationem transfert in futurum, quia non sunt, s. præsentes. ¶ Secundos, filios luget Ecclesia, quia fere ad partum ueniunt, in quibus patitur abortum. Tertij uero sunt, qui iam renati in baptismo erant, sed per peccata retrocedunt; hos, & illos luget Ecclesia, quia non sunt, ideſt damnati sunt, & ideo quia luget Ecclesia, cantica lætitiæ subticentur. Potest

esse

esse & alia ratiõ: nam cantica lętitiæ proprie post uictoriam cantari debent, unde Ezechiæ dictum est. Dispone domui tuę, quia morieris, quia post victoriam habitã non cecinit cantica lętitiæ, sed Innocentes non habuerunt victoriam: non.n. est victoria, ubi pugna non est. Media ratio melior est. Quidã tñ pro alleluia cantant in Missa, Laus tibi Christe. Alij: Cãtemus
12 eia. Et dicitur epistola. Vidi † supra montem Sion agnum stantem. Apoc. 14. c. & Euangeliũ: Angelus Domini apparuit in somnis. Matth. 2. c. Si autem festum illud in dominica contingit, nullum canticum lætitiæ subticetur, pp gaudium resurrectionis. In octauis quoq; eorum cantica lætitiæ cantantur, pro significatione gaudij, quod accepturi sunt in octaua, i. in resurrectione; quia licet ad inferos descenderint, resurgent tñ nobiscum in gloria.
11 Octauæ .n. festiuitatum celebrãtur in memoriam generalis resurrectionis, quam significant. ¶ Rursus, quia hac die tristitiã mulierum representamus, in multis Ecclesijs diaconi non utunt dalmaticis, nec subdiaconi subtilibus .i. tunicullis, ad notãdum, q Innocentes statim in morte primam stolam non receperunt, sed ad infernum descenderunt. de hoc in 3. par. dictũ
13 est, sub ti. de coloribus. ¶ In † hoc festo dicitur collud. Vidi supra montẽ. Apoc. 14. c. & illud. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. & illud. Hi empti sunt
14 ibidem. ¶ † Et aduerte q antiphonæ nocturnales de psalmis sumuntur, cætera de epistola & euangelio. Quòd autem dicuntur 144. millia, finitum ponitur pro infinito, quia Deus omnes sub certo numero comprehendit. Quod etiam dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorum, sic est accipiendum; quia Ioan. uidit animas interfectorum sub altare, i. humiliatos capiti suo, uel quia in absconso; quia nemo
15 scipit hic, quomodo ibi sit. ¶ † Sed quare solemnizat Ecclesia pro morte Innocentum, qui non habuerunt uoluntatem patiendi? Videtur.n. q cadem ratione si aliquis tyrannus interficeret nos pueros, deberet Ecclesia similiter solemnizare pro illis, quòd uerum non est. Responderi potest, q hoc festum propter tria celebrandum est, licet uoluntatem non habuerunt petiẽdi. Primo; quia Christus in eis quęrebatur, & occidebãt. Secũdo; quia Christus in eis celebratur diabolo, & Herodi. Tertiò; quia nomen Domini nõ loquendo, sed moriendo confessi sunt; quia pro Christo, & vice Christi sunt occisi. Erant innocẽtes autem, quia circuncisi, nam circuncisio erat tunc remedium contra originale peccatum, licet non ita sufficiens, sicut nunc baptismus est. ¶ Illud aũt sciendum est, q in quibusdam ecclesijs † in die 16
Natalis Dñi diaconi vesperis finitis in honorem beati Stephani, qui eximius diaconus fuit, in trepudio cõuenientes cantant antiphonam de sancto Stephano & sacerdos collectã. Nocturnos aũt & officium in crastinum celebrant, & benedictiones super lectiones dant, quod tamen facere non debent. Et eodem modo faciũt sacerdotes in festo beati Stephani in uesperis in honorẽ sancti Ioan. quia ipse sacerdos fuit & pueri in festo Io. ad honorẽ Innocentium. Subdiaconi uero faciũt festũ in quibusdam Eccle. in festo circuncisionis, vt ibi dictũ est in alijs in epiphania, & ẽt in alijs in octaua epiphaniæ, q uocant festum stultorũ. Quia.n. ordo ille antiquus incertus erat, nã in canonib. antiquis: extra de ætate, & qualitate multis qnq; vocatur sacer, & quandoq; non, ideo subdiaconi certum ad festãdum non habent diem, & eorum festũ officio celebratur confuso.

SVMMA.

1 Apostolus quis dicatur. Et qualiter officium Apostolorũ exequatur Ecclesia.
2 Apostolorum officium, & nu. 3. 4. 5.
6 Apostoleis tantum Rome, & treis Euangelistę.

De Apostolis. Cap. 43.

Hoc nomen, græce, † interpretatur Missus Latine, inde Apostoli, dicti sunt, quia 1
à Christo missi fuerunt euangelizare per uniuersum orbem. Sane ecclesia in communi de Apostolis solennizat & canit in matutinis, Ecce ego mitto uos &c. Quia omnes electi sunt simul

1 simul a Domino post sermonem ad eos factum in monte. sicut habetur in Mat. & Marco, qui uidelicet electi sunt 12. De quibusdam tamen facit Ecclesia officium proprium, sicut de beato Petro, propter priuilegium dignitatis. de B. Paulo, quãuis non sit de 12. pp priuilegium p̃dicationis. de B. Ioanne pp priuilegium amoris siue uirginitatis: Et de beato Andrea, pp priuilegium crucis, quã ita ardenter p̃dicauit, concupiuit, & habuit. ¶ Per ho-
2 ras capitulum illud: Iam non estis † hospites & aduenæ. Eph. 2. & illud, Non uos me elegistis, qđ est ibid. & illud, Beatus uir q̃ suffert tẽtationẽ. Iac. 1. c. & illud Magnificauit eũ in timore inimicorum, Ecc. 5. Et illud, Statuit illi Dñs testñ sempiternum: ibidem. & illud, In fide & lenitate illius sanctum fecit illũ, ibidẽ, & illud. Ibant Apostoli gaudentes Act. 5. & illud. Nam quos præscíuit, hos & prædestinauit conformes. Ro. 8. c. & illud, Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Eccl. 4. c. & illud. Non esuriẽt. neq; sitient amplius Apo. 7. c. & illud, Nos insensati uitã illorum. Sap. 5. & illud. Ipso summo angulari
3 lapide Xpo Iesu. Eph. 2. c. Habent † aũt uigilias & octauas. qa si cõpatimur & cõregnabimus, de hoc dictum est in 4. par. sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Instãtia tamẽ est de beato Ioãne euãgelista, quo ad ieiunium, qđ contingit, tũ qa ut dicunt quidam, nõ fuit martyr, nisi animo, tum pp festũ sancti Stephani qđ
4 est in uigilia festi eius. ¶ In uigilijs † Apostolorum dicitur epistola. Benedictio Domini sup. caput eius. Pro 15. c. Et Eccl. 45. c. Itẽ illa. Per manus aũt Apostolorũ fiebant signa, & prodigia. Act. 5. c. Et Euange
5 lium, Ego sum uitis uera. Io. 15. ca. † In festis uerò Apostolorũ dicit epistola. Iã non estis hospites & aduenę Eph 5. c. Item illa. Hi sunt uiri misericordiæ. Eccl. 44. Itẽ illa. Scimus q̃a diligentibus Deum. Ro. 8. c. Itẽ illa. Benedictus, Deus & pr̃ Dñi nostri Iesu Xp̃i. Eph. 1. c. Itẽ illa. Spectaculũ facti sumus. ad Cor. 4. c. Item illa. Vnicuique uestrum data est Eph 4. c. Item Alleluia. Ego uos elegi. Io. 15. Item illud, Venite ad me omnes, q̃ laborat. Mat. 11. c. euãge. uerò. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, &c. Io. 15. c. & illud. Hæc mando uobis, quod est ibidem. item illud Ecce ego mitto uos. Mat. 10. c. item illud. Facta est contentio inter discipulos Iesu. Lu. 22. c. item illud. Designauit Dñs & alios. Luc. 5. c. & illud. Ego sum ui. ve. Io. 15 c. itẽ illud. Dixit Simon Petrus Mat. 19. c. Postcommunio. Amẽ dico uobis, q̃ uos qui re. Mat. 19. c. itẽ illa: uos, q̃ secuti estis me, quæ est ibidem. † Et nota, q̃ tres Apo 6
stoli leguntur tñ uiui fuisse Romę, s. Petrus, Paulus, & Ioannes, & tres Euangelistæ, s. Ioannes, Marcus, & Lucas. Notandum est ẽt Apostolos, siue Xp̃i discipulos non ideo tantum fuisse passos; quia prædicabant de Christo, sed quia ipsum deificatum aiebant; sine Romanorum authoritate, q̃ ipsi prohibuerant. Ecclesia olim statuit fieri communiter festum de omnibus Apostolis in Calend. Maij, ut dictum est in 6. par. sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi.

SVMMA.

1 Euangelistæ quatuor designant fluuium Paradisi in quatuor capita derivatum. Et recta est ea cõparatio nu. 5. 2.
3 Euangelistas quatuor, & quatuor Doctores tantum cur admiserit Ecclesia.
4 Euãgelistæ quatuor per quatuor animalia figurantur. Item per quatuor annulos aureos rotundos arcæ. nu. 6
7 Euangelistarum officium Ecclesiasticum commune eis uarie, & nu. 9. Excepto Ioanne habente proprium. nu. 8.

De Euangelistis. Cap. 44.

POst Apostolos Ecclesia ueneratur 1
etiam Euangelistas, qui non tantum prædicauerunt, sed etiam euangelia scripserunt. Legitur.n. in Gen. 4. c. q̃ † fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandum paradisum, qui diuiditur in quatuor capita, s. Physon, Gyon, Tygrim, & Eufratem. Sane allegorice fluuius ille, euangelica prædicatio est, quæ a Christo procedit, a quo generaliter omnis uoluptas emanat. Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

meum suaue est, & onus meũ leue. Gen. state & uidete, qm̃ suauis est Dñs, beatus vir qui sperat in eo. Recte aũt hæc prædi-
2 catio fluuio † comparatur, tum quia reficit, abluit & fœcundat; tum quia fluuius, dr̃ aqua fluens, & ut Salomon ait, Aqua profunda uerba ex ore uiri, & torrens inũdans est fons sapientiæ, qui tam longè lateq; defluxit, ut mundum repleuerit uniuersum. iuxta illud, Euntes in uniuersum mundum prædicate euangelium &c. Qua propter. In oẽm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Hoc irrigat Paradisum, i. fœcundat ecclesiã, iuxta illud, quod dicit Apostolus Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus aũt incremẽtum dedit. Hic est. n. fons hortorum, puteus aquarũ uiuentium, quæ fluũt impetu de Libano. Fluui⁹ aũt iste in quatuor capita diuidit, quia prædicatio Iesu Christi in quatuor euãgelia deriuatur, nam licet scripserint multi Euangelia, q̃a Lucas testatur, multi conati sunt ordinare narrationem rerum, quæ in nobis cõpleta sunt: tñ non nisi quatuor receepta sunt ab ecclesia: uidelicet Matthęi, Marci, Lucę, & Io.
3 quod † utique factum est quadruplici ratione. ¶ Primo ad ostendendum duorum testamentorum concordiam. sicut. n. in veteri testamento unus fuit legislator, s. Moses, & quatuor maiores propheræ, s. Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel; & duodecim minores propheræ, & multi sapientes, s. Iob, Dauid, Salomõ, & Iesus Syrach: ita & in nouo testamẽto unus fuit legislator, s. Christus, & quatuor Euangelistæ, duodecim Apostoli, & multi alij Doctores, ut Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, & Gregorius, ut per hoc ostendatur; quia rota continetur in medio Rotæ, & duo Cherubin sese respiciunt uersis vultibus in propitiatorium. ¶ Secundo, pro ministerio quadrigæ Aminadab, de qua spõsa in canticis dicit: Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Aminadab. n. interpretatur spontaneus Domini, hic est Christus, qui factus homo, oblatus est, q̃a ipse uoluit: huius quadriga est euangelica doctrina, per quam eius fama per mundũ uehitur uniuersum: cuius quatuor rotæ sunt dicti quatuor euangelistę, propter hanc quadrigam spõsa, i. Ecclesia salubri dolore turbatur ad pœnitentiam. ¶ Tertio, ad designandum liberationẽ generis humani a morte quadrifica, ideſt a transgressione quadruplici, prima transgressio fuit mandati in paradiso, secunda legis naturalis, tertia legis scriptæ, quarta euãgelij, uel potius peccatum fragilitatis per imporentiam, simplicitatis per ignorantiam, securitatis per negligentiam, malignitatis p̃ inuidiam. His. n. quatuor modis peccãdi anima moritur, & separatur a Deo. ¶ Quarto, p̃ ministerio formæ quadrigæ, sicut. n. inter cæteras formas quadratũ, sic inter cæteras doctrinas euãgelũ solidius, & stabilitus perseuerat: nam illud undique stat, & ideo legitur Apo. 21. c. q̃ ciuitas in quadro posita est, & istud, ꝓpter stabilitatem appellatur æternum, p̃ cuius gratiam homo quadratur in moribus, & in uirtutibus solidatur. Cæterum istorũ potius, quàm aliorum euangelia recepta sunt, tum quia ipsi diligentius & apertius historiam euangelicam descripserũt: tum q̃a licet aliquando varia seu diuersa, nunquam tamen contraria seu aduersa scripserunt: tum qua isti quatuor † animalium figuris in uisione Io. & Eze. præfigurati sunt, Eze. 1. Matthæus per hominem eo quod eius intentio præcipue circa scribendam Christi humanitatem versatur. Vnde eius liber ab humana Christi nativitate sumit exordiũ: Liber, inquit, generationis Iesu Christi &c. Marcus p̃ Leonem, in deserto rugientem, eo quod eius intentio præcipue circa describẽdam eius resurrectionem consistit. Vnde eius euangelium antonomatice in die resurrectionis legitur. Dicitur autem q̃ leo rugitu maximo tertia die suos excitat catulos: ita & Deus pater immensa potentia sua, filium suũ tertia die suscitauit, vñ & Marcus ab exclamatione incipit, s. a prædicatione Ioan. in deserto clamantis, & dicentis. Vox clamantis in deserto. Et scias, q̃ Marcus fuit lõgo naso; subducto supercilio, pulcher oculis, cãluus, barba prolixa, habitudinis optimæ, ætatis mediæ, canos aspersus. Lucas per uitulum, eo q̃ præcipue circa describendam Christi passionem eius intentio uersatur, in qua Christus se obtulit hostiam Deo patri, idem sacerdos & hostia. Vitulus enim erat hostia
4

sacerdo-

sacerdotalis, vnde à sacerdotio incipit dicens. Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ sacerdos quidam. & Io. per aquilam; quia cæteris cum Dño gradiẽtibus ipse in cœlum ad describendam Xpi diuinitatem volauit, dicẽs. In principio erat. & de hoc dictum est in prima parte sub tit. de picturis. Hæ siquidem quatuor principales intẽctiones designatæ sunt per figuras illorum quatuor animalium, & quorũ quodlibet in visionem Ezechielis, 4. habet facies; qm̃ omnes de singulis agunt, licet quidam principalius de quibusdam, præsertim cum omnes agant de, Christo cui quatuor illæ figuræ conueniunt, fuit nanque homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo. Quæ ut melius intelligas, imagina aliquod animal habens caput quadratum, & in qualibet superficie imagina unam faciem, videlicet à parte anteriori faciem hominis, à dextris faciem Leonis, à sinistris faciem vituli, à parte posteriori faciem aquilæ à superiori. Quia vero facies aquilæ super alas eminebat propter colli longi productionem, ideo dicitur, q̃ erat desuper. q̃libet ét horum habebat quatuor alas de pœ. dis. 2. pennata. Finge. n. quodlibet animal quasi quadratũ, in quadrato sũt quatuor anguli, & in quolibet angulo erat una ala. Porrò hi quatuor significati
5 sunt per prædicta † quatuor flumina. per Physon Ioannes, per Syon Matthæus, per Tygrim Marcus, per Eufratem Lucas. Sic. n. clarè probat Innocent. III. de euangeli
6 stis in sermone. Sunt † ét significati per quatuor animos arcę, qui aurei, & rotundi erant. In auro claritas, in rotunditate, quæ initio caret, & fine, designatur æternitas: ipsi. n. æternam Xpi claritatem & claram æternitatem describunt; per duos animos a sinistris duo euãgelistæ, s. Mat. & Ioannes q̃ ab ipso Xpo fuerant edocti, significantur. Quidam tamen per duos animos a sinistris Mat. & Ioãnem, q̃a adhuc passibili, & mortali adhæserant, accipiunt, p̃ duos à dextris Marcum, & Lucam, qui post Ascensionẽ ei iam facto immortali, & impassibili adhæserunt, accipiunt, p̃ sinistram. n. mortali as, p̃ dextrã immortalitas designatur, ẽm illud: leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me. Et propter hanc causam in picturis ecclesiarum Paulus ad dextram, & Petrus ad sinistram statuuntur Saluatoris, & in bulla Papali caput Pauli à dextris crucis & caput Petri à sinistris. ¶ Sanè in q̃busdam Ecclesijs antiphona ad Magnificat, in eorum officio est. Ecce ego Ioannes vidi ostium apertum in cœlo &c. Apoc. 4. ¶ Per horas aũt dicitur capitulum. In medio Ecclesiæ aperuit os eius. Eccle. 15. c. & illud Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus, ibidem. & illud: Iucunditatem & exultationem thesaurizauit, q̃d est ibidem. Omnia responsoria sumpta sunt de Ezec. Primo de visione Dei, i. Vidi coniunctos &c. In laudibus verò habetur de ministerio prædicationis eorum. Dilecti Deo & hominibus &c. Eccle. 45. c. Introitus Missæ, ꝓprie est. Os iusti meditabitur sapientiam. Tamen † Ioannes 8
euangelista habet introitum proprium, ꝓpter priuilegium amoris, & dignitatis, videlicet, In medio Ecclesiæ aperuit os eius, &c. q̃a ipse non tantum fuit euangelista, sed ét ꝓpheta. q̃d patet in principio libri Apoc. vbi dicit Beatus, qui legit, & q̃ audit verba ꝓpheticæ huius, & seruat ea, quæ in ea scripta sunt. Notandũ tamẽ est, q̃ iste introitus ꝓpter priuilegium prædicationis secũdariò competit Aug. Gregorio. & alijs expositoribus † Epistola in q- 9
busdã Ecclesijs est de figura quatuor animalium. Ecce ego Io. vidi ostium apertũ. Apo. 4. c. Aliæ Ecclesiæ dicunt illã, Ezech. 1. c. Similitudo vultus &c. Responsorium est, Beatus uir qui timet Dominũ &c. Versus est, Potens in terra erit semen eius &c. quod intelligitur de semine uerbi Dei, & bonorum operibus. Sequitur: Generatio rectorum benedicetur, quia euangelistæ, generãt filios Dei, qui bene dicuntur. ¶ Alleluia, in quibusdam Ecclesijs est, Primus ad Sion dicet. Ecce ass. & Hierusalem. euan. Dabo. Esa. 41. c. In alijs verò Ecclesijs dicitur alleluia Beatus vir. Euangelium est. Designauit Dominus & alios septuaginta duos discipulos Luc. 10. c. & sequitur. Et dicebat illis, Messis q̃dẽ multa, operarij verò pauci. 20. dist. in nouo. Offertorium est. Posuisti Domine super caput &c. Postcommunio est, Magna est gloria eius in salutari &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S V M M A.

1 *Martir, ideſt, teſtis. & an habeat octauã, & vigiliam.*
2 *Martyrum officium variè per diſcurſum num. 3. 4. 9.*
5 *Martyrum præmium, & eius expoſitio. & num. 6.*
7 *Arundinetum quid.*
8 *Melota quid.*

De Martyribus. Cap. 45.

1 MA'ρτυρ Græcè, dicitur teſtis † Latinè, martyres. n. teſtes ſunt, quod Chriſtus paſſus eſt pro oĩbus, & ipſi pro Chriſto. ¶ Sane ſolus beatus Laurentius inter martyres vigiliam hẽt, & octauã, prout ſub eius feſto dictum eſt, oẽs. n. martyres ſingulares, habẽt cõia officia, exceptis Stephano, Laurẽtio, Ioãne Baptiſta, & a-
2 lijs q̃buſdã. Et eſt † introitus ad Miſſam Gloria, & honore coronaſti eum Dñe. vel Sapientia ſanctorum. Eccl. 44. c. vel Iudicabũt ſancti. Sap. 2. c. vel, Sacerdotes Dei. Dan. 3. uel Lętabit iuſtus. Hi tñ in paſcha li tpe habent aliud officium, eo q̃ in illo tpe oportet, q̃ frequenter repetat̃ alleluia pp gaudium reſurrectionis, & tunc eſt introitus. Protexiſti me a conuentu malignantium &c. Et qa corona debet̃ eis tanquã uictoribus, ideo ſæpe fit mẽtio de corona, vñ Stephanus interpretat̃ coronat⁹. Epiſtola uero q̃ñq; dr̃ pro uno martyre. Iuſtus cor ſuum. Eccl. 39. c. quãdoq; illa. Beatus homo, qui inuenit ſapientiam. Prou. 3. c. quandoq;, Iuſtorum aiæ. Sap. 3. c. quandoq; illa. Iuſtus in morte ꝓccu. q̃ eſt ibidem, 4. c. quandoq; illa. Beat⁹ vir, qui in ſapientia. Eccle. 24. & 25. q̃ñque illa. Benedictus Deus, & pater ad Corinth. 1. c. q̃ñque illa. Memor eſto. 2. ad Timo. 2. c. quãdoq; illa. Nemo militans, q̃ę eſt ibidem. quãdoq; illa. Beatus uir, q̃ in uentus eſt Eccl. 31. quandoq; illa. Benedictio Domini ſuper caput. Prou. 25. cap. quandoq; illa. Stabunt iuſti. Sap. 5. c. Euã gelium uero dr̃ quandoque. Si quis vult poſt me venire. Matt. 16. quandoq; illud. Si quis uenit ad me. Luc. 14. quãdoq; illud. Niſi granum. Ioan. 12. c. quadoq; illud. Nolite arbitrari. Matt. 10. quandoq; illud, Nihil opertum, quod eſt ibidem, quandoque illud. Si quis venit ad me, & non odit. Luc. 14. c. ¶ Pro pluribus uerò martyribus † dr̃ quandoq: epiſtola. Lingua ſapientum. Prouer. 15. c. quandoque illa. Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. 1. Petr. 1. c. quandoq;. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Sap. 4. quandoque. Rememoramini priſtinos dies. Heb. 10 quandoque. Sancti per fidẽ. Heb. 11. c. quandoque. Expectatio iuſtorũ lætitia. Prouerbior. 11. c. quandoque. Hi ſunt uiri Eccleſi. 43. c. quandoque. Abſterget Deus. Apoc. 7. cap. quandoque. Reddet Deus. Sapien. 10. quandoque. Iuſti autem in perpetuum viuent. Sap. 5. c. quandoque. Quis ſeparabit nos a charitate Chriſti. ad Roman. 8. cap. ¶ Alleluia eſt. Hi ſunt duæ oliuæ Apocalip. 11. capit. Euangelium uero quandoque dicitur. Cum audieritis prælia. Lucæ 21. quãdoque. Deſcendens Ieſus de monte. Luc. 6. c. quandoque. Videns Ieſus turbas. Mat. 5. quandoque. Egrediente Ieſu de templo. Marc. 13. c. quandoque. Attendite a fermento Phariſæorum. Luc. 12. c. quandoque illud. Sedente Ieſu ſuper montem Oliueti. Mat. 24 c. quandoque illud. Vhe vobis qui ædificatis. Luc. 12. quandoque illud. Qui uos audit. Lucæ 10 cap. quandoque illud. Confiteor tibi pater. Mat. 26. c ¶ Dicitur poſtcommunio. Amẽ dico uobis, quod vni. Mat. 5. cap. quandoque Et ſi coram hominibus. Sapien. 3. c. quandoque. Quicunque fecerit. Matth. 12. quandoque. Dico autem uobis. Matt. 10. cap. quandoque. Signa autem. Marc. vlti. cap. & quandoque. Multitudo. Luc. 6. cap. ¶ In nocturnali † vero officio primũ 4
reſponſorium eſt. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certauit vſque ad mortem &cęt. Et eſt quinti toni, quia petulantia quinque ſenſuum fuit mactata in eis. In tempore uero paſchali primum reſponſoriũ eſt. Beatus vir, qui metuit Dominum. & eſt octaui toni propter octauam, quæ ſignificat gloriam reſurrectionis, quia uero ſancti martyres in tolerandis tormentis ſe habuerunt conſtanter, & conſtantia

tia a ſolo Deo eſt, ideo illud reſponſoriũ, O ueneranda martyrum &c cãtatur pro eis. & eſt quinti toni; quia martyres quinque ſenſus Deo imolauerunt. de martyribus ẽt cantatur illud reſponſorium, Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Iudicabunt nationes & dominabuntur populis, & rẽg. dom. in æternum, &c. Sap. 3. c. & eſt ſenſus. Iuſti
5 † fulgebunt in futuro diuerſis beatitudinibus, prius, tamen in hoc ſeculo diſcurrent, i. per diuerſas mundi partes curſitãdo diuina uerba alijs annũciabunt, & hoc faciunt more ſcintillarum diſcurentium per arundinetum, ſicut. n ſcintillæ, uel fauillæ ignis arundinetum, i. materiam fragilem arundinum atterunt, & annihilãt, ſic & ſancti ſua prædicatione ignita, i. diuino igne accenſa, uitia quæ reſpectu fortium uirtutum fragilia ſunt, deſtruent. Iudicabunt, i. dominabuntur nationes, i. illos, qui in peccatis ſuis permanſerunt, & regnabunt in æternum, i. in ętternitate cũ Deo recipient immortalitatem, & impaſſibilitatem, cæterasq; uirtutes. ¶ Rurſus
6 in his † verbis exprimitur ſtola carnis, quam Sancti recipient, quæ conſiſtit in quatuor, ſ in claritate, ſubtilitate, agilitate, & impaſſibilitate. Nam fulgebunt clari, & tamquãm ſcintillę ſubtiles in arundineto diſcurrent agiles, & regnabit Dominus eorum in perpetuum, & ipſi cum Domino impaſſibiles: Nã abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum &c. Imo exultabunt in gloria, & de cubilibus ſuis, quod ad ſtolam ſpiritus refertur, quam etiam recipiunt Sancti. & no-
7 ta, q̃ † arundinetum eſt locus, in quo ſunt multę arundines, ſiue cannę, ſicut in paludibus. flante autem auſtro ex aſſidua confricatione arundinum ignis accenditur, ſcintillæ undiq; aduolant, & accenditur arundinetum, quod allegoricè contingit in Sanctis. De martyribus etiam cãtatur. circumierunt in melotis. Heb. 11. q. d. in
8 petra. Melota eſt † ueſtis facta de pilis uel de pelle cuiuſdã animalis, quod melota vocatur, ſiue taxus, Eſt. n. habitus neceſſarius ad exercitia operis. Per horas etiam
9 dicitur capitulum illud, Beatus vir † qui ſuffert. Iac. 1. c. & illud, Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula. Eccl. 31. c. & illud Beatus vir qui in ſapientia morabitur. Eccl. 14 c. & illud, Iuſtorum animæ. Sapient. 5. c. & illud, Iuſti autem in perpetuum viuent. ibidem. & illud, Sancti per fidem. Heb 11. & illud, Potuit. n. tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus. Eccle. 31. c. & illud, Corona aurea ſuper caput eius Eccl. 45. & illud, Stolam iucunditatis induit. ibidem. ibi tñ dicitur Stola gloriæ. & illud. Sancti ludibria, & uerbera. Heb. 11. & illud, tamquã aurum in fornace. Sapien. 3. c. & illud, Hi ſunt, qui uenerunt de tribulatione. Sapien. 7. c & illud, Nõ eſuriẽt neq, ſitient. ibidem. & illud, Iuſti tulerunt ſpolia impiorum Sap. 10. c. & illud. In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas. Prouer. 11. c. Illud etiam ſciendum eſt, q̃ Eccleſia celebrat feſtum quorundam Martyrum ueteris teſtamenti, prout dictum eſt in feſtum Machabæorum.

S V M M A.

1 *Confeſſores dicuntur laudatores, quod uerbum commune etiam eſt & martyribus, & virginibus, & uiris ſanctis.*
2 *Confeſſores diſtinguuntur in epiſcopos, & Presbyteros. Et virocunque aliquando idem officium ſæpe diuerſum uide, & 3. 4. 5.*

De Confeſſoribus. Cap. 46.

1 COnfeſſores, dicuntur † laudatores, licet autem tam Martyres, quàm uirgines, quàm etiam omnes Sãcti veri ſunt Chriſti confeſſores. Martyres tamen, quia in iraſcibili vincunt, tranſcendunt, & ſuperlucrantur ſpeciale uocabulum martyrum, & uirgines, quia uincunt in concupiſcibili nomen uirginum, & doctores, quia alios ſuperant in rationabili, doctorum: hinc eſt, q̃ martyres, & virgines, & doctores aureola decorabũtur. Sane † confeſſores diſtinguũtur 2
in epiſcopos, & presbyteros. De epiſcopis dicitur introitus. Statuit. Eccle. 45. c. Et epiſtola. Ecce ſacerdos magnus, qui in. Eccle. 44. Ipſi enim ſunt magni ſacerdotes. & illud de epiſcopis dicitur, inueni

Universidad de Deusto Biblioteca

Dauid ſeruum meũ oleo ſancto meo unxi eum, qa non tantum uncti fuerunt in baptiſmo, & in confirmatione, & ordinatione in presbyteros, ſed ẽt in conſecratione in epiſcopos, ut habeant miſericordiam ſuperfluẽtem, & officia illa, quæ incipiunt Sacerdotes. propriè cõpetunt epiſcopis, cætera ſunt cõmunia, & plura ſunt reſponſoria octaui toni, qa affixerunt & crucifixerunt carnem ſuam cũ uitijs, & cõcupiſcentijs, pp octauas reſurrectionis.

2 ¶Ruſſus † de confeſſorib. dicĩ q̃nq; epiſtola dilectus Deo. Eccl. 45. c. q̃nq;. Teſtificor corã Deo. 2. ad Tim. 4. quandoq; Plures facti ſunt ſacerdotes ad Heb. 7. c. q̃nque Dedit Dñs Cõfeſſionem. Eccl. 45 c. q̃nque Iuſtus cor ſuuũ, quę eſt Eccl. 39. q̃nque Sapientia laudabit animã. Eccle. 24. quandoque, Iuſtum deduxit Dñs. Sapien. 10. c quãdoque Doctrinis uarijs. ad Hebr. 23. c. quandoque. Ego. n. iã deli. 2. Timo. 4. Alleluia. Iuſtus germinabit. Eſa. 35. c. Euangelium uerò dicĩ quandoque Sint lumbi ueſtri præcincti Luc. 12. quandoque. Vigilate. Mat. 24. quandoque. Homo quidã peregrè. Mat. 2. c. qua ndoque Videte, & uigilate. Mar. 13. c. quandoque Homo quidã nobilis. Luc. 19. c. quandoq; Nemo accendit lucernam Luc. 11. c. quãdoq;. Vos eſtis ſal terræ. Mat. 5. c. quandoq;: Nolite timere puſillus grex, Lu. 12. c. Poſtcommunio eſt, Quinque talenta, Mat. 25. & quãdoq;. Fidelis ſeruus. Mat. 3 24. c. & Luc. 12. c. ¶Per † horas uerò dicĩ capitulum illud. Ecce ſacerdos. Eccle. 44. c. & illud, Benedictionem omnium gentium &c Quod eſt ibidem, & illud, Cognouit eum. ibidem, & illud. Iuſtum deduxit. Sapiẽ. 10. c. & illud. Iuſtus cor ſuũ. Eccle. 39. c. & illud, Magnificauit eum in conſpectu regum. Eccle. 25. c. Sed quod hic dicĩ. magnificauit, dicitur ibi Glorificauit. & illud, Labia ſacerdotis cuſtodiunt Malach. 2. c. & illud, Non eſt inuentus ſimilis illi. Eccle. 25. c. & illud, Fungi ſacerdotio, & habere laudem. Eccle. 45. c. & illud, Talis decebat, ut eſſet nobis Pontifex, ibidem, & illud, Collaudabunt multi ſapientiam eius, & uſque in ſeculum non recedet memoria eius. Eccle. 39 ca. & illud, Honeſtauit illum in laboribus. Sap. 10. c. & illud, Cuſtodiuit illum ab inimicis, quod eſt ibidem. 4 ¶†Illud autem notandum eſt. q̃ ſi plura feſta in eadem die concurrant, illius qui inter eos maioris erit nominis, officium celebratur. De hoc dictum eſt in proœmio huius partis.

SVMMA.

1 *Virginis officium, & nu. 2. 3. 5.*
4 *Virgines quanam habeant proprium officium.*

De Virginibus. Cap. 47.

1 OFficium matutinale † Virginum maximè ex parte ſumitur de pſalmo epithalamico, ſ. Eructauit cor meum. in quo agitur de laudibus ſponſi & ſponſę. Virgines. n. ſponſæ Chriſti ſunt, quæ ſequuntur agnum, quocunque ierit, in corpore & in aĩa, pp integritatem corporis & aĩę. Notandum aũt eſt, q̃ illud reſponſoriũ, qđ eſt de ſpõſo, ſ. Audiui uocem de cęlo &c. qđ in q̃buſdã Eccleſijs dicitur, eſt primi toni, quia unicus eſt ſponſus animarũ Chriſti, & ſumitur de Mat. 25. c. illud uerò, quod eſt de contemptu mundi, ſ. Regnum mundi, & omnem ornatum ſeculi contempſi &c. eſt quinti toni, quia ibi oſtenditur conculcatio quinque ſenſuũ. 2 De † uirginibus. n. cantatur illud. Fulcite me floribus. Cant. 2. c. qđ expoſitum eſt in 5. parte ſub ti. de ſexta. In quibuſdam Eccleſijs dicunt uerſiculum de uirginibus illum, Elegit eam Deus, & pręelegit eam. ſed alij rectius conſiderantes, quod ſola beata virgo Maria præelecta eſt, in honorem eius tantum dicunt illum, pro alijs uerò uirginibus dicunt. Elegit eam Deus, & dilexit eam. Per horas etiam dicitur capitulum: Qui gloriatur 1. Corin. 2. cap. & 1. Corin. 10. ca. & illud. Aemulor enim. 1. Corin. 11. cap. & illud, Sapientia uincit. Sapien. 8. & illud, Memorati ſunt Domine miſericordiæ tuæ, Eccle. 51. cap. & illud, Liberaſti me a perditione, ibidem, & illud, Accinxit fortitudine lumbos ſuos. Prouerb. 31. c. 3 in † officio Miſſæ ſi ſit uirgo, & martyr propriũ officium eſt, Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum &c. Alia cõmunia ſunt, excepto, q̃ de B. Agatha dr̃ 4 introitus. Gaudeamus † omnes in Domino, pro eo, q̃ ipſa excellenter lætiſſima venit ad paſſionem, ſicut de ea ſcriptum eſt, Agatha lætiſſimè, & glorianter ibat ad carcerem, ideo eius lætitiæ noſtram lętitiã ſociamus, ut cum ea in Domino congaudeamus. ¶ De B. etiam Agnete officium Miſſæ eſt. Me expectauerunt. ratio quare, poteſt ex eius legenda haberi. Et nota, q̃ de virginibus dicitur quãdoque 5 epiſtola. Confitebor † tibi Domine. Eccl. 51. c. quandoq; Qui gloriatur 2. Cor. 10. c. quandoq;. Domine Deus meus exaltaſti. Eccl. 2. c. quandoq;. Sapientia laudabit animam. Sapien. 24. quandoque. Sapien. vincit malitiam. Sap. 8. quandoq; De virginibus. 1. ad Corin. 7. quandoq;. Dominus poſſedit me. Prouer. 8. c. Alleluia. Et poſtcommunio. Quinq; prudentes. Mat. 25. c. Euangelium quandoque dicitur. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Matth. 23. c. quandoque Simile eſt regnum cœlorum decem uirginibus Matth. 25. cap.

SVMMA.

1 *Dedicationis Eccleſiæ feſtum reſpondet feſto encaniorum.*
2 *Dedicatio Eccleſiæ vnde duxit initium.*
3 *Dedicatio Eccleſiæ cur octo diebus celebretur.*
4 *Dedicationis eccleſiæ officium, & eius expoſitio, & nu. 5. & 6.*
7 *Dedicationis Eccleſiæ feſtum differri quandoque.*

De feſto, & officio dedicationis Eccleſiæ. Cap. 48.

QVONIAM in parte prima dictum eſt qualiter eccleſia dedicanda ſit, reſtat, vt hic aliqua de officio, qđ in feſto dedicationis eccleſiarum dicitur, ſubijciamus. 1 Feſtum ergo illud ſolemniter ab eccleſia celebratur, de quo in Ioan. habetur. Facta ſunt encænia, ideſt feſta dedicationis in Hieroſolymis, & Ieſus ambulabat in templo in porticu Salomonis ad confirmationem illius feſtiuitatis. de conſ. diſt. 1. ſolemnitates. Et dr̃ porticus Salom. quia Salomon ſolebat ibi orare, & ibi orauit in die dedicationis. 2 Hoc † ẽt feſtum in ueteri teſtamento fiebat, unde legitur in 1. libro Machab 4. c. Elegit Iudas Machabæus ſacerdotes ſine macula, & mãducauerunt ſancta. Eccleſia. n. militans põt mundari, ſed non triumphans, & Augu. dicit in homilia ſuper p̃dicto verbo. Facta ſunt encęnia. Illum diem quo templum dedicatum eſt. Iudæi ſolemniter celebrant. 3 Celebrauerunt aũt Iudæi encęnia † octo diebus, quare vr̃, q̃ nos ſimiliter feſtum dedicationis debemus octo diebus ſolemnizare, ut in prædicto c. ſolemnitates. § 1. Sed mirum eſt quare octo diebus celebrauerint encænia, cum Paſcha, & ſcenophegiam non celebrauerunt, niſi per 7. dies tm̃, ut de conſ. diſt. 1. § 1. Ad hoc eſt reſponſio, qa hæc feſtiuitas ſpecialiter ſignificat æternam dedicationem, in qua Eccleſia illa, ſ. anima ſancta, ita Deo dedicabitur, i. copulabitur, ut non poſſit ad alios vſus transferri, quod erit in octaua reſurrectionis, & iõ in nouo teſtamento habet hoc feſtum octauas. ¶ Hæc eccleſia conſtruitur] in baptiſmate, & in doctrina, & in pœnitentia. Hic. n. auditur ſecuris, & omnis generis ferramẽtum, i. omnia genera flagellorum, & diſciplinarum, ſ. in Eccleſia militante, quæ per tabernaculum Moſi ſignificatur. Tabernacula. n. militãtium ſunt. Templum uero illud Salomonis, ſignificat eccleſiam triumphantem, in qua hæc non audiuntur. 4 ¶In † matutinali officio dicuntur illi pſalmi, in quibus fit mentio de portis, quæ ſpecialiter ſunt timor, & amor, ſicut habetur in pſalmo illo, Domini eſt terra. ibi. Attolite portas principes vr̃as &c. Item illi, in quibus fit mentio de altari, ſicut in pſalmo illo. Iudica me Deus, & diſcerne &c. Item illi, in quibus fit mẽtio de ciuitate, ut ſunt illi, Deus noſter refugium &c. Et magnus dominus noſter. Itẽ illi, in quibus fit mentio de atrijs, & de portis, ut ſunt illi. Quam dilecta tabernacula, & fundamenta eius in montibus ſanctis. Sed quæritur, quare tũc dicitur pſal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus ille: Domine Deus salutis meæ? ad quod quidam dixerunt, quòd ideo, quia ibi fit mentio de sepulchris: sed hæc ratio non valet; quia ibi non fit mentio de talibus sepulchris, in quibus habitant, siue sepeliuntur corpora fidelium: iuxta ecclesiam, sed de sepulchris malorum, vnde dicimus. quòd dicitur ille psalmus, eo q̃ est psalmus pœnitentialis, & specialiter ibi de oratione habetur, quæ in ecclesia facienda est. Vnde ibi dicitur. Intret oratio mea in conspectu tuo. Dicit autem, Dominus de Ecclesia. Domus mea, domus orationis uocabitur. Octauus vero psalmus est. Qui habitat in adiutorio altissimi, i. in ecclesia, quia ibi dicitur, Altissimum posuisti refugium tuum, quia super omnes in vertice montium fundata est ecclesia. Vltima uero antiphona, scilicet ad † Magnificat in vesperis est, Pax ęterna, quia ad hoc celebratur dedicatio, vt dedicemur, & habeamus illam pacem æternam. Per horas autem dicitur capitulum illud, Vidi ciuitatem. Apo. 21. c. & illud, Ecce tabernaculum. quod est ibidé, & illud. Vnusquisque propriam mercedem. 1. Cor. 3. & illud, Fundamentum aliud nemo potest ponere, ad Cor. 3. Sanè huic festo cõpetit, quod Iacob vidit scalam, & angelos ascendentes, & descẽdentes, i. totam ecclesiam uidit, vna visione, & erexit lapidem, i. Christum, qui est lapis in summo, & est lapis angularis, & fundamentum, qui omnia sustinet. Erexit inquam in titulum præconialem, memorialem, & triumphalem, fundens oleũ desuper. Siquidem Iacob, ideſt prælatus, fundit oleum super lapidem, ideſt Christum, ad ostendendum eius chrismata, & idem prophetauit Iacob, dicens. Terribilis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Terribilis est enim ecclesia dæmonib. propter Dei similitudinem, quam habet, & propter
6 hoc ad Missã est introitus. Terribilis † est locus iste. Gene. 28. Sequitur. Et uocabitur aula Dei. hoc apposuit beatus Gregorius de suo, pro eo. quòd ibi paratus est Deus exaudire, sicut dixit Dominus Salomoni. 3. Regum 13. Exaudiui orationẽ tuam &c. Quare autem terribilis sit, ostenditur in versiculo, Dominus regnauit decorem induit, scilicet in membris suis, & ideo terribilis est ecclesia dæmonibus. In consecratione vero altaris est introitus. Dicit dominus sermones mei. Esa. 19 & 16. Epistola sumitur de Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Responsorium est. Locus iste, scilicet ecclesia materialis, sanctus est, quia sanctificata est ad hoc, ut ibi Dominus exaudiat preces, & ideo præstat orantibus sanctitatem: Salomon enim orauit, ut Dominus orantes ibi exaudiret, & Dominus dixit ei. Exaudita est oratio tua: hoc enim significatum est. 3. Regum 8. c vbi Salomon dedicato templo, ait. Quicunque orauerit in loco isto, exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris. Alleluia est in quibusdam ecclesijs. O quam metuendus est. Gene. 28. cap. Euangelium uero est. Egressus Iesus. Luc. 19. cap. eo quod ibi habetur. Hodie salus huic domui facta est. in quibusdam tamen ecclesijs legitur euangelium de Matthæo, in quo habetur. Et non potuerunt subuertere domũ illam. Fundata enim erat supra firmam petram. sequitur offertorium de Verbis Dauid in Paralipomenon. i. vlt. cap. vel secundum alios, sunt uerba Salomonis. Dñe Deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc. Obtulerat enim sacrificia inęstimabilia, quæ significant bonas operationes, siue cogitationes, & bona desideria, quæ inæstimabilia sunt, & numero & pretio. ¶ Sequitur postcommunio, Domus mea &c. Esa. 56. & Matt. 7. cap. ¶ Nota, quòd † si festũ dedicationis Ecclesiæ occurrerit in passione Domini, fit in sequenti hebdomada: si vero in festo Ascẽsionis, de Ascensione fiet officium, & officium dedicationis differtur. Salomon. n. dedicauit templum duodecima die mensis, & decima die mensis occurrebat scenophegia, celebrauit autem dedicationem templi per septem dies, & prorogauit scenophegiam vsque post dedicationem.

Finis Libri septimi.

LIBER OCTAVVS.

S V M M A.

1 *Computi rationem tenere debent sacerdotes.*
2 *Computus quid, & unde dicatur nu. 3.*
4 *Tempus, quid, & eius partes.*
5 *Annus est triplex,*

De computo, & Calendario, & pertinentibus ad illa. Pulcherrimus. n. est liber iste, & clericis, & laicis necessarius ualde. Cap. 1.

1 VONIAM sicut ſait B. Aug. 34. dist. quæ ipsis. Sacerdotes computum scire tenentur, alioquin uix eius nomen Sacerdotis constabit, sub quo uerbo notitiam cursus temporis Lunæ, ac Calendarij intelligimus, q̃m computus est
2 scientia certificandi † tempus secundum Solis, & Lunæ progressum. Idcirco ad simplicium Sacerdotum instructionem, in hac octaua, & finali parte de hoc aliqua claro compendio perstringemus, prout ad usum Ecclesiæ dignoscitur pertinere. Di-
3 citur † autem computus, a computo computas, quia in ipso computando procedimus, non quia in ipso computare doceamur, & est duplex computus, s. astronomicus, seu philosophicus, & vulgaris, seu ecclesiasticus, sed de astronomico nil ad præsens. Vulgaris computus est, scientia distinguendi tempus certa ratione, siue scientia temporis discretiua, secun-
4 dum Ecclesię usum. Tempus † uero, prout hic sumitur, est secundum Tullium quædam quantitas anni, mensis, diei, seu alterius spacij. Vel tempus, est mora motus rerum uariabilium, cuius partes decem esse dicuntur, s. annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctum, momentum, uncia, & atomus. Annus continet duodecim menses, & quinquagintaduas septimanas, & diem unam, & trecentos sexagintaquinque dies, & sex horas. Mensis continet quatuor septimanas, uel paulo plus. Septimana septem dies. Dies quatuor quadrantes. Quadrans, sex horas. Hora, quatuor puncta. Punctum, decem momenta. Momentum duodecim uncias. Vncia quadragintaseptem atomos. Atomus, indiuisibilis est. Nam ἄτομος, græcè, indiuisio dicitur, unde ἄτομος, græce, indiuisio latinè. Anni ergo solaris fere duodecima pars mensis est Dies naturalis, septima pars septimanæ. Quadrãs quarta pars diei naturalis. Hora, sexta pars quadrantis. Punctum, quarta pars horæ. Momentum, decima pars puncti. Vncia, duodecima pars momẽti. Atomus, quadragesima septima pars uncię. Et est alia temporis diuisio, s. per æuum, per ætatem, per seculum, per lustrum, per Olympiadem, & per indictionem, de quibus infra dicetur. Cæterum † tria sunt 5
tempora annorum, siue triplex est annus. scilicet Solaris, & Lunaris, & magnus de quibus præuidimus; in hac octaua parte tractare, quæ duas principaliter habet partes, in quarum prima agitur de anno Solari, & de magno; in secunda uero de lunari.

S V M M A.

1 *Huius octauæ partis quadruplex diuisio. Et quid quælibet tractet. & nu. 2. 3. 4.*

Prima pars de anno solari incipit. Cap. 2

IN hac † prima huius opę- 1
ris parte de anno solari tractatur, quæ in quatuor subdiuiditur particulas. In quarum prima agitur, quid sit annus. De initio anni. De multiplici anno. De duodecim signis. De bissexto. De quatuor anni temporibus. De ieiunijs illorum. De solstitijs. De æquinoctijs. De magno anno. De olympiade. De lustro. De ętate.

De

Universidad de Deusto Biblioteca

2 De seculo. De æuo. ¶ † In secunda parte agitur de mẽse. De Calendis. De Nonis. De Idibus. Vnde & qualiter dies denominentur. De diebus Aegyptiacis ac canicu-
3 laribus. ¶ † In tertia agitur de septimana & quæ sit litera Calendarium cuiuslibet mensis. In qua die septimanę quilibet mẽsis incipiat. ¶ Et de literis dominicalibus. De regularibus solaribus. De concurren-
4 tibus. Et de indictione. ¶ † In quarta agitur de die. De momento, & de hora: Occasione horę annectitur de quantitate lu centium horarum noctis.

S V M M A.

1 *Annus Solaris quid. Et nu.4. & unde dicatur.*
2 *Anni initium à varij, variè cœptum.*
3 *Annorum varia nomina.*
5 *Zodiaci signa, & quid Zodiacus.*
6 *Zodiaci signorum explanatio. Primum de arieto, proximè de cæteris, ordine, per nu.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17*
18 *Bissextus quid, & unde, & quando contingat num.19.*
20 *Bissextus quomodo dignoscatur.*
21 *Anni quatuor tẽpora, et eorũ explicatio.*
22 *Ieiunia quatuor temporũ cur sic dicta. Et cur fiant nu.23.*
24 *Solstitia duo sunt in anno Solari. Et qd solstitium. & unde dictum.*
25 *Aequinoctium quid.*
26 *Annus magnus. Item mundanus. ibid.*
27 *Aera quid.*
28 *Olympias quid.*
29 *Lustrum quid.*
30 *Annus indictionalis Romanis, Iubilæus Hebræis, Christianis benignitas, et gratia est. ibid & nu.31.32.*
33 *Aetas quid, & quomodo accipiatur.*

ADNOTATIO.

Annus est. (Imp. annus cui est triplex Græco verbo ἐνιαυτος, ὲτος, à temporis circuitu, dicitur ab am, quod veteres, circum, dixerũt, & nare, fluere. Fluunt. n. anni, sicut dies, & menses, q. annus conficiatur mensibus in se confluentibus. Aut si mauis, ab ἀνανεόω. renouo, quia semp renouatur. Varij tũ uaria super hoc verbo. Cæterum de annorum dſia apud varios vide Plin. natura. hist lib. 7. c. 48. ubi etiã fusè de anni obseruatione, rationeq;. Itẽ quot diebus constet, quinam intercalaris, lib. 18. c. 25. 26. Eius partes, & initia. ibid. Annus porrò Atheniẽsium erat dierum quatuor, & quinquaginta supra trecentos, qñ menses ipsi suos Lunari cursu metiebantur. Et quod deerat dierum ad annum iustum, solaremq; rationem, id intercalatione supplebatur. N. Doard.

Quid sit annus Solaris. Cap. 3.

ANNVS, est * Solis † an fractus, cum peractis trecentis sexagintaquinque diebus ad eadem loca syderũ redit. Dicitur ergo annus, quia mensibus in se recurrentibus voluitur, ab am, quod est circum, & eo is, quasi circulariter rediens. Vnde & annus dicitur, quasi annulus, i. circulus, eo q in se redit. vnde Vir.

Atq; in se sua per vestigia voluit annus. Georgic. lib. 2.

Et ob hoc ante inuentas literas, sic apud ægyptios annus indicabatur: pingebãt. n. draconem caudam suam mordentẽ, quia in se recurrit, & sic adhuc à quibusdam figuratur. Alij annum ab innouatione dicunt, semper. n. renouatur. ¶ Annus secun
2 dum † diuersos diuersas habet initia, qñ Arabes, & Aegyptij illum inchoant post solstitium æstiuale, s. a Septembri pro eo, quòd legitur arbores in principio mundi fructum habuisse, & quia hoc in Septembri contingit, putant tunc mundum factum fuisse, ideoque ibi incipiunt annũ. Numa verò Pompilius, & Romani annũ à Ianuario inceperunt, pro eo quòd tunc, vel paulò ante Sol nobis incipit appropinquare. Iudæi à Martio inceperunt, quia in eo conditus est mundus, & ideo dicitur, quòd decimusoctauus dies eius est primus dies seculi, quos omnes, quò ad aliqua computistæ imitantur, ipsi nãque à Septembri incipiunt regulare Lunares, & emboliſmos, & epatas, & omnes annos Lunares. A Ianuario verò incipiunt aureum numerum, & quasdam litteras Dominicales, a Martio regulares Solares, concurrentes, & quasdam litteras Dominicales, prout in secunda parte

parte apparebit. Sane quidam moderni ob reuerentiam Saluatoris computãt annos a] natiuitate eius. Alij uerò ab eius incarnatione, idest, a conceptione beatæ Mariæ, & quando illa dixit. Ecce ancilla Domini &c. statim. n. fuit Christus hõ, &
3 plenus Spiritusancto. Annorum † alius est naturalis, alius vsualis, alius legitim⁹, alius emergẽs, alius solaris, alius magnus, alius olympias, alius lustralis, alius indictionalis, alius iubileus, alius benignitatis, alius æternitatis & gloriæ. ¶ Annus naturalis est, cum Luna Soli opponitur. vnde sol eclipsim patitur. Vsualis siue tẽporalis est qui secũdum vsum hominum sumit initium, videlicet a Ianuario usque ad sequentem Ianuarium. Legitimus, siue ceremonialis, est qui computatur secundum Lunationes ab Aprili usque in Aprilem. Aprilis enim est primus mensis apud Hebræos. Emergens est, in quo aliquod magnum Iudæis, uel alijs contingit, a quo facto in illius memoriam annum incipiunt computare, s. a quouis die.
4 † Annus solaris est spatiũ, in quo circuit sol duodecim signa Zodiaci, quem circulũ facit, ut præmissum est, in 365. diebus, & fere sex horis, fere dixi, propter quædã momenta, quæ adiiciuntur, sicut infra dicetur. Hæ autem sex horæ de quarto in quartum annum faciunt unum diem naturalem bissextilem, & annus iste cõmunis est omnibus gentibus, & incipit qualibet die, & qualibet die finitur, trãsactis prædictis diebus, & iste potest etiam dici
5 naturalis. † Signa uero prædicta sunt ista. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces, vnde versus.

Hæ sunt signa poli, quæ sẽper sunt uia soli.

Est Aries, Taurus Gemini Cancer, Leo, Virgo Libraque, Scorpio, Chiron, Capricornus, Vrnula, Pisces. Et nota, quod cęli habitatio stat circulorum distincta Zonis. Zonæ autẽ ipsæ sunt quinque, quæ ideo Zonæ uel circuli appellantur, quia in circunductione sphæræ existũt. Zodiacus autem circulus est, qui ex linearum quinq; angulis, & ex una linea constat. Rursus ζωδιακὸς græcè, dicitur animalis, ab effigie animalium, siue signum Latine. inde Zodiacus dicitur animal, seu signifer circulus, ex eo, q in medio firmamenti sunt duodecim signa per transuersum posita, æqualiter per circulum distincta, quæ formis, & nominibus animalium designant, quia sol intras in illas proprietates animalium quodammodo sortitur, uel quia stellæ in signis dispositæ sunt animalium figuris. Signum autẽ dicitur duodecima pars Zodiaci. Sol quidẽ intrat in aliquod de prædictis signis quolibet mense in 15. Calen. secundum ecclesiam. unde in Martio intrat in Arietem 15. Calen. Aprilis, in Aprili intrat in Taurũ 15. Calen. Maij. & sic per ordinem mẽsium, & signorum. Primum igitur signum est † Aries, in quo 6
sol dicitur esse factus, in quo signo est Sol circa principia Veris, sic dictum, q a sicut Aries est animal retro debile, habens aliquid ante roboris, sic postrema Solis illo tempore debilia sunt, frigore eius sortitudinem minuẽre: anteriora uero, quæ æstatem respiciunt, aliquid fortitudinis, idest caloris habent, uel sicut Aries in hyeme cubat in latere sinistro, in uere autem incipit cubare in dextro, sic sol ante illud tẽpus moratur in sinistro latere firmamenti, scilicet in meridie, tunc uero intrat latus dextrum, s. uersus aquilonem. Antiq hoc signum propter amorem Iouem uocauerunt, in cuius capite, qui simulachra faciunt, Arietis cornua fingunt. † Secun- 7
dum signum est Taurus, sic dictum, quia sicut Taurus fortior est Ariete sic fortioris est efficaciæ Sol in illo tẽpore, quo ad nos, quam in præcedenti, ueruntamen aſi est efficacior, quàm post, sicut Taurus aſi fortior est, quam retro. Antiqui ideo Taurum inter sydera in honorem Iouis collocauerunt, quia ille fabulosè fingitur in bouem conuersus, quando Europã trasuexit. Tertium † Gemini sic dictum, q a 8
illo tempore vis solis geminatur, incipit enim esse calidus, & siccus effectu, uel q a tunc præcipue res geminantur, i. multipli cantur aues. n. & animalia fœtus producunt, uel propter geminos siue duos gradus, quib. sub illo signo magis, quam sub alio sol eleuatur a terra. Antiqui autem hoc signum Gemini uocauerunt propter Castorem, & Pollucem, quos post mortem inter notissima sydera cõstituerunt. † Quartum, Cancer, sic dictũ, q a Cancer 9
est ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

est animal retrogradum, & Sol cum retrogradi-
tur, discendens a nobis, cum prius
appropinquauerit nobis. Quintum Leo,
10 sic † dictum, quia Leo est animal crudele,
& semper febricitans, sic & tempus illud
crudele, & generans febres. Rursus, quia
Hercules Leonem fortissimum in Græ-
cia occidit, ideo pp suam uirtutem hunc
inter duodecim signa statuerunt. Sextum
Virgo quia sicut virgo nil generat, sic tps
illud sterile nil noui generat generata ta-
men matures cere facit: est enim tempus
11 canicularium dierum. Septimum † Libra,
sic dictum est ab æqualitate mẽsis ipsius,
quia Sole ibi existente, dies, & nox æqui-
ponderata est quia tunc est æquinoctium
autumnale. Octauum est Scorpius, sicut
12 † enim Scorpius uenenosus est, & pungit,
sic & tempus illud morbosum est propter
inæqualitatẽ aeris: est.n. mane frigus pun
gens, & in meridie calor vrens. Nonum
13 Sagitarius, sic dictum, qa † uenatio, quæ
per sagittarios fit, plerumq; tunc exerce-
tur, uel propter fulgura, quæ tunc sæpe ca
dunt, quæ Italici sagittas uocant. ¶Deci-
14 mum Capricornus, † sicut.n. Capricornus
in abrutis montibus, siue in excelsis præ-
ciptijs pascit, sic Sol tunc est in altissimo
gradu uersus meridiem, uel sicut Capri-
cornus montes solet ascendere, sic Sol
tunc ad nos ascendere incipit. Rursus an-
tiqui Capricorni figuram inter sydera fin
xerunt, propter capram bouis nutricem,
cuius posteriorem partem corporis in pi-
scis effigiem formauerunt, ut pluuias desi
gnarent, quas plerũq; idem mensis in ex-
15 tremis solet hre. Vndecimum, est † Aqua-
rius, sic dictum quia tempus illud aquis &
ventis abundat. Duodecimum est Pisces,
16 quia † sicut pisces est animal aquaticum,
sic & tempus illud ꝓpter multas pluuias
aquaticum est, uel quia tunc aquis resolu-
tis est tempus piscationis. Verum licet,
sicut patet ex ꝑmissis, signa æqualia sint,
secundum astronomicos. Ecclesia tamen
illa non ponit æqualia, nam quandoque
plures dies sunt in uno signo, q̃ in alio,
cum unus mẽsis plures dies habeat. quàm
alius: unde plures erunt gradus vnius q̃
alterius signi. Gradus aũt dicitur spatiũ,
quo sol motu suo transit in Zodiaco die
naturali. Ex iam dictis facile sciri potest
in quoto gradu alicuius signi sit sol quo-
cunque die. Porrò † dies bissextilis, de 17
qua dictum est, dicitur bissextilis secun-
dum Philosophos, quasi ex bisse momen-
torum collecta, quod sic poterit compre-
hendi. Sol enim in quolibet signo mora-
tur triginta diebus, & 30. trientibus hora-
rum, & 30. bisse momentorum, & triens
est tertia pars alicuius rei cõstantis ex tri-
bus partibus. Bisse uero sunt duæ partes,
sed multiplicatis duodecies 30. diebus ha
bemus. 360. dies, 30. triẽtes horarum con
stituunt decem horas, qui multiplicati
duodecies faciũt quinque dies. 30. bisse
momentorum cõtinent viginti momẽta,
& ita duo puncta, sed multiplicatis duo-
decies duobus punctis, habemus sex ho-
ras ex bisse momentorum collectas, quæ
de quarto in quartum annum constituũt
vnum diem, quæ dicitur bissextilis. Rur-
sus secundum Isidorum, per singulos an-
nos crescit pars quarta assis, ac ubi quar-
to anno assis completa † fuerit bissextum 18
vnum facit, & ideo per quatuor annos
unus bissextilis adiectus est. Dictus au-
tem est secundum eum bissextus; quia
bis sexies ductus assem facit, ꝙ est unus
dies. In quo loco Calendarij poni debeat
illa dies, his uersibus continetur.

Bissextum sexta Martis tenuere Calẽdæ.
Posteriore die celebrantur festa Matthiæ.

Hoc est dicere, ꝙ in illa litera ubi dicitur
in Calendario. 6. Calen. Martij, debet po-
ni dies bissextilis, & tunc stamus siue sede
mus duobus diebus super illa litera, & fe-
stũ sancti Matthęi, quod deberet illa die
celebrari, celebratur tantum in sequenti,
ita tamen quod inter ipsum festum, & vi-
giliam nullum sit medium, extra de uer-
borum signi. quæsiuit, non interest tamẽ,
utrum ipsum festum in prima uel in secũ
da die prædictarum duarum celebretur,
sed Regionis in hoc cõsuetudo seruetur.
Isidorus dicit, quod a sexto nono Martij
usque in diem Calen. Ianuarij. Lunæ cur
su bissextus apponitur, atque inde detra-
hitur. Si autem † uolumus scire, quando 19
sit annus bissextus, debemus diuidere an-
nos Domini per quatuor, quoties possu-
mus, & si nullus superauerit, tunc erimus
in anno bissextili: si autem aliquis reman-
serit, tunc nõ erit bissextus, Vnde uersus.

Anni

Anni diuisi Domini per quatuor æquè,
Monstrat Bissextum, qua ratione scias.

Hoc autem uerum est, secundum illos, q
diuidunt annos Domini, incipiendo a na-
tiuitate, uel a Ianuario, non secũdũ illos,
qui incipiunt ab incarnatione. Alia etiam
doctrina ad inueniendum bissextum poni
tur infrà, ubi de concurrentibus agetur.

21 ¶Tempora, siue partes anni solaris sunt
quatuor, s. Ver, Aestas, Autumnus,
Hyems, ut dictum est in sexta parte, sub
quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduen-
tus. Dicta autem sunt tempora a cõionis
tẽperamento, eò q̃ inuicem, seu humore,
siccitate, calore, & frigore contemperent.
hæc & curricula dicuntur, quia non stant,
sed currunt. Ver dictũ est, quia uiret. Ae-
stas dicitur ab æstu, idest calore, inde æ-
stas, quasi vsta, & arida. Autumnus a tem
pestate uocatur, quando & folia cadunt,
& omnia matures cunt. Hyems dicitur ra
tione hemispherij, quia tunc Sol circulo
voluitur breuiori, unde & hoc tẽpus Bru
ma dicitur, quasi βρὶ χυς, i. breuis, uel a ci
bo, quia tunc maior est uescendi appeti-
tus; edacitas.n. Græce, bruma appellatur
* * Principia autem partium anni, secun-
dum Ecclesiam his uersibus continentur.

Festũ Clementis, Hyems caput est Oriẽtis.
Cedit Hyems retro cathedrato Simone
Petro.
Perfugat Vrbanus, Aestatẽ Symphorianus.
Id tibi, quod restat. Autũni tẽpora ꝑstat.

Hoc est dicere, festum Clemẽtis, quod est
octauo Calen. Decembris, est principium
Hyemis, & durat usque ad festum cathe
dræ sancti Petri, tunc incipit Ver, & istud
festũ est octauo Calen. Martij, & Ver du-
rat usq; ad festum sancti Vrbani, quo est
octauo. Cal. Iunij, tunc incipit Aestas, &
durat usq; ad festum Symphoriani, ꝙ est
octauo Cal. Septemb. tunc incipit Au-
tumnus, & durat usq; ad festũ Clementis.
22 in quo incipit Hyems. In † his quatuor
partibus anni triduana ieiunia celebra-
mus, & iõ ieiunia quatuor tẽporum appel
lantur. Ieiunium Veris est in prima septi
mana quadragesimæ, s. quarta feria post ci
neres. Ieiunium Aestatis est in prima die
Mercurij post Pent. Ieiuniũ Autumni est
in tertia die Mercurij Septẽbris, s. in quar
ta feria post festũ sanctæ Crucis. Ieiuniũ
Hyemis est in quarta feria post festum B.
Luciæ, prout ibi dictum est, unde uersus.

Vult Crux, Lucia, cineres chrismata dia,
Vt dei uota pia, quarta sequens feria.

¶ Fiunt † autem hæc ieiunia in quarta fe- 23
ria, quia in quarta feria Christus a Iuda
traditus est, & in sexta feria, quia in ea cru
cifixus est, & in sabbato, quia tũc Apostо-
lorum tristitiam de nece Saluatoris re-
presentamus, nam si compatimur, & con-
regnabimus. de consec. dist. 3. ieiunia, & c.
sabbato. ¶Aduentus autem Domini, qñ
celebretur, dictum est in sexta parte, sub
tit. de aduentu. ¶Adhuc in † anno solari 24
contingunt duo solstitia, & duo æquino-
ctia. Solstitia in Aestate, & in Hieme. Ae-
quinoctia in Vere, & in Autumno. Est au
tem solstitium maxima inæqualitas diei,
& noctis, siue ingressus Solis in Capricor
num, uel Cancrum, & dicitur solstitium,
quasi solis statio, eò quòd tunc sole stante
crescunt dies, uel nocte. Aequinoctium
est † maxima diei, & noctis æqualitas, qa 25
tunc æquali spatio horarum constituntur,
siue ingressus Solis in Ariete, uel Libra,
ubi autem sit locus solstitiorum, & æqui
noctiorum, his uersibus continetur.

Solstitiũ decimo Christũ præit, atq; Ioannẽ,
Aequa crucis festũ dat tpa Martis et Idus.

Hoc est dicere, quòd solstitium hyemale,
est ante natiuitatem Christi decem die-
bus, uidelicet 18. Calend. Ianuarij, quo tẽ
pore Sol incipit altiores circulos petere,
& solstitium æstiuale est ante natiuita-
tem. Ioan. Baptę. totidem diebus, uideli-
cet 18. Calend. Iulij, quo tempore incipit
Sol ad inferiores circulos remeare. Vnde
æstiualis solstitij dies maximus, sicut &
hyemalis dies minimus inuenitur. Sed
secundum Aegyptios hyemale est 12. Ca
lend. Ianuarij, secundum Græcos. 9. Ca-
lend. Aestiuale uerò secundum Aegy-
ptios 12. Calend. Iulij, secundum Græcos
9. Calen. ¶Item in festo Crucis, uel se-
cundum alios 12. Calend. Octobris est æ-
quinoctium Autumnale, & ubi dicitur in
Calend. Idus Martij, uel secundum alios
12. Calen. April. est. æquinoctium Verna-
le. Olim enim annus in duas partes tan-
tum diuidebatur, scilicet æstiuale, & hye-
male solstitium, & in duo hemisphæ-
ria. ¶Magnus autem annus † completur 26

reuersis

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuersis Planetis omnibus ad loca suæ creationis, qđ fit annis non paucioribus, 530. Mũdanus uero annus, erit omnibus stellis ad prima loca reuersis, quod fit demum post quindecim millia annorũ. Magister sententiarum dicit in historia Genes. ubi agit de ebrietate Noe, q magnus annus impletur per circulationem sexcẽ-
27 torum annorum. ¶Aera, qua utuntur † Hispani singulorum annorum, est constituta a Cæsare Augusto, quando ad primũ cẽsum orbem descripsit. Dicta est aũt æra, ab ære, ex q omnis orbis æs reddere professus est Reipublicæ Romanorum. Prius
28 aũt fuerũt indictiones, policeq. ¶Olympias constituta est apud Græcos in Elidæ ciuitate, Elijs agentibus agonem, & quinquénale certamen, quatuor medijs annis uacantibus, & ob hoc tempus elidij certaminis olympiadem uocauerunt, quadriẽnio in una olympiade supputato. ¶Lustrũ
29 † est πεντετηρὶς, i. quin quẽnium, quod quinto anno dicitur cõdi propter olympiades à Romanis institutas, nondum. n. erãt cõsules neq; ęrę, quinquennale qdẽ tempus ideò sic uocatum est; quia censu per quinquennium in republica peracto
30 urbs Romana lustrabatur. ¶Apud † Romanos est annus indictionalis, qui ter q nos continet annos, ut infrà dicetur, & pmissum est. ¶Apud † hebræos est annus iubilæus, i. remissionis, qui septẽnis completis annorum hebdomadibus celebratur,
31 de quo dictum est in 6. parte sub ti. quin-
32 quagesimæ. ¶Apud † Christianos est annus benignitatis, & gratiæ, in quo Xps uenit, & nos sola benignitate redemit. ¶Apud sanctos comprehensores est annus æternitatis, & gloriæ, in quo exultabunt sancti in gloria sine fine. ¶Rursus secula generationibus constant, sic dicta, quia sequũtur, abeuntibus. n. alijs alij succedũt. ¶Hoc tempus quidam quinquagesimum annum dicunt, quẽ Hebræi iubilæum uocant, ut iã dictũ est. Et ob hãc causam Hebræus ꝓpter uxorẽ, & liberos amãs Dominum suum aure pruia seruitio subiugatus seruire iubetur in seculum, i. usq; ad
33 annũ quinquagesimum. Aeras † aũt plerunq; dicitur ꝓ uno anno, & ꝓ septem, & ꝓ centũ, & ꝓ quouis tempore. Vñ & ętas est, quod de multis seculis instruit, & ideo dicta est ętas quasi æuitas, quia similitudo ęui. Nam ęuum est ętas perpetua, cuius neque initium, neq; finis noscitur. deriuatum est aũ ęuum, ab ἀεὶ ὤν, quod apud Hræos aliquando pro seculo, & aliquando ponitur pro æterno. Proprie uerò ętas duobus modis dicitur, uidelicet hominis, sicut infantia, iuuẽtus, senectus, aut mundi. Cuius primas ętas est ab Adã usque ad Noe. Secunda a Noe usque ad Abraham. Tertia ab Abraham usque ad Dauid, & Quarta a Dauid usque ad transmigrationem Iudæ in Babyloniã. Quinta a Iuda usque ad aduentum Saluatoris in carne. Sexta, quæ nũc agitur, usquequo mundus iste finiatur. Quot autem sunt anni ab origine mundi, dictum est in sexta parte sub ti. de Septuagesima.

ADNOTATIO.

Appellatur.) Dicta certè Bruma, quasi βραχύμερον, idest, breuis dies,

S V M M A.

1 *Mensis quid, & unde dicatur.*
2 *Menses habet duodecim annus.*
3 *Mensium enumeratio, et etymologia primum de Ianuario. unde dicatur. Inde de sequentibus per discursum nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10 11. 12.*
13 *Mensis quilibet quot diebus constet.*
14 *Mensis quilibet habet tres dies celebres, Calendas, Nonas, & Idus.*
15 *Calendæ unde dictæ, & cur institutæ.*
16 *Nonæ, & cur institutæ,*
17 *Idus, & cur sic dicantur nu. 18.*
19 *Quot dies denominentur a Nouis, ab Idibus, & a Calendis.*
20 *Aegyptiaci dies.*
21 *Dies felices, & infelices.*

Incipit secunda pars, primò de mense. Cap. 4.

DIcto de anno, sequitur uidere de mense. Est † autem mensis spacium temporis quo a Phœbo Phœbe recedens, eidem completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis a mensurando, eo quòd annus per menses mensuratur, uel a μὴν, quod est defectus, eo quod luna 1

luna singulis mensibus visu deficit ab humano. Vel ẽm Isid. a μὴν, græcè, q est luna latinè. * Apud græcos. n. menses legitimi, non ex solis circulo, sed ex lunæ cursu connumerantur, quod est de nona ad
2 nonam. Diuiditur † autem annus per 12. menses, quia sol peragrando Zodiacum 12 circuit regiones signorum. Et in his 12. mensibus commoratur. Romulus tñ voluit tñ decem esse menses in anno, incipiens a Martio, quem Marti Deo belli, quem patrem suum esse putabat, dedicauit. Vnde Ouid. in 1. fastorum, Tempora digereret, cum conditor urbis in annum. Instituit menses quinque bis esse suos. ¶Sed Numa Pompilius uidens, q annus non bene decem mensibus complebatur,
3 super addidit duos in principio, s. † Ianuarium & Februarium. Ianuarius dicitur a ianua. 86. dist. ieiunium, quia sicut per ianuam intramus domum: ita per Ianuariũ intramus annum, est n. limes anni, uel dr a Iano Deo, qui ab antiquis dicebatur principium, & finis omnium rerum. Et. n. fuit a Gentilibus mensis iste consecratus. vnde & idem Ianus bifrons pingitur vt anni introitus, & exitus demonstretur, de quo dictum est in 6. par. sub tit. de circũcisione. ¶Februarius, dr a februbus † q
4 tunc de facili contingunt, uel a februis, i. purgatoribus. Sunt autem februæ oblationes factæ pro mortuis. Romani autem illo mense memoriam animarum habebant, & eas purgabant celebrando exequias mortuorum, unde ẽm Isid. dr a februi, i Plutone cui eo mense sacrificabatur. ¶Martius dicitur a Marte † patre Ro-
5 muli. Vel quia eo tempore cuncta animantia aguntur ad marem, & ad concubendi uoluptatem, appellatur etiam quãdoq; mensis nouorum, quia est anni initium, & quandoq; nouum uer, quia in eo viridantibus fructibus nobis trãsactorum
6 probatur occasus. ¶Aprilis dicitur † quasi aperilis, quia tunc terra aperitur ad germinandum, etiam flores aperiuntur: & arbores incipiunt pullulare, uel aperilis ꝓ Venere dicitur, quasi aperilis, ἀφροδίτη, græce, dicitur latinè Venus. ¶Maius a ma-
7 ioribus † natu dr, qui erant principes reipublicæ, uel a Maria matre Mercurij.
8 ¶Iunius a iunioribus dicitur, erant †. n. o-

tim maiores, s. seniores, qui appellabant patres, & hi in ciuitate semper remanebant urbis regimini consulentes, erant & minores, qui ibant ad pugnandum ꝓ republica, & ideo Maius a maioribus, Iunius a iunioribus nomen acceperunt, & in illorum honorem instituti sunt: uel dr a Iunone. ¶Iulius dicitur a Iulio Cæsare, quia tunc natus fuit, † uel quia tunc de 9
hostibus triumphauit: uicit. n. Cleopatrã Reginã Aegipto, cum Antonio uiro suo bello nauali, Iulius tñ prius Quintilis dicebatur, eo q est quintus a Martio, qui secundum Romulum principium erat anni. ¶Augustus † est dictus ab Octauiano 10
Augusto, qui tunc natus fuit, uel quia tũc hostes superauit, prius tamen dicebatur Sextilis, eo q sextus est a Marito. ¶Septẽber † nomen habet a numero & imbre, 11
quia septimus est a Martio, & imbres habet sic, & October, Nouember, atq; December ex numero † & imbribus uocabu- 12
la acceperunt, quem numerum decurrentem December fiuit. pro eo q denarius numerus præcedentes numeros clausit. Quot autem dies quilibet mensis habeat his uersibus continetur.

Iunius, Aprili, Septẽber, Nouẽberq; tricenos
Plus vnũ vẽliq; sed habet Febr⁹ octo uicenos
Cui si Bissextus fuerit, superadditur vnus.

Hoc est dicere, q Iunius, Aprilis, Septẽber, & Nouẽber habet 30. dies reliqui ãt menses habẽt 31. sed Februarius tñ habet 28. & qñ est bissextus. 29. Sciendũ aũt est. q † cuilibet mensi primo dati fuerunt 13
30. dies, qui multiplicati duodecies constituant tricenos 60. dies, de quinque uero residuis, datus est unus Ianuario, eo q est principium anni, & ẽt ratione ipsius numeri, quia impar numerus mũdus est, & numero Deus impari gaudet. 32. q. 1. nuptiæ, secundus datus est Martio ꝓpter eandem imparitatem. tertius Maio, quartus Iulio quintus Octobri Cæsar autem Augustus uolens suum mensem esse æqualem mensi Iulij, abstulit Februario unam diem, quia erat mensis tristitiæ atque luctus, & attribuit eam Augusto, & ita remanserunt Februario tantum 29. & Aug. 31. Demũ Astrologi Romani abstulerunt aliam diem Februario, & addiderunt Decembri, ad hoc, ut finis princi-

pio

pio responderet, & sic Februario remanserunt tãtum 28.& Decembri 31. Verũtamen quandam ad compensationem vna dies, uidelicet bissextilis est de quarto in quartum annum Februario restituta. ¶Qua uero die, vel qua feria quilibet mensis intrat, iam sub ti. de septimana dicetur. ¶Sane in quolibet † Mense sunt tres dies celebres qui soli proprijs nominib. nominantur, & ab eis cæteri denominantur, s. Cal Nonæ, Idus quos Romani propter dies festos, uel propter officia magistratuum instituerunt. His.n. dieb. in uribus conueniebant. de consec. dist. 1. si qs Calendæ sunt † primi dies mensis, dicuntur quasi colendæ, quia tunc semper erat festum Iunonis. Vnde Ouid.

Vindicat Ausonias, Saturnia Iuno Calẽdas.

Vel quia tunc a Romano populo principia mensium celebrababantur, sicut fit ab Hæbreis. 26. vltim. nõ licet. & c. seq. unde Quidius.

Salue festa dies, meliorq; reuertere semper. A populo rerum, digna potenti cœli.

Vel dicuntur a Καλῶ, quod est uoco. Prima namq; die mensis præco de more populum ad nundinas uocabat, clamans toties, Καλῶ, quot dies erat usq; ad Nonas, & ideo pluraliter Calendæ a plurib. vocationibus uocabantur, uel a Κάλεν, qđ est bonum omen pro totum mensem habendum 26. q. vlt. non obseruetis, tunc. n. sibi mutuo encænia transmittebãt. † Nonæ uero sunt quatuor, uel sex dies in quolibet mense, qui sequũtur post Calẽdas, & dicuntur a nundinis, quasi nundinæ, quia tunc Romani nundinas colebant. Ió autẽ in aliquo mense erãt Nonæ, siue inchoario nũdinarum in die 5. & in aliquo in die 7 ne prædones certum tempus ad insidiandum mercatoribus haberent. vel dicuntur Nonæ, a Nonis, quia ille dies nonus erat ante Idus, uel a non, qa tunc nullum fiebat festum. vnde Ouid.

Nonarum tutela Deus orat.

Idus uero sunt octo dies, qui sequuntur post Nonas. Est † aũt Idus sp in 13. uel 15. die ẽm q nonæ præcedunt. Si.n. mensis hẽt quatuor Nonas, Idus est in 15. die. Si aũt sex Nonas, Idus est in 13. Quod autẽ concilium Antiochen. 18. distinctio, propter. dicit, q Idus est in die vo. hęc alia cõsideratione dicit, & dicuntur Idus, quasi diuisio, quia tunc fiebat diuisio nundinarum, uel quia in idibus sit diuisio mensis, Dicitur autem idus ab iduo, as, i. separo, ras, unde uidua, dicit quasi iuda, i. diuisa. Plerique Latinorum putat idus dici ab edendo, quod hi dies apud ueteres epularum esset. Dies autem, qui sequuntur statim post Calen. ita denominantur. Si enim est mensis, qui habet quatuor Nonas, debemus dicere, in Calẽdario statim post Calendas 4. Nonas in tertio, 3. Nonas. in quarto pridie Nonas in quinto vero Nonas dicimus, ut patet in Ianuario, & similibus. Si uerò est mensis, qui habet sex Nonas, debemus dicere statim post Calen. sexto Nonas. in tertio die quinto Nonas. in quarto, 4 Nonas in quinto, 3. Nonas. in sexto pridie Nonas, in septimo Nonis, ut patet in Martio, & similibus. † Dies autem, qui sequuntur post Nonas ita denominantur in quolibet mense, 8. idus, 7 idus, 6. idus, 5 idus, 4. idus, 3. idus, pridie idus, & ibid. sicut hæc apparent in Calen. manifestè. Dies uerò, qui sequuntur post idus denominantur a Calen. mẽsis seq. hoc modo, Ianuarius habet 31. dies, de istis accipe unum pro Calend. & 8. pro idibus, & 4. pro Nonis, & sic remanent tantum 17. adde ergo istis 18. diebus Calend. siue diem Calendarum sequentis mensis, & sic erunt 19. Vnde in mense Ianuario debemus dicere statim post idus 19. Calen Februarij, in sequenti die 18. Calen. & sic per ordinem usque ad finem mensis semper minuendo. Nota tamen, quod dicitur pridie idus, & pridie Nonas, & pridie Calend. & non secundo quia secundus dicitur a sequor, sed illa dies non sequitur, sed præcedit. Et exponitur hæc præpositio præ, i. antè, uel prius, unde pridie quasi priori die, siue p ideſt ante diem, & cum dicitur 4. Nonas. intelligitur 4. dies ante Nonas., & sic de alijs. Quot † autem dies denominentur a Nonis, quot ab idibus, & quot a Calendis omnium mensium, his versibus continentur;

Sex nonas Maius, October, Iulius, & Mars. Quatuor at reliqui, tenet idus quilibet octo. Ianus & Augustus, denas, nonasq, Decẽber. Iulius, October, Mars, Maius, hepta decemq;

Iunius,

Iunius, Aprilis, September, & ipse November.

Ter senas retinet. Februsq; bis octo Calendas.

Hoc est dicere, q Maius, October, Iulius, & Martius habẽt dies sex pro Nonis, sed reliqui menses habent tãtum quatuor, & quilibet mensis habet octo dies pro idibus. Item, q Ianuarius, Augustus, & Decẽber habent 19. dies pro Calend. Iulius uero, Martius, October, & Maius habent 17. Iunius autem, Aprilis, September, & Nouember habent 18 Februarius habet 16. & si fuerit bissextus superaddit ei unus. ¶Illud autem † notandum, q in quolibet mense sunt duo dies Aegyptiaci, i. ab Aegyptijs deprehensi: in Aegypto. n. erant quidam astrologi, qui quasdam constellationes nociuas humanis actibus in illis diebus inuenerunt, ideoq; illas notas esse hominibus uoluerunt, tamen illarum constellationum puncta scire, propter errorem nostri computi non ualemus, uel fortè inuenerunt illos dies bene constellatos, & ideò eos in Calendario notauerunt, ut in illis diebus potius, quàm in alijs actibus insistatur, quorum errorem ne Ecclesia sequi uideatur, a talibus cauetur. Vel dicuntur Aegyptiaci secundum quosdam, quia Dominus in illis diebus percussit Aegyptios nouem plagis, quotus aũt sit dies Aegyptiacus a principio, uel a fine mensis, his uersibus continetur.

Augurior decies, audito lumine clangor. Liquit olens abies, coluit calus, excute gallum.

In his uersibus sunt 12. dictiones, 12. mensibus seruientes, prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem, sumpto initio a Ianuario, ita quod quota die erit prima litera primæ syllabæ alicuius istarum dictionũ in alphabeto, totus erit dies Aegyptiacus in illo mense, cui seruit illa dictio computando a mẽsis, principio uersus finem. Item, quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto, totus erit dies Aegyptiacus in illo mense, cui seruit illa dictio, computando à fine uersus principium, v.g. Augurior, est prima dictio, & seruit primo mensi, s. Ianuario, au est prima syllaba, & a, est prima litera ipsius syllabæ, & est prima in alphabeto, ergo dies prima Ianuarij est Aegyptiaca. Item gu est secunda syllaba, & g, est prima litera ipsius syllabæ: & g, est septima in alphabeto, ergo septimus dies Ianuarij numerando a fine uersus principium, est Aegyptiacus, & sic in alijs hoc obseruato, q h, in loco, pro litera non ponatur. Quilibet autem præmissorum dierum propter unicam horam sui, denominatur Aegyptiacus. de hoc dictum est in fine operis. ¶De diebus † uero felicibus, uel infelicibus, quos quidam Astrologi notauerunt, in præsenti opusculo non agitur, quia Eccle sia prohibet fidem talibus adhiberi, 36. q. vlt. non obseruetis, & c. qui estimaret. & c. seq. In quibusdam quoq; mensibus sunt quidam dies, qui caniculares dicuntur, a cane, uel canicula Stella, sita in frõte leonis, & ante genua tauri, quæ ætiuis mẽsibus est in medio centro cœli, & dum Sol ad eam ascenderit, coniuncta cum Sole, uel ei proxima, duplicatur calor ipsius, ex quo dissoluuntur corpora, & uaporantur, unde uocatur canis, quia corpora morbis afficit, & sunt septuagintaduo dies, in quibus, propter temporis crudelitatem, & calorem Solis intemperiem, malum est minui sanguinem, & potionari. Quando autem illi dies incipiant, & finiantur, his uersibus continetur.

Incipiunt Iulij pridie idus Caniculares. Et pridie Nonas Septembris sine resultant.

Secundum aliquos uerò, incipiunt 14. Calend. Augusti.

ADNOTATIO.

* Latine. Doctorum est opinio, ut mẽsis Latinè, Græcè μὴν deducatur a metior metiris, quasi res numero dierum mensa. Quod confirmat Tullius lib 2. de natura deorum, his uerbis: Qui quia mensa spacia cõficiunt, menses nominant. N.D.

S V M M A.

1 *Septimana quid, & unde dicantur.*
2 *Dies singuli à quo denominentur.*
3 *Dies cur ita non ordinentur in septimana sicut planetæ in cœlo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Mensis quilibet qua die septimanę intret*
5 *Solis regulares, & vnde dicatur.*
9 *Concurrens qui. Et qualiter demõstretur. nu.7.& 8.*
6 *Indictio quid.*

De septimana. Cap. 5.

SEQVITVR de septimana. † Nempè continet. 1 Septimana septem dies naturales, quorum repetitione, & menses, & anni secula peraguntur, & hæc apud Græcos hebdomada, seu apud Hebræos sabbatum appellatur, & dicitur septimana à septem, & mane, quasi septem mane, pars pro toto, s. mane pro tota die: vel a septem, & manet, quia manet p septem dies: vel dr, septimana, quasi septem luces: nam mane lux est, ẽm Isidorũ: idẽ etiam spatium vocatur hebdomada, ab ἑπτὰ Græcè, quod est septem, & τρόπος, quod est dies, vel modus, q̃ est mensura, & ẽm hoc hebdomada est cõtus nomen, quam septimana. vnde Daniel. Post septuaginta hebdomadas, &c. & sumuntur ibi hebdomadæ annorum, i. septuagies septem anni. Septimanæ autem nequeũt habere certa nomina, quia neque habent certa initia. Singulis namque annis variantur pp vnum, uel pp duos dies, qui quandoque sunt super integras septimanas. ¶ Omnes † autem dies septimanarũ 2 inscribuntur septem primis literis alphabeti. Item dies secundum Gentiles denominantur a planetis. Primus a Sole, qui princeps est omnium syderum, sic & idẽ dies caput est cæterorũ dierum. Secundus a Luna, quæ & splendore, & magnitudine Soli proxima est, & ex eo mutuat lumen. Tertius a Stella maris, quæ Vesper vocatur. Quartus a Stella Mercurij, quam quidam candidum circulum dicũt. Quintus a Stella Iouis, quam Phaethontem aiunt. Sextus a Stella Veneris, quam Luciferum asserunt, quia inter cuncta sydera plus lucis affert. Septimus a Stella Saturni, quæ sexto cœlo locata, triginta annis fertur explere cursum suũ, de hoc dictũ est in proœmio octauæ partis. Sed 3 quæritur, quare † dies non ita ordinantur in septimana, sicut planetæ in cœlo: quoniam in cœlo ordinantur secundum hunc versum.

Sol, Ve. Mar. & Lu. Satur. Iupiter, et Mars,
vel sic
Saturnus, Ioue, Mars, Sol, cũ Ve. Mer. Lu.

Solutio. Dicimus, q̃ dies in septimana nõ ordinantur ẽm ordinem Planetarum, sed secundum regimen corũ, in singulis diebus. vnde quia uiderunt Philosophi, q̃ Sol regnabat prima hora diei Dominicę, ideo illam diem denominauerũt a Sole. Item quia viderunt, q̃ Luna regnabat prima hora secundæ feriæ: ideo diem illum denominauerunt a Luna, & sic de cæteris, sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas per ordinem succesiue. Rursus a dictis planetis philosophi nomina sumpserunt, eo q̃ a singulis aliquid in homine esse voluerunt, vt à Saturno caliditatem, a Ioue temperãtiam, a Marte feruorem, a Sole spiritum, a Venere voluptatem, a Mercurio eloquentiam, a Luna cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum septenarium non procedit, sed ad primum repertitur: ideò tantùm septem dies in septimana sunt a sapientibus constituti. ¶ Nunc † videndum est, quia die septimanæ quilibet mensis intret, de hoc duplex ratio habetur. Prima per hos versus. 4

Alia domat Dominus, gratis beat, aqua gerentes,
Contemnit fictos, nugebit dona fideli.

In istis versibus sũt duodecim dictiones, duodecim mensibus seruientes, prima a primo, secunda a secundo, & sic per ordinem, sumpto initio a Ianuario, ita quòd quæcunque fuerit initialis littera alicuius istarum dictionum, eadem erit littera Calendariũ mensis, cui seruit illa dictio, v.g. Alia est prima dictio, & seruit primo mensi, i. Ianuario, & a, est prima littera illius dictionis, alia: ergo a, est prima littera Ianuarij, item domat, est secunda dictio, quæ seruit secundo mensi, s. Februario, & d, est prima littera istius dictionis, ergo d, est prima littera Februarij, & sic de alijs.

alijs. Item dicit sequens versus per syllabas, quod præcedentes per dictiones.

Adam degebat, ergo Κύριε ἐλέησον.

Habita autem litera Calendarum, facile possumus scire, qua feria quilibet mensis intret. Per literam. n. dominicalem illius anni procede computãdo dies per literas subsequentes, vsque ad literam, quę est in Calen. mensis, cuius diei introitum scire optas, & in qua feria occurret, in tali feria intrabit ille mensis. Secunda ratio, per quam scire potes, qua feria quilibet mensis intret, est, per regulares & concurrentes. Nota ergo, q̃ in anno solari sunt quinquaginta duæ septimanæ & unus dies, vel duo, si sit bissextilis, pp quam dr̃ variantur singulis annis principia mensiũ. Si. n. hoc anno incipiat Ianuarius a die Dominico, toto illo anno, A. quæ est prima littera Ianuarij erit Dominicalis. Cum ergo ventum fuerit ad finem anni, illud a finale Calendarij, quod inscribitur ille diei, quæ est vltra integras septimanas, repræsentabit diem Dominicam. ergo sequens A, quod iterũ est initiale Ianuarij, repræsentabit secundam feriam, & sic toto illo anno erit illa variatio. Eodem modo singulis annis variantur initia mensium per diuersas ferias. Et si sit bissextus, duplex erit variatio, prima in Calend. Ianuarij, secunda in festo sancti Matthiæ. Vt ergo computistæ scire possent, qua feria quolibet anno quilibet mensis inciperet, inuenerunt duos numeros, vnum inuariabilem, qui vocatur regularis solaris, ferialis: alium variabilem, qui uocatur concurrens, de quibus breuiter est dicẽdum. 5 ¶† Videndum est autem primo, quid sit regularis solaris, vnde dicatur, & unde habeat ortum, & quot regulares quisque mensis habeat. Regularis Solis est numerus inuariabilis datus mensi, qui adiunctus concurrenti declarat, qua feria septimanæ quilibet mensis intret, cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis à regula, quia inuariabilis est, sicut regula, 3. distinct. cap. non. Solaris dicitur, ad differentiam lunaris, de quo infrà dicetur. 6 Habent enim ortum regulares a Martio: nam in mense Martij sunt 5. regulares, seu 5. pro regulari. Martius enim non habuit initium in primo anno mundi, seu seculi, imò dicitur mundus factus fuisse in illo mense, in die, in quo dicitur 15. Calend. Aprilis, uel, vt alij dicunt. 8. Calend. Si enim computes ordine retrogrado, 7 dies septimanæ vsque ad Calend. Martij, inuenies quòd quinta feria mundus incepit, si tamen ante Martium fuit, & hęc est causa, quare Martius quinarium numerũ habuit pro regulari. Regulares uero aliorum mensium sic formantur lũgas regulares menses cum diebus eiusdem, & ab illa summa subtrahe. 7. quoties poteris, & regularem sequentis mẽsis, quod remanserit, indicabit, verbi gratia, Martius habet quinque regulares, & dies eius sunt 31. redige in summam, & sunt 36. subtrahe 7. quoties poteris, & remanet vna dies, qui datur mensi sequenti pro regulari. Item Aprilis habet 30. dies, & vnum regularem, qui constituunt 31. subtrahe 7. quoties poteris, & remanebũt tres, quæ 8 dãtur Maio pro regularibus, & ita de alijs vsque ad Martium. Possumus etiam scire mensium regulares per hos versus.

Est astris clara fulgentibus ara Deorum.
Grata bonis extat, gratissima cuiq; fideli.

In istis versibus sunt 12. dictiones, 12. mẽsibus seruientes prima primo, secunda secũdo, & sic per ordinem, sumpto initio a Martio, ita quòd quota fuerit litera prima alicuius istarum dictionum in alphabeto, tot regulares habet ille mensis, cui seruit illa dictio, uerbi gratia. Est, est prima dictio, & seruit primo mensi, scilicet Martio, & e, est prima litera istius dictionis est, & est quinta in alphabeto, ergo Martius habet 5. regulares, item astris est secunda dictio, & seruit secundo 8 mensi, scilicet Aprili, & a, est prima littera istius dictionis, quæ est etiam prima in alphabeto, ergo Aprilis habet vnum regularem, & sic de alijs. ¶ Nunc dicamus de concurrentibus. Dicuntur autem † concurrentes, quia sibi inuicem 6 concurrunt, sicut videtur in formatione, vel ideo quia concurrunt cum regulatibus ad demonstrandum initialem feriam mensium singulis annis. Est aũt concurrens, superexcrescentia unius diei, uel plurium sup quinquaginta duas septimanas anni solaris, ideo dixi uel plurium, qa in anno bissextili superexcrescunt duos

dies, in alijs vero vnus tantum, & ab illa ſuperexcreſcentia habent originem concurrentes. Alij verò cõcurrentes, qui ſequuntur poſt primũ, formantur vno addito ſingulis terminis ſiue annis, ſic tamen, q̃ ſeptenarium numerum non excedunt, quia non ſunt niſi ſeptem feriæ, & quandocunque eſt ſeptimus concurrens, illo anno menſes habent eadem principia, quæ in primo anno mundi, ſeu ſeculi habuerũt: quælibet enim feria diſtat per
7 ſeptenarium a ſemetipſa. † Concurrentes etiam in hac linea demõſtrantur. 1.q. 2.3.4 6.7.1.2.4.5.6.7.2.3.4.5.7.1.2.3.5.6 7.2.3.4.5.6. Nam primus annus cycli ſolaris habet vnum concurrentem, ſecundus duos, tertius tres, quartus quatuor, quintus ſex, propter biſſextum, ſextus ſeptem ſeptimus vnum, quia vltra ſeptenarium non proceditur, ſed reuertitur ad vnum, & ita debemus procedere vſq; ad 28. annos, tunc reuertimur ad primum annum cycli, & procedimus ſicut prius. Vnde tranſuerſus 28. annorum uocatur cyclus ſolaris, uel concurrentium, & dicitur cyclus quaſi circulus, per ſimilitudinem. Si autem volumus ſcire, quotus ſit annus cycli ſolaris, debemus diuidere annos Domini per 28. quoties poſſumus, & addere illis 9. ante quam diuidamus, q̃a quando Chriſtus natus fuit, tũ iam proceſſerat ille cyclus, & quotus annus remãſerit ſupra diuiſionẽ annorũ, totus erit cyclus, & ſi nullus remanſerit, tunc ſumus in vltimo anno cycli ſolaris, unde verſus.

Annis adde nouem Domini partire per octo
Viginti, cyclus ſic tibi notus eri t.

8 Poſſumus ẽt ſcire concurrentes † cuiuſlibet anni per litterã dominicalẽ illius anni, ſicut declarant uerſiculi ſubſequentes.

A ſex b, quinque c, quatuor e, duo, tres d.
Primus cõcurrens f. littera ſeptimus eſt g.

Et ſic de ſimilibus. Hoc eſt dicere quòd quando a, eſt litera dominicalis, in illo anno ſunt ſex pro concurrente, quando b, quinque, quando c, quatuor, quando e, duo, quando d, tres, quando f, vnus, quando g, ſeptem. Inuento autem concurrente debemus iungere cum regularibus mẽſis, cuius feriã Calendarũ, ideſt, introitum ſcire volumus, & quota fuerit illa ſumma, ſi non tranſcendet ſeptẽ, tota ſiue tali feria ſeptimanæ ille menſis intrabit. Si vero tranſcendat ſeptem, quorũ fuerit reſiduũ tota feria ſeptimanæ ille menſis intrabit. Sicut aũt concurrentes, ita & dominicales literæ variantur. Nã in primo anno cycli ſolaris eſt f, litera dominicalis, in ſecundo e, in tertio d, in quarto c, in quinto a, tunc.n. propter biſſextũm pertranſitur b, quod in his verſibus declaratur.

Fert ea, dux, cor nmet, gens, fautor, eum
coluit bis.
Ars genus eſt de corde bono, gignit ferus
enſis.
Dicta beant aquagens, frons dat cunctis
bonus auctor.

In his verſibus ſunt vigintiocto dictiones vigintiocto annis cycli ſolaris ſeruientes, prima primo, ſecunda ſecundo, & ſic per ordinem, ſumpto initio à primo anno cycli, ita quòd quæcunque fuerit initialis litera alicui iſtarum dictionum, eadem erit litera dominicalis in illo anno, cui ſeruit illa dictio. Verbi gratia Fert, eſt prima dictio, & ſeruit primo anno cycli ſolaris, & f, eſt prima litera, ergo f, eſt litera dominicalis in primo anno cycli ſolaris, & ſic de alijs. Et nota, quòd ille annus eſt biſſextilis, cui deſeruit aliqua dictio deſinens in t, & ita primus annus cycli ſemper eſt biſſextilis, cum ei deſeruiat dictio deſinens in t. ſ. fert, & propter hoc prima litera dictionis deſinens in t, non erit litera dominicalis illo anno, cui ſeruit illa dictio, niſi a loco biſſextili vltra, quia litera dominicalis cum biſſexto ſimul mutatur. A Calendis vero Ianuarij præcedentis ipſum biſſextum, vſque ad locum biſſexti erit litera dominicalis illa, quæ imediate ſequitur in Calendario poſt illa, quæ deberet eſſe litera dominicalis, unde in primo anno cycli f. eſt litera dominicalis à loco biſſextili vſq; ad Calendas Ianuarij ſequentis. A Calendis vero Ianuarij præcedentis vſq; ad locũ biſſexti g, eſt litera dominicalis, & ita in alijs. Annus aũt cui ſeruit illa dictio, ſciri põt per rationem ſuperius dictã de cyclo ſolari. nam rõ literæ dominicalis tunc currentis ratione ſimili incipit & finit. Nunc † aliqua de indictione dicamus. Eſt aũt indictio ſpatium temporis, quo Romanus Princeps tributum gentib. indicebat. Si autem volumus ſcire

re quota ſit indictio, dẽmus addere tres annos anni Domini, & poſtmodum diuidere annos Domini per quindecim, quoties poſſumus, & quotus annus remanſerit, facta diuiſione, tota erit indictio. & ſi nullus ſuperauerit, in vltimo anno indictionis ſumus, & tunc ad primã indictionem reuertimur, quia indictio non tranſcendit quindecim: vnde verſus.

Si tribus adiunctis Domini diuiſeris annos.
Per te quinque datur indictio certificata.

De indictione plenius diximus in ſpeculo iudiciali. in tract. de inſtrumẽtorũ editionũ. §. 1. ver. poſt annos, & infra, vbi de cyclis agetur: De æra ſupra dictum eſt.

SVMMA.

1 *Dies eſt duplex.*
2 *Diei parteis.*
3 *Dierum alia differentia.*
4 *Momentum quid.*

De die. Cap. 6.

1 Icet † iam ſuperius in pleriſq; locis de die tactũ eſt, & nihilominus hic ſpãliter dicẽdũ eſt. Sciẽdũ eſt igitur, q̃ duplex eſt dies, ſ. naturalis, & artificialis ſiue vſualis; naturalis eſt ſpatiũ, quo Sol ducit circa totã terram ab oriente vſque in occidentẽ, ſcilicet ſpatiũ diei & noctis, quod ſemper cõtinet 24. horas. Dicitur dies iſta a die, quorum nomina Romani quibuſdã ſyderibus ſacrauerũt, vnde quælibet dies ab aliquo Deo antiquitus vocata eſt, vt a Ioue, & alijs, prout ſub ſeptimana dictum eſt, vel a δύα, quod eſt duo, quia cõtinet duo tempora noctem ſcilicet, & diem vſualem. Quando autem incipiat, dictũ eſt in proœmio ſeptimæ partis. Artificialis eſt ſpatium, quo ſol moratur ſuper noſtrũ hemiſphærium, ab ortu Solis vſq; ad occaſum, & hic ſecundum Solis aſcenſum, & deſcenſum creſcit pariter, & decreſcit. Dicitur autem dies claritas. Et dicitur vſualis, ſiue artificialis, quia ſolum hoc tẽpus aptum eſt vſibus, & artificijs exercẽdis. Reliqua pãrs diei dicitur nox, a noceo, quia nocet viſui, & vſui, ideo vocata eſt dies a meliori parte, ſine commemoratione noctis, iuxta illud, Et factũ eſt veſpere, & mane dies vnus. ¶ Rurſus partes † diei ſunt tres, ſecundum Iſido. ſcilicet mane, meridies, & ſuprema. Mane eſt lux matura, & plena, nec iam crepuſculũ, Meridies dicitur quaſi medi dies, i. medius dies, vel quia tunc purior dies eſt, Suprema eſt poſtrema pars diei. Sero dr a clauſis ſeris. Noctis vero partes ſunt ſeptem, ſcilicet veſperæ, crepuſculum, conticiniũ, intempeſtum, gallicinium, matutinum, & diluculum. Veſperum dicitur a veſpere, occidentali ſtella, quæ tenebras ſequẽtes præcedit, & dicuntur tenebræ quaſi tenẽtes vmbram. Crepuſculum dicitur dubia lux, ſcilicet inter lucem, & tenebras. Conticinium eſt, quando iam omnes ſilent. Intempeſtum eſt medium noctis tempus, quando nil agi poteſt, & oẽs ſilent, quaſi importunum. Gallicinium dicitur ꝓpter gallos lucis prænuntios. Matutinum eſt inter abſceſſum tenebrarum, & auroræ adũctum. Diluculum dicitur, quaſi incipiẽs parua diei lux, & aurora, quæ ſolem præcedit. Eſt enim aurora diei clareſcentis exordium. ¶ Et nota, quòd dies alij † ſunt 3
ſyderales, in quibus ſydera mouentur, & homines a nauigationibus excluduntur, alij præliales, de quibus in lib. Regum, q̃bus reges ſolent ad bella procedere, alij, interclares, quos ſcimus duodecim menſibus ſupereſſe; alij caniculares, alij ſolſtitiales, alij æquinoctiales, de quibus iam præmiſſum eſt, alii faſti, in quibus iura fantur, alii nefaſti eis contrarii, alii feſti, ideſt feſtiui, ut dies azimorum, alii profeſti, quaſi procul a feſtis, vt feriales, alii mali ſunt, quoniam in eis plus ſolito homines affliguntur, vnde Apoſtolus. Redimẽtes tempus, quoniam dies mali ſunt, & econtrario ſunt boni, alii Aegyptiaci, de q̃bus præmiſſum eſt, etiam dies ſalutis in quo Dominus venit ad ſaluandum, eſt etiam dies iudicii, in quo Dominus veniet ad iudicandum, qui erit bonis dies lætitiæ, malis autem calamitatis, & miſeriæ. Momentum vero eſt † minimum 4
atque anguſtum tempus, a motu ſyderum dictum: eſt enim extremitas horæ

in breuibus interuallis, cum aliquid sibi cedit, atque succedit ℔m Isidorum, ἔπα, græcum nomen est, & tamen latinum sonat, est enim finis temporis, quot aũt horas continet dies naturalis, dictum est in principio huius partis.

Rubricæ secundæ partis tractantis de anno lunari.

Equitur secunda pars de anno lunari. In qua agitur primo, qd sit annus lunaris, & quot dies cõtineat. Secundò de regularibus lunaribus. Tertio de epacta. Quartò de embolismo. Quintò de aureo numero. Sextò de termino paschali, & aliarum mobilium festiuitatum. Septimò de cyclis.

S V M M A.

1 *Annus lunaris quid.*

Quid sit annus lunaris, & quot dies continet. Cap. 7.

1 ANNVS lunaris dicitur trib. modis. Primo modo annus † lunaris est spatiũ, quo luna circuit totum Zodiacũ: quod facit in 27 dieb. & 11. horis. Secundo modo dicitur annus lunaris spatium, quo luna circuit Solem ab vna ascensione vsq; ad aliam, & hoc facit in 29. dieb. & 12. horis. Nam cum luna separat a Sole ad peragrandum Zodiacum, & postea reuertitur ad eundem punctũ, in quo dimiserat Solem, non inuenit illum ibi, quia Sol tm̃ processit suo motu, quia luna laborat recurrere ad eum, siue attingere ipsum duobus diebus, & tribus horis. Tertio dr̃ annus lunaris spatium 12. lunationum in anno communi, & tredecim in embolismali, de quibus infra dicetur. Cum ergo lunatio quælibet constet ex 29. dieb. & 12. horis, quia nõ curat Ecclesia de minutis, & ex 12. horis p̃cedẽtis lunationis, & ex 12. sequentis cõstituitur vna dies naturalis, quæ semper lunationi præcedenti attribuitur, ita quòd lunatio præcedentis mensis semper habeat 30. dies, & sequentis 29. nisi aliud sit, propter bissextum, vel embolismum, vel saltum lunæ, vnde versus.

Luna paris mẽsis, nunquam trigesima fiet.
Impar triceno, nunquam nisi sine carebit.
Tẽpore Bissexti Febri, tricesima Luna est,
Nam Iulij Luna, tunc est vicesimanona.

Par mensis dicitur, quia numerando a Ianuario per ordinem cadit in numerũ parem, vt Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, December, quorum lunatio semp est 29. dierum, excepto Februario, cuius lunatio est 30. quando est bissextus. Impar vero est, quãdo cadit in numerum imparem, ut Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, & Nouember, quorum lunatio semper est 30. dierum, excepto Iulio, qui in ultimo anno cycli lunaris propter saltum lunæ habet tantum 29. Ex his autem 12 lunationibus constituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari; & sic annus lunaris in 11. diebus exceditur a solari, ex quo excessu omnis varietas ætatis lunæ consurgit, ita quòd vbicunque fuerit luna prima in primo anno, fit in secundo 11. propter quam varietatem duorum numerorum genera sunt inuenta, regulares videlicet & pactæ, de quibus breuiter videamus.

S V M M A.

2 *Regularis lunaris, quid, & nu. 2.*

De regularibus Lunaribus. Cap. 8.

1 NVnc videamus † de regularib. Et quidẽ regularis lunaris est numerus innatiabilis datus mensi ad inueniẽdum lunam in Cal. mensium singulorum. Hz bent autem ortum regulares ab illis quinque diebus, qui supersunt in anno solari supra 360. dies, vnde quinque regulares dati sunt Septembri, à quo annus lunaris sumit initium. Regulares verò aliorum mensium sic formantur. Iunge regulares mensis cũ diebus eius, & ab illa summa subtrahe lunationem eius, & residuum, quod remanserit, erit regularis illius mensis, verbi gratia. September habet quinque regulares, & dies eius sunt triginta, qui coniuncti regularibus constituunt 35. & lunatio Septembris est tricesima, qua subtracto remanent quinque. quæ sunt regulares sequentis mensis, scilicet Octobris, & sic de alijs vsque ad Septembrem. Nam Aegyptij suum annum incipiũt à Septembri, & ideo nos annum lunarem incipimus a Septembre. de regularibus † traditur itte versus,

Dic, e. g, bis, i, K bis, & post manet ordo.

Quasi dicat: Dic, e bis quæ est quinta in alphabeto, i. primis duobus mensibus anni lunaris dantur quinque pro regularibus. Item dic bis, g, quæ est septima in alphabeto, idest tertius, & quartus mensis habent septem pro regularibus. Item dic bis, i, quæ est nona in alphabeto, idest, quintus, & septimus mensis habent nouẽ pro regularibus. Item dic bis, K, quæ est decima in alphabeto, idest, sextus, & octauus mensis habent decẽ pro regularibus. Et nota, quod hic transitus de quinto ad septimum, & de sexto ad octauum, vt patet informando ipso regulares, quia Ianuarius, & Martius 9. & Februarius & Aprilis 10. habent: sed post manet ordo, idest, Maius. 11 Iunius. 12. Iulius. 13. Augustus 14. habent.

S V M M A.

1 *Epacta quid. Et qualiter designetur, & inueniatur, num. 2. & 3.*

De Epacta. Cap. 9.

1 SEquitur de epacta. † Est autẽ epacta numerus variabilis, datus anno ad inueniẽdum Lunam in Calen. cuiuslibet mensis, & dicitur epacta ab ἐπὶ, quod est supra, & aucta, qd̃ est superexcrescentia anni lunaris a solari. Ideoque annus primus cycli lunaris nullam habet epactam, qã nullus annus præcessit, a quo vndecim accepisset. Secundus vero habet vndecim pro epacta; qa epacta oritur ab illis vndecim diebus quibus annus lunaris exceditur à solari. Tertius vero annus habet 22. quia semper adduntur 11. si non transcendat 30. si vero transcẽdat 30. abiectis 30. residuũ erit epacta illius anni, & ideo in quarto anno, quia summa ascendit ad 33. abiectis triginta, tres sua epactæ illuis anni. Epactæ vero, Græcè, dicuntur Latine adiectiones annuæ lunares, quæ per numerum 11. vsque ad tricenarium in se reuoluuntur, quas Aegyptij ideo adiiciũt vt lunaris emersio ratione Solis coæquetur. Luna enim iuxta cursum suum 29. semis dies lucere dignoscitur, & fiunt in annũ Lunarem dies trecenti 54. remanent ad cursum anni solaris dies vndecim, quos Aegyptij adiiciunt. Absque his non inuenies lunam quota sit in quolibet anno, mense, & die Epactæ omnium annorum cycli lunaris, per hãc tabulam denotãtur quòd hoc verbum nulla respondet primo anno, & singuli sequentes numeri respondent singulis annis cycli vsq; ad 29. vt nulla 11. 22. 3. 14 25. 6. 17. 9. 20. 12. 13. 5. 16. 28. 19. 30. Sed hoc idem ẽt ostenditur per hos versus.

Annis † adde monos Domini partire p vnde 2
Viginti Lunæ cyclis, & inde patet.

Hoc vult dicere, quòd si volumus scire quotus sit annus epactalis, siue cycli, debemus diuidere annos Domini p decẽnouem quoties possumus, & addere vnũ, quia quando Christus natus fuit tantum præesserat ille cyclus, & quota fuerit summa, quæ remanserit, totus erit annus cycli epactalis verbi gratia. Hoc anno computamus annos Domini 1286. quorum mille ducenti septuagintatres sunt recte per decem & nouẽ diuisi, supersunt tredecim de prædicto numero, addito ergo vno, fiunt quatuordecim, vnde hoc anno est decimusquartus annus cycli lunaris, in anno sequenti erit 15 & sic vsque ad decemnouem, postea reditur ad primum, & hoc verum est, secundum illos, qui incipiũt computare annos Domini a Natiuitate Christi, vel in Calẽdis Ianua-

xii,non autem secundum eos,qui illos im mutant in calendis Septembris,& faciunt ibi diuisionem, nam tunc addendi sunt
3 duo anni. potest etiam & † aliter inueniri epacta,vt si summam, quæ remanet de præmissa diuisione annorum Domini per tres iũcturas pollicis numeremus: Sic .n. numerus finitur in prima iunctura, debemus demere vnum de ipso numero, si in secunda, debemus addere nouem, si in tertia debemus addere 10.& 2.& summa inde prouenies est epacta, & hoc si triginta non transeat. Si verò transiret,abiectis triginta, residuum est epacta. Vnde versus.

Deme vnum,post adde nouem post dena nouemque.

¶ Inuẽta igitur epacta debemus eam iũgere cum regularibus mensis, cuius Lunam volumus inuenire, & quota fuerit summa inde prouenies, tota erit Luna in Calendis illius mensis, dummodo triginta nõ transeat. si vero triginta transiret, abiectis 30. residuum erit ætas Lunæ, & si summa illa fuerit 30. in Calend. mensis,tunc Luna erit triginta: si autem epacta nulla fuerit, puta in primo anno cycli lunaris,tunc ad inueniendum Lunã sufficit regularis. Sed quoniam epactarum ratio quandoque fallit, propter embolismum,sine saltum Lunæ, ideo de ipso breuiter videamus.

S V M M A.

1 *Embolismus quid.*
2 *Embolismalis annus.*
3 *Annus communis.*
4 *Epacta vbi fallat.*
5 *Lunæ saltus, & num.q.*

De Embolismo. Cap. 10.

1 Circa embolismum, siue Lunę saltũ, notãdum est, †qđ ἔμβολισμος græcè,interpretatur latinè superaugmentũ; seu super excrescentia anni solaris super lunar ẽ. Quia ergo annus solaris excedit lunarem in 11.diebus,ex illo excessu constituuntur septẽ lunationes 19. annis cycli lunaris,multiplicatis illis vndecim dieb. Et dicuntur Lunationes embolismales, quarum quælibet est 30.dierum,& attribuuntur 7. annis embolismalibus, ita q̃ in quolibet cyclo lunari sunt septem anni embolismales,& 11. communes. Appellatur † autem annus embolismalis ; 2 quia quartadecima Luna præcedentis Pascha vsq; ad quartamdecimã sequẽtis hẽt 13.lunationes,siue 14.menses lunares,i. trecentos 84.dies, & iste est annus sancto Moysi diuinitus reuelatus. Communis vero habet tantũ 12.lunationes,idest, trecẽtos quinquagintaquatuor dies, quorum dispositiones continet iste versus.

Cur fles has lacrimas, odiosum quare tyrannum.

¶ In isto uersu sunt septem dictiones septem annis embolismalibus seruientes. prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem: ita quòd quota est prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto, totus annus cycli epactalis erit annus embolismalis,verbi gratia. Cur est prima dictio,& seruit. 1.anno embolismali,& c,est prima litera illius dictionis,quæ est tertia in alphabeto,ergo tertius annus cycli lunaris est embolismalis', & ita de aliis hoc obseruato, quòd hæc dictio, has, debet scribi cum h. Et dicitur annus † communis, 3 quia sæpe duò ita coniunctim incedunt, vt inuicem se in paschali solemnitate sequantur, embolismalis enim semper solus est. Ordo autem istorum, annorum communium,& embolismalium, patet in linea subsequenti. Communis communis embolismalis. cõis communis embolismalis,communis embolismalis,communis communis embolismalis, cõmunis communis embolismalis, communis embolismalis, communis communis embolismalis.Habita aũt anno embolismali,possumus scire,in quo mense Lunatio embolismalis contingat per hunc versum.

Mobilis, & Christum modo liber habete cœtum.

In isto versu sunt septem dictiones,septẽ mensib.seruientes, in quibus contingunt lunationes embolismales in præfatis septem annis,prima primo, secunda secundo,

& sic per ordinẽ, ita q̃ quota erit prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto, toto mense illius anni, cui seruit illa dictio, contingit lunatio embolismalis.Item,quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto, tota die mensis incipit lunatio embolismalis, v.g.Mobilis est prima dictio, & seruit primæ lunationi, quæ contingit in tertio anno cycli lunaris,& m, est prima litera huius victionis,& est 12.in alphabeto,ergo in 12 mense contingit lunatio embolismalis, Item b,est prima litera secundæ syllabæ & est secunda in alphabeto,ergo in secũda die illius mensis incipit illa lunatio,& sic de alijs.Si autem velis plenius huius rei veritatem inquirere, recurre ad epactam,& regulares illius anni, de quo vis scire,& ita inuenies. ¶ Nunc † videamus, 4 vbi fallit epacta iuncta regularibus propter embolismum,seu saltum Lunæ.Circa q̃ nota, quòd licet in cyclo lunari sint septem anni embolismales,vt supernus dictum est, non tamen fallit epacta, nisi in tribus, s.in 8.11.& 19.vnde versus.

Octauo vndecimo,postremo fallit epacta.

¶ In quo autẽ loco, vel mense vel quot locis fallit epacta,iuncta regularibus, his versibus denotatur.

Iulius vndenis,ter Maius, octo vicenis. Bissext⁹ nisi sit, Mars peccat,i vnde tricenis In totidem Maius. Augustus vero duobus.

¶ Hoc est dicere, quòd in 8.anno cycli lunaris fallit epacta cũ regularibus in Maio & Iulio,quia in Cal.Maij cum Luna deberet esse 28.secundum epactam,non reperitur nisi 27.propter embolismum. Item fallit in Cal.Iulij eodem anno,quia tunc Luna deberet esse 30. secundum epactã, tamen non reperitur,nisi 29.propter embolismum,vbi credẽdum est embolismo, & non epactæ.Item in 11.anno fallit epacta,quia in Cal. Martij secundum epactã deberet esse Luna 29.sed propter embolismũ reperitur tantum 28.Veruntamen si in illo anno fuerit bissextus, tunc corrigitur ille error,quoniam propter bissextum additur vna dies.Item 29.anno fallit epacta in duobus locis, nam secundũ epacta Luna deberet esse 29.in Calend. Maij,sed propter embolismum non reperitur nisi 28.& in eodem fallit in Calen. Augusti,quia secundum epacta luna deberet ibi esse 2.sed propter saltum lunæ ibi tertia inuenitur,quia lunatio Iulij, quæ deberet esse 30.in illo anno,est tantum 20. & hoc contingit proper errorẽ nostri computi,& tunc annus in 2.diebus exceditur a Solari. De saltu † lunæ 5 traditur iste versus.

Luna facit saltum, quintilis luce suprema.

¶ Retrocedit enim luna die, sicut diximus propter errorem nostri computi,vt in sequenti anno in Calend. Septembris luna redat, sicut debet, nisi enim saltus lunæ colligeretur,contingeret error, ut in 24.cyclis diceretur luna prima quando esset plenilunium. Colligitur autem sic ista dies, quælibet .n. lunatio ad hoc, ut lunationes sint æquales, haberet 29. dies,& dimidium, minus 4.momentis,& vna vncia,& vna a tomo. sunt ãt in cyclo ducenti trigintaquinque lunationes,erũt ergo quater tot momenta, quę sunt in vniuerso noningenta quadraginta, quæ diuisa per 40.constituunt 23.horas,& dimidiam. Postea 235.vncijs constituuntur 19.momenta, & remanent 7.vnciæ,& ex 335.atomis constituuntur 5.vnciæ,quæ vnciæ cum 7.prioribus faciunt vnum momentum,quod iunctum ad 19. momẽta præhabita facit dim.diam horam, q̃ iuncta cum alijs 23.& dimidiam facit vnum diem,quæ subtrahitur ultimo anno a lunatione Iulij, & dicitur saltus lunæ. põ etiam facilius hoc modo colligi. Annus lunaris constat ex 354.diebus minus vna hora, & quarta parte vnius horæ. & 76. parte quartę vnius horæ.ergo in 11.annis habentur 19.horæ.& 19. quartæ horarum.& 10.84. partes quartæ vnius horæ,quæ faciunt in 19.annis quartam partem vnius horæ, & ita erunt 20. quartæ horarum,quæ facĩt 5.horas, quæ iũctæ 23.horis præhabitis faciunt vnum diẽ. Est † igitur saltus lunæ quidam dies col- 6 lectus in 19.annis ex eo superfluo, quod datur lunationibus, & dicit saltus lunæ, nõ q̃ luna magis saltat illa die, quã alia, sed quia nos lunam computantes diem illam „super quam in aliis annis lunatio Iulii dicitur 30.salimus,siue prætermittimus,non cõputantes lunã in vltimo anno cycli decem nouennalis, nisi 29. ideo

autem

autem subtrahitur dies illa a lunatione Iulij in vltimo anno cycli decemnouennalis, quia Iulius est vltimus in anno epactali, inter menses habentes 30. dies in lunatione, vnde ultimo anno lunatio Iulij non computatur tricesima, sed vicesimanona, & ideo aureus numerus illius anni, s. decem nouennalis, quamuis crescat, sequitur sine interuallo minorem, & per consequens in alijs mensibus sequentibus vsque ad Ianuarium, sicut infrà dicetur, saltus ergo Lunæ facit duas lunationes pariter esse 29. dierum, ad præfatos ergo errores facilius corrigendos inuentus est aureus numerus, de quo breuiter est dicendum.

S V M M A.

1 *Numerus aureus quid. Et cur sic dictus, & a quo inuentus.*
2 *Numerus aureus vnde formetur. & n.* 3.

De aureo numero. Cap. 11.

1 AVreus numerus † est ille, qui ponitur in Calendario, qui in quolibet mense indicat Lunam primã, ad priuatos errores facilius corrigendos inuentus. Et dicitur aureus numerus, per similitudinem, quia sicut aurum superat omnia metalla, ita iste numerus oẽs alias rationes lunares excellit, quẽ Iulius Cæsar tanta diligentia dicitur inuenisse, qui incipiens a quocunque anno cycli lunaris, vbicunque inuenit lunam primam in primo anno cycli posuit, s. in Calendario in latere extrà seco, iuxta literas feriales, s. in quolibet mense, & in secundo anno, vbicunque inuenit primam, posuit 2. in quolibet mense, & in tertio 3. & sic de aliis, & ideo in Calend. Ianuarij ternarius est numerus, quia ibi luna inuenitur tertio anno prima, nec ibi debet poni alius numerus, quam ternarius, quia in nullo anno Calen. Ianuarij luna est prima, nisi in tertio anno cycli decemnouali. In q-
2 busdam † tamen Calendarijs numeri ipsi designantur per literas alphabeti, nã pro vno interponitur ibi, a, pro duobus, b, pro tribus, c, & sic de alijs numeris, & literis, & feriarum, vsque ad literam, t, quæ est decimanona in ordine alphabeti. Formatur autem aureus numerus ab illo ternario, qui ponitur in Cal. Ianuarij, nam illis tribus adduntur octo, & constituuntur vndecim, qui numerus debet poni in tertia litera Ianuarij. Item illis vndecim adduntur octo, quæ constituunt decemnouem, qui numerus debet poni cum interuallo in quinta litera Ianuarij. Itẽ illis 19. adduntur octo, & sic sunt 25. Sed quia aureus numerus non transit 19. ideo abiectis 9. residuum, s. octo, debet poni immediate post 19. & sic per totum Cal. Patet ergo, q̃ quando maior numerus sequitur minorem, tunc debet inter vtrumque numerum dimitti vna litera: & quando minor sequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti. vnde versus:

De tribus octo canẽs superet de dena nouẽq;
Maior sit ternus. Maior aureus octo secũdus

Verũtamen formatio illa fallit in oĩ mense, cuius lunatio est 29. dierũ, s. in Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Octobri, & Decẽbri, in quibus post minorẽ numerũ, maiori immediate locatur. Sequitur † circa 3
principiũ mensis, quod patet hoc versu.

Mense breuis Luna Februs est ars dat cito ganger.

In isto versu sunt sex dictiones, ses mensibus deseruiens quorum lunatio est 29. incipiendo in medio versu, vbi dicit Februs, ita q̃ quæcunque fuerit initialis litera alicuius istarum dictionum, super eadẽ litera in Cal. maior numerus sequit̃ minorem sine sparjo i nulla litera dimissa in illo mense, cui seruit illa dictio. v. g. Februs est prima dictio, & seruit, i. mensi, cuius lunatio est 29. s. Febr. & f. est prima
litera, ergo super primum f, mensis Febr. 1
uarij maior numerus sequitur minorẽ immediate, similiter super primum, e, April, & sic de alijs, sed super primum, g. Decembris Maio, s. 23. sequitur immediate minorem, s. 2. & super eadem litera, qa ibi est duplex aureus numerus quod designat geminatio huius literæ, g, in hac dictione ganger. Item fallit in Iulio & reliquis mensibus usque ad Ianuarium, in quibus circa finem numerus 19. sequitur immediatè ad 11. numerum, vnde versus

Iulius

Iulius & reliqui restant denam, nouemq;
Iungunt vndeno sic est ratus aureus ordo.

Item sciendum est, quòd quando 19. immediatè sequitur 11. tunc octauus, qui sequitur, debet tertio loco poni, vnde versus.

Quando continua vndenis dena, nouemq;
Maiori trinus, tunc octonarius esto.

S V M M A.

1 *Paschatis terminus, & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 11. & paschatis claues. & nu.* 2.
3 *Clauium sedes. vbi inueniantur.*
9 *Septuagesima inuenienda terminus. Item Pentecostes. nu.* 10.

De termino Paschali. Cap. 21.

1 DE termino paschali † triplex datur ratio. Prima per claues Mosaicas. Secunda per ætatem Lunæ. Tertia per tabulas manuales, de quarum qualibet videndum est. Sed primo de clauibus, & ideò, dicendum est, quid sit clauis. & vnde dicatur, & vnde habeat ortum, & ad quid
2 inuenta fuerit. Clauis est numerus † variabilis datus anno ad inueniendum principia quinque mobilium festiuitatum, s. septuagesimæ, Quadragesimæ, Paschatis, Rogationum, & Pentecostes, & ideo sunt quinque claues, & quælibet prædictorum festorum habet 35. dies, in quibus semper celebrantur. A sede autem cuiuslibet clauis numerantur dies 11. vsq; ad initium ipsorum 35. dierũ, prout hic infrà patebunt. Et dr clauis p similitudinẽ, quia sicut per claues ostia reserantur, ita p talẽ numerum principia dictarũ festiuitatum nobis denotantur. Habent. n. ortũ istæ claues terminorũ à 19. annis cycli lunaris, & 7. diebus septimanæ. Vnde prima clauis est 26. Claues aũt aliorũ annorũ sic formantur; addamus. n. semper claui præcedentis anni 19. & summa inde perueniens erit clauis sequentis anni, si nõ superat quadraginta. si verò summa superat quadraginta, abiectis 30. residuum erit clauis sequentis anni. v. g. Clauis primi anni est 26. cui si iunganr̃ 19. erũt. 45. vnde abiectis 30. remanẽti 15. qui numerus est clauis sequentis anni, & ita formantur vsque ad 19. annos p ordinem, qa nõ pcedit̃ vltra 19. numerum, sed reuertit ad priorem, vnde cyclus clauium aurei numeri, & epactarum nõ differunt q̃titate, differunt tamen principio, quia cyclus epactarum incipit a Septembri cyclus aũt aurei numeri, & clauium a Ianuario, vnde si velimus scire, quotus sit annus cycli aurei numeri, & clauium, possumus scire per diuisionem annorum Domini factam superius in titulo de epacta. Inuẽto quotus sit annus clauium, possumus scire, q̃ sit clauis illius anni per aliam hanc rõnẽ: numerus enim ille, qui remanet de diuisione annorum Domini, numerari debet per summitates quinque digitorum, inchoando a police, & si numerus terminatur in police, debemus addere 25. & summa inde proueniens erit clauis illius anni: si vero numerus finitur in indice, debemus addere 13. si in medio 13. si in anulari 19. si auriculari 7. & si summa inde pueniens accesserit 40. adiectis 30. quod remanserit, erit clauis, quæ additio his versibus continetur.

Vigintiquinq; tredecim plus esse tricenos,
Vnde vicena epa. digitis pro clauibus apta.

¶ Sedes quidẽ † clauium nunquam in- 3
ueniuntur in Calendario, nisi sup hanc literam g, prima ergo Ianuarii g, est clauis septuagesimæ, vltima g, eiusdem mensis, est clauis quadragesimę, & secũda g, Martij, clauis paschalis, tertia g, Aprilis est clauis rogationum, vltima g, Aprilis est clauis Pentecostes, vnde versus.

Vltima g. prima Iani, Martisque secunda,
Aprilis terna tibi signat, & vltima clauẽ.

¶ Habita ergo claue anni, incipe cõputare a sede clauis, & comple illam a diebus Calendarij per ordinem pcedendo, & vbi terminabitur ibi erit terminus solennitatis, ita quòd in proximo die dominico ibi sequẽti erit initium solẽnitatis, cuius est clauis, sed rogationes incipiunt in sequẽti die Lunæ, & si fuerit bissextus, cuilibet claui est vna dies addẽda. ¶ Possumus
4 ẽt scire pasthales terminos p ætatem Lunæ, cuius rationem sequimur iuxta cõsuetudinem Iudæorum, de quo talis dat̃ regula. Accipe Lunam quæcunque est in

festo

festo epiphaniæ,& perfice illam procedendo per dies Calendarij ordinariè vsque ad quadraginta dies,& si fuerit bissextus, vsq; ad quadraginta vnum, in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesimæ,vnde versus.

A festo stella numerando perfice Lunam.
Quadraginta dies post septuagesima fiet.
Bissextus,quãdo fuerit superadditi vnus.
Si cadit in lucẽ Dñi,tũc sume sequentẽ.
Si cadit in feriã septenã, fitq; Bissextus,
Linq; diẽ Domini primũ,sumasq; secũdũ

¶Habita ergo septuagesima, terminos aliarũ mobilium festiuitatum facilè scire potes.Nã à septuagesima vsq; ad quadragesimam sunt tres integræ septimanæ, a quadragesima vsq; ad Pascha sunt sex integræ septimanæ, a Pascha vero vsque ad diem Lunæ rogationum sunt quinque septimanæ,& vnus dies,a paschate verò vsque ad Pentecosten computantur quinquies decem dies. † Terminum quoque
5 Paschalem his versibus scire potes.

Post Nonas Martij,ubi sit Luna noua regre
Tertia lux Domini proximi Paschа tenet.

¶ Rursus vbicũque post duodecim Calẽ. Aprilis luna decimaquarta reperitur in Dominica proxima Pascha celebrat. Itẽ qualiscunque luna fuit in Calen. Ianua. talem fac cum festo sancti Benedicti, siue duodecim Calen. Aprilis, & illam cõputes vsque ad vigesimamquartã,& ibi erit
6 Pascha Hebræorum.¶ †Rursus ab 8.idus Martij vsque ad Nonas Aprilis sunt dies 29. quocunq; ergo illorũ Luna fuerit prima,computetur vsq; ad 13.& ibi erit Pascha Hebræorum: est ét & alia ratio inueniendi Pascha per ætatem Lunæ,qñ quãdo Luna currit per vnum, erit Pascha dominica prima post Nonas April. quando currit per duo, erit Dominica prima post 8.Calend.Aprilis,qñ currit per tres, erit Dominica prima post Idus Aprilis,quando per quatuor erit dominica prima post Nonas Aprilis, quãdo currit p quinque, erit dominica prima post 11.Calẽd.Aprilis, quando currit per sex, erit dominica prima post 4.Idus April.quando currit p septem,erit dominica post 3.Calen.Aprilis,quando currit per octo, erit dominica prima post quartumdecimum Calend. Maij,quando currit per nouem, erit dominica prima post septimum Idus Aprilis,quando per decem,erit dominica prima post 6.Calen.Aprilis,quando per vndecim,erit dominica prima post 17.Calẽ. Maij,quando per duodecim, erit dominica prima post pridie Nonas April.quãdo per tredicim, erit dominica prima post 9. Calen. Aprilis, quando per quatuordecim,erit dominica prima post 2.Idus Aprilis,quando per quindecim, erit dominica prima post Calen.Aprilis, quando p sexdecim erit dominica prima post duodecim Calen. Aprilis,quando per decemsetẽ,erit dominica prima post 5.Idus Aprilis,quãdo p 18. erit dominica prima post 4.Idus Aprilis,quando per 19. erit dominica post 15.Calen.Maij.¶Tabulas super manuales nonnulli ad inueniendos Paschales terminos conficere solent, sicut Dionysius,Isidorus, & quidam alij, quas ad præsens duximus dimittendas,ne difficultas sit nimium onerosa. Ad præsens igitur sufficient carmina nostra scripta.

Esse grauem nobis bello karmen Kaueamus.
Bellum sæpe gerens,ét puto deijcit hostem.
Mox anima lucrum inuenies cum religiosis.

In his versib. sunt 19. dictiones. 19.annis cycli lunaris seruientes, prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem, sumpto initio a primo anno cycli, & quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quæ non desinat in m. tota die Aprilis computando a mensis principio, versus finẽ,erit terminus Paschę Hebrẽorũ,i.Luna 14.& in proxima dominica sub sequenti erit Pascha nostrum, sicut in 6. par. sub tractatu de Pascha plenè dictum est.ibi ét patet quare super 5.Calẽnd. Aprilis, scribitur in Calendario resurrectio Domini.Si verò dictio desinit in m.quota eius erit prima litera in alphabeto tota die Martij computando a mensis fine versus principiũ,erit terminus paschatis Iudæorum, & in primo die dominico, qui postea occurrerit destendendo versus finẽ erit Pascha nostrũ, hoc cautius obseruando,qa carmen & caueamus,in præfatis versibus debent scribi per K,& hostem debet scribi per h.quæ in hoc loco ,p litera reputatur.Põt & aliter pascha facilè inueniri,pone.n.in Calendario tuo in margine aureum numerum sequentem, videlicet

delicet iuxta 12 calend.Aprilis. pone 16. iuxta 11.calen.pone 5.iuxta 9.calend.13. iuxta 8.calen.2.iuxta 6.calen.10.iuxta 4. calen.18.iuxta 3.calen.7.item iuxta cal. April.15.iuxta 4. Non.April.4.iuxta 2. Non.12.iuxta Non. 1. iuxta 6. Idus 19. iuxta 5. Idus 17. iuxta 4.Idus 6.iuxta 2. Idus 14.iuxta Idus 3.iuxta 17.calen.Maij, 11.iuxta 15.calen.19.iuxta 14.calen.8.Volens ergo terminum Paschę inuenire ad-
8 de † unum annis Domini tunc currentibus:postea diuide ipsos quoties poteris p 19.& si diuisio perficiatur in 19.ita quod nihil superfit,curre ad Calendarium tuũ, & in die illa, iuxta quam inuenies scriptũ 19 erit Pascha Hebræorum,quod semper celebrant in 14.luna, & in sequenti Dominica erit Pascha nostrum. Si uero aliquid superfit super ultima 19.puta quinque,uel 10.uel 15.dies, tunc Pascha Hebræorum erit in die illa,iuxta quam scriptum inuenies 5. vel 10.uel 15.& sic de alijs præmissis numeris, & diebus, & in sequenti Dominica erit Pascha nostrum, quod non potest esse ante 11.cal.Apr.nec post.7.calen.Maij.uerbi gratia.Hoc anno computantur anni Domini 1286. quorũ 1273.sunt recte diuisi per 19. supersunt ergo 13.de præmisso numero,quibus additur unus,& fiunt 14.ubi ergo inueneris in tuo calendario hunc numerum, ibi erit hoc anno Pascha Iudæorum:in sequẽti uero anno erit ubi inuenies scriptum 15.& sic usque ad 19.postea uero redit ad primum,& sic perpetuo fiet.¶Per eũdem
9 †quoque modum poteris terminum septuagesimæ inuenire: pone enim in calẽdario tuo in margine iuxta 16.calend.Februari,hunc numerum 18.item in eadem linea pone 19.iuxta 15.calend.Februa.pone 5.iuxta 13. cal. 14.iuxta 11.cal 2.iuxta 10.cal. 10.iuxta 8. calen. 8.iuxta 7.calẽd. 7.iuxta 5.calen.15.iuxta 4.calen.4.iuxta 2.calen.12.item iuxta calen.Februar. 19. item iuxta 3.Non.Februa.6.iuxta 6.Idus 3.Iuxta 5.Idus 3.iuxta 4. Idus 11. iuxta Idus 19.Diuisis ergo annis Domini p 19. ut præmissum est, uide qui numerus supereſt super. 19. & ubi illũ in ipso calendario inueneris, ibi erit terminus septuagesimæ,qui semper est in luna 11.& in sequenti Dominica septuagesimam celebramus, quæ non potest esse ante 15. cal. Feb.nec post 9.cal Martij. Sic nec quadragesima potest esse ante 6. Idus Februarij, nec post 2. Idus Martij. ¶Eodem etiam modo † terminus Pentecostes inueniri 10
potest. Pone enim in tuo Calendario in margine,iuxta 7.Idos Maij,16.Idus 5.iuxta 4.Idus 13.iuxta 3:Idus 2.iuxta idus 10. item iuxta 17.cal.Iunij 18.iuxta 15.cal.7. iuxta 13.cal.15 iuxta 10.calen.4.iuxta 12. cal. 12.iuxta 9.cal.1.iuxta 7. cal. 19. iuxta quintum cal. 12.iuxta 4.cal.6.iuxta 2.cal. 14.item iuxta calẽ Iunij 3.iuxta 3. Non. 11.Non.19.iuxta 8.idus 8.Diuisis ergo annis Domini per 19.numerum illum, qui supererit,super decem & nouem, quære in p̃missis locis Calendarij, & ubi illum inueneris,ibi erit Pentecostes Hebrẽorũ, quod semper est in Luna quarta,& in sequenti die Dominica erit Pent.nostrum, qđ non potest esse ante 6.idus Maij, nec post idus Iunij, sicut nec rogationes esse possunt ante 7.cal.Maij,nec post 3.cal.Iunij. Põt ét Pascha aliter inueniri p hanc tabulam † quinq;,quindecim, tredecim. 11
duo vigintiduo decem triginta.decem, & octo septem 17. quindecim quatuor 24. 12.unũ 21.nouẽ 29.decẽ,& septẽ.isti numeri reps étant quotiã dies Apr.& Mar. in quibus contingit Pascha Hebræorum. computando dies illos a principio ipsorũ mensium,ita q̃ ipsi numeri a viginti infra respondeant Aprili, a uiginti supra Martio,hoc vult dicere tabula,q̃ in primo anno cycli lunaris est Pascha Hebræorum in quinto die intrantis April.in secundo anno eiusdem cycli est quintadecima die intrantis Martij,& sic de alijs, donec numeri ipsius tabulæ cõpleant, postea redit ad primũ annũ cycli. Qualiter aũt inueniant anni cycli,dictum est supra,ubi agitur de epacta. Quare festa Saluatoris excepto festo natalis, siue natiuitatis sint mobilia,dictum est in 6. par sub festo Natalis. Vltimo ſm Isidorum sciendum est, q̃ inter Latinos,& Græcos est uarietas super termino festiuitatis Paschalis, quod prouenit,quia Latini a 3.Non.Martij usque ad tertium Non. Aprilis primi mensis Lunam requirunt, & si quindecima Luna dies dominica puenerit,in alia dominicã Pascha ꝓtrahũt, ut p̃missum est.

Græci

Græci uero obseruant primam Lunã ab 8. Idus Martij usq; in diem nonã Apri.

S V M M A.

¶ Cyclus quid.
¶ Cycli sex numero solaris, decem nõualis lunaris, epactalis, magnus, & indictionalis, quos percurrit ibidem, & n. 3.4.5.6.7.

De Cyclo. Cap. 13.

QVIA in plerisque huius partis locis de Cyclo mentio facta est, ideo de Cyclo aliqua dicamus ¶ Notandum est ergo, † q̃ Cyclus est spacium aliquorum annorum in se rediens, ſm aliquos numeros, & ꝺſ quasi circulus, per duplicẽ syncopam. Est. n. cyclus nocatus, eo quòd in orbem digestus sit, & quasi in circulũ dispositum ordinem complectatur annorũ sine uarietate, & sine arte. Sunt autem sex Cycli primus solaris, incipiens in 6. Cal. Martij in festo S. Matthiæ, constans ex 28. annis contimens concurrentes, & regulares solares, & dominicales, & annos bissextiles, & cõmunes. ¶ † Secũdus cyclus est decem nouenalis, constans ex 19. annis, & incipit a Ianuario continens in se aureum numerum, & claues terminorũ. ¶ Tertius est cyclus lunaris, incipiens similiter a Ianuario, habens 19. annos. incipit autem quarto anno cycli decemno uenalis, hunc inuenerunt Romani, ut scirent qua hora Luna a Sole accẽderetur, sed quia ꝓcessu temporis hæc inuentio falsificata est, nihil operamus ſm hunc cyclum. ¶ Quartus est epactalis † incipiens 5. Cal. Septembris, habens simpliciter annos. 19. continens in se regulares, & lunares, & epactas, & annos communes, & embolismales. Quintus † est cyclus magnus constans ex quingentis 31. ann. uel ſm alios quingentis triginta annis, ſm quem formatur tabula Dionysij. ¶ Sextus est cyclus † indictionalis constans ex 15. an. & continens indictiones. Romani enim qui. difficile erat de remotis mundi partibus, uenire singulis annis Romã ad soluenda tributa, per eos prouincijs indicta statuerunt, ꝙ saltem singulis quinquennij soluerentur, ita ꝙ primo quinquennio apportarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In secundo quinquennio argentum, pro stipendijs militibus erogandis. In tertio † aurum pro simulachris fabricandis, & sic semper post aurũ, quo in an. 5. ferebatur, incipiebat quinquennium, quo ferum iterum soluebat, & sic erat quasi quidam circuitus temporis, quia ergo Romani sic fieri indixerunt, ideo illi anni indictio nuncupati sunt, de quo dictum est supra. Præmissum autem spatium quinque annorum uocatum est lustrum, quia uenientibus nuntijs prouinciarum cum tributo, cum cereis, & alijs pretiosis sumptibus urbem lustrabant.

Conclusio operis. Cap. 14.

NEMO in hoc opere diuina officia sufficientes existimet exposita, ne fortè opus extollendo humanum, diuinum improuidè extenuet sacramentum: in diuinis namque officijs Missæ tot & tanta sunt inuoluta mysteria, ut nemo nisi p unctionem edoctus ea sufficiat explicare, quis. n. nouit ordinem cœli, & ponit rationes eius in terra? Scrutator ꝙppe maiestatis opprimet a gloria. Ego uero non ꝑualens hippientibus oculis solẽ in rota conſpicere, tanti mysterij maiestatẽ, quasi ꝑ speculum in ænigmate, mihi visus sum intueri, nec penetrans ad interiora cœnaculi, sed ꝑ foribus assidẽs in uestibulo, egi diligenter, ut potui, nõ sufficiẽter ut uolui. 69 dist. si officia. in princ. cum in humanis inuentionibus nil sit ex omni parte ꝑfectũ. 7. q. 1. nihil. Nempè ꝓp innumeras atq; ineuitabiles negotiorum apostolicæ sedis iniunctas necessitudines. quotidie more fluctuum emergentes, q̃ studentis, & ad superiora tendentis obtũdunt animum, quasi ꝑplexus, atq; uarijs, & ineuitabilibus irretitus nexibus, uacare ad plenum nequiui, ut uellem q̃nimò uix ualui meditata dictare, nedũ cõcipere meditanda, nam cuiusq; animus ad plura diuisus,

diuisus, sit profectò ad singula minor. Quocirca non solum benignum sedulò imploro Lectorem, uerumetiam liberum desidero correctorem. Enimuerò negare nequeo, quin plura inserta sint in hoc opusculo, quę possunt iusto iudicio, nulla temeritate culpari. 9. dist. negare. Verum si quid forte laude dignum reperietur in eo, diuinę gratiæ penitus adscribatur, nam omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum 1. q. 2. quam pio. Si quid verò indignum, insufficientiæ deputetur humanæ, nam corpus quod corrumpitur, agrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, aut siquidem proprie, aut eorum fortassis. quorum dicta plerunque potius recitando, quam approbando hic introducta noscuntur. Hoc enim tam ex diuersis aliorum libellis, & commentarijs more mellificantis apis quam ex his, quæ mihi diuina gratia propinauit, fructuosè collegi, & hanc doctrinam interno fluentem nectare velut fauum mellis in diuinis officijs speculari volentibus, diuino suffultus præsidio propinaui, hanc solum apud homines ex ingenti perpesso labore mercedem expectans, ut apud misericordissimum iudicem pro peccatis meis, deuotas orationes effundant.

FINIS.

AD

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD PIVM LECTOREM COR. LAVRIMANI VLTRAIECTIVI. PRAEFATIO.

NOn erã nescius, pie Lector, quomodo hunc de Ecclesiasticis officijs librum typis primò excludendum proposuissem, quin infinitos propè in me carbones excitarem. Nam tum velut apertis oculis fore satis prauidebam, ut noster hic qualiscunq; labor in uarias incurreret reprehensiones. Atq; id quidem haud iniuria. Vt enim omittamus hoc, q quantumuis piè satis de rebus istiusmodi ad Ecclesiam nimirum pertinentibus, sentiunt, non possunt tamen sese cohibere, quin & aliorum laboribus censoriã virgulam quodam modo subducant, certè ab eorum morsibus, qui innumera in dies nouorũ dogmatũ cõmẽta excogitant, nullã mihi securitatẽ ausim polliceri. Hi sunt, quos se Euangelicos, & Paulinos appellari non pudent, cum in ijs nihil minus sit, quàm quæ in Euangelio præcepta sunt exequi, quæque a Paulo, qui non sine causa dictus est uas electionis, sunt tradita, recta rõne expẽdere. Quod adeo uerum esse iam inde a multis annis per varios scriptores, eos q, non minus pios, quã eruditos, abundè ostensum est. Eò enim humana redijt audacia, ne dicam stultitia, eò inquã inconsiderata illa, ac præceps quorundam hominum libido lapsa est, ut non uereantur quadã peruicacia in se recipere, quod ab ijs, quam longissimè abest. Ab horũ itaq, virulentis impetitionibus, sat scio, tutus esse non potero, q qđ hac in parte fecimus, nunquã sint probaturi. Nam qua rõne ea probẽt, quæ cũ suis insulis, & pernitiosis uideant pugnare institutionibus? Quæ nos huc sanis euidentibus probata rõnibus adducimus, hæc illi planè reijciunt. Et quid in uero reijciãt, si nouam sibi Ecclesiã inuenerint, & in ea nouas, si Dijs placet, instituerint cæremonias? Sed per Deum immortalẽ, quod insaniæ genus esse poterit apertius, quã velle magis sapere Apostolis, qui nostrã hãc præsentẽ Ecclesiã à Christo acceperũt, acceptamq; nobis quasi permanus tradiderũt? Hi ergo multa mihi dicturi sunt, multa in eo, quẽ proferimus, cauillabũtur, ne esset q illorum ineptias manifestè cõuincat. Eius n. rei potissimũ gratia Auctorem hunc in lucem emittimus, ut semel quã ridiculè rideat quæ in nostra fiunt Ecclesia, constare possit. Clamabũt imprimis uetustum esse, & qui iam a tineis, & blatis propemodum confessus sit, itaq; in tenebris obcœcatus, ut lucem intueri nequeat. Verũ nos oẽm adhibuimus operam, ut ab hmõi tineis ipsum uendicaremus, & omo id fecimus, ut iã lucẽ facile agnoscat. In ea, nisi quid mea me fallat opinio, tam fœliciter, & prosperè uersãtur, ut non leue uulnus inde hæretici sint accepturi, quod nullum quantumuis efficax medicamentum fideliter satis curare poterit. Non quasi plures non sint, qui idem aut maius etiã præstare queãt, sed omo hoc nobis persuademus, q cum hic a ijs etiam Ecclesiæ nostræ propugnatoribus adiũctus sit, et fortiorẽ, et faciliorẽ multo in hæreticorum aciem, si quam instruxerint, faciamus impressionem, usque adeò, ut uel hastam abijcere, uel arenam nobis cedere cogentur. Enimuerò sanè optarim, & complures alios huiusmodi hæreticorum antagonistas quotidiè exoriri, qui consimilibus lacertis cum ijs dimicare non subterfugerent, sed ualidissimis rationibus, tamquam hastis in manu collocatis, inanes eorum argutias perstringere adorirentur. Nam si quid in me iudicij est, quod sentio, quam sit exiguum, non arbitror alia rõne fieri posse, ut cõmodè horũ nouatorum obstinata peruicacia comprimatur, nisi semel cõmuni Marte eos ita sacrarũ literarũ testimonijs, uelut ensibus confodiamus, ut postquam terga dederint, deinceps nihil noui redintegrare audeãt. Qua ĩre Deum Op. Max. facilè adiutorem habebimꝰ si modo prælium aggrediamur, ac cũ perniciosissimis Christianæ Reipu. ciuibus, ceu publico certamine manus conferere non defugiamus. Nunquam. n. patietur Deus, ut quicquam detrimẽti ferat Ecclesia, cuius ille caput est. Quanquã verò non ignorem, quin semper ab Ecclesia condita uarij ac multi extiterint Haretici, sed hoc ideo factum esse certo credimus, ut ita Christus nostram excitaret socordiam. Nunc uerò quid dicemus? An non inerit luxu perditi adeò dormiamus oẽs, ut permittamus sacrosanctã nostram Ecclesiam, quã unicè defensare deberemus, a nautis, fabris, fullonibus, cerdonib. palatronibus, tõsoribus, aucupibus, piscatoribus, cetarijs, coquis, sarterioꝰ, essedarijs, baiulis in foro, ĩ cõpitis et lustris, ĩ cõpotationibus, ĩ officinis, in tonstrinis, publicè & priuatim ita lacerari, ita capi,

carbi, ita proscindi, & cõculcari, ut iam mille, si dicere fas est, in ea nascantur hæreses Nãne mo ferè est, qui non nouã aliquã de ea excogitauerit opinionem. Sed quo feror? Certè hoc uerè dicere possum, pie lector, nullum satis acerbũ posse inuenire epiphonema, quod isti rei conueniat. Quare, ut ad nos redeamus, haud dubiè, quicquid in huius operis editione præstiterimus, certi sumus, istiusmodi hæreticis ac nouatoribus non probatum iri. Sed quid adeo admodum nos si ijs nõ placeamus, quibus nostra exosa Ecclesia est, cui tanquam matri omnem, ut par est honorem deferimus? Nihil equidem hos moror, si quod res est, ingenuè proferre liceat. Nihil, inquã, curo, si ab illis exemplo damur, modo à nostris, hoc est ab ijs, qui uerè ac piè de Ecclesia unica sponsa Christi, & matre nostra sentiunt, recipiamur. Nõ enim hic nobis cornea usque adeo fibra est, quin ab horum uno, si fieri posset, magis laudari optemus, q ab illiusmodi improbis hæreticis, & Ecclesiæ corruptoribus decẽ. Eremant ergo illi, p me licet, qbus, ut diximus, nostra sordet Ecclesia, quatũ an aliquid charius, purius, & sanctius esse debeat, nõ ausim dicere. Quidnis enim potius fatendum est, quàm si hic contemnamus, quod nobis totius nostræ salutis fons Christus, dũ hinc ad patrẽ emigraret tanquam optimũ quod habuit, pignus reliquit. Quid iniquio contemnamus? Imo uero ne tam quidẽ simus incõsiderati, ut quicquam ea de re sinistri suspicemur, q Christus iã crucis ligno suffixus in sponsã, & charissimã uxorẽ accepit. Hãc equidẽ esse arbitror, de qua delicatulus ille puer Salomon mystico hoc modo cecinit. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te ulla. Formosa admodũ sit oportet, in qua ne unus quidẽ inueniat nauus, quæque ita oĩbus formæ dotibus ꝑdita est, ut nihil quod ad eã rẽ faciat, deesse unquã deprehẽdat. Talis est Ecclesia, atque ita sponsi sui uirtutibus exornata, ut si q eã contaminẽt, ac suis spurcitijs fœde polluant, morte potius sintpiandi, q ut ullam hic admittamus excusationẽ. Quilibet profecto ignarus nõ sim, serpentẽ illum Leuiathan ita studiosè operã dare p suos administratores, tantosque undique nimbos, & procellas concitare, ut hanc uelut unicã salutis nostræ nauiculã ita semel tempestatibus queat inuoluere, quo tandem penitus immergeret ac periret. Verum hæc omnia ille frustra laborat, & q ĩ pugnare hac in parte cum Deo non desinit, certè aduersus stimulum, quod aiũt calcitrat. Ex his ergo, quæ diximus, uel me deintactante, quantopere fuerit necessarium, ut hoc opus de Officijs Ecclesiasticis in apertum produceretur, facile colligit. Si enim tã chara nobis Ecclesia esse debeat, quam istud ipsum a nobis Christus exigit, si ea innumera omnibus proculdubio Christianis præstet beneficia: si nos de uia lassos, & grauibus peccatorũ sarcinis onustos aduenientes ultro excipiat, si in ea, post æstuãtis animi gnatiosos ardores, & desperatæ uitæ squallẽtis solatia, blãda recipiamꝰ refrigeria, ac delectabiles aura susurros sentiamus: si denique ad eã tanquã amœnissimũ receſsũ lympidis fontibus ac ripis smaragdinis cõspictum nos cõferamus, ubi onere peccatorũ depositõ tã dulci ac salubri cibo, & potu refocillamur, ut quicquid molestiæ sit, facile isthic excutiãt, profecto eius, siue leges, siue ritꝰ, et cæremonias omnino negligere non possumus. Atqui hæc quidẽ in re oẽs facile pastores ac sacerdotes habebo imprimis mihi benuolos, quorum munus præcipuum est, in eiusmodi cæremonijs ita populũ, ea gregẽ sibi commissum edocere, ne quid amplius in hisce addubitent. Nam si non illud ignorare uolumus, quod lippis, & consoribus etiam notũ est, certe hinc omne, proficiscitur ꝑturbationũ in Repub. Christiana colluuies. Et, proh dolor, quàm multi hoc tempore, cum Pastores, tũ Sacerdotes reperiuntur, qui horum non sólũ ignari sunt, uerũ etiam quos istiusmodi addiscere, & piget, & pudet. Sed hos quæso, meminerint, qdillis loquat Ezechiel. Et uiolabant, inquit, me ad populum meũ, propter pugillũ hordei, et fragmentum uanis, ut interficerent animas, q non moriuntur, et uiuificarent animas, quæ nõ uiuunt, mentienti populo credent mendacijs, q propter hoc dicit Dominus Deus, Veh pastoribus Israel, q quod infirmatum fuit nõ cõsolidastis, & quod ægrotum, non sanastis. Quid istud obsecro teꝫ Dicam comẽdio. Quam magis curant quibus ciborum cupedijs uentrẽ saginent, quã qua ratione populi erroribus queãt mederi. Nãtum demum hoc facere intelliguntur, si uerbũ Dei, & quæ ad animarum pertinent salutẽ, populo non interpretantur, postequam eos Deus animarum constituerit Medicos, & Pastores eiusmodi, qui dominicũ gregẽ ex Dei sententia, hoc est, ut uoluit Hieronymus, scientia, & intelligẽtia pascant. Atqui profecto haudquaquã fieri posse existimo, ut ea qs alterũ doceat, quorũ ipse rudis sit, & ignarus. Benigne itaque hi nostrã qualẽcunq; accepturi sunt industriã, si eã

Universidad de Deusto
Biblioteca

ère sua esse aperte intellexerint. Violabant, inquit Prophœta, me ad populum meũ, cum nimirum potius quid fornicarij, Coi, aut Veneris iactus protendat, scire laborent, atq; vtrum vinũ meratius sit dijudicare, quã eas addiscere disciplinas, quas cum maxima animarũ salute ad populũ Dei fideliter transfundant. Sed vbi istiusmodi. Quemadmodũ n. Iosephus dixit suis fratribus se ad conspectũ suum illos nequiquã admissurum, nisi, & nimirũ fratrem secũ adduxerint. Ita quoq; Xps verus ille Iosephus, et cuius hic vmbram tantum expressit cum suis fratribus, videlicet sacerdotibus, et sacrosanctæ ecclesiæ pastoribus expostulabit sanguinem, hoc est, animã eorum fratris mitini, cumq; & manu ipsorum requiret. Quẽ quidem si adducere non poterunt, bone Deus, quãm malè cũ ijs agetur? Non equidem quenquã iudicio, nec spectatum aliquem perstringo, sed si quid nequit, vt ait Comicus. Nam vt omittam cætera, oppido quæ turpe est ea ignorare, in quibus indies versamur. Non potest igitur opus hoc nõ ad eos maximopere pertinere, quorũ fidei Ecclesiæ gubernacula commissa sint. Hic. n. præter rationẽ legitimè ageadi, cantandiq; officiũ diuinum, ritusq; & Ecclesiæ ceremonias luculentam sanè ad obscuriora quædã sacrarum literarum loca explicationẽ non vulgaribus veterum Orthodoxorum testimonijs confirmatam habebunt. Porrò aut è plerisq; fore facilè crediderim, qui nos cuiusdã negligentiæ, atq; ineonstãtiæ insimulabunt, quasi parũ considerarè, quæ nos deceãt, perpendamus, vt qui iampridẽ Iurisprudentiæ nomẽ dedimus, & in eius castris, hactenus militauimus modo ijs nos intermisceamus, q̃ sunt Theologi ũ. Fateor equidem me prater professionem facere, quod si peccare est, fateor id quoque. Verum, mea quidem sententia, omnis professio in ijs sitet, quæ communem spectant vtilitatẽ. Et certè vniuscuiusq; professio est, vt prosit quamplurimis, & obsit nemini. Nec vero is sum, qui tantũ meo tribuã iudicio, vt solus omne operis huius in lucẽ proferendi consiliũ cœperim. Cũ n. primo illud ad manus meas pervenisset, extẽplo quibusdã amicis communicaui, quorum iudiciũ, & doctrina non vulgaris vsq; adeo mihi perspecta fuit, vt nõ dubitarim, quicquid laudẽ mihi persuasissent, vel perpetuo nominis periculo, aggredi. Iti me non solũ ad editionẽ adhortati sunt, verũ etiam honestis monitis, ita me interdũ oscitãtẽ, & somniculosum excitarũt, vt hinc quoque factum sit, quo opus hoc magis exultũ prodire non potuerit. Dedimus itaque operã, vt author hic, qui tam propè quadringẽtis annis horridus, inscultus, ieiunus, & squallidus inter fœdissimas chartas a muribus penè totus corrosus delituit, iam tandem in manus eruditorũ aliquãto tersior, ornatior, ac politior veniret, ijs sublatis modis, quæ lectori nauseã parere potuissent. Quod sanè, quãtis mihi constiterit laboribus, tũ verus, lector, dixeris, quũ singula attenta lectione diligenter discusserit. Vetus enim ille codex manu scriptus, ita arctis ac fissis characteribus fuit exaratus, vt legi admodũ mihi fuerit difficile, vsq; adeo, vt sæpenumero si quã sententiam elicere voluissem, debuerim profectò diuinare: tamẽ siquidẽ me nõ lateat, quã in huiusmodi rebus diuinatio sit odiosa, ne dicam periculosa. Dabis interim veniã, si quæ interdum vocabula occurrãt minus latina, quæ eiusmodi sunt, vt mutari nõ debuerunt. Hic nãque illud cogites velim, quod alibi libens feceris, nempè omnes artes peculiares suos habere dicẽdi modos. Nemo est, vel mediocriter eruditus, qui nõ facilè sciat. Ecclesiã quoque nõ solum sua habere vocabula, sed & quã plurimas dicẽdi phrases latina linguæ authoribus prorsus, inauditas. Verũ hæ sunt istiusmodi, vt eas hic mutare si voluissem nõ potuissẽ; & si potuissem, nõ voluissem, ne hic mihi accidat, quod pluribus vsu venire solet, qui dũ rẽ illustrare conãtur, eã penitus peruertunt. Nec profectò quenquã offendere debet, si hic interdũ dilutas, ac (vt videbitur) futiles inuenerit rationes, cũ in nonnullis author hic nõ tam veras, quã pias, ac vulgo familiares habere studuerit, cuiusmodi sunt de dissolutione stellæ a Magis visa, & cur missa de defuncti celebretur feria secũda, atque his similes alijs, qua in re te etiã admonitum volui. Quare ad postremum vnum hoc rogo pie lector, vt nostrã operam, & industria, si quam hic iudicaueris, æquo animo accipias, & eã solum promptitudinem benignè amplectaris, qua nõ passi sumus hoc opere diutius aliquẽ defraudari. Certo enim speramus, si non vtile, saltem minus molestum fore ijs, qui sacris literis, & pietati maxime operã dare cõsueuerunt, vt hinc ita deinceps Ecclesiã studiosius amare, colere, atque obseruare discant, quo ad æternam illam Ecclesiam, cuius nostra hæc dũtaxat adumbratio quædã est, queant suo tẽpore peruenire. Quod vt faciat Christus etiam atque etiam oramus, quem in hac editione maximè honoratum optamus.

DIVI-

DIVINORVM OFFICIORVM, AC EORVNDEM RATIONVM BREVIS EXPLICATIO,

D. Io. Beleth, à Cornelio Laurimano Vltraiectino castigata, & in lucem edita.

Proœmium, ac brevis totius operis partitio.

IN primitiua Ecclesia prohibitum erat, ne quis loqueretur, nisi esset, qui interpretaretur. Quid. n. obsecro prodesset loqui, si nõ intelligeretur? Certè nihil. Hinc illa laudabilis inoleuit consuetudo in qbusdã Ecclesiæ partibus, ut ꝑ nuntiato ſm literã Euãgelio, statim vulgari illud populo exponeret. Quid vero de nostris temporib. dicemus, si vix, ac ne vix quidem inueniatur, qui, q̃ legerit, vel audierit, intelligat, quisque satis animaduertat, quæ viderit, aut egerit? Vade ꝑfecto illud verè dicere possumus, q̃ olim ꝑ pheta conquestus est, perit sacerdos quasi è populo vnus. Vr ergo tacendum potius esse, q̃ psallendum, silendũ omnino, q̃ tripudiandum, si in hanc temporum infœlicitatem incidimus. Verum enim uero ne aliquando ora canentium ad te Domine Deus iurpiter clandantur, ad hoc damnum euitandum, triplex adhibebimus remedium, si primo de ecclesiasticis institutionibus, deinde de expositionibus diuinorum sermonum, ac tandem etiam de dierum ratiocinationibus, quã fieri potest breuissime dixerimus. Ac primum q̃dem ad eos ptinere poterit, q̃ modo incipiunt: secundum vero ad eos, qui iam ꝑfectum aliquẽ sentiunt: tertiũ deniq; ad illos, qui ad plectionem quandam puenerunt. De his igit breuiter, & cõpendiosè deinceps dicamus, ut ꝑ nos aliqua ex parte eorum cõsulatur ignorantiæ, qui quemadmodũ de his rebus sentiendum sit, vere nesciũt.

De rebus specialiter Deo consecratis. Cap. 1.

TAmetsi quidem rerum hanc vniuersitatem Deus ad nostrum maximè cõmodũ, ex nihilo creauerit: ut hinc, merito, & sic vocetur omnium Dominus, iuxta illud, Domini est terra, & plenitudo eius. ab illa tamen vniuersitate q̃dã sibi spãliter retinuit. Quemadmodũ. n. illa in quatuor partes secari potest, ita hic a qualibet parte aliquid sibi proprie vẽdicauit. A locis, loca veneranda, a tpibus dies festos, a reb. decimas, primitias, oblationes, & si q̃ sunt alia, quæ donari solẽt; à ꝑsonis denique quas velut sibi dicatas hẽt, ut sunt ministri altaris, monachi, & moniales. De ouibus sanè omnibus, videlicet de locis, temporib. reb. personis, ac earundẽ multifarijs officijs, deinceps ordine dicemus. Et primo quidem de locis.

De Loco. Cap. 2.

LOcorũ itaq; uenerabilium alia sũt oroni dicata, alia uero necessitati humanæ deputata. Loca humanæ necessitati deputata sũt hæc, Xenodochiũ, nosocomiũ, gerotocomiũ, orphanotrophiũ, ꝑtrophiũ brephotrophiũ. Sic etiã pæres, & religiosi Impe. loca q̃dã instituerũt, quo se reciperẽt peregrini, orphani, senes, emeriti, infirmi, imbecilles, & sanci. Loca aũt q̃ oroni dicata sunt q̃dã sacra sunt, q̃dã sancta, q̃dã religiosa. Sacra loca sunt, q̃ ꝑ Pontificem Deo rite sunt cõsecrata, & quasi sanctificata, q̃ diuersis appellant nois. ꝑcipue tñ his, Ecclesia, sacrariũ, sanctuarium, sacellũ, tẽplũ, oratoriũ, Dei tabernaculũ, monasteriũ, cœnobium, κυριακὴ dñicalis. Domus orationis, basilica, capella. Sed ignorandũ nõ est, quin oratorium ꝑ ipsa Ecclesia interdũ accipiat, atq; ẽt quiuis locus alius ad orãdũ cõstitutus uocet oratorium, cuiusmodi in suis cœnobijs sibi statuerũt monachi. Sancta uera sunt loca immunitatis circa monasteria, sub certæ pœnæ interminatione cõfirmata, quemadmodum apud nostram Lutetiã cernitur, velut claustrũ quoddã, in quo sunt ædes canonicorum.

Nam cuiuscũq; sceleris reus sit, ſi illuc tã quã ad asylum perfugerit, maxima ei pręstatur securitas. Sic muri etiam & portæ ciuitatis, ac theatra, ut sancta essent, sanctum est legimus. Postremò locus religiosus ille dicitur, in quo integrum hominis cadauer sepultũ est, vel tm ẽt caput. Corpus.n. obtruncatũ, nisi & caput adsit, locũ religiosum facere nõ põt. Quare cum hactenus de locis dictũ sit, illud vnum adijci oportet, vt, quemadmodũ Ecclesia sit ædificanda, paucis declaremus. Facto.n. loco fundaméti, necesse est, vt Eps eum primo aqua lustrali, q̃ bñdictã uocant aspgat, ac tũ deniq; primũ fundaméti lapidẽ, q̃ crucẽ sibi impressã habere debet, ipse iaciat, vel iussu eius sacerdos alius, si ipse adesse nequeat. Et omnino quoq; necessariũ est, vt ædificetur uersus Orientẽ, hoc est, versus solis ortum æquinoctialẽ, nec vero contra æstiuale solstitium, ut nonnulli & volunt, & faciunt.

De temporibus. Cap. 3.

His igitur de locis ita breuiter expositis, dicendum est de temporibus. Accipimus ãt hic tpa pro diebus, quorũ alij sunt festi, alij solẽnes, alij vero ,pfesti. Ac profesti q̃dẽ sunt, q̃a nulla spãli celebritate fulciunt. At vero aliter ludęi suos vocãt dies, aliter Ethnici eorumq; Philosophi, aliter demum Christiani. Hebræi primum diẽ appellãt sabbatũ, q̃ pcipuus apud eos hr. Reliqui oẽs ab hoc denoiati sunt. Vocãt.n. sequẽtẽ diẽ post sabbatum, primã siue alterã sabbati, & q̃ deinde sequitur secundã sabbati, & sic de alijs, vsq; ad diẽ septimum, q̃ illis, vel septima sabbati, vel sabbatum sabbatorum dr. Apud Ethnicos vero, tã vulgus, q̃ Philosophi ijsdẽ vtebant noĩbus, nisi q̃ in ijs diuersam inter se habuerint rationem. Vtriq;.n. primum diem Solis appellabant, ſm Lunæ, tertia Martis, quartum Mercurij, quintũ Iouis, sextum Veneris, septimũ Saturni. Sed ideo hos vulgus ita nominabat, quia Solẽ, Martẽ, Mercuriũ, & alios Deos esse arbitrabãt. Philosophi uero ob hãc cãm, q̃ planetarum horũ motibus humanæ vitæ natura cõstituãt. Proinde noĩa hæc sacra scriptura haud quaquã recipit, quamquam passim in vsu habeantur. Christiani deniq, ab his longè aliter dies noïant, ,pprijs nimirũ appellationib. Nã sabbatum Iudæorum vsq; adeo nõ obiecerũt, quin cum ijs q̃ libẽter hr̃e velit, partim ob Hebraici sermonis auctoritatẽ, partim ẽt ob interpretationis significationẽ. Sequentem vero diẽ vocãt diẽ dñicũ, tum pp Xpi resurrectionẽ, tum pp Spiritusſancti e cęlis missionem, vel q̃a Ioan. Euãg. in sua Apocalypsi sic ipsũ nominauit. Fui.n. ibi hoc pacto. Fui in Spiritu in die dominico. Sed diem qui proxime dominicam sequitur feriã vocãt secũdã, itẽq; & alios dies ad sabbatum vsq; Dicuntur autem feriæ a feriãdo, non q̃ a necessarijs vitæ operibus sit feriandum, & abstinendum, sed qm̃ toto vitæ nostræ tpe à vitijs feriari debeamus. Dies festi porrò sunt dies solemnes, q̃ ut soli seruarẽt, quasi p̃scripto, & quo q̃ instituto recepti sunt. A solo.n. vel a solito solemne dictum est. Vnde solemnia festa vocat Ecclesia, quæ certa sunt obseruatione cõstituta. Atq; hinc ẽt venit solẽnitas, q̃ quadripartita esse põt, videlicet festiuitatum, stationum, lætaniarum, & ieiuniorũ.

De solennitate festiuitatum. Cap. 4.

Primò igit̃ de festiuitatum solemnitate agendum est, q̃ pluribus noĩb. vulgo exprimi solet, nimirum his: festiuitas', festum, celebritas, exitus, trãsitus, obitus, assumptio, depositio, dormitio, passio, dedicatio, natiuitas, natalis, uel natale, & natalitium. Festiuitas dr, quasi festi sancti alicuius natiuitas. Natiuitas vero propriè appellatur festum illius natiuitatis, q̃ est in carne, & in mũdo, ita ut hinc solum dicaĩ natiuitas Christi, B. Mariæ. & Io. Bap. q̃ horum natiuitates duntaxat ab Ecclesia celebrentur. Natalis, uel natale, & natalitium vocatur Sanctorum ex hoc seculo commigratio. Quia ut seculo, & mundo moriuntur, ita tunc cœlo nascuntur: indifferenter autem tria hæc vocabula vsurpant. Dr porro trãsitus festum, q̃d est de morte beatorũ, quũ eorũ aiæ è corporibus exeũtes p varia loca sibi incognita transire dẽant, nẽpe si dicere liceat, p cęlũ aereũ, ętherẽũ, christallinũ, donec. pueniant ad cœlũ empyreũ. Obitus appellatur, quasi tũ animis angeli veniant obuiã huiuſmodi

eiusmodi de beato Martino legitur. Passio autem nuncupatur, quasi tum maxime corpus patiebatur, cum inde anima excederet. Quapropter fieri etiam põt, vt uniuscuiusq̃ obitus appellatur passio, quum ille discessus animæ ac distractio a corpore non sine magno dolore fiat. Nec enim sine causa est, quod diuus Hieronymus in uitis Patrum de quodam uiro sancto narrat, q̃ Dominum rogauerat, ut sibi vellet ostẽdere quemadmodũ e corpore excederet anima absque dolore, & angustia aliqua. Nã cum hic quodã die fortè fortuna ab suo veniret tuguriolo, uidit iuxta uiam pauperẽ quẽdam ante se misere prostratum, ac iam animam agentẽ, cui aliquot, ut perspicue uidebat, astabant angeli, qui eius expectabant animam, ut eam ad superos deportarẽt. Verum hi postea quam illic multũ diuq; expectassent, vox missa e cęlis ad angelos illico audita est. Ad quid tãdem moramini? ad quam illi responderunt, Dominum præcepisse, vt animam illius sine corporis anxietate educerent, quod certè facere non poterant. Haud iniuria ergo cuiusq; obitus & passio dici põt. Assumptio uero ,pprie dr trãsitus beatæ Mariæ, & Depositio sancti Ioannis Euangelistę, qui uiuus sepulchrũ ingressus est, & se quasi in illud deposuit. Tãdem etiam dormitio, mors appellatur Sanctorum, q̃ę illis est uelut optatissima quies. Sicut.n. a somno validiores atque integriores surgere oẽs soleamus, ita & Sãcti sine difficultate resurgent in corporibus glorificatis, quasi e somno fuissent experrecti. Vñ illud est, quod Dñs de Lazaro dixit, Lazarus amicꝰ noster dormit.

De festis. Cap. 5.

Festorum quædam sunt generalia, quædã particularia. Generalia sunt, quæ generaliter ab omnibus celebrantur, ut festa Trinitatis, beatæ Mariæ, Natiuitatis Domini, Paschæ, Pentecostes sanctæ Crucis, Apostolorum, Euãgelistarum, S. Ioannis, Baptistæ, & Euangelistæ, Laurentij, Nicolai, Syluestri, Martini &c. Festa autem particularia sunt, quæ tm̃ in una coluntur prouincia, ut festũ beati Hylarij, q̃d in Aquitania duntaxat obseruaĩ. Vel ẽt q̃ę in uno fiunt episcopatu, uel in vna Villa, aut Parochia, dicuntur festa particularia. Notandum interim obiter hic est, in colendis festis dignitatem quãdam & ordinem esse attendendũ Festa etenim Trinitatis digniori cultu sunt celebrãda, deinde festa beatæ Mariæ, præcipue tamẽ assumptionis, ac tandem quoq; festa sanctę Crucis, quæ duo sũt. De alijs aũ intelligẽti facile est iudicare. Quot sunt festa Trinitatis tot beatæ Mariæ esse sciẽdum est. Causæ uero festorum quæ sint, & cur quędam non suo tpe, sed alieno celebrentur, sequentia commodius declarabunt.

De Stationibus. Cap. 6.

De letanijs quidem modo non incommode dicendum forte, nisi de ijs tum paulo opportunius essemus disturi, cum de festis iuxta temporum uarietates tractabimus. Opere pręcium igitur est, ut hoc tempore his supersedeamus, ac modo de stationibus agamus, vbi sex sunt considerandа. Primo, quid sit statio, & quamobrem sic appellata, secundo, vñ initium sumpserit, tertio quot sint earum species, quarto quare huiusmodi solennitas stationum sit instituta, quinto cuiusmodi sint perficiẽdæ, ultimo deniq; quę sit differentia inter stationes, processiones, & lætanias. Et quidem statio, ,put hoc in loco accipitur, est processio, quę fit ad aliam Ecclesiam, ut Deo persoluantur gratię. Dicitur autem statio, quòd stantes Deo agimus gratias, non flexis genibus. sicut in lætanijs, nec in eis supplicationis utimur uocibus, sed laudẽ Deo cãtamus: Vidẽtur tamen stationes a ueteri lege ad nos fluxisse. Tũ.n. populus Iudaicus, atq; etiam complures Ethnici Hierosolymam cõueniebant in maximis solemnitatibus, veluti in Paschate & Pentec. ut in templo adorarent, ibique & munera offerrent, ac Deo tandem gratias pro innumeris beneficijs agerent. Ab hac ergo est cõsuetudine, quod etiamnũ nostra Ecclesia obseruat, ut oẽs pariter ab oppidis, uillis, alijsq; locis suburbijs in septimana Paschali, & pentec. ad episcopalem ecclesiam conueniant. Sũt item aliæ stationes, quæ a Romanis originẽ traxeruut, qui in ciusmodi

frequenter admodum uersabant. Si quando.n. diuersis temporibus se ab hostibus undique obsessos animaduertebant, aut grauiora sibi imminere pericula, Sanctorum intercessione implorabant, ut quicquid esset periculi, tandem cessaret. Quo quidem facto processionibus ad eius Sancti Ecclesiam conueniebant, cuius patrocinio fuerant liberati, ut tanto beneficio dignas gratias Deo agere possent. Atque ita sanè fiebat statio ad S Paulū illo die, quo per eius subsidij inuocationem eos liberauerat Dñs. Et sic de alijs Stationū ät. duæ sunt ſpecies. Aliæ. n. sunt generales, aliæ particulares. Generales sunt, quæ in ijs duab. septimanis, quas modo diximus, ad maiorem ſp Ecclesiam fieri solet. Particulares uero sunt, q̄ in diuersis ecclesijs ex cā, quam statim attulimus, fiunt. Quandoq; ét fiunt stationes causa uenerationis, nulla alia causa interueniente, ut quum in alicuius Sancti festo ad aliā ecclesiam itur, ꝓcessione a maiori. Rursus interdum stationes fieri dñr, cum ob eandem uenerationis cām dieb. festis ad diuersa ꝓgredimur altaria. Quare ex ijs, q̄ diximus, satis constare arbitror, q̄ sit stationum institutio. Quibus illud tamē addendum est, quod quemadmodū Romani in sua ciuitate ad pericula euitanda stationes annuatim fieri statuerūt, sic quoque in alijs ciuitatibus ob similem cām suas instituerunt stationes. Non est ꝓfecto, qđ multum anxij simus circa uestes, q̄bus in stationibus uti oporteat, cū eiusmodi esse debeant, quales in choro quoti die haberi licet, hoc ſp obseruato, vt illi tempori maximè conueniant, quo fiūt stationes. Nō hic ieiunatur, sicut in lætaniis. Non hic flectuntur, vt dictum est, genua, sed lætitiæ voces cantant, nimirum respōsoria, vt dicimus, & antiphonæ, vel his q̄ppiam simile. Fit nonnunq̄, vt dum pagunt stationes, in ea ecclesia, ad quam itur, Missa celebretur, & interdum non, Vt vt tamen hæc sunt, absoluta stationis ofone ſp vſi exierant, ceditur. Inter stationes vero, lętanias, & ꝓcessiones hoc interest, qđ stationes ex causis supra dictis, eo ꝙ expositum est, modo fiant, lętaniæ, q̄ supplicationes ac rogationes significant, ad uitanda quidem sunt pericula, atque oēs effugiendum infortunium, sed non sine ieiunio, & ueste humili, aut habitu lugubri uocibus in modum supplicantis. Vnde ꝓfecto lętaniæ dicuntur supplicationes. Sed euidentius hæc omnia patebūt, cum eadē plenius paulo post simus tractaturi.

De Processionibus. Cap. 7.

PRocessiones denique duæ sunt, una est, quam singulis annis obseruamus in Ramis palmarum illam. Sic.n. uocamus dominicam, quæ proxime præcedit Pascham. Atq; hæc quidem illam representat processionem, q̄ Dño fuit exhibita a turbis Iudæorum, & pueris cum ramis palmarum, quum insidens asinæ Hierosolymā ueniret. Altera uero est, quā dominicis dieb. celebramus in eius memoriā, q̄ discipuli. Christo exhibuerunt ipso die Ascensionis, postquam cum eo simul ad montem Oliueti congrediebantur, unde illis uidentibus assumptus est. Non ꝙ illud die dominico factum sit, sed processio, & omnis istius diei celebratio in diem dominicam translata est, ut a populo tūc maximè ad ecclesiam confugiente, & simul, & solemnius coli possit.

De Ieiunio. Cap. 8.

NVnc uidendum est, quid sit ieiunium, unde dicatur, de authoritate, & laude, siue commendatione ieiunij, atq; eius multiplici distinctione. Primū sanè pertinet ad definitionem; alterum ad interpretationem, siue originem; tertium ad confirmationem; quartū ad amorē; quintum deniq; ad cognitionem. Ieiunium est cōis oium mēbrorū satisfactio, ut s. membra satisfaciant pro peccatis, q̄ admiserunt, ut singula peccauit, ieiunet ac sufficit. Qui solus est in culpa, solus sit in pœna. Si oculus, similiter. Vnde Hieremias. Oculus meus depredatus est animā meā. Et per fenestras oculorum meorum intrauit in animā meam. Sic Augustinus. Oculo nihil nequius. Potest autem dici ieiunium a ieiunio, quod est intestinum quoddā, ut inquiunt anatomici, quod in homine mortuo, prorsus uacuum reperitur. Nam & nos itidem cum ieiunamus à

vitijs

vitijs omnino uacui esse debemus, idque tam in animo, quàm in corpore. Vnde plenius prefectò Augustinus super Ioannem ieiunium definit hoc modo. Magnum, & generale est ieiunium ab iniquitatibus, & *Tit. 2.* à carnalibus uoluptatibus abstinere. Hoc .n. ieiunium omnibus numeris est perfectum & absolutum. Cui non absimile est, qđ Paulus ait: Sobriè, & piè, & iustè uiuamus in hoc seculo. Nam ꝙ, vt sobriè uiuamus, inquit, ad nos planè pertinet, qđ piè ad Dñm, quod iuste ad proximum. Hinc pietas est cultus Deo exhibitus, cum quo uelut ex aduerso pugnat impietas, siue idolatria. Quare multi in hoc uocabulo pietatis errant, dum in eo uulgo assentiunt, ꝙ ille dicatur pius, qui è suis bonis libens pauperibus quippiam partiatur, cōtra ille impius, qui quæ pauperum sunt, ad se rapit. Verum ne diutius quadam similitudine labamur, & uitia impietati cōfinia, & uirtutes, quæ pietatis nomini nō obscure uidentur respōdere, breuiter describemus. Multum sanè interest inter flagitium, facinus, atque impietatem. Nam flagitium in nobismetipsis est: Facinus uero committitur in proximum, & impietas in Deū. Sic quoque magnum statuitur discrimen inter misericordiam, clementiam, & pietatem. Vt.n. misericordia maximè uersatur circa naturam, sic clementiā esse dicimus erga iustitiam, pietatē erga Deū. Verbi gratia: Misericordia est, si quis ad supplicium aliquem iustè dānatū duci videat, cui ita naturali inclinatione compatitur, ac cōmouetur, ut ipsum a supplicio liberet. Quēadmodum ét dicitur misericordia, si quod pauperi est suffuratum ipsi restituimus. At verò clementia est, si quem iniustè punitū uiderimus, & nos periculis obiecerimus, ut per vim illum eripiamus. Pietas demum est colere Deum, idq; ex mero amore, quam Græci uocāt λατρειαν, vel θεοσεβειαν, nos aūt Dei cultum rectè appellare possumus.

De ieiunij authoritate. Cap. 9.

AVthoritas ieiunij triplex est. Habet .n. authoritatem partim ab antiquitate temporis, partim a loci qualitate, partim denique à præceptorum institutione, & maiestate. Ab antiquitate tēporis, ꝙ statim post orbem conditū in ipsa hominis creatione esse cœperit, cum dicebatur. De ligno scientię boni, & mali ne comedas. A loci verò qualitate; qa in pa- *Gen. 2.* radiso fuit institutum. A præceptore ꝙ non ab homine, sed a Deo ordinatū fuerit. Rursus commendatur a temporibus & psonis. Et à temporibus quidem, ꝙ in tempore ante legem, in tempore sub lege, & in tempore gratiæ ieiunium semp fuerit obseruatum. Ante legem a Moyse, sub lege ab Helia in tēpore gratię à Xpo. Eius autem commendatio plena est exēplis. Heua quindiu abstinuit, uirgo fuit incorrupta, mansitq; in paradiso. Sed quum præceptum ieiunij violasset, exemplo, carnis sensit corruptionem, & sub uiro est cōstituta, ac paulo post è Paradiso turpiter *Gen. 3.* eiecta. Ad eundem sanè modum Adā simulatq; ieiunium fregisset, ex delitijs Paradisi in hanc mortalitatis miseriā detrusus est. Moyses post ieiunium cū Deo lo- *4. Ar. 2.* cutus est. Helias similiter post ieiunium igneo curru in cœlum subnectus est. Hie- *2. par.* rosolima à Senacherib tempore Ezechiæ *23.* Regis, & Isaiæ centum octuagintaquinq; milibus cœlitus una nocte interfectis, fuit liberata. & ne intercineratos fœterent, solus Senacherib cum decem tantum aufugit in Niniuem, ubi sexagesimo die postea ꝓprijs suis filijs fuit interemptus. Item, Iona irā Dei cōcionante, Niniuitæ in sacco, & cinere ieiunium pœnitentiæ agentes consecuti sunt veniam. Sic quoq; Iosue filius Naue ieiunio, dum illud per integrum diem agebat ad Dabaon, Solis, & Lunæ cursum cohibuit, & hostes suos superauit. Ab his itaq; psonis ieiunium cōmendatur. A loco uero, ꝙ in Paradiso natum sit. Sequitur ieiunij distinctio.

De distinctione ieiunij. Cap. 10.

IEiunium sic primo diuidi potest quod aliud sit carnis, aliud mentis. Carnis est cum quis abstinet à cibis. Mentis uerò quando quis ieiunat a vitijs. Vel etiā carnis ieiunium dici potest, si quando quispiam ob nimiā pinguedinem ieiunat, ne corpore supra modum pinguescat. Verū illud nullius virtutis est, adeoq; dicendū est potius esse attenuationis. Qua ratione

& mentis ieiunium esse volumus contra luxuriam, ne similiter plus æquo pinguescat, ac in multis luxuretur. Secundo ieiunium & hoc modo distinguitur, aliud videlicet esse institutionis, aliud deuotionis, aliud paritatis, & aliud dispensationis. Ieiunium institutionis est Quadragesima a sanctis patribus olim instituta. Quemadmodum.n. in lege ueteri, sancti patres rerum suarum omniũ decimas & primitias Deo reddere consueuerunt: Ita nos quoq; debemus ei decimas, & primitias offerre, nõ solum ex rebus nostris, nempe ex frugibus, & alijs quæ possidemus, uerum ẽt ex nobis metipsis, ieiunãdo, idq; corpore quidem a cibis, mẽte uerò a vitijs. Est.n. ut statim diximus, carnis pariter, & mentis ieiunium. Offerimus autem Deo ex nobis primitias, & decimas, quando bene operamur.

De institutione Quadragesimæ, & reliquis ieiunandi formis. Cap. II.

INstituta igitur fuit Quadragesima, p dierum decima. Sed cur potius quadragenario numero, quam alio appelletur, euidens ratio est, cum quadraginta dies in anno pro decima liquido possimus inuenire. Sicut Leuitæ ex decimis, quæ eis offerebantur, summo sacerdoti partem reddebant decimam, ita & nos decima damus Christo uero Pontifici ex trigintasex diebus, qui sunt in decima trecẽtorum, & quadraginta dierum, & ex sex horis cum quadrante, quæ sunt vltra dies trecentos, & quadraginta. Cum ergo sum matim sint dies quadraginta vnus, & quadrans, ex quadraginta habemus pro decima quatuor, quibus cum alijs triginta & sex computatis, exurgunt quadraginta. Restat adhuc vnus dies, & quadrans, quæ sunt horæ triginta, quarum pars decima tres sunt horæ, p quibus in sabbato Paschę ieiunamus vsq; ad noctem. Sũt aũt in anno dies trecenti, & quadraginta sex, quorum decima pars trigiota sex dies sunt, excepta decima quadrantis, pro qua uoluit Augustinus, ut in vigilia Paschæ, eius diei missa nocte celebraretur. Vnde est, q in oratione, quam Collectm dicimus, illo die legimus: Deus qui hanc sacratissimam noctem &c. Dicitur ergo Quadragesima, quasi cum decima quatuor. Diebus .n. triginta & sex adduntur quatuor, qui sunt ex decima. Primus est sanctificationis, hoc est mundificationis, si sic dicere liceat. Quia tunc homo mundatur, & lauatur tam anima, quàm corpore. Reliqui tres sunt primitiarum. Primus dicti quadraginta est quarta Quadragesimæ. Tres alij sunt, ut dictũ est, primitiarum. Et certe ignorandum non est, tres dies ieiuniorum in vnoquoq; tẽpore celebrari q appellantur primitiæ, qđ ita de ijs sic dispẽsatũ. Proinde ieiunium dispensationis est, qđ in magnarũ solennitatum vigilijs fieri dicit. Solebant.n. maiores nostri illa nocte, quæ ꝓxime festum præcedebat, vigilare, vñ & vigilias appellabant dies festa ꝓxime præcedentes, ad quas conueniebant iuuenes, & puellæ, cãtores & lusores sicut adhuc fit in plerisq; regionibus, ut in Pictauia. præcipuè in festis patronorum ecclesiarum. Sed qm̃ multa inde nascebãtur incõmoda, institutum fuit, ut in locũ vigiliarũ succederent ieiunia, ut eo dem modo comessationes superfluæ, & ebrietates, quæ crebro contingebãt, tollerẽtur e medio. Quod in ea forma ab Ecclesia ita dispensatum accepimus. Si quis tamẽ ieiunaret, & vigilaret, his utiq; haud male fac et. Nihil.n. vetat bonum duplicare. dicit aũt huiusmodi institutio dispensatio, quasi in diuersis (vt sic loquar) pensatio. Nã ieiunium hoc fuit introductum in compensationẽ vigiliarũ, quæ idcirco fuerunt abrogatæ, ne crebrę illæ comessationes, atq; ebrietates posthac fierẽt. Aliquãdo tñ & canonici rigoris est dispensatio iusta de causa ab eo, cuius interest, facta relaxatio, quemadmodũ ẽt in hoc loco. Viderunt.n. ꝓ melius erat ieiunare, q̃ uigilare. Ieiunium porro deuotionis est, si qm̃ quis suas sponte ieiunat, ut in vigilia B. Martini, & B. Nicolai. Ieiunium paritatis est, quũ in vigilia sancti Iacobi, Bartholomęi, & aliorum Apostolorũ ieiunamus, qbus vt ieiunarẽt statutũ nõ est. Facimus tñ ex eo ꝓ oẽs Apostoli in meritis ac prę mijs pares sint. Quorũ.n. merita æqualia sunt, necessariũ planè ẽt, ut eorũ aię in cœlis sint æquales. Ob q̃ sanè cãm Ecclesia considerauit dignũ esse, ut pariter oẽs ieiunia haberent. Ex Apostolis aũt sex tantum

tum ieiunium habent institutionis, quorum item quatuor quum coniunctim ieiunamus, quatuor dũtaxat in uniuersum existunt Apostolorum ieiunia. Nam Petrus, & Paulus unum cõiter obtinet, qm̃ eodem die passi sunt. Sic Simon & Iudas, qui ita simul duo ieiunia efficiunt, tertiũ habet Matheus, & quartum Andręas. Cur uerò his, & nõ ẽt alijs ieiunamus, rõ in promptu est. Vt hoc enim fieret in eorum uigilijs, ideò sancta Ecclesia statuit, ꝓ sicut illi pro Christi nomine passi sũt, & nos quoque aliquo saltem modo cum eis patiamur, si beatè cum eis uiuere optemus. Eadem ratione etiã de alijs Apostolis instituisset, nisi aliud quippam impedimento fuisset. Impedimenta autem sunt hęc. Festum Philippi & Iacobi, quod ipsis Calendis Maij habemus, q̃ semper sunt inter Pascha, & Pentecosten, ꝓ sit tẽpus lętitię, & gaudij ieiunandum nõ est. Nec obstant ieiunia, quæ in diebus lætaniarum, siue Rogationum occurrũt. cum ea ob aliam fiant necessitatem, ut patebit dilucidius in sequentibus. Nam & tunc ieiunatur ab aliquibus pp Spiritussancti expectationem. Iacobus Zebedęi ab Herode obtruncatus est in diebus azymorũ, ita ut neque ieiunium habet, neque illi festum celebrari possit. Festum nanque eius, quod septimo Cal. Augusti obseruatur, nõ fit respectu illiꝰ passionis, aut mortis, sed translationis. Tunc.n. illi primò dedicata est ecclesia in Hispania, ut plenius ostenditur eo in loco, quo eius festũ attingemus. Quod autẽ non ieiunatur Bartholomęo, cuius festum est octauo Cal. Septembris, ahus est impedimentũ. Fert enim uno die fuisse excoriatus, & altero obijsse, quanquam in legẽda, seu uita eius illud minime habeatur. Quod si ergo ita sit, necessarium foret, ut eius uigilias secũdo die ante festum coleretur, quod esset cõtra normam aliorum ieiuniorum festiuorum. Vt B. Thomę ieiunetur, nõ oportet, quia festum eius in Aduentu Domini, in quo quasi continuum ieiunium debemus obseruare. Barnabas propterea non habet ieiunium, ꝓ non sit ex numero Apostolorum. Nec profectò dicitur Apostolus, nisi ꝓ cum erat Pauli socius, ut ęteri ad prędicandum missus sit. Vnde illud. Segregate Barnabam, & Paulum. Matthię ideo non est institutum ieiunium, quia festum eius in Quadragesima frequentius solet contingere, quando alioqui semper ieiunatur. Vel etiam ob eã rem, & ꝓ ex primitiuis Apostolis non fuerit, sed post Christi passionem per aliorum electionem loco Iudę substitutus. De quo dicitur Et Episcopatum eius accipiat alter. Festum deniq; B. Ioannis Euangelistę semper celebratur tertio die post natiuitatẽ Christi, quo ieiunare non licet pp dies festos. Nihil interim vetat, quo minus omnium Apostolorum ieiunia possint celebrari. Optimè.n. fecerit, qui ieiunauerit, sicut in uigilia B. Iacobi septimo Cal. Augusti ieiunant hi, qui ipsum colant. Sed istiusmodi ieiunium uocatur paritatis, quod secundum merita suscipitur, non institutionis. Est rursus ieiunium aliud inspirationis, aliud circunspectionis. Inspirationis ieiunium est, quale fuit in B. Nicolao, qui etiãnum infans in cunabulis bis in hebdomada ab uberibus matris abstinuit, ac tñ semel papillas quarta, & sexta feria suxit. Ieiunium circunspectionis est, quando præimminente aliqua tempestate, uel hostium periculo, uel simili aliquo infortunio ieiunamus. Deinceps uero ieiunium aliud est rõnabile, aliud irrationabile. Rationabile appellatur, quod ipsa ratio facilè admittit, quũ moderate cibum, & potum sumimus, ne inde corpus debilitetur. Vnde inquit Apostolus. Rationabile sit obsequium uestrum, non in cõmessationibus & ebrietatibus, &c. irrationabile est, si quis uelit ieiunare duobus, aut tribus diebus continuis, aut integra ẽt septimana, cuiusmodi Deus non approbat, qui ut uitia mori cogantur, non autem ut natura dissoluatur, vult esse ieiunandum. Hinc illud ieiuniũ posse prohiberi, quod nõnulli continuant a cœna Domini usque ad Pascha, satis manifestum est. Sunt item aliæ ieiuniorum formæ, quas eadem breuitate perstringemus. Nam aliud reperitur qualitatis, aliud quantitatis, aliud numeri, aliud summæ exactionis, aliud alteritatis ut sic dicam, aliud Xerophagiæ. Qualitatis ieiunium uocamus, quum carnis esum nobis in posterum indicimus. Quantitatis

Act. 8. Psal. 10

Ro. 12. 13

tis,quum quis ad certam mensurã sibi vi ctum subtrahit,& omnino quantum quo que die comedat,quasi ponderatũ habet. Ieiunium numeri est,si qñ quis ita secum statuat,ut quolibet die nõ nisi semel post hac cibum caperet, uel bis, idque ex eo, q; qui idem sæpius facit, sic ipsi se abij ciant ac prosternant, ut nihil inter eos, atque inter bruta animãtia planè interfit. Hæc n. vt ad pastum nata sunt potissimum,ita sæpius unoquoque die uentrem saturant. Bis sese reficere humanum est, semel autem (ut fertur) Angelorũ. Quare cum sint, quibus semel duntaxat cum Angelis quoque die vesci decretum est, huiusmodi ieiunium habere putant. Sed tolerabilius hoc est, illud uerò strictius, quod summę dr exactionis,cuiusmodi ha bent hi,qui radicibus, & herbis uescunt, ut in deserto Ioannes Baptista, & in eremo Maria Aegyptiaca, quæ cum duobus tantum panibus traiecit Iordanem, uitãque austerã, & solitariam egit annis quin que. Alternationis esse dr ieiunium, cum quis alternatim ieiunat, nimirum si cum hoc die abstinuerit, sequenti comedat. Xarophagiæ adeò ieiunium,& si qñ quis cibum comedit aridum. Dicitur.n.Xerophagia a ξηρὸς siccus, & φαγω, q; est comedo, quasi dicamus siccam comestionẽ, quale esse potest i pomis,pyris, castaneis, prunis,& id genus alijs. Quidam tamen siccam commestionem esse arbitrantur legumina cruda,siue cocta,si modò absq; iure comedantur. Postremo inuenitur quoddam ieiunium vanitatis,seu simulationis,ut in hypocritis, qui ob fictam sanctimoniam ieiunant,ut ab omnibus suscipiantur,quoddam necessitatis,vt in mendicis,& quoddam virtutis,ut in ijs,qui veram corpori inducunt abstinentiam, quũ a culpa animis abstinent, quum sese victu defraudantes, cibum egenis benignè partiuntur, quem suis ventribus detrahunt, quum denique sese esurientibus uelint alios suis fartiari epulis. De ieiunio igitur, eiusq; multiplici distinctione hactenus.

De personis. Cap. 12.

POstquam de temporibus Deo spritualiter dicatis hucusque a nobis dictum sit, res ipsa postulat, vt eodẽ modo de personis diuinis officijs addictis, hoc est ecclesiasticis,deinceps dicamus. Ad cuius rei maiorem declarationem sciẽdum est in primis tres esse sectas, quæ hominibus maxime probantur, quarum una est Ethnicorum,seu Paganorum,altera Hebræorum, tertia Christianorũ. Prima est erroris,secunda ueritatis,tertia salutis. In prima naufragium patimur, in secunda a periculo quidem eripimur, sed in tertia saluamur. Prima rursum nos a Deo secat & separat, secunda illuminat, tertia autẽ penitus saluat,& liberat. Verum mos paganorum cõuersus est in ritum Christianorum,quæ Dei Opt.Max mutatio sane pulcherrima est.Christianorum.n.personæ tam sæculares, q; Ecclesiasticæ ab alijs duabus sectis,nimirum ab Hebræa,atque Ethnica desumptæ sunt. Quemadmodũ enim apud nos duo sunt personarũ genera,laicales uidelicet, siue populares(λαὸς enim populus est)& ecclesiastice:sic apud Ethnicos,& Hebræos,a quibus nostræ habuerũt initium. Apud Ethnicos personæ sæculares erant hæ: Monarcha,s.Romanus Imperator,Patricij, qui & Senatores dicebantur,quorum arbitrio vniuersa ordinabantur.Reges,Duces,Præsides,Præfecti, Tribuni plebis, Tribuni militum, Prætores,Cẽturiones,Decuriones,Quaterniones, Tribuni, Quæstores, Aedues, aulę ianitores. In ritu verò templorum erant Archiflamines, Flamines,Sacerdotes in vtroque sexu. Namque apud illos non aliter,atque modo apud nos,erant & mulierũ,& virorũ religiosi cõuentus. Inter Poetas erant carminũ iudices,comædi,tragędi,historiographi. Apud Hebræos porrò eadem fuit personarum diuersitas. Erant.n.quædam sæculares, quædã verò cultui diuino in tẽplis perpetuò addictæ. Et personæ quidẽ in tẽplis erant hæ. Sũmus sacerdos,& minores sacerdotes,leuitę,nathinnæi,luminũ emunctores,exorcistæ,ianitores uel ęditui, & cãtores. Inter sæculares verò imprimis dux populi erat ad regendum Moyses,& sub eo,quos ipse ad consilium soceri sui Ietro constituerat,nempè erant hi:chiliarchi, hecatõtarchi, pentecontarchi seu pentecosiarchi,& decarchi; hoc est millenarij, centenarij, siue

siue centuriones,quintagenarij, decani; χιλια .n. millenarium numerũ exprimit ἀρχων principem,unde χιλιαρχος dicit, qui præest mille. Sic ἑκατὸν signisicat cẽtum,unde hecatontarchus est, cui cẽtum parent,& pentacontarchus, cui quinquaginta. Nã πεντήκοντα quinquaginta sonat. Qui autem decem in potestate habet,recte appellantur decani, a δὲκα decem, q; sint supra denos. Apud Christianos quoque personæ sunt partim populares,partim clericales. Populares non sunt diuersæ ab ijs, quas apud Ethnicos esse dicimus,quamuis non ubique. Clericales sunt,quæ administrant ecclesiam, dicunturq; ἀπὸ τοῦ κλήρου, quod sors interpretatur,quasi sorte sint electæ. In ueteri nanq; testamento sacerdotes sorte eligebãtur: Quemadmodũ etiam Ethnici sortitione unum ex liberis suis ad clericatũ eligebant. Possunt nihilominus dici clericales, quia ipsi accipiunt hæreditatem Domini,nimirũ decimas, & oblationes, Nam κλῆρος Græcis,non solum est,quod nobis sors,sed & hæreditas. Est.n.ijs,æqui uocum, unoquoque nomine duo hæc si-
61 gnificat. Personæ autem clericales diuidũtur in monachos,quasi sint soli uiuentes, a μόνος solus,& ἔχω habeõ,quod ab alijs seorsum soli habitare debeant,& ecclesiasticos. Quæ sit porro personarum diuersitas inter monachos, equidem satis notum esse existimo. Totum.n.illud ab ordinum uarietate petendum est,quam alij albi, siue candidi,alij nigri appellantur.

De personis ecclesiasticis. Cap. 13.

ECclesiasticorum personarum genera duo sunt. Aliæ namq; sunt dignitatis,alię ordinis. Dignitatis sũt,ut Papa,Patriarcha,Cardinalis.Primas.Archiepiscopus,siue Metropolitanus q; eiusdẽ est significationis, Episcopus,Archidiaconus, Archipresbyter.In choro sunt Decanus,hypodecanus cantor, subcantor, thesaurarius, scolaster.Ordinis personæ sunt sacerdos, diaconus,hypodiaconus,acolytus exorcista, lector,hostiarius. Sunt autem in ordine septem gradus, ad designandam septiformem gratiam Spiritussancti,cuius munere illorum ordinem officia exequuntur. Sed quoniã de ecclesiasticis personis iuxta nostrum tẽpus tractare proposuimus, videamus quemadmodum a ueteri consuetudine tam Ethnicorum,quam Iudeorum ad præsentis ecclesiæ cultum facta sit personarum translatio,tum secundum ordinem,tum secundum dignitatem. Ac primo quidem secundum ordinem,in ueteri testamento erant sacerdotes, quales fuerunt filij Aaron,qui pro populo sacrificia offerebant. Erant præterea aliqui in populo Magistri, vt fuit Nicodemus. In horum locum nostri successerunt Sacerdotes,qui sacrificium altaris Deo pro nobis offerunt, quique ad hoc obligati sunt ut uerbum Dei populum sibi commissum doceant. Vocãtur autem sacerdotes,quasi sacra dantes, & presbyteri, quasi seniores,non quidem ætates,sed eruditione,& moribus. Ordo diaconorum,idest ministrorum (tantum enim sonat) uicem explent Leuitarum. Vt enim in ueteri lege Leuitæ in sacrificijs inseruiebant sacerdotibus testamenti ueteris. Ita hi in sacramento altaris ministrant sacerdotibus noui testamenti. Hypodiaconi in locum Nathinęorum sunt substituti,qui sic dicebantur, quod in humilitate seruiebant. Quemadmodum enim hi sub Leuitis sacra administrabant, sic illi subdiaconis,vnde & hypodiaconi sunt appellati. In templo erant emunctores luminum,qui candelas & accendebant, & extinguebant. Hi sunt in nostra ecclesia, quos acolytos & ceroferarios dicimus,qui cereas candelas,& thuribulum portant,ac pparant. In tempore ueteris legis exorcistæ,idest, adiuratores, ex doctrina Salomonis dæmones ab hominibus abigebant,sed & nos similiter exorcistas habemus, qui illos exorcizant,qui efficiendi sunt cathecumeni, nimirum cum ab ijs adiurando expellunt dæmones. In templo erant cantores apud nos sunt lectores,siue anagostes. Ostiarij in nostra ecclesia vicem supplent templi ianitorum. Officium enim ianitorum erat tẽplũ claudere,& aperire, mundos recipere,immundos excludere. Ostiariorũ ãt officiũ est cathecumenos baptizandos, & penitentes per Episcopos iam reconciliatos in ecclesiam introducere.

Quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo personæ dignitatis a ueteribus ad nos fluxerunt. Cap. 14.

VIdendum modo est, quemadmodum dignitatum personæ a ueteribus ad nostram ecclesiam peruenerint. Et dominus quidem Papa, ideſt pater patrum, uel custos patrum, Summi Pontificis, qui in lege fuit, personam gerit, uelut Romanus Imperator. Monarchæ, Senatoria potestas, & Patriciorũ dignitas, quæ forsitan apud Iudæos obseruabatur, etiã num in nostra ecclesia pmanet in tribus Patriarchis, ſ. Antiocheno, Alexandrino, & Constantinopolitano. Primates, q tribus Archiepiscopis præsunt, vel præesse possunt, Regem exprimunt, cuius potestas ad res se extendit ducatus. Metropolitani, siue Archiepiscopi comparãtur Ducibus, qui pluribus pręsunt Comitibus. Nã & Archiepiscopi pluribus Episcopis præesse dicuntur. Episcopi habent similitudinem Comitum Coepiscopi, quorum iam abolita est dignitas. Præfectis adæquantur Abbates, imitantur tribunos militum, Cancelarij, Prætores, Archidiaconi, Centuriones, Decani, Decuriones, Archipresbyteri loco sunt aduocatorum, pbyteri ædilium, diaconi quaternionum, hypodiaconi tribunorum, deniq; exorcistæ quæstores repręsentãt, ostiarij aulæ ianitores, lectores carminum recitatores Acolyti carminum scriptores.

De rebus, quæ Deo potissimum debentur. Cap. 15.

NVnc autem, quod quarto a nobis fuit propositum agrediamur, ut uidelicet, quæ res Deo spiritualiter debeantur, breuiter exponamus, quod abundè satis pateant. Sunt etenim decimæ, primitiæ, uota, sacrificia, oblationes, & donationes. Primitiæ a primis hominibus initium habuerunt. Legimus enim Cainã, & Abelum e frugibus suorũ laborum primitias Deo obtulisse, sed Abelũ agnos, & Cainã segetum manipulo. Horum tamen alter, quia & iuste, & læta frõ tũ optimum quodque obtulit, Dei grãm abunde demeritus est, cuius q; grex in fœtura maximæ fœcunditatis abundauit, ob quam rem innocens sub Christi figura primus martyr extitit. Alter uero, quoniam iustè primitias non soluebat, cum pessima quæque daret, Deo displicuit, primusque in peccatum fratricidij, aut homicidij incurrit, quod labotis sui prouentum non habebat expectatum. Eodẽ modo & populum Israeliticum ex omni suo labore Deo primitias dedisse ex Dei præcepto accepimus. Quare, ipsa ratio exigit ut & nos Christiani similiter faciamus. Quid autem & quomodo dandum sit, satis cumulatè docet nos euentus Abeli, & Cainæ. Profecto non possumus eius non meminisse, quod a Deo omnia accepim⁹, & qui. qd habemus, q ab ipso sit, pfectũ, ita, ut uel ob id æquum sit, ei primitias offerre, & quodammodo de acceptis beneficijs referre gratias. Sed si quæratur, cui dandæ sint primitiæ, & in qua etiam quãtitate, facile respondemus, eas sacerdotibus esse largiendas. Quod ita tamen accipiendum non est, quasi necesse sit eas his solis dandas esse, ac nõ etiam alijs:. Nam Eremitis, & ijs, qui in terrarum abditis latent, & inclusi sunt, alijsque religiosis, si placuerit, dare possumus. Nec uero certa, & determinata in his quantitas est, adeo ut quantum uisum fuerit, & non ultra largiri liceat. Si modo ex affectu charitatis proficiscatur. In ueteri lege præceptum est, ut ex omnibus bonis darent decimas, quod ex omnibus Deus sibi decimam voluit, quam tribui Leui in celebratione sui officij appropriauit. Sic nos utique similiter facere debemus. Quod si uero a laicis iniustè possideantur, nihilo tamen minus eas tenemur soluere. Nec sanè licitum est ijs conuiuere, aut de his dispensare, sed illos tantisper reddere, donec Deus iniustam eorum possessionem in melius emendauerit. Proinde si quis decimam retinere pręsumpserit, certe ille transgressor, & præuaricator præcepti diuini iam factus est, & mortaliter peccauit. Atque etiam qui hoc fecerit, sciat se non solum decimam retinere, sed quod & nomem alias partes injustè non dubitet possidere. Tantum est non reddere, quod ad Deum pertinet.

De votis, & sacrificijs. Cap. 16.

VOta nostra Deo debemus: Vnde illud, Vouete & reddite &c. Sed uotorum aliqua sunt necessitatis, aliqua spontaneæ uoluntatis. Necessitatis sunt, quę sunt fidei annexa, cuiusmodi in baptismo facimus, dum nos fidem Christi obseruaturos, & satanæ operibus plane abrenunciaturos uouemus sic necessitatis uoto adstringimur ad obseruationem cum renunciaturos uouemus. Sic necessitatis uoto adstringimur ad obseruationem decem præceptorum. Atq; hęc quidem uota omnino mutari non possunt, sed perpetuo sunt obseruanda. Vota spontanea nonnulla sunt discreta, nonnulla indiscreta. Indiscreta sunt uota puerorum, dum necdum suæ sint potestatis, sed parentum. Atque huiusmodi licitè omitti possunt, si uideat expedire, uel parentibus, in quorum potestate sunt constituti, placuerit contraire. Sic uota mulierum indiscreta appellantur, quum sunt in potestate uirorum. Verbi gratia: Si aliqua puella, quæ nondum esset nubilis, & ad annos suæ pubertatis adhuc non peruenisset perpetuam uouisset castitatem, & paulo post parentes eã, ut matrimonium contraheret, cogere uellent, posset utiq; nubere, nec teneretur uoto satisfacere. Sic eodem modo, si alicuius uxor, marito ignorante, uotum fecisset de Hierosolimitana profectione, posset maritus eam, si uellet, reuocare, q sub eius manu fit constituta. Sed contra vxor in eo casu maritũ non reuocaret, nisi ipse uouisset castitatem. Illud. n. neutri illorũ permissum est, nisi quatenus in hoc vtriq; consentiant. Alter igitur sine altero castitatẽ uouere non põt, nec debet, cũ altera alteri debitum persoluere obligẽt. uerum non in huiusmodi solum personis uotorũ indiscretio intelligitur, sed qñq; ẽt in prouectioribus, & quæ omninò libere sunt uota fiunt indiscreta, quæ pœna potius digna sunt, q̃ ut ad effectum pducerentur. Quale esse põt, si quis illud se facere noueat, quod perficere nullo pacto possit, uel ex quo ita debilẽm suam efficeret naturam, ut periculum sit, ne oneri succumbat, & sui ipsius occisor habeatur. Certe quæcunque uota cum consilio & animi ratione facimus, ea perpetuo sunt obseruanda, nec ullo mutanda tempore. cum autem in lege ueteri multiplex ageretur sacrificium, ut in Leuitico habetur, in Christianorum, seu fidelium Ecclesia unum duntaxat celebratur sacrificium, ſ. corporis & sanguinis Domini, de quo, quoniam in sequentibus latius dicturi sumus, cum officio Missæ exequemur, modo supersedeamus.

De oblationibus, & donationibus. Cap. 17.

NVnc de oblationibus, Sicut in lege ueteri populus Hierosolymam ad magnas quasdam solennitates conueniebat, nimirum ad Paschatis, Pentecostes, & Scenophegiarum festa, ut orarent in templo, ubi etiam ex debito uniuersi offerre obligabantur. Ita omnes Christiani ex institutione sanctorum patrum tenentur offerre, iuxta modum suarum facultatum in quatuor, principalibus sacerdotibus, nempe natali domini, Paschate, Pentecoste, & in festo Omnium sanctorum, ut inde sibi victum habeant sacerdotes. Præterea offerre debent, quo Paschalis illa candela cerea ematur, quoque cum oleum, tum cera ad Ecclesiæ illuminationem cõparetur. Alias autem nemo ad oblationes compellendus est. Si tamen fiant, spontaneæ sunt, quemadmodum & illæ, quæ post confessiones dari consueuerunt. Quod uerò in quibusdam ecclesijs uendantur sepulturæ, & pro campanarum pulsatione donationes exigantur, perinde est, ac si ecclesiæ sacramenta uenderentur.

Quid sit officium, & quotuplex. Cap. 18.

CVm ergo hactenus, ut propositum erat de locis, temporibus, personis, & rebus Deo spiritualiter dedicatis expositum sit, sequitur, ut de eo, quod quintum, & ultimum in propositione fuit. nimirum de ecclesiasticis officijs deinceps dicamus. Et primo quidem uidendum est, quid sit officium, secundò unde dicatur, tertio quemadmodum de eo agendum sit. Officium est, ut ab Isidoro definitur, proprius, uel conue-

niens vniuscuiusq; actus secundùm leges & more ciuitatis, uel institutа professionis. Alia enim officia habent monachi, alia canonici, alia solitarij atq; Eremitæ, & sic de alijs. Dicitur ãt officiorum ut in libro officiorum inquit Hieronymus, qua si officium. Consentaneum enim est, ut suum officium unusquisq; efficiat. De offi cijs agendum hic est pa.tim generaliter, partim uero particulariter. Sunt.n. quæ dã generalia officia & vniformia, quæ toto anno obseruantur, ut sunt horarum, preces, uesperæ, completoria, ac nonnullæ Missæ & matutinæ. Sunt autem quædam specialia, quæ p uarietate temporum & solennitatum distantia uariantur. Pro uarietate temporum, qm̃ alia Paschali tempore celebrantur, alia in Quadragesima, alia in estate, alia denique in Aduẽtu. Pro diastemate seu distantia solennitatum quum aliter fiat in hac solennitate, aliter in alia. Nam in ipso Paschate tres tantũm lectiones recitantur, in Natali uero nouem.

De officio generali. Cap. 19.

DE generali officio primo dicendum est, idq; hoc ordine, ut primo quid canendum & psallendum sit uideamus: deinde a quo fuerit institutum officiũ ec clesiasticum, tertio ad quid cõducat, quamobrem & quãdo sit ordinatum, quartò deniq; a quo fuerit canonizatum, & confirmatum. Et imprimis quidem dicimus generaliter nihil esse cantandum, aut psal lendum, aut ẽt legendum, quod a summo Pontifice non fuerit approbatum. In primitiua ecclesia diuersi diuersa cantabãt, quibus pro suo libitu, ita tamen si illud, quod canebant ad diuinam laudem pertineret. Pleraq; tamen officia obseruabant, quæ ab initio erant constituta, uel à Xpo, ut oratio Dominica, uel ab Apostolis, ut Symbolum. Posteà Ecclesia uelut sciſſa est p uarias hereses & scismata. Qđ quidem cum uidisset Theodos. Impe. qui suo tempore omnes hæreses extirpauit, negotium dedit Damaso Pontifici, ut aliquem sapientem & catholicum ad se accerseret, qui ecclesiasticum officium ordinaret. Præcepit igitur Damasus Hieronymo, uiro trium linguarũ peritissimo, ut qui ad eam rem hõ erat idoneus, ut quædam officia ecclesiastica in certũ ordiné redigeret. Habitabat aũt tum temporis Hieronymus Bethlemiæ cũ Paula & Eustochio, atq; alijs uirginibus religiosis, po steaquàm iã antea Romæ sub septẽ apostolicis uiris habitauerat. Ordinauit ergo hic, quãtum ad psalmos attinet, qui quibus diebus canerentur. Sed & Euangelia & Epistolas, atq; alia officia in ordinem quendam redegit, ut quid quoque die cãtandum esset, semel constaret. Nam omnes ferè cantus composuit, ijs exceptis, quo alij ecclesiæ Doctores postea adiecerunt. Hieronymus itaq; cũ opus istiusmodi absoluisset, misit Romam, ubi a Damaso Papa fuit approbatũ, & in communi Cõcilio canonizatum. Postremo Papa Damasus eam dedit operi authoritatem, ut posteà semper in omnibus ecclesijs ob seruaretur, quemadmodum in eo erat ordinatũ. Quare ostensum modo est a quo officia ecclesiastica fuerint instituta, qua de causa, quando, in quem finem, & quis ea canonizauerit.

De ipso officio. Cap. 20.

HIs ita consideratis, operæ pretium est, ut ipsum officium persequamur, ordientes ab officio noctis. Hic.n. ordo aptus, & conueniens est, ne a luce ad tenebras ueniamus, sed potius a tenebris prodeamus ad lucem. Sciendum igitur est, olim tempore primitiuæ ecclesiæ usu receptum fuisse, ut nocte ter surgeretur ad diuinum officium celebrandum; Primo, circa primum somnum, habita ratione eius temporis, quo uulgus se quieti dare consueuit: Secundo circiter mediam noctem: Tertio paulo ante diem, hoc nimirum ordine, ut, cum nocturni finiti essent, & lectiones cũ suis responsorijs plectę priusquam lucesceret, aurora apparente, cum pulsu campanarum decantarent, Te Deum laudamus, & sic deinceps laudes matutinas. Ad primã nocturnam surgebant tantum ministri ecclesiæ, qui cum tempestiuius iussent cubitum, iam dormierant. Sed quoniam frequẽter hoc nocturna uocabulo utimur, non incommode

de fecerimus, si quod per illud significetur, exposuerimus. Accipitur ergo noctur na nocturnę, pro hora: & nocturna noctur norum, pro ipsius officijs. Vel nocturna noctu næ psalmi appellantur, quo domi nicis diebus dicuntur, anteq̃ recitentur lectiones. Similiter etiam illi, qui diebus profestis dicuntur, ut in secunda feria: Do minus illuminatio &c. atq; ita de reliq. Nocturnæ nocturnarum dicuntur tempo ra, quibus psalmi cantantur. Nocturni no cturnorum uocantur nouẽ psalmi, & nouẽ lectiones cum suis responsis. Nunc igitur pergamus. In solennitatibus ad ẽm nocturnam pariter surgebant ministri, & coniugati tam uiri, quam mulieres. Ad tertiam tandem nocturnam communiter surgebãt omnes. Sed postea charitate erga Deum algescente, cum feruor ille cultus diuini in hominibus repesceret, ita ut iam pigriores essent, quàm vt statis illis horis ad officium nocturnũ surgerent tã ministri ecclesiæ, quàm ceteri, consultum est, ut media saltem nocte omnes surgerent, iuxta illud prophetæ: Media nocte surgebam &c. atq; ita tum continuo integrum noctis officium absoluerent. Quod quidem etiam nunc pleriq; religiosorum conuentus obseruant. Verum & hæc insti tutio breui abijt in disuetudinem, quum iam conuiuijs, & luxui magis vacabant, q̃ Dei seruitio. Qua propter iterũ aliter statutum fuit, ut uel tempore nocturnæ vltimæ uniuersi circa diei crepusculum surgerent. Nunc autem eo diuini cultus ratio demersa est, ut citius surgant pueri, q̃ ministri ecclesiæ, & prius cantent passeres, q̃ sacerdotes. Adeo amor ille Dei in hominibus penitus refrixit. In memoriam, & recordationem primæ illius tam laudabilis consuetudinis, etiamnum ecclesia æstiuali tempore nocturnum officium celebrat, tempore nimirum primæ nocturnæ; quod nos vigilias uocamus tametsi uero aliquando tempestiuius. Fit autem illud duplici nomine, uel ad ueterum commendationem, uel ad nostram ipsius exhortationem, ut videlicet sciamus, quam illi essent sobrij in officijs nocturnis tempore hyemali, quos, quum ter quaq; nocte surgerent, breuitas noctis ęstiualis, haud quaquam tardabat. Quotus autem quisq; nostrum est qui iam sole radiante ad illud officium alacriter surgere queat; Vsq, adeo hic sponsi videmur penelopes nati in medios dormire dies. Sed quid dico de officio nocturno? Qđ sunt numero qui diurnum recte curent officium? certè, si quod res est, loqui liceat, admodum pauci. Verum ne quis dubiter quibus festis uetus illa obseruetur consue tudo, sciendum est in tribus illis vigilijs, scilicet Ioannis Baptistæ, Petri, & Pauli, & assumptionis beatæ Mariæ. Quoniam hæ sunt præcipuę solennitates, quas in æstate habemus.

Cur ter nocte surgebant. Cap. 21.

CAusa uero, & ratio quare ter nocte surgerent huiusmodi adferri potest, quod quadam similitudine maiores nostri ad hoc moti fuerint. Quemadmodum enim ij, quorum ciuitas ab hostibus obsessa est, facile ab incursione interdiu, cum communes vires conferũt sese defendere possunt, & non uero noctu, ob id noctem ternis dimidere solent excubijs, ut in prima quiete vigilent omnes, quod illud tempus sit periculosissimum, ac paulo post tantum ij circa muros permanent, quorum primo sit uigilare usq; ad conticinium: deinde uero ut illi surgant, quorum est secundo loco excubias agere, & pernoctare ad galli cantum usque, atq; ita demũ & tertij vigiles surgent, donec iam dies sit. Sic sancti patres similem excubandi vicissim consuetudinem sumpserunt ad tutandam sacrosanctam ecclesiam, quæ una omnium fidelium ciuitas, quam diabolus impugnat quotidie, quanq; ut semel subuertat, conatur modis omnibus, idq; præcipue noctibus, quando nobis maxime insidiatur. Nox enim peccatis tum pibus apta est, furtis, adulterijs, & compluribus alijs, quum homines sperant fore clam, & minus habẽt pudoris. Hinc est, Qui male agit, odit lucem. Nam sicut aperta est lux, ita nihil opertum relinquit: sed contra, nox ut est obscura, sic erubescere nescit. Quare profecto nocte accuratius excubare debemus contra inimici latentis insidias, ne ijs ad turpia impellamur.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De repreſentatione trium temporum. Cap. 22.

ILlud quoque notandum eſt, quod in his trium nocturnarum officijs tria tempora repreſentamus, tempus, ſcilicet ante legem, tempus ſub lege, & tẽpus gratiæ, quorum quodlibet tribus uariatur diſtinctionibus. Temporis ante legem prima fuit diſtincto ab Adam uſq; ad Noe, ſecunda a Noe uſq; ad Abrahã, tertia ab Abraham uſq; ad Moyſen. Tempus uero ſub lege has habuit diſtinctiones. A Moyſe uſq; ad Dauidem, a Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis, a tranſmigratione uſq; ad Chriſtum. Deniq; prima diſtinctio temporis gratiæ fuit tempus Apoſtolicæ, & Euangelicæ prædicationis, ſecunda tempus impugnationis, quod omnes peperit hæreſes, tertia tempus pacis, quãdo omnis eſt hæreſis penitus extincta. His diſtinctionibus ita ſemel connumeratis, inueniemus nouem fuiſſe temporum diuerſitates, quas non obſcure in numero Pſalmorum, quos in officio nocturno cantamus, innuimus. Diebus.n. feſtis uſurpamus nouem Pſalmos, nouem lectiones, nouem reſponſiones, cum nouem uerſibus. In vnoquoq; nocturno tres ſunt pſalmi, tres lectiones, tres reſponſiones, & tres uerſus. Interim tamen ſciendum eſt, nouenarium pſalmorum, nouenarium lectionum, nouenarium reſponſorum, cum totidem uerſibus, pro uno eodemq; accipi quãtum ad mundi figuram attinet. In his temporum diuerſitatibus, quas modo enumerauimus, optimè vigilarunt ſancti patres, bonis operibus ſedulo incumbentes. Quod quidem nos, ut eorum meritis quadam oratione ſimiles efficiamur, in officio nocturno ſub nouenario numero pſalmorum, lectionum &c. in laudem Dei exprimimus, exercitando nos mutuo ab inſidijs diaboli, Atque ideo ſane in tribus nocturnis nouem dicimus pſalmos, & lectiones cum cæteris, ut Trinitati imprimis placeamus, ac nouem ordinibus Angelorum queamus aſſociari. Nec uero abre eſt, q. hæc nocte potiſſimum facimus, quum præſens hæc noſtra ciuitas, eccleſia nimirum, uelut umbra quædam ſic cœleſtis iſtius eccleſiæ, ad quam diuina gratia perueniemus, Celebratur autem officium hoc trium nocturnorum diebus maximè Dominicis, in ſolenitatibus Trinitatis, & in feſtis Sanctorum; ideo quoniã certo credimus illos Dominicæ reſurrectionis, quàm dies dominica ſignificat gaudia iam eos eſſe conſecutos. Simili ratione in eorum feſtis nouem pſalmos cũ totidem lectionibus, ac reſponſorijs proferimus, quo eas nouem ordinibus Angelorum aſſociatos eſſe oſtendamus. In noctibus uero itotum dierum, qui ſolennes non ſunt, pſalmi duodecim, quos vulgus dietam uocat, cum ſex antiphonis canuntur, ac tres lectiones, totidemque reſponſiones recitantur ea ratione, quod horæ duodecim diei adſcribantur, & totidem nocti. Quo quidem fit, ut pro vnaquaque noctis hora pſalmũ Deo offeramus, quo a nocte erroris, & a mentis noſtræ cœcitate, ad quam nos per peccatum primi parentis detruſit diabolus, per innumeram Dei miſericordiam liberemur. Sex antiphonæ deſignant ſex opera miſericordiæ, quæ ſi rectè obſeruauerimus, ab huius noctis tenebris ad ueram lucem, i. Chriſtum haud dubie perueniemus. Ob id autem hic duos pſalmos coniungimus, ut per eos oſtendantur laudes, & opera noſtra ſine charitate nihil valere quæ conſiſtit in dilectione Dei & proximi, inter quos nullum eſt medium. Verum duos pſalmos ita cõnexos propterea vna abſoluimus Gloria, quia laudes noſtrę tũc sũt Deo acceptæ, quando in charitate perſiſtimus. Tres poſtremò lectiones tres connotant ætates, uidelicet pueritiam, iuuentutem, & ſenectutem. In his enim nea diabolo ſeducamur, optime uigilando Dominum laudare tenemur.

De ordinatione Sancti Benedicti. Cap. 23.

BEatus Benedictus multo aliter nõctis officium inſtituit. Non quòd a ſuperiori eccleſiæ inſtitutione diſſentiat, ſed ob aliam cauſam, quemadmodum ſtatim dicemus. Nec ſanè in quoquam ei eſt contradictum, ſed quicquid feciſſe, fuit approbatum & corroboratum a beato Gregorio. Cum enim hic uir ſanctiſſimus, & q. a Spiritu ſancto illuminatus eſſet uerè habebatur, creditum fuit quod alio pacto officium nõ inſtituiſſet, niſi idem a Spiritu ſancto accepiſſet. Beatus itaque Benedictus ad perfectioris uitæ culmen aſpirans ſex pſalmos in nocturno primo cantari, & quatuor lectiones cum quatuor reſponſorijs inſtituit, totidemq; in ſecundo, ut per hoc nobis duplicem uitam contemplatiuam, & actiuam aperte innueret. Nam ſenarius numerus pſalmorũ uitam nobis indicat actiuam, in qua ſanè conueniens eſt ſex opera miſericordiæ exercere, ſi ad perfectionem uitæ contemplatiuæ fœliciter peruenire uelimus, quæ itidé ut per quatuor Euãgeliſtas, ita hic per quatuor exprimitur lectiones. In tertio porrò nocturno tria cantica in laudem Trinitatis cantare inſtituit, a qua nobis omnem uitæ perfectionem dari certò credimus, & ſperamus. Finiuntur autem illa cantica per alleluya, quod eſt cœleſtis lætitię canticum: ut per hoc euidenter notetur Trinitatem dignam eſſe cœlesti, laude, nec ad eam plenè perfectoq; laudãdam ſatis ſufficere laudem humanam. Quæ uero quatuor ſequuntur Euangelicæ lectiones, ſignificant laudatores Dei debere per doctrinam quatuor Euangeliorum, quatuor inſigniri virtutibus, adeo ut hinc per quatuor reſponſiones deſignetur laudantium alacritas. Sed nedum hoc agũt, totum illud bonum ſibi aſcribant, uerum ut potius laudi diuinæ omne attribuant, & ſe ſeruos Dei in omnibus eſſe agnoſcant, commode ſubiungitur, Te Deum laudamus. Poſtea legitur Euangelium, quod denarium connotat, ideſt, uitam æternam, quæ uidelicet laudantibus digne reddetur. Per hymnum qui ſequitur, nimirum: Te decet laus &c. gaudium, quod poſt laborem in denarii remunerationem habebunt Sancti, denotatur. Sed quoniam officium monachorum nihil ad nos pertinere uidetur, tantum de eo hactenus dixiſſe ſufficiat, & noſtrum propoſitum perſequamur.

De pulſu campanarum, & mãtutini temporis initio. Cap. 24.

CVm Eccleſiæ miniſtri ad nocturnum officium ſurgunt, quemadmodum in caſtris, uigiles ſeſe tu bis excitant: ita hi primò pulſant campanas, in ſignum fidelibus ut pernoctent, & ſeſe aduerſus inſidiantem diabolum munjant, ac ſuum creatorem laudibus extollant, per quem à peccatorum tenebris, & ab iniquitate dæmonum ſe fore liberandos certiſſime ſperant. Quemadmodum uerò pulſandum ſit in magnis ſolennitatibus, diebus Dominicis, feſtis minoribus, & alijs diebus priuatis, opportunius dicetur alias. Dum igitur pulſant campanę, eccleſia aperta eſt, quam ſimul atque miniſtri eccleſiæ ingreſſi ſunt, debent ſe ante omnia ad Sanctorum altaria conferre, ibique preſſa uoce proſtrati eos implorare quatenus, & ſe ſuum gregem eorum auxilijs bene uigilãdo a principe tenebrarum ualeãt cuſtodire, & perpetuò in diuinis laudibus pſeuerare. Sed quoniam campanarum mentionem fecimus, facile illud nobis concederetur, ſi q. myſterium hic lateat, detractio velut cortice aperiamus. Campana.n. ſignificat concionatores, q. perinde nos ad diuinas orationes adhortantur. Lignum uerò, quod ultra campanæ caput protenditur, crucẽ declarat Domini, & cauilla (ſic. n. ferum illud penſile uocant, quod Græci rectius ποταλον nominant, cuius pulſu campana ſonum reddit) mentem concionatoris. Nam ut campana pulſari non põt, niſi mediante cauilla, ita quoq; inutilis ille eſt concionator, qui mente non ſit præditus. Cæterũ chorda, q. campanæ appenditur, ſacram exprimit ſcripturam. Quia ſicut chorda ex tribus rotiſſimum conficitur funiculis, ſicut triplex omnino eſſe dicit ſcriptura, nempe hiſtorica, allegorica, atque ethica. Quod autem campana eleuetur ac deprimatur, indicio nobis eſt ſacrã ſcripturam loqui aliquando altè, & aliquando ſubmiſſe. Iam ergo redeamus, unde diuerti cœpimus. Pullatis cãpanis hebdomadarius (ita eum appellamus, cuius eſt tota hebdomada in choro adminiſtrare officium) alia uoce incipit.

Domine labia mea aperies, i. aperi, vt sit enallage temporis. Domine in quam, aperi, os meum annunciabit laudem tuam. At non & anteà apertum os habuit, quũ orabat; Habuit quidem, sed is est loquẽdi modus? Non. n. dicitur apertum os habuisse, quãdiu summissa voce orabat, sed tunc aperuisse, quando illius vox apertè incepit audire. Vel necdum os aperierat ad laudãdum Dñm, licèt aperuisset adorandum. Vel etiam tangit religionem sacerdotum primitiuæ Ecclesiæ, qui quum irent cubitũ signaculo crucis se muniebant, vocem comprimentes ad tẽpus vtq; matutinum, & tunc demum vocibus in laudem Dei prorumpebãt. Sed quia hoc habet homo a Deo, quod ipsum laudet, ideò ab ipso petit, vt sibi os aperiatur, inquiens, Dñe labia mea aperies. Verum enimuerò quum diabolus semper odio habeat laudẽ Dei, & hominẽ tunc acerrimè impugnet, qñ se Dñm laudare promittit, ne laudator Dei a diabolo superetur, cui haud facile est resistere, diuinum implorat auxilium, cum ait Deus in adiutorium meum intende. Vnde profectò etiã nunc motis est, vt tunc crucis fiat signaculum. Tum Diuino fretus auxilio, qđ semper præsto adest illud inuocantibus, fœliciter auspicatur promissam laudem non solum Patri, vel Filio, vel Spiritui sãcto, sed toti Trinitati, cum inquit, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Inchoata ad eum modum Dei laude, cantor, qui est quasi preco ecclesiæ, vel eius vicarius, alios adhuc ante altare suis orationibus insistentes ad laudandum Dominum hortatur, quum ait. Venite exultemus Domino, &c. In quo Psalmo etiam quædam causæ quamobrem Domino exultandum sit, continentur.

De hymno, & de ijs, qnę ad tertium vsque nocturnam fiunt. Cap. 26.

FInita exhortatione, quę ob id appellatur inuitatorium, q̃ cęteros ad laudem Dei inuitet, sequitur ipsa laus, videlicet hymnus, q̃ ió stando canitur, vt in erectione corporũ ostendamus, quam in laudãdo Dñm corda sursum erigere debeamus. Quia nisi mens linguæ consonet, certum est vocẽ quantumuis clamosam Deo nõ placere. Ańa, quæ sęqtur, quæq; suauiter modulando canitur, mentis deuotionem, q̃ in laudando Dñm habemus, designat. Verũ ideo illa primò incipit, & finito Psalmo, qui ei molestè accinitur, tota cantatur, quia tunc rectè laudem nostram modulamur, si ex bona mentis deuotione incepta, simili deuotione absoluatur. Ańæ autẽ sunt quasi quædam cantilenæ ad animorum recreationem, diuinis laudibus insertæ Versiculus, qui postea cantatur, significat, q̃ tunc ab officio Psalmorũ nos ad officium Lectionum vertimus. A pueris hic canitur, vt tum demum intelligamus nostrum Deo placere seruitium, si cum innocentia hoc agamus. Posteà dicit Dominica oratio, quæ inter alias orationes hẽ maximè authoritatis priuilegio. Atque hæc ideò dicitur, vt per eam tentationes diaboli reprimatur. Cũ n. diabolus sentit nos velle legere lectiones, in quibus Sanctorum victoriæ ab ijs contra ipsum obtentæ recitant, vel quæ ad morum institutionem, & virtutũ informationem maximè leguntur, tunc acrius impugnat nos. Quare ne ab ipsius impugnatione deuincamur, orationi magis, q̃ voci incumbimus. Vltima autem pars orationis aperta voce recitatur, s. Et ne nos inducas intentarionem, vt pateat, ad quid illa dicatur oratio, ne videlicet, qui lecturus est, id elationis gloria faciat, atq; ita per diabolum seducatur, & auditorum mentes lectionis intellectu, ac profectu per ipsius phantasticas tẽtationes defraudentur. Tunc itaque lector ad librũ accedit, ac priusquàm legere incipiat benedictionem, tanquam legendi licentiam petit a sacerdote, inquiens. Iube domne benedicere. Per quod innuitur neminẽ debere in ecclesia legere, nisi petita venia, vt iussus sit, vel ad hoc ante cõcessus. Sed animaduertendum est, eum, qui lecturus est, hic domne dicere, non domine, quoniam ad hominem loquitur, qui vt est semiplenus, & imperfectus respectu nostri Domini, ita syncopato vtitur vocabulo. In fine verò lectionis plenè inquit. Dñe hoc modo. Tu autem Domine. Quòd

præter cæteros maximè obseruant monachi, quum dicũt domnus Abbas, non dominus Abbas. Hinc etiam est, q̃ famuli Dominus suis inseruientes si quando illis pocula porrigunt, non debeant vtrumque genu flectere, sed duntaxat alterum, nempe sinistrum, per quam partem significat corporalis seruitus, quæ tantum debetur hominibus, & non spiritualis. Nec est aclinandum Principi seculari recta facie, sed ab aure sinistra capite flexo. Finita igitur lectione adiungit lector. Tu autẽ Domine, non Domne, vt qui perfectum alloquitur Dominum, & omninò talem qui pfecto & pleno vocabulo dignus est. Nec illud sane ad lectionẽ pertinet, aut præmissæ lectioni cõtinuatur, sed lector absoluta lectione dirigens sermonem ad Dñm, & sese excusans inquit. Tu aũt Domine miserere nostri. Quorum verborũ sententia hæc est, Domine forsitan ego peccaui in legẽdo, modulate pronunciãs humanæ laudis cupiditate, & fortassis ẽt peccauerunt auditores, q̃ variis cogitationibus fuerint intenti, & lectioni debitum nõ tribuerint auditum, sed ò tu Domine miserere nostri. Quod autem a cunctis generaliter respondeẽt, Deo gratias, pertinet ad lectionem, & vox est Ecclesiæ gratias Deo persoluentis. Ac si dicerent. Deus pauit nos verbis salutis, quæ sunt animæ cibus, de quo beneficio vicissim nos Deo agimus gratias.

De tertia nocturna. Cap. 26.

IN tertia nocturna similiter recitantur lectiones, sed de homilia Euangelij. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio, q̃ tertia nocturna declaret tempus gratiæ, vt prædictum est superius, quo tractabantur Euangelica. Notandum interim hic est, fuisse quoddam tempus, quo veritas Trinitatis ab hæreticis maxime impugnaretur, sed tandem hæresi confutata atque eiecta, ac populo ad veritatis cognitionem reducto, ordinauerunt sancti Patres, vt nona lectio de Trinitate legeretur cum suo responsorio. Quod quidẽ aliquandiu fuit obseruatum, sed postea tamen neglectum. Cum n. Ecclesiæ lectionem de Trinitate legere non fuerat necesse, vniuersis iam Christianis sane credentibus, eam legere omisit, sed eius responsorium retinuit. Inde est, q̃ in ætate Dominicis diebus nonum semper responsorium de Trinitate cãtamus. Quanquã tunc proprie responsorium non dicitur, quod præmissæ lectioni non respondeat. Nam responsoria lectionibus quibus subiunguntur, semper debẽt respondere, ita vt inde sic sint nominata, quemadmodũ & versus appellantur, quasi ijs finitis vertuntur responsoria, i. reuertantur, & iterũ cantentur, vel saltem eorum particula aliqua. Atque ita soluitur quæstio illa misicæ, quæ fit de uersibus secundi toni, qui terminãtur in cap. cũ secundus tonus semper inde finiatur. Dicimus. n. q̃ iſtic non finis, sed in repetitione responsorij. Põt tamen dici, q̃ cõmune appelletur responsorium, non quod præmissæ respondeat lectioni, sed illi, quæ de Trinitate legi solebat. Absolutis nocturnis ecclesiæ lumina accenduntur, & pulsantur campanæ, atque alta uoce canitur. Te Deum laudamus. Quo quidem significatur lætitia & gaudium eius mulieris, quæ accensa lucerna, drachmam quam perdiderat, inuenit. Quod autem istius cantici finis, videlicet, Per singulos dies, & alij versus, qui sequuntur, paulo altius cantantur, designat vicinarum congratulationem, qua mulier ob repertam drachmam congratulabantur. Nam & compulsatio earundem representat conuocationem.

De officio Diurno. Cap. 27.

POst noctis officium agendum est de diurno, quod in septem partitur distinctiones, videlicet in laudes matutinas, horam primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas, & completorium. Missa etenim ad officium Tertiæ, uel Nonæ spectat. Nam his duabus horis Missa regulariter celebratur. Quod autem diei officium septem horis distinctũ agimus a Propheta habemus, qui ait. Septies in die laudem dixi tibi. Sed cur quæso septies? Quia quum nocturnum officium misericordiæ tempus exprimat, quo genus humanũ a diabolo obsessum misereri seruabatur, optime sequitur, vt diei offi-

cium tempus designet nostræ redemptionis, aut nostrę liberationis factę per Christum Solem iustitiæ, qui charitate suæ diuinitatis tenebras nostras illuminauit, atque ex diaboli seruitute nos extraxit. ita vt inde septies quoque dies laudes Deo cantemus, quoniam nos tãtum boni munera septiformis gratiæ sancti Spiritus accepimus. Quandoquidem verò a tenebris peccatorum per viam pœnitentiæ ad vitæ libertatem peruenitur, hinc natum est, vt diebus profestis, seu ferijs ad laudes matutinas caneretur Psalmus ille pœnitentialis, nimirum Miserere mei Deus. Diebus autem festis excepto Quadragesimæ tempore. Dominus regnabit decorem. De quo, vt de Psalmis alijs, dicetur postea.

Cur septies in die laudamus Dominum, Cap. 28.

EST & alia ratio quamobrem septies in die laudemus Dominum, quod quilibet dies vniuscuiusque representet ętatem. Non quod eam omnis homo habeat, sed quam haberet, nisi peccaret. Hæc autem septem habet varietates, infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri, senis, & decrepiti. Per matutinas laudes representatur infantia, per primam puericia, per tertiam adolescentia, per sextam iuuentus, per nonam ætas virilis, per vesperas senectus, per completorium ætas decrepita, ac finis humanæ vitæ. In his profectò omnibus ætatibus Creatorem laudare tenemur. Quod autem infantiæ nostrę tempore laudare possimus, euidens nobis facit argũ B. Nicolaus, qui quarta & sexta feria matris vbera virtute abstinentiæ non sugebat. De alijs ætatibus satis est manifestum. Sunt itẽ quãplurimæ aliæ rationes, quare istarum horarum temporibus Dominum præcipuè laudamus. Rubescente diei aurora cantamus laudes matutinas, quæ matutinæ nũcupantur a mane, quod bonum est, si lumen est bonũ, atq; nihil esse melius luce videtur: bonum igitur est mane, quum eo tempore nobis lumen redditur. Appellãtur verò laudes, ꝙ officium laudem potissimum sonet diuinam, quam ei damus, quoniam a tenebris erroris nos ad lucem veritatis reduxit. Hoc igitur tempore laudes Deo canimus, quia eiusmodi hora mundum creauit, & Angelos, qui statim atque conditi sunt, suaui cantu, ac modulamine Creatori suo laudes iubilarunt. Eodem quoque tempore populum Israeliticum per mare rubrum transduxit incolumem, ac Aegyptios submersit. Rursus eadem hac hora Christus victor a morte surrexit.

In alijs sex horis. Cap. 29.

SEquitur de alijs sex horis, sub quibus item sex aliæ comprehenduntur. Dici itaque 12. horæ attribuuntur, & totidem nocti. Sub prima hora duas complectimur, ipsam videlicet primam, & secundam: sub tertia tres, ipsam tertiam quartam, & quintam: sub sexta itidem tres, ipsam sextam, septimam, & octauam: sub nona duas, ipsam nonam, & decimam, Vesperæ representant vndecimam, Cõpletorium duodecimam. At roget aliquis cur potius hisce diei horis diurnum celebretur officium, s. prima quam secũda, tertia, quam quarta vel quinta, sexta, ꝙ septima aut octaua, nona quã decima? Qm̃ istæ horæ quibusdam insigniũtur priuilegijs. Prima. n. hora Christus Pilato a Iudæis traditus fuit, & a morte resurgens prima hora Mariæ Magdalenæ apparuit. Prima hora visus est in litore septẽ discipulis piscãtibus, quibus dixit. Pueri habetis aliquid pulmenti? Hora vero tertia crucifixus est linguis Iudæorum & flagellatus, eademq; hora Spiritus sanctus ipso die Pent. discipulis fuit datus. Sexta hora Christus pro nobis ligno crucis clauis affixus est, atque eadem quoque hora ipso die Ascensionis cum discipulis discubuit. Nona hora exclamans spiritum emisit; & lanceatus, è latere corpore sui duo nobis eduxit Sacramenta, aquam videlicet baptismatis, & sanguinem redemptionis, ac saluationis nostræ. Vespere de cruce depositus est, qua item hora in vltima cęna cum discipulis suis cænauit, vbi illis Sacramentũ corporis & sanguinis sui tradidit, quod nobis saluberrimum testamentum hic discedens reliquit. Eadem rursus

rursus hora duobus suis discipulis proficiscentibus in Emaus in fractione panis fuit agnitus. Postremò in cõpletorio patrem pro suis discipulis orauit, qua etiam hora in sepulchrum positus est.

De Psalmis qui hisce horis cantantur. Cap. 30.

QVi psalmis hisce horis, & quæ cantica debeant usurpari, equidem satis notum esse puto. Quia verò ad aliam spectent editionem ac nos de generali officio hoc tempore tractare proposuerimus, paucis quæ hic sunt præcipienda tradamus. Sciendum ergo est generaliter in matutinis laudibus sex psalmos semper cantari, atq; in alijs horis similiter, ꝙ quos sex opera misericordiæ designãtur quibus operarij in vinea Domini laborantes intenti necessario esse debeut, quę q; si piè ac mũdo corpore exerceamus, a seruitute diaboli liberati ad vitæ libertatem proculdubio pueniemus, & ꝙ mercede fidelissimi laboris denarium diurnũ, hoc est, sempiternam vitã recipiemus. Sanè notandum hic venit, ꝙ in laudibus matutinis duos coniungimus psalmos, s. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, & Deus misereatur nostri, quos vna tm̃ Gloria finimus. Sed quare hoc fiat, huiusmodi pôt ratio adduci; Qm̃ alter horum Dei significat dilectionem, alter verò proximi, quæ duę dilectiones usque adeo inter se sunt annexæ, vt una sine altera in Christiana perfectione intelligi nequeat. Ad hymnum aũt trium puerorum, s. Benedicite omnia &c. Gloria patri non adiungimus, ꝙ propter eiusmodi fidei confessionem in caminum ignis sint conjecti. Quo quidem facto maximè derogatum est Trinitati. Vel ꝙ eius hymni postremus versiculus idem significat cũ Gloria patri, ne quid in sacris scripturis superuacaneum reperiatur. In matutinis verò laudibus non iubilamus nisi in vltima tantum antiphona. Nam cũ per laudes Domini intelligamus resurrectionẽ, in qua nil penitus desiderauit beatitudine & immortalitate iam consecuta, certè nullo hic opus est iubilo, ꝙ rei alicuius significat desiderium. Nec ét in completorio, & actiuam connotat resurrectionẽ. Non ꝙ post resurrectionem iubilus esse designat, quando vcrius cum ipsis angelis creatori nostro iubilum simus cantaturi, sed ꝙ tum suam amittet significationem, qua alicuius rei dicitur esse desiderium. Tum. n. nihil desiderabimus, vt inquit Dominus: In die illa non interrogabitis quam. Dictis itaq; ad eum modum psalmis cum antiphona, legit sacerdos lectionem, quam alio nomine appellamus capitulum, qm̃ ex capite epistolæ istius diei sumitur. Legitur aũt absq; Iube Domne benedicere, & absq; sacerdotali benedictione, quod Prælatis ecclesię ac sacerdotibus proprium sit eam semper legere, ꝙ legendi veniam non petunt, quum eam alijs dare debeant. Nec est ꝙ quis nobis obijciat, si in nocturnis (quod ferè fit) sacerdos lectionem legerit, an ét sit necessarium veniam postulare ac dicere. Iube Domne benedicere, ꝙ eius sit benedictionem & licentiam dare. Dicimus. n. ꝙ si hoc pacto lectionem legerit sacerdos, cum prętor officium suum facere, cum sit lectoris. Verum si hic non adsit, tum facile permittitur, ut vel sacerdos, vel clericus sacerdotis, vel ét quispiam alius ordinis minoris tanquam lecturus dicat: Iube Domne, atque ei benedictio a sacerdote reddatur: Absoluto capitulo non subiungit: Tu autem Domine, quia ratio postulat ut sacerdos sit perfectus, & qui suggestionibus diaboli haud facilè succumbat. Sacerdos igitur in persona Domini per capitulum nos sensu admonet, atque hortatur ore, ut in fide perseueremus, & operibus misericordiæ perpetuo incumbamus.

De Hymno & alijs sequentibus. Cap. 31.

DEinde canitur hymnus, per quem lętitia, quam ob assecutam habemus libertatem, exprimitur. Sed quia Christus nobis hanc lętitiam acquisiuit, ne ingrati de beneficio accepto videamur, in laudem illius finito hymno prorumpimus, & quia nos liberauit, gratias ei referimus alta voce cantando, Benedictus Dominus Deus Israel. Et qua-

re obsecro. Quia nos visitauit existentes in miseria, & fecit redemptionem plebis suæ. Hoc absoluto cantico cum antiphona, quæ notat dilectionem, quam in laudando Dominum habemus. ait ad populum sacerdos. Dominus uobiscum. Quod sanè sumptum est ex libro Ruth. Sicm. legitur Booz & Obed suos salutasse messores. Ac statim a populo respondetur. Et cum spiritu tuo. Quod ex epistolis Pauli sumptum est. Ac si sacerdos diceret, Laus nostra sit acceptabilis Deo, & gratiam sibi accipiat, ac nos præmio vitæ remuneret. Cum aũt populus respondet. Et cum spiritu tuo, idem est, ac si diceret, Tu pro nobis preces ad Dominum effundes: sed illas parces tantum approbat Deus & exaudit, quæ ex bono animo procedunt ipse, sine quo nullum bonum est, sit & cũ spiritu tuo. Tum sacerdos quasi suę bonitati diffidens inquit ad populũ. Oremus. Quòd humilitatis & euitandæ arrogãtiæ gratia dicit, quasi dicat. Orate simul mecũ, ut qđ postulamus, citius impetremus. Tunc dicit orationem, eaq; dicta respondet chorus, Amen, quasi dicat: Ita nobis fiat, quemadmodum orasti, uel fœliciter tua sit oratio peracta. Sumptum aute est Amen, ex Apocalypsi Ioannis. Atq; ad eũ dem modum rursus populum salutat sacerdos, repetitq́ue, qđ antea dixerat. Dominus uobiscum, quasi dicat. Si gratiam Dei impetrastis, in ea perseuerate. Et iterum respondet populus. Et cum spiritu tuo, quasi polliceatur. Orasti pro nobis, & nos vicissim pro te oramus. Tum pueri canunt Benedicamus Domino. Quod ex Psalmo tertio acceptum habemus. Quibus rursum chorus respondet, Deo gratias, q̃ Apostolo acceptum referimus. Eo aũt significatur, q̃ usque ad finem uitæ in innocentia Deo inseruire debeamus, ac illi benedicere, pro beneficijs gratias persoluendo. Vltimo sequuntur suffragia Sãctorum. Nam quandiu quidem viuimus tanquam in lubrico solo & fragili glacie sumus constituti, indiesq; cum dęmonibus vehementissimè cõfligimus, ita ut sãctorum suffragijs non possumus non indigere. Post suffragia repetitur Benedicamus domino, non a pueris, sed a sacerdote, quemadmodum etiam in Completorio & magnis solennitatibus, in quibusdã ecclesijs a maioribus. Duo quidem significatur nos fore in æterna beatitudine cũ Domino perfectos laudatores. In hac. n. vita perfecti esse non possumus.

De officio Altaris. Cap. 32.

NVnc de officio altaris dicamus. Et primò quidem de sacerdotum indumentis, eorundemque significatione, ac deinde quid officium Missæ, quid introitus, quidve tropi nominentur, occurrit exponendum. Cætera uerò breuiter ordine veluti in summa quadã perstringemus. Res. n. ardua est, & quę ingenij nostri uires facilè excedit. Sacerdos ergo tanquam aduocatus & pugil cũ antiquo hoste pugnaturus, vestibus sacris quasi armis induitur. Sandalia. n. pro ocreis assumit, ne quid maculæ uel pulueris affectioni ęt inhæreat Sic Amictu pro galea caput contegit, pro lorica totũ corpus cooperit Alba, cingulum assumens pro arcu, & subcingulũ pro pharetra. Vocatur aũt subcingulum quidam in stola, quod ligatur cum cingulo. Quum stola collum circundat, quasi hastam contra re nitentem vibrat. Manipulo pro claua utitur, casula quasi clypeo protegitur, manus armatur libro pro gladio. Atque ita instructus ad postremum per confessionem diaboli renunciat domino.

De confessione sacerdotis ante missam. Cap. 33.

SAcerdos enim priusquam cantet missam, confessionem pronunciare oportet. Nam, ut inquit Salomon, uir sapiens in principio sermonis accusator est sui. Debet autem peccata confiteri generaliter, nec mensuram excedere. Sic itaque ad certamen munitus contra spiritualia nequitiæ in cęlestibus, & pro sedanda iudicis ira in subditos ad altare procedit, & populus quasi pro suo pugile oraturus diebus profestis, terræ prosternitur. Quũ verò cantat orationes, & reliqua recitat, tum quasi totis viribus aduersus diabolum pugnat. Nam cùm & casulam in

in humero plicat, velut gaudium contra hostem præparat, ita ut quum Euangelĩ legitur, diabolus, tanquam gladio percutiatur. Sub finem autem pax datur, qua quies populo hoste deuicto ac prostrato nuncietur. Exinde redeundi data licentia, populus Deo agit gratias, ac quisque sua reuertitur.

De officio Missæ. Cap. 34.

OFficium Missæ, siue Missa, appellatur totum illud, quod a principio vsque ad finem dicitur, nempè ab introitu, vsque ad ite Missa est, cuius mens & sententia hæc est. Ite ad Christum, & ipsum sequimini, quia Missa est pro vobis hostia ad Dominum placandum. Quandoque tamen restrictius & quasi specialius pars quæ prima canitur, nimirum introitus, officiũ Missæ appellatur, quæ sic dicta est, q̃ illuc mittatur Angelus. Distribuitur autem Missa in quatuor omnino partes, in obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones. Est. n. Missa omnis obsecrationis, postulationis, & gratiarum actionis. Prima pars extenditur vsque ad offertorium, altera vsque ad finem Dominicæ orationis, cum amẽ respondetur, tertia vsque ad Communionem, quarta vsque ad finem. Ac prima quidem est cathecumenorum, uel neophitorum, quòd ferè idem est, cum cathecumenus appelletur nouiter instructus, sive sit baptizatus, siue nondum, etiam. & neophitus quoque nouiter instructus, sive baptizatus, siue non. Amplius enim aut diutius eis interesse non licet, non aliter atque Iudæis, aut ethnicis, quòd nec dum sint membra ecclesiæ. Ob quam sanè causam diaconus è pulpito alta voce dicere debet. Exeant cathecumeni foras. Hinc est, quòd pars ista nominetur Missa, ab emittendo, quoniam tunc foras mittuntur. Cœpit autem illud originem ab eo, q̃ de Domino dicitur. Iesus autem non credebat eis, sciens quid esset in homine. Nam per cathecumenos illi significantur, de quibus hoc dictum est. Vocatur itaque Missa totum illud officium, quod est ab introitu, vsque ad ite Missa est, quãquam & interdum Missam appellamus ea verba, quibus corpus Domini conficitur.

De introitu, tropis, & linguis, quibus Missa celebrari potest. Cap. 35.

INtroitus verò dicit̃, q̃ Sacerdos Missam auspicaturus primo ad altare debeat intrare, sicut Episcopus, qui extrà chorum quandoque diebus festis Dei armis induitur. Dum. n. canitur introitus, intrat ad altare. Quamobrem etiam diebus profestis bis cani solet, in solennitatibus verò ter. Quandoque intermiscentur tropi. Dr autem tropus a Græcis, qđ nobis est conuersio, qm̃ illuc quædam fieri solent conuersiones. Animaduertendum hic est tribus linguis Missam celebrari, Hebraica, Græca, & Latina, q̃ titulus christi iam in cruce pendentis scriptus fuerit Græcè, Hebraicè, & Latinè. Vnde est, qđ in unaquaque Missa harum trium linguarum aliquid apponatur. Et ab Hebræa quidem, quod sit præstantissima, Alleluya Amen, Sabbaoth, Osanna. Alleluya, qm̃ a diuersis multis modis exponitur, quos & alibi sufficienter diximus, nunc prætereunte volumus. Iuxta interpretationem tamen Hieronymi, quæ omnium est optima, interpretat laudate inuisibilẽ. Quid Amẽ sit, satis constat. Sabaoth est exercitum siue militarium uirtutum, & victoriarum. Osanna denique est, salua obsecro. Et ubi quæso? In excelsis. Osi, i. obsecro, anna, i. salua. Inde osanna, quasi osianna, ex corrupto & integro.

De Kyrie eleyson, &c. Cap. 36.

SEquitur Kyrie eleyson, & Christe eleyson, &c. quod ideò Græcè, canit, vt ostendatur Ecclesiam primò in Græcia cępisse, ac inde Romam postea delatam fuisse, unde reliqua sunt Latina. Cantatur autem ter propter Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum continuò, idque ternis vicibus, ut simul dicatur nouies, pp nouem ordines Angelorum, q̃bus adiociari petimus. In quibusdam ecclesijs additur ημας. quasi dicant. Domine miserere nostri. Solẽnibus diebus sequi-

tur hymnus de Euangelio, siue Euangelicus, Gloria in excelsis Deo, quod antea solum ad Missam dicebatur. Reliqua vero B. Hilarius Pictauiensis Episcopus apposuit, s. Laudamus te, &c. quæ sequũtur, quæ etiam ad Missam cantari instituit. Verum enim verò tum illud cani consuetum est, quum festium agitur Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & eorum, in quorum honorem Ecclesia est dedicata, quæcunque etiam illa sit. Eo autem finito Sacerdos salutat populum, inquiés, Dominus vobiscum. Quæ salutatio ex ueteri sumpta est testõ, nimirum ut dictum est, ex libro Ruth, pertinetq; ad minores Sacerdotes. Est enim & alia, uidelicet. Pax vobis, quæ ut est sumpta ex Euangelio, ita solum spectat ad Episcopos, & qui ijs sunt superiores. Quò sanè illud expresse innuitur, quod nouum testm dignius sit testõ veteri. Responsio verò populi. Et cum spiritu tuo. Ex Apostolo in epistola ad Titum desumpta est. Cum denique ait, oremus, vniuersalem ad se colligit Ecclesiam, quasi esset syndicus aliqs in persona multorum loquens. Hoc enim syndicus significat. Longa vetustate comprobatum est, quod oremus dicimus. Antiqui enim præmisso oremus ex templo orationem communiter subiungebant, omissa ratione, illud tantum, uidelicet oremus reseruauimus.

De oratione, & quoties se in Missa uertat Sacerdos. Cap. 37.

ORatio, siue collecta statim subsequitur, quantumuis collecta proprie uocetur oratio illa, quæ fit in processione, quum populus, & vniuersus Clerus ab vna Ecclesia procedit ad alteram. Tum.n. Sacerdos, aut Episcopus collecta omni multitudine, ittiusmodi oratione super populum vti solebat, quæ propriè dicebatur collecta. Nunc autem oratione illa prætermissa tm (ut dicimus) oremus retinuimus. Notandum obiter hic est, Sacerdote in qualibet Missa se qn quies conuertere, & septies populum salutare. Primo in ipso exordio. Secundo in Euangelio, quod non in altari, sed in aspere, uel aliquo lectorio versus Aquilonẽ legi oportet plicata in numero casuli quod diaconi tum fungatur officio. Tertio cum ad dextrum cornu altaris reuertitur, unde uenerat, dicto symbolo, si fuerit solemnitas. tum.n. se conuertit ad populum. Quarto post offertorium, cum inquit. Per omnia secula sæculorum, & cõsequenter. Dns vobiscum, sed non vertit se. Nam ut dici solet nemo qui ad aratrũ manum applicuerit, retrorsum respicere dẽt. Quinto cum ait. Pax Dni sit semper uobiscum, nec tum se conuertit. Sexto post Cõionem, & ultimo in fine. Quod autem ad orationem attinet, sciendũ est nunc unam legi oportere, nunc tres, nunc quinque, nunc septem, sed non vltra. Et una quidem propterea quod una sit epistola, atque unum Euangelium, uel propter Dei unitatem. Tres uero propter Trinitatem, nam & Deus numero gaudet impare, uel quia Dominus ter in passione orauit. Sic quinque legi possunt propter quinque partitam Christi passionem, uel quinque eius vulnera. Verum septẽ ideo, q̃ septem in oratione nostra Dominica habeamus petitiones, uel etiam propter septem dona Spiritussancti, quæ apud Isaiam numerantur. Septenarium enim numerum nullus excedere debet.

De epistola graduali, alleluya, & profę. Cap. 38.

DEinde legitur epistola, quæ est sermo absentis missus ad absentem, a Græco uerbo ἀποστελλειν, quod mittere significat, sic appellata. Tales sunt Petri, Pauli, Iacobi, & Ioannis ad uarios Missæ, quæ hoc in loco ut plurimum leguntur. Sed si contingat (contingit autem sæpè) ut uel ex Apocalypsi, uel ex Prophetis aliquid hic legatur, nihilominus dicetur epistola, idque ob eam causam, q̃ tum ante Euãgelium quodammodo mittatur. Summopere autem cauendum est, ne quis epistolam legere præsumat, nisi sit hypodiaconus, aut diaconus, aut etiam Sacerdos. Melius.n. est ut Sacerdos legat, etiam si cantet Missam, quã acolitus. Post epistolam uero cantatur responsorium cũ suo uersu, siue graduale, ut uocant. Appellatum autem est Graduale,

le, quod a minoribus in gradibus ante altare, uel a maioribus etiam dieb. profestis cani solebat: In solemnitatibus uero in altioribus, hoc est, in pulpito etiã a pueris. Vel quia gradatim cantat, uel quia de gradu ad gradũ procedere debemus, hoc est de uirtute in uirtutem ascẽdere. Dictum est idem Responsorium, q̃ versui respondeat, qui item à uertendo nominatus est, qm non ad orientem uertimus, uel quoniam uersu ad respõsum fit regressio, aut ad officium aliud, ut matutinis. Postea sequitur alleluia, cuius interpretatio modo exposita est secundum Hieronymum. In huius fine neumatizamus, hoc est, iubilamus, dum finẽ protrahimus, & ei uelut caudam accinimus. Est.n. dria inter neuma neumæ, & pneuma pneumatis. Neuma fœminini, gñis est iubilus, sicut in fine antiphonarum: pneuma uero neutris generis est Spiritussãctus. Postea uersus dr, unde similiter conuersio fit ad Alleluia. Sequitur deinceps Sequentia, quam nos ipsam appellamus. Ferũ Notgerus Abbas apud sanctum Gallũ natione Teutonus primo sequentias composuisse, atque eas postea in Ecclesia cãtari institutum fuisse per Nicolaum summum Põtificem Post hunc autem dicitur Hermanus Contractus inuentor astrolabij feciſſe duas has, Rex omnipotens die hodierna, & Sancti spiritus adsit nobis gratia &c.

Hic Episcopus fuit Leodiensis circiter annum 890.

De Euangelio. Cap. 39.

FInita sequentia, legitur euangelium, quod triplicem habet inchoationem, Vel per Initium sancti Euangelij, sicut in principio quatuor euangeliorum, Vel per In illo tpe, Vel per aliam determinationem regiæ aut alterius alicuius magnæ potestatis, ut, Fuit in diebus Herodis. & Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris. Dr autem euangelium ab εὖ bene, ἀγγελος nũcius, quasi dicatur bonum & lætum nuncium. Proinde uero euangelium aliquando esse dicitur secundum historiam, quandoq; secundum allegoriam, quandoq; secundum personam, quandoque secundum partem, & quandoque ét secundum totum. Secundum historiã, ut illud Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome &c. Atque illud etiam quod cantatur in Natali Domini ad secundam missam de pastoribus. Secũdum allegoriam, cuiusmodi illud quod in assumptione beatæ Mariæ legi consuetum est de Maria Magdalena, & eius sorore Martha, nimirũ, Intrauit Iesus in quoddam castellum &c. Quia cum p Mariam Magdalenam uita significetur cõtemplatiua, per Martham uero, quę administrabat, uita actiua, hoc euangelio docetur in B. Maria Virgine vtriusq; uitæ fuisse consumationem, contemplatiuæ. s. & actiuæ. Secundum personam euangelium canit, vt in festo beati Thomę Apostoli, ubi dr. Thomas vnus de duodecim &c. Secundũ partem, quemadmodum est in festo sanctæ Crucis. Tum, n. illud recitatur euangelium, quod est de Nicodemo, propter eius extremam particulam, quæ eiusmodi est. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. In hoc autem uerbo Christus suã indicauit passionem, & sui corporis in cruce exaltationem: Quo circa euangelium hoc, in quo hęc continetur particula, legitur in festo sanctæ Crucis. Secundum totum denique, cuiusmodi est exiguum illud, quod in Circũcisione Domini obseruatur. Postquam cõsumati sũt dies octo. Animaduertendum ergo hic est, q̃ dieb. profestis una duntaxat candela cerea pcedat diaconum, quum ad legendum euangelium accedit. Nec id quidem iniuria, Cum p illud primus Christi significetur aduentus, qui humilis fuit & occultus, ut quem præuenit unus tm præcursor, uidelicet Ioãnes Baptista, qui fuit uerbi lucerna. Festis uero diebus candelę duæ pręcedunt cereæ, q̃ in secundo aduentu, qui solemnis erit & manifestus, duo sunt pmittendi præcursores Helias. s. & Enoch. Vel ideo ét qm Dominus ante faciem suam binos cõiunctim misit discipulos ad prędicandum. Illud quoq; diligenter notandũ est, quo simulatq; euãgelium inchoatur, uniuersus populus, tã clerici quàm laici, tam qui illud profert, quàm q audit, crucis signum imprimere debeat in frõte, in ore, & in pectore. In fronte, q̃ locus sit pudoris & uerecundiæ. vñ impudicos homines effrontes dicimus, quasi sine frõte.

Per

Per hoc ergo quod fronti signum crucis imponimus, euidēter ostendimus nos nō erubescere, q̄ credamus in crucifixum, & eum habemus Deum & Dominum, qui à Iudæis atq; Ethnicis nobis exprobratur. Vnde mehercle Apostolus. Nos aūt prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gētibus uero stultitiam. In ore aūt ideo, ut significemus nos audacter crucem Domini prædicare. Denique in pectore ob eam causam, quo nos paratos esse pro Christi nomine pati ingenue ostēdamus. Rursū in hoc, q̄ os & pectus cruce signamus, aperte innuimus, nos audacter ore fateri & corde credere Christum crucifixum, cuius liber legitur, Deū & Dominum nostrū esse. Sacerdos itaq; uel Diaconus Euangelio lecturus signat se in ore, fronte, & pectore, quasi dicat, nō erubesco crucem Dñi, sed eam ore prædico, & corde credo. Libro quoq; crucē imprimit, tāquam si dixerit, hic est liber crucifixi. Posset aūtē hoc loco q̄ri, quemadmodum crucis signum fieri debeat a dextra ne in sinistrā, an uero a sinistra in dextram? Ac nonnulli quidem sunt, qui crucem a sinistra in dextram fieri uelint, atq; ex huiusmodi uersu sumpserunt auctoritatem. Egressus est a patre &c. A patre uenit filius in mundum, & ideo crucem inchoamus a parte superiori, per q̄ designatur pater. Sed q̄ patre absq; ulla interce pedine in mundum uenit, per quem sinistram partē intelligimus, ideo postquam à superiori parte descēdimus, statim à sinistra in dextram pergimus: nam & postea ad patrem ascendit, q̄d designat dextra. Alij uero putant, q̄ a dextrā in sinistram fieri debeat; q̄a Christus à dextera in sinistram, i. a patre ueniens diabolum per crucem repulit, qui p sinistram significatur. Dicto igitur Euangelij titulo, r̄ndetur ab omnibus. Gloria tibi Domine. Proposito nanq; Euangelio ad legēdum, in quo agitur de gloria partim Dei, partim nostra, quatenus uidelicet Christus diabolū uicit, ac nos redemit, & uictor ad patris gloriam ascendit, auditores Euangelij lætantes ad laudem sui creatoris inquīūt, atq; exclamant Gloria tibi Dñe, quasi dicāt, Gloria tua, quæ nobis in hoc Euangelio prædicatur, in æuū nobis sine fine permaneat, semperq; crescat, & augeatur. Lecto iā Euangelio quisq; dicere debet. Amen. Vel ut alij uolunt, recitato Euangelio sta tim dicamus oportet, Deo gras, quemadmodum post quamlibet lectionem, siue capitulū. Sed melius est, ut dicatur, Amn, ac nos cruce cōtra diabolum muniamus, ne ipse sermones Domini ex pectore nostro rapiat. Necessarium etiam plane est, ut dum legitur Euangelium, uelamina capitum deponantur. Euangelica. n. prędicatio omnia legis uelamina demouit, atq; homines, qui prius Dominum in ænigmate quodammodo, & quasi per trāsennam uidebant, modo ipsam ueritatem aperta legis cognitione uidere & intelligere fecit. Viri itaq; aperto capite Euangelium audire debēt, ut quinq; sensus ad audiendum magis fiāt idonei. Inde est, q̄ clerici non nutriāt longos capillos, sed alte tonsos ut rectius ac perfectius possint audire. Verum enimuero pp coronam hēt, ut de monstretur inter eos & Dominum nullū esse medium. Non ergo longos habeant capillos clerici, si per lōgitudinē capillorum significetur multitudo peccatorum. Mulieres uero debent audire euāgelium tecto ac uelato capite, ét si sit uirgo, propter pomū uetitum. Et si eueniat, ut uirgo capite sit aperto, & uelamē nō habeat, necesse est, ut mater, aut quæuis alia mulier capiti eius pannum, uel simile quippiam imponat. Itemq; erecti stare debemus, donec euangelium pronuncieť, aut capite inclinato, si mō non sedeamus, nisi cogente necessitate. In lege quidem perprebatur, ut dum comederent agnum Paschalem, baculo in manib. tenerent: nos uero diacono legente euangelium baculos deponimus, quod Christo prædicante leges obseruantiæ sint depositæ.

Quid Symbolum, quando canendum, & quot sint numero. Cap. 40.

POst euangeliū statim debet subjungi Symbolum fidei, s. Credo in unum Deum Patrē, &c. si solennitas fuerit. Nec tamē in omni solemnitate, sed in eorum tm̄modo festis, quorum in Symbolo fit mentio, ut in festo Trinitatis, in Natali, Circuncisione, Epiphania, Paschate, Ascēsione, Pentec. in festo oīum Sanctorum, Transfi-

Transfiguratiōnis Domini, B. Mariæ, & oīum Apostolorum, S. Crucis, & omnib. diebus Dominicis. In alijs autem solemnitatibus dici non debet. Nec uero in solemnitate Angelorum cantari solet, quia illi non credunt, imo iam sciunt, quū plenam & perfectam habeant scientiam. Nec præterea cani consuetum est in solemnitate duorum Euangelistarum, qui nō fuerunt Apostoli, s. Lucæ, & Marci. Sunt, qui dicunt Symbolum dici debere in festo B. Ioannis Baptistæ, quia tum fuit commemorata Christi natiuitas. Sed eadem ratione qualibet die fit mentio B. Mariæ, adeoq; omni die canendum foret. Nonnulli etiam putant, q̄ in eorum festiuitatibus cantari debeat, qui illud composuerunt, atq; eius rei gratia huc illuc adserunt, quod in Euangelio Ioannis inueniatur, quod nimirum in dies fides Apostolorum creschat pp miracula, quæ fiebant, q̄q̄ alibi authoritas habeat, fidem nō habere meritum, cui humana rō præbet experimentum. Pronunciato Simbolo sub finem ipsius debēt fieri signum crucis, qm̄ uerbum est Euangelicum, non secus atq; ipsum Euangelium, nisi q̄d sit uerbum abbreuiatum. vnde dictum est de eo. Verbū abbreuiatū faciet Dñs super terrā. Et hoc modo. Veniet uerbum abbreuiatum sup filios Dei. Similiter quoq; in oīb⁹ uerbis euangelicis signum crucis fieri oportet, quemadmodum sub finem orationis Dominicæ. Glo. in exc. Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, quæ cīa perinde atque Euangelium standi audiri debēt. Notandum est, quatuor esse Symbola, minimū, quod a cunctis cōiter in quotidiana ofone dr̄, & quod Apostoli simul composuerunt. Secundum est, quod in prima recitatur. Quicunq; vult saluus esse. q̄d ab Athanasio Patriarcha Alexandrino contra Arrianos hæreticos compositum est, licēt pleriq; eum Anattasium fuisse falso arbitrentur. Tertium est quod Constantinopolitana synodus edidit, uidelicet, q̄ in missa hactenus cani consuetū est. Quartum est, quod ex Niceno Concilio prodijt. Scripsit uero B. Hilarius Pictauiēsis Epūs librum de synodis, in quo & illud cō posuit, ac legi oportet in oī synodo, uel totum, uel saltem eius aliqua particula. Ex quo sanè liquido apparet, quàm illi errēt, qui aliam ubi legunt lectionem.

De Offertorio. Cap. 41.

DIcto symbolo cantatur offertorium siue offerēda, ut aliq dicunt. Appellatur āt offertorium ab offerendo, quia tunc offerimus. Sed necessario hic considerandum est, tria oīno esse, q̄ offerre debemus, primo, nosmetipsos, ac deinde ea, quæ sacrificio sunt necessaria, s. panem, uinum, & aquā, & si qua sunt alia sacrificio apta, obiter tamen hic dicere possumus panē hunc quasi nominatum esse a Græco uocabulo παντὸς, q̄d oē, uel totū significat. Qm̄ cum hic tum in futuro seculo panis iste tota uita nostra est. Vinum autem a uite simili ferè modo deducere licebit, cui Dominus in Euangelio se comparat, hoc pacto, inquiens. Ego sum uitis vera. Nec deniq; ignotum esse puto aquā ab æqualitate dictam esse, q̄a per hoc sacramentum nos angelis æquales fore certo & credimus, & speramus. Quamquam uero interdum aqua significet populum. vnde, Aquæ multæ, populi multi. Quia nec sanguis sine salute populi, nec salus populi potuit esse sine sanguine. Tum uero aqua benedicitū, qm̄ admiscet uino, sed haud quaquam vinum, qm̄ peculiarē suā expectat benedictionē. In quibusdam Ecclesiis in magnis solemnitatibus preciosa offeruntur Ecclesiæ utensilia, & in altari ponunt, uel in locis competentib. Tertio demum sequuntur manuales laicorū oblationes Clerici. n. non offerunt nisi in exequiis mortuorum, & in noua celebratione sacerdotis. Nā inhumanum uideretur si ij offerre tenerētur, q̄ ex oblationibus uiuunt aliorum. In offertorio nulla rōne permittitur sacerdoti, ut pixidem, aut aliud huiusmodi manu teneat, quo omnem auaritiæ effugiat suspitionem.

De Sacrificio. Cap. 42.

SAcrificium dicitur quasi quo sacrum efficitur, ubi cognoscendum est, quod olim sacrificium ab Apostolis, & uiris apostolicis in primitiua Ecclesia uasis ligneis uulgaribus uestibus celebrabat. Tum. n. erant

erant (vt dici solitum est) lignei calices, & aurei sacerdotes. Nunc uero est econtra. Paulo tñ post Seuerinus Papa instituit idem uitreis fieri uasis. Sed quia erãt fragilia. Vrbanus Papa uoluit, ut argẽteis vel aureis sacrificaretur, uel etiã ob paupertatem stanneis, quæ tamen non facile ęruginant. Hostia ẽm Hebræos ab ostio nuncupata est, quia ad ostium tabernaculi offerebatur. Secundum Ethnicos uero ab hoste deriuata est. Nam hostibus a domitis, (ut ille ait) hostia nomẽ hẽt. Dicta est ẽt uictima a uincendo, & imolatio, qđ isthic Christus sacramentaliter imoletur, qui in ueritate, semel pro peccatis nostris in cruce est imolatus. Appellata aũt est imolatio a mola, qua in sacrificijs conteri solebat genus quoddam frumenti, quod far, uel ador dr. Vnde. Et adorea liba per herbas. Ponebatur.n. inter cornua altaris vel animalis cultro isthic facto foramine. Mola vero in altari dicitur pars media, sub qua reliquiæ sigillantur, & cui in dedicatione Ecclesiæ crux imprimitur, atq; vbi corpus Christi consecratur.

61 De secunda parte Missæ. Cap. 43.

IAm uero secunda pars Missæ, q̃ ꝓpriè missa appellata est, proximè sequitur, nimirum quã orationis esse diximus. Nã prima pars, de qua hactenus dictum est, vocatur obsecrationis. Hæc ergo pars missæ, vt missam appellemus, totum officium ab introitu vsq; ad ite missa est, si strictim accipiatur, proprio nomine Missa appellata est. Hẽt aũt ea quatuor distinctiones. Prima dr secreta, altera præfatio, tertia canon, quarta oro dñica cum sua ꝓfatione. Atque hæc q̃dem pars extenditur vsq; ad dominicæ oronis finem. Sed libera nos a malo. Amen, quod tacitè a sacerdote ꝓferri debet. Hic itaq; considerandum est tot debere dici collectas, eodemq; ordine, ac de eisdem in secreta post communionem, quot præcesserunt in obsecratione ante Epistolam in exordio Missæ, nec plures, nec etiam pauciores, hoc semper obseruato, ne ultra septẽnarium numerũ progrediatur. Summopere item cauendũ est, quod si forte collecta pro defunctis in termiſceatur, ne finali, sed penultima, uel antepenultima dicatur. Quoniam finis ad suum debet retorqueri principium. Ad postremum generaliter cognoscendum est, quod in missa pro defunctis nulla debeat pro uiuis oratio intermisceri, hac tamen communi excepta. Deus, qui uiuorũ dominaris simul & mortuorum.

De Secreta. Cap. 44.

SEcreta dr, quia secretè pronunciatur, cum tamen olim alta uoce diceretur, ita ut ab omnibus facile laicis teneretur. Contigit ergo, ut quoddam tempore Pastores panem super lapidem quendam ponerent, qui dum huius secrete uerba proferrent, in carnem conuersus est, & forsitan transubstantiatus, ut sic loquar, in corpus Christi. In quos diuinitus facta est acerrima uindicta. Nam ad unum omnes percussi sunt diuino iudicio cẽlitus misso. Ex quo q̃dẽ facto statutũ fuit, ut post hac tacitè ac submissæ diceret. Aut ideo sanè occulte, & quasi sub silentio dr, ne. s. ville scat, sicut & ob eandem cãm sacræ literæ dicuntur esse obscuræ. Aut tandem ne a laicis cognoscaẽ, ita ut hinc triplex silentij sit ratio. Cũ ãt ait sacerdos. Orate fratres, statim incipit orare, & nos similiter hoc audientes secreto orare debemus, ac duos psalmos canere nẽpe. Exaudiat te Dominus, & sequentẽ. Sed quãdo interim dicit, Orate fratres, perinde est, ac si diceret, Dominus uobiscũ tacitè, quũ sese vertat ad populum. Quare meminerimus, sacerdotem se quinquies ad populũ conuertere dicendo Dñs uobiscũ, ꝓp quinq; apparitiones, q̃ fuere ipso die Paschatis. Et qa una apparitio fuit nõ manifesta, quando apparuit B. Mariæ Magdalenæ, ut pleriq; sentiunt, iõ occulte, & quasi sub silentio ait, Dñs uobiscum tunc. cum apertè satis dicit. Orate fratres. Per oĩa secula seculorum, i. per secula sibi mutuo succedentia. Vel dicuntur secula per antonomasiam, sicut Cantica Canticorum. Quæritum est, cur secreto dicantur orones, quæ sequuntur post oblationes. Sed nos ideo hoc fieri respondemus, q̃ Iudæi post suscitationem Lazari, statim Iesum voluerunt occidere, qui sese occultauit in ciuitate Ephrem, in solitudine, & a prædica-

prædicatione ac miraculorum oparione penitus quieuit, & tacuit in sabbatum vsque (quod est ante dominicam in Ramis palmarum, quo venit in domum Simonis leprosi, & aperte ꝓdicauit. Atq; hoc quidem expresse indicat sacerdotis illa vocis exultatio, qua inquit, Per oĩa secula seculorũ. Cui subditur, Amen. Propterea, vt q̃ a sacerdote dicta sint, liquido cõfirmemus, quia per Xp̃m seculum creatum est. Amen namq; nomen Dei est. Vñ in Apo. *Apo. 3.* Ego sum Amen, testis fidelis? Subiungit porro Dñs vobiscum, ac deinde, Sursum corda, quæ, s. sursum habere debemus ad Dñm in cœlestibus, nõ in terrenis, ut non q̃ramus benedictionẽ Esau, q̃ vt caduca, ac debilis est, ita in terrenis plane fita est. Idem prorsus nobis manifestè significant Eꝑi sandalia, q̃ cum superius sint aperta, ijs admonemur, ut semper corda habeamus erecta ad Dñm, cumq; inferius sint solida, volunt, vt habeamus in terrenis mentẽ oĩno obtusam, quasi non dẽamus q̃rere benedictionẽ, q̃ in terrenis est, sed benedictionẽ Iacob, q̃ est in cœlis. Postea sequitur. Gratias agamus Domino Deo nostro. Quia ꝓ omnibus bẽneficijs, q̃ ille in nos benigne contulit, gr̃as ei merito rependere debemus. Inuenitur ãt ibi q̃dam figura ad similitudinem nostrorum Delta, D, s. vndiq; clausum, quod in parte ꝑcedenti V, nostrum complectitur, qđ in summitate apertum est, in quorum parte media tractulus ꝓ transuersum ducitur, veramq; in modum crucis partem copulans. Quod quidem non sine causa factũ est. Per delta. n. circulariter clausum diuina figuratur natura, quæ nec principiũ; nec finẽ habuit. Per V, exprimitur humana Christi natura, quæ principium in virgine habuit, sed fine carebit. At vero tractulus in medio vtramq; partem coniungens crux est, per quam humana sociantur diuinis.

Fortassis huiusmodi figura depicta fuit in lib. veterum.

De Præfatione. Cap. 45.

PRæfatio dicitur, quasi prę̃locutio, q̃ est ad ministerium præparatio. Nõ tantur. n. isthic nouem ordines angelorũ, quos ibi ꝑsentes esse certo credimus. Maiestas quoque de qua hic fit mentio appellata est quasi maior stans, vel maior potestas. Sciendum vero est in Missa decẽ esse in vniuersum prefationes, primã de Trinitate, alteram de Natali, tertiã de Epiphania, quartã de Quadragesima siue ieiunio, quintã de Cruce Domini, sextã de Resurrectione, septimam de Ascensione, octauam de Aduẽtu Spiritusſancti, nonã de Apostolis, decimam, & vltimam de B. Maria Virgine. Post canitur ter Sãctus, Sanctus, Sanctus, quod sumptum ex vete testameẽto. Ait. n. Isaias se vidisse Dñm super solium excelsum, & Seraphin clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed q̃ sequitur. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis, acceptum est ex Euangelio, ita ut, quum illud cantatur, signum crucis fieri dẽat. Postremo hic cantica angelorum canimus, quia per hoc sacrificium terrena iungi cœlestibus non dubitamus, & ideo cum eis in excelsis saluari clamamus.

Vndecima de Trinitate.

Trinitas de 5. te.

De canone. Cap. 46.

DEinceps vero sequitur Canon, ita. n. Græcis dicitur, nobis autem regula, q̃ per eam regulariter sacramenti huius fit confectio. Nuncupatur etiam actio, quia tunc cum Deo nostra agitur causa. Quamobrem, & in festis stantes oramus, in profestis vero, vel ieiunis ꝓstrati. Sub silentio tribus de canſis dr. Primo, quoniam Deus non oris, sed cordis clamore intendit. vñ & Moysi dixit. Quid clamas ad me? cum tamen ipse taceret. Nihilominus tñ ꝓferimus verba, ne quę petimus, aut q̃ petere debemus, penitus ignorare æstimemur. Secundo ob id submisse Canon dici oportet, ne, si alta uoce esset proferendus, longo clamore deficiamus. Vel tertio ob hãc rõnẽ, ne tanti mysterij p usum quotidianũ, uerba uilescãt, & i locis nõ cõpetẽtib. passim indiscrete ꝓnunciẽt atq; ita tãdẽ extinguant ac pereant, quẽamodũ paulo aſi de pastoribus narratũ est, ꝓhibitũ. n. est p decretũ, & sub anathemate datũ, vt nullus nisi sacris uestib. ex libro in altari cõsecrato, hæc uerba proferat. Dicit ergo sacerdos. Te igit clemẽtissime pater &c. Alloquit dñm, tanq̃ præsentem. Incipit aũt litera Tau, T. quæ in modum

modum crucis effecta est. Qñ per Christi passionem hæc oĩa in cruce sunt completa, habentq; suam efficaciam. Vñ ꝓfecto est, ꝙ isthic crucifixi imago adpingi debeat, Sequitur postea multa, vt sunt noĩa Apostolorum, Martyrum, Pontificũ, Virginũ, qui oẽs ꝓ Christo nostro se sacrificio exposuerunt. Atq. item alia q̃dã sequunt̃, quæ nobis explicare non licet, nisi fortè solis Sacerdotibus, & ideo de illis tacebimus. Vnum hoc tamen addemus, nulli hic concessum esse aliquid vel detrahere, vel addere, nisi quandoq; nomen illorum, pro quibus specialiter, aut nomi natim offertur sacrificium.

De Oratione Dominica. Cap. 47.

NVnc dicendum est de oratione Dominica, in qua continentur septem petitiones. Quod autem præmittitur, est quasi benevolentiæ captatio. Tres priores ad futuram vitã pertinent. Quatuor posteriores, q̃ sequuntur, ad p̃sentem. Media aũt, vt nonnulli volunt a communi sumi põt, ita vt ad vtramq; referatur, quam videlicet dicimus. Panem nostrum quotidianum, quẽ ἐπιούσιον Græci, segola Hebræi, nos appellamus, aut sup essentialẽ, aut egregium, aut ét familiarem. Sed animaduertere oportet, quum sacerdos ait, Oremus, ꝑceptis &c. Nos dére ꝓstratos orare vsq; ad finem orõnis Dominicæ, si dies fuerint professi. Si verò festũ sit, aut dies Paschalis, certè non prostrati, sed stãtes orare debemus, ac respondere. Sed libera nos a malo, Amen. Quod autẽ Dominicam hanc orationem non tacitè, aut sub silentio dicat sacerdos, ratio est, quoniam Ex Euangelio petitum est.

De Pace. Cap. 48.

POstea inquit sacerdos. Pax Domini sit semper vobiscum. quod spectat ad tertiam partem Missæ. Notandum tamẽ est, ꝙ tacitè hic sacerdotem quãdam orationem dicere oporteat, quæ in Ambrosiana Ecclesia apertè pronuntiatur. Acceptо itaq; pacis ósculo ab ipsa Eucharistia, vt quibusdam placet, vel vt censent alij, ab ipso sepulchro, & altari, impartit illud diacono, aut subdiacono, vt ꝑ eos descendat ad alios. Sed cauendũ est, ne ab ipsis viris tradat̃ mulieribus, ne forsitan lasciuiæ q̃ppiam in animum, aut carnalitatis clanculum subrepat. Agnus Dei ter canitur. Hic est ille verè Agnus declaratus, & adũbratus in paschali, de quo sic h̃ in Euangelio, Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ter aũt ideo canitur, vt eius corpus triforme intelligatur, illud videlicet, quod in cœlo est glorificatum, mysticum, quod ẽtiamnum in terra ambulat, & quod in sepulchris vsq; ad extremum iudicij examen quiescit. Bis dr̃ cum Miserere nobis, tertio cũ Dona nobis pacem. In vero Domini ter dẽt dici, cum Miserere nobis. Sed horum neutrum adiungitur in Missa ꝑ defunctis, verum ter cũ Dona eis requiem. Vbiq; obseruandum est, vt non cõtinuo, sed interpolate ac seiunctim cum oratione interposita dicat. ἀγνὸς vero Græce dr̃ purus, & pius, quia sola pietate, ut puta hostia nos redemit. Vel ab agnoscendo, ꝙ sicut agnus solo balatu matrem cognoscit, ita Christus in passione matrem suam cognouerit, ac virgine virgini commendauerit. Atq; hinc quoque esse põt, ꝙ ter cantatur Agnus Dei. Quoniã Xp̃s pendens in cruce patrẽ suum cognouit, ei ad mortem vsq; obediendo, & eadẽ cruce suffixus agnouit matrem suã, eamq; virgini cõmendauit, ac tandem ét ibidem humanũ genus redimendo agnouit. Qd̃ aũt hic bis repetitur, Miserere nobis, & tertio variatur per Dona nobis pacẽ totũ illud ex veteri testamento deprõptum est, vbi cum clamarent ad Dominũ dicere soluti erant, parce Domine, parce populo tuo, ac subiungere tertio. Ne dederis hæreditatẽ tuã in opprobriũ, Quũ igit dicimus, Agnus Dei, qui tollit peccata. expresse Ioannem Baptistã imitamur, qui ait, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Illud certè ignorari non dẽt, olim in primitiua Ecclesia singulis diebus, qui canoni Missæ intererãt solitos fuisse cõicare. Sed postea crescẽte multitudine fidelium, fuit institutum, vt tm̃ dominicis dieb. cõicaret. Qd̃ ét paulo post, quum obseruari non potuit, abiit in desuetudiné, ac tertia subsecuta est institutio, ut saltem ter quoque anno, in Natali, Paschate,

Paschate, & Pente. omnes Christiani Eucharistiam sumerent. Inuento tm̃ triplici remedio, vt singulis nimirum dieb. osculum pacis daretur, ac dominicis dieb. eulogia, i. panis benedictus, & consecratus quod in Quadragesima, & temporib. abstinentiæ deputatis saluo ieiunio obseruari non potuit. Quare tunc hmõi fuit promulgata institutio, vt collecta diceret super populum sub finẽ Missæ, dicẽdo, Inclinate capita vestra Deo. quũ videlicet, minor aliqs sacerdos celebrat. Sed si Eps, inquiet, Humiliate vos ad bñdictionem.

De vltima parte Missæ. Cap. 49.

VLtima pars Missæ modo sequit̃, quę dicitur gratiarũ actio, atq; incipit a cõione. Vocatur aũt cõmunio, quasi participatio, quam ideo canimus, vt per eam cum Sanctis diuinæ gratiæ participes efficiamur. Appellatur ét completio, qñ per illam Missam, vt sic dicam compleretur. Tribus vero modis fnitur Missa, primo ꝑ Ite Missa est, in solẽnitatibus, qd̃ est quasi abeundi licentia, & sumptum est ab Exo. Non quidem secundum verba, sed iuxta mentem, & rei intelligentiam, qñ Israeliticus populus ex Aegypto permissu Pharaonis egressus est. Vel ét qñ e Babylonica captiuitate, permittente Cyro, ad propria regressus est, Deo referẽs. Sic gratias & nos accepta benedictione vltima, ad cę lestem patriam remeare debemus, vbi in gr̃arum actione sp̃ fœliciter viuemus. Dr̃ aũt Ite missa est, quoties cãtatur Te Deũ laudamus, Gloria in excelsis, & Alleluia. Pronuciato Ite missa est, oportet nos respondere, Deo gratias, quæ vox est gratulantis. Secundo vero diebus profestis dr̃. Benedicamus Domino, ac petitum est ab Apostolo. Tertio deniq; in Missa pro defunctis. Requiescãt in pace, quod ex sola consuetudine generali natum est. Cum ergo dicitur, Ite Missa est, debet sacerdos vultum dirigere ad populum, qñ autem Benedicamus Domino, vel Requiescant in pace versus Orientem. Necesse tm̃ est, vt hæc tria a sacerdote, vel diacono tantũ proferantur. Sed in prima Missa Natalis Dñi nõ debet dici Ite Missa est, ne videatur populus licentiam habere redeundi. Quibus horis celebretur Missa. Cap. 50.

TRibus horis tantummodo regulariter Missa poterit celebrari, tertia nimirum, sexta, & nona. Et quidem Tertia, ideo ꝙ tunc linguis Iudæorum sit crucifixus, dum inst anter clamaret, Crucifige, crucifige eum pertuleritq; ludibria, maledicta, cõuicia, alapas, flagra, insultantiũ spu tis, & coronam spineã. Sexta vero ob eam causam, & tum in cruce actus sit, ac tolerare debuerit clauos rigidissimos, & pocula felle tincta, vt sic tandem pro nobis imolaretur. Nona demum, quia tunc anima exhalauit ac spiritum patri cõmẽdauit. Poterit tm̃ fieri, vt ante primam in Dominicæ resurrectionis memoriam Missa celebratur, quod Vicarij faciunt, & post primam ante tertiam in eius rei commendationem, ꝙ Christus inter primã, & tertiam traditus fuerit Pontio Pilato Iudæis vociferantibus Crucifige eum, ipso tacente. Cantatur ergo Missa dieb. festis hora tertia, ꝑ festis sexta, & nona in quadragesima ac alijs diebus ieiuniorũ. Nec tm̃ omnium, quia in sabbatis ieiuniorum quatuor tẽporum valde sero celebrari & põt, & debet, pp̃ sacros ordines, ꝙ ét ad sequẽtem spectet Dñicam. In sabbato Paschæ, & Pente. sero canitur pp̃ cereæ candelæ, quam ceream nominamus cõsecrationem, qd̃ ex eo facile perpendi, aut colligi potest, vbi dr̃. Hæc nox est, atq; ex ista oratione, Deus qui hanc sacratissimã nocte̊m, &c. ipso vero die Natalis Dñi primã Missa cantatur nocte. Põt tm̃ licite cantari sũmo mane, sed tm̃ prima, tertia prius absolutis. Sic itaq; ab illis horis excipitur dies, qui Dñi Natiuitati sacer est, quũ nocte̊ prima canatur. Nec id quidẽ sine causa, vt postea dicemus. Atq; ét Sabbatum paschæ, & pentecostes, qñ tum temporis expresse dicimus. Hæc nox est, & Deus q hanc sacratissimam noctem Excipiuntur deniq; eius ieiuniorũ pp̃ sacros ordines.

Quæ Missæ, qubus diebus debeant celebrari. Cap. 51.

NVnc dicendum est, quæ Missæ, quibus dieb. debeant celebrari. Fuit. n. quoddam tempus quo Dominicum officium necdum erat ordinatum, ac variæ passim

possim hæreses pullulabant. Quo quidem factum est, vt prima feria, ne diuinum officium periret de Trinitate, secūda de charitate, tertia de Sapientia, quarta de Spiritusancto, quinta de Angelis, sexta de Cruce, septima de beata Maria Virgine cātaretur. Sed postea sancitum est, vt cessante cā, & illud cessaret, qđ vrgente necessitate factum fuerat. Quapropter sanè dominico officio ordinato, statutū est, vt prima feria suum peculiare hæret officium de Trinitate, & secunda de Angelis, q̄ tū creati in bonis gratuitis fuerint, aclux diuina a tenebris, hoc est, boni angeli a malis. Nā eo tpe mali cecidere, & boni fuerunt confirmati. Sed prima feria fuerunt angeli creati & in bonis naturalibus constituti. Cantatur aūt alia de cā pro defunctis, vt nimirum ijs adhibeamus suffragiū angelorum, eodem quoque die missa pro defunctis celebratur, quantum, vt pleriq; aiunt, feria prima refrigerium habent ij, qui sunt in purgatorio, statimque altero die post ad pœnas solitas, & ad laborē redeunt, ita vt eo die, quo eorum laboribus aliquo modo subueniatur, Missa pro illis cantetur. Tertia aūt feria oportet repeti introitum Missæ diei dominici. Præterea institutum quoq; fuit, vt quarta feria ieiunaretur, ideoq; dominici diei Missa tum caneretur, Sed & quinta feria similiter dicere conuenit officium diei dominicæ, videlicet Introitum, Epistolam, atq; Euangelium, q̄ dies Iouis maxime cognata sit diei Dominicæ. Eiusmodi .n. diei fieri solebat processio in memoriam Ascēsionis Domini, q̄ postea in diem dominicā, vt supra dictum est, fuit trāslata. Porrò aūt sexta feria agit de Cruce, & septima de beata Maria Virgine, qđ non temere ita constitutum accepimus. Miraculosum, n. hēt initiū. Nam quum olim Constantinopoli in quadā Ecclesia imago B. Virginis habebat, ante q̄ velum quoddam dependebat, quo tota ea cooperiebatur, contingit vt sexta semp feria velum hoca vesperis ab imagine, nullo mouente, decideret, & diuino miraculo quasi deferretur in cœlū, ita vt iā plene ac perfecte ab omnib. conspici posset, ac deinde rursus in Sabbato vesperis absolutis, ad eandem imaginem descēderet, ibiq; permaneret vsq; in proximū diem Veneris. Hoc ergo miraculo sæpius viso, sancitum est, vt semp illo die de beata Maria in Ecclesia caneretur. Pōt tā & aliam hīe rōnem, cur Sabbato die officium cātetur de beata Maria. Nā cum ipsa nobis sit porta regni cęlorum, quod per diem dominicā cōmodissime figurat, certe ideo de illa solemnizamus eo die, qui dominicā proxime p̄cedit. Hactenus igitur officiū Missæ explicuisse satis sit, si intellexerimus neminē debere vno eodemq; die duas celebrare Missas cū vno sacrificio, vel cum duobus sed vnā cum sacrificio, & aliam siccam. Quare huic rei finem imponemus, si duas adhuc q̄nes paucis enodauerim, quarū vna est, An si sacerdos aū vesperas cōmedat, nec postea possit dormire, die postero dēat, aut possit Missam celebrare? Nā ipsum non debere, aperte rūdemus. Sic altera est, Possit ne celebrare secūda missa in eo casu, quo in p̄cedēti, dum manus ablueret, ali quantulū aq̄ degustauit; Certe. n. & illud uetitū esse, sciēdū est. Nunc ergo ad alia.

De consec. dist. 1. c. trinos.

De Vesperis. Cap. 52.

IN Vesperis a nobis cantaē quinq; psalmi, qui sumus imperfecti p p quinq; sensus, ut uidelicet qđ per quinq; sensus corporeos cōmissum est, p quinq; psalmorum cantionem penitus dimittaē. Hinc notandum est, nos eadem ratione quinq; digitis pectus tūdere, quādo quinque canimus psalmos. Monachi uero, in quo se perfectiores esse ostendunt, tātum quatuor dicunt. Quicquid n. quadratum est, in quamcūq; partem uertatur, manet semp idē, firmum, ac solidum. Ad eūdem sane modū perfectus, quocunq; loco, aut quocunq; tpe, semper idem atq; immobilis permanet. Finis, psalmis, parua sequit lectio sine Iube Domne, & sine Tu autē Domine, hoc est capitulum, ac deinde Rūsorium, uel eius loco uersus tū hymn⁹ & antiphona, ac deinceps Magnificat. Plerunq; tamen hymnus beatæ Meriæ, uidelicet Magnificat, loco hymni ponitur, ut præterea nullus alius cātaē. Sequitur tandem collecta, quam orationem diximus. Volumus aūt, ut hucusq; a nobis factum est, consuetis, & Ecclesiasticis, ut q̄ officia tradamus Ecclesiastica, deinceps uti uocabulis. Sciēdum ergo est, q̄ de eodem die, eodemque festo parua debeat cantari lectio. Verbi gratia. Si de præcedenti dominica unū & reliquum, si de sequenti unū & reliquum. Animaduertendum præterea est, quod, quādo fuerit solemnitas noue lectionum, illius uesperæ totæ debent celebrari, ut in festo beati Stephani, & beati Ioannis Euangelistæ. Post uesperas necessario dicitur collecta de sancto, cuius est festum sequēs, uel Antiphona cum Magnificat. Vnum tamen excipitur, scilicet sancti Syluestri, quod etiam si nouem habeat lectiones, eius tamen uesperæ sunt festi sequentis.

Qui Psalmi cantantur in Completorio. Cap. 53.

QVatuor Psalmi cantantur in Completorio ad significandam perfectionem. Cum n. quodammodo ostendimus peccata, quæ per quinq; sensus corporeos perniciosissimos satellites admiserimus, iam esse quinq; Psalmis præcedentibus remissa. Alia ratio est, q̄ diabolus semper nostro insidietur calcaneo, ita ut postea nec loqui cum alijs debeamus, nec aliud dicere nisi orationes. Quod monachi diligenter obseruant, qui postea non bibunt. Putat n. diabolus se uicisse si tunc uicerit. Quare ut breuiter, q̄ hic restare uidēt, percurramus, post Psalmos sequitur capitulū & uersus, & deinde Hymnus, eoq; finito, antiphona, ac Nunc dimittis. Postea uero Dominica legit⁹ ofo, ac fidei nostræ Symbolum, quib. postea q̄ nos collectam annexuimus, statim subiūgi oportet Benedicamus. Atq; hoc quidem in ueſperis ut a puero canatur omno consentaneum est, ut p hoc demonstretur nos esse pueros, nimirū ad laudes Deo referēdas.

Quō finiendę sint orationes. Cap. 54.

VT aūt euidens habeatur & plena cognitio quemadmodum orationes, quas collectas uocamus, sint terminandę, prius nosse oportet, q̄ in eis sermo interdum ad Patrem dirigitur, interdū ad Filium, interdum ad Spiritum Sanctum, & interdum etiam ad totam Trinitatem. Qū ad patrem, rursus cōsiderandum est, num ita ad eū sermo fit institutus, ut fiat mētio ad Patrem de Filio, uel Spiritusancto, an uero nō. Et quidem si in oratione, quæ dirigitur ad patrem, fiat mentio filij, multum interest scire, illa ne fiant ante partem finalem, an ipso fine. Quæ ideo diximus, q̄ secūdum has diuersitates, diuersimode orationis finis existat. Si ergo dirigatur sermo omnino ad Patrem absq; mentione Filij & Spiritussancti, finietur hoc modo. Per Dominum nostrū Iesum Christum filium tuum, q̄ uiuit & regnat in unitate Spiritussancti Deus, per omnia sæcula sęculorum. Amē. Si de Spiritusancto mentio ibi fiat, dicēs, in unitate eiusdem Spiritusāncti Deus, ceteris remanentibus. Si uero fiat mētio filij ante finalem partem, dicēt per eūdem Dominum &c. ut supra. Si contra in ipso fine, dicemus tm. Qui tecum uiuit & regnat &c. Quēadmodum uideri potest in hac collecta B. Stephani. O potens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ & Stephani sanguine dedicasti, tribue q̄sumus, ut ipse p nobis perpetuus intercessor existat, qui pro suis etiā persecutoribus exorauit Dominum nostrū Iesum Christum, qui tecū uiuit, & regnat in unitate Spiritussancti Deus, per omnia sæcula sęculorum, Amen. Si ad filium oratio instituaē, ut in hac Excita Domine potentiam tuam & ueni, ac in alijs de aduentu Dñi, finietur hoc pacto, Qui uiuis & regnas cū Deo Patre &c. Si autem ad Spiritūsanctum, dicemus sic, Qui cū Patre & Filio uiuis & regnas unus Deus &c Et ad Trinitatem ita. Qui in Trinitate perfecta uiuis & regnas &c. At uero in exorcismis, & q̄ fiunt ad pueros efficiendos catheemenos, ac fontes consecrandos, q̄nque sit aqua bndicta, & in id genus multis alijs, dicetur sane hoc mō. Per eum qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & sęculum p ignem. Hoc aūt ideo fit, qa nulla uox ita terret diabolum, atq; hæc, q̄ uenturus est, &c. Vsque adeo ut statim fugere cogaē, simulatq; uocem hāc audierit. Maxime. n. p̄ter cętera iudicū ignis extime scit, q̄ certus sit se post diē Iudicij ęterno igne punitum iri. Quare ob eādē cām uoluit D. Gilbert⁹, ut simili mō finirent orationes

tiones in officio mortuorum. Verum ei contradicit vulgare nostrum Collectarium, affirmans dici oportere. Per dominum nostrum, &c.

De diuersitatibus officiorum. Cap. 55.

IAm ergo dictum est hactenus de ecclesiasticis officijs generaliter, ita reliquum modo sit, eorundem explicationem latius per totius anni seculum aggredi. Nam pro temporum varietate ipsa variantur officia. Sed operæpretium me facturum existimo, si priusquam ad ipsum expositionem veniam, distinctio quatuor Temporum præmittatur. Vt ergo Solaris noster annus quatuor temporum potissimum successione dilabitur, s. Hyemis, in qua semina iaciuntur. Veris in quo semina prodeunt, Aestatis in qua ad messem albescunt, & falce succiduntur. Autumni, in quo per ventilationem grana a se mutuo separantur, & in horrea reponuntur, paleæ aũt cõburuntur. Ita quoq; magnus vitę præsentis annus durãs ab initio vsq; ad finem seculi, quatuor temporum varietate mensurantur. Fuit. n. tẽpus quoddam deuiationis in humano genere, ab Adamo videlicet vsque ad Moysen, quo declinauerũt homines a cultu diuino ad idolatriam. Tunc. n. hõ reliquit Dñm suũ Creatorem, ac lapidibus & manuum suarum operibus dixit. Tu es Deus meus. Hoc tempus haud male conuenit nocti & hyemi. Quia sicut nox, aut hyems nihil lucis habet, nisi cõtingẽter, & ex accidenti, vt ex igne vel candela. Sic tempus istud planè erat cęcitatis & ignorantiæ. Alterum item tempus fuit reuocationis, nimirum a Moyse vsque ad Natiuitatem Christi, quo edocti fuere homines per leges & Prophetas de Aduentu Christi, de cuitatione peccati, & vnius Dei dilectione. Tum dixit Deus Israeli. Audi Israel, Deus tuus Deus vnus est, illum solũ adorabis, & illi soli seruies. Tertium vero tẽpus fuit regressionis, siue reconciliationis, vel iustificationis, quod fuit a Natiuitate Domini, vsque ad Ascẽsionem eiusdem, per quem facta est gratia hominibus, & prędicatio Euãgelij. Quartò denique tempus est peregrinationis, quod ab Ascensione Dñi fuit, & durabit usq; ad finem iudicij, vbi erit consumatio seculi. Hæc eadẽ tpa solent alijs nõbus appellari. Tempus. n. deuiationis dictum est tẽpus culpæ & pœnæ. Nam pp deuiationẽ hõ subiectus est culpæ, & pp culpã pęnę. Tempus reuocationis nuncupatum est tẽpus doctrinæ & prophetiæ. Et quidem doctrinæ pp decalogum, per quẽ Deus humanũ genus docuit, inquiens. Audi Israel Deus tuus, Deus vnus est, Prophetiæ verò, qm̃ tũ hũiusmodi salutare accepimus vaticinium. Ecce virgo concipiet. Tẽpus proinde reconciliationis appellatur gaudij & lætitiæ, ac denique peregrinationis tempus luctus & pugnæ. Vnde profecto necessariũ est, vt pugnemus aduersus carnem nostram, mundum, atque aerias potestates. Maximè vero contra carnẽ, vtpote ꝙ multa cum nobis sit familiaritas, ac nulla sit pestis sæuior, q̃ hostem habere domesticum. Præterea tpa hæc possunt considerari ſm principales partes diei, vt sunt nox, quæ ad tempus spectant deuiationis, mane ad tẽpus reuocationis, meridies ad tempus reconciliationis, vel regressionis, Vesperum ad tempus peregrinationis. Atque horum quodq; propriũ modo perpende epitheton, ut nox est obscura, & quia veri Dei cultu aberrabant, erant cęci. Eleganter sanè quadripartita hæc temporum diuisio in homine notari potest. Ante siquidem baptismum nascit hõ, & fit filius iræ, in baptismo renascit, ac filius gratiæ, de hinc bene operatur, & iustitiæ efficitur proles, cũ feruore quodã charitatis Deum diligit imprimis, & ꝓximum, tandem cum Christo simul regnabit per mortem transiens ad vitam æternã, factus modò hæres ęternitatis, & glorię. Atq; in qualibet præmissarum partiũ expositione possũt intelligi Hyems, Ver, Aestas, & Autumnus. Eadẽ quoque tpa designant per quatuor principales Christi actiones, quæ sunt huiusmodi, Natiuitas, Passio, Resurrectio, Aduentus ad iudicium, cũ omniũ hortũ appendicibus adeo hæc humano generi conueniunt. Christi igitur vita nostra est doctrina, Christi actio, nostra est lectio, vniuersa deniq; Xpi cõuersatio nostra est instructio. Dixi aũt cum suis appendicibus, qa ad natiuitatem pertinent circũcisio, apparitio, baptismus, purificatio: ad passionem referuntur ieiunium, tentatio: ad resurrectionem in cœlum ascensio, & sancti Spiritus missio: ad Aduentũ tandem iudicij spectant transfigurari, & miraculorũ opatio. Efficacior enim fuit, ac plus potuit post mortem, q̃ ante transfigurationem, ꝙ tunc demũ nobis ostẽdit, quid simus futuri. Passio cõparatur Hyemi: Natiuitas Veri, Resurrectio Aestati, iudicium Autumno, qm̃ sedebit uetustus ille dierum tenens uentilabrum in manu sua permundabit aream suam, &c. Item rursus Christi natiuitas comparatur, & concordat tpi reuocationis pp Prophetas, qui eam multis modis prędixerunt: passio tempori deuiationis: resurrectio tempori regressionis propter lætitiam, aduentus iudicij tempori peregrinationis, quia huiusmodi tempus durabit vsque ad extremum diem iudicij. Vnde Propheta. Ego miser, & peregrinus sicut oẽs patres mei. Hęc ergo tẽpora magni istius anni cõsiderans Ecclesia in seruitium Dei transformauit, pro qualitate eorum & varietate singulis annis, laudabili vtens officiorum diuersitate. Sed cũ ita faciat ecclesia, maluit incipere a tpe reuocationis, q̃ a tpe deuiationis. Quare incipit. Ad te leuaui animam meam aspiciens a longe, &c. Quandoquidem nos etiamnum quasi per speculum & cancellos aspicimus. Et durat vsque ad natiuitatẽ Dñi. Toto igitur tpe aduentum vsq; ad natale Dñi ecclesia reminiscit tpis reuocationis, quæ facta est per legẽ & Prophetas malagma vulneri apponens. Atq; ideo tunc legit Isaiam, qui quum incurabile vulnus vidisset, dixit. Omne caput lãguidum est, & omne cor mœrens, &c. Et rursus nõ est malagma apponere, &c. Malagma aũt est genus emplastri, quod epithema appellatum est. Tum ergo inchoatur graduale. Ad te leuaui, ac si diceret. Tpe deuiationis hoĩes laudabant manus & corda ad opus manuum suarum, atque aiebant lapidi & ligno, tu es Deus meus. Ego uero ad te leuaui animã meã Deus meus, &c. Atq; ita sanè tempore reuocationis militiæ suę auspiciatur officia, non a tẽpore deuiationis, ne videat incipere ab errore. Bene itaq; rem ipsam obseruat, sed ordinem non sequitur, quod frequenter etiam faciunt Euangelistæ. Quare si bonam quærat valetudinẽ, optetq; quam optimè curari, omnino fuit necessarium, vt à Medicis inciperet.

De cæteris temporibus. Cap. 56.

TEmpore verò Septuagesimæ, quæ est a dominica, vulgo appellata, Circundederunt me, vsque ad octauam Paschæ, recolit Ecclesia tempus deuiationis. Vnde est, quod tum legitur liber Geneseos vsque ad Regum, ubi de excessu agitur primorum parentum, & multorum aliorum, qui omnes cataclismate, aut diluuio sunt submersi. Breuiter ergo tum temporis Ecclesia orat, flectit genua, ac ieiunat. Tempore autem Paschali, quod est Pascha, vel potius ab octauis Paschæ vsque ad octauas Pentecostes, tẽpus gaudij meminit & reconciliationis, quippe in quo legatur Apocalypsis, vbi fit mentio de noua ciuitate Hierusalem, & Epistolæ canonicæ cum actibus Apostolorum. Hi ne pauca sibi Ecclesia indicit. Nõ ieiunat, a genu flexione cessat, albis vtit vestibus, ternario numero psalmorũ & lectionum contenta est, cum tribus respon sorijs, ac totidẽ versiculis. Ab octauis demum Pẽtecostes vsq; ad aduentũ Domini recolit tẽpus peregrinationis. In hoc est nobis ppetua pugna & lucta aduersus tres, vt dictũ est, infestissimos hostes, mundum videlicet, carnem, & diabolũ. Mundus est hostis sophisticus, caro hostis domesticus, diabolus hostis antiquus. Nullus tñ istorũ hostis est efficacior ad nocẽdũ, q̃ inimicus noster familiaris, s. caro, quã fouemus indumentis, & reficimus alimentis, cui tanquã iumento tria debentur, cibus ne deficiat, onus vt mãsuescat, virga vt nõ indirectè, sed directè incedat. Propter huiusmodi pugnã significandam legit tũc Ecclesia librũ Regũ, in quo agit de pugna. Et qa in pugna maxime opus ẽ sapientia, ideo cõtinuat liber Salomonis. Sed qm̃ cum pugna nihil tãtopere habere debeamus, atq; patientiã, appositè profecto Iobi liber subiungitur. Deinde porrò & Thobiæ liber sequitur, ppter singulare misericordiã, quã in hoc certamine

requirimus. Cui deinceps quoque subiũgimus librũ Iudith, Ruth, Hester, ppter fortitudinem, iustitiam, & temperãtiam, Verum enimuero quum adhuc frequens sit lucta, necessariò annectitur liber Machabæorũ, in quo crebra est aduersus superbiam conflictatio. Nam deuictis omnibus vitijs, restat etiã vincẽda superbia. Roget ergo modo aliquis, sub quo illorũ temporum contineantur illud, quod est a Natali Domini vsque ad Septuagesimã. Verum facilè istiusmodi quæstioni occurremus. Nam & ei nõ ineleganter per quosdam satisfactũ esse accepimus. Eius itaq; pars vna continetur sub tempore regressionis, quod est tempus gaudij, ut dictum est à natali, vsq; ad octauam Epiphaniæ. Vnde in quibusdam Ecclesijs albis tãdiu vtuntur vestimentis, sicut tempore Paschali, & neque tunc ieiunatur, neque flectũtur genua. Pars uerò altera, quæ est ab octaua Epiphaniæ usque ad Septuagesimam complectitur sub tempore peregrinationis, & leguntur duodecim epistolæ Pauli, ubi agitur de labore eius, quem luctando, ac pugnando pertulit. Nec uerò, quantumuis ipso die Natiuitatis Domini Isaias soleat, credas diem illud pertinere ad tempus reuocationis. Fit enim hoc alia consideratione, & ante euangelium in nocturnis & ante epistolã in missa, quod videlicet uelut basis columnæ supponat, ut per utrunque testamentum Natiuitas Christi perhibeatur.

Quis ordinauerit officia Ecclesiastica, de quibusdam diebus. Cap. 58.

HAec autem Ecclesiastica officia, ut dictum est, instituit beatus Hieronymus rogatu Damasi Papæ, & quecũque etiam alia ex uetteri & nouo testamento leguntur in Ecclesia, Gregorius tamen quosdam cantus apposuit, Gelasius quosdam Hymnos, & alij alia. Tempore si quidem Theodosij Imperatoris inordinatè psallebant, qui rogauit Damasum Papam, ut curaret sapienter ordinare officium Ecclesiasticum. Quod diligenter ille effecit, ut supra diximus. Sunt autem in prædictis tẽporibus dies quidam duplices, utpote si quãdo duo simul facta concurrant, in quibus illlud obseruandũ est, quod in mortali philosophia dici solet, Cede maiori, & locum da melioribus. Hoc est, ut excellentius celebretur officiũ, ac duntaxat de minori fiat cõmemoratio ipso die, & suum officium reseruetur in crastinum, ut de Petro & Paulo in quibusdam Ecclesijs diebus dominicis. Nã primo quidẽ celebrãt de Petro, q̃ princeps fuit Apostolorum, sequenti uerò die de Paulo. Sic de quibusdam alijs in diebus dominicis, ita ut dominica debeat quiescere, ac postea in hebdomada peragi. Quemadmodum sanè factũ uidemus in testõ veteri. Cum. n. Salomon templum dedicasset duodecimo die mẽsis, quo occurrebat scenophegia celebrauit dedicationem templi septem diebus cõtinuis, & post dedicationẽ distulit scenophegiam, Sunt præterea in supradictis temporibus quædam principales dominicæ, quibus cætera cedunt festa, præter Pascha & Pẽtecostẽ, quæ præter resurrectionem & Sãcti Spiritus missionẽ sunt alijs longè superiores. Atq; earũ q̃dem aliquæ, vt sunt prẽstãtiores & solenniores, ita in ijs mutãtur officia, cuiusmodi sunt dominica in principio Aduentus, & septuagesima, ac illa quæ est in octaua Pascha. Aliquæ verò nõ sunt ita præstantes, quales duæ hæ sunt, videlicet, quã vulgari nomine appellamus Lætare Hierusalẽ, & Dominica in Ramis palmarum. Nã si cõtingat dies Annunciationis in Ramis palmarũ, aut ipso die Resurrectionis, de eo pœnitus tacebitur, ac die sabbato, q̃ præcedit dñicã, quã in Ramis palmarũ vocatã diximus, vniuersum Annunciationis fiet mysterium. Ipsum. n. sabbatum ius suum maiori facile cedit. Ad eundem sanè modum si eueniat, ut in ipsa Domini passione sit festũ dedicationis, certè omni iure eius mysterium celebrabit in hebdomada sequẽti, vt in Ascensione, si idem festum fuerit. Necesse. n. est, ut in aliud tempus differat.

Quomodo officia Ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. Cap. 58.

VT igitur ab Aduentu incipiamus atq; ita de Ecclesiasticis officijs, p totius anni circulũ tractare peragamus duo in uniuersum nobis sũt diligenter

ligenter in ijs præcauenda, ne uidelicet coacte fiant & indiscrete. Coacta esse nõ debent iuxta Prophetam, qui ait. Voluntarie sacrificabo tibi &c. Sic Obal, qui & Berseleel appellatus est, dicitur spontaneè ædificasse templum Dommo. Quanquam uerò sint, qui putãt duos fuisse Obal & Berseleel, vtrunq; spontaneum in tempore. Indiscretè prohibentur esse, qa immundum est pecus, quod ruminat, & non findit vngulam. Fissio aũt ungulæ accipitur pro discretione. Qui ergo spontanea sacrificia facit & discreta, eum diligit Dominus. Hinc statutum est a sanctis maioribus, quemadmodum Deo seruiremus discretè. Statuerunt. n. in unaquaq; hora lectionem. Verbi gratia: in matutinis & in Missa instituerant Epistolas & Euãgelia, in alijs horis paruas lectiones, quæ dicuntur capitula. Sed qm̃ in lectione & cantu uniuersum fere uersatur officium Ecclesiasticum, operæ precium est scire quinq; esse libros lectionum in Ecclesia, ac tres cantus, s. Graduarium, Antiphonarium, & Troparium. Antiphonarius a digniori nomen sumpsit, hoc est, ab antiphonis, cum & in eodem libro continentur Responsa & uersus. Legitur. n. in tripartita historia. Ignatium Patriarcham Antiochenum audiuisse Angelos cantantes Antiphonas in monte, qui exinde quasdam Antiphonas in ecclesia cãtari instituit, & psalmos, iuxta Antiphonas tonizari. Vnde ẽt Antiphonæ sunt appellatæ respectu psalmodiæ, sicut sponsum historiæ. Et cum antea cõfuse & quasi in cochoræa canterentur Psalmi & Antiphonæ, statutum est a maioribus ut seorsum chorus sederet, & alternatim canerent, i. vt una pars chori unum psalmi uersum caneret, atque aliam alium. Incipit ergo antiphonarius hoc modo. Aspiciens a longe. Tametsi uerò non sit Gregorianum, hoc est, a Gregorio compositum, sed solummodo ab alio quodam monacho appositum. Quamobrem quidem non deberet meritò procedere ea, quæ Gregorius composuit. Vsu tamen receptum est ut ab omni ecclesia diceretur. Nec facile profecto est, quæ longo usu inoleuerint, ẽmendare aut mutare. Cætera uero sunt sancti Gregorij.

De reliquis libris. Cap. 59.

SEcundus liber est graduarius, ita a gradibus appellat⁹, eo q̃ diebus festis in gradus ascẽdi debeat, atq; isthic cantare in ambone. Dicitur autem ambonis ab ambio ambis, eo q̃ locus ille ambigitur gradibus, uel ab ambo ambæ ambo, q̃ nimirum duæ sint uitæ istich, hoc est, in pulpito, quod situm est ante eũ locum, ubi recitatur euangelium. Oportet itaq; sint ibi duo paria graduum, unũ à sinistris, quo fiat ascensus, alterum a dextris, quo descensus fiat, iuxta illud. Per aliam viam regressi sunt in regionẽ suã. Diebus antem festis canitur in medio choriante gradus altaris. Eius libri principium est, Ad te leuaui. Tertius liber dicitur Trophonarius, a Græco nomine τροπος quod est conuersio. Nam a fine regredimur ad principium cantus, unde & trophisũzona nominãtur, quod ab uno latere vertatur in aliud, circumeundo usque ad umbilicum. Est aũt Trophonarius liber, in quo cõtinentur ij cãtus, qui cum introitu missæ cantari solent, & maxime quidem a Monachi, cuiusmodi sunt Tropi, Sequentiæ, Kyrieeleyson, & Neumæ. Tropi dicũtur, quia prius canitur uersus ac postea eleyson, & iterum uersus, & eleyson deinde. Hic etiam notandum, q̃ semel diximus, neumam fœminei generis absq; p, accipi pro iubilo, Pro Spiritu aũt sancto dicitur Græcè hoc pneuma pneumatis, Hæbraicè ruth. Latinè spiritus. Vñ quidem in Prosa. Descendet in te sanctũ pneum. Postremo trophonarius non habet certum principium, quod ad placitum canatur. Nemo enim tenetur potius hoc uel illud Kyrieeleyson in aliquo festo dicere, quàm aliud. Contra uero antiphonarius certum habet initium, nimirum hoc, aspiciens a longe, quemadmodum Graduarij principium est, Ad te leuaui. Ab aduentu enim incipit ecclesia.

De quinque libris Lectionum. Cap. 60.

NVNC de quinque libris lectionum videamus. Et primus quidem est bibliotheca à βιβλιος, quod liber est, & θηκη positio. In eo enim totum continẽt vtrumq; testamentum. Atque hinc ppter

excellentiam, tanquam si dignior, & maior esset, solus omnium librorū materiæ nomen retinuit. Fiebant. n. omnes libri ex biblo. Vnde bibliopolæ uenditores librorum appellantur. Vel rectius ō liber hic dictus est bibliotheca, q̄ instar cuiusdam bibliothecæ multos, & uarios libros completatus. Secundus uero liber est passionarius, qui tñ plures sunt. Tertius est legendarius. Quartus homiliarius. Quintus deniq; sermologus, siue liber sermonū. Redeamus igit̄ ad primum, & singulos paulo accuratius examinemus. Bibliotheca uox est ambigua, & homonyma, siue ut nunc loquunt̄, æquiuoca. Vno namq; nosse, & locum ubi libri reponuntur, nempe armarium significat, & uolumen aliq̄d magnum cōpactum ex oībus libris noui, & ueteris testamenti. Sunt autem uiginti duo uolumina ueteris testamēti, quę ibi continentur, & octo noui, s. Euangelistæ quatuor, Epistolæ Pauli, Apocalypsis, Epistolæ canonicæ, & Actus Apostolorum. Volumina ueteris testamenti sunt quinq; libri Mosis, uidelicet Pētateuchus, quam propriè apud Iudæos dr̄ Thoral, i. lex, uel libri legis, super quos iurant illi, ut nos super euangelia tanquam sanctiora in nouo testamento. Sunt præterea, qui hoc pacto enumerantur, Iosue, s. Iudicum, cuius extrema pericope pars est libri Ruth Samuel, Malachim, quæ duo uolumina unū reputam⁹, videlicet Regū, q̄d tñ quatuor habeat partitiones, uel distinctiones. Postea ī vno volumine sequunt̄ alij quatuor Isaias, Hieremias Ezechiel, & Dauid. Sub uno uolumine comprehēdunt̄ duodecim prophetę minores p̄p nimiam breuitatē. Nouem, quæ deinceps sequuntur reputā tur hagiographa, ita tamen ut sint auctētica, numerū liber psalmorum, liber Iobi, tres libri Salomonis, s. Parabolæ, siue mauis dicere Prouerbia, Ecclesiastes, & Cāti ca canticorum, liber Paralippomenon, Iudith, & Hester. Quatuor tandem enumerant apocripha, librum uidelicet Thobię, Machabæorum, Philonis, cuius principiū est, Diligite iustitiā, & Iesu filij Sirach, q̄ sic incipit. Omnis sapiētia a Domino &c. Appellatur q̄ue etiam Ecclesiasticus. Verum hos quatuor quidam non recipiunt, ecclesia tamen eos approbat, quod argūferē habeant librorum Salomonis, etiāsi eorum authores ,p certo ac uerè nō sciat. alios duos credimus Esdram composuisse, qui totam bibliothecam ueteris testamenti restituit, cum a Babylonijs esset cōbusta. Nos itaq; bibliothecam nostram, s. uetus, & nouum testamentum diuersis tēporibus legim⁹, iuxta uarias historias singulis mensibus, ut sic tandem cum totius anni circulo uniuersa obsoluatur. Vnde equidem non ignoro, quin illud in aduentu Dñi primo sit assignandum, & declarādum, sed facilius, & dilucidius apparebit, si ab alio tempore incipiat assignatio.

Quid legi debeat in Septuag. Cap. 61.

IN Septuagesima ergo legimus totum pentateuchum, quoad dies illi sint, uidelicet quindecim ante Pascha. Atq; ita quatuor oīno cantantur historiæ nimirū ex libris Geneseos, & quartus de Exodo. Primus liber Moysi est Genesis, in quo agit̄ de origine mundi: secūdus Exodus, in quo de exitu agitur populi Israelitici ex Aegypto: tertius Leuiticus: quartus est Numeri: quint⁹ Deuteronomius, hoc est, lex altera, cuius uelut quandam traditā nacephaleosin, sine recapitulationē. Per illos aūt dies quindecim usq; ad Pascha legitur Hieremias, & liber Baruch notarij eius, ut quidam testant̄. sub eod. uolu. Et quidem Hieremiæ Threni, siue lamētationes recitantur per triduum illud ante Pascha, quod appellamus tenebras. Dicuntur aūt Threni, eo q̄ tripliciter exponant̄ a Paschasio, s. historice, allegorice, & tropologicē. Vel a mōte Trenaro, ubi primo auditę sunt animarum lamētationes. Vel ideo et Threni appellati sunt, quòd in ijs post tertium quemque uersum litera sit alphabeti. Scriptum enim est opus illud quadruplici alphabeto, hoc est, in eo. quater ipsum alphabetum de integro repetitur: Vel denique, quod uerius esse puto, hæ lectiones ,ppterea dictæ sunt Threni, q̄ lamentationes contineant. Apud Græcos namque Θρῆνος, planctus est. Sic itaq; historia, quæ quindecim illis diebus narratur, sumpta est partim ex libro Hieremiæ, partim ex passione Domini in euangelio. Nunc transeamus ad octauam Pentecostes, ut ordinem veteris testamēti simili ratione persequamur.

Quid legi debeat ab octaua Pentec. usque ad Natale Domini. Cap. 62.

TVnc ergo usq; ad Calēdas Augusti legitur Samuel, Malachim, idest, liber Regum, & Paralipomenon cum historia: Deus omnium. Solet tamen in octaua Pentecostes cantari & legi de Trinitate, quantumuis Alexander Papa interrogatus, an etiam fieri debeat, dixerit se nescire diem peculiarem de Trinitate, nec de unitate. Sed officium eius præcipue propter hæreticos institutum fuisse credimus. Quare hic usq; ad Calēdas Augusti meminerimus, q̄ paulò ante cauendū esse præcepimus. Si. n. festum erit die dominica, secure mutabimus historiam. Similiter si secunda feria, si tertia, si quarta Calendæ fuerint mensis Augusti, præcedenti Dominica historiam libere mutabimus Si vero quinta, sexta, aut septima, idem facere poterimus dominica sequenti. Atq; hanc tāquam gñalem habemus regulam. Quod si deniq; mensis Calendæ fuerint die profecto, illa dominica mutabimus historiam, quæ Calendis sit proximior, siue ea p̄cedat, siue subsequatur. A Calendis igitur Augusti usq; ad Septembrem leguntur tres libri Salomonis & duo sapiētiæ, qui sunt apocripha, ita vt media pars cantici cāticorum reseruetur usq; ad Nativitatē beatæ Marię in Septēbri, atq; altera legatur in eiusdem Assumptione. Nam sermones, q̄ ibi sunt, ut Gogitis me ō Paula & Eustochiū, & Approbatæ consuetudinis est &c. Potius in Triclinio, seu refectorio legi debent. Tunc cantatur historia. In principio Deus, antequam terra, &c. Quod ad recreationem pertinet. Nam istud aliud in principio, quod est in Sexagesima, spectat ad creationem. Proinde a Calendis Septembris legitur Iobus per quindecim dies, & per quindecim alios dies Thobias, Esdras, Iudith, & Hester cum historia. Peto Dñe. In Octobri legitur liber Machabæorum cū historia: O Adonay Dñe Deus, & Adapariat Dominus. In Nouēbri Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ, cum historia: Vidi Dominū. Deniq; in Decēbri Isaias totus usq; ad Natale Dñi, nisi q̄ transire debeat idem lector id q̄d ipso Natali legitur, vt populus gentiū: Consolamini, Consurge, & quod recitatur in Epiphania, ut Surge illuminare Hierusalem. Hæc nāq; pertinēt ad Christum iam natum, cętera uero quæ in Aduentu leguntur ad Christum nasciturū. Atq; hinc est, q̄ illa oporteat prætermitti usq; ad Natale, q̄n tunc noua audiri debent. In ieiunijs tñ quatuor temporum, quæ sunt in Aduentu, & in vigilia Nativitatis Domini nihil Isaiæ legitur, q̄n proprias habent lectiones, & propria officia. Vnde & alia ieiunia ab his tāquam magis solemnibus officia petere soleant. Quare autem hæc habent, & noua illa, ratio est, q̄ olim Pontifex Romanus hisce ieiunijs ordines cōferre consueuit: Sed si festum Thomæ euenerit in ipsis ieiunijs, dicet Ecclesia lectiones de Sancto, & nō de ieiunio. Ita. n. usus inoleuit. Hoc ipsum tamen Romana Ecclesia nō obseruat, ut quæ sex recitet lectiones de ieiunio, & tres vltimas de Homilia Euangelij ipsius festi. In aduentu aliquando tres sunt historiæ, aliquando quatuor, si ipse fuerit quatuor hebdomadarum, quod raro fit. Et tantum quidem habemus de veteri testamē o, modo videamus de nouo. Ab octaua Paschæ usque ad Pentecosten legitur Ioannis Apocalypsis tribus septimanis, & Epistolæ canonicę duab. sequentibus usq; ad Ascensionem, quæ uumero sunt septē. Prima est Iacobi Alphæi, tres sequentes Ioannis Euangelistę, quinta & sexta Petri Principis Apostolorū, septima deniq; Taddæi, q̄ & Iudas appellatus est frater Simonis. Ab ascensione Dñi usque ad Pentec. leguntur actus Apostolorum. Primum quidē &c. Historia est: Dignus est Domine ad oīa pmissa. Ab octaua Epiphaniæ usq; ad Septuagesimam leguntur quatuordecim Epistolæ Pauli tam quæ sunt missę ad personas quatuor, q̄ quę ad decem ecclesias, ut ad Tuū, Corinthios. De euangelijs & psalmis dicetur suo loco. Ad hunc ergo modū de vtroq; testamento dispositum ab ecclesia habemus. Notandū interim obiter hoc est quatuor modis finiri lectiones, uidelicet p̄ Tu aūt Domine. Hæc dicit Dominus, conuerti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini ad me & salui eritis, & in Trenis Hieremiæ per Hierusalem Hierusalem conuertere ad Dominum Deum tuum, atq; vltimo in lectionibus mortuorũ, per Beati mortui, qui in Domino moriũtur. Cuius tñ rei vsus in Ecclesia admodum rarus est. Sed nos dicimus non quid fiat, sed quid fieri debeat. Cæterum homiliarias, quartum librũ esse diximus: legitur in Natali, & in festis eorũ, qui propria habent Euangelia, ut in festo beati Thomę, in Paschate, Pente. cum suis ferijs, ac tandem ẽt recitatur diebus dominicis. Octo vero dies Paschę computantur cum Septuagesima, quòd illa septima sit septimana a Quadragesima, p quam idẽ designatur, quod per Septuagesimam, in cuius septima decade filij Israel acceperunt redeundi licentiã, & iam quasi liberi erãt, ideoq; diebus illis cantica lætitiæ inclamantur. In Sabbato autem in albis geminatur Alleluya, qñ finitur Septuagesima. Quo q dẽ significatur absoluto præsentis huius vitæ cursu nos duplicé accepturos stolã, quum ad nostram illam Hierosolymam peruenerimus. Vocatur autem sabbatum istud in albis, q in Paschali Sabbato Baptizati tunc albas vestes deponebant, qua octauo die sumpserat. Proinde uero libri Passionarij leguntur in ipsis diebus martyrum. Sed horum aliqui, teste Gelasio, apocriphi sunt, ut de beato Gregorio, de Quirico, & Iulita martyribus, ac qui omnino ciusmodi sunt, ut eos cõposuisse ferantur hæretici, ob quorum infamiam ab Ecclesia interdicuntur. Quod autem sint canonizati suo loco dicetur. Nec quidem omnes homeliæ sunt approbatæ, ut quædam sunt Origenis, qui ad hæresim declinauit. Quædam tñ eius leguntur a Hieronymo castigatæ, sed in ijs subticetur nomẽ auctoris propter infamiã hæresis. Quemadmodũ etiam Salomonis nomen in lectionibus supprimitur ob notã idolatriæ, & Moysis pp hęsitationem, quã habuit ad aquas contradictionis, quia Dominum exacerbauit. Non. n. dr Lectio libri Geneseos Moysis legislatoris, sicut dicimus, Lectio libri Apocalypsis Ioan. Apostoli. Nonnulli tamen hoc pacto in principio Homeliarum dicendum esse existimant. Homelia Origenis a Hieronymo castigata. Atque in sequentibus quasi hoc modo, Homeliam eiusdem. Sunt aũt ferè hi, qui Homelias posteris reliquerũt, Augustinus, Gregorius, Beda, & Origenes. Breuiter ergo passiones legi debẽt in festis martyrũ, legẽdæ in festis, qui propria habent euãgelia, ut in beati Thomæ, tres ultimæ lectiones ex homelijs sint oportet, atq; aliæ ex passionibus. At uero legẽdarius appellat liber, q vitas & obitus tradit confessorum, cuiusmodi sunt Hilarij, Martini, & aliorum, quos Sacrosancta Ecclesia confirmauit, ita ut in eorum festis istiusmodi liber necessario legat. vltimo tandem liber sermonum, qui & Sermologus nominatur, legi conuenit a Natali vsque ad octauam Epiphaniæ, quos Leo Papa & complures alij composuerũt. Sed idem liber legitur in Purificatione beatæ Mariæ Virginis, & præter festa alia, etiam ipso die omnium Sanctorũ. Proinde præcipuas homelias composuerunt Gregor. & Beda, qui tamen nullas, præterquam eas, quas ante Augustinus ediderat, composuit. Namq, ille hoc vnum de suo addidit, q eas suis verbis quodammodo vestiuit, vsq; adeo, ut quum in Augustino verba duntaxat essent disputationis, in Beda sint verba sermonis & lectionis.

De Libris cantuum. Cap. 63.

NVnc redeamus ad libros Cantuũ, idq; iuxta dies Aduentuũ. Primũ itaq; rñsum sequitur tres versus, quod si per vniuersum annum vagemur, non amplius fieri liquido cõperiemus. Fit. n. illud propter tria tẽpora antiquorum patrum aduentum Christi expectantium. Ac primum quidem tps fuit ab Adamo vsq; ad Noe, nempe ad diluuium. Secundum vero vsq; ad Moysen, & tertiũ vsq; ad Christum. Et q terra fiat in eodem responso repetitio, prima videlicet ab altiori, secunda a minus remoto, & tertia rursum a minus remoto & minori, causam habet huiusmodi. Eo nanq; modo ostendimus patres primi temporis remotius ab Aduẽtu Christi abfuisse, quàm patres secundi vel tertij, atque iterum longius fuisse patres secundi, quàm tertij. Sic quoq; tria sunt tempora patrum nouitiorum secundum Christi

Christi aduentum expectantium. Nã horum primum fuit ecclesiæ primitiuæ de Iudæis ad fidem conuersis, & secundum modò præsto est, simulatque Gentium sine Ethnicorum facta est introductio. Sed tertium erit, quũ omnis Israel saluabitur. Magis ergo remoti sunt, aut potius fuerunt primi quàm ultimi ut hoc pacto ad utrunq; aduentum allegoria hęc accommodari possit. Gloria patri tribus uersibus tandem subiungitur, q omne nostrũ desiderium, & seruitium ad trinum Dominum sit referendum. Non. n. istich fit repetitio alicuius partis, sed totius responsorij, qñ post hanc præsentem uitam omnia tempora consumabuntur. Tunc Deus erit omnia in omnibus, hoc est, cõsumatio omnium & sufficientia. Verum enim uerò de qualitate officij uideamus, deq; temporis reuerentia, continentia, & abstinentia. Ad qualitatem pertinet, quid tenendum sit, uel omittendum. Et quidem quid tenendum seu obseruandũ sit iam aliqua ex parte docuimus, addimusq; sub finem Aduentum cani debere septem antiphonas secũdi toni. & unã quamq; iuxta ordinem suo die usque ad Natale. Quæ quidem omnes uel ob id secundi toni sunt, q geminam nobis significent dilectionem, Dei uidelicet, & proximi, uel etiam propter duas naturas in Christo. Sunt autem septem, propter Spiritum septiformem, quo illuminati erunt ij, qui Christum expectabant. Sciendum tamen est, his septẽ antiphonis, quę sunt de Sacramento, additas esse duas alias, unam uidelicet de beato Thoma, aliam uero de beata Maria Virgine.

Quæ omittenda sunt in Aduentu. Cap. 64.

OMittenda sunt in Aduentu, ut in Septuagesima, quædam cantica lætitia, quemadmodum Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, Ite missa est. Verum enimuerò quum tempus istud partim sit lætitiæ, non subticetur Alleluya, sicut in Septuagesima, quòd tempus totum mœroris est. Quare considerare poterimus, tria ista sese mutuò sequi quidem, sed non semper. Quædam enim ecclesię in cathedra beati Petri, etiam si sit in Quadragesima festum, istud dicunt, Te Deum Laudamus, cæteris uero laudibus tacitis. Quia hoc cantico solemus ut ad intronizandos aliquos in suas sedes. Nã & eodem die Petrus in cathedra Antiochæna fuit constitutus. Rursus Gloria in excelsis, & Ite Missa est, dicitur ipso die solenni cœnę, si Episcopus præsens sit, & celebret officium de tribus oleis, sed Te Deum laudamus non dicitur, quoniã surgitur ad tenebras. Ob quã etiam causam subticetur in Psalmis, & in responsorijs hisce diebus Gloria patri, quia tũc multum dehonestata est Trinitas, maximeq; illo triduo. Itẽ in prima Missa Natalis Domini cantur Gloria in excelsis, nec tamen dicimus, Ite Missa est, donec & tertia Missa sit absoluta. Alioquin enim recederet populus, & nõ audiret matutinas. Vnde nonnulli Sacerdotes reseruat collectam, siue orationẽ finalem primæ Missæ, donec cantentur matutinæ, ac postea dicunt & concludunt missam cum Benedicamus Domino: Deinde uerò incipitur missa secunda, & pari modo finitur, nel per. Ecce completa sunt, in quibusdam ecclesijs ne populo licentia abeũdi detur, sciatq; se adhuc debere tertiam audire Missam, sub cuius finem exprimitur, Ite Missa est, quæ laus pertinet ad resurrectionem, sicut Gloria in excelsis ad Natiuitatem. Atque hæc quidem est ratio, quamobrem utrunque in Aduentu subticeatur, quod tunc utrunque auidè expectetur, sed Te Deum laudamus ideò tacetur, ut cum maiori ardore resumatur ipso die festo, uel quia nondum præsens est, quem expectamus, quum ad præsentes hoc cantico uti soleamus. Sic & pro Dominus regnauit, dicitur Miserere mei Deus, & cantica illa, quæ sunt Annæ, Moysis, Abacuc, atque alia quæ isthic, ut Ego dixi, & Audite cœli, quæ per singulas hebdomadas dicuntur. Hora uerò Beatæ Virginis idcirco subticentur, quòd totum illius temporis officium ad eius laudem sit. Hinc etiam animaduertendum est, quòd in festis nouem lectionum, si quæ sunt, in aduentu, ad tertiam debeat celebrari Missa solennis, cum Gloria in excelsis, &, Ite Missa

est,

est. Vnde etiam in plerisque ecclesijs nigras cappas deponunt ad missam illã tanquam in Paschali tẽpore, nec genua tunc flecti debent. Missa vero absoluta cappæ resumuntur, & sexta ac nona cantata, auspiciatur Missa de ieiunio, atq; dum diaconus pronũciare debet ad huiusmodi missam, & in omni tempore ieiuniorum. Flectamus genua, exceptis ferijs ijs, quæ Pẽtecostem proxime sequuntur, in quibus propter reuerentiam festi cantica lætitiæ non subticentur, s. alleluya. Te Deum laudamus, atq; Ite missa est. Proinde uerone que hic vllius Sancti cõmemoratio fieri oportet, siue Christi Aduentum præcesserit (quum eius temporis omnes ad inferos descenderint, unde & pro eis non solennizat ecclesia) siue secutus fuerit Xpi Aduentum, quum eorum singulis diebus hic commemoratio fieri debeat, Ecce Dominus ueniet &c. antiphona est, quæ canitur post Benedicamus Domino, & sequitur oratio huiusmodi, Conscientias nostras quæsumus Domine uisitando purifica, ut ueniẽs Dominus noster Iesus Xps cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mansionem, qui tecum &c. In Antiphona ponitur, omnes sancti eius cum eo, & in oratione, cum omnibus sanctis, ita ut hinc necessarium non sit fieri speciatim aliquorum sanctorum commemorationem. Sed oportet intelligamus, hanc orationem pertinere ad secundum aduentum, qui efficitur in mente hominis, quum uidelicet, legitur. Vt veniens Dominus Iesus Christus paratam sibi in nobis mansionem inueniat. Verum tunc addi non debet cum omnibus sanctis Nãsi illud adijciatur, iam ad tertium aduẽtũ uidebitur pertinere. Est n. Aduentus Xpi triplex. In carne, in mente, qui singulis diebus in humanis animis contingit per Spiritum sanctum, & tertius in maiestate, qui aduentus erit in die iudicij. De secũdo aduentu, qui sit in humana mente, inquit Salomon, Domine, mitte sapientiam tuam, ut mecum sit, & mecũ laboret. Est rursus & alia ratio, quæ eiusmõdi est, ut duos nobis significet Aduẽtus, nimirum, Excita Domine potentiã tuam, & veni, ut ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis &c. Ad primum aduentum pertinet, cum dicitur: Te protegente me reamur eripi: ad secũdum vero, quum legimus, te liberante saluari.

De temporibus quibus non debent nuptias celebrari. Cap. 65.

IN Aduentu non debent celebrari nuptiæ, sicut nec in Septuagesima, quòd huiusmodi tẽpora orationi potissimum sint deputata, ac tunc potius ab vxorio lecto quilibet debeat abstinere, quàm eidẽ ad ungi. Pari modo faciendum est in sacris solemnitatibus, cum earundem ferijs, sicut in Pascha, & Pentecoste. Et certe quidem diebus quoque dominicis, ac in festis Apostolorum præcipue continẽdum est. Solemnitates namque institutæ sunt, ut liberius uacari possit orationi. Verum enim uero rustici contra libentius illis dictus conueniunt, ut vacent potationi Sed in omnibus his cautum oportet esse sacerdotem. Sæpenumero enim accidit, ut mutũ pecus docet animal diuinũ, hoc est laicus clericum. Ac generatim quidem obseruandum est, quòd quocunque tempore abstinetur a nuptijs, abstinendũ sit ab amplexu coniugis, nisi quando ob fragilitatem incontinentiæ poscat debitũ ab vxore, uel illa a uiro. Illud enim exigẽti persoluẽdum est, quia vir, ut inquit Apostolus, non habet potestatem suæ carnis, sed mulier, & econtra. Secundum has ergo rationes non debent nuptiæ celebrari, etiam trib⁹ illis septimanis, quę festum sancti Ioannis Baptistæ præcedunt. Verum hoc in quibusdam ecclesijs iampridem in dissuetudinem abiit. Fuit tamẽ ratio, quare ecclesia constituerat ieiunandam esse Quadragesimam ante festum sancti Ioannis, sicut ante Natale. Sed propter fragilitatem humanã duæ illæ Quadragesimæ redactæ sunt in unam, atque illa tunc bipartita fuit in tres septimanas præcedentes Natalem, & tres præcedentes festum sancti Ioannis. Quoniam igitur tempora hæc orationi sint maximẽ dedicata, quàm ideo instituimus, ut ad eę los perueniamus, quod tamẽ efficere nõ possumus sine duobus alijs, s. ieiunio, & eleemosyna, quæ ad cœlos hominem facile deferunt, ideo ordinatum est ieiunium

vt

ut quod nobis remanserit propter ieiunium pauperibus erogetur, ideoq;, & sponsus debet abstinere a lecto vxoris, ut liberius, ac commodius uacet orationi. Atque ita non fiunt nuptiæ a prima Dominica Aduentus vsq; ad Epiphaniam, nec etiam fierent nisi ad octauam usque Epiphaniæ, nisi Dominus nuptias tũ sui præsentia, tum miraculo decorasset. Præterea in Aduentu sciendum est, quemlibet uersum dici posse, si sit de Aduentu ut, ægitditur Dominus de loco sancto suo in maiestate sua, & ueniet ad iudicandum. Et, Veni Domine ad liberandum nos. quod potest dici de quolibet Aduentu. Aduentus enim qui fuit in carne, liberauit animas nostras a seruitute diaboli. Aduentus uero in mente liberat animas a peccato. Aduentus denique in maiestate liberat corpora. Postremo obiter notandum est festum beatæ Luciæ hic adiunctum habere Italicè *Charthar*. Quia tũc maximè carnes solent deponi, quemadmodum secunda dominica Septuagesimæ dicitur vulgò Carnis priuium.

De festis, & ieiunijs Aduentus. Cap. 66.

DEinceps modo videamus de ijs, quæ accidũt Aduentui, & de eius festis, & ieiunijs. Et in primis quidẽ hic cognoscamus, si festum S. Andreæ cõtigerit prima dominica, id persequendum esse secũda feria. Idem obseruari uolumus, de quolibet festũ tam Apostolorum, q̃ Martyrũ, si contingant dominicis priuilegiatis, quos paulo commemorabimus. Sic quoque si festum eiusmodi ipso dominico contigerit, quòd uigiliam habeat, eius secunda feria celebrabitur officium, eritq́ue ieiunium in sabbato, si uidelicet inofficiata sit uigilia, id est, si proprium habeat officium. Item si qualibet alia dominica ex priuilegiatis, festum Apostoli, uel præcipue alicuius martyris, uel alterius Sancti, qui proprium habeat officium euenerit: restat uidere, an septimana sequens sit inofficiata, hoc est an proprium singuli eius septimanæ dies habeant officium. Quod si non habeant illius dominicæ officio supersedebimus, atque eius loco festum hospitis, id est, sancti aduenientis ad dominicam celebrabimus: si uero habeat manente officio dominicæ festum transferetur ad secundam feriam, atque hoc pacto dies dominica interdum cedit festo, interdum uero non. Et quidem quare? Quoniam ibi officium renouatur. Proinde ieiunia quatuor temporum in tertia septimana Aduentus oportet celebrari. Aduentus autem debet uiginti & unũ diem, id est tres septimanas integras habere, præter uigiliam Natalis Domini. Cum ergo aduẽtus semper incipiat a die dominica, si etiam simili die, uidelicet dominica Natalis Domini contigerit, necessarium est, ut Aduentus protrahatur quatuor hebdomadis. Aliqui uigilias Natalis Domini, & ieiunia quatuor tẽporum concurrerent, quorum utrunque peculiare habet officium, & ad diuersa pertinent tempora. Nam uigilia spectat ad tempus gaudij, cum non sit de Aduentu, sed de Natiuitate, quare ad eundem modum nõ haberet Aduentus uiginti & unum dies, excepta, ut diximus, uigilia. Si autem contigerit Natalis Domini in secunda feria, uel deinceps usque ad dominicam, tunc præter dies uiginti & unum, facile habebimus diem, quo faciamus uigiliam, quia ipso die dominico, qui proprium officiũ non habet, celebrabitur uigilia, & alleluia canetur propter dominicam. Sed ieiunabitur sabbato præcedenti, tam pro ieiunio quatuor temporum, quàm pro uigilia Natalis Domini. Quantum uero attinet generaliter ad ieiunia, cognoscendũ est, cum ieiunia uernalia primo instituta sint in prima septimana Veris, æstualia in secunda Iunij, Autumnalia in tertia Septembris, Hyemalia in quarta Decembris, id omne propter multas confusiones, quæ inde nascebantur, abrogatum esse, & regulariter definitum, quo tempore eorum quodque fieri debeat. Et hyemalibus quidem dictum est, quod semper in tertia septimana aduentus fiant. Sed de alijs regulariter sciendum est, quod in prima septimana Quadragesimæ semper incipiant uernalia, in septimana Pentecostes semper æstualia, autumnalia uerẽ seruent institutionem, cum semper in tertia septimana Septembris fiant. Cauendum interim diligenter est, ne in computatione

tatione illarum ſeptimanarum fallamur. Nam ſi calendæ illius menſis, hoc eſt, ipſe menſis incipiat prima feria, vel ſecunda, uel tertia, uel etiam quarta, tum illa eius menſis ſeptimana computabitur, & in ea, quæ eſt ab illa tertia, fient ieiunia. Si vero menſis inceperit quinta, uel ſexta, uel ſeptima feria, tres illas ſeptimanas numerare ordinemur a ſequenti dominica, & eodem modo in tertia fient ieiunia. Atque ita ſanè dies præcedentes, quo ad computationem ſeptimanarum planè erunt inutiles. Sic igitur huiuſmodi habemus regulam, ut ab illa dominica, quę p̃pinquior fuerit Calendis Septembris, i. pridie menſis ſemper numeranda ſit prima ſeptimana, ſiue ſubſequatur, ſiue præceſſerit.

De anniuerſarijs mortuorum, & vigilijs Sanctorum. Cap. 67.

DE anniuerſarijs uero mortuorũ dicemus, q̃ ſi contingerit dominicã die, uel alia quauis celebri ſolemnitate, non debeant mutari, & in ſequẽtem diẽ differri, quemadmodum de feſtis Sanctorum diximus, ſed potius fiant die præcedenti, ut citius ſuccurratur eorum pœnis, quas igne purgatorio ſufferunt. Vt enim Sancti non indigent noſtro auxilio, & beneficio, ita cæteris defunctis omnino eſt neceſſarium. Omni tempore poteſt celebrari miſſa pro defunctis præſente cadauere, niſi paraſceue. Tunc enim non debet corpus Chriſti imolari, nec miſſa cantari, ſed die craſtino, ideſt ſabbato poterit miſſa pro eo cani, & corpus ſepeliri. Pari modo etiam faciendum eſt ipſo die Paſchæ. Si enim quis tunc moriatur, poſtero die miſſa eſt celebranda, ſeruato corpore tantiſper ſuper terram. Nam fieri non debet, ut ſepeliatur abſque miſſa. Porrò autem de vigilijs Sanctorum generaliter dicimus, q̃ ſi propriam habeant collectam in miſſa, ea debere dici ad ueſperas. Et ſi dñica ſit in uigilia, dicemus veſperas de dominica, & poſt alias de Sancto, uel cum Magnificat legimus duntaxat collectam, ut Moguntina facit eccleſia, & monachi, uel cũ ſola antiphona dicemus orationem, ſiue collectam de feſto, ſi propriam, & peculiarem non habeat uigiliam, cui ad poſtremum ſubiungemus, Benedicamus Domino.

De vigilia Natalis Domini. Cap. 68.

SEquitur vigilia Natalis Domini, quæ propriam habet miſſam, & propriam in ea collectam, quæ item in ueſperis dici debet, quod idem obſeruatur in alijs vigilijs. Sin contra fuerit, hoc eſt, ſi uigilia peculiare officium non habuerit, collecta in ueſperis de ſequenti feſto dici oportet. Cantantur ergo in uigilia Natalis Domini hi pſalmi, Laudate pueri Dominũ, Laudate Dominum omnes gẽtes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum, quoniam bonus, Lauda Hieruſalem Dominum: ſed in completorio cani debet hymnus. Veni redemptor Gentium.

De Natiuitate Domini. Cap. 69.

NVnc de ipſo die Natiuitatis agam⁹, quo ante primos nocturno tres pãnos ſuper altare poni conſuetum eſt, ad declarationem trium temporum, ſingulisq; nocturnis unum auferri. Et primus quidem niger erat, pro tempore ante legem. Secundus ſubcandidus, pro tempore reuelationis: & tertius rubeus pro tempore gratiæ, propter dilectum ſponſum candidum, & rubicundum. Poteris alibi facilè inuenire, quemadmodum ueteres interpolate, & diuerſis uicibus ad nocturnos ſurgere ſolebant, uidelicet in conticinio, nocte media, & in antelucano. Poſt tertium nocturnum incenduntur lumina eccleſiæ, & recitato Euangelio, Liber generationis, cantatur: Te Deum laudamus, ad conſignandam congratulationem, quæ facta fuit ob inuentã drachmam, quam mulier perdiderat, in cuius inueniendæ gratiam ea lucernam incendit totamq; domum euertit, hoc eſt, eccleſiã triumphans ex inferno per Chriſtũ oĩno extrahitur. Quatuor autem illo die leguntur Euangelia, unum Matthæi, alterum & tertium Lucæ, quartum Ioannis;

ut de Natiuitate Chriſti quatuor teſtes perhibeant teſtimonium. Quamquam ſanè duo, uel ad ſummum tres ſufficere poſſunt, cum in ore duorum, uel trium teſtium ſtet omne uerbum. Quamobrem uero Iſaias legatur in primo nocturno, ſupra a nobis offenſum eſt. Verum diligenter hic animaduertere debemus, trium ſ̃cipuè ſcripturas hoc tempore in eccleſia frequentari magis, quàm aliorum. In primis nimirum Danidis prophetæ, qui fuit homicida, proditor, & adulter. Deinde Matthæi Apoſtoli, qui & publicanus dictus eſt, & hoc ipſo nomine infamis. Poſtremo Pauli Apoſtoli, qui perſecutus eſt eccleſiam. Quod quidem non abs re ita inſtitutum fuit, ne uidelicet deſperent alij, quantumlibet peccatores, propter facta præcedentia, eleemoſynas, uel orationes Deo diſplicere, quin ſi pœniteant, certo ſciant ſe ueniam facile conſequi poſſe, quãtumuis graui noxa perplexi ſint. Poſt Te Deum laudamus, dici oportet a ſacerdote iam è ueſtiario egreſſo, Confiteor, atque inchoari prima miſſa, ubi de æterna Chriſti generatione obſcura, & ignota agitur, Quo quidem fit, ut illa etiam nocte cani debeat. Abſoluta uero illa, dicuntur laudes, & finiuntur eadem oratione cum miſſa. ut hanc atque illas idem planè officium innuere exprimamus. Apparente aurora, ſtatim incipitur ſecũda miſſa, in qua agitur de completione, ſiue impletione promiſſorum de Chriſto naſcituro. Vnde profecto ſic illam auſpicamur, Lux fulgebit, quum illucente die, ac matutino apparente inchoetur. At dixerit hic ſemicoctus aliquis grammaticus, ergo deberet ibi eſſe lux fulgens. quod uerum non eſt, quia tunc rubet. Sed intelligendum eſt, ut diximus de impletione p̃miſſorum, quaſi dicamus, tum lux fulgebit, quum Chriſtus aduenerit, qui uera, & æterna lux eſt: cumq; omnia, q̃ de eius Aduentu iam multo tempore dicta ſunt, complebuntur. Proinde hæc Miſſa, ut & ante dictum eſt, finitur hoc modo, Ecce cõpleta ſunt &c. Prima ergo pertinet ad generationem ex patre ſine matre, uidelicet æternam. Secunda ad eam, quæ fuit ex matre ſine patre, ut temporalem. Tertia autẽ quaſi compacta, & coniuncta eſt; tradit enim utramque. Nam quod in eius exordio dicitur, Puer natus eſt nobis, ad temporalem ſpectat generationẽ, ad æternam uero Euangelium Ioannis. In principio erat uerbum Pars tamen illius Euangelij poſtrema, nimirum, Verbũ caro factum eſt &c. ad temporalem natiuitatem referẽda eſt. Dicitur autem huiuſmodi duplex natiuitas, ut nos haud obſcure intelligamus natiuitatem Chriſti terreſtrem nobis proculdubio contuliſſe natiuitatem cœleſtem. Vnde illud eſt, q̃ in feſto beati Stephani dicitur, heri natus eſt Chriſtus in terris, ut hodie Stephanus naſceretur in cœlis. Deniq; neumæ, quæ fiunt in miſſa, gaudium repreſentant, quę potius per e, ut Kyrie, uel per a, ut alleluia fieri ſolent, quàm per alias uocales, ut per has ſignificemus gaudium ſpirituale, q̃d reſtitutum eſt nobis in partu Virginis, cũ facta eſt immutatio huius uocalæ Euæ ſalutante Angelo, & dicente Aue Maria. Eius enim nominis, ſcilicet Euæ ſignificatio manſerat uſque ad ſalutationem Angeli. Hanc autem ſignificationem, nempe luctus Adæ, & Euę, naſcentes exprimunt pueri, ſi nimirum puella naſcatur profert, ut vulgus quidem exiſtimat, e; cũ maſculus a. Illæ igitur neumæ repreſentant dolorem, quem nobis contulit tranſgreſſio Adami, & Eaæ. Sed gaudium planè reſtitutum eſt in beata Virgine, cui non dictum eſt EVA, ſed AVE.

De feſtis Natiuitatem ſequentibus. Cap. 70.

DEinceps ſequitur ordine couenienti, ut de ijs feſtiuitatibus modo tractemus, quæ Chriſti Natiuitatem p̃xime ſequuntur. Debent ergo ueſperæ Natalis primo integrè celebrari, ac poſtea conueniunt diaconi quaſi in tripudio, cãtantq; Magnificat cum Antiphona de S. Stephano. Sed ſacerdos recitat collectã Nocturnos, & uniuerſum officiũ craſtinum celebrãt Diaconi, quod Stephanus fuerit Diaconus, & ad lectiones concedunt benedictiones. ita tamen, ut eius diei miſſam celebret hebdomadarius. hoc eſt ille, cuius tum uices fuerint eam exequi. Sic eodem modo omne officium perficient ſacerdotes

dotes ipso die B. Ioannis, q̃ hic sacerdos fuerit, & pueri in ipso festo Innocentum, quia Innocentes pro Christo, occisi sunt. Sed ignorandum non est, passionem beati Stephani factam fuisse in Augusto, illo die, quo eius celebratur inuentio, & contra inuentionem eiusdem fuisse postero die: natiuitatis Domini. Verum enimuerò cum dignius, & præstantius sit festum passionis inuentione, idcirco trauslatum est ad tempus Natalis Domini. Vel etiã ob hanc rem, q̃ ei eodem hoc die dedicata sit basilica. Poterit tamen & alia esse ratio, quoniam Stephanus post Domini passionem pro Christo primus martyriũ perpessus est, quod nasci dicitur in cœlis, cuiusmodi natalem nobis Christi natiuitas in carne contulit. Consentaneum ergo fuit, ut natiuitati Christi continuaret natale S. Stephani, quo per hoc notaret, natiuitatem unam sequi ex alia. Vnde & est, q̃ in ipsius uita legit. Heri Christus natus est in terris, ut Stephanus hodie natus sceretur in cœlis. Eodem ferè modo de festo S. Ioannis Euangelistæ censendum est, quum ille dies quo se depositi in foueam post celebrationem sacrorum natalis fuerit sancto Ioanni Baptistæ, hic tamen cum illi cessit, de quo dictum erat a Domino. Inter natos mulierum non surrexit maior &c. atque festum huius translatum est ad tertium diem natalis Domini, ut omnes suos comites haberet sponsus, qui rubicundus est, & candidus. Vel ob id etiam, quòd eo die ipsi dedicata sit basilica: uel tandem, quia eo die insulatus est: Fuit. n. Patriarcha Ephesinus, tunc autem scripsit Euangelium, de quo Beda inquit. Quòd si paulo altius intonasset, uniuersus mũdus uix capere potuisset, ita ut hinc quoque Hieronymus eum uocitet uocem Aquilæ. Simili ratione Innocentes nõ statim quidem quarto die post passi sunt, sed quarto die anno reuoluto. Qñ quidem cum Herodes a filijs suis accusatus erat, debuit Romam proficisci, ibiq̃ coram Augusto Cæsare causam suam defendere, ita ut simulatque causam obtinuisset, ac iam redijsset, immane istud facinus perpetrauerit, omnes interimés pueros a bimatu & infra. Credebat enim puerum natum magnum fore, cui astra famulabantur, & timebat ne per illum regnum suum amitteret, de quo plenius in Matthæo legitur. In festo itaq; innocentum penitus subticentur cantica lætitiæ, quoniam ij ad inferos descenderunt. Si uero contingat eorum festum die dominica, tunc nullum subticetur, propter diem resurrectionis. Nec etiam in illorum octauis aliqua cantica lætitiæ supprimuntur, ut significemus gaudium, quod accepturi sunt in octaua, ideſt, in resurrectione.

De circuncisione. Cap. 71.

IN Circuncisione duo simul facta concurrunt, parientis scilicet, & partus, propter octauas. Vnde sanè est, quod eo die duas missas celebrare debeamus, primam de beata Virgine, scilicet, Vultum tuum, aliam de octauis, nimirum. Puer natus est nobis, & dicitur illo die Euangelium Lucæ. Postquã impleti sunt dies octo &c. Sunt nonnulli alij, qui tria hæc festa cõcurrere arbitrentur, de beata Virgine, de octauis, & de Circuncisione. Nã etiam si tum circuncisus non fuisset, nihilominus tamen fierent octauæ. Sed quoniam modo de octauis mentionem fecimus, non incommodum erit, si eas paulo plenius persequamur. Sunt enim nonnullæ octauæ institutionis, ut sunt eorum, qui habent uigilias, nonnullæ deuotionis cuiusmodi fieri possunt in honorem cuiuslibet Sancti: Nonnullæ etiam uenerationis, ut sunt eæ, quæ solius Dei esse dicuntur. Nam octauæ Natiuitatis, Paschę, & Pentecostes sunt uenerationis Christi. Sunt item & octauæ significationis, ut Innocentum, per quas nostra significatur resurrectio, quo quidem fit, ut tunc lætitiæ, siue laudis canantur cantica. Nam tametsi quidem ad inferos descenderint, resurgent tamé nobiscum in gloria. Quã quam nihilominus, & de quibusuis alijs sanctis octauę significationis dici possũt. Totum interim tempus, quod est ad purificationem usque, tractat infantiam Saluatoris, ita ut hinc aliorum sanctorum cõmemorationes fieri non debeant, & quidem maximè sanctæ Crucis, iuxta illud uulgare dictum. Non coques hœdum in lacte matris.

De

De festo Hypodiaconorum. Cap. 72.

FEstum Hypodiaconorum, quod uocamus stultorum, a quibusdam perficitur in circuncisione, a quibusdam uero in Epiphania, uel in eius octauis. Fiunt autem quatuor tripudia post Natiuitatẽ Domini in ecclesia, Leuitatem scilicet sacerdotum, puerorum, ideſt minorum ætate & ordine, & hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Vnde fit, ut ille quandoq; annumeretur inter sacros ordines, quandoque non, quod expresse ex eo intelligit quod certum tempus non habeat, & officio celebretur confuso.

De Epiphania. Cap. 73.

POST hæc sequitur dies apparitionum, siue Epiphaniarum, quæ plures leguntur fuisse eodem die, annis tamen diuersis. Quarum quidem una effecta est per stellam decimotertio die a Natiuitate Christi. Atque hæc propriè dicitur Epiphania, a Greco uerbo ἐπιφαίνομαι quod est appareo. Altera uero facta est per uocem Patris, eodem die anno tricesimo, & appellatur θεοφανία, a θεός, quod nobis est Deus. Tertia deniq; nominata est Bethania, nomine conflato ab Hæbreo & Græco, uidelicet a Beth, quod domus est, quæ item alio anno eodem die contingit. Apparuit. n. in domo per trasformationem aquæ in uinum. Atque hæ quidem tres Epiphaniæ leguntur in Euangelio tanquam eodem die factæ, Quartam addidit Beda in commentarijs in Lucam, eodem die fuisse factam anno reuoluto, uidelicet quæ fuit de refectione panum, dicituŕque phagiphania à φαγω, quod est, comedo. His hominibus manifestatus est Christus esse Deus. Quatuor ergo festa sunt uno die. Si quæratur, qua ratione tam citò reges uenire potuerint cũ ipso die Natiuitatis primo eis stella uisa sit, ita ut difficile fuerit ab exteris regionibus spatio dierum tredecim itinere terrestri uenire Hyerosolimam. Sed huic nos bifariam respondere possumus, q̃ nimirum ut pleriq; affirmant, eis antè Natiuitatem stella apparuerit, uel qđ, ut alij putãt, Dromedarijs uenerint. Est aũt Dromedarius animal paulo minoris staturæ quãm Camellus, cum tamen cursu multo uelocior. Potest. n. uno die tantum itineris conficere, quantum equus diebus tribus: si rursum roget quis, quonam stella illa euanuerit? respondebimus iterum duobus modis, q̃ uel cecideritut quibusdam placet, in puteũ, ubi etiamnũ facilè fit conspicua ijs tantum, qui sunt uirgines, uel q̃, ut alij opinantur in priorem materiam sit dissoluta. Cæterum ipso festo Epiphaniæ ad primum nocturnum non dicimus Venite, idq; duplici de causa, tum quia Reges ad adorandum Christum non inuitati uenerunt, tum ne uideamur Herodem imitari. Ipse. n. omnes regni sui sapientes ad consilium conuocauit, non ut Christum adoraret, quẽadmodum falsò dicebat, sed magis ut ipsum perderet. Ad eadem profecto ratione & hoc profectum est, quod triduo ante Pascha osculum pacis non damus, ut proditori Iudæ nos dissimile esse ostendamus. In secundo aũt nocturno ad sextã antiphonam canimus. Venite exultemus. quia in sexta mundi ætate gẽtes ad Christi fidem peruenerunt, quarum primi fuerunt tres illi Reges, qui ad Christum adorandum è regnis suis profecti sunt. In tertio denique nocturno cantamus antiphonam. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: & Psalmum. Deus noster refugium, ordine Psalmorum retrogrado, qđ amplius in toto anno non fit, nisi in festo omnium Sanctorum. Sed quare tũc fiat, dicetur alibi. Ideo tertio nocturno, quia tertio tempore, ideſt, tempore gratiæ Fluminis (baptismatis scilicet) impetus, ciuitatem Dei nempe sanctam militantem ecclesiam lætificat, hanc mundando & ab omni labe purgando, ut ad septimam ætatem quiescentium fœliciter peruenire possit, ubi plenius ac cumulatius lætificabitur. Et quoniã quidem Dei ciuitas in ætate septima quiescentium quasi plenũ recipiet statum, cum ab omni pœnalitate eximetur, & sui conditoris gratissimo fruetur aspectu, ideo istiusmodi Antipho na septimo loco cantatur. In tertio nocturno Alleluya propterea frequẽtamus, ut in tertio tempore per baptisma lætitiã

Vide Innocentiũ Papã. 3. cõsti. 79

adue-

aduenisse monstremus. Ad hunc ergo modum incipi debent matutinę, Domine labia mea aperies. Deinde sequitur hymnus, si sit monachalis ecclesia: Si uerò non ex templo subiungitur, Afferte Domino filij, & Deus noster refugium. Ad postremum igitur, ut progrediamur ad cætera, facilè suspicandum est, reges non uenisse solus, sed eos secum magnum aduexisse Principum comitatum.

De Euangelijs apparitionis. Cap. 74.

SVnt autem tria Euangelia huius festiuitatis, unum de baptismo, scilicet Factum est, cum baptizaretur. secundum de Magis, nempè. Cum natus esset Iesus. tertium de nuptijs, atque hoc quidem legitur dominica sequenti. Cæterum illud nos latere non debet, duo Euangelia de Christi generatione legi nocte, alterum uidelicet in Natiuitate, alterum uerò in Epiphania. Quoniam utraque Christi generatio erat nocte, hoc est, obscura, & quæ primorum patrum sensibus percipi non poterat. Vna generatio fit descendendo, altera ascendendo, quòd una sit carnalis, altera spiritualis. In una ponitur Genuit, ut carnalis & téporalis generationis exprimatur successio: in altera ponitur. Qui fuit, ut donetur spiritualis generationis adoptio. Prima terminata est in uirginis partu, secunda inchoata est per baptismum. Inter octauas Epiphaniæ & Septuagesimam, legunt quidam responsoria de Psalmis, quæ sic dicuntur, quoniam lectionibus debent respondere & conuenire, cum tamen Psalmi non debeant legi nisi illo triduo ante Pascha.

De festis Sanctorum. Cap. 75.

NVnc ergo ad festa proximè sequentia breuiter transcurramus, Vt de beata Agnete quidem, cuius uitam cõposuisse dr Ambrosius, hoc solum scire sufficiat, q; octauas nõ habet institutionis. Cętero quin octauas habet alterius significationis causa. Eius autem solẽnitas celebrari cepta est propter quoddam miraculum, quod octauo die suis contingit parẽtibus, ad eius tumulum lamentantibus. In festo Beati Pauli cantantur quidam uersus tum antiphonis, quemadmodum etiã fit in festo beati Laurentij & beati Stephani. Paulus enim plus omnibus laborauit in concionando & prædicando. Laurẽtius grauius cæteris passus est, & Stephanus p fide Christi primus martyr extitit. Idem etiã fieri oportet de beata Maria, quòd priuilegiata sit in uirginitate, quia uirgo uirginum & fuit, & dicta est.

De Dominica post octauas Epiphaniæ. Cap. 76.

DOminica post octauas Epiphaniæ canitur, Omnis terra adoret te: Quare autem hoc fiat, rationem tradunt huiusmodi. Cum enim Augustus uniuerso orbi imperaret ad gloriam Romani Imperij huiusmodi edictũ proposuit, & promulgauit, ut quoque anno è singulis mundi ciuitatibus Romam aliquis ueniret tantum terræ secum adferens quantum complexu pugni compræhendere posset. Quod quidem ideò factum est, ut per hoc certo, atq; euidenter constaret, omnes subiectos esse Romano Imperio. Sed postea cum ex illa terra factus esset quasi monticulus quidam, in quo a Romanis ad fidem conuersis, ecclesia in honorem Dei fundata est illa Dominica. Ad cuius dedicationem Christiani ex diuersis regionibus conuenerunt. Quia ergo ex omni terra factus est monticulus ille, in quo huiusmodi ecclesia sit collocata, ideo in dedicationibus illius diei cantatur officium, Omnis terra adoret te &c.

De Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, & Quadragesima. Cap. 77.

POstquàm dictum sit de illo tẽpore, q; est inter Natalẽ Domini, & Septuagesimam interiectũ, ordo postulat, ut deinceps de ipsa Septuagesima, & eius gratia de Sexagesima, Quinquagesima, & quadragesima dicamus, idq; hoc potissimũ ordine, primò quid significent, Secundò ubi incipiant &

piant & ubi finiãtur, tertio de earum institutione; & quarto de officijs. Septuagesima igitur repræsentat tempus deuiationis siue pœnæ, & culpæ. Vnde statim ipsa prima dominica incipit legi historia libri Geneseos, & legitur usq; ad Dominicã, quæ præcedit eam dominicã, quæ in Ramis Palmarum appellata est, ubi agitur de deuiatione & errore primorum parentum. Deponimus hic etiam Alleluya, in quo sciendum est, illud nonnullos facere sabbato eo quòd præcedit ad horam sextam, nonnullos ad nonam, nonnullos ad uesperas, nõnullos etiam nocte ad nocturnos, nonnullos denique ipso die dominico ad primam, quæ quidem uarietas nata est uaria dierum inchoatione. Sunt enim quædam nationes, quæ diem auspicantur a meridie, eumque finiunt meridie die sequentis. Alij uero ad nonam, & terminant in sequentem nonam: alij rursus a uesperis, & eũ deducunt in alias uesperas, qui rectius faciunt alij denique inchoant a media nocte, & sequenti nocte media eundem finiunt, quod etiamnum obseruatur secundum decreta Romanorum. Si enim quis alteri pactum fecerit ad certum diem, nõ uidetur pactum fregisse ante mediam noctem sequẽtem, si ei tum satisfecerit. Sunt nonnullæ ecclesiæ, quæ cum magno tripudio deponunt Alleluya. Inchoatur autem Septuagesima a dominica, qua cantatur, Circumdederunt me & finitur Sabbato in albis, quod est post Pascha. Et ut nos simul de omnibus expediamus, Sexagesima incipit sequenti die dominica post Circumdederunt me, & terminatur in quarta feria post Pascha. Quinquagesima quoque inchoatur tertia Dominica post Circumdederunt me, & ipso Paschate finitur. Quadragesimam uero auspicamur Dominica qua canitur in Ecclesia. Inuocauit me, atque eandem finimus in cœna Domini. Septuagesima autem dicitur, quod septies decem habeat dies. Verum enimuerò hæc Septuagesima dierum, quam præsens obseruat Ecclesia, indicat nobis Septuaginta illos annos, quibus Israel fuit in seruitute Babylonica: Nam quemadmodum illi deposuerunt sua organa, dicentes. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita & nos quoque deponimus cantica laudis. At uero postea sibi data a Cyro sexagesimo anno redeundi facultate, cœperunt lætari, quemadmodum & nos in Sabbato Paschæ resumimus & cãtamus Alleluya, eorum imuendo lætitiam, quam ipsi habuerunt ob redeundi licentiam sibi præfitam. Sed quemadmodum illi in apparatu reditus, suas colligendo sarcinulas multum laborauerunt, sic nos quoque post Alleluya huiusmodi statim tractum subiungimus: Laudate Dominum, quo laborem significamus: Illi rursus quemadmodum cum lætitia redeuntes, itineris tamen labore uexabantur, ita nos per totam Paschalem septimanã Graduale cũ Alleluya cantamus. Per Graduale enim laborem exprimimus, per Alleluya lætitiam. Præterea ut illi patriam ingredientes plenam acceperunt lætitiam, sic nos Sabbato, quo Septuagesima terminatur, Domino canimus Alleluya. Et profectò tam nostra dierum Septuagesima, quàm illorum Septuagesima annorum quasi q̃dam historia est, qua totũ humani generis exilium ab Adamo usq; ad finem mũdi quodammodo figuratur, quod reuolutione septem dierum peragitur, & sub septem annorum milibus concluditur, ut p septuaginta dies, uel septuaginta annos intelligamus septuaginta annorum centenas. Ab initio enim usque ad Ascensionem septem millia annorum computamus. Exinde uero quicquid temporis sequitur usque ad finem mundi sub septeno millenario comprehendimus, cuius terminum solus Deus nouit. Quemadmodum ergo filij Israel septuagesimo anno per Cyrũ a captiuitate Babylonica fuerint liberati: sic nos per Christum in septima mundi ætate, uel in septimo millenario a seruitute diaboli sumus redempti, restituta nobis innocentiæ stolã per remissionem baptismi. Atque hinc est, quòd in Sabbato Paschæ unum Alleluya cantamus iam spe æternæ quietis, & recuperatione patriæ gratulãtes, Israel laborabat in apparando reditum, & in redeundo, nos quoque in Ecclesia præsenti pro satisfactione decem præceptorum legis laborare debemus. Sed cum finito

nito tempore nostri exilij ventum erit ad patriam, tum vtraque stola decorabimus, cũ videlicet corpus & anima simul glorificabuntur, quod significat per duo alleluya, quæ sub fine Septuagesimę cãtantur. Obiter ergo nota, quòd Septuagesima incipit a mœrore, & finitur cum gaudio, sicut psalmi pœnitentiales, vt vocant. Sexagesima vero sonat sexies decem, & significat tempus viduitatis ecclesiæ, ac mœrorem eius propter absentiam sponsi. Licet enim Christus sit nobis præsens secundum diuinitatem, iuxta illud. Vobiscum sum vsque ad consumationem seculi. tamen secundum quòd est homo, in cœlo est, & sedet ad dexteram patris, idest, patri est coæqualis. Vnde ipse ait: Nondum enim ascendi ad patrem meũ. hoc est, nondum sum ei coæqualis, vt vos opinamini. Dantur hic tamen sponsæ in remedium, & consolationem sex opera misericordiæ, quæ sunt pascere esuriẽtẽ, potum dare sitienti, visitare infirmum, vestire nudum, hospitio pauperẽ excipere, & peregrinum: quibus septimum ex Tobia additur, nimirum mortuos sepeliri. Hæc sunt data sponsæ, ut in eis se exerceat, vtque per eorum, & decalogi obseruationem sibi mereatur sui sponsi ianuã aperiri, & illius suauissimo amplexu frui. Sic Quinquagesima dicta est, quasi quinquies decem, significatque tempus remissionis, quemadmodum in lege veteri annus quinquagesimus dicebatur annus remissionis. Vnde hoc tempore maxime cãtatur psalmus quinquagesimus, scilicet, Miserere mei Deus, qui est pœnitentiæ, & remissionis. Hoc igitur tempore ieiunamus, ut peccatorum remissionem obtineamus. Postremò Quadragesima commendatur potissimum a loco institutionis, vt dictum est, a tribus temporibus, & a personis, quæ in illis ieiunarunt. Ab institutione; quoniam in paradiso fuit instituta, quando Deus Adamo prohibuit, ne comederet de fructu ligni scientiæ boni, & mali. A temporibus vero, & a personis; quoniam in tempore ante legem a Moyse fuit ieiunatum, in tempore legis ab Helia, in tempore gratiæ a Christo.

De institutione prædictorum. Cap. 78.

VIso quid prædicta significẽt, de eorum institutionibus subsequenter agamus, & primo de Quadragesima. In primis ergo videndum est, quare vocetur Quadragesima, cum potius dici deberet decima, quòd sit dierum decima. Verum hoc ita factum est ex consuetudine Ethnicorum, siue Gentilium. Quemadmodum enim Hebræi ex omnibus suis bonis decimam partem dabant, ita Gentiles quadragesimam, & tales reditus vocabant quadragesimam, vel decimam. Iuxta similitudinem igitur regij fisci, vel telonei, aut Romanæ exactionis dierum decimam, quam Deo persoluimus, quadragesimam appellamus. Tametsi quidem non habeat nisi triginta & sex dies de decima, & incipiat quadragesima, vt dictum est, dominica, qua cantantur Inuocauit me. Sed quia Christus ieiunauit quadraginta diebus, & nos debemus esse illius imitatores, additi sunt quatuor dies, vt similiter quadraginta dies ieiunemus. Atque etiam ideo quadraginta dies ieiunamus, vt diebus illis quadraginta a Paschа vsque ad Ascensionem, quos in lætitia acturi sumus, non excedamus, quin Christum caput nostrum ad cœlos cõsequi valeamus. Similiter sentiendum est de Quadragesima. Cum enim clerici considerabant se præcedere populum ordine, rati sunt æquũ esse, vt & sanctitate præirent. Quare duos dies addiderunt, & a die dominica ante Inuocauit me, incipiunt ieiunare. Atque ita instituta est Quinquagesima. Vel ideo etiam quinquaginta dies in pœnitentiam ducimus, ut peractis quinquaginta diebus lætitiæ post Pascham, ipso die Pentecostes digni habeamur, qui Spiritussancti gratiam suscipiamus. Verũ Septuagesimæ institutio huiusmodi sumpsit initium; Melchiades Papa, & Sanctus Siluester statuerunt, vt bis quoque sabbato comederetur, ne propter abstinentiam, & afflictionem carnis, quã sustinuerant sexta feria, quę oĩ tempore ieiunabatur, & adhuc debet ab oĩb. ieiunari, natura debilitaretur. In redẽptionẽ ergo sabbatorum

torum illius temporis, addiderunt vnam septimanam, & sic instituta est Sexagesima, quæ tantũ protenditur vsq; ad quartam feriam post Paschа. Sic quoq; aliam habet originem Septuagesima. Nam quũ propter venerationem diei Ascensionis in qua natura nostra cœlos ascendit, exaltata est vltra choros Angelorum, statutũ est a sanctis Patribus, vt quinta feria semper celebris haberetur. Sed quum nos eadem die nostra melius procuramus, factum est, vt illam diem secundũ antiquã consuetudinem solemniter non obseruemus. Pro illis ergo rursus vnam septimanam Sexagesimæ addiderunt, incipientes ieiunare a Circundederunt me. Atque ita instituta est Septuagesima, quæ ut dictum est, vsque ad Sabbatum post Pascha protenditur.

De officio istorum temporum. Cap. 79.

HIs ita breuiter consideratis, videndum est de officijs istorum temporum generaliter. Sciendum igitur est, ꝙ quædam hoc tempore omnino intermittuntur, quædam variantur, & quædam pro alijs mutantur, intermittuntur tria cantica laudis, s. Alleluia, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, excepto tamen ꝙ in cathedra beati Petri canimus. Te Deum laudamus, quum hymnus ille intronizandorum proprius sit, & ideo eum canemus. Quemadmodum in die cœnæ (quod etiam excipitur) Gloria in excelsis, dicimus, & Ite Missa est, atq; in ipso Sabbato Paschæ similiter Gloria in excelsis Deo, sed nõ Ite Missa est, nec Te Deum laudamus. Alleluia à Septuagesima usque ad Paschã non proferimus, sed voces quasdam loco eius vsurpamus. In principijs enim precum horarum, laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ, & in antiphonis, ac responsorijs, pro Alleluia dicimus, In æternũ, in Missa loco Alleluia cum suo versiculo, canimus tractum, ut nos dicimus. Quanquam uero nox hæc, Laus tibi Domine &c. videatur æquipollere voci huic Alleluia, magnum tamen inter utranque statuitur discrimen, quod vox hæc Alleluia angelica sit, illa humana atque hæc maiorem habeat authoritatem propter Hebraici sermonis dignitatem; illa uero minorem, ob Latinæ linguę inopiam, & paupertatem. Atq; in his quidem generatim obseruandũ illud est, quòd duo hæc. Flectamus genua, & inclinate capita, sese mutuo comittentur, neutrumque dici debeat die dominica.

De variatione officiorum. Cap. 80.

VAriantur vero officia, ut cum iste Psalmus; Dominus regnauit. qui est psalmus lætitiæ, ac cani consuetus est primus in laudibus, hoc tẽpore non cantatur, sed loco eius. Miserere mei Deus, qui psalmus est pœnitentialis. Cantatur tamen diebus dominicis ad primam, ut per hoc significetur, nihil debere in psalterio prætermitti, quin totum per septimanam saltem legatur, quod antiqui vno die facere solebant. Ad primam quoque propter eandem causam canitur, Confitemini Domino, quo innuitur pueros debere instrui, ut in Ramis Palmarum sciant Domino laudes decantare; quoniam hic psalmus ad illum præcipue diem pertinet, idque potissimum ob hunc versiculum. O Domine saluum me fac &c. Hoc tempore splendidas & ornatas vestes debemus omnes deponere, atque assumere vestes humilitatis. Tẽpore quoq; Quadragesimæ carnes deponi debẽt & intermitti tam solidæ, quàm liquidæ. Sunt autem duo genera carnis liquidæ; Alia enim est artificio liquida, ut eliquata per frixuram nempe sagina alia vero naturaliter, ut sunt caseus & ouа. Ait. Hieronymus contra Iouinianum; Ouum & caseus nihil aliud est, quam caro liquida. Sed quæritur cur hoc tempore pisces comedere liceat, ac non itidem carnes? cur non in quouis ieiunio perinde pisces, atque carnes, nobis omnousque religiosis sint interdictum? Atque ratio quidem hec esse poterit, quia Deus aquis non maledixit. Scebat enim per aquas fore peccatorũ, baptismatis ablutionem: hoc merito sit præstantissimum, quod facile est animaduertere, quòd ablutæ sordes, ac spiritus Domini ante mundi constitutionem ferri solitus sit super aquas, quemadmodum no-

bis scriptura recẽsẽt. Sed terra maledixit Deus in opere hominis, inde est, q̃ omne genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quam aues in ieiunijs comedere non liceat. Quanquam n. aues quædam versantur in aere, quædam in aquis, quæ vel in his, vel extra eas nascãtur, magis tamen dicuntur morari in terra, & ad naturam terrę pertinere. Vnde meherclè cum quidam pisces sint, qui ex vna parte habeant formam piscis, & ex alia formam animalis quadrupedis, vt porcus piscis, canis piscis, lupus piscis, qua parte piscis videtur posse in ieiunijs comedi, qua vero non, haud quaquam.

De festis, quæ sunt in principio Septuagesimæ, & primo de Purificatione beatæ Mariæ. Cap. 81.

NVnc dicendum est de duobus festis, quæ in principio Septuagesimæ quandoque contingunt celebrari, de festo videlicet beatæ Mariæ, & sancti Blasij. Festum autem beatæ Mariæ tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim vel purificatio beatæ Mariæ, vel candelaria, vel ὑπαντὴ Domini, purificatio beatæ Mariæ appellatur, quoniam illo die, qui est quadragesimus a Natali Domini, venit ad templum Virgo Maria secundum consuetudinem legis, ut purificaretur. Non quod immunda esset, sed propter partum, more aliarum mulierum. Non quia erat obnoxia legi, quæ hoc pacto præcipit. Mulier si suscepto semine masculum pepererit ab ingressu templi immunda erit diebus triginta tribus, a consortio nominum septem. Beata autem Virgo Maria non peperit ex suscepto semine, iuxta illud. Nõ ex viri semine &c voluit tamen legis consuetudinem obseruare, quoniam non venit Christus legem soluere, sed adimplere. Quare autem candelaria vocetur aliam authoritatem non habet, sed potius quia ex antiqua consuetudine ethnicorum, siue gentilium. Erat enim antiquitus Romę consuetudo, vt circa hoc tempus in principio Februarij vrbem lustrarent, eam ambiendo cum suis processionibus gestantes singuli candelas ardẽtes, & vocabatur illud amburbale. Atq; ita ab huiusmodi cõsuetudine illud quod fiebat ab ethnicis in vsus mysteretos circiter initium Februarij: a Christianis modo fit in festo beatæ Mariæ, ad laudem & venerationem ipsius. Vel ideo candelas portamus, ut per hoc imitemur sanctas Virgines, quarum beata Virgo Maria caput est, ut nimirum accensa nobis lampade castitatis, cum ea templum gloriæ ad verum sponsum ingredi mereamur. Vel etiam appellata est candelaria, propter multitudinem candelarum, & significationem, quæ in eis est. In candela enim est cæra, ignis, & lichinum. Cęra cõnotat carnem Christi & virginitatẽ, ignis Spiritũsanctum, lichinum deitatem in carne latentem ὑπαντὴ Domini, ideo dicitur hoc festum, quòd Simeon atq; Anna ppheti ssi Christo venerint obuiam, cum a suis parẽtibus adferretur, in templum, vt præsentaretur, ὑπαντὴ enim obuiatio, siue præsentatio dicta est.

De festo sancti Blasij. Cap. 82.

ALterum huius temporis festum est S. Blasij. Fuit autem hic sanctissimus medicus, qui multo tempore in rupe quadam latitans hominibus ad se venientibus medebatur, atque eos sanabat. Simili ratione si quæ sua animalia ad eum ducebant ægrota, ea illico curabat. Tandem cum factus esset Episcopus Vrbis Sebastæ, captus fuit, & carcerem incluſus, in quem pia quędam mulier cibum ei multo tempore cum candela attullit. Cum autem ille mortis suæ diẽ iam imminere præsciret, dixit huic mulieri, ut quamdiu viueret, singulis annis ipso die obitus sui candelã in eius memoriã offerret, p p q. Deus ab infirmitatib. eam tutaretur, atque in magna prosperitate conseruaretur. Quod quidem ita factum est. Multi ergo similiter ita fecerũt, si forte infirmarentur, & valetudinem receperũt. Inde apud omnes passim in consuetudinem abijt, vt si forte ex dentibus laborat, vel ex aliqua alia sui parte, vel etiam si sua ægrotarent animalia, offerrent in eius honorem candelas.

De

De Cathedra Sancti Petri. Cap. 93.

Hæc omnia Durandus in suum transtulit Rationale, Vt vel ipse fatetur.

HOc item tempore celebrari solet cathedra Sancti Petri tam quæ Romæ fuit, quę q; tempore posterior est, quàm illa, quæ fuit Antiochię. Verum illa quæ fuit Antiochię, solẽnior profecto est alia, ut uel huius diei collecta, quę est de incathedratione Antiochiæ facta, abunde testatur, dicturq; festum B Petri epularum. Fuit n. cõsuetudo ueterum Ethnicorum, ut singulis annis mense Februarij certo quopiam die epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumabant, quũ inde non minus falso quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant n. huiusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atq; huiusmodi falsæ opinionis error a Christianis uix extirpari potuit. Quod quidem quum uiri sancti animaduertissent, ac pœnitus illam consuetudinem extinguere uoluissent, instituerunt festum de cathedra sancti Petri tam de illa, quę fuit Romæ, quam quę Antiochię, idq; illo eodem die quo abhominanda illa ab Ethnicis fiebant, ut solenni hoc festo paruæ istius consuetudinis festum omnino extingueret. Vnde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est B Petri epularum. Atq; hic obiter intelligamus, ueteres dicere solitos fuisse, animas esse quando etiam num in humanis corporibus essent constitutæ; manes appellari, si quando forent apud inferos: spiritus uero cum ad cęlos ascẽdissent, atq; umbras, quando adhuc recens erat sepultura, siue quando circa tumulos errabant.

De festis generaliter, quæ tempore fiunt Septuagesimæ. Cap. 94.

VT autem de omnibus magnis solennitatibus, quæ infrà Septuagesimam celebrantur, siue ipso passionis tempore, siue ante, nos simul expediamus (ut sunt tria illa festa prædicta, beatæ Agathæ, sancti Matthæi, Annunciationis Domini, sancti Gregorij. & si forte cõtingat festum ipsius patroni ecclesiæ, uel eius anniuersarium, vel Paschalicuius annotinum) dicimus generaliter q̃ cantica laudis, s. Te Deum laudamus, Gloria in excelsis, & Ite Missa est, & alia, quæ si alijs temporibus contingerent, cantarentur, in ijs cani debent, præter Alleluya. Nam huiusmodi festa ad Paschale tempus generatim uidentur pertinere. Si uero hic obijciatur, quod in Annunciatione Domini Gloria in excelsis, quod canticum est proprium Natalis Domini, & Ite missa est, quod proprium est resurrectionis, & Te Deum laudamus, quod gaudium drachmæ inuentæ designat, cantari non debeant; quoniam hæc in Annunciatione Domini illa tempora non habebant, dicimus breuiter q̃ etiãsi Natalis Domini, uel passio, uel drachmæ inuentio necdum re uera erant, tamen iã certo fore sperabãt. Nam hoc festum est quasi fons & initium festorum Christi. Vocatur autem Paschalis annotinum, quando aliquis diem, quo baptisma suscepit, annuatim celebrat; atq; eo tum ipsius diei Paschæ officium integre cantari debet, præter alleluya, si accidat tempore Quadragesimæ. Sed certus interim sis ecclesiam Lugdunensem & Mediolanensem ubi Ambrosius Archipræsulatum obtinuit, tempore passionis nullam celebrare solennitatem, uerum duntaxat facere commemorationem.

De officio Quadragesimæ ac litera laicorum. Cap. 95.

QVoniam de officio quadragesimæ hucusque generaliter tractatum est, nunc deinceps de eiusdem officio pro tempore agendum est. A dominica igitur, quam dicimus; Isti sunt dies usque ad Pascha, uersiculus ille uidelicet. Gloria patri, qui ad laudem pertinet Trinitatis, in officijs planè subticetur. Quoniam ab illa dominica incipit Passio Christi celebrari, in qua tota Trinitas a Iudæis quasi dehonestata uidetur. Qua etiam ratione fit, ut in cantico trium puerorum, scilicet Benedicite, versiculus ille nunquàm cantetur. Quia tunc Deo magna facta est dehonestatio, quando tres pueri, qui ipsum

maximè colebant,idola plurimum execrãtes,coniecti sunt in caminum ignis. Maximè uero idem iste versiculus triduo illo ante Paschã subticetur, q̃ tum demum Trinitas maximo affecta sit dedecore. Nam præterquam quod in primis de nece Christi hic agit, nunc uerberatur,nũc fœde conspuitur,alapis cæditur, nunc ẽt crucifigitur,unde Isaias. Vidimus inquit, eum non habentem speciem, neque decorem. Horarum quoque initia,& lectionum tituli tunc planè supprimuntur,nempe: Deus in adiutorium,& lectio libri &c. quia Christus caput nostrum a nobis sustolitur iuxta præsentiam carnis. Ad lectiones non petuntur benedictiones,neq; dantur, q̃n pastor Christus,qui gregi suo benedicat, iam non adest. Vel ideo benedictio non petitur, nec Tu aũt Domine,dicitur, quod Apostolis his diebus nec ad prædicandum missi sint,nec in de redierunt. Vt ergo hoc significemus, nec Iube Domne dicimus, nec Tu aũt. Illud quoq; cõsiderandum est,q̃ in Quadragesima duæ recitentur præfationes, vna ieiunij,& altera passionis. Ea quę est ieiunij a primo ieiunio cantatur vsq; ad dominicam in ramis Palmarũ. Illa uerò quæ est Passionis,ab eo die cani incipit usque ad Pascha. Sed absurde fortasse aliqui factum uidebit,q̃ dominica die illiusmodi cantetur præfatio, quũ non sit dies ieiunij. Verum dici potest,q̃ etiam si illo die non ieiunetur numero, qualitate tamẽ hoc est cibo carnali ieiunatur, quemadmodum etiam diebus alijs. Sed q̃n ea quæ a nobis dicta sunt, ad clericos maxime pertinere vidẽtur, nunc pauca dicenda sunt de laicorum scriptura,quæ in duobus potissimum consistit,nempe in picturis & ornamentis. Nam ut ait Greg. quod clerico litera, id laico est pictura: picturarum igitur aliæ sunt supra ecclesiam,ut gallus,uel aquila,alia extra ecclesiam,ut in fronte forium bos & leo, aliæ intra ecclesiam, ut sunt icones,statuę figurę, & diuersa alia picturarum genera, quæ in uestibus,uel in parietibus,uel etiã in uitris depinguntur. Verum de his omnibus postea suo loco dicetur, hoc uno tamen modo obseruato,ut sciamus Saluatoris nostri imaginẽ tribus hisce modis aptius & cõuenientius in ecclesia depingi,ut uidelicet,aut in throno sedeat, aut in crucis patibulo pendeat,aut ẽt in matris suæ gremio conquiescat. Ornamenta vero in tribus consistunt,in ornamẽto uidelicet ecclesiæ, chori,& altaris,& ornatus quidẽ ecclesię consistit in cortinis,aulæis,pallis,sericis, purpureis & consimilibus. Ornatus vero chori in dorsalibus, ut uocãt tapetis,& fruttratorijs. Ornatus denique altaris uersatur in uelamentis, crucibus,capsis,textibus,& philacterijs. Et ẽt ornatus personarum quæ uel cantant in choro,uel altari inseruiunt. Sed de his & similibus dicimus, oĩa illa quæ ad ornatũ pertinent, tempore Quadragesimæ debere abscondi,uel remoueri, vel ẽt cõtegi. Nec crux quoq; illo tẽpore nisi cooperta in ecclesia portari debet. Duo tñ uela retinentur,quorum alterum ponitur p̃ chori circuitum, alterum suspẽditur inter altarẽ & chorum,ut nõ appareant quæ sunt intra sancta sanctorum. Quo quidẽ significatur mentibus fidelium diuinarum scripturarum intelligentiam nondũ esse aptam. Hæc duo uela diebus dominicis cõplicantur, q̃ hi dies ad tempus Paschatis pertineant. Si quoq; ac primas tenebras, quartæ uidelicet feriæ ante Pascha ubi de morte Dñi agit,omnino remouentur, q̃n eo mortuo velum templi scissum est, ita ut tunc quæ intra sancta sanctorũ delituerãt,primo omnibus fuerint manifesta.

Quomodo sit pulsandum in Quadragesima. Cap. 86.

NVNC quemadmodum in ecclesia pulsandum sit, paucis etiam exponamus. Quod ut melius pateat, primo sciendum est, sex esse instrumentorum genera,quibus pulsantur, tintinabulum, cymbalum, nola, nolula, campana, & signa. Tintinabulum pulsatur in triclinio & in refectorio, cymbalum in choro, nola in monasterio,nolula in horologio, campana in turribus cuius diminutiuum Hieronymus ad Eustochium in cœnobiũ esse ait. Quousque campanula in claustro pulsabitur. Signa aũt pro ębus pulsandis instrumentis accipi possunt, ut quibus quippiam significetur. Generaliter ergo cognoscẽdum est, quòd non debeamus in tota Quadragesima diebus profestis cõpulsare,nec depulsare,(liceat,n. hic vulgaribus,& consuetis vti vocabulis) sed simpulsare, idest,simpliciter pulsare ad horas, vel matutinas. Atq; in bñ constituris ecclesijs ad primam pulsatur duabus cãpanis,una ad inuocandum,altera ad inchoãdum. In tertia autem pulsatur trib. iuxta horarum numerũ,quæ sub illa cantantur, vna ad mutandum, altera ad congregandum,tertia ad inchoandum. Pari modo fit in sexta,& nona,sed & eodem ordine eædem campanę pulsantur simpliciter ad matutinas. Ad missam vero,& ad vesperas duabus pulsatur campanis. In minoribus autem ecclesijs solummodo pulsandũ est simpliciter. Diebus uero dominicis, & in solemnitatibus, prout in alijs temporibus compulsatur. Sed de his in sequentibus latius dicturi sumus.

Quare non ieiunamus eo tempore quo Christus ieiunauit. Cap. 87.

SOlet autem quæri,quum in hac Quadragesima Christi ieiunũ imitemur, cur non eo tempore etiam ieiunamus, quo Christus dicitur ieiunasse? Traditi enim scriptura,quòd ieiunare statim cœperit simulatq̃ esset baptizatus. Verum quadruplex est ratio,quamobrem Paschę ieiunium nostrum continuamus. Prima est, vt si volumus cum eo resurgere, debeamus etiam nos pati cum eo,quòd pro nobis ipse passus sit. Secunda causa est, ut per hoc Israeliticos filios imitemur, qui eo tempore primo ex Aegypto egressi sunt, & postea eodem tempore exierũt è seruitute babylonica. Quod inde profecto facile probatur: quia tam illi,quàm hi statim celebrarant Pascha,atque egressi sunt: Tertia est huiusmodi,quòd quandoquidem seruor libidinis tempore Veris uos magis soleat incendere, tum temporis maximè ieiunamus, vt corporis æstus refrenemus. Quarta est, quoniã post ieiunium statim debemus Christi corpus accipere, ut mysticè Paschalia capiamus sacramenta. Hoc est, quemadmodum filij Israel priusquam comederent agnum sese affligebant, & agrestibus lactucis vescebantur. Ita debemus nosmetipsi prius per pœnitentiam affligere,ut digni habeamur comedere agnum vitæ. Animaduerte interim,quòd si in Quadragesima concurrãt duo officia,quo dies duplices vocamus,necessarium esse,ut cantetur officiũ ad tertiam de festo, absque genuflexione, officium veri ieiunij ad nonam nõ sine curuatione genuum.

De diebus priuilegiatis. Cap. 88.

POst hæc vero tradendum est,qui dies sint velut priuilegiati,qui hoc potissimum tempore comprehenduntur. Sunt enim priuilegiati dies quatuor quartæ feriæ, quatuor sabbata, tres die dominici,vna quinta feria, vnaque sexta feria, atque vna integra septimana. Quartæ feriæ sunt hæ:prima est qua nos incipimus ieiunare in Quadragesima: secũda septimana sequẽti: tertia in hebdomada post Lætare Hierusalẽ: quarta in vltima septimana. Quatuor vero sabbata hęc sunt,sabbatum primæ septimanæ,q̃n celebrantur ordines,sabbatũ quartæ, sabbatum quintæ,& sabbatum in vigilia Paschæ. Sic dominicæ dies sunt hæ tres, Inuocauit me. Lætare Hierusalem,& dominica in ramis palmarũ. Sed quinta feria est in parasceue. Septimo denique priuilegiata est ultima septimana Quadragesimæ, quæ uel ob id maior dicitur, quòd maius,& prolixius habeat officium. Vel appellatur quoque pœnosa, quia tum maximè corpora, & uitia nostra punire debemus? De priuilegijs ergo istorum dierum ordine prosequamur.

De prima quarta feria. Cap. 89.

PRima quarta feria quatuor insignitur priuilegijs. Primum est, quòd tunc incipiamus ieiunare, idq̃ue ideo facimus; quia Christus quarta feria, ut legitur,suum auspicatus est ieiunium,quòd diligenter perserutanti verum esse satis aperte constabit. Natus enim est die dominica, ita ut si quis diligenter exinde cõputet annos usque ad trigesimum, iuxta rationes computi, facilè inueniet eũ tertia feria fuisse baptizatum, ac sequenti

die desertum intrans ieiunium inchoasse. Secundum priuilegium eiusdem diei est, quòd confessiones illo die in ecclesia audiantur, & iudicia confitentibus imponãtur. Tertium autem; quia tunc cineres in signum humilitatis capitibus imponuntur. Quartum denique est, quòd illa die eiusmodi fiat processio, qualem per vniuersum annum amplius fieri non contingit. Pœnitentes enim tunc ab ecclesia cum processione, & cruce ejiciũtur, ut ipso die cœnæ in eandem recipiantur. Nã tunc pœnitentes ab ecclesia ideo ejiciuntur, & repelluntur, quo Adami, & Euæ exulatus propter eium pomi repræsentetur.

De secunda quarta feria, & tertia. Cap. 90.

QVarta feria sequens ob id priuilegiata est, quòd tum ij, qui sabbato sequenti ordinandi sint, ex sacris literis, interrogentur atque examinentur, probenturque, num idonei etiam satis sint ad suscipiendos ordines. Inde profecto est, quòd duæ lectiones ad Missam legũtur. vna voce naturali, uel nocturnali, hoc est, graui ac pressa, altera vero communi. Prior vetus testamentum significat, posterior nouum, vt per hoc declaretur eos, qui susceturi sunt ordines vtriusque testamenti peritos esse debere. Atque illud quidem tanquam generalem regulam habemus, quòd quotiescunque quarta feria duæ lectiones ad Missam leguntur, sequenti sabbato possint ordines celebrari. Cæterum tertia quarta feria, in eo habet priuilegium, quòd illo die in ecclesia instructio, & examen fiat eorum, qui in sabbato ante Pascha sint baptizandi. Fit autem instructio illa in hunc modum. Qui baptizari volunt, conueniunt ad portas ecclesiæ fœminæ a sinistris, mares a dextris atque a diaconi, vel sacerdote interrogantur, an velint baptizari, aut idem perconctatur a susceptoribus. Exorcista tamen debet prius interrogare, num etiam abrenuntient sathanæ, & omnibus eius pompis, ita ut puer si sit adultus respondeat se abrenunciare, si non sit adultus, pro eo susceptor. Verum nullus in susceptorem admitti debet, nisi orationem sciat dominicam, & minus symbolum calleat, quod tenetur suos docere filios. Nec vero Christianus censeri dẽt, nec ad testimonium aliquod admitti, secundum decreta, qui horum ignarus est. Quare omnino necesse est, ut illud ex susceptoribus sacerdos inquirat. Alioqui enim si nesciant, recipi non debent, nisi fortè promittant, quòd quàm fieri post citissime illa adiscent. Tunc demum acolytus scribit eorum nomina, qui volunt baptizari. vnde etiam hic notarius est appellatus, quòd baptizandorum scribat nomina. Postquam igitur a sacerdote satis in fide sint instructi, atque exorcistæ super eos fecerint adiurationes, ab ostiario in ecclesiam introducuntur, & in naui ecclesiæ constituuntur, masculi quidem à dextris, fœminæ vero a sinistris. Duo tamen intra sancta sanctorum deducuntur, masculus videlicet & fœmina, quo significatur aliquos ex baptizandis fore saluos. Atque tum denique leguntur oratio dominica, & minus symbolum Græcè, & Latinè, propter earum linguarum dignitatem. Sunt enim cæteris digniores. Græca utique propter sapientiam. Latina autem propter potentiam Romanorum. Postea vero quatuor recitantur lectiones, & quatuor Euangelium initia, tandemque inchoatur missa, cuius cantato offertorio Archidiaconus, uel Diaconus pulpitum ascendit, & clamat alta voce: Si quis, inquiens, est hic cathecuminus, exeat foras. Isti enim connotat, ut supra expositum est, illos de quibus dictum est: Iesus autẽ non credebat se illis. Ipse enim sciebat, quidquid esset in homine. Atque ita tum omnes cathecumeni exeunt foras, quod septies eodem modo de illis agitur, antequam baptizentur.

De quarta feria. Cap. 91.

ILla autem quarta feria, quæ est post dominicam, Lætare Hierusalem, in eo est priuilegiata, quod tunc duæ leguntur lectiones, quoniam sabbato sequenti celebrantur ordines. Sic quarta feria vltimæ septimanæ, nimirum ea, quæ est ante cœnam, priuilegium obtinet, quia duæ item lectiones tunc leguntur, idq; ob eã causam, quòd illo die Christus triginta denarijs fuerat diuenditus, quemadmodum Ioseph triginta argenteis. Nõ n. seruus maior Domino est, nec discipulus suo magistro. Ab hac ergo quarta feria sumptum est, ꝙ omni quarta feria ieiunare, & abstinere a carnalibus semper debeamus. Ex quo quidem fit, ut post sextam feriam hic dies pœnitentibus in abstinentiam semper iniungatur.

ministrante, & quo Maria pedes eius lachrymis suis lauit, ac propꝛijs terfit capillis, unguẽtumq; in caput eius fudit. Meminerimus tamen ex oĩbus mandatis Dei hoc solum antonomaticè dici mandatum, qđ Christus maiori exhibitione illud obseruari atq; obsequi præceperit, cum suis discipulis pedes lauaret, inquiens, Si ego laui uobis pedes Dominus, & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Et cum quadam interminatione, qua poro interminatur, Si non, inquit, lauero tibi pedes, nõ habebis partẽ mecũ. Quare ꝓp huiusmodi præceptum uacat sabbatũ illud ab officio. Hinc nata est illa authoritas, ꝙ si quis fuerit adeo negocij intricatus atq; oppressus, ut difficulter possit uacare orationi, & eleemosynæ simul, saltẽ mutet cum oratione eleemosynam, & cõtra Sabbatum denique ante Pascha inde priuilegium est, quòd tum celebrentur ordines, cathecumini baptizentur, & candela illa cerea paschalis consecretur. Verum eadem missa communis esse oportet diei & ordinibus, pluresque tum recitantur lectiones.

De Domin. dieb. priuilegiatis. Cap. 93.

SEquitur de diebus dominicis, & quidem prima dominica Quadragesimæ in hoc est priuilegiata, qm̃ inde inchoat ipsa Quadragesima, quæ repræsentat tempus illud, quo morati sint atq; hæserint in deserto filij Israel. Sicut illi isthic morati sunt per quadraginta duas mansiones mãna cibati, ita nos quoq; ab hac dñica usq; ad Pascha per quadraginta duos dies a delicijs corporis abstinentes, uerbo uitæ reficimur, & orationi uacamus, ut per Christum in terram uidentium introducamus, quemadmodum illi introducti ꝓ Iesum Naue filium, siue per Iosue in terram promissionis. Tria notãda sunt in populo Israelitico, s. peregrinatio, quæ fuit in Aegypto, quando Iacob, & filij eius ꝓfecti sunt in Aegyptum. Captiuitas, quæ in Babylone contingit atque horum duorum nos meminimus. Tertium fuit dispersio, & adhuc est per uniuersum orbem. Cuius quidem nos mentionem non facimus, quia ab illa nunquam reuocabuntur,

buntur,quæ facta fuit a Tito & Vespasiano. Vnde dictum est. Tradam eos in manu,de qua non poterunt surgere. Dominica uero,Lætare Hierusalem,q̃ septima est a prima Dominica Septuagesimæ,ob id priuilegio insignita est,q̃ libertatẽ nobis exprimat redeundi, quæ fuit cõcessa filijs Israel in Babylonia anno sexagesimo, q̃q̃ plene obtinuerunt anno septuagesimo. Ex quo sanè totum eius diei officiũ de lætitia est, ut partim illorum exprimamus lætitiã,partim ẽt nostrã, quã finitis septem ætatibus, a mundi exilio liberari habebimus,cùm cęlestem paradisum quæ uerè patria nostra est, intrabimus.

De dominica in ramis palmarum. Cap. 94.

DOminica in ramis palmarum ob triplicem rationẽ meruit priuilegiũ. Primo , q̃ eodem die Israel terram promissionis ingressi sint, & siccis pedib. Iordanem transierint. Sic.n.contigit, q̃ eo anno tot fuerunt dies usq; ad Pascham, quot sunt ab hac die dominica. Secundo autem ideo ; q̃n hoc die ueniens Iesus a Bethania in Hierosolimam maximo honore exceptus sit,quo etiam die uendentes ẽ templo potentissimè eiecit, q̃d eius diei priuilegijs tertia est ratio. Hic dies tribus nuncupatur nominibus.Dicitur.n, dominica in ramis palmarum, q̃ illo die rami palmarum in processionibus deportentur ni significationem illorum , quos filij Israel strauerunt in uia Christo iam veniente. Vel quos etiam deferimus in figuram tamorum,& florum virtutũ, quos portare debemus,si q̃n ad Christum ibimus. Cum autem palmas non habemus, laurum,uel buxum,q̃ perpetuo suo uiore uirtutes cõnotent,deportamus.uel flores ẽt,qui simili ratione uirtutem significãt. Hoc ergo die magnã,& insignẽ exhibemus processionẽ,ad signandum , q̃ Dñs veniet ad nos, & ducet nos ad æterna tabernacula. Post processionem oportet ueniamus ante crucifixũ, ac dicamus,Benedictus,nec ideo alia processio cessare dẽt, sed fieri ante tertiam. Oritur itaque hic considerãt uxorẽ Loth in salis effigiem fuisse mutatã,& transformatam, q̃ retro respexisse,ut,s.nos cõdiret atque instrueret,ne retro eamus. Nam,quemadmodũ ait scriptura , nullus qui ad aratrum manum adiecerit, retro debet respectare.

De quinta feria. Cap. 95.

FEria quinta,q̃ cœna Domini appellata, est quatuor insignit priuilegijs quorum primum est pœnitentium iã in ecclesia redeuntium . Tunc.n ecclesia ad se recipit pœnitẽtes, quos ante primo die ieiuniorũ eiecerat. Recipiuntur autem pœnitentes in ecclesiam, & separantur a malis nõ pœnitentibus, quinta potissimũ feria, quòd Deus uolucres fecerit quinta feria ex aquis. Qua ratione ẽt fit,ut quòd quasdam in aquã remiserit, significemus malos in carnalibus reb. sese oblectantes, & quòd quasdam in aera sustulerit, intelligamus bonos atq; eos, quos delectãt cęlestia. Secundum priuilegium est;quia nouum testm tum incepit,& uetus fuit terminatum. Tertium autem priuilegiũ huius diei est olei cõsecratio. Verum enimuero tres sunt potissimum in ecclesia Dei sacræ unctionis spẽs,chrisma,oleum infirmorum,& oleum,quo ungumtur baptizati. Chrisma conficitur ex balsamo mundissimo,atq; oleo purissimo. Namq; oleũ claritate alios liquores facile superat , & balsamum odore. Quòd autem oleum alio liquore fit clarius , hoc pacto ostendi potest: Nauta q̃nq; mittit anchoram in mare,& si fortè illa lapidi affigatur,ita ut extrahi non possit, tunc nauta illuc descẽdit,habens os suum plenum oleo in cum usum,ut si fortassis non possit lapidem illum uidere,cui anchora adhæret,ob turbulẽtam,& tenebrosam aquam , effundit oleũ. Quo facto tãta isthic nascit claritas, redditurq; aqua perlucida pp oleum effusum,ut lapidẽ nauta facile uidere queat. Chrisma initium traxit a ueteri testamẽto,quando Dominus præcepit Moysi , ut conficeret chrisma,quo ungeret tabernaculum in dẽdicatione,& arcam testamẽti:Atq; Aarõ, & sacerdotes illo similiter vngebantur,& Reges. Moyses tamẽ nõ legit unctus fuisse,nisi unctione spirituali, quemadmodum & Christus. Voluit nihilominus Christus materiali nos insigi unctionem, ut per illam materialem consequamur

quamur spiritualem . Inungitur.n.quilibet chrismate bis in uertice a communi sacerdote,& in fronte ab Episcopo. Cæterum ideo bisq; post Resurrectionẽ duabus uicibus datus fuit Spiritussanctus,tũ etiam quando Christus insufflauit Discipulis,inquiens, Accipite Spiritumsanctũ , tum ẽt q̃n missus est eis idem ẽ cęlo , in igneis videlicet linguis. Cum igitur aliqs istiusmodi oleo sancto inungitur , necesse est,ut illud fiat in scapulis , & in pectore potissimum. Ac in scapulis quidem iõ,ne laborem suum frustra expendat in uana , sed fit robust ad legis onus fideliter portandum . In pectore uero, ut suscipiat intelligentiam mandatorum Dei . Proinde oleo,quod vocatur infirmorum,inungunt ægri atq; infirmi. De qua sanè vnctione ait B.Iacobus in sua Epistola . Si quis infirmatur,adducat sacerdotes, & orẽt super eum,& inungant eum oleo sancto, & alleuiabitur eius infirmitas,si nimirum ei expediat,& utile sit,& remittent ei peccata uidelicet venialia , uel si non fuerit in mortali peccato. Potest tñ fieri huiusmodi inunctio per vnum sacerdotẽ , sed hoc fieri non debet, si plures possint adesse . Quartum demum huius diei priuilegiũ est mandatum. Est autem differẽtia inter hoc mandatum,& illud, q̃d fit sabbato p̃cedenti. Illud.n.fit ẽ prælatis , & ecclesiæ magnatibus,representatq́, illud, q̃d fecit Christus:hoc uero quilibet sacerdos facere dẽt,idq́; hoc modo. Primo oportet,ut reficiant pauperes,ac postea parum comedant, nec vltra tamen , q̃ consuetum est . Deinde debent surgere a mensa , ac pauperum pedes lauare. Quo facto potest sese ad mensam recipere, atq; iterum comedere,q̃d ieiunium non frangit, sed interrumpit. Non.n.debet quispiam eo die bis comedere,ne ieiunium frangatur.tam respectu vnius horæ,quã totius septimanę, Quãuis tñ & in multis locis ita fiat . Est autem iste dies omni alia solemnitate solẽnior,exceptis tñ solemnitatibus Trinitatis,usq; adeo,ut qui possint solẽnes uestes induere, debeant non secus atq; in alijs solemnitatibus . Quocirca ẽt hoc die omnia lætitiæ cantica cãnuntur, quemadmodum in cæteris solemnitatibus,prẽter Alleluia. Nec dr uero Dona nobis pacẽ , ob eam rem,quòd nocte sequenti osculo Iudas Christum tradiderit. Atq; hic animaduertere tempus recreationis incępisse ab illa hora , qua Adamus e Paradiso ciectus fuit,& adhuc est,duratque usq; ad vniuscuiusq; obitum. Quo q̃dẽ patet maius esse recreare, q̃ creare, ita ut hinc etiã dictum sit,grauius esse ac maius ex impio facere pium, q̃ creare cœlum, & terram , ac maius fuisse Paulum suscitare in mẽte q̃ Lazarum in corpore. Itemq; & hoc animaduertas , Natale Domini festũ esse patris, quum per eum pater innotuit mundo. Quãquam vero,quod festũ patris est , festum etiam sit filij,& Spiritussancti In hoc.n.quod dr Verbum , intelligitur Pater uerbi . Aut etiam hac alia rõne,quòd filius patrem omnibus manifestauerit. Pascha autem est festum Filij , quia tunc a mortuis resurrexit, & uerus Deus apparuit. Pentecoste uero festum est Spiritussancti . Iterum tamen solemnitatum q̃libet festum dr totius Trinitatis , Indiuisa enim sunt opera Trinitatis,sed ita tamẽ, vt quædam magis videantur propria esse uni,quãm alteri.

De sexta feria priuilegiata. Cap. 96.

SExta deinceps feria, quæ & parasceue appellata est in eo gaudet priuilegio, quòd hoc die Christus passus sit . Quare ẽt ab hac sexta feria oẽs aliæ sextæ feriæ suum habent priuilegium,sicut a sequenti dominica omnes aliæ dominicæ Parasceue autem interpretatur pręparatio,q̃d tum Iudæi cibos suos soliti sint præparare, quibus uescebantur sabbato , cum eis sabbato quicquã præparare interdictum sit. Porrò autem ipso die Parasceues uno duntaxat seculo vescimur , q̃n Christus illo die unum sibi solummodo comparauit,uidelicet latronem . Vnde ipse dixit . *Ps.130.* Singulariter sum ego donec transeã . At quæritur , cur istum diem celebremus in mœrore,tristitia, atque abstinentia , quũ soleamus sanctorum passiones in gaudio celebrare? Verum hoc ideo fieri respõdemus,quòd sancti statim, simulatq́; martyrium,ad cęlos ascenderint,Xps vero descenderit ad inferos. Sed quum ia tartara fregit,& sanctorũ animas inde reduxit,

duxit, dicq; tertio resurrexit, ideo tum maxime lætamur. Hinc etiã est, q; sanctorum patrum passiones, qui ad inferos descenderunt, non celebramus. Solet hic ẽt à cõnullis quæri, quum asinæ insidens Xps honorifice susceptus sit, & in cruce videatur dehonestatus, cur potius adoremus crucem, quam asinam. Verum facilè illud discuti põt, quum honor iste, quum in asina accepit, terrenus fuerit, nec curtã dum sit de terrenis, ita vt nec hinc quicquam de asina curandum sit. Per crucẽ verò ruptus fuit ac destructus murus ille peccatorum, q erat inter nos, & Dominũ interiectus: Christus n. satisfecit p nobis, Vñ certe nullus recenter baptizatus, etiã adultus, si uel maxima commiserit peccata, vllo eorum tenebitur, neq; ẽm penã, neq; ẽm culpam, tenetur tamen habere contritionem. Quemadmodum ergo gladius Dauidis, quo Goliam obtruncauit, multo tempore seruatus fuerit, & in honore habitus, ita ẽt crux Domini, quæ p illum gladium, quodammodo figuratur. tandem quoq; consideremus huius diei officium carere capite, qđ Xps caput nostrum tum è nobis sublatus fuerit. Caret .n. inuitatorio, ut non imitemur peruersam illam imitationem, quam fecerunt Iudæi qñ consilium inierunt, quomodo Iesum caperent in sermone, eumq; morti traderent. Inde ẽt est, q; nõ damus osculum pacis alicui pp osculum Iudæ, nec aliquem salutamus, quia cum quadam salutatione Iudas Christũ tradidit, inquiẽs, Aue rabi. Verum ideo signum dedit illis Iudas, qui Christum cœperunt, ne Iacobum pro eo caperent, qui illi admodum erat similis, ut hinc etiã frater Dñi dictus sit. Nota ergo Iudam dixisse. Tenete eum, quasi dixerit. Fortiter eum ligate, & tenete, quia alioqui poterit manus vestras facile euadere. Credebat .n. eum esse fortem pp illud, qđ ipse viderat, cũ vendentes & ementes e templo eiecisset. Præterea viderat, quemadmodum illorum manus euasisset, qui ipsum volebant apprehendere, vñ dicitur. Et transiens per medium illorũ ibat. Causa aũt quamobrem Iudas vendidit Christum & tradidit, fuit huiusmodi. Odium recens susceperat in Iesum pp vnguentum quod Magdalenæ in caput eius fuderat. Ipse .n. erat Domino a loculis, quos portabat. Quum autẽ moris esset apud veteres, ut q huiusmodi fungeretur officio pro mercede sua decimam partem haberet eorum, quæ in Dominorum loculos ponebanẽ, estimauit Iudas vnguentum, quod beata Maria Magdalena fuderat trecẽtos valere denarios, Vñ est, quod ipse dixerit, Vt quid perditio hæc? potuit .n. istud &c. Cœpit ergo secum cogitare, quo pacto in Christo recuperaret, quod amiserat in vnguento, ita, ut quum trecentorum denariorum decima sint triginta denarij, ea summa ipsum vendiderit, ac tradiderit. Nõ debet quoq; officium mortuorum habere inuitatoriũ, nisi corpore præsente, nec in missa dicit, Dona nobis pacem, neq; per vniuersum officium. Gloria patri, quia sequitur & imitat exequias sui Saluatoris. Sexta q; huius diei sunt priuilegia, Christi immolatio, inferni expoliatio, mortis conculcatio, humani generis redemptio, Paradisi apertio, & scripturarum manifestatio. Vbi animaduertendũ est, q; Christus sua passione nõ tm illos redemit, qui tum erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahę, verũ ẽt omnes homines futuros, qui sancta morte vitam erãt finituri. Nec sane omnes homines qui in inferno erant extraxit: Vñ Oseę prophetæ. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Scripturarum hodie facta est manifestatio, quia scripturæ veteris testi, quæ prius erãt obscuræ, hodie sunt declaratę. Vñ Dñs, Consumatum est, inquit, quasi dicat, oĩa quę de me, hucusq; scripta sunt, modo sunt impleta, quod scãdalum est Iudęis, stultitia Gentibus. Crux igit Domini multis modis in veteri testamento fuit prefigurata Dictum est n. angelo percutienti Aegyptum. Quacunque domum intraueris, in ea occide omnes primogenitos, tã paruulos, q; senes, tam, uiros, q; mulieres. Sed ubi scriptũ fuerit Tau, nõ intrabis. Tau vero signũ est crucis, ita ut omnes damnabantur, nisi per signũ crucis saluent. Sic Moyses in deserto serpentem æneũ erexit, ut omnes, qui eũ intuebanẽ statim a morsu serpentum sanabant. Serpens æneus similitudinem hẽt serpentis, nec est uerus serpens. Similiter

Nu. 22.

Christus

Christus habuit similitudinẽ carnis peccatricis, sed non verè peccatricis, vtpote qui nunquã peccauerit. Dictum est item Danieli ab Angelo. Duæ erunt septimanæ, & post septuagintaseptẽ occidet Xps dux noster. Ita aperte Moyses. Die, inquit ac nocte erit vita nostra pendens, & uidebitis & non cognoscetis. Verum profecto est, q; nocte pependerit, quia tenebrę factę sunt a sexta hora &c. Quod aũt die, certum est, Item Hieremias ait, Ponens filiam pharetræ in renibus meis. Filiam, inquam pharetræ, i. lanceam. Item q; Congregabo omnes gẽtes, & erit signum eis, Tau. i. quod crux est Domini. Sic rursus, Ezechias conuertit faciem suam ad parietem. Et Dauid, Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum, hoc est, nouus populus, nimirum Gentilis. Atq; in alio loco alius. Plantaui, ait, tu ne im meam electã, & versa est in amaritudinẽ. Et quare quæso? Quia dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quemad modum ẽt alibi inquit Isaias, Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, Quãquã hoc de tunica Domini inconsutili dictũ videri potest. Sed eodem in loco idem expressius. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Quoniam vsq; adeo eum in cruce extenderunt, ut omnia eius ossa facilè dinumerari potuissent. Sic postremo & Isaias ait. Et erit principatus eius super humerum eius. Nam Christus portauit crucem, in quã triumphauit, ita vt vulgo dici consuetum sit, Cyreneum quidem crucẽ portasse, sed non sicut homo, & Deus.

Deut. 28.

4. Reg. 20.

Pſ. 101.

Hie. 2.

Pſal. 58.

Pſal. 21.

Ibid.

Cur non conficiatur corpus Christi in Paraſceue & de ordine eius officij. Cap. 97.

CORpus Christi non conficitur hoc die quatuor de causis. Prima est, quia Christus hoc die pro nobis re uera immolatus est, & veritate veniente, debet cessare figura, ac ei dare locum. Secunda, q; istiusmodi die re ipsa Ecclesiæ sponsus sublatus sit. Descendit .n. ad inferos. Tertia est, qñ tum temporis verum templi disruptum est, & cornua altaris sunt transuersa, ita vt nobis non esset ubi corpus Xpi conficeretur. Quarta, quia Moyses dixit in Exodo. Alius pugnabit, p vobis & vos tacebitis, Alius, i. Christus. Sequit vt de ordine officij huius diei dispiciamus. Nam primo leguntur duæ lectiones ex veteri testamento, vna ex rege, altera ex prophetis, s. ex Oseæ, idq; sine titulis. Deinde vero tractus, quem vocant, canitur vnus quatuor versuum, alius plurium, post quem legitur passio etiam sine tit. Qua quidem absoluta, fiunt orationes pro omni gradu ecclesiæ, hoc est pro Gentilibus, siue Ethnicis, pro Iudeis, pro hereticis, & pro scismaticis. Atq; ita dejnceps crux extrahitur, ac cũ ea ter in genua procedimus cantando ter Græce ἁγιος, & Latine Sanctus Deus &c. Cũ tribus versibus. Postea vero Dñicũ corpus qđ reseruatum fuit in ipso die cœnę, altari imponitur, & cantata dominica oratione cũ præfatione præposita, s. Oremus p ceptis salutaribus moniti &c. Cõmunicãt ac deinde vero psalmi vesperorum cantantur cum oratione. Respice Domine. Atq; ita tandem officium terminatur.

Quare ita huius diei officium sit institutum. Cap. 98.

HIs itaq; historice prosecutis, quid significent deineeps videamus. Quod enim duæ lectiones legantur declarat Christum passum fuisse pro duobus potissimum populis, Hebræo nimirũ & Gẽtili. Sed earum una ex lege sumpta est, videlicet ex Leuitico, altera ex Prophetis, nempè Oseæ, quia Xpi passio, & a lege fuit ante prefigurata, & a Prophetis prædicta, & a Patriarchis sub velamine quodã nobis reuelata. Abraham enim carnẽ Xpi tectum immolauit, cum arietem sacrificaret. Sic Abel quoq; quum agnũ in hostiam offerret. Quæ ita fuerũt Christi figura tanquã velamine tecta, ut intelligi non potuissent, nisi explicarentur. Assimilatus est præterea in Prophetis, vnde Dominus. Sicut fuit Ionas in ventre cœti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Recitant aũt lectiones cũ passione sine titulo, q; caput nostrum, videlicet Xps nobis auferatur. Per tractũ quatuor versuũ intelligimus hoiem Xpi passione fuisse redẽptũ, q; ex

quatuor

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor conflatus est elementis. Hinc é, ꝙ Christus non in cœlo, neq; in terra sit crucifixus, sed in medio, hoc est in aere. Fecit.n. pacem inter cœlestia & terrena, atq; ét inter ipsa terrestria pacem concliauit, posteaquam erāt simultates & inimicitię inter vnum hominem atq; alterum, sed maiores tamen erant inter angelū & hominem: Ipse vero Xps in omnibus per crucem pacem cōposuit, ꝙ quę inter se disiuncta ac discreta erāt coniūxerit, & ex duobus vnum fecerit: Est.n. lapis angularis. Aut ét quatuor illi versus tractus significant quatuor partes crucis, quæ similis est vltimæ literæ alphaberi Hebręorū, videlicet Tau, quę sonat, si interpretetur, signum. Omnia volumina veteris legis significarunt crucem Domini. Hoc ergo die, quatuor in vno tractu versus dici debent, ad declarandas quatuor partes crucis, sicut & quinq; dicuntur in quarta feria, qđ quinquies Xps sanguinē suum effuderit. Primo in circuncisione, secundo in oratione, tertio in flagellatione, quarto in crucifixione, quinto cū esset lāceatus. Tractus, qui prolixior est, representat magnū istud bellum Dauidis contra Goliā. Nam & Xps noster Dauid hodie magnum Goliā, i. diabolum, debellauit. Quædam Ecclesiæ tractum canunt, videlicet, Qui habitat &c. Quia Xps a diabolo primum latenter fuit tentatus, velut a dracone quopiam latitante sub petra, sed postea in passione tanquam a forti leone acriter fuit vexatus, qđ per hunc versum facilè exprimitur. Super aspidē & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Passio legit ideo, qa tū Xps re ipsa patiebatur. Cum aūt ventum est ad illum locum. Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, tunc duo hypodiaconi duo mantilia, vel duos alios pannos altari impositos auferunt, ꝙ quatuor illi milites, q Christū crucifigebant ex duabus eius vestibus sibi indumenta confecerunt, historiam ipsam representātes. Aut certè remotio pannorū fugam significat Apostolorū, q erant quasi vestes Christi. Petrus .n. ad vocem vnius ancillæ ipsum negauit, & Ioānes nudus aufugit. Tertia vestis, quæ in altari relinquit, designat vestem Domini inconsutilem non fuisse scissam, vel partitam, sed sortitione vni cōtigisse. Vnitas.n. Ecclesiæ non pōt, nec vnquā potuit ab hæreticis & scismaticis scindi, cum nulla sit sapiētia aduersus Dominū. Xps, cum in cruce pateretur, & maxima animi angustia affligeretur ꝓlixe orauit decantans decem psalmos, s. Deus Deus meus respice in me, vsq; ad In te Domine speraui, donec peruenisset ad istū versum, In manus tuas Domine commendo spiritum meum, quo emisit spiritū. Quare & nos quoq; postquam passionem recitauimus, quæ Xpi anxietatem & doloré exprimit, oramus. Quantumuis sanè mos iste orandi infrequens & insolitus sit. Vsu.n. iampridem receptum est, vt diebus aliis ante Euāgelium dicātur orationes. Verum hoc die contra fit, ordine ꝓmutato, qđ & in initio à nobis dictum é, quo quædā officia in Quadragesima transmutari ostensum est, Orauit aūt Xps ꝓ tribus, ꝓ se, inquiens. Pater clarifica filium tuum ꝓ suis, aiens, Pater ꝓ eis, quos dedisti mihi rogo. & pro illis ét, q crediturі erant in eum, dicens, Pater non tantum ꝓ eis rogo, sed pro omnibus illis, q crediturі sunt in me. Ex quo sequi videtur, ꝙ non debeamus orare pro illis, quos scimus non esse saluandos, veluti ꝓ eis, qui in inferno remanserūt, & ꝓ Iuda, qui desperauit. Sed & nos similiter oramus partim pro nobis, partim pro omni gradu Ecclesiæ, s. ꝓ neophytis, gētibus, Iudæis, hęreticis, & scismaticis, vt eis Deus gratiam suam infundat, & ad fidē catholicā conuertat, flectentes qdem genua pro aliis verum non pro Iudæis, qm illi illudentes Xpm genua flecterunt. Obiter ergo hic animaduerte id, qđ legitur ante genuflexionem non esse orationem, sed adortationē, quēadmodum est (oremus) & quasi quandā ostensionem, pro qbus simus oraturi. Qđ vero postea dicitur oratio ē. Item rursus animaduerte tres fuisse illusiones, quas Iudęi genib. flexis Xpo exhibuerūt. Et qđ prima fuit, velata eius facie in atrio Pontificis. Altera vero prætorio. Qm illo tradito Iudęis a Pilato, vt ipsum crucifigerent milites spineam plectē tes coronam flexis genibus illudebāt ei. Qđ q̄ quis a Iudæis factū nō fuerit, ascribitur

tur tū illis, ꝙ causam præstiterint. Tertia deniq; illusio fuit, quum prætereuntes illi iam in Cruce pendenti dicebant, Vah, qui destruis &c. Contra illas tres illusiones nos ante Crucis reuelationem tres ꝓmittimus adorationes, cum dicimus ter hagyos &c. Quasi ter honorantes illusum ꝓp nos, idque duabus linguis, quia tertia adhuc silet. Hinc igitur, & illud notandū venit, ꝙ cum multa sint genera linguarū, tres tū potissimum existant principales. Prima latina, ꝓp nobilitatem, & Dñium Romani Imperij: secūda Græca, ꝓp sapiētiā: tertia Hebraica, vtpote quo cæterarū linguarum mater sit. His aūt tribus linguis descriptus fuit titulus Domini i cruce. Quare præter reliquas linguas hę tres solum in missa vsurpantur, dum in ea canimus Græcè Kyrie eleison, Hebraicè Alleluya. & cætera Latinè. Aduersus tres Iudæorū accusationes in Xpm dicimus nos tres excusationes in persona Saluatoris, s. Populę meus, ubi Christus ex ꝓbrat illis sua beneficia, liberationem videlicet ab Aegypto, regimē in deserto, introductionem in terram optimā. Quasi dicat Christus, Tu accusas me, ꝙ tributum dari negauerim, deberes potius gratias agere, qa te liberaui a seruitute Aegypti, Tu accusas me, ꝙ me regē fecerim, verū satius foret, ꝙ gratias ageres de eo, ꝙ splendide, & regaliter te in deserto pauerim. Tu deniq; me accusas, ꝙ dixerim me filium esse Dei, sed gratitudinis signum potius exhibe, ꝙ tibi dederim terrā lacte, & melle manantem. His ergo ita dictis, crux apta ac nuda profertur, ad significandū omnia, quæ fuerant obscura, tunc fuisse manifesta, & salutatur crux hisce verbis. Ecce lignum &c. Quoniam per crucem omnibus salus reformatur ac restituit. Postea autem adoratur, i. cum reuerentia osculatur. Solū.n. Deus adorādus est, & cætera illius causa veneranda Crux ergo adorat ideo, ut ostendamus nos debere humiliter facere, quod illi fecerunt superbè. Osculata cruce, dominicū corpus altari apponitur, & tunc sacerdos cum præfatione præposita, videlicet Oremus ꝑceptis &c. Quam addidit beatus Gregorius, cantat orationem dominicam. Quo quidem re presentatur antiqua Apostolorū cōmunitudo, qua in celebrandis missis vtebant. Olim.n. Apostolos hęc quoniam verba ꝓferebāt, quæ dixit Dominus Hoc est corpus meum &c. Et hic est sanguis noui testamenti &c. Quibus ipsi Apostoli postea addiderunt orationem dominicam. Atq; hæc est consuetudo Apostolorum, hic representatur, eo modo quo antiquitus celebrabat, sed Gelasius Papa, Gregorius, & Celestinus multa tandem addiderunt, vt supra dictum est. Facta autem communione, & statim cantantur vesperæ cū oratione, & tam missa, quam vesperæ vna finiuntur collecta. Hoc ita per acto, crucifixus in suum locum reponi debet. Antequem necesse est, vt chorus psalmos psallat, ét Episcopus, uel loco ipsius vicarius eius, idq; tantisper vsq; ad horā illā, qua Christus resurrexerit. Atq; ita tum celebrare debet mysterium de resurrectione. Primò namq; ꝓuenit labor, secundo clamor, tertio autem exauditio, vnde psal. ille. Ad Dominum, inquit, cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quare, & nos oportet eius esse imitatores.

De duabus partib. sacramenti. Cap. 99.

NVne dicēdum est, quare vna pars sacramenti, s. corpus sub specie panis reseruetur die cœnæ, & altera pars, s. sanguis sub specie vini non reseruetur, ac duæ quidem sunt causæ, quam obrem corpus reseruetur. Prima est, ne fortasse qspiam ex hac uita fine viatico discedat, ꝙ euenire posset ni reseruaretur, atq; institutum ita est ab Innocentio Papa. Secunda est, ꝙ illis tribus diebus maximè omnes ij religiosi, qbus necessitas est, dēant cōmunicare. Quare oportet, ut sacramentum illud reseruaretur, quoniā eo die cōsecrari nō dēt, ut supra ostensum est. Cur autem sacramentum vini non seruet, triplex est ratio. Prima est, quia cum vinum liquidum sit, non posset tam bene reseruari, quin quadā negligentia facile queat labi. Secunda est, ꝙ duos sacrificiorum ritus suis temporibus approbauerit Deus, veterem legis videlicet suo tempore, & nouum hoc tempore. Hos duos ritus significant panis & vinum, licet vtraq; res sit noui sacramenti, panis nempe nouū, &

vinum

vinum veterem. Nec mirum videri dēt, si per rē noui sacri vetus sacrificium significetur, cum & contra inueniatur, rem videlicet veteris testamenti declarare nouum. Nam quartis ferijs septimanarū qñ ordines celebrantur duæ lectiones ex veteri testamento recitantur, quarum altera, q̄ sub nocturnali tono exprimitur vetus significat testamentum, altera vero, q̄ sub tono cōi, nouum. Ex eo itaq; q̄ vinū non reseruetur, ostendit vetus sacrificiū cessare debere. Tertia ratio est, q̄ ideirco nō reseruetur, q̄a Christus dixit in cœna, Amen dico vobis, q̄ amodo non bibā de hoc genimine vitis, donec bibā illud vobiscum nouum in regno patris mei. Si q̄s autē roget, num istud vinū, quod eo die in cōmunione sumitur, ex dominici corporis contactu consecretur, q̄uis cōplurium scripta illud asserere videantur, nos tñ veritatem magis sequentes, & ea quæ sancti Patres tradiderunt, dicimus vinū illud omnino nō esse consecratum ex illo contactu, sed sanctificatum. Est.n. differentia inter consecratum, & sanctificatum. Consecratum dr̄, quod in consecratione, vt ita dicam transubstantiatur. Sanctificatum vero est, quod p verborum sanctificationem efficit sanctum sine aliqua transubstantiatione, vt aqua lustralis, quā ideo benedictā dicimus. Rursus sanctificatum dr̄, q̄d tactari sanctificatæ magis efficitur referendum. Si autem diceretur, q̄ solo contactu vinum, uel aqua consecraretur, magna profecto inde sequeretur rerū perturbatio & confusio. Sic.n cōtingeret, calicem non posse lauari, indeq; efficerēt, ut iam sexcenti panes vnius hostiæ contactu sine uerbo possit consecrari, & si una aliqua gutta aquæ lustralis, seu benedictę in stagnum, uel puteū, qui ex lacunis scaturit, infunderetur, aqua illa perpetuo benedicta maneret, atq; eiusmodi infinita alia incommoda ex ea renascerentur. Iā ēt prætereo, si dominici corporis tactu vinū consecraretur, contra decretum fieri, quod prohibet, ne hoc die consecratio fiat. Quod aūt hic quæritur, quamobrem Christus discipulis prius corpus suum dederit mysticum, quā in ueritate illud offerret, discussum satis apud alios est. Aduertendum ergo hic est, & repetendū, q̄d paulo ante a nobis dictum est, vtpote in triplicem Christi crucifixionem, quę hoc die reipsa facta est, tribus horis, tertia uidelicet, sexta, & nona per vniuersum annum missas celebrandas esse. Hora.n. tertia crucifixus est linguis Iudæorū, clamantium Tolle, tolle crucifige eum. Hora sexta in cruce positus fuit, & nona expirauit, quapropter hæ horæ ad celebrādas missas canonice sunt institutæ, q̄ Xp̄i immolationē mystice representant. Diebus .n. festis quum a libidine est abstinēdum, missa debet tertia hora celebrari, profestis, sexta, & in ieiunijs nona, sin aliter fiat certe canonicum, & regulare non est. Excepti interim ijs temporibus, quibus nocte missa celebrari debeat, ut in natali Domini, & in sabbato Paschæ. Missa.n. q̄ tūc celebratur, non ad sabbatū ptinet, sed ad diē resurrectionis. Vnde etiā nūc Romæ, & per vniuersum Rauennensium Archiepiscopatum, sub quo & Bononiēsis Ecclesia continetur, tunc missam non celebrat vsq; in noctem. Quod aūt sic fieri debeat satis ipsa ostendit ratio, q̄ tum dr̄, Deus, qui hāc sacratissimā noctē, & illud, quod in cerei, quem vocant, bñdictione canitur, hæc nox est. Sicitidem quotiescunq; ordines conficiunt, nocte missa celebrari debet, q̄n officium maiorum ordinum ad diem spectat dominicā. Sed q̄a a ieiunio incipere oporteat, ideo in sabbato post uesperas illud inchoamus, & ad noctem vsque protulimus.

De officio tenebrarum. Cap. 100.

NVnc uerò considerandum est quamobrem tribus noctibus continuis officium, q̄d tenebræ appellatur, celebremus, quemadmodum ad illud officiū pulsandum sit, quare, & quot candelæ accendantur, & qūo eæ extinguātur, & deinde ēt de officij qualitate. Posito itaq; Christo in cruce tribus horis fuerūt tenebræ, a sexta usq; ad nonā, ita ut cōplectamur sextam, & nonā, dum sol patiebatur ecclypsim, non quidē naturalem, sed miraculosam, quanquā eam infideles iuxta naturā ita accidisse mentiebantur. Quamobrem sanē propter tanti illius miraculi memoriam per noctes tres illas horas representamus. Ad officium tenebrarū non campanis pulsandū est, sed ligneis tabulis. Campanæ.n. significāt, vt dictum est, concionatores. Atq; ideo campanis non pulsatur, quia concionatores, hoc est, Discipuli Domini non solum nomen eius non prædicaruut, sed & negauerunt, ut Petrus, & fugerunt. Scriptum est. n. Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis. Vnde Dominus videns eos ad fugam paratos, ait: Quem quæritis? quasi dicat; Si me quæritis, sinite eos abire. Magnus tñ ex ligno editur sonus. Tabula lignea Xp̄m significat, qui in ligno clamabat, prę dicabat, & orabat, dicens. Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Pulsatur igitur ligno quòd tum solus Christus extitit concionator.

De numero candelarum. Cap. 101.

DIcendum modo est de candelis, atque hic quidem in numero diuersitas est. Quidā. n. septuagintaduas accēdunt, quidam vigintiquatuor, quidam quindecim, quidam ēt duodecim, quidā nouem, & quidā septem. Sed hi tñ omnes non ablq; mystica significatione hoc faciunt. Nam septuagintaduæ candelæ septuaginta duos Discipulos significant, quorum prædicatio, siue cōcio in morte Xp̄i extincta est. Vel ad designandum q̄ Dominus septuagintaduabus oris in sepulchro quieuerit p synecdochen, quemadmodum dicitur tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ latitasse. Vel septuagintaduas nationes, & septuagintaduo genera linguarum. Vigintiquatuor candelæ quæ prius accendūtur, & posteà extinguntur, hunc uersiculum, Gloria patri & filio, &c. significant, qui uiginti quatuor uicibus in nocturnis festiuitatum cantari soleat, & hoc in officio omnino tacetur, q̄n laus Trinitatis, ad quā pertinet versus ille, in morte Christi videtur extincta. Quindecim candelæ duodecim Apostolos & tres Marias significant, qui omnes laudem Dei tunc subticuerūt. Sed Apostolis tñ fugientibus tres Marię, vt quę minus metuebant, circa eū quoad poterant, versabantur. Vñ legitur; Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, i. mulieres quæ sunt quasi pellicula quędam. Duodecim candelę duodecim exprimūt Apostolos. At uero nouem, humanum genus significant, quod propter peccatū suum a consortio nouem ordinum angelorum semotum est, & à uera luce exclusum. Per septem candelas septiformis Spiritus sancti declarat gratia, quę in cordibus Discipulorum penè fuit extincta. Vt aūt de numero candelarum fit, omnes manu cerea debent extingui. Et quidem per manu ceream intelligitur manus illa, q̄ vidit Baltassar Rex Assyriorū scribentem in pariete verba hmōi. Manethetel phares; quæ sic exposuit Daniel. Mane, i. enumerauit, thetel, attendit, & phares dimisit. Hic ergo sensus est: dicit Dominus, Numerauit tēpus regni tui, & opera tua bona, & mala, & appendi, & inueni plus mali q̄ boni, atq; ideo diuidet regnum tuum in Persas, & Mœdos. Quod utiq; factum est per Cyrum & Darium. Quemadmodū igit regnum illud propter mala opera Regis extinctum fuit, & diuisum in perpetuū, ita quoq; regnum Iudæorū propter peccatum in morte Xp̄i cōmissum, diuisum est, & in posterum penitus deletum. Vel, quod melius est, manus cerea representat manū Iudæ, quæ fuit cerea, i. ad malum flexibilis, per quam Xps Rex noster, & lucerna vera, traditus fuit & extinctus, quantum in ipso fuit. Atq; ita per manū ceream signihcatur illius manus, de quo Xps ait: Qui mecum intingit manū &c. Vt.n. hæc extinguit lumen, ita illa verum lumen extinxit, quantum in se fuit. Aliquando uero plures candelæ sine certo numero incenduntur, nec obseruatur aliquis numerus, ita vt vel quælibet mulier aut vir suā isthic sibi accendat. Per quas candelas significantur Prophetæ & alii sancti patres, q̄ propter Xp̄m lumen mūdi venturum annunciantes, atq; aliis verba salutis concionantes, & p̄dicantes uariis vexati pœnis mortui sunt & extincti. Nec uero omnes cādelæ simul extinguūtur, sed successiue nūc hæc, nūc illa. Q̄n discipuli nō simul ab eo recesserunt, sed paulatim quum unus decessisset, abiit & alter. Vna tamen, quæ in earū medio est, collocata, non extinguitur, sed absconditur

ditur & occulcatur, posteaq; in apertum profertur, ac eius luce omnia Ecclesiæ lumina rursus accenduntur. Hic est Christus, qui licet videretur ſm corpus extinctus, ſm diuinitatem tamen uiuebat, quæ illis erat occulta. Hic.n. paulo post resurgens cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit, quando in eorum mentibus charitatem iam propemodum extinctam sua illustratione iterum inflammauit. Nunc de ipso officio prosequamur, q̃ vniuersum Xp̃i sonat passionem. Primus ergo versus, a quo noctis officium alio qui incipi consueuit, nempè, Domine labia mea aperies, subticetur, q̃ Christus caput nostrum a nobis auferatur. Sic nec Deus in adiutorium dicimus; quia nostro pastore pcusso nos illius oues a quo petamus auxilium non habemus. Inuitatorium aũt ideo nõ exprimitur, ne per hoc prauum illud Iudæorum consilium cõtra Iesum factum quodammodo imitemur, sed potius ut ipsum per inuitatorij silentium detestemur. Ad lectiones quoq; benedictio neq; petit̃, neq; datur, q̃ pastor, qui gregi suo benedicat, modo non adsit. vel quia per Iube Domne, significantur illi, qui erant concionatum, & per tu autẽ, illi qui concionandi munus obierunt, & inde remersi sunt. Sed nec hi, nec illi tum aderunt, siquidem aufugerant. Debẽt ergo dici lectiones ẽt lamentando, & maximè illæ, quas Threnos appellamus Hieremiæ, qui defleuit sanctum illum regẽ Iosiam. Lugẽt Ecclesia ẽt tunc passionem, & mortem Domini. Sed quia prer peccata nostra ipsum amisimus, si eundẽm volumus recuperare, certe ut ad pœnitentiam conuertamur, ideo sub finem lectionum per hũc uersiculum, ſ Hierusalem, Hierusalem, conuertere ad Dominũ Deũ tuum, eo admonemur. Leguntur Threni Hieremiæ, hoc est lamentationes, si verbum verbo interpretemur, quæ ita a Trenato monte sunt appellatæ, ubi animarũ lamentationes, quæ isthic puniuntur, sæpius audiuntur. Possunt tamen ideo vocari Treni, q̃ semper post tertium quemq; versum sequatur litera ex Hebraico alphabeto, q̃ vniuersum in illis lamentationibus quater ordine ponitur, idcirco dũ Hieremiæ lamentationes legimus, qm̃ sicut ille deplorauit mortem Iosiæ, & destructionem gentis suæ futurã, ita nos deploramus mortem Christi.

De expositione trium quæ præterea in eiusmodi officio obseruãtur. Cap. 101.

REstant deinceps tria inquirenda. Primo quamobrem in hoc officio noctis antiphona, quæ ad Benedictus, canitur, atq; etiam totus psalmus tum alta voce, & quasi terribili cantetur: deinde vero quare quidam trophi in huius officii siue lamentabiliter dicantur. Postrẽmo cur tribus hisce noctibus ipsum officium noctis alta uoce, quasi terribili & manifesta decanteur: diurnum autem tacitè ac uoce omnino demissa. Verumenimuero q̃ antiphona ad Benedictus, & ipse etiã psalmus extinctis candelis uoce eleuata, & velut horribili cantatur, signifi cat tumultum cohortis, quam cũ gladiis & fustibus secum Iudas adduxit, quando Xp̃m traderet. Per nocturnum aũt officium tenebrarũ declarat̃ prophetia prophetarum, & per diurnum, prædicatio siue concio Apostolorum. Qua propter officium noctis alta uoce canitur, quia prophetæ aperte quę de Xpo erant ventura, prædixerunt, & quod illis Spiritussanctus dictabat omni remota formidine nunciauerunt. Sed diurnum officiũ submissa uoce cantatur, q̃ Apostoli aut omnino tacuerint, aut certe occulte prædicauerint, & cõcionati fuerint. Cõtinet aũt cohors quinquaginta milites, qui ob id in tanto numero cũ Iuda missi sunt ad Xp̃m capiẽdum; qm̃ Iudæi verebantur, ne populus, q̃ eum libenter audiebat, si hanc proditionẽ sciret, suas interponeret partes ad ipsum liberandum. Aut certe ideo; quia facile opinabantur eũ esse fortissimũ, & omnino talem, ad quẽ capiendum pauci non sufficerent. Videbant nãq; dominica præcedẽti ipsum solũ, flagello ex funiculis confecto omnes vendentes & ementes potenter e templo eiecisse, ac numulario rum mensas fortiter euertisse. In quo qui dẽ facto pterea uiderãt fulgorẽ quendã, quasi quosdã radios igneos ex ipsius facie exire: Porro aũt tropi, i. uersus illi, qui tribus istis noctibus in fine officii eũ

Kyrie

Kyrie eleison, & Domine miserere, velut lamentabiliter decantantur, significant Jamentationes, & dolores mulierum, quæ propter cognationem Iesum suum ab Galilæa fuerant secutæ. Inter quas erãt Maria Magdalenæ, Mariæ Iacobi, & Salomæ plorantes iuxta sepulchrum. Tropis cantatis in quibusdam Ecclesiis ad terrã procidentes dicũt; Miserere mei Deus. & Collectam, videlicet, Respice quæsumus Domine super hanc familiam &c.

De purgatione pauimenti. Cap. 103.

POst hæc dicendum est cur quinta feria Ecclesię pauimentum mundetur, & altaria denudentur, ac deinde quamobrem eadẽm feria ipsa altaria vino, & aqua lauentur, atque asperis ramis præsertim taxi, aut buxi quasi fricentur. Ad primum quidem promptè intelligendum oportet cognoscamus, Ecclesiã esse aliã corporalẽ, aliam spiritualem. Corporalis est domus, in qua diuinum officium perficit̃. Spiritualis vero est, velut cõuocatio quędã fidelium. Sicut.n. Ecclesia corporalis lapidibus ex diuersis locis cõgregatis cõstruitur, ita quoq; spiritualis Ecclesia ex diuersis conuocatur hoibus, ita vt hinc ecclesiã ipsa appellata sit cõuocatio. Quã quam nomen illud proprius ac verius spirituali ecclesiæ cõueniat, q̃ corporali. Homines.n. conuocantur, non lapides. Sæpe numero tñ fit, vt nomen eius, q̃ significatum est, significanti attribuat̃. In ecclesia igitur spirituali sunt pauimẽtum Christi pauperes. hoc est, pauperes spiritu, qui in omnibus sese humiliãt, vt hinc p̃p humilitatem pauimento maximè assimilẽtur. Quare obiter notemus tria esse genera paupertatis, quorum primum paupertas dr̃ necessitatis, quæ est in egenis. Alterũ simulationis, quæ in hypocritis est. Tertium autem vocatur paupertas spiritualis, q̃ consistit in bonis. Prima paupertas tolerabilis est, secunda detestabilis, tertia laudabilis, ita vt in omnibus iis bene faciẽdum sit propter Dñm. Nec sanè vllus sit fortunæ respectus, quantum ad primam paupertatem, vel causæ quantum ad secũdam, sed naturæ hominis. Pauimentũ ergo ecclesiæ mundat ille, qui pauperibus propter Dominum pedes lauat, cæteraq. misericordiæ opera exhibet.

De nudatione altaris. Cap. 104.

SEquitur de nudatione altaris, q̃ pars est in ecclesia dignior, vsq; adeo, ut si altare remoueatur, ac rursus ædificetur, tota ecclesia iterum sit consecranda. Verum contra, ẽt si ecclesia remoueat̃, hoc est pars eius aliqua, aut plures altari immoto ecclesia non consecrtur, sed alia sanctificatione mundatur. Altare.n. Christum significat. Præcepit nãque Deus in lege. Altare de terra facietis mihi. Altare de terra est Xps natus de Virgine. Vnde dr̃. Veritas de terra orta est. Hæc é terra, quæ dedit fructum suum, fructum sublimẽ, Christum videlicet sublimatum sup choros angelorũ in cœlis. Nudatio ergo altaris declarat, q̃ Christus i passione sua denudatus visus sit, & despoliatus illis signis, quib. ante in faciendis miraculis apparuerat glorioſus, quũ solus vẽdẽtes atque ementes ẽ tẽplo eiecerat, facie eius splẽdoris radios emittẽte. Qui.n. prius tã potẽs, nũ glorioſus apparuerat. mõ in passione visus est debilis, & abiectus. Vnde Isaias: Vidimus, inquit, eũ non habentem spẽm, neq. decorẽ. Et Hilarius. Ante, ait, passionẽ apparuit Deus, & homo, in passione totus homo, post passionem totus Deus. Vel ẽt altaris nudatio representat ipsam ac veram Xp̃i nudationem, qm̃ milites eum spoliauerunt, & eius vestimenta partim sunt partiti, partim sortione abalienarunt. Aut certè vestem Xp̃i Apostolos esse dicimus, quibus Christus tanquã vestibus quibusdam ornabatur, & p̃ quos nomẽ illius erat magnificatum. Altare igitur nudatur, qm̃ Christus a suis Discipulis fugientibus, & nomen eius tacentibus relinquitur. Proinde vinum & aqua, q̃ b. altare lauatur, significãt sanguinẽ redemptionis nostræ, & aquam regenerationis, quæ ex latere Christi fluxerunt, quando latus eius lancea fuit apertum. Altare ergo abluit̃: quia corpus Chr̃i uerũ altare, sanguine & aqua in cruce aspersum fuisse creditur. Rami aũt asperi, quibus altare fricatur, significant spineam coronam, qua coronatus est Christus, aut flagella

amara, & ictuum vibices, & graues dolores, quos in morte sustinuit. Sunt ideo rami hispidi, sicut rami taxi, quib. pauimẽtum mundatur, ꝙ nos debeamus vitiis mundari, & in eleemosynis pauperibus prouidere, quatenus hi sint, q nos in ęterna tabernacula recipiant. Ipsorum n. est regnum cœlorum, ꝙ intelligendum est de pauperibus bonę voluntatis, siue spũs.

De Sabbato. Cap. 105.

His ita de sexta feria prosequutis, trã seundum est ad Sabbatum, in quo dicendum prius est de ipsius diei nomine, ac postea de eiusdem officio seruato ordine. Hoc ergo sabbatũ κατ᾽ ἐξοχήν, seu per excellẽtiã, ita est appellatum, quia significat requiẽ Christi ab opere recreationis in septima ætate. Quemadmodum enim Deus opere creationis mundi, sexto die completo, septimo conquieuit, ita quoque in sexta ætate recreationis opere absoluto, s. natiuitate, passione, & cæteris omnibus, quæ de illo prædicta fuerant septima ætate requieuit, quæ ꝙm quorundam opinionem ab ipsius passione fuit auspicata. Alii tñ dicunt eam incępisse a morte Abeli. Qñ enim anima Christi mortalitatem, & omnem patibilẽ corporis qualitatem exuisset, quasi in requie conquieuit.

De officio sabbati. Cap. 106.

NVnc de eiusdem diei officio videndum est, & in principio quidem officii omnis ignis in ecclesia extingui debet, posteaq. è saxo calibe, aut ferro alterum excuti, quod fieri debet ex sarmẽto, quoniã Christus de se dixit. Ego sum vitis vera, deinde dẽt benedici cum cruce, & aqua lustrali. Quo quidem facto cereus Paschalis, vt vocãt, benedicetur, atque incenditur cum duobus parũ aliis cereis. qui ab illo accenduntur. vnus n. ab vna parte cõsistit, alter ab alia, inter quos maximus statuitur cereus. Duo igit minores cerei declarant sanctos veteris, & noui testamenti. qui tã (videlicet hi, q̃ illi) omnes per Christum sunt illuminati. Vel duo cerei significant doctrinam Apostolorum, & Prophetarum, qui cum Christo in doctrina concordant, & conueniunt. Tandem vero vigintiquatuor in qbusdã ecclesiis leguntur lectiones: Ac Romæ q dem hoc pacto fieri solet, ut duodecim recitentur Græce, & totidem Latine. In nõ nullis autem ecclesiis legunt tñ duodecim, & in nonnullis duntaxat septem. At qui vigintiquatuor legunt duodecim ob id Græce recitant propter authoritatem septuaginta interpretum, quorum authoritas quõdam in Græcia maximè floruit, atque etiã in illa parte Italiæ, quę magna olim dicebatur Græcia. Verũ duodecim ideo dicuntur Latine propter authoritatem trãslationis Hieronymi. In minimis tamen Ecclesiis non habent nisi sex, ob senarium numerum, qui quodammodo p fectus est. Qui vero duodecim seruant, illud faciunt propter numerum Apostolorum. Lectis ergo lectionibus, itur ad fontem cum lætania, atque aqua benedicit, & consecratur. Sed peracto eorum baptismo, qui fuerant baptizandi redit ur pari ratione cum lætania. Qua quidem finita ipsam missam auspicamur a Kyrie eleisõ. Nam in ea missa introitus, graduale, offertorium, & communia præter solitum subticentur. Eodem modo & Agnus Dei a quibusdam quidem dr, a quibusdã vero non. Susceptа hostia, statim vesperæ cantantur, idq. cum duobus tantum psalmis nimirum Laudate Dominum omnes gentes &c. cum Magnificat. Atque ad eum modum vna adiecta oratione totum eius diei officium absoluitur.

Quare hæc omnia fiant. Cap. 107.

His itaq; sic breuiter, & quasi historice enarratis, rationes quare hæc omnia fiant prosequamur, & quid significent suo ordine videamus. Ignis, qui antecq̃ nouus excuteretur, erat in Ecclesia, veterem

ueterem connotat legem. Quòd ergo uetus ignis extinguitur, significat omnia legalia ueteri testi in Christi passione fuisse completa, & exinde debere illa cessare. Saxum, ex quo ignis excitatur, Xps ẽ, super quem tanquam solidam ac firmam petram Ecclesia est edificata, a qua Spiritussancti ignis procedit. Elicitur tamen aliquando ignis ex crystallo. Nam si crystallus supponatur orificio phialæ aquas plenæ ad solem, sine mora ignis crystallo ilicò excutietur, si igni fomentum, quo apponi solet, adiunctũ fuerit. Chrystallus significat puram & pellucidã Christi carnem, quæ sine labe fuit. Cereus & renouatus & illuminatus significat, ꝙ Christus resurgens a mortuis, in carne gloriosa uerus Deus apparuerit. Atq; ita cereus illuminatus exprimit Xpm, diuinitatis splendore illuminatũ. Quòd aũt ex igne maximi cerei duo minores accætera Ecclesia lumina incenduntur, declarat non solum Prophetas & Apostolos, qui ꝑ minores duos cereos, ut paulo ante dictum est, intelliguntur, igne sancti Spiritus fuisse illuminatos, sed ꝙ omnes ét ecclesiæ fideles eodem igne illustrentur. Simili ratione declaratur diuinitatis plenitudinẽ in Christo fuisse, ꝙ a quibusdam in principio benedictionis cereus accendatur. Quanquam profecto melius & commodius tum primum accendi debere uideatur, cum in benedictione agitur de igne. Crux ex thure cereo imprimitur, quod nimirum significat holocaustum, i. totum incensum, & totum cõbustum, siue igne assumptum. In ueteri namq; testõ duo solebãt facere sacrificia, matutinum, quod totum incendebatur, & dicebatur holocaustum. Crux de incenso designat sacrificium legis uespertinum, quod imolationem Christi in ara crucis factum, idq; in ipso mundi vesperę prẽfigurabat, quodq; in eius passione completum fuit.

Quid per cereum Paschalem significetur. Cap. 108.

ANnotatur quidem in cereo Paschali annus ab incarnatione Domini. Christus. n. antiquus & magnus annus est, ac dierum plenus, si sumamus computationis nostræ initium a conceptione, quando beata Maria dixit: Ecce ancilla domini. Eo namq; dicto, statim Christus fuit homo, atq; ipsa Spiritusancto plena. Ideo ergo Christus annus dicitur, ꝙ quemadmodum in dierum anno sit fructuum plenitudo: ita in Christo & fuit, & ét nunc est omnium bonorum plenitudo & abundantia. Habet. n. Christus suos menses, habet suos dies. Siquidem duodecim Apostoli duodecim menses sunt, & reliqui dies Christiani oẽs, & fideles, quorum horæ sunt neophyti. Inscribuntur quoq; cereo Paschali indictio, vel æra, atq; epacta. Qm̃ actiones omniũ & successiones temporum per Dei dispositionem rectè disponuntur. Vocabatur aũt indictio antiquitus spacium quindecim annorum, quod ex tribus cõstat quinquennijs, in quibus orbe triumphato per soluebatur Romanis tributum ex uniuerso orbe. Primo aũt quinquennio soluebatur aurum, secundo argentum, tertio ferrum, ad conficienda arma, & æs ad ornandam ciuitatem. Et sic singula quinquennia illius spacij quindecim annorum similiter appellabatur indictio. Finitis aũt quindecim annis reuertebatur tributorũ indictio ut prius, quæ ꝙ ita tribus lustris indicebatur, sic dicta est, Appellatum itẽ est tributum hoc æra ęrę, ꝙ eodem modo singulis annis omnis orbis Reipublicæ Romanæ quodcunque genus æris persoluere professus fuerat. Prius ergo fuerunt indictiones, & postea æræ, ob æs æris, sic dictæ. Ad cuius tandem nomenclaturam accessit epacta, ꝙ additionem significat, a Græco uerbo ἐπάγω.

De consecrando siue benedicendo cereo. Cap. 109.

CEreus a diacono benedici & consecrari oportet, non autem a sacerdote, vel Episcopo, etiam si sint præsentes quantumuis maioris sint ordinis, & dignitatis. Per quod qdem intelligitur, ꝙ Xps resurgens ex mortuis primo sese obtulerit & ostẽderit mulieribus, per quas, utpote quæ erant sexus debilioris, gloriam suę resurrectionis Discipulis suis nunciauit. Sed nec illud temere fecit Dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam quemadmodum principium mortis per feminam in mundum intrauit, ita quoq; necessarium fuit, ut initium nostræ restitutionis & salutis per mulierem mũdo annunciaretur. Vnde profecto cursorie considerandum est, mulieres tribus gaudere priuilegijs, quorum primum est, ꝙ in paradiso sit condita ac creata, alterum, ꝙ ex muliere natus sit Christus, & tertium quia resurgens a mortuis primo apparuit mulieri.

Cur tituli hi taceantur & de baptismo. Cap. 110.

DVabus de causis tituli lectionũ non præcinuntur, quarũ prima est, quoniam Christus caput nostrum necdum nobis sit restitutum. Secunda uerò; quia qui sunt baptizandi, ad quos totum illius dici officium pertinet, adhuc in ima ignorantiæ scripturam profunditate immersi detinentur. Quum ergo scripturas non intelligant, non expedit earum nominare authores. Inde quoq; est ꝙ tum lectiones recitentur ex ueteri testũ, cuius cognitio non nisi spiritu renatis perfectè manifestatur. Absolutis lectionibus in magnis quibusdam Ecclesijs lætania iuxta numerum religiosorum, qui illhic conueniunt, decantatur: in quibusdam uero Ecclesijs ter dicitur, ut fides Trinitatis representetur. Quòd aũt eundo ad fontem ac redeundo lætania cantetur, declarat sanctos orare pro batizandis, ut baptismi sacramentum uera fidei percipiant, & iam baptizati deinceps in ueritate fidei & sacramento cõfirmentur. Sciamus ergo, ꝙ in baptismo tempore Apostolorũ aliud nihil dicebatur, nisi hoc tantummodo, Ego baptizo te in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti. Sed B. Clemens ex doctrina B Petri inunctionem chrismatis & olei addidit. Postea Leo & Damasus summi Pontifices, ac B Ambrosius reliqua adiecerunt, prius q; baptizabant in fluuijs & stagnis. Qũ uero sacerdos in aquis sua uiter anhelat, significat fidelem facilè diabolũ posse abigere. Anhelat igitur illhic, ut diabolus inde expellatur. Ieun. n. flatu põt repelli ab illo, qui in Domino confidit. Cereus in aquis ponitur ꝙ contractus corporis Christi baptismatè aquas sanctificauerit, & uim regenerandi illis contulerit. Representat aũt cereus super columna positus & accensus columnam ignis, quæ nocte præcedebat filios Israel, quando Aegypto exeuntes intrarunt mare rubrum, in quo præfigurabatur baptismus, ut per desertum uenirent in terrã promissionis. Extinctus uero ostendi columnam nubis, quæ item eosdem præibat interdiu. Columna. n. tria præstabat, protegebat namq; illos à sole, ab hostibus, & nocte eis lucem præbebat. Pari ratione Xps præcedens baptizatos, obumbrat eos contra incitamenta uitiorum & protegit ab hostibus, sa dæmonibus, & a mundanis puditatibus, atq; illuminat per charitatem. Vnde dicitur. Ignis consumens in nobis uitia. Proinde ꝙ chrisma in aquas funditur, significat cœlestia terrenis per fidem baptismatis coniungi. Ob quã ẽt causam fieri dicimus, ꝙ sacerdos uocẽ muter, & qñq; utatur uoce alta, quãdoq; demissa. Eo. n nobis innuitur, ꝙ iam, i. terrestria per baptismum iũgantur cœlestibus. Consecrata igitur aqua ueniunt baptizandi, uel a susceptoribus adferuntur, & baptizantur, sed prius tamen de fide interrogantur. Postea uero oleo inunguñ in pectore, & in scapulis. In pectore quidem, ut capaces sint intellectu mandatorum Dei. In humeris uero, ut sint robusti ad portandum iugum & onus legis. Deinde ter merguntur ꝙ in fidei Trinitatis baptizentur. Primo recta facie uersus aquam, & capite uersus Orientem debent immergi, secundo ad Aquilonem capite uerso, tertio capite uerso ad Meridiem. Ac primo quidem dicere debet. In nomine Patris, mergendo puerũ in aquam facie uersa ad Orientem, postea paululum leuare & dicere, & Filij, mergendo eum uersus sinistrã partem. & iterum paululũ leuare, ac dicere, & Spiritusſancti, eundem mergẽdo uersus dexteram partem. Atq; ita tandem ipsum in altũ subleuare, ac susceptoribus. cõmittere debet sacerdos, a cuius manu puerum ut hi susciptãt oportet, vñ & susceptores sũt appellati. Nõ. n. dẽt sacerdos ipsum in aquis relinquere, sed susceptoribus tradere. Tũc baptizatus in uertice capitis inungit̃, in eius significationem,

tionem, ꝙ Spiritusſanctus ei datur. Bis autem datus est Spiritusſanctus, Primo, Christo adhuc degente in terra, quando Discipulis discumbentibus inspirauit, inquiẽs. Accipite Spiritumsanctum, quorũ remiseritis peccata &c. Secundo è cœlo, atque ideo bis quilibet homo inungitur chrismate: Primo in baptismate, & in uertice, postea in confirmatione ab Episcopo in fronte: datur. n. nobis bis Spiritusſanctus: In baptismate quidem dat̃, ad emũdationem & collationem uirtutum. In cõfirmatione uero ad corroborationem. Inuncto chrismate baptizato imponitur capiti eius chrismate rotunda quædã mitra, quæ coronam uitæ significat, uel candida induitur uestis, quæ ad similitudinẽ cuculli ex albissimo panno cõficitur filo rubro supertexto. Candida illa uestis innocentiæ stolam designat, quæ nobis redditur in baptismo. Et notandum est, ꝙ huiusmodi albam uestem gestare debeãt septem integris diebus, nec confirmati nisi illis septem plene absolutis, propter septiformem spiritum, qui datur in baptismo. Sed rubra illa fimbria, quæ uesti illi assuit & supertexitur, significat passionẽ Christi, per quam baptismi Sacramentum impletur. Aut sanè rubra illa fimbria exprimit funem, quem Raab in Hierico per fenestram dimisit, pp hospitiũ, quod ipsa præstiterat exploratoribus missis ab Iosue, ad cuius signum saluata est domus eius cum tota sua familia. Cæterum rursus hic animaduerte, quod supradictum est, neminẽ debere in susceptorem accipi, nisi orationem sciat Dominicam, & duodecim suæ fidei articulos, Hæc. n. duo oẽs susceptores ut filios suos doceãt, obligantur, cum illorum fidei sint quasi fideiussores. Quocirca eos obseruare quàm fieri potest studiosissimè debent, ne unquam fide & iustitia excidant, utpote responsuri in die iudicij de omnibus illis, quæ enormiter isti perpetrauerint. Sacerdos quoq; pater, & susceptor illorum est, quos baptizat, ita ut eos instruere ẽt teneatur. Sed qa propter multitudinẽ omnibus uacare non posset, totum illud curæ susceptorũ committit̃. Itéq; & spiritualis pater esse dẽt Sacerdos illorum, nempe quibus uerbum uitæ concionatur, & quorum audit confessiones. Vnde sane grauius ille peccare dr̃, qui ei mulieri concumbit, quæ suæ est patœciæ, quam mulieri quæ est alterius, cum eiusmodi mulier spiritualis sua appelletur filia. Solet apud nõnullos qõ exoriri de numero susceptorum, & quot debeant esse necessario ad puerum è sacro fonte suscipiendum. Verum nos dicimus, ꝙ unus facile posset sufficere. Sed quũ in ore duorum uel trium testium cõsistat omne uerbum, ideo ad minus tres necessario requirũtur, quorum unus uir sit oportet, & duæ mulieres, nec ẽt plures, ne carnalis copula per spũalem coniunctionem impediat̃. Quatuor aũt sunt gña personarum, quas Ecclesia in susceptores nõ recipit, ut sunt Abbates, monachi, abbatissæ cum suis monialibus, qui sunt unum genus, ad alterũ referimus infideles, & ad tertium illos, ꝙ nec dum sunt confirmati. Hi. n fideles uere appellari non debent, ita ut nec hinc ueri testes esse possint. Ad postremum genus referendus est uir cum sua uxore, nisi prius castitatis ambo fecerint uotum. Nã si permitteretur, ut eundem puerum è fonte susciperent, iam eiusdem fierent patres spirituales, ita ut inde in posterũ sese mutuo carnaliter cognoscere nõ liceret̃, quemadmodum in Decretis prohibitum est. Sed & hoc egregie admittendum est, ut aliqui eum puerum è fonte susciperẽt, qui cum illis ius est cognationis. Nam dilectio charitatis quantum fieri põt, per baptismum extendi debet. Proinde uero ꝙ quam Pagani siue Gentiles tẽpla sua circa fontes conficere soliti sint, atq; aquam isthic semper in prõptu habere, per cuius aspersionem se purificari credebãt, ita ut illos fontes delubra nominauerint, a diluẽdo, atq; sic naturaliter ad baptismum accesserint, nos tñ ab eorum consuetudine baptismũ nõ sumpsimus. Habemus. n. illud à tribus potissimum, quæ in ueteri testamento fuerunt, nimirum à cataclismo, i. à diluuio, à mari rubro, & ab Iordane, quæ nobis uelut figurã baptismi præbuerũt. At roget aliquis, num ẽt liceat in cocta aqua ut in ceruisia uel mulso, uel in uino, uel in oleo, uel in alio liquore aliquem baptizare? Verumenimuero nulla in alia re istud facere permissum est, nisi tãtummodo in pura aqua, siue illa ex ni-

30 q. 4. *quod uidetur.* *Extra de cogni. spi. c. 2. & 4.*

ue & glacie sit resoluto, siue marina, siue fluuialis. Sed hoc animaduertendum est, ꝙ non debeat celebrari baptismus, nisi in sabbato Paschali & Pentecostes. Fieri tñ pōt causa necessitatis, quæ triplex est: Prima est causa munitionis, ut si rex ciuitatem aliquam vellet obsidere, tunc loci eius pueri licitè baptizantur, ne contingat eos aliquo periculo mori nedum baptizatos. Altera est ægritudo. Accipitur aūt hic late ægritudo pro quauis naturæ infirmitate, quæ facilè pōt dissolui, ita ut nesciamus diē neq; horā, & ideo frequēter fit baptismus non solennis, nec tempestiuus, hoc est, non congruo & conuenīti tempore factus. Tertia est, quæ fit causa persecutionis gentilium. Solebant tamen Græci baptismum celebrare in Epiphania, ꝙ tūc Dominus esset baptizatus, atq; ita baptizabant tribus diebus continuis. Consideremus interim quatuor esse genera aquæ benedictæ: aqua uidelicet, in qua fit iudicium purgationis: illa quæ in Ecclesia dedicatione sanctificatur, & qua diebus dominicis aspergimur, atq; aqua baptismi, qua aspergi solebamus, priusquam chrismate vngeremur, quod in quibusdā locis etiāmnum obseruatur. Sed postea interdictum est, ne stultus quispiam atq; rerum imperitus huius aquæ aspersione se iterum à peccatis mundari putet, quū euidenter satis manifestum sit, neminē posse bis baptizari. His ergo duobus sabbatis ideo celebratur baptismus, quia in primo per Christi passionem redimimur: in altero qm̄ ipso die Pentecostes datur nobis Spiritussanctus per quem facta est remissio peccatorum.

De reliquo officio in vigilia Paschatis. Cap. 111.

NVnc ad propositum redeamus: Celebrato baptismo, reditur ad chorum cum lætania, eaque cantata, ipsum sacrum, siue missa sine introitu inchoatura Kirieeleison. Sed introitu propterea subticetur, quod caput nostrum videlicet Christus necdū nobis sit restitutus. a Kyrieeleisō ideo incipitur, ut uetus inchoādarum missarum consuetudo quæ fuit ante Cęlestinum summum Pontificem, representetur. Canitur autem ideo Gloria in excelsis, qui angeli ob renatos baptismate, & neophytos in cœlis gloriantur, qui Domino iam nato hunc hymnum decantarunt. Epistola vero Pauli tono ac voce communi legi debet, qm̄ doctrinam significat Apostolorum, quæ modo baptizatis est prędicanda & aperiēda. Sed lectiones præcedentes nocturno tono pronunciantur, ꝙ prophetas connotent. Graduale propterea non canitur; quia baptizati nulla adhuc opera, nullumque gradum in virtutibus fecerunt. Alleluia, quæ vox est plane angelica, uel ob id maximè cantatur, quod angeli lætentur baptizatos ex seruitute diaboli ereptos, & ad fidem conuersos esse. Sed qm̄ adhuc eis sit laborandum quandiu quidem in hac vita fuerint, idcirco tractus, ſ. Laudate Dominum omnes gētes, confestim subiungitur. Subticetur porrò offertorium, vt per hoc expresè indicemus mulieres tacitè ad monumentum venisse. Tres.n. Mariæ stabant iuxta sepulchrum cum silentio & uoce compressa. Nec pacē ad hanc missam dare debemus. ꝙ Christus necdum resurrexerit, qui nostra pax est, sed Agnus Dei ter dicitur cū Miserere nobis. Quod tamen tunc de resurrectione canitur, sciendum est hoc fieri in gratiam renatorum, hoc est eorum q̄ sunt modo baptizati. Tacetur præterea & cōmunio, qm̄ baptizati nondum communicauerunt. Nam ipso die Paschatis debent communicare. Facta igitur communione statim ante collectam siue orationem cantantur vesperæ cum vno psalmo duorū versuum, ſ. Laudate Dominū omnes gentes, & cum hymno, uidelicet Magnificat. dicunturq; ambo sine Gloria patri. Breuiores ideo sunt vesperę, ne neophyti, qui diuinis nondum assueuerunt, aliquo officij tædio afficiantur. Gloria patri. ob eam causam non dicitur ꝙ filius, qui tertia in Trinitate persona est, nondum nobis sit redditus. Sed ideo quoque vesperæ ante orationem missæ decantantur, ne finita missa populus videatur habere redeundi facultatem, quasi amplius nihil debeat expectare. Vel sanè idcirco vna oratione totum absoluitur officium: qm̄ baptismi sacramentum vniuersum in Christi passione consumatur.

De

De tempore regressionis. Cap. 112.

DIctum est hactenus de duobus tēporibus, reuocationis nimirum, & deuiationis. Nunc uero sequitur tempus ipsum regressionis, non quidem ordine temporum, sed ratione officiorum. Hoc itaque tempus uocatur Paschale, significatque tempus illud, quod futurum est post diem iudicij. Quoniam tum temporis ad uitæ patriam, quam per Adamum amisimus, propitiante Deo regredimus. Cognoscendum tamen est, primam huius temporis septimanam communem esse, & huic tempori, & præcedēti. Pertinet enim tota ad Septuagesimā, ut supra dictum est. Vnde profecto illud est, quòd tractus, qui in ipso sabbato Paschæ canitur, & graduale per totam illam septimanam cantetur, quæ laborem nobis indicant. Duo etenim illa respectu cā tantur Quadragesimæ: Alleluia uero, & cætera cantica lætitiæ propter tempus regressionis. Dicitur autem hæc septimana Paschalis, quæ a paschate, primo huius temporis die sic denominata est.

De officio huius temporis. Cap. 113.

VT ergo temporis huius officium commode tradamus, & a primo die incipiamus, necesse est uideamus primo de ipso nomine, eiusque ratione, & causa, ac deinde de ipsius diei officio. Vocatur dies hic Paschæ, siue resurrectio Domini. Est autem Pascha Græca uox, diciturque nobis transitus, nō passio, ut plerique arbitrātur. Hæbraicè uero dicitur Phase. Sed ideo diem hunc Græco nomine, & non Hæbraico appellamus, licet Hæbraica lingua dignior sit, ut non solum in alijs, verū ēt ne in nominequidē uideamur iudaizare. Propter hanc eandem causam & Paschæ, & Pentecostes, quas ipsi celebrant, in nostris calendarijs certo die non annotantur, nec unquam eas illo tempore celebramus, quando illi, ne eos in aliquo imitemur, neve hic rursus quosdam sequamur hæreticos, qui dicebant, Euangelium non posse sufficere ad salutē sine cęremonijs legalibus. Vocamus autem diem hunc Græco potius uocabulo, quàm Latino, quod Græca lingua olim apud Romanos tantæ fuerit authoritatis, ut dies solemnes, ac dignitates suas Græcis nominibus uocarent, ut Pascha, Pentecoste, ὕπαντὴ, Epiphania, & Apostolus, Episcopus, Archiepiscopus &c. Veldici potest, iuxta Augustinum, nomen hoc Paschæ diuina constitutione compositū fuisse a Græco uerbo τοῦ πάσχειν, quod pati interpretatur. & hoc nomine Hebręo Phase, quod si Latinē reddatur, sonat trāsitum. Recte enim duo hæc nomina πάσχειν, & phase conueniunt in hoc nomine Paschę tam secūdum significationem, quàm secundum uoces. Secundum quidem significationes. Quoniam in passione Christi fuit transitus. Per passionem enim Christus transiuit a morte ad uitam, & fecit nobis uiā credentibus in resurrectione eius, ut transeamus & nos de morte ad uitam. Quare non immerito nomen hoc utriusque nominis habet significationem, atque ita artificiosè etiam in re complectitur significationem eius uocabuli latinam, vt ex duabus linguis fiat tertia, nempè Latina. Appellatus enim Pascha ipsa dies Resurrectionis. Verum tempus Paschale dicitur a Dominica in Ramis Palmarum usque ad octauam Paschæ, ita tamen vt Dominica in ramis Palmarum appelletur minus Pascha, quia tunc inducebatur agnus, qui sexta feria debebat imolari. Proprie uero dicebatur Pascha dies, quo agnus imolabatur. Modo de causa nominis dicendum est. Vocatur autem tempus hoc Pascha secundum historiam, tropologiam, allegoriam, & anagogen. Et quidem secundum historiam, quoniam populus Israeliticus, quando primū celebratum est Pascha, trāsiuit per mare rubrum, cum ex Aegypto egrederetur. Vel quando angelus ille exterminator per Aegyptum transiuit, interfecitque totius Aegypti primogenita ab homine usque ad pecus, ad illas domos pertransiens, in quarum foribus non inueniebat sanguinem agni, in formam literæ huiusmodi T. Secundum allegoriam; quandoquidem hoc tempore per baptismum ecclesia ab infidelitate transijt ad fide-

fidelitatem. Dicitur.n. allegoria alieniloquium, vel potius inuersio, quũ aliud uerbis, aliud sensu ostendimus. Secundum vero tropologiam, qm hoc tempore per cõfessionem transimus a vitijs ad virtutes: diciturq; tropologia, quasi sermonis ad mores conuersio. Denique sm anagogẽ, quia Christus nunc a mortalitate ad immortalitatem transiuit, feciq;, ut quemadmodum iam resurrexit, nos in vltima, & vniuersali resurrectione ex hac mundi miseria ad æternam beatitudinem transiremus. Nam & illi, qui in inferno erant, tunc transierunt, idq; ab inferno ad portam paradisi. Dicta est autem anagoge ab ἀνὰ sursum, & ἀγωγὴ, i. ductio, quasi sursum ductio. Volente.n. Deo a mortalitate transimus ad immortalitatem, qui transitus subtilis, & excelsus est. Sic.n. in hoc nomine Hierosolimæ quatuor ista possunt inueniri historia, quemadmodũ de ea ciuitate, ad quam pergunt hospites & peregrini, allegoria, ut est ecclesia militãs, tropologia, ut quælibet anima fidelis, anagogæ denique, vt Hierosolyma cœlestis. Intelligе tamen Christi transitum anagogicè, nõ allegoricè in prædictis, s. Pascha, & cæteris. De officio autem huius primæ septimanæ generatim dicimus ad nocturnos nocte tres duntaxat psalmus cum tribus antiphonis. tres item lectiones cum tribus responsorijs; idq; ex homilijs tm dici debere. Cæterum in quibusdam ecclesijs ad vnumquodq; responsum annectunt Gloria patri. Fit etiam in plerisque ecclesijs, ut cantato vltimo responso cum candelis cereis, & solemni processione eant ex choro ad locum quendam, ubi imaginarium sepulchrum compositũ est, in quod introducuntur aliquot in personis mulierum, & discipulorum Ioannis & Petri, quorum alter altero citius reperitur, sicut Ioannes velocius cucurrit Petro, atq; item alij quidam in personis angelorum, qui Christum resurrexisse dixerunt a mortuis. Quo quidem facto personæ eę redeunt ad chorum, referuntq; ea, quæ viderint, & audierint. Tunc chorus audita Christi resurrectione prorumpit in talem vocem, inquiens, Te Deum laudamus. Ad primam vero nonnulli dicunt tota hac septimana psalmum hunc. Confitemini Domino quoniam bonus, quòd præcipuè de Christi resurrectione agit. Symbolum autẽ Athanasij, Quicunque vult &c. toto illo tempore non cantatur, quoniam maximè pertinet ad fidem. Sed hoc tempus indicat octauam ætatem, ubi non fides erit, sed res, vbi non figura erit, sed veritas, paulo tamen aliter in quibusdam ecclesijs solet fieri, ut in nostra Parisiensi. Sed animaduerte, quòd cum Credo in vnum Deum per inde fidei sit Symbolum, ad Missam tamen legatur, & ꝙ illud quidem fiat ad institutionẽ neophytorum in articulis fidei. Aliud uero symbolum, quod minus appellatum est, ad primam planè subticetur ob suam significationem. Nam cum uenerit, quod pefectũ est, tum perimetur, id quod ex parte constat. Præterea animaduerte hanc solemnitatem vsque adeo esse magnam, ut ꝑ antonomasiam atque excellentiam uocetur solemnitas solemnitatum.

Quæ circa hoc tempus sint obseruanda. Cap. 114.

POst hæc priusquam cætera prosequamur, de quibusdam, quæ huc considerանda ueniunt, oportet paucis tractemus, uidelicet de ornatu templi, de reconciliatione proximi, de modo salutandi, de uenerատione huius temporis, de mensa corporis, & postremo de quadam libertate Decembris. Ac templum quidem aliud, ut diximus, est materiale, aliud spirituale. Materiale est, quod ex lignis, cementis, saxis, lapidibus, & cæteris ædificandi materij confectum est: spirituale uero nos sumus. Verumque circiter hoc tempus mundandum est, utrunq; ornandum, & poliendum. Necesse enim est, ut hoc tempore ad balneas ueniamus non utique ad uoluptatem, sed ad eius rei declarationem, ut per extrinsecam corporis ablutionem, interiorem animæ purgationem fieri debere intelligamus. Exigit præterea tempus hoc, ut barbas radamus ac tonsuras, & coronas quas in uertice capitis gestamus, capillosque demamus. Abrasio enim capillorum & barbæ, quæ ex superfluis stomachi nascũtur humoribus, ut unguens ex superfluis humoribus cordis,

dis significat, quòd debeamus vitia, & peccata, quæ nobis sunt superflua, resecare. Capillos vltra aures demere debemus, vt quinque corporis sensus expeditos, & promptos ad seruiendum Deo habeamus. Sed ideo sumitatem capitis; radimus quo per hoc nihil inter nos, & Dominum esse demonstremus. Oportet ergo hinc mundas, & solemnes induamus vestes, maximeq́ue candidas, depositis nimirum nigris, & pœnitentialibus. Indicat enim tempus hoc secundam illam resurrectionem, qua nos stolam salutis, uel glorificationis corpore induemus, & animo stolam iustitiæ. Vel etiam propter renatos, qui albis vestibus tunc sint induti. Vel denique ob angelos, qui in resurrectione Domini albis uestibus apparuerunt.

De ornatu Templi materiali. Cap. 115.

DE emundatione materialis templi superius dictũ est. Nunc uero de ipsius orbatu exponamus, qui triplex est, in ornandis parietibus in choro, & in altari. Ad parietes quidem sunt appendendæ cortinæ, aulęa, & pallæ sericæ. In choro habenda sunt dorsalia tapeta sedilia clericorum. Sunt autem tapeta tegmina varijs coloribus depicta, quæ præcipuè sub episcoporum pedibus sternuntur, quòd mundana pedibus penitus calcare dẽant. Sic & velamen adesse debet, quod ante crucifixum remouetur, retro quem ponitur pallium, quòd quæ prius erant operta ante Christi passionem, modo manifestentur. In quibusdam locis crux in altum erigitur cum vexillis, quæ per Christi victoriam designatur. Altare quoque suis ornamentis decoratur, ut crucibus ordine collatis, capsis textibus Euangelicis, phylacterijs. Est tamen discrimen inter phylacterium, & phylacteriam. Phylacterium enim chartula est, in qua decem legis præcepta scribebantur, cuiusmodi chartas solebant ante suos oculos circumferre pharisæi in signum religionis. Vndè in Euangelio, Dilatãt enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Atque hoc quidẽ Phylacterium φυλάσσω ideſt, custodio, dictum est, & thoral, quod est lex. Phylacteria autem, phylacteriæ vasculum est uel argenteum, uel æneum, uel etiam christallinum in quod sanctorum cineres, & reliquiæ reponuntur. Porrò autem tres sunt causæ quamobrẽ ecclesiæ thesaurus in magnis solemnitatibus in apertum proferatur. Et primo sanè propter cautelæ considerationem, ut appareat, quàm cautus ille fuerit in seruando, qui istum seruare debuerit. Tum vero propter solemnitatis veneratio-nem, tandemq́ue ob memoriam oblationis, quo videlicet in illorum offeratur memoriam, qui istiusmodi bona ecclesiæ prius obtulerunt. Ante altare depindi oportet pulchrum aliquod velamen, nimirum pallium, uel ei simile quidpiam, seu tabula, vel aurea si habeatur. Ante qđ quidem ornamentum in nonnullis magnis ecclesijs velamenta trium colorum poni solitum est, unum rubrum, alterum subalbum, tertium nigrum, quæ tria significãt tempora: Paschate enim quum prima lectio finita est cum suo responsorio uelamen nigrum, quod tempus ante legem indicat, remouetur. Postquam vero secũda cum responsorio absoluta est, remouetur velamen candidum, per quod tempus sub lege exprimitur. Ita demum & tertia lectione finita ac responsorio, deponitur velamen rubrum, quo tempus gratiæ significatur, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, ideſt ad æternam gloriam nobis patet aditus.

De reconciliatione proximi. Cap. 116.

SEquitur de reconciliatione proximi. Cum enim illo die communicare omnes debemus, si cum aliquo discordes fuerimus, necessario oportet, ut ipsum nobis reconciliemus. Alioqui certe iudicium nobis sumeremus, quod eleganter a minori probari potest, iuxta illud Euangelicũ. Si offeres munus tuum, & cętera. Vnde est, quòd sacerdos diebus dominicis postquam concionem absoluerit, teneatur populo orationem dominicam, & fidei articulos nernacula lingua exponere. Ex qua etiam causa fit, quod oratio dominica alta voce in missa cantetur, ut omnes eam addiscant, & hinc ad conciliationem

em proximi admoneantur. Tota hac pachali septimana equum foret, vt nisi aliter modo usus obtineret, hoc pacto unūquemque salutaremus, uidelicet: Resurrexit Dominus. & qui ita salutatus esset, responderet Deo gratias, datis sibi mutuo osculis in signum dilectionis, & charitatis.

De ueneratione huius temporis. Cap. 127.

VErò nunc quoque de veneratione huius temporis pauca dicamus. Vsque adeo tempus hoc uenerandum, & colendum est, ut omnia ergastula, & operatoria, & officinas tam mulierum, quàm virorum occludere debeamus, ac nulla venialia exponere exceptis illis, sine quibus cœnari non posset. Præterea oportet nos latomias, & cœtera genera carcerum relaxare, & captiuos communi aeri restituere integra hac septimana, ut gaudio nostro nobiscum communicent. Sunt autem latomiæ lapidicinæ, in quibus cæduntur lapides, & ad quas damnari solebant ij, qui in opus metalli damnabantur. Tametsi q dem & pro quo uis carcere accipi possit, uel quod Romæ huiusmodi latomia in carcere prope Tullianum fuerit, uel quod lingua seculorum latomia Syracusis carcer appellabatur. Seruos autem, & ancillas ac omnes, qui nostro seruitio sunt addicti, profecto ab omni seruitutis seueritate eos hoc tẽpore laxare debemus, quemadmodum etiam nostros pastores, siue sunt equorum, siue porcorum, siue armentorum, siue etiam ouium, & caprarum, ut liberè, & securè omnes possint ad audiendū diuinum officium conuenire, & communicare. Inhumanum quoque est hoc tempore debita a debitoribus exigere, ita ut uel hinc tum temporis pascua communia esse dicantur.

De mensa corporis. Cap. 118.

NIhil quod non sit a sacerdote benedictum, hoc die Paschatis comedere debemus. Vnde etiam nunc in quibusdam regionibus pro more receptum est, ut in magno uase omnia quæ uelint illo die comedere forculā ad ecclesiam deferant, in cuius atrio, & uestibulo a sacerdote cum cruce, & aqua lustrali, quam benedictam dicimus, in sacris uestibus benedicuntur. Postea uero sacerdos aliquid sibi de singulis ad suam necessitatem sumit. Et certe nullus quouis die quicquam uel edere, uel uiuere deberet, quod non ante sit benedictum, unde beatus Hieronymus de quadam moniali recenset in eo libro, cui Vita patrum titulum fecit. Cum enim illa forte fortuna in ortum suum iret, & lactucas absq; benedictione comederet, simul etiam diabolum, qui sub eas sese abdiderat, imprudēs deglutijt, qui multo tempore eam acerbè uexauit. Debet autem quiuis homo hoc die tria potissimum exercere, misericordiam uidelicet, liberalitatem, & sobrietatem; Misericordiam, ut egenos, & uagabundos ad se suspiciat, eiusque miseri cordiæ opera exhibeat, illis aliquid iuxta quod in lege præceptum est, mittat, q nihil sibi aut coxerunt, aut præparārūt. Liberalitatem uero maximè hoc tempore quemq; exercere oportet, ut si abundat, uicinis, & amicis suis quippiam impartiatur. Sed & sobrietatem ideo, quòd debeamus illo diei magis sobrie comedere, ut sibi quisque parcus sit, alijs uero largus. Obseruet ergo quilibet misericordiam quantum ad pauperes, liberalitatem quātum ad amicos, & sobrietatem quantum ad seipsum.

De paruo prandiolo. Cap. 119.

EXponendum modo est de paruo quodam prandiolo, quod fieri debet ante magnum prandium in Paschate, quando communicatum est. Statutum enim est in quibusdam ecclesijs, & ubique terrarum sic debere fieri, ut illo die panis, & uinum in ecclesia habeat̄, & cum homines cōmunicauerint, detur statim unicuique panis buxea, priusquā recedant, & paululum uini, ne forte quippiam de sacramento in ore remansetit, quod expuendo facile emitti queat. Posset enim facile contingere, si non statim comederetur. Quæ sanè laudata consuetudo omnibus probatur, sumpsitque originem

ginem ex institutione B. Benedicti. Instituit namq; vir ille sanctissimus ob eandē causam, ut illi, qui aliis fratribus debent in prandio post communionem ministrare, aliquid prius comederent. Atque hoc quidem prandium mixtum appellari solet. Debent autem singulis diebus religiosi communicare, qui uel pomum, uel aromata aliquod, uel tale quippiā saltem comedere debent, quod nauseam compescat. Eadem etiam consideratione statuit ecclesia, ut missę tribus certis horis p diem qualitatibus celebrarentur. Tertia videlicet hora diebus festis, sexta profestis, & nona in ieiunijs, ut absoluta missa, & peracta communione, statim accedatur ad prandium, ne prædictam causam incurrant hi, qui communicauerunt. Dixit his tribus horis, quia his celebratis licet prādere pro qualitate dierum, & non prius. Si autem forte contingat, vt uel hoc die, vel quocunque etiam alio, sacramenti aliquid è calice excidat, sciendum est, si de corpore fuerit, quod sumi oportet. Si uero de sanguine super pannum ceciderit quod debeat illud omne lambi quantum fieri potest, & si pannus iste lauandus sit, lauetur in piscina. Sed si super lapidē, uel lignum ceciderit, debebit omnino eradi, & quod abrasum est comburi, ac cinis illę sub altare recondi. Idē faciendum est, si simile quippiam nausea acciderit. Animaduertamus ergo hic, quod ob duas p cipuè causas aliquid lauatur, nempè pp venerationem sacramenti, sicut sacerdos lauat manus quando sacramentū tetigit, & propter immunditiam, ut quod immundum est, mundum efficiatur. Idemq; & illud animaduertamus decretum fuisse in quodam Concilio Pictauiensi, vt nullus vnquam sine lumine aut communicaret, aut missam celebraret, proinde cum eo, quod statim diximus, obseruemus, neque lucem, neq; sacerdotem debere post cōmunionem in talem locum expuere, quo sputum istud facile possit conculcari, videlicet ante comestionem. Vbi ēt diligenter cauendum est, ne in locum immundū, & impurū expuatur. Quod autem hic quęritur, quemadmodum canon dici debeat, titone, an tardè? respondemus, uerba debere cito pronunciari, sed tñ discretè. Et cur obsecro cito? ne videlicet muschæ venientes auferant suauitatē vnguenti. Qđ quidem constat etiam ex veteri testamēto in Exodo, ubi hoc pacto dicitur. Comedetis festinanter. Dictum est enim illud de imolatione agni.

De quadam libertate Decembris. Cap. 120.

REstat ut de eo nunc agamus, quod vltimo loco in partitione superiori propositum fuit, nimirum de quadam libertate Decembris, quæ hoc tempore in quibusdam locis obseruatur. Sunt.n. nonnullæ ecclesiæ, in quibus vsitatum est, vt uel etiam Episcopi, uel Archiepiscopi in cœnobijs cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum pilæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideo dicta est Decembrica, quod olim apud ethnicos moris fuerit, ut hoc mense serui & ancillæ, & pastores velut quadam libertate donarentur, fieretq; cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium. Quamquam vero magnæ ecclesiæ, ut est Remensis, hanc ludendi consuetudinem obseruent, videtur tamen laudabilius esse non ludere. Notādum quoq; est in plerisque regionibus secundo die post Pascha mulieres maritos suos uerberare, ac vicissim uiros eas tertio die quemadmodum licebat seruis in Decembris dominos suos impunè accusare. Quod ob eam rem faciunt, ut ostēdāt sese mutuo debere corrigere, ne tempore illo alter ab altero thori debitum exigat. Vnde sciendum est in Concilio Elibertino sub Siluestro Pontifice huiusmodi decretum fuisse, ut uir, & vxor quando deberent communicare, tribus diebus anteq̄ communicarent, ab amplexibus abstinere, & postea item tribus sequentibus ad minimū, uel quinque, uel septem, propter septē dona Spiritus sancti. Qđ sane decretum sumptum est ex libro Regum, idque ex eo loco vbi dr. Dauid fugiens a facie Saul venisse Nobe, ad sacerdotem Abimelech, & petijsse ab eo cibum. Qui nō hꝛet quod ei daret, nisi panes propositionis, quos non licebat nisi sacerdotibus comedere, & illis ēt mundis, quum postularet tamen illos sibi dari Dauid. Sunt, inquit, pueri

pueri tui mundi. Cui Dauid respondit, si de mulieribus quæris, ab heri, & nudius tertius abstinuimus. Alii autem codices sic legunt. Si pueri tui sunt mundi, maximè a mulieribus, manducent, Quasi dicerer. Necessitas non habet legem. Si tũ excoitu sunt immundi, ne in necessitate quidem eis dabo. Et in quit ad eum Dauid. Ab heri, & nudiustertius nos continuimus, & sunt vasa puerorum sancta, idest, corpora, in quibus continentur animæ, vel ipsi pueri. Porrò via polluta est, sed hodie sanctificabitur in vasis. Quasi dicat, Fortè in via hac aliquid immunditiæ cõtraximus, sed munditia corporum sufficit ad eam mundandam. Nec vero dico, qđ si uir ab uxore thori debitum postulet, q huic illa non reddet, sed debet ipsum placidè monere, ne exigat. Si uero instet, nec vllis monitis acquiescat, persoluat, ne exigenti fortè hinc magis peccare accidat, quemadmodum non ita pridem quibusdam Germanis fertur euenisse. In Germania enim quum castè integra quadragesima viuentes vir, & vxor seorsum cubuissent, fortè fortuna Paschali nocte cum ad matutinas surrexissent, mulier exegit debitum, quam diligenter vir corrigens cum nihil bonis admonitionibus proficeret, promisit se illud facturum, qđ peteret simulatque rediret, & sic ad matutinas abiit. Illa vero quasi furibunda domi remansit, & acersit iuuenem quendam sui mariti fratrem in eadem domo dormientem, petens ab eo, vt se cognosceret. Qui nolens ei acquiescere, tum propter temporis ueneration em, & sanctitatem, tum propter incestum, quod illa impudenter petebat, prorsus se facturum denegauit, atque iterum hic obdormiuit. Tum mulier ob repulsam, quam passa fuerat, vehementius ardens, dormientem iuuenem obtruncat. Viro autem redeunti domum omnem rem narrat ordine, inquiens. Huius mali tu author es, qui hęc me facere coegisti. Proinde longam multamq; ambo egerunt pœnitentiam, nec ideo sunt separati. Quare hac in parte intelligendum est, virum mulieri in omnibus præesse, & in mulierem omne habere imperium exceptis genitalibus, in quibus vtrique par est, & dominum, & imperium. Vnde dicitur, Vir non habet potestatem suæ carnis, sed mulier: nec mulier sui corporis, sed vir, hoc est genitalium, sic enim exponit Augustinus. Hinc etiam est, quòd sacerdotes non habeant mulieres. Si enim haberent, quotiescunque ab ijs debitum exigerent, illud soluere tenerentur, & sic non possent infra tres dies sequentes altare ministrare. Ac sciendum preterea est, quòd tribus diebus Paschã sequentibus planè sit feriandum, sed quarto die liceat viris rustica exercere opera, fœminæ autem debeant a nendo abstinere. Magis enim sunt necessaria ea, quæ ad agrorum culturam pertinent, quam ista alia. Vnde Gregorius. Melius est, inquit, fodere, & arare die dominico, quàm ducere choreas. Ex hoc sanè fieri dicimus quòd singuli isti dies propria, & peculiaria habeant officia, & propria responsoria; alia autem nõ item, sed quasi per quãdam accomodationem. In hac porro septimana nihil legendum est ex veteri testamento, sed quælibet dies sua habet officia. Nec cantandum etiam est. Quicunque vult, quia hoc tempus significat futurum illud tempus, quod ad fore post resurrectionem credimus, quando omnis fides, omnis spes omnino destruetur. Post officium autem hic versiculus dicitur, scilicet. Domine probasti me, & cognouisti me. & quidam tacent, sessionem meam. Sed tamen utrunque dici potest, quo indicatur duplex in Christo natiuitatis Bisariã prima cantari pót, aut breuius, aut prolixius. Prolixius quidem, cum plena esse dicitur, sitque in lętania, & cum precibus. Breuius autem, quum minus plena esse appellatur, ac sit, uel tantummodo cum precibus, & sine lętania, uel sine lętania ac sine precibus. Atque hæc est, quã hisce diebus canimus sine precibus, & omnino breuius, quàm alio tempore. Magna item in communicandis cautione opus est, ut videlicet sacerdos prius audiat confessionem eorum, qui sunt communicaturi, & si quis aduersus fratrem suũ odium, uel criminale aliquid habeat, admonendus prius est, ne communicet, antequam fratri suo reconcilietur. Sed si huiusmodi aliquis se cũ alijs imprudẽter ingerat. non est ei negandũ, nec agendum, vt

vt quidam agunt, qui hostias habent, & consecratas & nõ cõsecratas, ita vt si aliqui accesserint, qui fraternũ odium exercuerint, vel aliquid criminale, cõmunicẽt de non consecratis, verum eos grauiter peccare satis manifestum est. Fallunt. n. eos, quanquam non minus, imo magis peccant alij, qui sumunt, cum sponte & voluntarie rei sint. Nam putant se verum corpus sumere. & non pertinescunt illud sumere indigne. Debet ergo sacerdos panem habere consecratum, vt si tales accesserint illo etiam pane communicent. Quatuor autem modis communicatur in Ecclesia, uel sumendo corpus Domini, uel pacem dando, uel benedictionem accipiendo, vel etiam sub finem missæ cũ dicitur. Humiliate vos ad benedictionẽ. Quod ideo institutum est, vt si quis hoc modo non communicet, saltem illo. In primitiua enim Ecclesia preceptum erat, vt singulis diebus corpus Domini sumeretur, postea vero crescente numero fidelium, ut singulis dieb. dominicis. Vnde etiam nunc in Græcia sub anathemate ponitur, qui à tribus diebus dominicis non communicauerit. Modo autem nos tenemur in tribus solemnitatibus, nimirum Paschate, Pentecoste, & Natali. Appellatur autem prima illa solemnitas Paschæ, agnus & transitus, salutandumque eo tempore est, hoc modo, Resurrexit Dominus. Sic & eodem die in principio missæ populo concionandum, vel post Euangelium, & admonendi sunt discordes ad cõcordiam. Ob quam quidem causam fieri putatur, vt cum Dominica oratio in Prima dicitur voce submissa, alta & expressa eadem pronũcietur in Missa, vt vel eo pacto adhortentur qui in fratrem no sunt odio, & ad concordiam discordes excitentur, antiquam communicẽt. Nun quam etiam magis indigne corpus Christi sumi potest, quàm ad eum modum.

Expositio quorũdam, quæ cum circa hoc tempus tum alibi etiam obseruantur. Cap. 212.

QVamobrem autem Episcopi, & alij Ecclesiastici ferijs hisce Paschalib. iudere possint, modo expositum est. Sed deinceps, vt & alia nonnulla, quæ cum hic tum alibi fiunt, explicemus, hinc ordiemur, videlicet apud quosdã hoc tempore aquarum fieri dimensiones, ne quia tota Quadragesima vigilauerunt, his sanctis diebus velint dormire. Induimus autem hoc etiam tempore albas vestes, tum quòd pueri regenerati eas habeant, tum quod eo die angeli in albis uisi sint, Ob causas supradictas tacetur, Quicunq; vult, & canitur. Credo in vnum Deum. Animaduerte hic obitet si forsitã vinum in calice cõgeletur, Sacerdotem debere tantisper exhalare, donec glacies resoluatur. Quòd si vero non possit eo modo resolui, necessariũ est ut igni apponatur. Sed si quid casu in calicem ceciderit, siue nimirum musca, siue aranea, certe quicquid illud est, omne istud Sacerdotem deglutire oportet. Proinde vero sabbatum sequens in albis appellatum est, idq; ex veteri consuetudine, quum eo die nigras vestes omnino deponebant, atq; induebant albas, sed hoc nonnulli faciunt in Sabbato Paschæ. Statim autem dominico sequente nouem lectiones cantãdæ sunt, vnde & historiam habent videlicet. Dignus es Domine. Sic. n. fit Romæ. Nec his diebus flectenda sunt genua, sed rectè orandum est, quia, vt inquit Ambrosius sub finem Lucæ. Mulieres venerunt ad monumentum, nec flexerunt genua, sed rectè inspexerunt sepulchrum. Nota interim non debere in festo Beatæ Mariæ Annunciationis sequẽtiam, quam etiam prosam appellatam esse diximus, cantari, etiam causa deuotionis, nec vnquam nisi canatur Alleluya. Moris enim fuit, ut post alleluya cantaretur neuma. Nominabatur autem neuma cantus, qui sequebatur Alleluya. postea vero quidam Papa instituit loco neumæ dici sequẽtiam, quæ quod Alleluya sequatur, sic appellata videri potest. Cõceditur nihilominus, vt hoc tempore aliquis genua flectat, modo id non apertè, sed secreto faciat, & ieiunet etiam qui uelit. Nam, ut ait Hieronymus, vtinam possemus omni tempore ieiunare. Sunt autem prohibitæ in ieiunio carnes, quemadmodũ & ouа, caseus, lac, q, vt idem putat Hieronymus, hæc omnia sint carnes liquidæ. Beatus tamen

Benedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benedictus permisit oua, lac, & caseos comedere, ut quamuis libidinis quędā sint incitamenta, ad maiorem tamen coronā & victoriam comedantur. Verum eis qui ieiunant pisces permissi sunt, sed ut ait Hieronymus, pisciculi pauci, quo facile intelligitur, q; & parui & pauci esse debeāt. Dicitur aūt tempus hoc Quinquagesima quod per tempus istud significetur tempus iubilei, quo plena erit libertas, & nostra nobis reddetur hæreditas. Vnde profecto & Alleluya cantamus. Verum genua non flectimus, imo stantes oramus, nisi in lætaniis. Ad postremum autem animaduertamus Pascha Iudæorum fuisse figurā nostri Paschatis, & nostra vicissim significare Pascha futurum, quod erit in fine mundi. Quod ut pateat, sciendum est, duo esse opera Dei, s. opus creationis, & opus recreationis. Opus creationis fuit in principio, cum Deus mundum, & omnia quæ in ipsa cōtinentur, creauit. Opus verò recreationis fit quotidie, sed Deus illud maxime exercebit in die iudicii, quando omnia innouabuntur. Tempori utriusq; operis nostrum Pascha conuenit & concordat. Et quidem tempore creationis, quia tunc angeli Dominum laudauerunt, unde dictum est Iob. Vbi eras cum astra matutina laudarent me, & omnes filij Dei iubilarent ante me. Sic & nos in nostro Paschati renati, Alleluya laudando Dominum cantamus. Tempus verò recreationis pari ratione nostrum Pascha è vestigio repræsentat. Tres. n. illi dies, qui Pascha precedunt, indicant tempus Antichristi, cui tres reges manus dabunt, quiq; postea per eos septem sibi regna subiicient, & decem regna eius imperio inseruient. Nam apud nos quem admodum illo tempore, videlicet ipso die cœnæ penitentes in ecclesiam recipiuntur, eodemq; die pedes, qui sunt corporis Christi extrema pars, lauantur: ita & Iudæi aqua baptismatis extremo tempore mundabuntur. Vnde reliquiæ Israel saluæ fient. D e verò Parasceue passio recitatur, sicut & tunc ecclesia maximè persequetur. Tunc. n. soluetur Sathanas, qui à passione Domini ligatus in inferno detentus fuit, utq; hoc die cymbala nō pulsantur, sic tunc cōcionatores siue prædicatores conticescunt. Quare & in tenebris benedictus alta voce canitur, quia tū temporis Antichristo interfecto multi gaudebunt, ita ut ignis qui in tenebris modo uidebatur penitus extinctus & postea elicitur, significet, quod nimirum illo tempore in ijs, in quibus spiritus sancti ignis uidebitur extinctus, rursum relucescet. Sic in sabbato baptizantur pueri, & tunc baptizabuntur Iudæi Ipso die Resurrectionis in persona Christi cantamus: Resurrexi & adhuc tecum sum: sed tunc dicemus illud ipsum in persona nostra, quando resurgentes transibimus ex hac mortalitate ad immortalitatem. Debent ergo in octauis Paschæ nouem dici lectiones ex Apocalypsi, quod ostenditur per responsorium Dignus es Domine. Ideo .n. responsorium nominatur: quia ut iam sæpe dictum est, lectioni, quæ præcessit, debet respondere. Nec est, quod quis obiiciat in qualibet dominica responsoriū dici de Trinitate, quum tamen de ea nulla lectio recitetur. Fuit. n illud ita in primitiua ecclesia institutum, ut uidelicet singulis diebus dominicis diceretur & lectio nona & responsorium de Trinitate. Sed quia lectio illa in dissuetudinē abiit, tantummodo responsorium remansit. To to tempore Paschali non debemus flectere genua, nec ex necessitate ieiunare. Sed ex pietate & deuotione utique, ut diximus, licitum est. Nam tempus hoc Paschale octauam significat ætatem, in qua erit perfectum gaudium omnibus Sanctis. Vnde est, quod hic non ieiunamus, nec genua flectimus, sed stantes oramus ac delicatius & lautius comedimus, nisi in duabus lætaniis, de quibus hic agendum est.

De Lætanijs Cap. 122.

PRimo ergo videndum est, quid sit lætania: secundo, quum sint duæ lætaniæ, quare una dicatur maior, altera minor; tertio quamobrem fuerint instituæ: quarto quemadmodum in his ieiunandum sit, & vestiendum: quinto & ultimo quid populus in lætania debeat cantare. Lætania interpretatur latine supplicatio, siue rogatio. Supplicatio dicitur, quia tunc Deo supplicamus, ut à morte subitanea, & ab omni aduersitate nos defendat. Rogatio appellatur, q. a tunc sanctos rogamus, ut pro nobis ac Dominum intercedant. Duæ sunt lætaniæ, maior & minor. Maior fit in infesto beati Marci Euangelistæ. Dicitur aūté maior, tum authoritate institutionis, q; eam instituit Gregorius papa, eius nominis Primus, qui & magnus Gregorius dictus est, tum authoritate loci. Fuit. n instituta Romę, & publico decreto sancitum, ut vbiq; celebraretur. Alia lætania nominatur minor, qui à minori instituta fuit, s. a. B. Mamerto episcopo, idq; Viennæ. Atq; hæc nō celebratur nisi in Ecclesia Cisalpina. Quare aūt fuerit instituta prior lætania, hanc reddit causam Paulus Montis cassiuij monachus Longobardorum historiographus. Nam, ut inquit ille, tempore Pelagij papæ tanta fuit aquarum inundatio in vniuersa Italia, ut aqua ascenderet ad superioris vsque fenestras templi beati Zenonis, quod erat Veronæ, nec tamen miraculosè aqua templū influit. Ex qua inūdatione per Tyberim affluxit in agros multitudo serpentum, inter quos extitit maximus draco, & omnes per duo ostia Tyberis intrarunt mare. Ex horum serpē tum uenenato afflatu, & maxime istius draconis, corruptus est aer, & infectus vsque adeo, ut inde grauissima pestis inguinaria nata fit, qua homines passim moriebantur. Tum Pelagius papa indixit ieiunium, & præcepit ut processionē instituerent, q; ita factum est. Sed in ipsa processione ipsemet cum septuaginta alijs expirauit. In eius aūt locum institutus est Gregorius Magnus, qui huiusmodi lętaniam vbiq; terrarum obseruari præcepit. De secunda lætania, quæ per triduum celebratur, ait Gregorius episcopus Turonensis, q; tempore B. Mamerti Viennæ, & circa Viennam fiebant crebro terremotus, & tanti ér, ut vel maximæ domus, & multæ ecclesię inde collapsæ sint, & corruerint, quæ tempestes ut anno durauit. Sic ét sabbato Paschali dum ipse Mamertus diuinum celebraret, officium, igne cœlitus demisso combustum est ciuitatis palatium. Præterea bestiæ, ut lupi & apri ex syluis in ciuitatem exibat, atque homines deuorabat. Pro his ergo incommodis beatus Mamertus triduanum indixit ieiunium ad similitudinem. Ninuitarum, præcepitq;, ut processionem facerent, ut quemadmodum illi per triduanum ieiunium vrbis euaserunt subuersionem, ita hi liberarentur ab istiusmodi aduersitatibus, quod ita factum est. Gregorius aūt ille, cuius populo aute mentionē fecimus, legitur statuta fuisse admodum exigua, usq; adeo ut quum forte Romam ueniret, omnes ipsum parpenderent, atq; ipse ét Papa miratus fuerit, q; tā paruus homuncio factus esset episcopus, ad quem ille honeste respondit ipse Deus fecit nos, & non ipsi nos. Simile quippiam dixit B. Hilarius cuidam ipsum uocanti gallum: Non sum, inquit, natus Gallus, sed ex Gallia, & tu es Leo, sed non ex tribu Iuda, sic enim uocabatur.

De institutione & modo lætaniarum. Cap. 123.

INstituit igitur B. Mamertus, ut singulis annis hæc lætania tribus diebus continuis in ecclesia Cisalpina celebraretur, quod ita Romæ fuit canonizatum. Papa etiam Liberius instituit, ut pro fame, pro libello, pro peste, pro clade, & huiusmodi aduersitatib. imminentibus semper lętanias faceremus, ut sic illa per supplicationes, orationes, & ieiunia euitaremus. Vocantur autem hæ processiones lætania Græco vocabulo, propter authoritatem Græci sermonis, sicut Pascha & Pentecoste. In his lętaniis ieiunandum est cibo. Quadragesimali, in vestibus pœnitentialibus. Nam & omnes illo die a mundanis operibus prorsus abstinere debent, etiam serui & ancillæ, ac interesse tantisper processioni, donec ipsa celebretur. Vt quemadmodū omnes peccauerunt, ita etiam omnes pro uenia supplicent. In huiusmodi autem processionibus itur in magnis ecclesiis septeno ordine, vnde septiformes dictæ sunt. In primo ordine sunt clerici, in secundo monachi & canonici, in tertio moniales, in quarto pueri, in quinto laici prouectæ ætatis, in sexto viduæ, & in septimo coniugati. Sed quod nos non posumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumus in numeto personarum id supplemus in numero lætaniarum. Septies.n. lætaniam dicere debemus. Vbi obiter animaduertemus q̃ Rubertus Tuitiensis Abbas dixerit vltimam lætaniam multis annis incepisse ante primam. Nos aũt has lętanias iõ maximè hoc tempore facimus, qm̃ tum præcipue bella exoriri soleant, & terræ fructus, qui adhuc sunt teneri, uel in flore, corrumpi iniuria nebularum vel pluribus alijs modis possint. Vt ergo Deus hæc oia auertat, instituimus lætanias continuantes ultimam Ascensioni, ut per ieiunium & orationes Xp̃m sequi, & ad cœlos ascendere mereamus. Draco q̃ triduo illo deportatur inflata & longa cauda duobus quidem diebus ante crucem & uexilla postea ultimo retro, significat diabolum, qui tribus temporibus ante legem, sub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies indicantur, homines fefellit, aut fallere conatur. Primis duobus temporibus quasi erat Dominus orbis, unde Xps eum uocat principem mundi. Tẽpore uero gratiæ per Xp̃m fuit deuictus, nec audet ita apertè regnare, ut prius, sed per suggestiones homines latenter seducit, quos pigros, & remissos uidet in bonis operibus, nec viam viæ sectantes sicut in deserto debiles, & infirmos, & eos qui remanebant ultimi, hostes a tergo venientes, quasi aberrantes interficiebant. Inde profecto est, q̃ primis duobus præcedit, & ultimo sequat. Ipse est draco & leo. Draco modo est, quia homines non ita apertè, sed latenter decipit. Leo erit tempore Antichristi, qm̃ tunc manifeste sæuiet in nomen Christi. Draco fuit, quando Christum super pinnaculum templi ubi multos antè per uanam gloriam seduxerat, latenter fallere uoluit, & tẽtauit inquens, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Et quasi hoc facere posset securè, addidit, Qm̃ angelis suis mandauit, &c. Bene.n. intelligebat scripturas, sed quod sibi malo erat subticuit, uidelicet, Super aspidem & basiliscum ambulabis &c. Leo aũt fuit in passione Domini, qui ipsum crucifigere etiã curauit, de illo ait Ioannes in Apocalypsi. Ecce draco magnus rufus habent capita septem & cornua decem, & in capitibus suis diademata septem & cauda eius trahebat secum tertiam partem stellarum. Per stellas hic significantur homines, qui tripartite diuiduntur in perfectos, imperfectos, & reprobos. Tertiam ergo partem stellarum trahit secum diabolus, nimirum reprobos, nam hi sunt cauda illius. Alibi uocat eum Christus Sathanam. Videbam Sathanam tanquam fulgur de cœlo cadẽtem. Et ad Petrum inquiens, uade retro me sathana. Non est aũt intelligendum q̃ uocet eum diabolum, sed aduersarium q̃ interpretatur sathanas. Hæc.n. eius loci mens & sententia est, Vade retro me sathanas .i. sequere me per imitationẽ passionis. Noli disturbare passionẽ meã. Vel certe hæc, videbat.n. Christus, ut ait beatus Hilarius, dæmonem in aurem Petri suggerẽtem, ut impediret suam passionẽ, & ait ei, Sathan Sathan. Ac si diceret, ne quicquam & frustra laboras. Et conuersus ad Petrum dixit, Vade retro me, i. sequere, imitando meam passionem.

De festo Apostolorum Philipi, & Iacobi. Cap. 123.

NVnc dicendum est de quibusdam solennitatibus, quæ hoc tempore in ecclesijs celebrantur, uidelicet de festo Sancti Philippi & Iacobi, & omnium Apostolorum (sic enim est in magnis & plenis calendarijs) de inuentione sanctæ crucis, de festo Ioannis ante portam latinam, & beatæ Mariæ ad Martires, & de commemoratione Sancti Michaelis. Hoc ergo tempus, ut prædictum est, significat octauam ætatem, ubi bonum q̃d erit in dispari claritate singulorum, futurum est omniũ, Vnusquisq; .n. gaudebit perinde ob alterius bonum, ac pp̃ suum, & bonum omnium erit singulorum. Quare quum tempus hoc maximè solennitatibus cõueniat, cumq; in primitiua ecclesia Apostoli non haberent particulares solennitates, statutum fuit ut ipsius calendis Maij celebraretur solennitas in honorem omnium Apostolorum. Hoc ẽt die festum est Philippi & Iacobi, idq; ideo quia fortè illo die passi sunt. Hic Iacobus minor appellatus est, non utique ætate, sed

sed uocatione, sicut fit inter monachos, vt qui ante factus est monachus, ẽt si vel puer sit, tñ præcedat eũ, qui quantus quãtus sit postea cœnobium ingressus est. Dictus est præterea frater Domini, vel quia similis erat ei faciei, ut dicitur, vel ideo, quia erat filius Alphæi, fratris Iosephi viri B. Mariæ, & Mariæ sororis eius. Et qui ita ex vtraq; parte sanguinis sese cõtingebant, apud Iudæos fratres vocabantur, Iesus autẽ putabatur esse Ioseph filius. Hic Iacobus dictus est primus post passionem Christi Hierosolymæ missam celebrasse, & Petrus Antiochiæ. Idem hic Iacobus factus est Episcopus Hierosolymitanus, q̃ quum nomen Christi prædicaret, & publice fateretur, præcipitatus est a Iudæis è pinnaculo templi, & pertica fullonis interfectus. Alter vero Iacobus maior appellatus est & uocatione, & dignitate, q̃ a familiarior fuit Christo. Ad secreta enim sui operis eum vocabat, ut quando trãsfiguratus est, & quando mortuum suscitauit in domo.

De inuentione sanctæ Crucis. Cap. 125.

CRuce Domini inuẽta ab Helena matre Constantini per Iudã, vt narrat historia, festum eius primo celebratum est Hierosolymę. Sed Eusebius Papa Trigesimus a B. Petro illud postea vbiq; terrarum celebrari præcepit. Iudas ille, per quem crux inuenta fuit, legitur postea ad fidem fuisse conuersus, & appellatus mutato nomine Quiriacus, creatusq; tandẽ Episcopus Hierosolymitanus. De quo quidem diabolus, cum alterum sibi amicum expectaret, sic dixisse fertur, per Iudã Xps morti traditus est, & per hunc Iudã Xps mortuus exaltatus, sed breui Iulianus amicus meus rex erit, qui me de illo egregiè vindicabit. Quod sanè ita factum est, ut qui ipsum interfecit, quemadmodum dicitur. Ferunt Iulianum hunc Monachũ fuisse, & magnum religionis simulatorẽ, adeo ut quædam mulier tres ollas auro onustas, ita ut in earum orificis aurum cinere cooperiretur, ne facilè inueniretur, apud eum deposuerit eiusq; fidei concredidit. Quandoquidem virum illũ sanctum esse credebat, nec tamẽ confessa est in ijs aurum in esse. Sed eo inuento ab illo, & furato ollas cinere impleuit, & mulieri requirenti depositum reddidit. Cũ vero paulo post mulier aurum sibi quæreret, nec inueniret, nõ potuit, quod ipse haberet, conuincere, quod de auro nullos habebat testes. Nam alij monachi, ad quorum testimonium ollas tradiderat, nihil in eis, præter cineres, viderat, atque ita aurum obtinuit. Quo quum Romam fugisset, & sequenti tempore consulatum obtinuisset, factus est Imperator. Qui cũ magicæ artis a puero peritus esset, ac eã multum adamaret, plures sibi magistros ascuit. Cum ergo quodam die absente suo magistro, solus dolus mansisset, ac legere inciperet dæmonum coniurationes, conuenit ante magna multitudo dæmonum, qui omnes erant nigri, ut Aethiopes. Tũc ille præ timore fecit signum crucis, & omnes illico euanuerunt. Quod quum Iulianus Magistro suo referret quærenti quid ipse uidisset, dixit ei magister signum illud dæmones maximè odio habere. Electus ergo hic in Imperatorem, & adhuc eius rei recordans, cum artem magicam exercere vellet factus est Apostata. Signa crucis vbique destruit, & Christianos, quantum potuit, persecutus est, credens aliter fieri non posse, ut sibi dæmones obtemperaret. Quare etiam tunc Iudam modo appellatum Quiriacum interfecit, per quem crux fuerat inuenta: Legimus præterea militem quendam similiter Quiriacum uocatum, hunc Iulianum interfeciſſe. Nam quum hic per Ephesŏ suum duceret exercitum alios gentiles expugnaturus, qui aduersum eum, & Romanos insurrexerant, & videret isthic quandam Abbatiam, mandauit eis, ut sibi prandia pararent. Sed hi planè negauerunt, tum quia apostata esset, tum quia pauperes erant. Tunc ille ad hæc ita exacandescens, eis rursus nunciauit, se priusquam annus finiretur locum istum deleturum, eosq; interfecturum, & omnino effecturum, ut isthic segetes succrescerent. Quo sanè audito timuerunt monachi, sed Abbas eorum vir sanctissimus eos in Domino confortauit, & effecit, ut sua conformatione

iam ad martyrium essent parati. Quadã vero nocte, cum abbas in oratione persisteret, visa est ei beata Maria monasteriũ aperire, & ad tumulum cuiusdã militis, qui dicebatur Quiriacus, quiq; mortuus erat nondum septem diebus, & isthic sepultus, venire, ac ei vt inde surgeret, & se armaret, ac de Iuliano eam vindicaret pcepisse. Tum ille surgens, se armis suis, q adhuc in templo affixa erant, induit, & equum suum, qui adhuc in stabulo erat, vidente Abbate ascendit, & ad fines Iuliani se contulit. Sequenti die quęcunq; viderat abbas, suis monachis narrat ordine. Qui militis tumulum aperientes, ut rem probarent, nec inuenerunt corpus, nec equum, nec arma. Tertia vero die confligẽte Iuliano cum suis hostibus, interfectus est a prędicto milite, & sequenti nocte miles vidente abbate ad sepulchrum suum redijt, equumque, & arma in locis suis reposuit. Post hunc Iulianum fuit Cyprianus homo gulæ, & luxui deditus, qui ad beatam Iustinam Virginem, quum ad suã luxuriam concitare vellet, misit quendã dæmonem, q; huiusmodi immunditiæ præerat, sed signo Crucis repulsus est. Misit rursus alium fortiorem, qui eodẽ modo crucis signo se deuictum fatebatur, ita vt hinc Cyprianus ad fidem cõuersus sit. Tãtæ potestatis est crux Christi, per quã ille nos plane immeritus æternæ fœlicitati restituit.

De S. Ioanne Euangelista ante portam Latinam. Cap. 126.

NEro interfecerat Petrum, & Paulũ, quo mortuo, successit ei Vespasianus, atque ei Titus, cui postea Domitianus. Sub hoc beatus Ioannes Euangelista profectus est Romam, ut isthic verbum Dei concionaretur. Domitianus autem ipsum poni curauit in dolium feruentis olei plenum ante portam Latinam, sic enim vocabatur. Sed beatus, Ioannes nullam isthic sensit læsionem, diuina gratia ipsum protegente. Quantum tamen ad illum attinet martyr fuit. Quapropter festum de illo agitur, non secus ac si martyrium ibi sustinuisset. Tum a Domitiano in Pathmos insulam deportatus est. Sed tandem a Nerua Imperatore reuocatus est. Notemus hic tres tantum Apostolus viuos fuisse Romæ; Petrum nempè, Paulum & Ioannem, ac tres item Euangelistas, Ioannem, Marcum, & Lucam. Præterea animaduertamus Christi Apostolos, siue Discipulos non ideo fuisse passos, q Christum prædicabant, sed quod ipsum deificabant, ac Deum esse aiebant, sine Romanorum authoritate, quod ipsi prohibuerant.

De festo beatæ Mariæ ad martyres. Cap. 127.

CVm singula Romanorum idola non possent templum Romæ habere, fecerunt Romani vnum templum omnibus idolis, quod dictum est Pantheon. Illud templum impetrauit dari ecclesiæ Christi Bonifacius Quartus Papa Phoca Cæsare Constantinopolitano Imperatore, & illud reiectis idolis, omniq; eorum spurcitiæ, dedicauit in honorem beatæ Mariæ, & omnium Martyrum, (nondum enim fiebant festa confessoribus) & statuit, ut singulis annis celebraretur illo die festum Martyrum, sicut ipsis Calendis Maij festum Apostolorum. Sed quia in illo mense non est tanta copia victualium, vt in alijs (solet enim tũc annona deficere) & populus, qui confluebat ad illa solemnia, propter inopiam ciborum quandoque non poterat bene celebrationi vacare, ideo Gregorius minor, qui eius nominis Quartus fuit, duo hæc festa transtulit, & ea Calendis Nouembris, quando maior est rerum copia, fieri instituit. Nec solum Apostolorum, & Martyrum, sed etiam Trinitatis, omnium Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & aliorum Sanctorum atque Sanctarum, velut festum generale, cuius officium ordinauit.

Quare non celebremus festa Sanctorum qui cum Christo surrexerunt. Cap. 128.

QVæritur, quare non celebremus hoc tpe festa Sanctorũ, q cũ Xpo surrexerunt, vel cum illo in cœlos ascenderũt?

Debemus

debemus n. de eorum glorificatione gaudere, & solennizare, sicut de alijs sanctis, quum certi simus eos ascendisse. Verum eius rei ratio talis est. De morte eorum non solennizamus, quia ad inferos descẽderunt. De glorificatione autem in anima festum, aut in pascha aut saltem in Ascensione Domini deberemus celebrare, sed non possumus propter authoritatem, & magnitudinem officiorum illorum dierum. Obumbraretur enim eorum festiuitas dignitate maioris solennitatis. Quemadmodum si cum Rege ueniret alicuius familiaris propter præsentiam Regis, non tam diligenter ei obsequeretur, quàm si solus veniret. Ideo ergo statutum est, ut aliis anni temporibus, iis diebus quibus ecclesiæ sibi dedicatæ fuerunt, festa illorum celebrentur, ut festiuitas beati Ioannis Baptistæ sub finem augusti, quitamen circa pascha mortuus est, propter eandem sane rationem festum beati Iacobi Compostellæ in Iulio obseruatur. De festo beati Petri ad vincula alibi dicetur. Animaduerte ergo, q festa sanctorum veteris testamenti, ut Abrahami, Isai, Iacobi, Dauidis, Danielis & aliorum in Græcia, & Venetiæ colantur, habeantq; isthic suas ecclesias.

De Sancto Michaele, Cap. 129.

DE festo Sancti Michaelis dicimus, q hoc tempore Barbari Apuliam ingressi sint, eamque misere depopulati. Quare Christiani in dicto ieiunio triduano auxilium Sancti Michaelis imploraruerunt. Et cum essent congregati instructaque acie exercitum aduersus hostes producerent, apparuit eis sanctus Michael, quasi illis auxilium præstans, tum hostes uersi sunt in fugam. Quia ergo per beatum Michaelem uictoriam obtinuerunt: ideo statutum est, ut eo die semper festum eius celebraretur.

De varietatibus huius temporis. Cap. 130.

DIcto de festis, cõsiderandæ sunt quædam huius temporis varietates. Sũt enim hæ tres septimanæ quasi ppriis vocabulis nuncupatæ prima est paschalis, secunda in albis, tertia expectationis, illa videlicet, quæ est post Ascensionem Domini; prima dicitur sanctificata, quia homines per baptismum sanctificati tota illa septimana vestem gerunt, in qua baptismum susceperunt, quæ significat primã stolam. Secunda septimana appellatur in albis, quoniam tunc baptizati alteto sabbato uestes baptismi deponentes albas induunt uestes. Vel quoniam tunc solent illi, qui baptizati sunt confirmari ab episcopis, & alias albas vestes induere usque ad sequens sabbatum. Vel certe ideo nominatur in albis, quia significat vitam æternam, in qua vtraque stola vestiemur. Tertia tandem nuncupata est, ut diximus, septimana expectationis, q repræsentet tẽpus illud, quo Apostoli expectauerunt aduentum Spiritussancti. Atque hinc animaduertemus quosdam solere ieiunare ab Ascensione, usq; ad Pentecosten, quia Apostoli eo tempore dicuntur ieiunasse. Sed D. Gilberto videtur non esse ieiunandum, quod ad paschale tẽpus pertineat. Alia item varietas hic est attendenda. Septimana enim paschalis non protenditur, nisi vsque ad sabbatum in albis, atque ita pascha pro octauis, seu duntaxat dies habet. Septimana in albis incipit a sabbato in albis, & finitur in altero sabbato, & sic durat octo diebus. Octauæ Ascensionis cum deberent terminari quinta feria ante pentecosten. protrahuntur usq; ad pentecosten. Nam licet duo dies, qui octaui supersunt, ad missam officium suum facile possint a dominica accipere, tamen non haberent nocturnos, inuitatorium, vel responsoria, nisi ab Ascensione Domini illa peterent. Vnde profecto decem illi dies pro vna octaua reputantur. Nec id quidem mirum, quum totum paschale velut una habeatur octaua, quemadmodum etiam tempus illud à Natiuitate Domini, usq; ad octauas Epiphaniæ,

De Pentecoste Cap. 131.

HIs breuiter de paschali tempore expositis, de pentecoste Domini deinceps agendum est. Populus

Israeliticus quatuor præcipuè celebrat solennitates, Pascha, s. quia tunc eos Dominus liberauit ab Aegyptiorum seruitute, & a percussione Angeli, aspersis immaculati agni sanguinem postibus. Non. n. fuit domus alicuius Aegyptij, in qua nõ mortuus aliquis conspiceretur. In domibus vero Hebreorum minimé. Celebrant præterea Pentecosten, quia tunc acceperunt legem, & scenophegiam in Septẽbri, quæ interpretatur fixio tabernaculorum, in hyeme deniq; celebrant Encenia, i. dedicationem templi. Nos aũt tantum duo istorum seruamus. Pascha videlicet, & Pentecosten, sed alia ratione atque illi; illi enim celebrant Pascha, quod tunc ab Aegyptiaca seruitute fuerunt liberati. Nos ideo Pascha celebramus, quia tunc per Christum redempti sumus. Illi celebrant Pentecosten, quod tunc legem acceperunt, nos ideo, quia tunc accipimus Spiritum sanctum. Illi acceperunt legem in tabulis lapideis extrinsecus scriptam. in tabulis quidem lapideis, ad designandum eorum duritiem. Extrinsecus vero scriptam, quod literæ spiritualem intelligentiam non pertingebant, sed Spiritus sanctus datus est septuagintaduobus discipulis in corde digito Dei intus spiritualem intelligentiam eis dictante. Verum animaduerte aliud esse Pentecosté, aliud quinquagesimam, itemque quinquagesimam multifariam accipi. Est enim quinquagesima dierum annorum, psalmorum, personarum, & denotarium. Rursus quinquagesima hæc dierum triplex est. Est enim una a dominica, quæ vulgo appellatur, Esto mihi, usque ad Pascham, alia a Paschate ad Pentecosten, & tertia, a sabbato in albis, usq; ad sabbatum post Pentecosten. Prima est pœnitentiæ & afflictionis, secunda lætitiæ & exultationis, tertia uelut figuræ. præfigurat enim octauam ętatẽ, in qua vtraq; stola induemur. Ex quo quidem fit, quod duo Alleluia illa quinquagesima cantamus, quorum primum significat corporis stolam, secundum animæ. Sic quoque tres sunt psalmorum, quinquagesimæ, prima est à Beatus vir, vsque ad Miserere mei. Secunda Miserere mei, vsque ad Domine exaudi. tertia denique e Domine exaudi vsq; ad Omnis spiritus laudet Dominum. Hæ quinquagesimæ dies diluuij significant. Tot enim diebus aquarum fuit inũdatio, scilicet centum & quinquaginta diebus. Ideo autem tres quinquagesimas psalmorum cantamus, ut Deus a tali nos diluuio & ab omni malo defendat. Quinquagesima porrò annorum erat iubilæus. De quinquagesima personarum habetur in Genesi, vbi Abraham in hunc modum a Domino quærit. Si septuaginta. inquit, in populo inueniantur iusti, nunquid eis parces? Ita, respondit Deus, & sic postea de sexaginta, & quinquaginta vsque ad decem. De quinquagesima uero denariorum habetur in Euangelio, vbi de duobus agitur debitoribus, quorum unus debebat centum denarios, alter quinquaginta. Sed hæc de illis dixisse satis sit. Nunc autem ad propositum redeamus. Dicitur ergo Pentecoste à πεντηκοστα quinquaginta, quod dies hęc a resurrectione Domini distat quinquaginta diebus. Hinc πεντηκοστος latine dicitur quinquagesimus. Sicut. n. populus Israeliticus quinquagesimo die a Pascha, quod celebrauerunt in Ramasse, venerũt ad montem Dei Oreb, uel Sina, quod idẽ est, & legem tũc acceperunt. Ita die quinquagesimo a passione Domini Spiritus sanctus discipulis in superiori cœnaculo aduẽtum eius expectantibus datus est in linguis igneis. Et in linguis utique, ut in omni genere linguarum & sermonum facundi essent. In igneis uero ideo, ut inflammarentur amore charitatis. Datus est igitur Spiritus sanctus discipulis, cuius gratia est septiformis; quoniam numerum scilicet septenarium maximè obseruant iudæi in omnibus, idque non sine specie figuræ. Ipsi enim celebrant septimum diem, videlicet sabbatum, septimam septimanam, nempe Pentecosten, septimum mensem, nimirum Septembrem, quia apud eos fere habetur celebris, & septimum annum, vtpote quum serui a iudæis manumittebantur, si vellent. Si autem aliquis manumitti non vellet, sed in Domini seruitute remanere, is ad postes tabernaculi, uel templi ducebatur, atque eius aures subula per forabantur, quod erat signum seruitij, ne amplius

amplius manumitteretur si forsitan postea ex seruitute manumitti vellet. Sic quoque hoc anno quæcunque terra ex gratis procreabat, erant communia. Non enim colebatur eo anno. Pari ratione nos septimo die, videlicet in sabbato, baptisinum celebramus. Sabbatum enim rẽ quiem significat, & nos per baptismũ sabbatizamus, ideſt requiescimus. Quoniam quando homo baptizatur, habet anima eius quietem, quum per Spiritum a vitiis emendata in fidei vnitate quiescit. Sciendum ergo, duobus tantum sabbatis regulariter baptisinum celebrari. Sabbato videlicet Paschali, & Pentecoste. Paschali quidem sabbato, qm in passione Christi omnes baptizamur, hoc est redimimur. Sabbato vero Pentecoste, quia tunc per Spiritumsanctum mundamur, & sanctificamur. Atque huius quidem sabbati officium nunc tractandum est.

De officio sabbati Pentecostes. Cap. 132.

Officium huius diei nihil discrepat ab officio sabbati paschæ, excepto, quod in eo prima lectio fit de Adamo, i. de mundi creatione. Hic vero prima est de Abrahamo. Et huic quidem lectioni de Abrahamo canticum subiungitur, illi vero de Adamo non vtique. Duæ hæ lectiones illos duos parentes significant, quorum vnus fuit pater erroris, & deuiationis, scilicet Adamus: Alter fuit pater fidei, & renouationis, videlicet Abrahamus. Lectionis de Adamo non subiungimus canticum, quod ille non bene nobis cecinerit, quoniam transgressus est Dei mandatum. Vnde non respondemus ei, quasi nobis malè cantanti. Quod autem malè cantauerit ex eo patet, quod ei dictum est. Maledicta terra in opere tuo. Lectionis de Abrahamo canticum subiungimus, vt qui bene nobis cecinerit, vnde ei dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tacentur aũt hac die tituli, propter paruulos, qui necdum cognoscunt authores noui, & veteris testamenti. Missa hoc sabbato ita incipit, quemadmodum sabbato paschæ, videlicet per Kirie eleyson. Proinde Gloria in excelsis tam hoc, quàm illo sabbato canitur, atque etiam die cœnæ, sed non nisi in illa ecclesia, in qua consecratur chrisma. Alibi enim cantari non debet. In vesperis denique hi dicuntur psalmi Laudate pueri Dominum. Laudate Dominum omnes gentes. Lauda anima mea Dominum. Laudate Dominum quoniam bonus, & Lauda Hierusalem Dominum.

De ieiunijs quatuor Temporum. Cap. 133.

Dicendum modo est de ieiunijs primitiarum, quæ in septimana Pentecostes solent contingere. Et primo quidem de origine, secundo de institutione, tertio de nomine, & eius ratione, deinde de officio, & vltimo de ordinibus, quæ in ijs celebrantur, oportet dispicianus: Origo istorum ieiuniorum sumpta est ex veteri testamento. Sicut enim populus ille Deo ex omnibus rebus suis dabat primitias, sic nos ex temporibus primitias, & non solum ex temporibus, sed etiam ex omnibus, quę possidemus dare debemus. Nunc sequitur de institutione.

De institutione ieiuniorum quatuor Temporum. Cap. 134.

In primitiua ecclesia fuit institutum, vt ieiunia hæc quoquo anno ter fierent. Sed Calixtus Papa instituit, vt quater fierent, sumens rationem ex veteri testamento. Iudæi namque quater ieiunabant in anno, ante Pascham, Pentecosten, Scenophegiam, ideſt, ante fixionem tabernaculorum in Septembri, & ante Encœnia, ideſt, dedicationem in Decembri. Præterea si ter fierent, & tres dies singulis vicibus ieiunarentur, anno diuiso in tres partes, remanerent semp aliquot dies, quorum primitias non redderemus. Sunt rursus & multæ aliæ rationes, quãobrem quater fiant in anno. Vna est quia humanæ naturæ constitutione quatuor sũt qualitates, vtpote quod sin us calidi, frigidi, humidi, sicci, ex quibus qualitatibus quilibet peccãdi pertẽtationes.

Vt ergo quatuor has qualitates a peccati libidine refrenemus, quater in anno ieiunamus. Vel talis etiam ratio reddi potest. Homo constat ex anima, & corpore. Corpus autem consistit ex quatuor elementis. Sed anima tres potissimum habet proprietates, vti ratione, irasci, & concupiscere. Quare, vt hæc in nobis moderentur, quater in anno tribus diebus ieiunamus, vt quaternarius numerus referatur ad corpus, ternarius ad animam. Rursus annus in quatuor tempora diuiditur, quorum vnumquodque tres habet menses. Quater igitur in anno ieiunamus tres dies, pro quolibet mense diem vnum. Est iterum alia ratio, cur quater ieiunamus, ob quatuor videlicet anni tempora. In Hyeme enim mandamus terræ semina, in Vere arbores floreſcunt, & vineæ pubeſcunt, in Aestate metimus non nullas fruges, & in Autumno colliguntur vuæ. Quater denuo ieiunamus, quia vt veteres quoquo anno quater ieiunabant Quadrageſimam diem, & nos his temporibus tres dies ieiunamus. Dicuntur autem ieiunia quatuor temporum, vel ieiunia primitiarum, vel ieiunia duplicia, quia fiunt tribus diebus, quibus solemus ieiunare in vna septimana. Sunt vero instituta, vt dictum est, a Calixto Papa, & prima huiusmodi ieiunia fiunt in Martio, in prima videlicet septimana Quadrageſimæ, vt in nobis marceant vitia. Non enim omnino possunt extingui. In Aestate fiunt ſecunda, nimirum in septimana Pentecostes, vt quoniam tunc venit Spiritus ſanctus, & nos eſſe debeamus feruentes ſpiritu. Tertia ieiunia fiunt ante festum ſancti Michaelis, in tertia septimana Septembris, quod quemadmodum tunc arborum fructus colligantur, & nos quoque deceat Deo reddere bonorum operum fructus. Quarta poſtremo fiunt in ſeptimana ante Natale Domini, ſcilicet in Decembri, quia ſicut tunc herbę moriuntur, ita & nos oportet mori mundo, & renaſci Deo. In horum ieiuniorum quarta feria diei debent duę lectiones tono, ſiue voce nocturnali, vna ex veteri teſtamento, altera ex nouo, tono, & voce communi ad ſignificationem eius, quod qui ordinandi ſunt ſabbato ſequenti oporteat vt ſint utriuſque teſtamenti periti. Idem indicat mitra epiſcopalis per duo illa cornua. Debet enim hic vtriuſque teſtamenti non eſſe ignarus, quo tanquam duplici cornu poſſit ferire fidei inimicos, atque hæreticos. Sexta ieiunio unſeria vnà duntaxat dici debet lectio, quod author veteris, & noui teſtamenti vnus, & ſolus ſit Deus, atq; ex veteri, & nouo teſtamento vnum factum ſit Euangelium. Sabbato autē quatuor recitantur lectiones, antequam celebrentur ordines, quarum prima pertinet ad populum, ſecunda ad eccleſiæ primates, tertia ad miniſtros, quarta ad omnes religioſos. Lectio Danielis ideo ſequitur de tribus pueris, quod qui ſunt ordinandi, in fine debeant eſſe probati, ſicut illi fuerunt. Sunt autem hi circa tria potiſſimum inquirendi, circa naturam, vtrum videlicet ex legitimo matrimonio ſint procreati, circa literas, & circa vitam ac bonam conuerſationem. Notemus ergo hic, quod Archipresbiter ordinandos prius debeat offerre Archidiacono, vnde hic etiam dicitur vicarius, quoniam in hoc vicem ſupplet ſacerdotum. Eorum enim eſſet hoc facere. Archidiaconi officium eſt eos examinare, & ſcruta ri in vita, in natura, & honeſta cōuerſatione, atque ita eos tradere in manus ſcholaſteris, cuius munus eſt periculum facere in literis. Sic itaque diligenter inquiſiti debent tradi in manus epiſcopi. Poſt lectionem Danielis ſubiungitur cantus Benedicite. Sed quare ad lectionem Danielis non flectuntur genua, ſupradictū eſt: Epiſtola Pauli deinde legitur, ad quā genua non flectimus, quoniam ad nouum pertinet teſtamētum. Huic deinceps tractus ſubiungitur cum graui cantu, quòd ordinati graues eſſe debeant, & conſtantes, nec facili ſuperbiæ flatu efferantur. Obiter tamen animaduerte non permiſſum eſſe, vt eadem die bis aliquis ordinetur. Sed ſi neceſſe fuerit, poteſt ordinari ſabbato in Diaconum, & dominica ſequenti in ſacerdotem, & poſtea in octauis pentecoſtes poteſt conſecrari in epiſcopum.

De

De tempore peregrinationis ac feſtis in eo contentis. Cap. 135.

AB hoc ergo ſabbato incipit tempus peregrinationis, qñ ſumus quidem in itinere, quo venitur ad patriam, ſed hoſtes, & aduerſarios habemus, antēq illuc perueniamus, nimirum carnem noſtram, mundum, & diabolum. Legimus hoc tpe librum Regum, ubi huius nobis proponū tur & victoriæ, ut & nos contra hoſtes fortiter pugnemus, & adepti victoriam in cę lis tandem coronemur. Et notemus obiter apud authores tribus potiſſimum nomimibus appellari Iudæos. Primo, qa vocantur recutiti, vnde Iſaias: Recutita, inquit, ſabbati, i. Iudaica, qñ reciſam, verendorum eutē habent. Appellantur ēt Paleſtini. vnde Ouid Terra Paleſtino ſeptima culta uiro. Et cōi note Iudæi ab Iuda filio Iacob, qui vnus ex duodecim Patriarchis. Quantūuis. n. duodecim fuerint tribus, quæ a duodecim filiis Iacob deſcenderūt, a Iuda tñ Iudæi ideo ſunt appellati, q de regno Iudæ hoc pacto prophetauerat Iacob; Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat, q promiſſus eſt. De tribu aūt Iuda venit Dñs noſter Ieſus Chriſtus. Notem' præterea, q aliquæ ſint octauæ deuotionis, ut ſancti Nicolai, & sāctæ Mariæ Magdalenæ, qui octauas non habent, ſed qñ ſunt quorundā eccleſiarum patroni, & iō eis fiunt octauæ. Sūt & octauæ veneratiōnis, ut in magnis ſolēnitatibus, & ſignificationis, ut Petri, & Pauli, quæ ſecundam ſignificant ſtolam, quam habituri ſunt, ſi deliceet corporis glorificationem. Paulus hiſtoriographus diaconus Romanæ curię monachus Caſſinienſis, cum die quodam Paſchalem cereum conſecraret, fauces eius raucæ factæ ſunt, quum prius eſſent ſatis uocalis. Vt ergo nox ei reſtitueretur, in honorem ſancti Ioannis hymnum hūc compoſuit; Vt queant laxis &c. Vnde in principio petit uocis reſtitutionē, ſicut reſtituta eſt Zacharię merito ſancti Ioannis. De quo quidem dicemus, ſi primo feſtum Geruaſij ac Prothaſij breuiter expoſueri mus. Et quidem hoc vnum hic dicimus, q in eorum officio cantatur; Loquetur Dñs pacem in plebem ſuam. Nec hoc ſane ſine cauſa tum tpis dicitur, q in horū feſto reformata fuerit concordia inter Lō gobardos, & Romanum Imperium. Cætera de illis hiſtoria plene perſtringit.

De natiuitate S. Ioannis. Cap. 136.

VIdeamus igitur modo de ipſius ſancti Ioannis natiuitate, & primo quāobrem natiuitas eius celebretur, cum in peccatis fuerit conceptus. Nullius. n. conceptio facta in amplexu maris, & fœminę poteſt eſſe ſine peccato. Quidam. n. ſunt ſine patre, et matre, ut Adamus; Alii ex patre ſine matre, cuiuſmodi fuit Eua, Alij vero ex patre, & matre, quod eſt frequentius, ut Abelus; Alii tandem ex matre ſūt ſine patre qualis eſt Chriſtus. Vnde in perſona illius dictum eſt. Ego ſum uermis, & non homo, hoc eſt, ſecundum legem uermium natus, non autem hominum. Sed animaduertatur, hic hominem prius, ut ita dixero, ſeminari, ac poſtea in ulna cōcipi, ibique carnem formari. Verum poſt quadraginta. & ſex dies creari animam, & corpori infundi, ſecundum Theologos, q bus magis credendum eſt, quàm phyſicis. Celebratur ergo huius natiuitatis ſecunda, quādo nimirum primo exit in lucem. Nam prima eſt, quando ipſa anima corpori infunditur. Secunda uero, quum prodit in lucem. Quare inxta ſecūdam ſine peccato fuit conceptus. Sanctificatus enim fuit in utero quēadmodum Hieremias: in cuius prophetia hoc ita cōtinetur. Antequā exires de vulua ſanctificaui te &c. Quod quidem in huius figuram fortaſſe dictum fuit. Sed de quo genere ſanctificationis hoc iſthic dicatur, Deus nouit. Sūt qui putent de ſanctificatione originali dictum fuiſſe, idque hoc pacto probare conantur, quod uidelicet Spiritus ſanctus puerum repleuerit, atq; adeo ut ex iſtius modi Spiritus ſancti repletione, & repleta fuerit mater. Atqui ſi eſſet in originali, foret utique & immortali. Ergo neque puer ſancto Spiritu eſſet repletus, neque eius mater. Nec vero refert, quod & mali, quā plurimi prophetarunt, ut Cayphas, & Balaam, & q anna etiam locuta ſit. Verum cōtra uidetur. quod ei peccatum iſtud originale remiſſum non fuerit. Dixit enim

Ioannes

Ioannes ad Christum. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me baptizari. Ex quo intelligitur ipsum uoluisse ablui a peccato originali. Sed intelligendū plane est ipsum hoc dixisse in ꝑsona Ecclesiæ, in qua etiā opinione glossa est peruulgata.

De viglia S. Ioannis. Cap. 137.

FEstum sancti Ioannis habet vigiliam, hoc est, eius festi dies præcedens dicitur vigilia, uel eius loco ieiunium, quod vice vigiliarum est institutum. Fuit enim moris apud veteres, & in festiuitatibus uiri cum uxoribus, & filiabus suis ad Ecclesiam conuenirent, atque ibi cum lumine, & candelis vigilarent. Sed quoniam in his vigiliis crebro contingebat, ut puellæ vitiarentur, ac malitiosi oportunitatē haberent, quo flagitia sua commode perficerent, ideo factum est ut vigiliæ mutarentur in ieiunia. Vnde ēt nunc antiquitatis nomen retinuit. Vocatur enim vigilia. Celebratur autem natiuitas Ioannis, tum ꝓp hiſtoriam: habet enim Euangelium. Et multi in natiuitate eius gaudebunt, quod obseruāt Christiani. & pagani tum ꝓpter allegoriam, & mysterium. Per Ioannem enim significatur ortus gratiæ. ex quo quidem fit, ut tum magis solennizemus ꝓp mysterium, quam ꝓp ipsam personā. Credimus autem, quòd hic in utero sanctificatus est, sicut Hieremias, vnde eo die de Hieremia legitur. Sed quo genere sanctificationis nec satis liquet, nec legimus: pleriſq; tamen affirmant ipsum ab omni peccato fuisse mundatum. Saluator autē attulit nobis ortum gratiæ. Hunc Ioannes præcessit annunciatione, natiuitate, ꝑdicatione, passione, & ad inferos descensione. Officium eius partim constat ex veteri testamento, partim ex nouo, quoniā ipse fuit finis veteris, & initium noui. Fuit nāq; quasi lapis angularis, hoc est nouū, & vetus coniungens testamentum. Quod autē hoc festo ieiunamus, totum illud natū est ex sympathia quadam, & cōpassione qua ei compatimur, q̄ ieiunauerit in deserto, atq; ibi vitam egerit admodū acerbam. Solent porro hoc tempore ex ueteri consuetudine mortuorum animalium ossa cōburi, q̄ huiusmodi habet originem. Sunt. n. animalia, q̄ dracones appellamus, vnde in psal. Laudare Dominū de terra dracones, non thracones, ut quidam mendose legūt. f. terræ meatus. Hęc, inquam, animalia in aere volant, in aquis natant in terra ambulant. Sed quando in aere ad libidinem concitantur (quod fere) fit sæpe ipsum sperma, vel in puteos, uel in aquas fluuiales ejciunt, ex quo lethalis sequitur annus. Aduersus hæc ergo huiusmodi inuentum est remedium, ut videlicet rogus ex ossibus construereē, & ita fumus huiusmodi animalia fugaret. Et quia istud maxime hoc tempore fiebat, idē etiam modo ab omnibus obseruatur. Est & alia causa, quamobrē ossa animaliū comburantur, q̄ ossa sancti Ioannis in ciuitate Sebastæ ab Ethnicis combusta fuere. Consuetum item est hac vigilia ardentes deferri faculas, q̄ Ioānes fuerit ardens lucerna, & q̄ vias Domini præparauerit. Sed qđ etiam rota vertatur hinc esse putant, quia in eum circulum tūc sol descendit, ultra quem progredi nequit, a quo cogitur paulatim descēdere, quēadmodū vulgi rumor de B. Ioanne Christo aduenīente ad summum peruenit, quum Xp̄s putabatur, posteaq̄ descendit, ac fuit diminutus, ut vel ipse de se testis est. Me, inquiens, oportet minui, illum autem crescere. Quod quidem propterea dictū esse nonnulli arbitrantur, q̄ tum dies incipiāt minui, & decrescere, & in Christi natiuitate crescere. Verumenimuero, quia aliquando dies ante festum Sancti Ioānis decrescant, & ante natale Domini crescant, intelligendum est istud de natiuitate in matre, quando. f. uterque conceptus est. Conceptus. n. est Ioannes diebus decrescentibus, utpote Septembri, & Iesus crescētib⁹, ut in April. Proinde Missa huius diei officium petit partim ex veteri, partim ēt ex nouo testamento, cum in eo quædam sint testamenti noui, quædam veteris. Nā lex, & prophetę fuerunt vsque ad Ioannē ita ut hic fuerit tanquam in medio constitutus veteris, & noui testamenti. Postea tn circūcisus est Xp̄s. Eodem vero die, & Ioannes Euangelistas in fossam descendit, sed quia ꝓp nauitatem beati Ioannis Baptistæ eius festiuitas plene vēnerari non posset trāslata est ad natale Domini.

Quare

Quare quum neq; ibi propter festū sancti Stephani vigiliā habere potuerit, hinc esse dicimus, q̄ hoc die duplex missa cantatur, altera quidem de vigilia Euāgelistę, nimirum, Iustus vt palma florebit. altera vero de vigilia Baptistæ. Quāquā dicere possimus vigiliā Ioannis Baptistę plenū habere & absolutum officium. Ex quo sanè fieret, ut illo die non celebraretur uigilia sancti Ioannis Euangelistæ.

De festo Apostolorum Petri & Pauli. Cap. 138.

HVcusq; de natiuitate sancti Ioānis, eiusque vigilia actum est, sequitur deinceps festiuitas duorum Apostolorū Petri videlicet, & Pauli. De his magna est controuersia, utrum eodem die passi sint. Henricus. n. solitarius velle uidetur eodē die eos, anno tamē reuoluto, passos esse. Sed Pelagius Papa, atq; alij sācti patres, qui de illis scripserunt in Decretis, volūt illos eodem die eademq; hora sub pessimo illo Imperatore Nerone fuisse passos. Alioquin. n. falsæ essent historiæ de illis ꝑditæ Sed tn in diuersis locis passi sunt. & diuersis pœnis. Petrus. n. cruci fuit affixus Paulus vero obtruncatus, quæ pœna videbatur esse honestior. Nam ciuis erat Romanus, vt habetur in actibus Apostolorū. Postea vero eorum corpora fuere eodem loco. eodemq; sepulchro posita, vbi multo tempore simul permanserunt. Sed ad fidem Christianam conuerso Imperatore Romano, & Christiana religione magis ac magis crescente utrique Apostolo suā peculiarem ædificauerunt Ecclesiam, & cum uellēt corpora separare dubitarēt q; quænam ossa Petri, & quæ Pauli essent, illis orantibus ieiunio peracto, rnsum est cęlitus, maiora esse ossa prædicatoris, minora vero piscatoris. Atq; ita sane seorsum à sese mutuo ossa fuere separata, & in suis Ecclesijs posita. Quanquam vero horum festa eodem die celebranda occurrant, beatus tn Gregorius instituit, ut festum Petri ipso die tantum celebraretur. Maior. n. fuerat sanctitate, & Romæ primas tenuerat, sequēti vero die coleretur festum Pauli. Ipso tū die Petri dicitur in missa oratio, siue, ut vocant, collectas, illis duob. cōis. Potest ergo hæc missa inchoari uel de sancto Petro, vel ꝑ hmōi introitum. Terribilis est locus iste. Quia eo die Ecclesia Petri fuit dedicata. Quæritur autē hic de Lino, an Papa fuerit, atque itidem de Cleto? Sed rnsum, est, & negatū, eosq; fuisse discipulos Petri ac eius vicē in his dūtaxat suppleuisse, quæ ad actiuā pertinebant vitam, unum videlicet intra muros, alterum vero extra, Sed Petrus vacabat orationi, unde etiam nunc Romæ præter Papam & alius quispiā Episcopus est. Considerandum porro est interdum inueniri Paulum Petro esse minorem, & quandoq; etiam maiorem, uel inter sese eos esse æquales. Sed istiusmodi controuersia hoc modo dissolui potest Paulus minor Petro, videlicet dignitate, quod hic fuerit princeps Apostolorum. Verum eodem maior fuit prædicatione, & æqualis & par vitæ sanctimonia. Horum itaq; festum tria habet præcipua, ieiuniū, octauas, & solemnitatem. Ieiunium quidem, quia si cum eis regnare optemus, oportet nos etiam cum iis compati. In solemnitate vero ꝓpter eorum glorificationem gaudemus. In octauis demiq; ob illorum futuram beatitudinem in corpore & anima, cuius certi sumus, lætamur.

De diuisione Apostolorum. Cap. 139.

DE festo diuisionis Apostolorum magnæ auctoritatis scriptores varij dissentiunt. Quidam. n. volunt diuisionē hanc intelligendam esse quasi quæ Hierosolymę post duodecim annos facta esset, quum uidelicet Apostoli parti ac separati fuerint ad cōcionandum Ethnicis. Nonnulli uero putant festū hoc esse accipiendum de diuisione Petri & Pauli, illa videlicet, de qua superi⁹ mētio facta est. Illam n. tali die factam fuisse arbitrantur, quod vtiq; bene fieri potuit. Dicitur aūt hoc die magna illa Apostolorū Sequentia, cuius initium est hmōi. Cœli enarrāt. & Euangelium Ascensionis, sed non integrum, ut quod ibi incipit. Et Dominus quidem Iesus postquā loquutus est. Ad cuius extremę partis probationem nonnulli hic mentionem faciunt de duobus discipulis Petri, q̄ quum ad ꝑdicandum

missi

missi essent, & circiter uiginti dies iter ingressi, alter eorũ mortuus est, & alter ad Petrum redijt. Hunc aiunt fuisse beatũ Maternum. Sed Petrus ei tradidit baculũ suum, ac ipsum remisit, ꝑcipiens vt ad corpus socii sui adiret, & illud suo baculo tangeret. Quod quidem cum hic fecisset, e uestigio alter reuixit ad tactum baculi, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus Et sic verum esse completum est, quod dixerat Dominus; q̃ maiora hꝝ facietis. Dominus. n. quatriduanum suscitauit Lazarum, quod sanè oppido q̃ magnum fuit, sed magis quod ad tactum baculi Petri reuixit ille, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus.

De festo Sancti Iacobi. Cap. 140.

FEstum hoc Iacobi est maioris, fratris Ioannis Euangelistæ, & filii Zebedæi; Huius corporis quiescit in Compostella, quæ Hispaniæ pars est. Missus. n. fuit ut Hispanis verbum Dei concionaret. Sed pp malitia, & duritiam principum extra unũ ad fidem Xpi neminẽ cõuertere potuit. Q̃d quum uideret uir sanctus Hierosolymam rediit, vt consuliceret an illi, quos isthic, reliquerat, ẽt num satis essent in Xpi fide confirmati, & inuenit multos in ea errantes, imo qui iam ferè oĩno eam deseruerant pp Hermoginẽ & Philætum, qui magicis artibus quasi miracula faciebant, quib. homines misere decipiebant: Verum hos magos aggrediens Apostolus ad fidẽ conuertit, populumq; ad cultũ Dei reduxit. Deinde vero quũ ad Herodẽ ducererur, in via paraliticum quẽdam sanauit, & qui ipsum ducebat ad fidem conuerit, ac baptizauit, Tandem ab ipso Herode fuit obtrũcatus. Tum magi illi, qui iam eius facti erant discipuli, cum aliis tribus eiusdem discipulis cũ corpore in nauim ascenderũt, & sese sine rectore mari commiserunt, vt ei diuina prouidentia sepulturæ locũ tribueret. Tandem nauis illa Hispaniẽ applicuit ad regnum Lupæ. Erat aũt tunc tẽporis Regina quædam in Hispania Istoc nomine, cuius uita & mores nomini planè conueniebant. Ad hanc ergo reginam discipuli aliqui exierunt & illi dixerũt hoc pacto. Dñs Iesus Xps misit ad uos corpus sui discipuli, ut quod recusastis uiuum, saltem mortuum recipiatis. Ac narrauit illi totum istud miraculum, quo pacto illuc appulissent: Quod quum audisset Lupa misit eos ad crudelissimum quendam uirum, q̃ eos in carcerem detrusit. Sed quã hic pranderet, angelus Dñi eos è carcere eduxit, qui ciuitatem exeuntes uelut peregrini, populo uidente ac nemine impediente, ad suos redierunt socios. Absoluto prandio Tyrannus ille ad se captiuos adduci iussit. Sed quum uenissent ad carcerem, q̃ illuc missi erant, inuenerunt carcerem apertum, nec in eo captiuos, quod Domino suo retulerũt, q̃ ita percitus ex templo famulis præcepit, ut eos insequerentur. Verum quum hi a ciuibus passim duos tales uiros sibi uisus fuisse, & ponte ciuitatis transijsse intellexissẽt, & ad eos impetu quodam cucurrisse it, pons factus est, & in aqua submersi sunt. Quod q̃d simularq; audiuissent princeps, & sibi & suis timens, motus pœnitentia, alios misit, qui sanctos illos viros rogaret, ut ad se securi redirent, promittentes quodcunque eis placeret se facturũ. Illi aũt redierunt, & populum ciuitatis ad fidem Xpi conuerterũt. Q̃d fructum Lupa regina summopere dolnit, & redeuntibus ad se discipulis nõ ausa aperte eis nocere, fraudem verbis dissimulãs ait; accipite boues quos habeo, & plaustro eos iungite, & quo placuerit corpus Domini uestri abducite. Docebat aũt istud animo planè malenolo. Nouerat. n. boues esse indomitos ac fieri non posse, ut uel iungerentur, vel currui applicarent, aut certè si posset, vt currerent nunc horsum, nunc illorsum, atque eos ita dissiparent & occiderent, ac corpus ipsum caderet. Sed nulla est sapientia aduersus Dominũ. Discipuli, n. postea q̃ crucis signum fecerunt, statim boues mãsueti uelut agni facti sunt, nec hominis cõtrectationẽ ueriti. Hi ergo Apostoli corpus in grandi saxo posuerũt, q̃d ita se cor pori aptũ reddidit, quasi humana opera ad id fuisse confectum, sepulchrũq; corpori ꝑbuit. Q̃d quum ita simul cũ corpore currui imposuissent, boues sine aliquo rectore recta ad palatiũ. Lupæ currum adnexerunt. nec quieuerũt, donec ad ipsius palatij

palatij medium peruenerunt. Quare stupefacta regina, & tanto miraculo exterrita, ad fidem conuersa est, & ex suo palatio sanctam dicauit ecclesiam, omniaque ornamenta, quæ possidebat isthic ad cultum Ecclesiæ consecrauit, ac sœlicissima tandem morte obijt: colitur autem festũ beati Iacobi octauo Calendas Augusti, non quod tunc obierit (passus enim est circa Paschа, ut liquido in huius diei Epistola constat: Misit Herodes rex &c.) Sed quòd hoc die ei sit dedicata ecclesia in Compostella, nec uero habet ieiunium institutionis festum hoc ea ratione, qua supra ostensum est.

De festo Petri ad uincula. Cap. 141.

THeosebia uxor Theodosij Imperatoris quum per Alexandriam profi ciscereturHierosolymam, incidit in eius regionis homine, qui tum temporis festum in honorem Augusti Cæsaris colebant de triumpho habito aduersos Cleopatram, & Marcum Antonium. Quod cum animaduertisset Theosebia ægerrimè tulit tantum honorem exhiberi Ethnico homini, & damnato. Cum autem uenisset Hierosolymam datæ sunt ei cuiusdam beneficio cathenæ, quibus sub Herode ligatus fuit Petrus; Tandem uero Romam rediens super eo, quod in Alexandria uiderat, summum consuluit Pontificem, eiq; ostendit cathenas, quas Hierosolymę dono acceperat. Iussit item Papa illas adferri cathenas, quibus sub Nerone ligatus fuerat Petrus, quæ simul atque tangerent alias, ita fuerunt coniunctæ atque implicatæ, ac si semper eædem fuissent. Quo quidem uiso Theosebia iussit consilio Pontificis ædificare ecclesiam in honorem beati Petri, & in ea cathenas illas collocauit. Dedicatio autem eiusmodi facta est Calẽdis Augusti, statutiq; Pontifex, ut quod indiscreta, & inepta hominum uolũtas hucusq; fecisset principi Romano, modo idem Christianorum pietas in uniuerso orbe semper faceret principi Apostolorum Petro. Atque ad eum sanè modum solemnitas Petri extinxit solemnitatem Augusti.

De festo Machabęorum. Cap. 142.

HIc animaducrtendum est, Machabæos hos non illos esse, ex quib. vnus fuit Iudas Machabæus, sed qui fuerunt filij Fœlicitatis, ut quibusdam placet. Alij affirmant Fœlicitatem matrem fuisse aliorum septem fratrum, qui Christi nomine passi sunt, & quorum nomina ignorat ecclesia. Hanc Fœlicitatem uocat B Greg pluſquam martyrem, q̃ septies passa sit in septem filijs, & octauo tãdem in proprio corpore. Certè illa Fœlicitas, cuius hi sunt liberi, quorum festũ hic agitur, duplex sustinuit martyrium, uidit. n. filios diuersa pati tormenta, & deinde ipsa martyrium sustinuit. Erant n. eius septem filij, tametsi non hos fuisse quidam putent. Meminit autem eorum festum ecclesia, tam orientalis, quàm occidentalis, quanquam nullius sancti ueteris testamẽti præter hos (si ita sint) contra multorũ habeat festa; Verum hos vtraq; colit ecclesia, q̃ propter legis obseruationẽ passi sint, quum carnem porcinam comedere recusarent. Est rursus alia ratio, quoniam numero septem fuerunt. Atqui septenarius numerus, ut est ꝑ cæteros plen⁹, & perfectus, ita numerum exprimit uniuersitatis. Quare in his septem significantur omnes martyres, tam ueteris, quàm noui testamenti. Atque exhibentur martyribus noui testamenti in exemplum, ut quemadmodũ illi pro sua lege passi sunt, ita & nos uel mortis periculũ pro nostra adire non horreamas, si necesse fuerit. Sanè ergo huiusmodi festum magis celebratur gratia eorum, qui significantur, quàm qui significant.

De inuentione S. Stephani. Cap. 143.

SEquitur dicẽdum de festo B. Stephani, idque de ipsius inuentione. Verum enimuero considerandum est eius inuentionem fuisse factam eo die, quo eiusdem celebratur passio, & contra. Mutatio tamẽ hæc facta fuit duabus de causis. Prior est, quia Christus natus est in terra, ut homines nascerentur in cœlo. Cũ ergo beatus Stephanus fuerit ꝓtomartyr, & martyrium sanctorum sit eorũdem natiuitas

in

in cęlis, merito post natalem Dñi colitur natiuitas protomartyris Stephani. Vnde illud vulgo potritum. Heri natus est Xps in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Posterior ratio est; qa ad eius inuentionem cũ maxima hominum multitudo conuenisset, qui miracula, quæ quamplurima in inuentione Deus fecit, uidebant, maiori cultu annuatim illum diem celebrauerunt, q̃ uel diem ipsius passionis. Statuerunt ergo sancti patres, ut festum passionis transferretur ad hunc diem inuentionis, & contra festũ inuẽtionis ad festũ passionis, quia hoc dignius est, ut ideo maiori cultu diem illũ annuatim celebrarẽt, & populus diẽ illum, qui Natale Domini sequitur feruentiori cultu colebãt in Augusto. Animaduertamus hic obiter, si festum alicuius martyris, & confessoris concurrant, si illustrior sit confessor, & plenũ habeat officium, collectam, siue orationẽ eius esse præponendam, & in altera solũmodo alterius faciendam mentionem, siue commemorationem.

Festum hoc instituit Calixt⁹ Tertius c.ita, ut hinc dicere sine cessariũ caput hoc non esse huius authoris, sed a scriptore quopiã fuisse posteà adiectũ sed quũ in eo omnia quibus usus sum exẽplaria constanter cõueniant, temere hic omittendum esse nõ putamus.

De festo B. Sixti, & Transfiguratione Domini. Cap. 144.

POst hęc ordine dicẽdũ esset de festo B. Sixti, sed quia eius passio manifesta satis, & nota omnibus est, ad alia transeamus. Hoc ipso die festũ sit de Transfiguratione Domini. Non q̃ tali die Transfiguratio facta sit, sed q̃ tunc temporis ab ijs, qui secũ fuerant in mõte, primo manifestata, & publicata fuerit. Præceperat. n. Dñs, ne cuiquã dicerẽt, donec a mortuis resurrexisset. Illi autẽ usq; in hãc diẽ tacuerunt. Enimuero sanè trãsfigurationẽ hanc certo cõstat factam fuisse sub finem Hyemis, & circa principiũ Veris, quũ uidelicet de illa legit̃ Euangelium. Et notemus quidẽ Christi sanguine eadẽ hac die cõficiex nouo uino, si inueniri possit, aut aliquantulum ex matura vua in calicem expressa, & racemi benedicantur, indeq̃ homines cõmunicent. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio. Quia ipso die cęnę dixit Dominus Iesus Apostolis, & alijs, q̃ cum illo cęnabãt, Amen dico uobis, posthac non bibã de hoc genimine uitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei. Q̃n ergo tũ dixerit nouũ, & Trãsfiguratio Dñi pertinet ad illum habitum, quem nactus est post resurrectionẽ, ideo quæritur hoc festo vinum nouum.

De sancto Laurentio. Cap. 145.

NVnc de festo B. Laurentij breuiter est dicendum. B. Sixtus, cuius paulo ante mentionẽ fecimus in Hispaniam ꝓfectus, inde secũ duos iuuenes, uidelicet Laurentium, & Vincentium eius cognatũ adduxit Romã. Horum alter Laurẽtius nimirũ cum eo mansit Romæ, & grauissima ꝓpessus est tormenta, quemadmodũ satis copiosè tradit ipsius historia: cognatus uero eius Vincentius reuersus est in Hispaniam, uitamque ibi glorioso finiuit martyrio. Hoc aũt festũ habet pręcipuè, cuiusmodi habere solẽt tria magnæ solẽnitates. nempè ieiuniũ, ipsius diei solemnitatem, & octauas. In tribus. n. potissimũ sanctus hic habet priuilegium. In ieiunio quidem primum, q̃ solus inter martyres habeat ieiunium utpotè institutionis. Alterum vero in octauis, q̃n hic duntaxat, & B. Stephanus octauas habent inter martyres, B. uero Martinus inter confessores, vt dicetur postea ubi de ipsius festo agemus. Postremum eius priuilegium, qđ habet, cõsistit in regressibus antiphonarum, ueluti habet B. Paulus. Sed ille habet ꝓ supremam pœnam martyrij, hic ob excellentiam prædicationis. Tria autem sunt in sacrosancta Ecclesia priuilegia, Baptismus uidelicet, prædicatio, & martyrium, verum Laurentius priuilegium obtinet martyrij. Nam quamlibet multi alij æquè grauia sustinuerunt tormenta, ut B. Vincentius, & Georgius, & forsitan etiam maiora ad plura, non tñ ista uniuersa obseruãt Ecclesia, quæ de illorum tormentis feruntur, uel etiam propter loci dignitatem eo gaudet, præ cæteris priuilegio, quòd Romæ passus sit.

De Assumptione B. Mariæ Virginis. Cap. 146.

AGendum deinceps est de Assumptione beatæ Mariæ. In primis tamen scire oportet, quòd sanctum transitus multis appellatur modis. Dicitur. n. exitus,

exitus, transitus, obitus, natale, natiuitas, natalitium, dormitio, depositio quemadmodum est Ioãnis Euangelistæ, passio, & assumptio. Sed hoc nomẽ quasi per antonomasiã, solummodo de beata Maria dicitur. Verum esse beatam Mariam, qđ ad animam eius attinet, assumptã fuisse certo nouimus, an uero corpus illius posteà etiam assumptum fuerit profecto incertũ est. Pie tñ credimus ipsam integre fuisse assumptã, sed prius animã, ac deinde corpore. Nihilominus tñ mulier quædam religiosissima appellata Elisabeth, quæ etiã nunc in uiuis est, habitatq́; in finibus Saxoniæ, ait sibi esse reuelatum, quod circiter dies quadraginta assumptũ fuerit corpus post assumptionem animæ. De qua re Opusculum quoddam composuit, sed nõ est in Romana Ecclesia cõprobatũ. Quæritur autem quamobrem illo die cãtetur euãgelium de beata Maria Magdalena & Martha? Ad cuius rei euidẽtiorem declarationem sciendum est, qñq; Euãgelium legi in Ecclesia tot rationibus, quot a nobis ante satis expositum est. Fit nanque ut interdum legatur euangelium ꝓpter rem ipsam quam continet, cuiusmodi est de Trinitate; interdum uero propter rei partẽ aliquam, ut est Liber generationis quod ob ultimum uersiculũ quo Christi fit mentio recitatur. Legitur & aliqñ propter totum, quale istud profecto est, q̃ in circuncisione dici consuetum est. Postquã cõsummati sunt dies octo, &c. Sic nõnũquam ꝓpter tps, vt in prima die Quadragesimæ, ac propter ieiuniũ, nonunquam propter lætanias, cuiusmodi istud est euãgelium, quod oui, piscis, ac panis mentionem facit. Nunquam deniq; causa loci, ueluti hoc quod in Septuagesima legitur. Exijt homo qui seminat, seminare semen suũ, &c. Dicitur aũt homo hic fuisse beatus Paulus, qui seminauit semẽ, i. uerbum Dei. Atque ideo illo die recitauit collecta de sancto Paulo, sub cuius finem habetur, Doctoris gentium, &c. Eo nanque die D. Papa in beati Pauli Ecclesia sacrũ celebrat. Postremo euangelium aliquãdo uero iuxta historiam, ut in circuncisione, aliquando uero iuxta suam allegoriam, quemadmodum hoc est, quod in assumptione Marię Virginis de Maria Magdalena ac Martha legitur. Quod ergo hic istiusmodi legatur Euangelium, indicat utranq; uitam, s. contemplatiuam & actiuam in una Maria virgine fuisse. Ipsa. n. fuit Magdalena, hoc est, quæ circa uitam contẽplatiuam uersabatur. Ipsa fuit Martha, i. quæ circa actiuam uitam tot ẽt fuit occupata, quemadmodum ex multis loeis liquido probari põt. Nam & in cõtemplatiua ipsa sedulo uersatum fuisse uel hæc uerba satis declarant, Maria aũt conseruabat oĩa uerba hæc cõferens in corde suo. *Luc. 12.* Habet aũt festum hoc ieiunium atq; octauas ꝑter cætera Mariæ festa, quum & nullum eius sit maius aut celebrius, quemadmodum de quolibet ẽt alio Sancto cẽseu dum est, utpote cuius transitus solennior sit, q̃ eiusdẽ festum aliud. Ab hoc tñ excipitur festum Ioannis Baptistæ, quippe ꝙ eius natiuitas longe maior sit, q̃ passio, idq́; ob eiusdem significatum atq; annũciationem. Notemus uero hic quinq; esse festa Mariæ Virginis authentica ac cõprobata, quorum primũ est Natiuitas. Festũ eñ conceptionis aliqui interdũ celebrarunt, & adhuc fortassis celebrant, sed authenticũ atq; approbatũ non est, imo. n. uero prohibendum potius esse vr. In peccato nanq; concepta fuit. Alterum uero est Parientis, hoc est, in Natali Dñi. Sed qñ tum & filij festum agitur, quod plenũ exigit officium, nullam eius seruamus solemnitatem usq; in octauas. Tũ. n. omnia ñsoria de beata Maria cantãtur cum prima eius diei missa, cuius introitus est. Vultum tuum. Missa autem secunda de puero est. Tertium festũ Mariæ est Purificationis, & quartum Mariæ ad martyres, q̃ modo festum omnium Sanctorum appellatum est. Deniq; quintũ est Assumptionis, cuius gratia hæc omnia tradim⁹. Præterea & illud hic animaduertere operæ precium est, nempe quatuor in uniuersum esse de beata Maria Euangelia, quorum unum est, Missus est Gabriel, tametsi quidem nõ nisi in aduentu, & in eius annunciatione usurpetur. alterum, Exsollens uocem quædam mulier, tertium, Exurgens aũt Maria in diebus illis abijt in mõtana cum festinatione, &c. Ac quartum tandẽ, Stabat iuxta crucẽ. Atq; hæc qdẽ tria postrema eiusmodi sũt, ut quotiescũq; pecu-

Vide conciliũ Calsilienſe, &c. firmissimo de cõsec. dist. 4.

liaris

liaris missa de ipsa celebratur, cani aut legi possint. Meminerimus interim festum Annunciationis non tã Mariæ esse, q̃ Domini, imo potius huius, q̃ illius, ut hic siat q̃ eadem habeatur p̃fatio in Natali Dñi, quæ in eiusdem annũciatione in hoc itaque Assumptione festo psalmi, atq; alia, quæ gñatim dici consueuerunt in dedicatione ecclesiæ, speciatim de beata Maria cantantur. Vt.n. ecclesia mater est oium sanctorum, nomenq; tenet uirginitatis, videlicet mentis ac fidei, quæ corporis præfertur virginitati, spõsa Christi dicta, vnde illud; Despõdi uos uni uiro, uirginẽ castã exhibere Christo Sic profecto beata Maria dicta & uirgo est, & sanctissima sanctorum. Recitantur aũt lectiones ex cantico amoris, nempe, Osculetur me osculo oris sui. Vnde & responsoria, atque antiphonæ petuntur. Illud quoq; diligenter obseruãdum est, nimirum hoc tpe legi oportere libros Salomonis, primo quidem parabolas, idque ab initio Augusti, deinde Ecclesiasten, ac tandem ẽt cantica amoris, cuius dimidium in hoc festo vsque ad octauas legitur, reseruato altero dimidio usq; in natiuitatem B Mariæ. Quarto uero recitatur Ecclesiast. quinto liber filij Sirach, sexto deniq, liber Philonis, s. sapientiæ, qui appellatus est Salomonis, q̃ snias continet Salomonis; Philonis aũt, q̃ ille eas in librum redegerit. Nec uerò cõuenit ut ipso die Assumptionis sermo hic Hieronymi in Ecclesia legatur, sed in cutiq;, ad q̃ nimirum propriè compositus videri põt. Ad postremũ ergo hic animaduertere, quod paulo ante dictum est, uirginitatem uidelicet mentis prẽualere integritati corporis. Quod .n. hoc uerum sit, facile ex uerbis B. Marię constare põt. Ait namq; hoc modo. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Non inquit, uirginitatem, sed humilitatem, hoc est fidem & puritatem mentis. Atq; hæc de festo assumptionis dicta sufficiant.

De decollatione sancti Ioannis. Cap. 147.

VT modo decollationem Io. Baptistæ aggrediamur, præcipuè illud: cognoscendum est, ipsum tempore Paschali fuisse decollatum, & corpus quidem a discipulis suis Sebastæ sepultum: caput uero minime. Quid aũt de capite eius postea actum sit, & quemadmodum in Aquitaniam uenerit, dicetur alibi. Mouetur hic quæstio, quum truncus in alio loco, atque in aliud caput fuerit sepultum, in utro illorum dicatur Ioannes sepultus? Sed huic controuersiæ ex supradictis dari põt solutio, Pergamus ergo. In eo loco ubi corpus erat situm multa in dies Deus & maxima operabat miracula, ita ut isthuc magna Christianorum turba confluebat. Quod sanè cum Ethnici uidissent, molestè admodum tulerunt, & q̃m hoc tpe imperabat Iulianus apostata maximus ecclesiæ persecutor, in dedecus Christianorum S. Ioannis Mausoleum destruxerũt, & ossa eius per agros sparserũt. Sed quum & illuc Christiani uenirent, nec miracula cessarent, rursus Ethnici ossa collegerunt & cõbusserunt. Verum digitus ille, quo Dñm ad Iordanem venientem demonstrauerat, inquiens, Ecce Agnus Dei. cõburi non potuit. Multi tamen Christiani, q̃ Ethnicis intererant, dũ ossa colligerent, q̃ potuerant, reseruarunt. Atq; ob hanc quidẽ rõnem placuit D. Gilberto, festum hoc potius collectionis dici debere, q̃ decollationis. Non desunt qui putant beatam Teclam digitũ S. Ioannis, qui comburi non potuit, ex oris transmarinis detulisse in Mauritaniam, ibiq; in honorem B. Ioannis ecclesiã construxisse, quæ hoc die fuit dedicata. Quare statutũ fuit a Pontifice, ut hic dies per uniuersum orbẽ Christianũ B. Ioanni sacer haberetur, iuxta quod uidet festum hoc appelandũ esse dedicationis. Festum Bartholomæi prætermittimus, quod quæ hic essent dicenda, satis cumulate eius tradit historia. Concionatus tñ est uerbum Dei in India ubi primo die fuit excoriatus, altero obtruncatus & translatus Beneuentum.

De Sancti Augustini festo. Cap. 149.

CIrca festum Augustini hoc tantum inquisitione dignum esse uidetur, ut cum eodem die plura concurrant festa uelati Augustini, Hermetis, & Iuliani, cuiusnam potius officium celebrari illo die debeat consideremus. Nam in eam rẽ huiusmodi tradi potest responso, & in alia his similia; Si omnes martyres essent illius, qui inter eos maioris esset nominis officium celebraretur. Si vero alius cõfessor, alius martyr, vel plures fuerint martyres, & si confessor maioris sit nominis, q̃ martyr, aut priuilegium aliquod habeat, vt beatus Martinus, & eius officium generatim in ecclesia Dei sit institutum, dicẽdum profecto est, officium de confessore, & mentio sine memoria facienda est de martyre. Si autem non, celebrandum est de martyre.

De natiuitate B. Mariæ. Cap. 149.

DEinceps sequitur Natiuitas beatæ Mariæ. Festum hoc olim fieri non consueuit, sed quodam tempore vir qui spiam pius cum noctu oraret, audiuit Angelos in cœlo canentes. Idem accidit pluribus annis eadem per noctem. Quare petiit a domino, ut quid hoc sibi rei vellet, ipsi reuelaretur. Et indicatum est ei angelos ita in cœlis gaudere, ac velut, solemnizare, quod istiusmodi nocte nata esset beata Virgo. Ille igitur rem, quam audiuerat, ad Papam defert, qui quum intellexisset eum uirum esse sanctum, & magnæ authoritatis, credens ipsum vera loqui, instituit, vt per totum mundum Christianum festum hoc celebraretur. Nec verò habet ieiunium, uel octauas in stitutionis. Potest tamen nihilominus habere deuotionis. Legitur hoc festo Euangelium. Liber generationis, ubi agitur de gencalogia Christi. Sed quæritur, cur in generatione potius computetur Ioseph, quàm beata Maria, quũ Christus non sit filius Ioseph. Verum enimuero in veteri testamento potius solet fieri computatio per uiros, quã per fœminas, nec multum refert per quem hic fiat cõputatio, quum Ioseph, & beata Maria eandem habuerint generationem. Et sanè Christus maluit fabri filius vocari, quã ut mater sua lapidibus obrueretur. Reuera filius fabri fuit, non illius Nazareni, sed fabri eius, qui fabricatus est auroram & solem.

De sanctis Sapientia, Fœlice, & Audacto. Cap. 150.

SApientia mulier fuit sancta, quæ tres habuit filias. Fidem, Spem, Charitatẽ, quæ omnes martyrium cum matre susceperunt. Sed de beatis Fœlice, & Audacto sciendum est, q̃ cum beatus Fœlix pro Christi nomine ad martyriũ duceretur, quidam subito sese in medium protulit, inquiens. Et ego sum Christianus, ad quẽ responderunt carnifices. Ergo & tu venies. Cum igitur nomen illius ignoraretur, appellatus est Audactus, quasi beato Fœlici audacter associatus.

De exaltatione S. Crucis. Cap. 150.

EXaltata fuit sancta Crux, eiusq; festũ institutum eo tẽpore, quo Heraclius vicit Cosdroẽ Regem Persarum. Hic aũt Cosdroe quum destructa Hierosolyma crucem Dñi inde abstulisset, facta domo ad similitudinem cœli, fecit sibi in ea sedem, ac lignũ a dextris posuit loco Filii, Gallũ a sinistris loco Spiritussancti, atq; ita ipse in medio stãs, se Deũ dñm appellari voluit. Quod audiẽs Heraclius Imperator Rom. acriẽ mouit iuxta Dannubiũ illũ, q̃ apud Persas est, nõ hũc, q̃ in Sueuia oritur. Nã alterũ illũ fortè ex his partibus illas uenisse dicere possumus, & noĩe huius esse appellatũ, sicut Troiani fecisse dñr. Hinc victo filio Cosdroes in singulari certamine crucẽ Dñi tulit Heraclius, voluitq. illã in suũ locum restituere. Sed quũ appropinquaret Hierosolimã, portæ ciuitatis p̃ se fuerunt clausæ, ut nõ intrare potuerit. Quod quum vehemẽter admiraret, audita vox est è cælo, inquiẽs, Regẽ regum nõ sic intrasse Hierosolymam phaleratum, sed humilẽ, & super asinã sedentẽ. Atq; hic statim suã agnoscens elationẽ, ex quo desiliit, & valde est humiliatus, ac portæ sua sponte ei apertæ sunt, nudisq; pedib. ciuitatẽ intrauit. In huius ingressu multi diuersorũ genere morborum per crucem curati sunt. Ferunt ab Adamo Seth filium eius missum fuisse in paradisum, qui ramum inde sibi datum ab Angelo retulit ad patrem, qui statim illius arboris mysterium cognoscens,

Universidad de Deusto Biblioteca

erant terræ iuserunt, & in magnam arborem procreuit. Posteà verò quum in templi ædificatione ex diuersis mundi partibus arbores adferrentur, allata est illa, & relicta tanquam inutilis. Vnde deinceps ad foueas quasdam ciuitatis posita est, p quam commodè transire posset. Hanc cũ vidisset Regina Saba uoluit transire, sed adorauit. Postea autem reiecta est in probaticam piscinam, quę tempore passionis Christi desiccata fuit, ac tum apparuit lignum, cui quum aliud non inuenirent, Dominum affixerũt. Maior vero est festiuitas inuẽtionis, quam exaltationis, q̃ ab Eusebio fuerit instituta, qui eo die fecit populum conuenire ad adorãdam crucẽ. Fuit n. hic Pontifex Romanus Trigesimꝰ.

De B. Mauritio eiusq; socijs. Cap. 152.

SEquitur videndum de festo B. Mauritij, ex Thebæa legione. Multæ sũt Thebę, vna i Aegypto, a Busiride Rege Aegypti cõdita, dicta alio nomine Heliopolis. Ex hac oriũdus fuit Mauritius, atq; inde dicũtur Thebæi: Alia est in Boetia a Cadmo Agenoris filio condita, a qua dicti sunt Thebani: Tertia est in Iudæa, vnde appellati sunt Thebites. Illi vero qui cum Mauritio mortui sunt, erant ex Thebe Aegyptiorum. Cum ergo Galli exercitũ suum in Romanos eduxissent, dux Aegypti collegit exercitum, in quo fuit beatus Mauritius, qui sub se habuit legionem virorum, s. sex milium sexcentorum, & sexaginta sex. Verum, quum iam essent in exercitu, tyrannus voluit eos cogere ad adorandum idola, qui ut non voluerunt, ita decimam acceþit partem, atq; interfecit. Qđ animaduertens Mauritius, sermonem suum conuertit ad socios, orans, vt viriliter agerent, & starent, qui sic ab eo roborati martyrium perpessi sunt. Sed illi priusquam Romam venissent, sunt baptizati.

De sancto Matthæo. Cap. 153.

DE beato Matthæo hoc tantum dicimus, quòd Leuita fuit, ideoq; in lege magis edoctus. Inde est, quòd profundæ significationis oppositiones aduersus hostes suos fecerit. Fuit autem Hebræus q uare & Hebræi Euangelium Hebraicè scripsit. Vbi obiter animaduerte nos Hebræos dicere, si quando de lingua loquimur. Iudæos cum de ritu vel gente. Posteà huius liber translatus est in Græcũ, & deindè de Græco in Latinum Prædicauit autem sub Caio Caligula, qui sic nominatus est, quòd quum nascerẽtur in expeditione caligis fuerit coopertus. Scripsit vero Ioannes sub Nerua. Marcus sub Nerone. Sed quo tempore Lucas scripserit, incertum est. Nomen hoc Matthæus, vt inquit Beda in sua ortographia per duplex, t, scribitur,

De festo Angelorum, siue Michaelis. Cap. 154.

FEstum Angelorum, qđ huc tempore colitur, est dedicationis, quãdo eis Basilicæ dedicarę sunt, quoniam hoc festum omnium Angelorum dicitur. De Barbarorum autẽ fuga, & tauro agitur inter Pascha, & festum Ascensionis, qñ de festo Angelorum agitur. Proinde vero de nominibus Angelorum dicimus, q̃ nec sibi nomina imposuerunt, nec eis a Deo data sunt, sed ab horibus, a q bus aũt nescimus. Cæterum in festo sancti Michaelis cũ de Angelis omnibus agatur, Michael nominatur; qa ipse præest paradiso, & ad susceþiendas animas princeps est constitutus. Hic quoniã in Garagano monte visus fit, ac ipse locum sibi in alto elegerit, ideo ei vbiq; fere terrarum in dicto loco Basilica constituitur. Sanctis vero quasi hominib. & terrenis in imo templa dedicãtur. Dñr aute nonnulli tot esse in quolibet Angelorũ ordine legiones, quot sunt legionis vnitates, s. sex mille sexcẽtæ; & sexaginta sex. Certum est tñ plures esse legiones, q̃ ordines. vnde Dñs inquit Petro: Nescies q̃ si rogauero patrem meũ, mittet mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Ait Haymo tertius Episcopus Halberstatẽsis, q̃ si qs posset videre spirituales creatutas, ita eas videret ebullire in aere, tanquam minimas atomos in splendore solis. Constantinus etiam Imperator quum ad oras transmarinas proficisceretur, inuenit Eusebium uirum sanctissimã cui dixit: Vir sancte, pete a me quo tua Ecclesia ditetur. Ille vero respondit, Ecclesiam

siam suam satis diuitiis abundare, sed sedrogare, vt in omnibus mundi plagis scriptentur nomina Sanctorum, & eorum passionum tempora, ac sub quibus, & quemadmodum passi sunt, rescribat, quo quidẽ facto refert Eusebius quolibet anni die plusquam quinq; millia sanctorum festa concurrere. Vnde fertur Greg. dixisse. Totus mundus Sanctis plenus est. Quod aũt Michael dicitur pugnasse contra draconem allegoricè quidem intelligi uolunt, videlicet Michael, idest Christus. Dicunt tamen alii historicè esse intelligendum, quoniam, scilicet ministerio Michaelis, & Angelorum eius depulsus est diabolos. Quamobrem ita etiam depingitur in Ecclesia propter laicos. Quæritur præterea, utrum Michael sit nomẽ vnius Angeli, an vero plurium? Dicunt aliqui vnius esse. Sed putant alii, quòd quando unus Angelorum, mittitur ad aliquod magnũ, & mirabile faciendum, is Michael nuncupetur. Certum est autem Michaelem fuisse, qui missus est in Aegyptum, & celebres illas ac famosas plagas fecerit, & mare rubrum diuiserit.

De sancto Remigio. Cap. 155.

SAnctus Remigius Gallorum dicitur Pontifex, quoniam primus Regem Gallorum munxit, atque ideo in tanto honore & ueneratione habetur in Francia, ut festum illud obfuscat festum beati Michaelis.

De Sancto Luca. Cap. 156.

LVcas natione fuit Syrus, patria Antiochenus, & prædicauit in Bythinia, atque isthic propria morte absque martyrio vitam fœliciter finiuit. Vixit aũt octuaginta annis, & duo volumina posteritati reliquit, Euangelium videlicet, & Actus Apostolorum. Fuit discipulus Pauli, a quo quæ docuit, didicit, sicut Marcus a Petro. In prologo tamen Euangelii inuenitur, quod ipse didicisse a quibusdã, qui a principio fuerunt cum Domino. Ex quo sequi videretur, q̃ nõ ex Paulo didicisset, cum hic a principio cum Domino non fuerit. Verum quædam ex Paulo didicit, quædam etiam ex aliis, sed maximè tamen a Paulo edoctus est.

De Simone & Iuda. Cap. 157.

IAcobus, Simon, Iudas, q & Thadæus, Ioseph, Barsabas, q & Iustus cognominatus est, ne propter iniustitiã ab Apostolatu fuisse repulsus credatur, fratres fuerant, inter hos, s. Ioseph, Barsabã, & Matthiã facta est sortitio. Atq; ille quidẽ Iacobus frater Dñi dictus est, qñ omnes cognati Hebręo idiomate fratres vocabãtur, vel qa ipse erat q̃ similimus. Ioseph vero cognatus dr Dni, vel quia pater putatiuus erat, vel quia cognatus esset ex parte matris, nimirum beatæ Marię. De Symone fertur, q̃ sit crucifixus Sed prius tñ in Aegypto prædicauit, ac postea venit Hyerosolimam, atque isthic post beatum Iacobum minorem, qui dictus est frater Domini, creatus est Episcopus. Vixit aũt cẽtum & viginti annis, suscitauitque antequam moreretur triginta mortuos, filium nempe sui hospitis submersũ fluctibus, & eius gratia cæteros. Obiit verò annorum centum, & viginti in Bosporo non in Pastophorio, vt quidam censent. Est autem Pastophorium, vt nonnulli volunt, porticus templi, in quo incobãt, custodes templi. Iudas vero prædicauit apud Persas & Medos, atque isthic mortuus est apud Hermenios.

De festo omnium Sanctorum. Cap. 158.

POsteaquam hæc de Sãctis hucusque prosecuti sumus, necessarium planè est, vt ad maximum illud & generale festum veniamus, videlicet omnium Sanctorum. Sed quamobrem istud fuerit institutum, & quare hoc p̃sertim tempore fiat, satis, vt ego qđ arbitror, supra ostensum est. Pauca tamen adhuc de eo dicenda restant, n. mirum de ieiunio, & ordine ipsius officij. Festum ergo hoc ieiunium hẽt institutionis, nec dẽt pfecto aliquis comedere nisi a vesperis, nec ieiunium oportet mutari, vt Quidam faciunt pp festum sancti Quintini. Ait n. ille Putas ne sancti gaudeant cibis, qui meruerunt vitã

Universidad de Deusto
Biblioteca

iciunijs: Quoniam autem festum hoc omnium est Sanctorum, ideo variatur illius officium, prout habetur varietas sanctorum. prima.n. antiphona, prima lectio, & primum responsorium cantatur de Trinitate, quod festum est Trinitatis. Secundo loco canitur de beata Maria. Tertio de Angelis. Quarto de Prophetis, Quinto de Apostolis, Sexto de Martyribus, Septimo de Confessoribus, Octauo de Virginibus, Nono de omnibus Sanctis. Atq; in horũ quidem officiorum lectionibus obseruatur auctoritas. Nam præstantior in Ecclesia, si Episcopus præsens fuerit, recitabit lectionem de Trinitate, vel decanus, vel saltem sacerdos, & sic fiet descensus in legendo personarum vsq; ad pueros. Octauam nanq; lectionem leget unus ex pueris. Nonã. n. lectionẽ maioris est recitare.

De officio mortuorum ac ratione sepeliendi. Cap. 159.

NVnc agendum est de officio mortuorum, & quidem primo de loco vbi debeant sepeliri, secundo de ijs qui sunt sepeliendi, & de modo ac ratione sepeliendi, tertio quis eam inuenerit, & quamobrem, ac tandem de ipso officio. Non puto esse operæ pretium, ut eam rem petamus diuisionem, quam in initio de locis fecimus, ad quam nos lectorem modo remittimus. Verum illud duntaxat hic sciamus, religiosum locum dici eum, iuxta leges & instituta Romanorum, in quo sepelitur corpus alicuius hominis, seu caput tm. Ac ideo caput dico, quoniã nullus duas habere põt sepulturas, sed vbi caput est, isthic alicuius esse dicitur sepultura. Siue ergo Christianus, siue paganus, siue infans ẽt non baptizatus aliquo in loco sepeliatur, ẽm Romanorum instituta locus ille religiosus appellabitur. at vero Christiani nõ eum locum censent esse religiosum, ubi sepelitur Iudeus, vel paganus, vel infans non baptizatus, sed tãtum vbi Christianus, vsq; adeo, ut si excõmunicatus aliquis sit ibi sepultus, inde extrahatur, atq; extra cœmiterium ejiciatur. Locus aũt iste diuersis appellat nominibus, ut cœmiteriũ, & polyandrium, Atq; ipsũ sepulchrum huiusmodi Mausoleum, dormitorium, monumentum, ergastulum, sarcophagus, pyramis, & tumulus. Dicit aũt cœmeterium a Græco verbo κοιμαο, quod est sopio, quasi q; isthic mortui dormiant, vnde ẽt nominatum est dormitorium. Polyandrium locus appellatur, vbi multa sunt sepulchra publica. Mausoleum dictũ est a Mausoli sepulchro, quod Arthemisia eius vxor ædificauit ita egregiis operibus, ut inter septẽ orbis miracula numeretur. Attolitur. n. in altitudinem viginti quinq; cubitorũ, ac columnis cingitur triginta sex. Quare ab hoc sepulchro omnia pretiosa sepulchra isto nomine Mausolea sunt appellata. Monumentum vero nominatur monendo, q; nos prætereuntes qui in monumentis & sepulchris sunt admoneant & se olim fuisse & perinde mortales, ut & nos meminerimus, q; cineres simus, & in cineres reuertimur: puluis & in pulueremredibimus. Tumulus appellatus est, quasi terra tumens, i. collis, q; ibi coaceruati terra consueuit. Ergastulum dictũ est per antiphrasim ab ἐργάζομαι, operor, quasi q; in sepulchris corpora minimè laborẽt, sed requiescant, qui in Domino moriũntur. Sic itẽ sarcophagus appellatus est a σαρκος, caro, & φαγω comedo, quasi isthic caro consumatur & comedatur. Dicitur ẽt Pyramis sepulchrũ eiusmodi, quod flammæ habet similitudinẽ, ita vt è lato in acutum tendat. Est. n. altissimum genus sepulturæ. Tale Romæ visitur, in quo positæ sunt cineres Iulij Cęsaris, vocanturq; acus S. Petri, atq; ẽt nunc in dubio est, an ex vno constet lapide, an vero ex pluribus. Similem pyramidem extruxit Cæsar Turonis, iuxta ripam Ligeris, & in ea incluſit cuiusdam sui amici cineres, qui fuit interfectus. Nũc ergo deinceps de ijs qui sunt sepeliendi dicamus, & prius quidem qbus locis debeant sepeliri, an locus eis ẽt aliq̃d conferat, nec ne. Ac nõnulli sanè arbitrãtur, locũ mortuo non prodesse, quod hinc cõfirmare uolũt, cũ Lucifer è cœlo fuerit eiectus, & Adã è paradiso expulsus, quæ tm loca sunt optima, nec quicquã bonitatis eis contulerũt: Item Iacob. in tabernaculo fuit interfectus, & Iob. in sterquilinio triumphauit. potest autem locus obesse, ut si quis sepeliatur in Ecclesia, quum non sit dignus,

Certè

Certè nullum corpus in Ecclesia debet sepeliri, nisi sint corpus sanctorum patrum, qui dicuntur patroni, idest, defensores. Ipsi enim meritis suis totam patriam defendunt. Sed cæteri circa Ecclesiam debent sepeliri. Dicunt. n. quidam, q; locus triginta pedum circa Ecclesiam in eum fine debeat consecrari. Alij uero putant solã circuitionem, quãdo Ecclesiam dedicat, sufficere. Olim. n. apud ueteres solebant homines in suis ædibus sepeliri. Sed propter fœtorem cadauerum statuerunt, ut extra ciuitatem sepelirentur, & locum quendã cõem ad hoc quasi sanctificarent. Nobiles uero sepeliebantur in mõtibus, siue in eorum medio, siue in radicibus. Proinde si quis interficiatur in obsidione, uel aliquo tumultu, nec posset habere cœmeterium, sepeliant ipsum, ubi possunt. Si uero aliquis moriatur in mari, & terra fuerit uicina, nauigent illuc, ipsumq; ibi sepeliãt. Sed si procul a terra absuerint, uideantq; in medio mari insulam, uertãt eo uela, & sepeliatur in insula. Verum si terra penitus non uideant, paretur ipsi domuncula quædam ex lignis, si possit haberi, & proijciatur in mare. Quo etiã modo fiat, si diues fuerit. Sed cũ thesauro suo, si habet, ejiciatur, ut qui eum inuenerint ex thesauro ipsum nobilem fuisse cognoscãt, aut certè amore thesauri ipsum terrę mãdent. Verum enimuero animaduerte, quãdocunq; sepelitur Christianus, uel quocũque ẽt loco crucem capiti eius apponi debere, ad designandum illũ fuisse Christianũ. Vel ob id ẽt, q; summoperè diabolus signum hoc pertimescat, & ad eum locũ horreat accedere, q; cruce est designatos. Videndum deinceps est, unde cœmeteriũ initiũ habuerit, uidelicet ab Abrahamo. Hic. n. emit agrum ab Ephron. Hethæo. in quo duplex erat spelũca, ubi ipse sepultus est cum Sara, Isaac, Iacob, Adam, & Eua. Ad hoc. n. emit, ut sibi & suis sepultura esset: duplex spelunca ideo dicebatur qm̃ ibi duo sepelliebantur contiguè maritus & uxor. Vel quia duæ aderant spelunc æ, & in una sepeliebantur viri, in altera mulieres, uel etiã, quia duplex fiebat unicuique spelunca sepeliendo, in modũ cathedræ. Sepeliebantur. n. quasi sedentes, & pars spelũcæ superior, quæ a natibus trũcum capiebat, dicebatur una spelũca. Pars uero, quæ continebat pedes, crura, & fœmora, dicebatur spelunca alia. Opportunè hic considera non legi in prima ætate, ut si duo duntaxat sacramenta fuisse inuẽta, oblationem nimirum, & pœnitẽtiã, sed in secunda cultum Dei fuisse ampliatũ. Fecit. n. Noe arcam, atq; illi inclusit multa animalia ad sacrificandum Deo. In quarta aũt ætate diuinus cultus magis auctus est. Tunc. n. lex data est, & multa genera sacrificiorũ offerebatur Dño. Sic in quinta ætate magis adhuc auctus est. Tum nãque factum est templum, & cultus diuinus optimè sanè habuit incrementum. In sexta tandem ætate uenit Christus, qui seipsum obtulit Deo hostiam placentem, & sufficientem pro omnibus. Porrò aũt in cœmeterio Christianorũ nõ nisi Christianus sepeliri debet, nec tamen omnis. Nullus. n. in suo maleficio interfectus sepeliri debet in cœmeterio, ut latro, si in latrocinio interficiatur. Intellige autem hic maleficium, si sit mortale peccatum. ut interfectus est in adulterio, & in Iudęis Ethnicorũ. Si uerò moriatur subito in ludis consuetis, ut in ludo pilæ, potest sepeliri in cœmeterio, sed sine psalmis, & sine exequijs. Si præterea aliquis ex postribulo rediẽs, uel ex alio loco, ubi fornicatus sit, & in uia occidatur, aut alio casu non confessus moriatur, si legitimis testib. potest probari, eum fuisse fornicatũ, nec postea confessum, in cœmeterio sepeliri non debet. Si non potest probari, sepeliri licebit. Latro, in eo loco, in quo suspenditur, sepeliatur, nisi prius satisfecerit, si autem satisfecerit in cœmeterio sepeliatur. Mulier si in partu moriatur, utique in Ecclesia sepulturæ tradi non debet, sed extra eam. Quare canantur ei exequiæ, & postea sepeliatur in cœmeterio, sed puer excidatur è uentre eius, ac sepeliatur extra cœmeterium. Debent autem mortui ad hunc modum sepeliri, sudarij uidelicet induti, & ut caligas circa tibias habeãt, & soleas in pedibus, quo significent ita separatos esse ad iudicium. Ponantur præterea capite uersus occidẽtẽ, & pedibus uersus oriẽtẽ. At uero clerici si sint ordinati, illis indumentis sepeliantur, quibus fuerãt ordinati. Si non habeant ordines, more laico-

rum,& tõdeantur ac radantur. Omnium autem corpora debent lauari, ad significãdum, ꝙ si anima per confessionem a culpa fuerit mundata, utrunq;, hoc est, anima & corpus in die iudicij sempiternam habebunt glorificationẽ. Si uero aliquis in hastiludio moriatur absq; pœnitentia quando uidelicet sacerdotẽ ipse nõ quærit, sepeliatur instar asini, atq; ita quoq; si in ripa. Sed si ludi gratia, uel propter negotium suum conficiendum nauiget ac pereat, põt sepeliri in cœmeterio. De istiusmodi. n. non iudicat Ecclesia manifestẽ. Si quis subito moriatur nõ ꝓp aliquã causam manifestam, sed occulto Dei iudicio, honorifice sepeliatur. Iustus. n quacũ que causa moriatur, saluabitur. Qui deniq; sibi manum inferunt, ac mortem ꝓpria uoluntate depaciscuntur, non debẽt in cœmeterio habere sepulturam. Solet asit hic quæri, utrũ post diem iudicij homines sint futuri nudi an uero uestiti. Et uidetur quidem ꝙ uestiti, qm angeli sem per uestiti solent apparere, & Christus ẽt post resurrectionem cum ueste uisus est, ac in trãsfiguratione quoq; fuit uestitus. Vnde illud. Apparebant uestimenta eius alba sicut nix. Contra uero uidetur, quòd erunt nudi, idq; ex ea authoritate, ꝙ earum sumus futuri forma, in qua fuit Adã ante peccatum, atq; ẽt in meliori. At qui tunc nudus fuit, ergo & nos similiter erimus nudi. Verum nihil nos dicẽdi præ sumamus de ueste uel de qualitate, nisi unum hoc uidelicet isthic neq; deformitatem fore, neq; infirmitatem.

De institutione officij. Cap. 160.

SEquitur de officio, & primo quidem a quibus fuit institutum, secundo à quibus fuit actum, tertio a quibus habuit initium, quartò de modo celebrandi. Officium ergo mortuorum primo ab Apostolis fuit institutum, sed ab Origene. ut testatur Isid. in lib. de Ecclesiasticis officijs, fuit actum, & ex maxima parte ordinatum. Vnde ipsum commendat Beatus Aug. in quodam libro quem ille appellat Enchiridion, inquiẽs eum fuisse sẽcũdum in Ecclesiasticis officijs post Apostolos. Officiũ hoc initiũ habuit a ueteri lege. Legitur .n. ꝙ mortuo Iacob Ioseph & alij fratres eius, ut eis præceperat, cum multis Aegyptijs attulerunt eum in Hebron, sed prius fleuerũt ipsũ in Aegypto triginta diebus, ac postea septem in aria Athad Præterea legitur, ꝙ mortuo Moyse populus Israeliticus eum deplorauit triginta diebus, quemadmodum ẽt serunt factũ fuisse de Aaron & Maria. Verum animaduerte, ꝙ mortuo Iosue, qui eos in terram promissionis introduxerat, non legatur ipsum populus fleuisse, quanuis tamen contra credatur. Ideo de Iosue tacet historia, quia præfiguravit Xp̃m, & mors eius mortem Christi, uidelicet eius qui nos a morte redimens ad uitæ patriã reduxit, ubi neq; luctus, neq; dolor est. Propter figuram igitur de morte illius historia tacet, sicut alibi de patre Melchisedech, qui Christum figurauit, qm non legitur habuisse patrem, quemadmodum nec Xp̃s patrem habuit hominem. De Moyse (licet melior credatur fuisse quã Iosue) & de alijs qui mortui sunt in deserto, populus dicitur fleuisse, qm desertum aliquando alienationem a Deo significat. Pro illis itaq; flendum est, qui per peccata sua Deo alienantur. Ex qua quidem relinquit Salomon. Luctus filij tui sapiẽtis mortui septẽ dieb⁹. Luct⁹ filij tui stulti ẽternus, quandoquidẽ in eternum punietur. Sic, Filius sapiẽs lẽtificat patrem, stultus uero mẽstitia est matri suæ. Septenarius igitur mortuorum luctus & trigenarius a ueteri tẽsto sumpsit exordium. quemadmodum. n. Iacob filij fleuerunt septẽ diebus, & Moysen triginta, ita quoque ecclesia qnq; septem diebus, qnque triginta suorum mortuorum celebrat officium. Notemus interim quatuor modis subueniri mortuis, oratione uidelicet, amicorum eleemosyna, cognatorum ieiunio, & missarum celebratione. Septem ergo diebus nostris mortuis officium facimus, vt adsabbatum animarum citius ualeant puenire. Aut certe pp septenarium animę & corporis. habet. n. animastres potissimum proprietates, uti nimirũ rõne, concupiscere, & irasci. Corpus uero ex quatuor constat elementis. Vt itaq; peccata quæ homo commisit per hæc septẽ deleantur, septenarium mortuis celebramus.

mus. Ter decem triginta faciunt. Per ter intelligimus Trinitatem, per decem Decalogum. Quare trigenarium mortuis iõ facimus, vt quod in obseruatione decem præceptorum deliquerunt, Dei misericordia eius condonetur. Quidam tamen tribus diebus hoc faciunt, vt in eo triduana Christi sepultura representetur, & quod viuus peccauerit cogitatione, verbo, & opere, mortuo remittatur. Quod autẽ plerique officium faciunt nouem dierum, licet ea consideratione hoc faciunt, ut per huiusmodi officium illorum mortui a pœnis liberentur, ac nouem ordinibus Angelorum associentur, non tamen approbatur, sed omnino interdicitur, quoniam ab Ethnicis sumptum esse videtur, qui nono die cineres, & busta suorum recondebãt. Sicut. n. non imitamur Iudæos in celebrãdo Pascha, ita etiam in hoc officio Ethnicos imitari planè prohibitum est. Sũt ꝓterea nonnulli qui quinquagenarium faciunt, & alij, qui quadragenarium. Ideo hi vtriq; satis cum ratione facere videnẽ. Qui. n. quinquagenarium faciũt, ab Abraamo occasionem sumere videntur, qui ex Domino, nolente Sodomam subuertere, quæsiuit, num si quinquaginta in ea essent iusti, illi parceret. Nam & quinquagenarius numerus perfectus est, & significat annum iubilæum, i. octauam ætatem, in qua erit remissio, & plena libertas. Vt ergò animæ mortuorum plenam libertatẽ, & suorum peccatorum remissionem adipiscantur, quinquaginta diebus pro illis a quibusdam celebratur officium. Quadragenarium uero ideo quidam faciunt, vt illis, qui decesserunt, & transgressi sunt in decẽ præceptis, & in doctrina quatuor Euangelistarum, condonetur.

De celebratione mortuorum officij. Cap. 161.

PRæterea modo videamus de ipsius officij celebratione. Ac primo quidem vt sciamus, quæ sint tacenda, & secundo quæ sint dicenda, quoniam officium mortuorum imitatur triduanã Christi sepulturam, & illius omnino vestigia sequitur. Sicut ergo tribus illis dieb⁹, ita & in hoc officio omnia cantica lẽtitię subticemus. Inde etiã est, ꝙ Domine labia mea aperies ad matutinas, vel vigilias mortuorũ, & Deus in adiutorium, non dicat in principijs horarum, neq; Venite exultemus, neque, Gloria patri ad responsorium, aut sub finem psalmorum. Pari modo ad lectiones neq; benedictiones petimus, neq; damus, nec Tu autem Domine, nec Deo, gratias vnquam dicimus, vsq; adeo, ut ne ad missam quidem. Posset tamen & alia ratio reddi, quamobrem in officio mortuorum hęc taceantur, quum. n. mortuorum exequias celebramus, ad plangendã venimus, & lachrymãdum, non ad solemnizandum Ob quam rem sanè lætitię cãtica subticemus. Nam non bene conuenit huic officio. Venite exultemus, nec Domine labia mea, sed potius cum eo videntur repugnare. Officium autem mortuorum a uesperis incipit, quas in hunc modum auspicamus. Placebo Dñe. Quib. absolutis sequitur complectorium, ac postea vigiliæ, quarum tria sunt genera. In quibusdam. n. Ecclesijs nouem leguntur lectiones ex Iob, in alijs vero totidẽ, sed ex lib. Sapiẽtiæ. Incipiunt autem hæ hoc pacto. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Sunt rursus aliæ Ecclesiæ, in quibus itidem nouem recitanẽ lectiones, verum ex sermone quodam B. Aug. quem ille cõposuit de mortuis, & quem finiuit in hunc modũ. Beati mortui qui in Domino moriuntur, quod a quibusdam dr sub finem lectionum loco. Tu autem Dñe, quemadmodum in aduentu Dñi. in Natiuitate, & in Epiphania lectiones Isaiæ finiuntur hoc pacto. Conuertimini ad me, & salui eritis, & lamẽtationes Hieremiæ ad tenebras hac rõne, Hierusalem, Hierusalem, conuertere ad Dñm Deum tuum. Verum alijs dieb. hoc modo. Tu autem Dñe &c. Atq; ita sunt quatuor modi finiendi lectiones. Ad missam ꝓpinde thus offerri non debet, q̃libet hoc tpe ita vsu receptum sit Nã in veteri lege prohibitum fuit, ne ꝓ peccato offerretur oleum lætitiæ, nec thus suauitatis, vbi. n. peccatum, ibi tenebræ, atque isthic nõ debet esse lętitia, nec suauitas, sed luctus, & cõtritio cordis. Quocirca, & exequiæ quas nos facimus ob mortuorũ cõmissa, celebranẽ. Animaduerte interim, in lege Moysi ꝓhibitũ fuisse a Domino, ne

thymiama boni odoris, vel thus sibi sacrificium aliquis adoleret in vsus suos, ut odore eius frueretur, quod si qs faceret, periret è populo suo. Atque ideo moris est in Ecclesia, ut ad altare benedictum ac consecratum thus offeratur, quum vero descendit thuribulum, vel ad clericos, vel ad laicos, ut tum aliud thus sine benedictione vsurpetur, atque hominibus offeratur, cõsuetum est hic queri, cur ad missam mortuorum pax nõ detur, & sanè triplex assignatur ratio. Prima est quia officium hoc, vti dictum est, triduanam Christi significat sepulturam, quando pax nõ datur propter osculum Iudæ. Secunda, quoniam non communicamus mortuis, quòd nobis minimè respondeant. Vnde profecto etiã est, quòd corpus, siue cadauer in Ecclesia esse non debeat, quandiu missa de die celebratur, atque adeo si adsit, quòd ifthinc oporteat asportari, dum de mortuis missa canatur. Tertia est; quia sicut ex multis granis simul collectis vnus efficitur panis, & ex multis racemis vinum exprimitur: ita quoque ex multis fidelibus, quorum quidam sunt boni, & quidam mali, vna constituitur Ecclesia. Quoniam ergo mortuo homine nescitur vtrum sit ex conformitate Ecclesiæ, & pacem habeat cum suo Creatore, ideo ad missam pacem non damus. Non autẽ dicimus, Benedicamus Domino, nec Deo gratias, nec laudes aliquas referimus quia non est, vnde sint agendæ, quum nec dum appareat eorum requies. Illud præterea animaduertendum est, officium mortuorum finiri nona hora, & non habere secũdas vesperas, quo significat, quod hoc officium finem habebit, quandoquidem animæ saluandorum ab omni pœna liberatæ, sempiterna lætitia perfruentur, nimirum Sancti, de quorum glorificatione in anima certa est Ecclesia, primas, & secundas vesperas habent, si in eorum officio nouem lectiones decantentur. Et quidẽ primas, propter glorificationem animæ, secundas vero propter glorificationem corporis, quam habebunt, quæque nunquam finem sit habitura. Si autem non nisi tres lectiones canantur, primas tantum vesperas habebunt. Nunc porro dicendũ est, quemadmodum corpus sit sepeliẽdũ, & quomodo tumulandum, & ad Ecclesiã deportandum, a quibus, & quando. Quando ergo iam aliquis animam agere videtur humi collocari oportet super cineres, uel paleas; quo innuitur, quòd cinis est, & in cinerẽ reuertetur, quod ut alijs de se exemplum præberet, beatus Martinus fecisse legitur. Debet præterea recitari passio Domini, vel eius pars aliqua ante moriẽtem, si sit literatus, & doctus, vt moueatur ad maiorem compunctionem. Sic quoque & crux ante pedes eius esse oportet, vt iam moriens eam intueatur, quo vel inde magis conteratur. Debet recta iacere facie, vt cœlum aspiciat. Priusquam uero expirauerit necessariũ est, vt campanæ pulsentur, idque ideo ut populus audiens oret pro eo. Pro mulieribus quidem bis, quoniam mulier inuenit alienationem. Ipsa namque primo fecit quo homo alienaretur a Deo. Quare secundus dies non habuit benedictionem. Pro viro autẽ ter pulsatur, quòd ab ipso Trinitatis quoddam in homine apparuerit exemplum. Primo enim Adamus formatus est è terra, deinde mulier ex Adamo, ac postea ex vtroque creatus est homo, ut ad eum modum hinc nata sit Trinitas quædam. Ad postremum pro ecclesiastico tot vicibus debet cõpulsari, quot habeat ordines, ut sciat populus pro quo sit orandum. Pari ratione pulsari oportet quãdo portatur ad Ecclesiam, & quãdo rursus ex ea ad tumulum. Priusquam autem corpus sepeliatur, pannus subleuet, debet sacerdos, uel eius vicarius illuc venire cum aqua lustrali, seu benedicta ac orationes pro eo ad Dominũ effundens, Sanctos inuocare, & rogare, vt eius animam suscipiant, atq; in locum gaudij deferant. Sunt enim quædam animæ, quæ sunt perfectæ, vt quam cito exeunt è corporibus, ad cœlos euolent. Sunt & aliæ prorsus malæ, quę illico ad inferos cadũt. Verũ præter has sunt & alię mediæ, pro quibus huiusmodi fit commendatio, idq; tãtum propter incertitudinem. Proinde abluto corpore & velato, oportet portari ad ecclesiam, ac tunc debet missa cantari, vbi profecto animaduertas in quibusdã Ecclesijs vnicuiq; dari candelam in choro in altera manu, & in altera, q offeraẽ,

ac

ac si lecto Euangelio ea offeruntur sacerdoti pro mortuo, atque tam huiusmodi cantari solet uersus. Hostias & pces. Missa celebrata, ante cadauer præcantat sacerdos, & si plures sint sacerdotes, omnes debent habere stolas, ac cum eo orationes dicere. Peracto autem officio pręcantationis, portatur ad sepulchrum cum huiusmodi psalmis: In exitu. Confitemini, & alijs, qui ad hoc peculiariter sunt instituti. Verum portari debet a similibus, ut si diaconus fuerit, a diaconis; si sacerdos, a sacerdotibus, si ifthic præsto sint. Sin uero non, minimè, cum necessitas legi non subijciatur. Sic clericus a clericis, catholicus a catholicis. Si uero fuerit ex fraternitate (& quam ita uocant, & sæpe faciunt inter se homines) ab eis debet portari. Sed mulieribus nõ est permissum aliquorum cadauera deportare, ne earum corpora nuda uideantur, quod fortassis aliquando cõtingeret, quemadmodum nec licitum est eis pacem dare ad euitandum lasciuiam. Deinde uero ponitur in sepulchrum, & ifthic aqua apponitur benedicta, ac prunæ cũ thure. Et profecto aqua benedicta ideo ne ad corpus dæmones accedant, quos huiusmodi aqua abigit ac pellit. Solẽt enim diaboli sæpenumero in mortuorum defæuire corpora, & quod non potuerunt in uita, id faciunt saltem post mortem. Thus autem apponitur propter corporis fœtorem remouendum, & prunæ ad designandum, quod terra illa in vsus communes amplius redigi nequeat. Diutius enim carbo sub terra conseruatur, quã aliud quippiam, quòd possit ifthic in testimonium relinqui. Hedera, uel laurus, quæ in perpetuum fronditum seruant uirorem in sarcophago propè corpora ponuntur, ad declarandum, quòd illi, qui moriuntur, in illo uiuere non desistunt, quia quantumuis corpore moriuntur, animã tamen uiuunt. Alia sanè ratione in funeribus habebatur cupressus. Nam quemadmodum hæc cæsa non iterum reuirescit, sed tota moritur, ita homo ex eo quòd moritur, non rursum reuiuiscit. Hęc de mortuis dicta sufficiant, ac de festis quatuor Coronatorum deinceps agamus.

De festo quatuor Coronatorum. Cap. 162.

FVerunt quidem nouem, sed quatuor eorum dicuntur Coronati, quòd eorum nomina hominibus erant ignota. Hi fuerunt lapicidæ, qui uenerant ad construendum templum Diocletiani, quod erat Romæ. Sed cum cognouisset eos esse Christiano, martyrio coronati sunt, & quum nomina illorum nesciretur, dicti sunt Coronati.

De solemnitate beati Martini. Cap. 163.

SCiendum uero est de beato Martino, quòd par & æqualis Apostolis sit appellatus, pro suscitatione quorundam mortuorum, ut ploriq; arbitrantur, cum idem & multi alij martires fecerint & confessores. Verum potius ob quoddam miraculum, quod contigit, cum Turonis esset Episcopus. Nam cum hybernis mensibus pauper ei seminudus obuiam ueniret, orans sibi uestimentum dari, accersito archidiacono statim algentem iussit uesti ri. Quod quum archidiaconus facere distulisset, irrupit pauper in sacrariũ, quod intrauerat Martinus conquerens se a clerico dissimulatum, atq; algere deplorans. Eo audito, Martinus illico occultè suam eduxit tunicam, ac suo concessit precatori, petijtq; ab Archidiacono priusquam celebraret tunicam, quam pauperi emere iusserat, atque eam uilem, hispidam, & breuem clanculum induit. Atque ita sanè parauit se ad celebrãdarum missarum solennia. Sed cum ante altare, ut moris est, in præfatione sisteret, manusq; ad Dominum subleuaret, ita ut brachia eius facilè ob amplitudinem, & breuitatẽ manicarũ conspicerentur, illico aurei torques ipsa honeste operuerunt, & supra caput eius igneus globus uisus est. Quo quidem declaratum fuit, Spiritum sanctum in eum descendisse ad confirmationem, & robur, sicut in Apostolis ipso die Pentecostes. Quapropter ergo non immerito dictus est par Apostolis. Fuit autem oriundus ex Pãnonia, quę est propè Austriam,

vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnde etiam fuit beatus Hierònymus. Fecit præterea multa signa, & innumera miracula, & quæ conscripserunt Sulpitius & Fortunatus, vt qui ipsum multum adamarunt. Quod autem ad officium attinet, considerandum est, hunc solum inter confessores institutionis octauas habere, sicut & beatus Laurentius vigiliam, quòd ipso die passionis suæ dixerit, quod in eius festo repetit ecclesia. Igne me exami nasti &c. Sed Martinus in agone mortis dixit astanti dæmoni. Nihil in me inuenies cruentà bestia. Ecce quàm optime conueniunt merita. Ergo ille tanquam qui cæteros martyrio longè superarit, vigiliam habet, atque hoc confessor cæteris item præstantior, solus habet octauas.

De festo SS. Andreæ, & Thomæ Apostolorum. Cap. 164.

COgnoscere operæpretium est, Andræam colore fuisse nigro, barba prolixa, ac statura mediocri. Hoc ideo a nobis dictum sit, vt sciatur qualis in ecclesia pingi debeat, quod simili ratione faciendum esset in omnibus Apostolis, atque alijs Sanctis. Cætero, quin enim mentiremur in litera laicorum, nempè in picturis. Concionatus autem est in Achaia, & Athenis, ac circa illas partes. Valde excellentis fuit meriti, nec id quidem sine causa beatus Gregorius adeo ipsi fuit addictus, ut primum eius fecerit officium, & monasterium ei condiderit, vbi item & monachus extitit. Quadraginta mortuos simul suscitauit, quòd de nullo alio legitur. Filius namque sui hospitis, quum nauigaret cũ triginta, & nouem socijs naue fracta submersus est, cuius pater quum misere lamentaretur in littore, misericordia motus Andræas fudit preces ad Dominum, & redditi sunt vitæ vniuersi. Tandem ad se proconsul Aegeas vocauit Andræam, ut idolis sacrificaret, qui quemadmodũ noluit, & recusauit, vt in ipsius uita legitur, ita vt eũ cruci affixerunt, reclamanti, & inuito populo. Pependit itaque integro biduo in cruce per transuersum, vt nonnullis placet, positus. Nihilominus tamen prædicauit, & verbum Dei concionatus est. Tandemque fœliciter ad superos migrauit. Vigiliã institutionis nõ habet, quia in tẽpore est ieiuniorum, quare necesse non fuit, vt et vigilia institueretur. De beato autem Thoma nihil equidem quod hic dicere necesse sit, habeo, cum vita eius ex historia, quę de ipso cõscripta est, satis abundè cognosci queat. Hoc tamen adijciendum putaui, ipsum ieiunium institutionis non habere, ob eandem causam, qua neque Andræam habere diximus. Legitur vero hic Euangelium. Thomas vnus ex duodecim. Qua ratione id fiat, satis ex ijs patet, quæ supra a nobis dicta sunt.

Totius operis conclusio.

IAm ergo duplici hactenus ratione pro ingenij nostri tenuitate Ecclesiastica officia, & quæ ad ea pertinere videbantur, exposuimus, primo quidem generaliter, ac deinde etiam specialiter, sigillatim eo ordine explicando, quem anni circulus nobis demonstrauit. Festa item sanctorum in suo loco, hoc est, eo die quo celebrari consueuerunt, commode (vt nos quidem putauimus) reseruauimus, ut quo dici cuiusque festum fieri dicimus, ibi & eiusdem festi ratio haberetur. Nec verò est, quod quis estimet, ita hæc absolutè a nobis tradi potuisse, vt in ijs nihil planè desideraretur, quum diuina officia eiusmodi sint, ut planè ac sufficienter in multis explicari non possint.

Diuinorum officiorum.

FINIS.

Soli Deo sit gloria,
Cum matre nostra Ecclesia.

INDEX CAPITVM QVAE IN HOC OPERE Diuinornm officiorum continentur.

PRoœmium ac totius operis partitio. fol. 322.
De rebus specialiter Deo consecratis cap. 1. fol. eo.
De locis. c. 2. fol. eo.
De temporibus. cap. 3. eo.
De solẽnitate festiuitatum. c. 4. fol. eo.
De festis. cap. 5. fol. 322.
De stationibus cap. 6. fol. eo.
De processionibus cap. 7. fol. eo.
De ieiunio. cap. 8. fol. eo.
De ieiunij authoritate. cap. 9. fol. 324.
De distinctione ieiunij. cap. 10. fol. eo.
De institutione Quadragesimæ & reliquis ieiunandi formis. c. 11. fol. eo.
De personis. cap. 12. fol. 325.
De personis ecclesiasticis. c. 13. fol. 326
Quomodo personæ dignitatis à veteribus ad nos fluxerit. c. 14. fol. eo.
De rebus quæ Deo potissimum debentur. cap. 15. fol. eo.
De votis & sacrificijs. cap. 16. fol. 327.
De oblationibua & donationibus. cap. 17. fol. eo.
Quid officiũ & quotuplex c. 18. fo. eo.
De officio generali. c. 19. fol. eo.
De ipso officio. cap. 20. fol. eo.
Cur ter nocte surgebant. c. 21. fol. 328.
De repræsentatione trium temporum. cap. 22. fol. eo.
De ordinatione sãcti Benedicti. c. 23. e.
De pulsu campanarum & matutini tẽporis initio. cap. 24. fol. 329.
De hymno, & de ijs, quæ ad tertiũ vsque nocturnum fiunt. ca. 25, fol. eo.
De tertia nocturna cap. 26. fol. 330.
De officio diurno. cap. 27. fol. 330.
Cur septies in die laudemus Dominũ. cap. 28. ibid.
De alijs sex horis. cap. 29. ibid.
De psalmis qui hisce horis cantantur. cap. 30. fol. 331.
De hymno & alijs sequẽtibus. c. 31. eo.
De officio altaris. cap. 32. ibi.
De cõfessione sacerdotis ante missam. cap. 33. ibid.
De officio missæ. ca. 34. fol. 332.
De introitu, tropis, & linguis, quibus missa celebrari potest. cap. 35. ibid.
De Kyrieeleison, &c. cap. 36. ibid.
De oratione, & quoties se in missa uertat sacerdos cap. 37. ibid.
De epistola, graduali, Alleluia, & prosa cap. 38. ibid.
De Euangelio. c. 39. fol. 333.
Quid symbolum, quando canendum, & quot sint numero. cap. 40. ibid.
De offertorio. cap. 41. 334.
De sacrificio. cap. 42. ibid.
De secunda parte missæ. cap. 43. ibid.
De secreta. cap. 44. ibid.
De præfatione cap. 45. fol. 335.
De Canone. cap. 46. ibid.
De oratione dominica cap. 47. ibid.
De pace cap. 48. ibid.
De vltima parte missę. cap. 49. fol. 336
Quibus horis celebrat missa. ca. 50. eo.
Quę missæ, quibus diebus debeant celebrari. cap. 51. ibid.
De vesperis cap. 52. ibid.
Quot psalmi cantãtur in completorio. cap. 53. fol. 337.
Quomodo finiendæ sint orationes. ca. 54. fol. eo.
De diuersitatibus officiorum c. 55. ibid.
De cæteris temporibus. c. 56. fol. 338.
Quis ordinauerit officia ecclesiastica, & quibusdam diebus. cap. 57. ibid.
Quomodo officia ecclesiastica fieri debeant, & q. sint eorũ libri, c. 58. ibid.
De reliquis libris. cap. 59. fol. 339.

De quinque libris lectionum.c.60.ibid.
Qui legi debeat in Septuagesima c.61. ibid.
Qui legi debeat ab octaua Pentecostes vsq; ad Natale Domini.c.62.fo.340
De libris oratuum cap.63. ibid.
Quæ omittenda sint in Aduentu.c.64. fol.341.
De temporibus quibus non debent nuptiæ celebrari.c.65. ibid.
De festis & ieiunijs Aduentus.c.66.342
De anniuersarijs mortuorũ, & vigilijs Sanctorum.c.67. ibid.
De vigilia Natalis Domini.c.68. ibid.
De Natiuitate Domini.cap.69. ibid.
De festis natiuitate sequentibus.c.70. fol.343.
De Circuncisione.cap.71. ibid.
De festo hypodiaconorum.c.72. 344.
De Epiphania.cap.73. ibid.
De euangelijs apparitionis.c.74. ibid.
De festis Sanctorum post epiphaniam. cap.75. ibid.
De dominica post octauas Epiphaniæ. cap.76. ibid.
De Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima.c.77.ibi.
De institutione prædictorum.capit.78. 345.
De officijs istorum temporum.cap.78. fol.346.
De variatione officiorum.cap.80.ibid.
De festis quę sunt in principio Septuagesimæ, & primo de purificatione beatæ Mariæ.c.81. ibid.
De festo Sancti Blasij.c.82. ibid.
De cathedra Sancti Petri.c.83. fol.347.
De festis generaliter quę tempore fiunt Septuagesimæ.cap.84. ibid.
De officio Quadragesimæ, ac litera laicorum.cap.85. ibid.
Quomodo sit pulsandum in Quadragesima cap.86. ibid.
Quare non ieiunemus eo tempore quo Christus ieiunauit.cap.87.fol.348.
De diebus priuilegiatis.ca.88. ibid.
De prima quarta feria, priuilegiata.ca. 89. ibid.
De secunda quarta feria & tertia priuilegiata.cap.90. ibid.
De quarta feria cap.91. ibid.
De sabbatis priuilegiatis capit.92.fol. 349.
De dominicis diebus priuilegiatis cap. 93. ibid.
De dominica in Ramis Palmarum.ca. 94. ibid.
D quinta feria siue cœna Domini. ca. 95. ibid.
De sexta feria priuilegiata cap.96.fol. 350.
Cur non conficiatur corpus Christi in Parasceue, & de ordine eius officia. cap 97. fol.351.
Quare ita huius diei officiũ sit institutum.cap.98. ibid.
De duabus partibus Sacramenti, ca.99 fol.352.
De officio tenebrarum.cap.100. ibid.
De numero candelarum. cap.101.fol. 353.
De expositione trium quæ præterea in huiusmodi officio obseruantur.cap. 102.ibid.
De purgatione pauimenti.ca.103.fol. 354.
De nudatione altaris.cap.104. ibid.
De Sabbato Paschæ.cap.105. ibid.
De officio sabbati.cap.106. ibid.
Quare hæc omnia fiant.c.107. ibid.
Quid per cereum Paschalem significetur.cap.108. fol.355.
De consecrando, siue benedicendo cereo.cap.109. ibid.
Cur tituli hic taceantur, & de Baptismo cap.110. ibid.
De reliquo officio in vigilia Paschatis. cap.111. fol.356
De tempore regressionis.cap.112.fol. 357
De officio huius temporis. capit.113. ibid.
Quę circa hoc tempus sint obseruãda. cap.114. ibid.
De ornatu templi materialis.cap.115. fol.358.

De recon-

De reconciliatione proximi.c.116.ibi.
De veneratione huius tẽporis.c.117. ibid.
De mensa corporis.c.118. ibid.
De paruo prandiolo.c.119. ibid.
De quadam libertate Decembris.cap. 120. fol.359
Expositio quorundam, quæ cum circa hoc tempus, tum alibi etiam obseruantur.c.121. ibid.
De lætanijs.c.122. ibid.
De institutione & modo lætaniarum. c.123. fol.361
De festo Apostolorum Philippi & Iacobi.c.124. ibid.
De inuẽtione sanctę Crucis.c.125.362
De sancto Ioanne Euãgelista ante portam latinam.c.126. ibid.
De festo beatæ Mariæ ad Martyres.c. 127. ibid.
Quare non celebremus festa sanctorũ qui cum Christo surrexerũt. c.128. ibidem.
De sancto Michaele.c.129. fol.363
De varietatibus huius temporis.c.130 ibidem.
De Pentecoste.c.131. ibid.
De officio sabbati pentecostes.c.132. fol. 364
De ieiunijs quatuor tẽporũ.c.133.ibi.
De institutione ieiuniorum quatuor temporum, &c.c.134. ibid.
De tempore peregrinationis ac festis in eo contentis.c.135. fol.365
De natiuitate sancti Ioannis Baptistæ. c.136. ibid.
De vigilia sancti Ioannis.c.137. ibid.
De festo Apostolorum Petri & Pauli. cap.138. fol.366
De diuisione Apostolorum.c.139. ibi.
De festo sancti Iacobi.c.140. ibid.
De festo Petri ad vincula.c.141. 367
De festo Machabęorum.c.142. ibid.
De inuentione sancti Stephani. c.143. ibidem.
De festo beati Sixti, & Transfiguratione Domini.c.144. ibid.
De sancto Laurentio.c.145. ibid.
De assumptione beatæ Mariæ virginis.c.146. ibid.
De Decollatione sancti Ioannis.c.147. fol. 368
De sancti Augustini festo.c.148. ibid.
De natiuitate beatæ Marię.c.149.369
De sanctis Sapientia, Fœlice & Audacto.c.150. ibid.
De exaltatione S.Crucis.c.151. ibid.
De beato Mauritio.eiusq; sociis.c.152 ibidem.
De sancto Matthæo.c.153. ibid.
De festo Angelorum siue Michaelis.c. 154. ibid.
De sancto Remigio.c.155. fol.370
De sancto Luca.c.156. ibid.
De Simone & Iuda.c.157. ibid.
De festo oium sanctorum.c.158.ibid.
De officio mortuorum ac ratione sepeliendi.c.159. ibid.
De institutione officij.c.160. fol.371
De celebratione mortuorum officij.c. 161. ibid.
De festo quatuor Coronatorum.cap. 162. fol.373
De solẽnitate beati Martini.c.163.ibi.
De festo Andreæ & Thomæ Apostolorum.c.164. ibid.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

De reconciliatione peccatric. 118 ibi.
De veneratione huius festi. c. 117. ibid.
De missa corporis. c. 118. ibid.
De pane præsentiolo. c. 119. ibid.
De quadam liberata à tentatione. c. 120. fol. 359
Exemplo quorundam, qui cum alibi etiam obiis
set tempus, cum alibi etiam obiis
set. c. 121. ibid.
De Iejunio. c. 122. ibid.
De inditione & modo Jejuniorum. c. 123. fol. 361
De festo Apostolorum Philippi & Jacobi. c. 124. ibid.
De festo Inventionis sanctæ Crucis. c. 125. 362
De sancto Joanne Euangelista ante portam Latinam. c. 126. ibid.
De festo beatæ Mariæ ad Martyres. c. 127. ibid.
Quare non celebremus festa sanctorum qui cum Christo luxerunt. c. 128. ibidem.
De sancto Michaele. c. 129 fol. 363
De variis huius temporis. c. 130 ibidem.
De Pentecoste. c. 131. ibid.
De officio habuit peccatoribus. c. 132. fol. 364
De tribus quatuor temporibus. c. 133. ibi.
De institutione jejunior. trium quatuor temporum, &c. c. 134. ibid.
De tempore peregrinationis ac festis in eo occurrentis. c. 135. fol. 365
De nativitate sancti Joannis Baptistæ. c. 136. ibid.
De vigilia sancti Joannis. c. 137. ibid.
De festo Apostolorum Petri & Pauli. can. 138. fol. 366
De sancta Maria ad vincula. c. 141. 367
De festo Machabæorum. c. 142. ibi.
De transmutatione sancti Stephani. c. 143. ibi.
De festo beati Sixti, & Transfiguratione Dominici. c. 144. ibid.
De sancto Laurentio. c. 145. ibid.
De assumptione beatæ Mariæ virginis. c. 146. ibid.
De decollatione sancti Joannis. c. 147. fol. 368
De sancti Augustini festo. c. 148. ibid.
De nativitate beatæ Mariæ. c. 149
De sanctis Sapientia, Fide & Anastasia. c. 150. ibid.
De exaltatione S. Crucis. c. 151. ibid.
De beato Matthæo. c. 152. ibid.
De festo Angelorum siue Michaelis. c. 154. ibid.
De sancto Remigio. c. 155. fol. 370
De sancto Luca. c. 156. ibid.
De Simone & Iuda. c. 157. ibid.
De festo omnium sanctorum. c. 158. ibid.
De officio mortuorum ac ratione legendi. c. 159. ibid.
De institutione officii. c. 160. fol. 371
De celebratione mortuorum officii. c. 161. ibid.
De festo quatuor Coronatorum. cap. 162. fol. 373
De solemnitate beati Martini. c. 163. ibi.
De festo Andreæ & Thomæ Apostolorum. c. 164. ibid.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca